R. P. D. IOAN. ANGELI
B O S S I I,
EX CLERICIS REGVL. BARNABITIS,
DE EFFECTIBVS CONTRACTVS MATRIMONII,
DEQVE AD MATRIMONIALEM CONTRACTVM conſequentibus iuxta vtrumque Forum:

TRACTATVS.

MATERIÆ, QVÆ IN HOC OPERE AMPLE PERTRACTANTVR, diſtinctè, & latiſſimè proponuntur in triplici Indice, poſt partitionem Tractatus adiecto.

OMNIA AVTEM, DE QVIBVS AGITVR, EXACTE DISCVTIVNTVR, relatis copioſè Doctoribus Summiſtis, Theologis, ac Iuriſperitis, præſertim recentioribus, qui poſt Thomam Sancium, & Baſilium Pontium de materia Tractatus ſcripſerunt.

Pars Prima



LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD in viâ Mercatoriâ, ſub Signo Temporis.

M. DC. LV.

Cum Approbatione, & Permiſſu Superiorum.

BIBLIOTECA NAZ. NAPOLI

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D.

D. F. GABRIELI ADRAZO DE SANTANDER,

EXIMIO DOCTORI, EPISCOPO VIGLEVANENSI, Abbati Sanctæ Mariæ de Aqua-longa, Comiti Zemidæ, à Conſiliis Catholicæ Maieſtatis, eiuſdémque Concionatori, atque honorario Capellano, ex Ordine Sanctæ Mariæ de Mercede aſſumpto.

DVM ſub prælo eſſet hæc mea prima pars poſterioris mei tractatus de re Matrimoniali, in lucem (vt promiſſioni, in calce prioris tractatus ſtudioſis factæ, ſatisfieret) proditura; hæſi diu, cuinam Patrono dicare illam debuiſſem: & inerat adhuc dubitatio, ILLVSTRISSIME ac REVERENDISSIME ANTISTES, tempore tum Tui aduentus in Italiam, & profectionis ad Vrbem, vt Epiſcopalem, ad quam à Maieſtate Regia (cui obſiſtere nefas videbatur) fueras electus, ab Epiſcoporum Principe obtineres dignitatem; tum etiam Tui reditus poſt Tiaram acceptã ab Vrbe, Mediolanum. Quæ tamen illicò euanuit, poſtquam me primùm Tibi anteà ignotum, vel quem ſaltem ex ſolo nomine audito, aut lecto noueras, ad Te accedentem, vt vrbanitatis debitum officium, & meo, & meæ Religionis nomine perſoluerem, vultu hilari, & quaſi gratulabundus excepiſti humaniſsimè, ad prolixa colloquia admiſiſti, non minùs humaniter ſemel & iterum domi noſtræ inuiſiſti; ac poſtea ſemper sũma

benignitate es amplexus, atque honorificè habuiſti; Necnon conſimili benignitatis affectu modò proſequeris Patres noſtri Collegij Vigleuanenſis, quos ſingulari patrocinio, familiari cõſuetudine Tibi obſtringis, grauioribus in rebus deliberandis conſiliarios adhibes, & miniſtros in ſortem Paſtoralis ſollicitudinis deligis. Quibus manifeſtiſsimis argumentis teſtatum habeo eximium, & præcipuũ Tuũ erga me amorẽ, imò erga totã meã Religionẽ; quam quoque pluries profeſſus es, Te ſub tuo patrocinio ſemper habiturũ. Non, inquam, Ampliſsime Præſul, mihi poſtea fuit opus multum diúque cogitare, cuius Patrocinio hãc meam opellã commendarẽ. Statim Tu mei, & vniuerſæ Religionis meæ amantiſsimus occurriſti, ſub cuius auſpiciis, nominiſque ſplendore lucem aſpicere volui. Inde enim amorẽ quoque Tuũ huic fœtui meo literario pollicebar, & præſidium. Amorẽ, quippè qui ſola perſona non comprehenditur, ſed omnia dilecti amplectitur. *Beltramum* (vertitur apud Hiſpanos in prouerbium) *qui diligit, & eius Canem diligit.* Fouebat etiam ſpem, quòd Epitome mei tractatus de triplici Iubilei priuilegio; necnon primũ, & ſecundum Tomũ meorum Moralium variorum Te voluptuosè perlegiſſe, ſincere tuis literis mihi ſignificaſti, eoſque ſingulari præconio commendaſti: ex quo licuit ſumere argumentum, fore Te eodem beneuolentiæ affectu hoc etiã meum opuſculum accepturũ, & lecturum. Præſidium; cùm in Te excolendo ea concurrant ornamenta, quæ lucubrationes haſce meas ab oblatrantiũ calumnia vindicare facilè queant. Et, ſilentio præteritis auitæ ſtirpis fulgoribus, & aliis extrinſecis prærogati-

uis,

uis, vnde aſcititius tantùm ſplendor perſonæ accedit, inſpicio ſolùm,& propono ingenitas tui animi dotes,& à Te ipſo cõquiſitum cumulũ virtutũ,quæ Te quàm plurimum cõmendant ; & ſolæ vniuerſã poterunt ſuo ſplendore illuſtrare familiã. Atque imprimis ſeſe offert vitæ probitas,quam,Prudentiſsime Vir,vt honeſtã ſanctam que viueres,maturè ſpretis huius ſeculi voluptatibus Te, eius habitu ſuſcepto,& ſtatu per ſolemnẽ profeſsionem aſſumpto, dedicaſti Sanctiſsimæ Religioni S.M. de Mercede redẽptionis Captiuorũ;in qua ſemper enituit Tua in Deum prona pietas, amor religioſæ vitæ, zelus regularis diſciplinæ, & lata iuxta Ordinis inſtitutum ad omnes charitas,atque ſplendor cęterarum virtutum religioſi ſtatus peculiariũ, vt proinde Temetipſum præbueris abſolutum ſanctimoniæ, ac religioſæ perfectionis exemplar. Vitæ ſanctimoniæ, virtutes morales voluntatẽ perficientes complectenti, in Te adiunctus virtutũ,quæ intellectũ exornant, fulgor mirificus: Tu enim natiuo ingenij acumine excellenti, eximia ſapientia,ſingulari eloquentia & dicendi arte, admirabili rerum naturalium ſupernaturaliúmque & diuinarũ, diſciplinarúmque omniũ(opera multiplicia, iã à Te conſcripta,& proximè prælo ſubiicienda, me haud mentiri teſtabuntur)cognitione,atque ſaniori in agibilibus pertractandis prudentiã es præditus.Quæ omnia in Cõpitis Compluti,Salmãticæ,Matriti, & aliarum Hiſpaniæ Vrbium proclamãtur:indéque ad nos quoque peruaſit fama.Quã tamen ſumma omnium admiratione, Te ad noſtrum cœlum tranſlato,ſuperatam fatemur.Hinc in tuo Illuſtriſsimo Ordine Compluti, & Salmanticæ, Theologiæ primariã Cathedram poſſediſti.Hinc non mirum, ſi Tibi munus Seren. Principis Don Ioannis

¶ 3 Auſtriaci

Auſtriaci bonis moribus inſtituendi demandatum; ſi, vt prudentiſsimus animarũ medicus, poſtea eiuſdẽ Sereniſsimi ordinarius Confeſſarius conſtitutus; ſi, tanquam Apoſtolicus eloquẽtiæ cœleſtis præco, delectus ad habendas ſacras conciones in ſacello Regio coram Potẽtiſsimo & piiſsimo Rege Catholico Philippo IV. eiuſdẽ Concionatoris titulo inſignitus: quibus muneribus ſumma cũ omniũ laude, & non minori ſpirituali fructu diù es perfunctus. Hinc plurimis ambientibus poſthabitis Te Regia Maieſtas ſpontè propoſuit Sum. Pontifici promouendũ ad Vigleuanenſis Eccleſiæ Epiſcopatũ, quo nunc potiris. In iſtum enim ſublimẽ Eccleſiaſticũ apicẽ non ambitio, non alienæ interceſsiones, ſed prouexere Tua merita, Tuæve multiplices & præclariſsimæ virtutes; quibus tantundẽ lucis videris rependere Pontificiæ dignitati, quãtum illa ſplendoris tuiſmet virtutibus, & authoritatis tuæ perſonæ impẽdit. Quæ virtutes quoque, Tuaque merita quemadmodũ in ſublime Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Te ſubleuarunt, ita certè ſubleuatũ dignè ſuffulcient. Te etenim (Integerrime Vir) è religioſo Ordine, religioſiſque clauſtris ad Pontificalem ſtatum, & Epiſcopalia palatia cõmeãtem ſecutæ ſunt, vt comites indiuiduæ, virtutes tuæ ſuperiùs enumeratę, Tecúmque vt opifices famulæ incedunt. Quibus illicò in ipſo adeptæ Epiſcopatus poſſeſsionis initio acceſſere Epiſcoporum virtutes propriæ; Cõmiſsi gregis fida, & vigil cuſtodia: ſedula, atque accuratiſsima ſollicitudo, & ſalutis animarum cura; zelus diuini cultus in vniuerſa Diœceſi conſeruãdi, amplificandi, promouendi: vltronea ad omnes beneficentia, & paterna charitas: ſanctimonia, qua præ cæteris præfulgere debet Antiſtes, vt non tantùm verbo, ſed & opere, ſcilicet ſanctæ vitæ

exemplo

Digitized by Google

exemplo facilè queat mores populi ſui corruptos emendare, euerſos componere; omnes, Tuæ curæ cõmendatos, in Chriſtiana diſciplina cõtinere; omneſque Chriſtianis virtutibus informare; & denique cætera virtutũ ornamenta, quæ ſicut mitra Epiſcopi caput coronat. O felix Vigleuanum, cui Diuina largitas talem indulſit Doctorem, talem Ductorem, talem Sacerdotem, talẽ Epiſcopum, tale bonorum omnium exemplar. Hæc, Præſtantiſsime Præſul (omiſsis plurimarum aliarum tuarum virtutum præconiis, ne videar auribus tuis blandiri, Tuæue ſingulari modeſtiæ inferam moleſtiã) hæc, inquam, tuarum præclariſsimarum virtutum, atque tuæ ſupremæ dignitatis & authoritatis ornamenta, ſeu potiùs fulgentiſsima lumina hos tenues meos literarios labores Tuo nomini nuncupatos, ſub que Tuis auſpiciis in lucem prodeuntes tanto poſſunt illuſtrare ſplendore, qui obtrectantium oculos eos inſpicientes efficiat cæcutire: & procul dubio; ſi Tuo comprobaueris iudicio, nullius pauebunt cenſuram. Quapropter illos iterum tuo commendo patrocinio. Sub quo vt paruum hunc librum, qualiſcunque ſit, & Tua certè ſapientia minùs dignum, Tuæque Dominationi, necnon Tuis meritis impar munus, magno licèt & fidenti animo oblatum, ita & me, & vniuerſam Religionem ſuſcipias, enixè rogo. Vale. Dat. Mediolani è Colleg. SS. Apoſt. Pauli & Barnabæ. Kal. Nouemb. M. DC. LIV.

Illuſtriſſimæ, ac Reuerendiſſimæ Dominationis Tuæ

Humillimus, & obſequentiſſimus in Chriſto ſeruus
D. Io. ANGELVS BOSSIVS, Præpoſitus Generalis Congregationis Cler. Reg S Pauli.

Admodum

Admodum Reuerendus P.D. IVVENALIS FALCONIVS, Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli.

CVM Tractatus R.P. DON IOANNIS ANGELI BOSSII, *Aſsiſtentis noſtri*, *De effectibus contractus Matrimonij, &c.* Partem primam, duo, quibus id commiſimus, Congregationis noſtræ Theologi & eruditi viri recognouerint, & probauerint: Facultatem facimus, quantum ad Nos ſpectat; vt typis mandetur. Datum Mediolani in Collegio noſtro Sanctorum Apoſtolorum Pauli & Barnabæ, die 22. Aprilis 1653.

DON IVVENALIS FALCONIVS *Præpoſitus Generalis.*

APPROBATIONES DOCTORVM.

QVæ profundiſſimè Reuerendiſſ. Pater DOM. IOANNES ANGELVS BOSSIVS *Generalis meritiſſimus Barnabitarum* concepit, *De Effectibus Contractus Matrimonij*, Partu publico digniſſima ſunt. Sic iudicauimus Lugduni 2. Nouembris 1654.

Fr. PAVLVS LOMBARD *Doctor Pariſienſis, ac Prouincialis Carmelitarum Prouinciæ Narbonæ.*

Fr. CYRILLVS MOREL *eiuſdem facultatis Doctor, humiliſque Prior Carmeli Lugdunenſis.*

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.

VIſa Doctorum approbatione, Ego infrà ſcriptus Regio nomine non impedio quin hic liber à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDIO RIGAVD, Bibliopolis Lugdunenſibus excuſus in lucem prodeat, cum defenſione tali caſu requiſita & ſolita. Actum Lugduni die 11. Nouembris 1654.

VINCENT. DE PANETTES.

PERMISSIO.

ITa, & me non diſſentiente fiat. Lugduni die decima Nouembris 1654.

CHARRIER.

OPERIS,

OPERIS, *SEV* TRACTATVS DISTRIBVTIO.

EFFECTVS primatij, & præcipui Matrimonialis contractus ſunt (vt ex his, quæ in altero meo Tractatu de Contractu Matrimonij *cap.*10.*à num.*177.*ad* 187.latè tradi, conijcere licet) mutua coniugum poteſtas in corpora, & obligatio ad exigendum, & reddendum coniugale debitum in ordine ad prolis generationem; prolis eiuſdem educandæ onus; obligatio abſtinendi ab alieno thoto; atque indiuidua, ac perpetua vitæ ſocietas, ſeu indiſſolubile vinculum. Ex quibus, ſiue inſpectâ ſolâ matrimonialis contractus naturâ, ſiue iuris poſitiui decretis attentis alij oriuntur effectus, pluréſque aliæ emanant obligationes, tum erga coniuges ipſos ad inuicem, tum erga eoſdem, & prolem, putà mutua coniugum cohabitandi, & ſibi viciſſim amorem, honorem, obſequia exhibendi, & alimenta præſtandi obligatio; bonorum ſaltem aliquorum communio, alterius coniugij excluſio; eorundem coniugum mutua obligatio erga prolem tum in fieri, & nondum in lucem editam (nempe ad abſtinendum ab omnibus, quæ prolis conceptioni, vel eidem in materno vtero conceptæ obeſſe poſſunt) tum genitam, & natam, nimirum bonis moribus, & artibus illam imbuendi, alendi, dotem, ſi fœminea ſit, præſtandi, & in legitima ſaltem inſtituendi. Prolis legitimitas, patria poteſtas in eandem prolem, & eius bona; Et prolis, ſeu filiorum obligatio erga eoſdem parentes, nempe illis amorem, obedientiam, obſequia præſtandi, alimenta ſubminiſtrandi, legitimam bonorum portionem relinquendi, illóſve non prætereundi. Itaque materiam in altero meo Tractatu de Contractu Matrimonij inchoatam proſequens, de præfatis effectibus, deque prædictis omnibus (licet poſitâ ſerie aliquantiſper immutatâ) deque nonnullis aliis ad coniuges, vt coniuges, vel vt parentes, & ad filios ſpectantibus hoc in tractatu diſſeram, & quia ſi vellem omnia vnico volumine comprehendere, nimium excreſceret tractatus, in quatuor partes illum diſtribuam. In prima ptimò pertractabo de mutua poteſtate, & obligatione coniugum exigendi, & reddendi coniugale debitum; & quando exigendi ius impediatur per antecedentem, vel ſuperuenientem cognationem, vel affinitatem; atque per antecedens, vel ſuperueniens votum caſtitatis, vel religionis; Cui obligationi debiti coniugalis reddendi cum rectè ſatisfieri haud poſſit, niſi maritus & vxor cohabitent: ſecundo loco agam de mutua eorum obligatione cohabitandi. Et quia petitioni, & redditioni coniugalis debiti bonitas, vel malitia moralis coniungitur; ideo tertio loco ſermo erit de licito, & illicito vſu actus coniugalis; quem cum illicitum reddat præſertim continentiæ votum poſt matrimonij contractum emiſſum; Quartò explicabo coniugum poteſtatem circa irritationem prædicti voti, & aliorum votorum ab eiſdem coniugibus tum ante, tum conſtante matrimonio emiſſorum. Quinto vnico capitulo peſtringam paren-

tum obligationem erga prolem in fieri, & iam genitam, nondum natam, latè agens de impedimentis generationis, & conceptionis prolis tam in ipſo coniugij vſu, quàm poſt ſubmouendis, & auertendis; de abortu euitando; de adhibendis ad prolem conceptam conſeruandam. Sextò, & vltimò diſſeram de recta filiorum educatione.

In ſecunda parte tribus capitulis comprehendam ea, quæ ſpectant ad parentum obligationem præſtandi alimenta, dotem, & legitimam portionem filiis legitimis, & etiam adoptiuis; aliqua inſuper prælibando de obligatione parentum alendi, & dotandi illegitimam prolem, necnon de illius inſtitutione.

In tertia parte imprimis proſequar materiam patriæ poteſtatis in filiosfamilias tum quoad perſonam, tum quoad illorum bona: explicans quoque quibus modis iidem filiifamilias de patria poteſtate exeant: poſtea proponam, & declarabo obligationem filiorum erga parentes quoad amorem, honorem, obedientiam, & obſequia illis exhibenda, alimenta ſubminiſtranda, & legitimam, aut dotem præſtandam. Tertio loco de donatione per patrem facta filio, & è contra, an, & quibus in caſibus valeat, necne diſceptabo. Quartò peragam de prolis legitimitate ex antecedente, vel ſubſequente matrimonio prouenıente, & huius occaſione de aliis modis, quibus illegitima proles efficitur legitima.

In quarta parte rediens ad mutuas coniugum obligationes adinuicem tractationem inſtituam de eorum obligatione ſeruandi fidelitatem quoad non tradendum corpus alteri, & abſtinendi ab alieno thoro (vbi latè de adulterio, & eius pœnis ciuilibus, & criminalibus) exhibendi ſibi inuicem amorem, honorem, obedientiam, obſequia, & alimenta; de ſocietate, & bonorum communione inter eoſdem coniuges, de coniugij perpetuitate, ſeu illius indiſſolubilitate quoad vinculum: de diſſolubilitate quoad thorum, & habitationem, ſcilicet de diuortio, & de eiuſdem coniugij vnitate. Quibus peractis nonnulla vxori, & marito prohibita explicabo: Et tandem de probatione valoris, & nullitatis matrimonij, atque de matrimonialis cauſæ iudice pertractabo. Omnia autem accuratè, & exactè more meo examinabuntur; & (vbi rei qualitas admittet) cum allegatione diuinarum ſcripturarum, textum vtriúſque iuris, & deciſionum diuerſarum Rotarum, & maximè Romanæ Rotæ, atque relatis hinc inde Doctorum, præſertim recentiorum vtriuſque iuris, Theologorum, & Summiſtarum placitis. Et ad euitandam in allegando Doctorum authoritates prolixitatem, initio cuiuſque Capitis referam Doctores, qui de re propoſita ſcripſêre, & librum, capita, diſputationes, quæſtiones, ſeu titulos, in quibus de eadem re diſputant. In progreſſu vero tractationis aliquando ſola Auctorum citationi contentus abſtinebo à replicata libri, capitis, difficultatis, vel numeri allegatione, vbi facili negotio Lector rem pertractatam apud Auctorem initio capitis relatum poterit reperire. Quod ſi animaduertero Lectori futurum haud facile inuenire non indicato capite, vel numero; Auctoris citationi locum peculiarem, & numerum addam.

SERIES

Digitized by Google

SERIES CAPITVM,

Quæ in hoc Tomo continentur.

CAP. I. *De mutua coniugum poteſtate petendi, ſeu exigendi, & obligatione reddendi debitum coniugale.* Pagina 1

II. *De iure petendi, & obligatione reddendi debitum coniugale in dubio de valore matrimonij.* 78

III. *De impedimento petendi, ſeu exigendi, & reddendi debitum coniugale ex voto emiſſo ante, vel poſt matrimonium contractum.* 87

IV. *De impedimento vſus matrimonij quoad petitionem, & redditionem debiti, proueniente ex cognatione ſpirituali ſuperueniente coniugibus poſt matrimonium contractum.* 112

V. *De impedimento vſus matrimonij, ſeu petendi, & reddendi debitum coniugale ex affinitate inter coniuges poſt matrimonium orta: vbi latiſſimè, an, & quando pœnæ ſpirituales, vel temporales ipſo iure à lege præſertim Eccleſiaſtica contra delinquentes ſtatuta incurrantur vel non incurrantur in foro conſcientia ante iudicis ſententiam.* 119

VI. *De mutua coniugum obligatione cohabitandi.* 173

VII. *De Vſu Matrimonij licito, & illicito.* 189

VIII. *De poteſtate coniugum in ſeipſos quoad votorum irritationem.* 241

IX. *De obligatione parentum erga prolem in fieri, & iam conceptam, nondum in lucem editam.* 276

X. *De parentum obligatione benè, & piè educandi filios. Vbi etiam latè apud quem, ſeu quos filij præſertim impuberes educari debeant.* 349

Digitized by Google

INDEX MATERIARVM,

De quibus vel ex inſtituto in peculiaribus capitibus, vel latè, & exactè in opere agitur iuxta ordinem Alphabeticum.

Prior numerus paginam notat ; Poſterior eſt marginalis.

De ABORTVS fœtus tam animati, quam inanimati procuratione, & ſeminis iam poſt coitũ in vterum matris recepti voluntaria abactione, quàm graue peccatum ; & quæ pœnæ contra procurantes latæ ; & an pro tuenda vita, & fama ſit aliquando licita talis procuratio, & ſeminis abactio. 304.67. ad 99

Adulterio, quatenus priuat coniugem delinquentem iure exigendi, & eximit coniugem innocentem ab obligatione reddendi debitum coniugale. 65.306.ad 318

Affinitate, coniugibus poſt matrimonium contractum ſuperueniente, an, & quando priuet coniuges iure petendi debitum coniugale, & impediat vſum licitum coniugij. 119.1.ad 25

Amentibus coniugibus, an illis permitti poſſit, & debeat actus coniugalis. 64. 293.ad 396

Arctæ mulieris coniugatæ obligatione tollendi arctitudinem. 29.159

Baptiſmo. An poſſit fœtus in vtero exiſtens ſecundinis inuolutus baptizari. 338.203. & ſeqq. An valeat, & liceat baptiſmus pueri alioqui morituri ſine baptiſmo proiecti in flumen vel puteum. An licitus baptiſmus pueri alioqui ſine baptiſmo morituri, ſi adeſſet tantum aqua venenoſa. 242.214

Baptiſmi ſupplemento ; an detur quoad infantes morientes, quibus non poteſt adhiberi remedium baptiſmi; vel applicetur baptiſmus inualidus. 340.208.209

Baptiſmi filiis procurandi obligatione parentum. 352.6

Baptiſmi recipiendi obligatione adultorum. ibid 7

Baptiſmo filiorum coniugum infidelium altero ad fidem conuerſo. 353.8.ad 11

Beneficiatij non recitantis horas canonicas pœna. 143.91.92

Beneficiorum priuatione ipſo iure delinquenti impoſita ; an in foro conſcientiæ incurratur ante omnem iudicis ſententiam. 157.68.ad 83

Beneficij fructuum priuatione. 16.87

Bimeſtri ſponſis de præſenti conceſſo ad deliberandum de ingreſſu in religionem. 9.49 ad 109

Charitatis lege an, & quando teneamur vitam propriam corporalem exponere certæ morti pro ſalute temporali, & æterna proximi. 314.131.ad 137

Charthuſienſi monachi obligatione circa eſum carnium præſertim in graui ægritudine. 336.189.ad 195

Circumſtantia finis, temporis, loci, & modi concubitus, quando reddat, vel non reddat actum coniugalem culpabilem. 190. cap.7.per totum.

Clerici concubinarij pœna. 142.87

Clericalis priuilegij priuatione ipſo iure delinquenti impoſita, an ante vllam ſententiam habeat locum in foro conſcientiæ. 157.142

Cognatione ſpirituali ſecundum ſe, & inter quos tam iure antiquo, quàm nouo contrahatur, & matrimonio contracto ſuperueniens an & quando impediat petitionem, & redditionem debiti. 112.cap.4. per totum.

Cohabitandi mutua coniugum obligatione. 173.cap.6.per totum.

Collegij, & priuilegiorum priuatione ipſo iure delicto impoſita, an ante iudicis ſententiam incurratur. 141.85.86

Coniugali actu licito, & illicito. 390.cap.7. per totum.

Coniugum iure exigendi, & obligatione reddendi debitum coniugale. 2.1.ad 48

Coniugum obligatione erga prolem in fieri ; & iam conceptam, nondum in lucem editam. 276.cap.9.per totum.

Conſilio minoris mali, quando liceat. 342. 217

Corporis caſtigationibus, abſtinentiis, pœnitentiis

nitentiis, & aliis corporis afflictationibus. Quando licitæ, & commendandæ, quando indiſcretæ, & illicitæ. 333. 185. ad 190

Debiti coniugalis redditione, ab ea quæ cauſæ excuſent. 20.110. & tribus ſeqq. & 32 186.ad 225

Debiti petitione,& redditione,quando coniux ob circumſtantiam ſe tenentem ex parte eius, vel ex parte actus illicitè petiti; an obliget ad reddendum, & licita ſit redditio. 43.226.ad 277

Dubio valoris matrimonij exiſtente, vel poſtea ſuperueniente, an & quando impediat petitionem, & redditionem debiti. 79. cap.per totum.

Eccleſiæ, & loci ſacri pollutione quibus delictis, ſeu peccatis, & an ,& quando per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis humani cenſeatur,& ſit polluta Eccleſiæ, vt egeat conſecratione, vel benedictione; & quæ peccata in loco ſacro commiſſa contineant malitiam ſpecialem ſacrilegij. 977. 131.ad 163

Educandi benè, & piè filios parentem, & aliorum, qui filiorum curam habent,obligatione. 349. cap.10.per totum.

Educari apud quem ex coniugibus, & cuius expenſis debeant filij diuortio inter coniuges iuſtè facto. 373.§.9

Educari vbi,& apud quem debeant filij præſertim impuberes mortuo parte. ibid. per totum.

Epiſcoporum & aliorum Prælatorum ad Eccleſiarum, vel Monaſteriorum regimen promotorum ſine literis Apoſtolicis; aut non propoſito fidelitatis iuramento; aut ſi ne literis traditionis pallij diſcedentium à Curia Romana pœnis. 143.93.94

Epiſcopi negligentis poſt adeptum Epiſcopatum intra tres, vel ſex menſes ſuſcipere conſecrationem pœna. 144.95.96

Euchariſtiæ ſumendæ diſpoſitione,ſeu præparatione ex parte animæ,& ex parte corporis. Vbi an accedere ad S.Euchariſtiam cum actuali mentis diſtractione,vel delectatione aut affectu obiecti venialiter illiciti; vel non multò poſt copulam coniugalem, vel fornicariam, vel pollutionem voluntariam contineat ſpecialem irreuerentiam, & malitiam ſacrilegij venialem contra reuerentiam Euchariſtiæ debitam. 205.88.ad 127

Examinatoris ſynodalis aliquid accipientis occaſione examinis pœna. 144.78

Excommunicatis coniugibus; qua ratione, quoue iure eis permittatur communicatio quoad cohabitationem, & vſum coniugij petendo,& reddendo debitum. 44. 228. ad 289

Fidei myſteriis credendis,& ſciendis ab omnibus fidelibus. 343.12.ad 15

Filiis ex ſecto matris vtero extractis, an habendi vt nati, & potiantur iuribus natorum quoad ſucceſſiones,& hæreditates,& legata,quæ filiis natis,& naſcituris competunt. 247.232.ad 235

Fine vitiante vel non vitiante actum coniugalem. 192.15. ad 70

Fœminæ coniugatæ ob arctitudinem, quæ inciſione, vel alio remedio tolli poterat, ad copulam coniugalem ineptæ obligatione illam tollendi. 29. 159. & pluribus ſequentibus.

Fœtus ex vtero prægnantis mortuæ per vteri ſectionem eductione,an viuus educi poſſit, & ſectio mortuæ matris facienda ſit. 321.144.& ſeqq.

Fornicariæ copulæ interruptione poſt viri, vel fœminæ ſeminationem,an ſit licita,& obligatoria alteri, qui non ſeminauit,& peccatum deteſtatur. 290.63.ad 66

Homicidio,ſeu occiſione innocentis,quibus in caſibus ſit licita.30.106.ad 114.& 316.136

Ignorantia inuincibili, & vincibili facti, & iuris humani, vel pœnæ à iure humano ſtatutæ ipſo iure incurrendæ,an,& quando excuſet à pœna lege ciuili, & Eccleſiaſtica impoſita actui præſertim prohibito etiam iure naturali, aut diuino, aut alio iure humano antiquiori. 161.ad 192

Impotentia coëundi coniugibus ſuperueniens poſt contractum matrimonium an & quando reddat culpabilem copulam carnalem, ſeu conatum ad illam habendam inter eoſdem coniuges. 233.181.ad 185. & 234. 189

Impotentes ſe non reddendi ad actum coniugalem obligatione coniugum. 3.14. & ſeqq.

Impotentia temporali coëundi matrimonium præcedente; an & quando dirimat matrimonium, & coniuges obligentur ad illam tollendam. 24.134.ad 165

Infamiæ iuris pœna delicto ipſo iure impoſita an incurratur ante iudicis ſententiam. 157.141

Infirmo alioqui morituro, ſi aliquod medicamentum illi non applicatur, an poſſit licitè reſpuere omnia remedia etiam facilia, & ordinaria, & quando teneatur adhibere remedium difficile, & aſperum; & à quibus cibis debeat infirmus abſtinere. 326.160.ad 180

Inhabilitate ad beneficia, officia, dignitates,ad teſtandum, ad contrahendum matrimonium ipſo iure delicto impoſita an in foro conſcientiæ incurratur ante omnem iudicis ſententiam. 121.5 12.ad 27

Irritatione votorum. 243.cap.8.per totum.

Leproſo coniuge aut alio morbo contagioſo laboranti, an & quando alter coniux ſanus teneatur cum eo cohabitare, illiue debitum reddere. 34.179.ad 201

Loci ſacri circumſtantia quando reddat actum coniugalem culpabilem, & ſacrilegum. 217.131.ad166

Luxuriæ malis. 363.34

Mariti poteſtate irritandi vota. 243. cap.8. per totum.

Matrimonij ad conſummarionẽ impedientem ingreſſum in religionem, & inducentem affinitatem requiſitis. 16.95.ad 98

Menſtrui naturalis fluxu, an & quando reddat actum coniugalem illicitum. 280.13. ad 21

Modo coëundi, quando reddat culpabilem copulam coniugalem. 230.167 ad 180

Nullitate actus ipſo iure impoſita, an, & quando habeat effectum ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam. 158. 145. & 146

Opinione valoris, vel nullitatis matrimonij, an coniugi eum habenti ſit permiſſus actus coniugalis. 84.36

Parentum obligatione bene educandi filios; & quæ pro huiuſmodi educatione præſtare debeant. 349.cap.10.per totum.

Parentum obligatione corrigendi, & caſtigandi filios male morigeratos, & quæ in hoc genere parentibus liceant. 365. 42.ad 45.

Parentum obligatione curandi, vt filij addiſcant artes, aut ſcientias iuxta illorum ſtatum, & capacitatem. 366.46.ad 52

Parentibus retrahentibus filios ab obſeruatione præceptorum Dei, & operibus bonis; & impedientibus ingreſſum religionis; vel ad ingreſſum, & profeſſionem cogentibus; vel ne matrimonium contrahant, impedientibus. 371.66.ad 99

Parochi non reſidentis, vel negligentis facere publicam fidei profeſſionem, vel ſuſcipere ſacerdotium intra annum pœna. 142.89.& 143.91.92.& 145 101.102

Patrinorum erga filios ſpirituales obligatione. 355.17.& 18

Pœna legali poſitiua, & priuatiua ciuili, vel Eccleſiaſtico iure impoſita iſpo facto à delinquente incurrenda; an & quando incurratur ante iudicis ſententiam condemnatoriam, vel criminis declaratoriam. 125.27.ad 67

Pœna confiſcationis; amiſſionis bonorum, vel certæ pecuniæ ſoluendæ, & eius executione. 133.53.ad 67

Pœna priuationis beneficij, officij, vel dignitatis, vel adminiſtrationis. 137.68.ad 83

Pœna priuationis fructuum beneficiorum Eccleſiaſticorum diuerſis delictis ipſo iure impoſita. 142.89.& ſeqq.

Pœnis legalibus priuationis ipſo iure delicto impoſitis, quænam in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam incurrantur. Vbi de cenſuris, irregularitate, & aliis inhabilitatibus, & priuationibus pœnalibus. 150.119.ad 147

Pœna conuentionali, an & quando incurratur ante iudicis ſententiam. 148. 113. ad 117

Penſionis priuatione ipſo iure delinquenti impoſita, an in foro conſcientiæ incurratur ante ſententiam. 141.84

Pollutione, quæ præuidetur ſecutura ex ſumptione medicinæ ad ſanitatem inſtaurandam; an reddat ſumptionem illicitam. 309.116.& 117

Prægnatione vxoris, an & quando reddat illicitum actum coniugalem. 283.26.ad 33

Prægnante ægra, an ad vitam ſuam tuendam ordine naturæ ſolum conſiderato, & obligatione iuſtitiæ attenta poſſit vti remediis de ſui natura tantum directè ad ſanitatem tendentibus, cum periculo abortus fœtus animati. 306.110. ad 120. An medicamentis æquè tendentibus ad ſanitatem prægnantis, & ad interitum fœtus. 310. 120. ad 122. An directè tendentibus ad interitum fœtus, & ex conſequenti ad matris ſanitatem. 311.123. & ſeq.

Prægnãte ægra, an ex obligatione charitatis cum periculo ſuæ vitæ teneatur abſtinere à remediis, directè tendentibus ad ſanitatem, ſi ex illorum ſumptione immineat morale periculum exanimationis fœtus iam animati morituri abſque baptiſmo. 314.129.& 130 & 317.139. In morali periculo vitæ prægnantis, & fœtus animati, deficiente alio remedio an liceat adhibere medicamenta dubia an ſint futura ſalutifera, vel noxia. 317.141.& 318.142

Prægnantis viuæ vteri ſectione, an pro ſalute corporali eiuſdem, vel fœtus in vtero exiſtentis tuenda ſit vtilis, & licita, & quando ex obligatione iuris naturalis, vel charitatis teneatur prægnans illam procurare, & pati. 320.143.ad 131

Prægnantium nonnullis aliis obligationibus; & quas actiones omittere, vel præſtare teneantur cauſa conſeruationis, vel promotionis prolis. 347.236.ad 242

Prolis generationi non obſiſtendi ſine ſeminatione extra vas, ſiue eiaculatione ſeminis iam recepti, ſiue procuratione ſterilitatis, coniugũ obligatione. 276.ad1.9.

Prolis lactatione, an reddat illicitum actum coniugalem. 285.37

Puellarum educatione latè. 369.53.ad 6

Reuerentia erga perſonas, & res ſacras, parentes, & maiores. 359. 27.ad 31.

Sacrilegij malitia afficiente peccata in loco ſacro commiſſa, quæ peccata illam habeant. 217.131. & ſequentib. Anque illam habeant cogitationes, deſideria, confabulationes, nutus, aſpectus, tactus inhoneſta, & turpia in loco ſacro ſiue inter coniuges, ſiue inter ſolutos exerceantur. 229.164.& duobus ſeqq.

Semini,

Seminis in actu coniugali ſimul effundendi coniugum obligatione. 286.49.& ſeqq.
Seminis corrupti, & venenoſi expulſione, an licitè fieri poſſit medicamentis directè, & per ſe tendentibus ad expulſionem. 309. 118.& 119.
Sepulturæ priuatione ipſo iure delinquenti impoſita, an incurratur ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam. 158.143.& 144
Seruorum matrimonio, & eorũ obligatione reddendi debitum, & quid permiſſum, quid vetitum Dominis circa ſeruos volentes nubere, vel poſt matrimonium ab eis contractum. 68.320.ad 361
Sigilli virginalis reſeratione, vt ſponſa de præſenti reddatur actui coniugali apta, an ſit licita. 27.150.151.& 28.156 & 158
Simoniæ confidentialis pœna. 148.110 & 111
Sodomia, & mollitie inter coniuges, quale peccatum ſit, & qua ratione in confeſſione explicandum. 250.169.ad 179
Tactibus turpibus, cogitationibus, delectationibus venereis coniugum extra actum coniugalem, quando ſint, vel non ſint culpabiles. 233.182.& 235.192.ad 218
Temperantia, & intemperantia. 363. 35. ad 38.
Temporis circumſtantia, quando reddat culpabilem actum coniugalem. 244.80. ad 130.& 285.38 ad 44
Timore, & amore Dei. 358 25
Tutorum obligatione bene educandi pupillos ſuæ tutelæ commiſſos. 355.17.ad 23
Vitæ abbreuiatione vſu pœnitentiarum corporalium; Quæ licita, quæ illicita. 332. 180
Voto caſtitatis, religionis, aſſumendi ordines ſacros, non nubendi emiſſo ante vel poſt matrimonium contractum, quando impediat petitionem, & redditionem debiti coniugalis. 175.cap.6.per totum
Voto non comedendi carnes. 337 194.& 195
Votorum irritatione. 243.c.8 per totum
Vocis actiuæ & paſſiuæ priuatione, & ad eã inhabilitate ipſo iure delicto impoſita, an ante omnem iudicis ſententiam in foro conſcientiæ incurratur. 153.128.ad 135
Vxoris poteſtate irritandi vota mariti. 273. 129.ad 147

SYLLABVS

Digitized by Google

SYLLABVS

Capitum, & Paragraphorum, necnon præcipuarum difficultatum cuiuſque Paragraphi huius Tractatus, iuxta ſeriem operis.

CAPVT PRIMVM.

De mutua coniugum poteſtate petendi, ſeu exigendi, & obligatione reddendi coniugale debitum. Pag. 1

§. I. *PER contractum matrimonij alter in alterum coniugem ſui corporis dominiũ transfert.* Pag 2

II. *Vterque coniux habet ius exigendi coniugale debitum, & ex obligatione iuſtitiæ alteri debitè exigenti tenetur reddere; & quoad fidem, & debitum coniuges ſunt æquales.* 3

III. *Neuter coniugum propriè tenetur petere debitum; aliquando tamen per accidens tenetur.* ibid.

IV. *Coniuges ſub pœna lethalis peccati tenentur ſibi inuicem reddere coniugale debitum, quando iuſtè, & debitè, ac moderatè expreſſis verbis, vel tacitè exigitur; & quandonam negatio ab omni culpa, vel ſaltem mortali excuſetur.* 7

V. *Sponſi de præſenti excuſantur à redditione debiti, ſi nondum conſummato matrimonio petatur intra bimeſtre illis à iure conceſſum ad ingrediendum in religionem,* 9

A quo tempore incipiat currere bimeſtre. 10

Bimeſtre an poſſit ex iuſta cauſa cognita à iudice coarctari, vel prorogari. 11

Tempus duorum menſium an intelligatur conceſſum ad deliberandum de ingreſſu, an vero ad profitendum; & an probationis tempus coarctari debeat, vel poſſit. 12

Sponſa de præſenti intra bimeſtre à ſponſo per vim carnaliter cognita, an poſſit adhuc eo inuito ingredi religionem: & an talis copula ſit ad matrimonij conſummationem ſufficiens, & mortalis ex parte viri. 13

Quandonam cenſeatur conſummatum matrimonium ad hoc, vt neutri ſponſorũ liceat altero inuito religionem ingredi: & quid de ſponſo, qui ſine ſeminis effuſione defloraait ſponſam, vel alteri violandam tradidit; & quando in foro externo præſumatur conſumatio. 16

Coniux, qui non cogitat, ſeu intendit ingredi religionem, an ſtatim inito matrimonio teneatur alteri petenti reddere debitum, an verò pro toto primo bimeſtri poſſit licitè negare. 18

Tranſacto bimeſtri an adhuc liceat ingreſſus in religionem, ſi matrimonium non ſit conſummatum. ibid.

Bimeſtre conceſſum ſponſis de præſenti ad deliberandum de ingreſſu religionis quot dies continere debeat, & quomodo computandum. 19

VI. *A reddendo debito excuſat honeſtas, & verecundia; vt ſi in loco publico petatur.* 20

VII. *Impotentia coëundi excuſat à reddendo debito coniugali; & qua ratione peccet coniux cauſis honeſtis, vel illicitis, & turpibus reddens ſe impotentem ad reddendum moderatè debitum.* 21

Coniux ſi reddatur impotens ad ſoluendum debitum excuſatur à ieiunio de præcepto; & an excuſetur vxor à ieiunio, ſi à marito præciperetur ieiunium frangere, & ex inobedientia notabiles diſcordiæ exorituræ forent. ibid.

Coniux non tenetur abſtinere à ieiuniis & aliis pœnitentiis moderatis, quibus fit tantum minus potens, ſecluſo periculo incontinentiæ in altero. 22

Neuter coniux poteſt vouere abſtinentias, vigilias, &c. in præiudicium debiti coniugalis, nec aſſumere habitum tertij ordinis, aut eremitarum. 23

An cibis calidis, & ſimilibus Veneris incitamentis teneatur vti coniux, vt fiat potens ad reddendum debitum; & quando illis vti licitè poſſit. ibid.

VIII. *Mulier nupta, quæ ob extraordinariam arctitu*

Digitized by Google

arctitudinem, vel obſtaculum ſigilli virginalis à viro non poteſt cognoſci: an teneatur id viro exigente pati inciſionem vel aliud remedium: quo arctitudo, vel obſtaculum ſigilli abſque peccato, & ſine vita periculo auferri poßit. ibid.

Impotentia naturalis, ſeu naturale impedimentum coëundi temporale non dirimit matrimonium, & quando cenſendum ſit temporale. 24

Arctitudo fœminæ, quæ medicamine, vel inciſione tolli poteſt ſine vitæ, aut grauis morbi periculo, non dirimit matrimonium. 25

Obſtaculum clauſtri virginalis, quod viri imbecillis congreſſum impedit, remouibile aliquo remedio, vel inſtrumento abſque vitæ, vel grauis morbi periculo, non reddit nullum matrimonium. 26

Fœmina in fauorem matrimonij inciſa, ac notabiliter læſa, an vir teneatur præſtare alimenta, ſi matrimonium nullum declaretur. 30

IX. *A reddendo debito an, & quando excuſet imminens periculum propriæ ſalutis & incolumitatis.* 31

Coniux laborans febri, vel alio graui morbo; vel ſtatim à balneis, vel à prandio, vel poſt hauſtum ſanguinem è vena non tenetur ad debitum ſoluendum; & an ſtatim poſt partum teneatur fœmina reddere. 32

Statim à balneis, vel à prandio, vel poſt hauſtum ſanguinem ex vena excuſatur coniux à reddendo debito. Et an fœmina ſtatim poſt partum teneatur reddere. ibid.

Coniux non tenetur reddere debitum coniugi immoderatè petenti. ibid.

Fœmina nupta, quæ non poteſt parere abſque mortis periculo; vel non niſi fœtum mortuum an teneatur debitum reddere. Vbi an talis fœmina matrimonium ſit licitum, & validum, & an poßit licitè reddere, & petere. 33

Coniux ſanus an alteri coniugi leproſo, vel habenti morbum venereum, aut alium ſimilem morbum contagioſum teneatur reddere debitum cum periculo infectionis. 34

Coniux ſanus non curans periculum propriæ infectionis an licitè poßit accedere ad coniugem leproſum, & cum eo habitare. 36

Periculum infectionis prolis naſcituræ non excuſat coniugem ſanum à reddendo debitum coniugi leproſo, vel habenti morbum venereum. 37

An, & quando coniux ſanus teneatur habitare in eadem domo cum coniuge leproſo, vel habenti alium morbum contagioſum. ibid.

Coniux an, & quando teneatur, vel licitè poßit cum vitæ periculo, aut notabili detrimento corporali debitum reddere. 38

X. *Cum periculo ſalutis exigentis debitum alter coniux non tenetur reddere debitum, & an licitè poßit.* 39

XI. *Cum periculo ſalutis, aut notabilis damni prolis neuter coniux debitum reddere tenetur, aut poteſt etiam ad euitandum incontinentiæ periculum.* ibid.

Vxor lactans an teneatur reddere debitum, & an, & quando tempore lactationis ſit illicitus concubitus. 40

Liceatnè debitum coniugale negare ad euitandam prolis multiplicitatem: & an ea de cauſa coniuges mutuo conſenſu aut pacto poßint licitè à copula abſtinere. 41

Negarinè poßit coniugale debitum, nè proles concipiatur ex maculato ſanguine. 42

XII. *Ad euitandum detrimentum in re familiari, vel in fama an liceat negare coniugale debitum.* ibid.

Liceat nè marito negare debitum vxori ob dotem non ſolutam. ibid.

XII. *Neuter coniux tenetur reddere debitum, quoties non poteſt reddere ſine detrimento ſalutis ſpiritualis animæ, ſeu ſine peccato proprio.* 43

XIV. *Coniugi, qui illicitè petit, ſeu peccat exigendo debitum, an alter teneatur vel poßit licitè debitum negare.* 44

Quoties exigens peccat tantum venialiter exigendo, alter poteſt licitè reddere, & tenetur reddere. 45

Coniugi modo indebito exigenti debitum, an ſit reddendum. ibid.

Viro petenti debitum tempore menſtrui an vxor teneatur reddere. 46

Quoties petitio debiti eſt illicita ob finem venialiter malum an ſit licita, & debita redditio. ibid.

Quando debiti petitio eſt mortalis ob circumſtantiam exigentis à quo ſe liberare non poteſt, an ſit licita, & debita redditio. 47

Vbi petitio debiti eſt mortalis ob circumſtantiam ſolius exigentis non priuantem, vel priuantem iure exigendi, à qua ſe liberare non poteſt, v.g. quia voto caſtitatis, vel impedimento affinitatis poſt matrimonium contractum eſt obſtrictus, an reddens mortaliter peccet & teneatur non reddere. 48

Coniugi ex errore credenti matrimonium eſſe nullum an alter coniux certò ſciens eſſe validum teneatur reddere. 51

In prædictis caſibus an ante redditionem coniux illicitè petens ſit admonendus, & fraternè corrigendus vt deſiſtat à petitione illicita. ibid.

Coniugi peccanti mortaliter exigendo, qui non habet ius exigendi, an alter teneatur reddere. 52

An coniugi culpæ mortalis reo petẽti ratione voti caſtitatis, aut cognationis, aut affinitatis alter reddens peccet, quando reddere non tenetur; vt ratione adulterij, vel priori bimeſtri ante conſummationem. 53

An coniux prohibitus petere ratione voti caſtitatis, aut affinitatis, aut cognationis ſpiritualis poſt matrimonium contracta, obligatus tamen reddere, poſſit aliquoties petere licitè debitum. 54

Prudenterne, an imprudenter agant coniuges vouentes caſtitatem, aut non petere; & quando teneantur talis voti diſpenſationem, vel irritationem impetrare. 57

Coniux affinit, vel voto caſtitatis ante, vel poſt matrimonium emiſſo adſtrictus an peccet reddendo, quoties non tenetur reddere, vt priori bimeſtri, vel ratione adulterij alterius coniugis: anque poſſit cõiugi adultero reconciliari, & renunciare priuilegio iuris eum eximente ab obligatione reddendi. 58

XV. *Excommunicatio vnius, vel vtriuſque coniugis an excuſet à debiti redditione. Vbi an cum alter, vel vterque coniux eſt excommunicatus, an poſſit ac teneatur communicare alteri quoad debiti petitionem, & redditionem etiamſi excommunicatio præceſſerit matrimonium.* 60

XVI. *An coniux excuſetur à reddendo debitum ratione amentiæ, ſeu furoris, & ebrietatis coniugis exigentis. Vbi an tempore amentiæ, ſeu furoris alterius, vel vtriuſque coniugis ſit licita copula coniugalis.* 64

XVII. *Adulterium etiam occultum coniugis exigentis excuſat coniugem innocentem à reddendo debito. Vbi an coniux adulter eo ipſo, quod adulterium committit, amittat ius exigendi debitum ab altero adulterium ignorante.* 65

XVIII. *An, & quando ſeruitus excuſat coniuges à reddendo debito coniugali,* 68

Mancipia licitè, & validè contrahunt matrimonium inſciis, & inuitis Dominis. ibid.

In Eccleſia ſeruorum coniugia inuitis dominis cõtracta nunquã fuere nulla, & irrita. 69

Eccleſia non poteſt facere ſeruum inhabilem ad contrahendum matrimonium ſine domini conſenſu. ibid.

Leges ciuiles prohibentes, & irritantes matrimonia ſeruorum, conſentientibus, vel inuitis dominis contracta fuerunt ſemper nulla & irrita. 70

Dominus non tenetur conſentire matrimonio ſerui, non poteſt tamen illum directè minis damni inferendi impedire, ne nubat, ſecus minis beneficij auferendi, aut leui increpatione, & quoad hoc, vel illud matrimonium: & ſeruus antequam contrahat tenetur ſaltem petere domini conſenſum, aut conſilium. ibid.

Domini an poſſint indirectè ſeruorum matrimonium impedire eos, de matrimonio tractantes vendendo in remotas regiones. 71

Seruus coniugatus ſi eodem tempore Dominus ill ſeruitium præcipiat, & coniux debitum coniugale exigat, cui potius obſequi debeat. 72

CAPVT II.

De iure petendi, & obligatione reddendi debitum in dubio valoris matrimonij.

§. I. AN matrimonio bona fide vtriuſque coniugis contracto, ſi vni eorum ſuperueniat dubium de valore matrimonij rationabile, & prudens, iſte ſic dubius poſſit licite, & debeat reddere debitum alteri coniugi bona fide poſſidenti, & exigenti. 79

II. *Coniux rationabiliter dubius de valore matrimonij ſiue bona, ſiue mala fide contracti an teneatur, ſi ſperet poſſe inuenire, inquirere veritatẽ, antequam ſit occaſio, in qua alter non dubius petat; & an ſi petat debeat ei reuelare dubium.* 80

III. *An coniux dubius de valore matrimonij poſt illud bona fide contractum poſſit licite petere poſt ſufficientem veritatis inquiſitionem.* ibid.

IV. *In dubio ſuperueniente valoris matrimonij ſuborto de ſeruitute alterius coniugis poſt diligentem veritatis inquiſitionem manente, an coniux dubius ſine ſuo præiudicio teneatur alteri reddere, & poſſit licitè petere debitum.* 81

V. *Coniux poſt matrimonium, bona fide vtriuſque contractum poſtea rationabiliter dubitans de impedimento dirimente, qui litem mouit in foro externo ad diſſoluendum matrimonium, an lite mota pendente teneatur reddere debitum alteri bona fide poſcenti.* 82

VI. *An in priori bimeſtri poſt matrimonium ab vtroque coniuge bona fide contractum coniux poſtea dubitans rationabiliter de valore matrimonij teneatur alteri in bona fide exiſtenti, & exigenti reddere debitum.* ibid.

VII. *Matrimonio bona fide vtriuſq; coniugis inito, ſi poſtea vterque rationabiliter dubitet de eius valore, an licita eis ſit petitio, & redditio debiti.* 83

VIII. *Si ex coniugibus vnus contraxerit matrimonium*

monium bona fide, alter vero mala fide dubitans rationabiliter de valore matrimonij; an hic coniux dubius teneatur alteri petenti debitum reddere: & an ſaltem poſt diligentiam adhibitam ad dubium vincendum poſsit licitè petere. ibid.

Quid quando vterque coniux mala, ſeu dubia fide contraxit. ibid.

IX. *An & quando matrimonium bona fide ab vtroque eſt initum, alter poſtea rationabiliter opinatur nullum eſſe matrimonium, poſsit licitè, & teneatur reddere alteri exigenti, & exiſtenti in bona fide.* 84

X. *Si coniux probabiliter credat matrimonium eſſe nullum ſine opinione partis oppoſitæ an poſsit licitè petere.* ibid.

XI. *Coniux, qui ab initio bona fide contraxit, & poſtea ab vanas coniecturas probabiles opinatur matrimonium eſſe nullum; & ſimul opinatur eſſe validum, an poſt præmiſſam ſufficientem veritatis inquiſitionem poſsit licitè petere debitum.* ibid.

XII. *Coniuges, qui ab initio contraxerunt, mala fide dubitantes de impedimento dirimente; ſi poſtea ob coniecturas probabiles habeant opinionem probabilem de vtraque parte, an poſsint licitè petere, & reddere debitum.* 85

XIII. *Si vnus coniugum alteri, quia bona fide contraxit & in ea perſiſtit, aſſeueret ſe dolo, ſeu fictè, aut metu contraxiſſe, vel adeſſe occultum impedimentum dirimens ab initio contractus, an ſit licitum petere, & reddere; anque confitenti matrimonium eſſe nullum, petenti ſit reddendum debitum,* 86

CAPVTI III.

De Impedimento petendi ſeu exigendi, & reddendi debitum coniugale ex voto emiſſo ante, vel poſt matrimonium contractum.

§. I. *AN, & quando votum ſimplex caſtitatis, vel religionis, vel aſſumendi ſacros ordines emiſſum ante matrimonij contractum abſque diſpenſatione voti initum impediat vſum matrimonij, ſeu petitionem, & redditionem debiti coniugalis:* 88

Aſtrictus voto ſimplici caſtitatis, aut religionis aut aſcendendi ad ordines; vel non nubendi abſque diſpenſatione contrahens matrimonium abſolute, peccat mortaliter & quid ſi vrgeatur vehementibus ſtimulis carnis. ibid.

An & quando mortaliter peccet qui ſcienter contrahit matrimonium cum aſtricto voto caſtitatis, vel religionis, aut ſacri ordinis aſſumendi, vel non nubendi. 89

Habenti ſimplex votum caſtitatis, vel religionis, vel S. Ordinis aſſumendi, vel non nubendi interroganti, an valeat matrimonium cum his votis celebratum, quando reſpondendum; & liceat illi ſuadere matrimonium, ſi ſæpius labatur in venerea. 90

Ligatus prædictis votis, ſi abſque diſpenſatione contrahat matrimonium animo ingrediendi religionem ante conſummationem an peccet mortaliter. 91

Qui poſt votum caſtitatis abſque diſpenſatione contrahit matrimonium, an & qua ratione impediatur petere debitum. 93

Coniux voto caſtitatis perptua adſtrictus ante, vel poſt matrimonium ratum non conſũmatũ emiſſo an teneatur ingredi religionem ante conſummationem, an vero poſsit licitè, & teneatur alteri coniugi exigenti reddere debitum coniugale. 96

II. *Qui poſt votum religionis, aut aſſumendi ordines ſacros, aut numquam contrahendi matrimonium abſque diſpenſatione duxit vxorem, an, & qua ratione impediatur vſu matrimonij.* 98

Vota contrahendi matrimonium, aſſumendi ſacros Ordines & Religionis ab vno coniuge emiſſa poſt matrimonium ante, vel poſt conſummationem, an & qua ratione obligent, & impediant vſum matrimonij? 100

Si coniuges ante matrimonij conſummationem emittant votum religionis communi conſenſu, ad quid eos obliget hoc votũ, & qua ratione impediat vſum matrimonij; & quid ſi poſt conſummatum matrimonium emittatur. 101

Si communi conſenſu vir voueat ordines ſacros; & vxor caſtitatem, ad quid teneantur hi coniuges. 102

Quando communi conſenſu alter coniugum religionem, alter caſtitatem vouit ſiue ante, ſiue poſt conſummatum matrimonium ad quid teneantur, & qua ratione remaneant impediti vſu matrimonij. 103

III. *Qua ratione impediatur vſus matrimonij ex voto continentiæ poſt contractum matrimonium emiſſo.* 104

Votum caſtitatis ab altero coniuge ſine licentia alterius emiſſum poſt contractum matrimonij ante, vel poſt conſummationem, an ſit validum & ad quid obliget, & quomodo impediat vſum matrimonij. ibid.

Votum caſtatis à coniuge poſt matrimonium conſummatum emiſſum an ſit omnino nullum quoad non redditionem debiti; etiam quando eſt voluntaria. 105

An votum non petendi debitum emiſſum ab altero coniuge ſine alterius licentia ſit validum. 107

An ſi votum caſtitatis ab vno coniuge poſt matrimonium ratum, vel conſummatum emiſſum ſit de licentia alterius, dans licentiam poſſit ab eo petere debitum, & ille reddere teneatur. ibid.

Si coniux alteri conceſſit expreſſam licentiam emittendi votum abſoluta, & omnimodæ caſtitatis in petendo & reddendo, an & quando dans licentiam poſſit exigere, & alter teneatur reddere debitum. 108

Quando vterque coniux communi conſenſu nouit caſtitatem, an neuter poſſit petere debitũ, teneaturq́; aut poſſit reddere. 109

Altero, vel vtroque ex dictis coniugibus mutuo voto caſtitatis adſtrictis, an iudex Eccleſiaſticu poſſit & teneatur illos cogere ad cohabitandum; & qua ratione incõtinentiæ conſulendum, & an prædicti coniuges teneantur ad mutuam cohabitationem, & alia obſequia. 110

Præfatum votum mutuum caſtitatis eſt licitum & quando in eo contingat culpa venialis & an copula inter coniuges poſt dictum votum mutuum ſit grauius peccatum, quam ſi alter eorum cum ſoluta, vel ſoluto illam haberet, & qua ratione ſit in confeſſione aperienda. ibid.

Si coniuges, qui mutuo conſenſu vouerunt caſtitatem, ſibi inuicem remittant renunciationem iuris exigendi, an teneat remiſſio hæc ſacrilega, & teneantur inuicem reddere debitum. ibid.

Mutuum pactum non petendi, nec reddendi à coniugibus initum an obliget, & qua ratione remitti poſſit; & alter debeat alteri reddere debitum; & quid ſi mutuo pacto accedat iuramentum vel votum caſtitatis. 111

CAPVT IV.

De Impedimento vſus Matrimonij quoad petitionem, & redditionem debiti proueniente ex cognatione ſpirituali ſuperueniente coniugibus poſt matrimonium contractum.

§. I. *PRamittuntur nonnulla certa, vel ferè ab omnibus admiſſa.* 113

II. *Vtrum quando coniux extra neceſſitatem ſcienter, & cum culpa baptizat, aut tenet tamquam patrinus in baptiſmo, vel confirmatione communem filium, vel alterius coniugis, priuetur iure petendi debitum coniugale ratione cognationis ſpiritualis orta inter illum & alterum coniugem.* 115

CAPTT V.

De impedimento vſus matrimonij, ſeu petendi debitum coniugale ex affinitate inter coniuges poſt mattimonium orta.

§. I. *COniux, qui poſt contractum matrimonium carnaliter copulatur conſanguineæ, vel conſanguineo alterius coniugis, ob affinitatem ratione talis copulæ inceſtuoſæ superuenientem an impediatur vſu coniugali quoad petitionem, & redditionem debiti.* 119

Quoto conſanguinitatis gradu debeat perſona carnaliter cognita à coniuge eſſe coniuncta alteri coniugi, vt coniux idem inceſtuoſus priuetur iure petendi debitum. 121

Vtrum coniux poſt matrimonium contrahens inceſtuoſam affinitatem cum altero coniuge ſit priuatus iure petendi ante omnem iudicis ſententiam condemnatoriam, vel criminis declaratoriam. 124

Lex humana tàm ciuilis, quàm Eccleſiaſtica poteſt obligare in conſcientia ad pœnam priuatiuam, & poſitiuam per eandem legem delicto ipſo iure impoſitam nulla expectata iudicis ſententia condemnatoria, vel criminis declaratoria. 125

Pœna legalis poſitiua, ſeu quæ ad ſui executionẽ requirit aliquam actionem ipſo iure delicto annexa an à delinquente incurratur & ſoluenda ſit in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam 126

Pœna confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum, aut alia pecuniaria pœna ipſo iure certis criminibus annexa an à delinquente in foro conſcientiæ ſtatim incurratur ante omnem iudicis ſententiam. 127

Quando crimen eſt notorium, an ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam amiſſionis bonorum, vel aliam pœnam pecuniariam ipſo facto delinquenti impoſitam nulla requiratur iudicis ſententia. 131

Si lex pœnalis ipſo facto imponens confiſcationem, vel aliam pœnam ſimilem dicat, ad eam incurrendam non requiri iudicis declaratoriam, an etiam tunc, vt in foro conſcientiæ incurratur, ſit neceſſaria iudicis ſententia ſuper crimine. 132

Lata iudicis ſententia ad pœnam legalem condemnatoria, vel criminis declaratoria non tenetur delinquens in foro conſcientiæ ſtatim bona fiſco deferre, vel detegere; ſed poteſt expectare iudicis executionem. 133

Delinquens

Delinquens, qui ob crimen venit condemnandus, vel per legem ipſo facto condemnatus ad pœnam boni fortunæ legitimè interrogatus à iudice, negans veritatem, & ſalſo ſe defendens, an in foro conſcientiæ teneatur ad illam, ad quam, niſi falsò ſe defendiſſet, damnandus erat. 134

Reis criminis, cui ipſo iure eſt annexa priuatio bonorum, qua ratione ante ſententiam iudicis liceat bona alienare titulo gratuito, vel oneroſo. 135

Qui commiſit crimen, propter quod lege ita ſtatuente incurrit ipſo iure pœnam priuationis beneficiorum, & officiorum, & officij publici Eccleſiaſtici, an in foro conſcientiæ ſtatim beneficium Euchariſticum, vel officium amittat, & teneatur dimittere etiam ante ſententiam declaratoriam. 137

Habens beneficium Eccleſiaſticum reus criminis irrogantis ipſo facto beneficij priuationem facit fructus ſuos, & tuta conſcientia retinet, donec beneficio priuetur; poſt vero ſententiam declaratoriam & executionem iudicis tenetur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi criminis & quid ſi veniet priuandus beneficio per ſententiam iudicis. 140

Idem beneficiarius talis criminis reus ante declaratoriam an poſſit renunciare, ſeu reſignare validè beneficium. Et an eo non vocato poſſit impetrari ante dictam ſententiam criminis declaratoriam. 141

Eiuſdem Beneficiarij delinquentis beneficium, an eo non vocato, & ante ſententiam criminis declaratoriam poſſit impetrari? ibid.

Penſionis Eccleſiaſticæ priuatio ipſo facto à lege impoſita an ante declaratoriam criminis à delinquente incurratur. ibid.

Priuatio collegij, & eiuſdem collegij priuilegiorum, ac bonorum per collegij ſtatutum impoſita collegæ tale delictum committenti an in foro conſcientiæ incurratur ante declaratoriã criminis. ib.

Pœna priuationis fructuum percipiendorum ex beneficiis, vel penſionibus Eccleſiaſticis ipſo iure taliter delinquenti impoſita an incurratur in foro conſcientia ante declaratoriam. 142

Quandonam pœna priuationis bonorum, beneficiorum, officiorum, vel fructuum beneficij in foro conſcientiæ incurratur ante iudicis ſententiam; & ex quibus verbis id colligatur. ibid.

Prouiſi de beneficiis, quibus animarum cura eſt annexa, ob omiſſam fidei profeſſionem publicam an ad beneficiorum fructus reſtituendos teneantur in conſcientia ante iudicis ſententiam; & an beneficia curata, &c. habentes ob non reſidentiam in foro conſcientiæ amittant fructus beneficiorum. ibid. & 143

Epiſcopi, & alij Prælati à ſede Apoſtolica ad Eccleſiarum, & monaſteriorum regimen promoti, abſque literis Apoſtolicis Eccleſiarum adminiſtrationem accipientes, vel fidelitatis iuramentum non præſtantes, vel accepto Pallio à S. Pontifice ſine literis traditionis diſcedentes, an amittant fructus beneficiorum, & Eccleſiis ſint priuati ipſo facto in conſcientia ante ſententiam. ibid.

Adepti Epiſcopatum intra tres, vel ſex menſes negligentes ſuſcipere conſecrationem, an ante iudicis ſententiam perdant fructus & ſint Epiſcopatu priuati. 144

Si lex pœnalis addat, vel dicat, ut delinquentes nõ abſoluantur, ſeu non poſſint abſolui, niſi prius ſoluta pœna, ſeu niſi dimittãt beneficiũ vel reſtituãt, an in foro conſcientiæ obliget ante omnem ſententiam. ibid.

Obtinentes beneficium parochiale, qui ſua culpa non ſuſcipiunt ſacerdotium intra annum iuxta cap. licet canon, *an in foro conſcientiæ ſint priuati beneficio ante ſententiam criminis declaratoriam.* 145

Si lex pœnalis delinquenti imponens beneficij, vel officij priuationem, dicat, ipſo facto vacare cenſeatur, *an in hoc caſu delinquens ſtatim amittat beneficium vel officium in foro conſcentiæ cum obligatione illud renunciandi ante omnem ſententiam.* 146

Quando lex pœnalis priuans delinquentem officio: vel beneficio, utens particula ex tunc *dicens:* Ex tunc ſit priuatus, vel vacet, vel ea tunc ſoluere teneatur talem mulctam, *an obliget ante omnem ſententiam,* ibid.

Si lex pœnalis ipſo facto priuans beneficio Eccleſiaſtico addat, ut poſſit ſtatim alteri libere conferri., an priuatio, & obligatio in conſcientia dimittendi beneficium habeat locum ante declaratoriam criminis. Vbi an occidentes alios per Aſſaſinos incurrant beneficij priuationem ante iudicis ſententiam. An ob receptionem ſecundi beneficij incompatibilis cum primo, primum in foro conſcientia ſit dimittendum ante ſententiam; & ob retentionem ſit dimittendũ etiam ſecundũ. ib.

Committens ſimoniam confidentialẽ an ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam incurrat beneficiorum priuationem, & in conſcientia tenetur illa dimittere. 148

Pœna conuentionalis à contrahentibus impoſita iniuſtè reſilienti à contractu, vel non ſoluenti debitum tali tempore, an in foro conſcientiæ debeatur ante iudicis coactionem; & quid de pœna à teſtatore impoſita contrauenẽtibus ſuæ voluntati. ib.

Quæ pœnæ priuatiuæ incurrantur in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam; vbi de cenſuris, irregularitate, & inhabilitate ad contrahendum matrimonium in pœnam delicti certis perſonis impoſita. 150

Pœna inhabilitatis ad obtinenda in poſterum beneficia, officia, honores, adminiſtrationem, &c. ipſo facto à lege irrogata an in foro conſcientiæ à delinquente incurratur ante ſententiam criminis declaratoriam. 151

Pœna priuationis vocis paſſiuæ, & actiuæ & inhabilitatis ad illam lata ſententiæ an incurratur, & liget in foro conſcientiæ ante criminis declaratoriam; vbi an electio, in qua tulit ſuffragium excommunicatus, vel aliàs inhabilis ad ferenda ſuffragia occultus, valeat; ſi poſtea probetur excommunicatio, aut inhabilitas. 153

Pœna infamiæ iuris per legem, vel ſtatutum crimini annexa ipſo facto incurrenda an vt in foro conſcientiæ incurratur, requiratur ſententia criminis declaratoria, vel ſufficiat delictum, vel eius notorietas; & quibus delictis incurratur. 156

Pœna depoſitionis, & priuationis ſacrilegij Clericalis, vel ſepulturæ Eccleſiaſticæ lata ſententia an in foro conſcientia incurratur ante criminis declaratoriam. 157

II. *Quemadmodum, ſeu quibus ex cauſis à pœna priuationis iuris exigendi debitum coniugale excuſetur coniux, qui cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius poſt contractum matrimonium habuit carnalem copulam perfectam.* 159

Vxor metu graui inducta conſentiens in copulam inceſtuoſam cum conſanguineo viri, an priuetur iure exigendi debitum coniugale, vbi an metus grauis excuſet à cenſura. 160

Ignorantia triplex. iuris, facti & pœnæ. Et quod ignorantia vincibilis facti, excuſet coniugem à pœna priuationis iuris petendi, ſi ex tali ignorantia cognouit carnaliter conſanguineã ſuæ vxoris. 161

Ignorantia inuincibilis iuris Eccleſiaſtici imponentis dictam pœnam priuationis iuris exigendi debitum an à tali pœna excuſet coniugem qui habet copulam cum conſanguinea alterius. Vbi an ignorantia inuincibilis iuris humani excuſet à pœna legali, quando actus iure humano prohibitus ſub pœna eſt etiam prohibitus lege naturali, vel diuina, vel alia antiquiori. 162

Ignorantia vincibilis facti, vel iuris an excuſet à tali pœna priuationis iuris petendi debitum. 164

Ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam priuationis debiti coniugalis, cenſuram, irregularitatem ex delicto impoſitam, & aliam quamvis pœnam an ſufficiat ſcientia iuris pœnam imponentis, an verò etiam ipſius pœnæ. 165

Ignorantia ſolius pœnæ inuincibilis, & inculpata an excuſet à pœna. ibid.

Ignorantia inuincibilis ſolius pœnæ priuationis petitionis debiti ab hac pœna excuſat coniugem, qui poſt matrimonium cum altero contraxit cognationem ſpiritualem, vel affinitatem. 169

Ignorantia vincibilis, & culpabilis iuris, & facti an excuſet à cenſuris, irregularitate, & à quacumque alia pœna ſpeciali à lege impoſita violanti legem; vbi an detur ignorantia vincibilis mortalis quæ non ſit craſſa, & ſupina. ibid.

Obliuio, ſeu inaduertentia, ſeu inconſideratio actualis iuris, ſeu præcepti, vel facti, vel pœnæ excuſat eodem modo, & in iiſdem caſibus, in quibus excuſat ignorantia à culpa, vel a pœna. 172

CAPVT VI.

De mutua coniugum obligatione cohabitandi.

§. I. *AN coniuges obligentur ad mutuam cohabitationem.* 174

Coniuges an poſſint altero inuito ſeſe venundare & mancipare ſeruitut. 176

Ob dotem promiſſam non ſolutam an liceat marito negare vxori cohabitationem, illamque à domo ſua expellere. 177

Maritus ob dotem promiſſam non ſolutam an poſſit non traducere vxorem ad domum propriam. 179

An vxor poſſit ab habitatione & domo expelli, quando coniuges impediti ſunt ad petendum, & reddendum debitum coniugale. 180

II. *Secluſo pacto, vt maritus teneatur habitare in certo loco, an & quando vxor teneatur ſequi virum aliò proficiſcentem.* ibid.

Si maritus velit mutare domicilium abſque cauſa an vxor teneatur illum ſequi. 181

Vxor an teneatur ſequi virum aliquò ſe transferentem tantum ad tempus ſine mutatione domicilij. ibid.

An teneatur vxor ſequi maritum ob delictum aliò fugientem, vel bannitum ſeu exulantem, vel coniectum in carcerem. ibid.

Vxor an & quando teneatur ſequi maritum per orbem vagabundum. 182

Sponſa per verba de futuro non tenetur ſequi ſuum ſponſum, quocunque vadat. 183

Vxor ſequitur domicilium mariti. ibid.

III. *Vtrum*

III. *Vtrum ſi ab initio matrimonij uxor cum viro pactum inierit habitandi in certo loco, ut ab eo non poſſet traduci ad alia loca, nec extrahi à ſua patria ſeu ciuitate, valeat hoc pactum; ita ut ſi vir voluerit mutare domicilium, uxor non teneatur eum ſequi, ſed imò vir poſſit conſtringere ad habitandum in loco, ſeu domicilio uxoris conuento.* 184

Valet pactum, quod in remiſſionibus iniuriarum apponi ſolet, nè offenſor, ſeu occiſor ingrediatur in aliquam ciuitatem. 186

IV. *Quid remedij, quando alter coniugum ſine cauſa diuertit ab altero, nec vult cohabitare, ut obligationi cohabitationis ſatisfaciat.* 187

Quando unus coniugum ſine ulla cauſa ab altero diuertit, vel ab alio detinetur, an alter coniux poſſit illum repetere rei vindicatione. 188

CAPTT VII.

De Vſu Matrimonij licito, & illicito.

§. I. *AN actus coniugalis in genere ſuo ſit licitus, & bonus tanquam actus virtutis moralis, & conſequenter etiam meritorius, ſi in gratia exerceatur, nec vitietur ex aliqua extrinſeca circumſtantia.* 190

II. *Qua ratione ex parte finis actus coniugalis ſit licitus, vel illicitus.* 192

Explicatur, quando iuxta omnes doctores vſus coniugalis ex parte circumſtantiæ finis eſt licitus, vel illicitus. ibid.

Exercere actum coniugalem ob bonum ſacramenti, ſcilicet ad repræſentandam unionem verbi diuini cum humanitate an vacet culpa, ſitque licitum. 193

Actus coniugalis, ſi fiat primario, & principaliter ad finem vitandi in altero coniuge, vel in ſeipſo periculum incontinentiæ, an ſit peccatum veniale. 194

An ſit peccatum, in actu coniugali deſiderare non concipi prolem. 197

Petere debitum, & exercere actum coniugalem primario, & principaliter ob finem extraneum, v. g. ob ſanitatem reſtaurandam, vel conſeruandam, vel aliud temporale commodum ſitne licitum, vel veniale peccatum. ibid.

An vſus coniugij ob ſolam delectationem carnalem capiendam, vel ob eandem delectationem principaliter intentam exercitus ſit peccatum, & quale. 199

III. *Quando ſit necne ex parte temporis illicitus actus coniugalis.* 204

Vtrum in diebus feſtis, rogationum, & ieiuniorum actus coniugalis ſit illicitus. ibid.

An eo die, quo Euchariſtia ſumenda eſt, vel nocte antecedente ſit illicitus actus coniugalis, ſeu an ſit peccatum ſuſcipere Euchariſtiam eodem die copula coniugalis habita. 295

An ſacram Euchariſtiam recipere cum actuali diſtractione mentis ad vana & inutilia, aut cum actuali delectatione, ſeu affectu obiecti venialiter illiciti ſit ſpeciale peccatum veniale irreuerentiæ, & ſacrilegij; anque nulla fiat irreuerentia contra ſacramentum Euchariſtiæ, ſi quis in ſtatu gratiæ, & poſt confeſſionem mortalium illud recipiat abſque alia præparatione. 209

Quo die, vel in cuius antecedenti nocte coniuges habuerunt copulam coniugalem, an ſit laudabile, & conſulendum, ut abſtineant à ſacra communione, differendo illam in alium diem, an verò potiùs ſit illis conſulendum, ut eadem die communicene? 212

Poſt pollutionem voluntariam, vel fornicationem nocte antecedente habitam an ſit eo die abſtinendum à communione. 215

An poſt ſuſceptam Euchariſtiam in eodem die ſit licitum vel ſaltem veniale exigere debitum, præſertim voluptatis carnalis capiendæ cauſa. 216

Poſt partum quoad vſum coniugij non eſt neceſſario expectandum purificationis tempus iuxta legem antiquam Leuit. 12. 217

IV. *Quandonam actus coniugalis ſit necne illicitus ex parte, ſeu ratione loci.* ibid.

Vtrum actiones, quibus Eccleſia benedicta, aut conſecrata polluitur, & aliæ actiones, quæ factæ in loco ſacro ſunt ſacrilegia habeant malitiam ſacrilegij de ſe, & iure naturæ, an verò ſolum ex Eccleſiaſtica prohibitione. ibid.

An, & quando copula coniugalis ex Eccleſiaſtica conſtitutione ſit prohibita fieri in Eccleſia, ſeu loco ſacro, polluátque locum ſacrum. 222

Copula coniugalis extra caſum neceſſitatis habita in loco ſacro an tunc ſolum ſit ſacrilegium, quando eſt publica, & notoria, an vero etiam, quando occultè fit. 225

Per homicidium, & effuſionem ſanguinis, aut ſeminis peccaminoſam Eccleſia, ſeu locus ſacer actu non polluitur, nec eget reconciliatione, niſi crimen publicè innoteſcat, & quæ publicitas requiratur. 226

Crimina quibus polluitur Eccleſia, cum in ea fiunt, & ſunt publica, ut illam polluant, debent committi intra Eccleſiam, ſecus ſi extra Eccleſiam, vel in aliquo loco qui non ſit pars Eccleſiæ: Et quæ loca ſint, vel non ſint pars Eccleſiæ. 227

Vt per præfata crimina Eccleſia polluatur, egeatque reconciliatione, ſat eſt, quod ſit benedicta; & non requiritur quod ſit conſecrata; ſi nec benedicta, non polluitur 228

Vtrum cogitationes, deſideria, confabulationes, nutus, fictiones, aſpectus, tactus inhoneſta, & turpia in loco ſacro hinc inter coniuges, ſiue inter ſolutos habeant malitiam ſacrilegij. 229

V. *An, & quando actus coniugalis ſit illicitus ex parte modi concubandi.* 230

An liceat coniugibus ſeſe excitare ad copulam irritamentis ciborum, & cogitatione, ac delectatione pulchritudinis alterius viri vel fœminæ. 232

VI. *De nonnullis aliis venereis inter coniuges an, & quando ſint illicita.* 233

An quando vir poſt matrimonium factus eſt impotens ad penetrandum vas uxoris, vel uxor ita arcta effecta eſt, vt ſemen nequeat recipere, vel receptum retinere; poſſint licitè copulari, vel tactibus ſe incitare ad copulam. ibid.

Si vir poſt matrimonium contractum effectus ſit eunuchus, an tunc ſit licita copula; & an liceat copula coniugibus decrepitis ineptis ad generationem; & coniugibus ſterilibus. 234

Tactus, oſcula, amplexus, aſpectus, & verba turpia an, & quando inter coniuges ſint licita, vel illicita. 235

Coniugatus erga ſe ipſum exercens tactus turpes ob ſolam voluptatem in abſentia coniugis vel abſque animo coëundi cum altero coniuge præſente an peccet mortaliter. 237

Tactus turpes, oſcula, &c. inter coniuges, ſi adſit periculum pollutionis in alterutro abſque periculo conſenſus in pollutionem an ſint ſemper culpa mortalis tã ex parte reddentis, quàm ex parte petentis. 238

Delectatio moroſa coniugis de copula maritali cogitata cum altero coniuge abſente, vel cum quo ob aliquod impedimentum morale, vel phyſicum non poteſt habere copulam, an ſit peccatum mortale, tametſi abſit periculum pollutionis. 239

CAPVT VIII.

De poteſtate coniugum in ſeipſos quoad votorum irritationem.

§. I. *Notantur nonnulla circa irritationem in vniuerſum.* 243

II. *An maritus poſſit irritare omnia vota vxoris præter caſtitatis conſtante matrimonio abſque ſua licentia emiſſa, & pro tempore matrimonij implenda.* 244

III. *An vir poſſit irritare votum, aut iuramentum Deo præſtitum caſtitatis, ab vxore conſtante matrimonio abſque ſua licentia emiſſum, & pro tunc implendum.* 249

IV. *Vtrum maritus poſſit irritare omnia vota ab vxore abſque eius licentia conſtante matrimonio ante illius conſummationem tunc, ſeu pro matrimonij tempore implenda.* 250

V. *An vota vxoris conſtante matrimonio abſque viri licentia emiſſa animo implendi, ſeu implenda tempore ſoluti matrimonij poſſit idem maritus irritare; præſertim votum vxoris caſtitatis, aut religionis relatum in tempus ſoluti matrimonij; & non nubendi ſecundò.* 251

VI. *An omnia vota, præter tranſeundi ad religionem ab vxore ante matrimonij conſummationem emiſſa animo ingrediendi religionem, ibique ea implendi poſſit maritus irritare.* 252

VII. *Vota ab vxore conſtante matrimonio abſque eius licentia emiſſa an maritus poſt notoriam fornicationem carnalem, aut ſpiritualem à ſe commiſſam poſſit irritare.* ibid.

Facto legitimè diuortio an coniux poſſit vota alterius irritare, quæ poterat ante diuortium. 253

VIII. *Vtrum maritus poſſit irritare vota vxoris ab ea emiſſa ante matrimonium, ſi antequam perſoluerit, nupſerit.* ibid.

Vota à coniugibus poſt legitimum diuortium facta, vel confirmata an & qua ratione ſint irritabilia. 256

IX. *Vtrum vota vxoris perſonalia, & realia ante matrimonium facta tempore prioris mariti; vel dum erat patri, aut tutori, aut curatori ſubiecta; vel in ea ætate, in qua filiorum vota à parentibus, tutoribus, & curatoribus irritari poſſunt, nondum ante matrimonium neque à priori marito, neque à patre, aut tutore, vel curatore irritata, poſſint à marito irritari.* ibid.

Maritus an poſſit perfectè irritare vota vxoris ab ea emiſſa, dum impubes erat ſub poteſtate patris vel tutoris, vel minor ſub cura curatoris, 258

X. *Vota ab vxore conſtante matrimonio de quacumque materia emiſſa de licentia mariti, an maritus poſſit irritare.* 259

Taciturnitas ſuperioris ſcientis votum ſubditi an inducat illius approbationem, & efficiat, vt cenſeatur de illius licentia factum: & an in licentia donandi, vel faciendi

faciendi cenſeatur comprehenſa licentia vouendi. 261

Vtrum maritus, & quiuis ſuperior qui ſubdito dedit licentiam vouendi, vel votum ab eo emiſſum approbauit, poſſit illud licitè irritare; eiuſuè executionem impedire; an verò irritando peccet, & an venialiter, vel mortaliter. 263

An votum abſolutum caſtitatis, & de rebus neceſſariis v.g. non furandi, &c. de licentia mariti emiſſum poſſit maritus validè irritare. 264

Si vterque coniux ex mutuo conſenſu vouit abſolute caſtitatem, an poſſit valide irritarri, aut ſuſpendi. 265

XI. *Vtrum vota vxoris conſtante matrimonio abſque, vel cum licentia viri emiſſa, & ab eo irritata ſoluto matrimonio per mortem viri reuiuiſcant; vel non: vbi etiam in vniuerſum, an vota ſemel legitimè irritata ab habente poteſtatem dominationem reuiuiſcant vouentibus exemptis ab eorum poteſtate.* 266

XII. *An, & quando à marito, & quouis ſuperiori cenſeatur facta voti irritatio, vel ſola ſuſpenſio, vel nec irritatio, nec ſuſpenſio.* 261

Vxor, & ſubditus, vouens rem à marito, vel ſuperiori aut regula interdictam alioqui de ſe bonam tenetur petere licentiam illam exequendi. 270

Non eſt voti irritatio, quando maritus, vel ſuperior voti inſcius prohibet materiam promiſſam, vel denegat licentiam implendi votum. ibid.

An vxor, & ſubditus vouens opus, quod abſque mariti, vel ſuperioris licentia exequi nequit; teneatur marito, vel ſuperiori neganti licentiam manifeſtare votum.

Maritus, & alius ſuperior quandonam, quibúſve verbis, aut ſignis cenſeatur verè irritare votum vxoris, aut ſubditi, vel illud tantum ad tempus ſuſpendere. 272

XIII. *Vxor an, & quæ mariti vota irritare poſſit.* 273

CAPVT IX.

De Parentum obligatione erga prolem in fieri, & iam conceptam in lumen nondum editam.

§. I. *Explicantur nonnulla apud omnes certa.* 276

Vxor, quæ ſtatim à coitu ſe erigit, vel aliud facit, vt ſemen receptum expellat, grauiter peccat. Et an ſponſa intra primum bimeſtre à ſponſo, & non vxor ab alio quo vi oppreſſa incontinenti expellens ſemen receptum peccet. 277

Spontè ſumere, vel propinare viro, aut fœminæ venena, aut potionem ad ſterilitatem inducendam eſt peccatum mortale. 278

II. *An, & quando coniuges ad euitandum damnum prolis alioqui concipiendæ, & naſciturae teneantur abſtinere ab vſu coniugali.* 279

An ad euitandum damnum prolis tempore fluxus menſtrui fœminæ ſit abſtinendum ab actu coniugali tam petendo, quam reddendo. 280

Acceſſus ad vxorem grauidam an ſit illicitus ob periculum abortus fœtus non ſolum poſt, ſed etiam ante illius formationem, & animationem. 283

Congreſſus in vxore pragnante extra caſum periculi abortus an ſit ſemper illicitus; & an mortaliter, vel venialiter. 284

An ſtatim à partu actus coniugalis ſit necne illicitus. 285

III. *Ob prolis bonum, eiuſque damnum in fieri vitandum coniuges qua ratione copulam coniugalem habere debeant.* 286

An, & quando coniuges à copula inchoata poſſint, vel nequeant deſiſtere. 288

A copula fornicaria inchoata an ſemper deſiſtendum etiam poſt fœminæ ſeminationem, & cum periculo ſeminationis extra vas. 290

IV. *De obligatione coniugum conſeruandi fœtum iam conceptum, illiuſque abortum vitandi.* 292

Quale, & quàm graue peccatum ſit abortio ſeu abactio ſeminis, & fœtus nondum animati data opera procurata. 295

Parentum paupertas non excuſat à culpa abortionem fœtus non animati, vel ſeminis abactionem. 296

Quid nomine abortus hic intelligitur. 297

Pragnans laborans graui morbo cum periculo vitæ ad ſanitatem reſtaurandam poteſt vti remediis de ſe effectiuis ſanitatis, licet præuideatur inde ſecuturus abortus fœtus non animati, ſi alia remedia non ſuppetunt. ibid.

An poſſit etiam vti remediis directè, & principaliter tendentibus in abortum fœtus, ſi non ſit animatus, nec alia ſuppetant. 298

Quod procedit etiam in grauida ex coitu fornicario, vel adulterino. 299

In dictis caſibus licitum eſt etiam medico & obſtetrici applicare prægnanti infirmæ remedia, quæ ipſa poteſt aſſumere. ibid.

Si prægnans infirma nolit præfata remedia ſumere cedens iuri ſuo in bonum prolis, an tunc medicus poſſit, & teneatur ea applicare. 300

An in periculo vitæ matris prægnantis à difficultate

ficultate partus poſſit illa licitè procurare abortum fœtus nondum animati vtendo remediis directè ad illius expulſionem tendentibus. ibid.

An fœmina prægnans ex coitu fornicario, vel adulterino, vel inceſtuoſo, vel ſacrilego ad euitandum mortem alioqui inferendam à conſanguineis, vel marito, aut iudice, vel infamiam ſequuturam; ſi crimen prodatur, poſſit licitè procurare abortum fœtus nondum animati. 301

Illicitus eſt abortus fœtus inanimati in periculo honoris, & famæ, quamuis eſſet licitus in periculo vitæ ab extrinſeco matri imminente. 303

An puella poſt illicitum, & fornicarium coitum ad tuendam vitam, vel famam tectu vitio virginitatis amiſſa, & conceptione ſequuta poſſit nubere viro ignoranti cum periculo, vt vir exiſtimet prolem eſſe ſuam. 304

An ordine naturæ tantum & iuſtitiæ obligatione attentis matri prægnanti morbo graui laboranti ad tuendam vitam licitum ſit vti neceſſariis medicamentis directè tantum tendentibus ad illius ſanitatem cauſandam, non verò ad expulſionem fœtus, ex quibus tamen per accidens, & concomitanter præuidetur ſubſequuturus abortus eiuſdem fœtus iam animati. ibid.

Mater prægnans ad ſanitatem inſtaurandam, & vitam propriam tuendam an abſque iniuſtitia poſſit vti medicamentis de ſe æquè tendentibus, & ordinatis ad ſanitatem efficiendam, & ad abortionem. 310

Quando fœtus eſt animatus anima rationali, vel in dubio animationis, an verè ſit mortuus in vtero, vel adhuc viuat, ad ſanitatem matris alioqui perituræ tuendam an obligatione iuſtitiæ tantum attenta licitum illi ſit vſurpare; & aliis eidem applicare medicamenta de ſui natura directè tendentia ad abortionem ſeu expulſionem fœtus. 311

Quid de matre periclitante reſpectu fœtus baptizandi. 314

Iniuſtè inuaſus poteſt licitè occidere inuaſorem ad ſui neceſſariam defenſionem, tametſi agnoſcat illum moriturum in peccato mortali, & fore damnandum in æternum. 316

Quæ certitudo ſtatus proprij requiratur, & ſufficiat, vt teneamur lege charitatis exponere vitam noſtram corpoream pro vita ſpirituali proximi exiſtentis in extrema neceſſitate ſpirituali; & an etiam poſſimus negligere propriam vitam corporalem pro ſaluanda vita corporali proximi. ibid.

Vt actus ſit moraliter honeſtus, non ſufficit, vt careat malitia contra iuſtitiam, vel aliam virtutem, ſi præceptis aliarum virtutum prohibeatur. 317

Si vna matre prægnante pereunte certus eſſet interitus prolis abſque baptiſmi ſuſceptione, non tenetur mater ex charitate abſtinere ab his quæ directè tendunt ad ſuam ſalutem. ibid.

Si de vita matris prægnantis, & fœtus iam animati deſperatum ſit, an etiam attenta lege charitatis liceat matri vſurpare, & medico illa applicare medicamenta æquè dubia, an ſint ſanitatem allatura, vel acceleratura mortem matri, & fœtui. ibid.

V. *An & quando ſit licita ſectio vteri materni ad extrahendum fœtum ſiue fiat ob bonum fœtus, ſiue ob bonum vtriuſque.* 320

Sectio vteri matris demortuæ, & fœtus, qui creditur viuus vel dubitatur quod viuat, vel non conſtat quod mortuus ſit in vtero cum prius conſtaret eſſe viuum licita eſt, & neceſſario adhibenda, vt fœtus eximatur, & baptizetur. 321

Fœtus iam animatus an ex neceſſitate moriatur ſimul cum matre obeunte, an vero intra vterum eiuſdem matris recens defunctæ perſeuerare aliquandiu viuus poſſit, & ex ea ſtatim ſecta viuus eximi. ibid.

An deſperato partu naturali licita ſit ſectio vteri matris viuentis ad educendum fœtum alioqui intra vterum cum periculo interitus matris moriturum, & corrumpendum, ſi probabiliter ſperetur ſectionẽ nec matri nec fœtui mortem illaturam. 322

Medicus, ſeu Chirurgus, qui primus in deſperatione partus naturalis prægnanti viuenti adhibuit ſectionem vteri an peccauerit 325

Sectio vteri matris viuẽtis matrẽ diſſectã ſuperſtitem non reddit inhabilẽ ad nouam conceptionem, aut ad naturalem partum. 326

Sectio prægnantis viuæ ad extrahendum fœtum mortuum, ſiue ſolus, ſiue cum alio gemello viuo in vtero exiſtat, an ſit licita. ibid.

Prægnans, vbi ſectio vteri iudicatur neceſſaria ad eius vitam conſeruandam, an teneatur illam pati attenta ſolum ratione propriæ vitæ tuendæ. ibid.

Si dolores in abciſſione membri non ſint magni, ſed faciles, an æger ad tuendam vitam teneatur illam admittere, & pati. 329

Infirmus etiam in periculo mortis conſtitutus an poſſit licitè reſpuere omnia medicamenta alioqui illi certo, vel probabiliter profutura ad vitam conſeruandam,

Digitized by Google

dam, cur ſui naturæ, & diuinæ prouidentia exitum ſuæ ægritudinis permittens. ibid.
Quandonam licitum ſit medicinam carnalem reſpuere. 331
An teneamur vitam noſtram corporalem prolongare, cum poſſumus vtendo cibis delicatioribus, Medicinis exquiſitis, abſtinendo ab aqua, habitando in loco ſalubriori, ſumendo quotannis pharmaca, &c. 332
An ſit licitum ieiuniis, abſtinentiis, & aliis pœnitentiis, & corporis caſtigationibus vitam abbreuiare. 333
Monachi Carthuſienſes in ægritudine periculoſa ad vitã conſeruandam & alioqui morituri niſi edant, poſſint, & teneantur edere carnes. 336
Spectata prolis æterna ſalute, an mater prægnans ex charitate teneatur cum propria vitæ periculo pati, & etiam procurare vteri ſectionem, quando nullum aliud remedium eſt conſulendi bono animæ prolis. 337
An infans in vtero matris ſecundinis inuolutus poſſit verè baptizari. 338
An aliquod baptiſmi ſupplementum detur quoad infantes morietes in vtero matris, quibus non poteſt applicari baptiſmus, & quoad infantes, quibus applicatur baptiſmus irritus, & nullus ex defectu materiæ, aut formæ eſſentialis, vel debitæ intentionis. 340
Si vi ſectionis mater prægnans alioqui ex morbo morti proxima ſit moritura, an licita ſit ſectio, ſi ſit ſpes probabilis, ſectionem futuram proli vtilem alioqui morituræ ſine baptiſmo. 341
In deſperatione tam matris prægnantis, quàm prolis deficiente alio remedio, ſi iuxta peritiorum iudicium dubitetur, an ſectio ſit profutura, vel mortem allatura vtrique, an liceat illam adhibere. 343
Cum creditur ſectionem æquè profuturam matri, & periculoſam proli, vel certo profuturam matri, & dubitatur de exitio prolis, an attenta ſola obligatione iuſtitiæ ſit licita ſectio. 344
Quando mater teneatur abſtinere à ſectione. ibid.
Matris prægnantis noxiæ iuſtè damnatæ ad vltimum ſupplicium ſectio ad educendum fœtum an, & quando ſit licita. ibid.
Habito reſpectu ſolum ad bonum publicum, an prægnans ad mortem damnata non expectato partu naturali poſſit licitè ſecari ad educendam prolem. 345
Ex graui neceſſitate extrinſeca vrgentiſſima, obque bonum publicum in deſperatione partus naturalis an, & quando mater prægnans innocens viua ſecari poſſit ad educendum fœtum, quem luce frui maximè interſit boni communis. 246
Filius ex ſecto vtero eductus an habendus vti natus, ac iuribus natorum quoad ſucceſſiones, hæreditates, & legata, quæ filiis natis, vel naſcituris, competunt, potiatur. 347
Quid ſi gemelli ſimul educantur, & agatur de ſuccedendo in primogenitura. ibid.
VI. De nonnullis aliis obligationibus prægnantium abſtinendi à certis actionibus noxiis fœtui concepto; & aliquas eiuſdem fœtus conſeruationi, & promotioni neceſſarias præſtandi. 348

CAPVT. X.

De obligatione paretum erga filios quoad ſpiritualia, & bonam educationem, ſeu inſtitutionem.

§. I. VNde oriatur parentum obligatio benè educandi, & inſtituendi proprios filios vel per ſeipſos, vel per alios idoneos. 351
II. De obligatione parentum ſolicitè procurandi filiis baptiſmum. 352
Infantes nati ex vno parente infideli, & altero fideli, vel ſi poſt natiuitatem alter parentum infidelium conuerſus eſt ad fidem, ſunt baptizãdi volente parente fideli. 353
III. De obligatione parentum erudiendi filios in fide Catholica; & iis, quæ ex neceſſitate ſalutis quilibet Chriſtianus credere, & ſcire tenetur. 354
IV. De obligatione parentum filios bonis moribus, & Chriſtiana diſciplina inſtituendis curandiſque, vt à vitiis abſtineant & peccatis, Deum diligant, eius & Eccleſiæ mandata obſeruent, & virtutum actibus aſſueſcant. 356
Parentes cupientes habere filios morigeros debent illos ab initio benè educare iuxta D. Chryſoſtomum & huiuſmodi eruditioni omnia alia poſtponere. 358
Erudiendi ſunt adoleſcentes in timore, & amore Dei in obſeruatione mandatorum Dei, in reuerentia locis, & rebus ſacris debita, in rectè ſacramentorum vſu, in reuerentia, & obſeruantia parentibus, & aliis maioribus exhibenda. ibid.
Parentum præcipua cura circa filios, vt à vitiis abſtineant, & quod eorum inclinationes & affectiones prauas obſeruare debent. 360
Adoleſcentes vt plurimum proxi ad laſciuias Explicãtur mala luxuriam conſequentia, quorum propoſitione parentes curent illos à venereis auertere. 361

Parentibus

Parentibus curandum, ut ſui adoleſcentes à teneris temperantiæ virtutem colant, & illius actibus aſſueſcant. 362

Intemperantia in cibo & potu vini quæ, & quanta damna afferat. ibid.

Nimis, & immoderate dormire valdè noxium corpori, & animæ. 363

Erudiendi ſunt adoleſcentuli, ut temperanter, & honeſtè ſe habeant in locutione, in vſu viſus, auditus, odoratus, & tactus, & in veſtitu, ac ludis. 364

Præcauendum, ne adoleſcentes malorum, & improborum conſuetudine vtantur; & quam moribus periculoſa amicitia, & conſortium flagitioſorum hominum. ibid.

Ex bono, vel malo vita parentum exemplo præcipuè pendent filiorum boni vel praui mores. ibid.

Parentum mores in liberos deriuantur; & vt plurimum filij ſunt imitatores prauarum affectionum, & incontinentiæ parentum. ibid.

V. *De parentum obligatione corripiendi ab ineunte ætate filios ad vitia inclinatos, & à recto virtutis tramite aberrantes.* 365

VI. *De parentum obligatione erudiendi filios in humanis ſcientiis, liberalibus diſciplinis, & bonis artibus.* 366

VII. *Explicantur quædam ſpecialia à parentibus præſtanda pro bona puellarum, ſeu filiarum educatione præſertim ad illarum pudicitiam præſeruandam.* 368

VIII. *Traduntur nonnulla ad materiam bonæ educationis filiorum directè, vel indirectè ſpectantia.* 371

X. *Apud quos filij vtriuſque ſexus præſertim pupilli, & minores educari debeant viuentibus patre, & matre; aut defuncto patre ſuperſtite matre, vel è contra, aut vtroque parente defuncto.* 373

Patre viuente extra caſum diuortij regulariter filij ſunt apud patrem educandi: & quando ei non permittenda educatio. 373

Attento iure communi tam antiquo codicis, quam nouiori authenticorum apud quem ex coniugibus educandi ſint filij facto inter coniuges diuortio. 377

Quando culpa matris diuortium ſit; an ſoboles ſit educanda apud patrem expenſis matris locupletis, ſi etiam pater ſit diues. 378

Patre defuncto pupilli educandi ſunt apud quem pater ipſe iuſſerit ſeu voluerit fore educandos, ſi de hac eius voluntate conſtet, à qua tamen voluntate iudex aliquando recedere poteſt. 380

Defuncto patre, qui non diſpoſuit, penes quem filij forent educandi, mater regulariter cæteris præferenda, ſi in ſtatu viduali viuat, exceptis nonnullis caſibus. ibid.

Poſt matrem auia, & proauia materna præfertur cæteris quoad pupillorum educationem: Excluditur ob cauſas ſimiles excludentes matrem. 382

Pupilli an & quando educari poſſint apud matrem ſecundo nubentem. 383

Quando mortuo patre non ſunt ſuperſtites mater, vel auia, pupilli apud quem, num apud cognatos, vel apud tutorem, vel apud quem ex cognatis educari debeant, relictum eſt iudicis arbitrio: & quæ in huiuſmodi arbitrio attendere debeat iudex. 383

Pupillus non debet educari apud eos, vbi eius pudicitiæ ſit periculum. 385

Sponſa an, & quando educari, & ali poſſit apud ſponſum, vel ſponſi patrem, aut matrem. ibid.

Filiæ illegitimæ an, & quando poſſint educari apud matrem, & an potius apud ipſam, quam apud hæredem patris grauatum illas alere & dotare. ibid.

Iudici proponuntur nonnulla aduertenda circa deſignationem, vbi pupilli educandi ſint. 386

R. P. D. IO.

Digitized by Google

R. P. D.
IO. ANGELI BOSSII
TRACTATVS,
DE
EFFECTIBVS CONTRACTVS MATRIMONII.

CAPVT. PRIMVM.

DE MVTVA CONIVGVM POTESTATE PETENDI, SEV exigendi, & obligatione reddendi coniugale debitum.

DE hac re D.Thomas *in addit.ad 3.p.quæſt.64.* Magiſter *in 4.diſt.32. ibidem* Riccardus, Maior, Paludanus, Durandus, Sotus, Angelus *in ſumma, verbo Debitum coniugale*, Tabiena, Sylueſter, Armilla, Sà *verbo eodem.* D.Antoninus *p.3.tit.1.c.19. §.3. & cap.20. §.7.* Caietanus *in ſumma, verbo matrimonium, tit. vſus matrimonialis coniugij multipliciter vitiari poteſt, & tom.1.opuſc.cap.13.* Monaldus *in ſumma tit. de effectu matrimonij*; Victoria *in ſumma tit.de vſu matrimonij n.278.* Aſtenſis *in ſumma p.2.lib.8.tit.10.* Ioannes de Friburgo *in ſumma lib.4.de matrim. tit.2. à quæſt.35.* Nauarrus *in man. cap.16.num.24. ad 27.* Toletus *in ſumma lib.7.cap.20.* Lopez *1.p.inſtructorij cap.79.ad 87.* Rodriquez *in ſumma latina p.1.cap.242.* Flamma *3.p.methodi cap.8.§.9.* Antonius de literatis *in ſumma p.1.cap.49.* Cataneus *in ſumma, v.Debitum coniugale.* Couarruuias *de ſponſalibus p.2. cap.7. §.2.* M. Antonius Cuccus *inſtit. maior. lib.5. tit.11. num.119. & ſeqq.* Henriquez *in ſumma lib.11. cap.15.* Sanchez *de matr. lib.9. diſp.2. & ſeqq.* Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt.64.art.1.2.& 3.* Rebellus *de obligat.iuſt.p.2.lib.2.quæſt.16.* Azorius *p.3.lib.3.cap.31.* Reginaldus *in praxi fori pœnit. p.2.lib.31.n.281. & ſeqq.* Ægidius Coninch *de Sacram. diſp.34.num.13.& ſeqq.* Layman *lib.5.tract.10.p.3.cap.1.* Bonacina *de matr.quæſt.4.puncto 1.ad 5.* Filliucius *tom.1.p.2.tract.10. cap.9.* Stephanus Fagundez *in decalogum lib.6. c.3.* Baſilius Pontius *de matr.lib.10.cap.2.& ſeqq.* Villalobos *in ſumma p.1. tract.13. difficultate 44. ad 54.* Hurtadus *de matrim.diſp.10.num.8.ad 58.* Raphaëlus Auerſa *de matrim.quæſt.21. ſect.1.& ſeqq.* Antonius Fernandez *in medulla p.3.cap.20.§.1.* Nicolaus de Ploue *in tractatu Sacerdotali, vbi de matrimonio, titulo de cautelis matrimonij*, Diana *p.5. tr.5. reſol.14. & tract.14. reſolut.36.* Homobonus *de ſtatibus p.2.cap.19. num.4.* Graffius *deciſ.aur.p.2.lib.1.cap.12. num.54. & ſeqq.* & alij *apud eoſdem.* 1

SVMMARIVM
§. Primi, Secundi, & Tertij.

Coniuges per ipſum matrimonij contractum adinuicem ſui corporis, & voluntatis poteſtatem, & dominium transferunt. num.2. & 4.

Matrimonium de præſenti prius contractum præfertur ſecundo etiam copulâ carnali conſummato. num.3.

Iuxta l. Quoties Cod.de rei vendicatione, *in dominio ille eſt potior, cui priùs res traditur, licet alius in titulo præuenerit. Et Res duobus vendita fit illius, cui priùs traditur. num.5.*

Ex l.Traditionibus Cod.de pactis, *ſine rei traditione ſolo titulo, v.g.ſola venditione, aut donatione dominium nequit transferri. ibid.*

Diſpoſitio dictarum legum ceſſat in matrimonio, in quo ſolus titulus ſufficit ad transferendum dominium corporum. numero 6.

Titulus in matrimonio cauſatur ex conſenſu, & verbis de præſenti. ibid.

In ſpiritualibus putà, in venditionibus, aut donationibus factis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis, &

collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum abſque traditione transfertur dominium. n.7.

In aliis etiam caſibus ſolo titulo abſque traditione acquiritur dominium, remiſſiuè. n.8.

Vterque coniunx habet ius petendi debitum coniugale, & tenetur reddere, ſi debitè petatur, & nulla adſit cauſa iuſta excuſans à redditione. n.9.

Huiuſmodi ius petendi, & obligatio reddendi prouenit ex ipſius contractus natura. n.10.

Obligatio reddendi oritur ex præcepto affirmatiuo, obligans ſemper, non tamen pro ſemper. n.11.

Coniux iniuſtè negans reddere debitum poteſt per iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem ad id compelli. n.12.

Maritus eſt caput mulieris, illique præeſt quoad regimen, & quoad officia domeſtica. n.13.

Quoad actum coniugalem nempe ius exigendi, & obligationem reddendi coniugale debitum vir, & vxor ſunt pares; & etiam quoad obligationem abſtinendi ab alieno thoro, & ſeruandi perpetuam ſocietatem. n.14.

Neuter coniugum regulariter, & per ſe tenetur petere debitum: ſed per accidens aliquando, nempe quando petitio eſt reddit'io, quando in altero coniuge non petente aduertit incontinentiæ periculum, cui ſperat occurri poſſe per actum coniugalem, tam vir, quàm vxor ad petendum obligatur; & an ex lege charitatis, vel etiam iuſtitiæ. n.15 ad 25.

Coniux an ad euitandam in ſe incontinentiam tentatur debitum petere. n.26.

Quis aliquando, vt ad tollendas ſeditiones, vel magnas lites, & diſcordias, aut ad euitanda bella, & cædes in Republica tenetur matrimonium contrahere, & eo vti. n.27.

In principio mundi, & in principio reparationis illius poſt diluuium ſinguli homines in particulari ex præcepto iuris naturalis, & diuini obligabantur ad matrimonium contrahendum, & vacandum generationi. n.28.

Si modò peſte, aut bello deficerent omnes homines præter religioſos, an hi ex eodem præcepto tenerentur matrimonium contrahere, & illo vti. n.29.

§. Primus.

Per matrimonij contractum alter in alterum coniugem ſui corporis dominium transfert.

2 NOtandum per contractum matrimonij, ſeu per matrimonium per verba de præſenti legitimum ante omnem copulam inter coniuges, ſeu ante traditionem mutuã corporum per vſum actus coniugalis transferri corporum dominiũ, ſeu ipſos coniuges alterum in alterum transferre corporis poteſtatem, ita vt transferẽs iam ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed alter; & corpus vxoris in ordine ad actum coniugalem, non ſit vxoris, ſed viri, & è contra, conſtat id ex illo 1. ad Cor. 7. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier*; colligitur etiã ex dictis à me in tractatu de contractu matrimonij *cap. 10. num. 187. & num. 216. & ſeqq.* Innuunt Doctores præallegati, & in terminis tradunt poſt alios Petrus Barboſa *in Rubr. ff ſoluto matrim p. 2. n. 78. & n. 85.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. comp. 13. à num. 16. ad 48. & lib. 2. diſſ. 15. n. 14.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad cap. ſi inter 31. n. 4. de ſponſalibus. & ad cap. ex tranſmiſſa 8. n 12. de reſtitutione ſpoliatorum*, & Victoria *relect. de matr. p. 1.*
3 *num. 5.* † Ex quo fit vt matrimonium de præſenti prius contractum (vt definitur *cap. licet & cap. fin. de ſponſa duorum*) præferatur ſecundo, etiam carnali copula conſummato, illúdque dirimat; eo quod priori matrimonio legitimè contracto licet nondum conſummato coniux v. g. vir careat dominio proprij corporis iam in alterum tranſlato, & ita alij mulieri iam tradere ſuum corpus non poſſit; deciſionis enim dictæ *cap. licet, & cap fin.* ſcilicet, quod coniuges non poſſint validè contrahere ſecundum matrimonium exiſtente primo, licet non conſummato, quódque hoc præferatur ſecundo conſummato, Petrus Barboſa *d. num. 85.* poſt alia (quæ latè refert Molinus *d. comp. 13.*) hanc eandem rationem affert, quia nempè, cum ex primo matrimonij contractu per verba de præſenti dominium corporis ad potentiam copulæ ſit tranſlatum in vxorem, non poteſt ille, qui iam Dominus non eſt ſui corporis, illud in aliam vxorem transferre ad eandem potentiam copulæ, argum. cap. *quod autem, in fine ibi. pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare, de iure patron.* † Licet idem Barboſa aliam etiam 4
rationem addat, ſcilicet quod coniuges ſicut per matrimonium inuicem transferunt ſuorum corporum dominium, ita etiam videntur ad inuicem transferre ſuas voluntates, quatenus pertinet ad indiuiduam vitæ conſuetudinem; ac proinde cùm vir contrahendo primum matrimonium de præſenti non ſit amplius dominus ſuæ voluntatis quoad indiuiduam vitæ conſuetudinem, contrahendo cum alia, non valet matrimonium propter deficientem conſenſum, & conſequenter nec
valet copula, quæ pòſt ſequitur. † Quare quod de aliis contractibus, per quos res diſtrahuntur, & in alium transferuntur *l. quoties Cod. de rei vendicatione* deciditur, ſcilicet, vt in dominio ille ſit potior, cui res prius traditur, licèt alius in titulo præuenerit, ita vt etſi alicui res prius vendita ſit, & nondum tradita, ſi pòſt alteri ſit vendita, & tradita, is ſecundus priori ſit præferendus, eo quia donec non traditur rei illius dominium propter ſolum titulum, nempe emptionem: non acquiritur dominium *l. traditionibus Cod. de pactis §. per traditionem inſtit. de rerum diuiſione.* Quod, inquam, *d. l. quoties* diſponitur, & quod ex *d. l. traditionibus*, interpretes communiter inferunt quoad alios contractus, videlicet dominium non poſſe in alium transferri aliter, quàm per rei traditionem, non habet locum in matrimonio, 5
6 † in quo ad transferendum dominium ſufficit ſolus titulus abſque actuali traditione in actualem vſum actus coniugij, qui titulus cauſatur ex conſenſu, & Verbis de præſenti inter coniuges prolatis, quibus matrimonium perficitur, quique ſunt mutua corporum eorundem coniugum traditio, & acceptatio, quatenus nempè continent, & pariunt mutuam, & immediatam coniugum obligationem tradendi actualiter corpus ad actum coniugalem; quo ſenſu (vt obſeruat Victoria *d. num. 5.*) communiter aiunt Doctores rationem matrimonij conſiſtere in mutua traditione corporis, & obligatione ad vſum corporis quoad actum coniugalem. Et quod regula, ſeu diſpoſitio *d. l. quoties & l. Traditionibus*, non procedat in matrimonio, ſed in eo transferatur ius, & dominium plenum abſque aliqua traditione per ſolum titulum, ſeu contractum in terminis poſt alios tradunt Anton. Gabr *comm. concluſ. lib. 3. tit. de empt. & vendit. concluſ.* a *n. 38.* Gaillus *obſeruat. lib. 2. obſeruatione 55. n 12.* Petr. Barboſa *d. n 85.* Molinus *d. comp. 13. à n. 19. & d. diſſ. 15 n. 14.* Auguſtinus Barboſa *locis allegatis collectaneo ad d. l quoties n 14.* † Vbi & etiam *collecta-* 7
neo d. l traditionibus. n. 4. limitat diſpoſitionem dictarum legum tradens vniuerſaliter in ſpiritualibus, & beneficialibus, ex ſolo titulo, & inſtitutione transferri, & acquiri pleniſſimum ius, & dominium, quod colligitur ex *c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6.* & tradunt Gabr *d. concluſ. 2. n. 33.* Molinus *cum aliis d. comp. 13. n. 21.* Spino *in ſpeculo teſt.* Gloſſa 4. *in principio n. 93 Verſ. ex quibus omnibus*, & Molina *de iuſtitia tractat. 2. diſp. 3. poſt ſeptimam diuiſionem dominij. Verſic. Excipiuntur tamen.* Vbi ait, quod quando Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis quibuſdam piis locis, ciuitatibus, vel in Redemptioné captiuorum hæreditas aliqua, legatum, aut fideicommiſſum eſt relictum, vel donationis titulo aliquid eis datum, aut etiam venditum eſt, ſtatim abſque vlla traditione in eorum dominium tranſit, ac proinde ſi idem vendatur, & tradatur ſecundo emptori, inualida eſt eius venditio. † In aliis quo- 8
que caſibus minimè procedit diſpoſitio *l. quoties & l. Traditionibus* ſolóque titulo rei dominium transfertur, de

quibus

quibus Molina *loco citato*, & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d.l. quoties, C.de rei vendicatione, & ad d. l. Traditionibus C.de pactis.*

§. II.

Vterque coniux habet ius exigendi coniugale debitum, & ex obligatione iuſtitiæ alteri debitè exigenti tenetur reddere; & quoad fidem, & debitum coniuges ſunt æquales.

9 Ex præſuppoſito notabili infertur primo alterutrum coniugem habere ius exigendi ab altero coniugale debitum & ex obligatione iuſtitiæ alteri exigenti coniugalē debitum, ſeu illud petenti tanquam debitum teneri illud reddere, cum alter iuſtè, & rationabiliter, ac debitè petit, & ipſe commodè reddere poteſt, ſeu nulla iuſta cauſa (quæ autem ſint huiuſmodi cauſæ infra latè explicabitur) à redditione excuſari queit; ita tradunt omnes Doctores *n.* 1. allegati colligitur ex *c.* 1. 3.*q.*5.*& c. tua nos de iure patr.* & expreſsè decernit Paulus dicto *cap.*7. primæ ad Corinth. illis verbis. *Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro*, additque rationem dicens, *quoniam mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vxor.* Igitur ratio huius iuris exigendi, & obligationis reddendi eſt, quia per matrimonij contractum coniuges ad inuicem (*vt n.*2.oſtenſum eſt) ſui corporis dominium ad vſum actus coniugalis tranſtulerunt, ex quo dominio intrinſecè oritur ius petendi, ſeu exigendi & obligatio reddendi coniugale debitum, quiſque enim habet habet ius petendi, quod ſuum eſt, illóque debite vtendi; & vnuſquiſque ſuum poſcenti ex iuſtitiæ obligatione reddere tenetur, niſi contra hoc le-
10 gitime exceptio habeatur. † Ex quo patet ius petendi coniugale debitum, & obligationem iuſtitiæ illud reddendi (vt etiam in terminis tradūt Petrus Ledeſma *art.* 1. Sanchez *diſp.*2. Reginaldus, Hurtadus, *& alij*) oriri intrinſecè, & neceſſario ex ipſa matrimonialis contractus natura, qui ex viſua intrinſeca transfert dominium mutuum corporum coniugum, propter quod in tractatu de contractu matrimonij *cap.*10 *num.* 198. dixi eſſe nullum matrimonium contractum ſub condione non transferendi corporum dominium ad vſum generationis, & quia talis conditio repugnat ſubſtantiæ, & naturæ ipſius contractus matrimonij, & num.216. & ſequentibus ſuſtinui vitiari, & eſſe nullum matrimonium cōtractum ſub conditione, ſeu pacto, vt neuter poſſit petere, aut teneatur reddere debitum, quia huiuſmodi cōditio, & quælibet alia huic æquiualens repugnat, & intrinſecè contrariatur iuri, & dominio, quod habet coniux in alterum, quod eſt de ſubſtantia matrimonij; prout latiùs ibidem
11 explicatur. † Dixi autem, *ſi debitè, & rationabiliter petit, & ſi nulla iuſtá cauſá excuſari à redditione poteſt*; quia obligatio reddendi debitum oritur ex præcepto affirmatiuo, ſeu pręceptum reddendi debitum eſt affirmatiuum; ac proindè licet ſemper obliget, non tamen (vt aiunt) pro ſemper, ſed tunc quando alter exigit (loquendo ſcilicet per ſe. An verò aliquando per accidens, dicam infra) & pro loco, & tempore, & iuxta debitas circumſtantias, vt rectè Maior, Paludanus, Sotus *locis n.*1.*allegatis*, & plures
12 ex alijs Doctoribus *ibidem relatis*. † Cum autem debitum coniugale iuſtè, & debitè exigitur ab vno coniuge, & ab altero iniuſtè negatur, poteſt per iudicem eccleſiaſticum compelli ad reddendum, ſicut iniuſtè nolens cohabitare poteſt ad cohabitandum cogi per iudicem eccleſiaſticum, immo ratione contractus matrimonij, etiam per laicum, vt cum alijs tradunt Couarruuias *d. cap.*7.*in principio n.*3. Burſatus *conſ.*307.*fine vol.*2. & Villallobos *d.tractatu* 13.*difficultate* 43. de qua re latè *infrà* cum de obligatione mutua coniugum quoad cohabitationem; hæc enim mutua obligatio cohabitandi non ſolum reſpicit vnam communem domum, & menſam, ſed etiam vnum lectum, vt ſatisfiat obligationi reddendi debiti; & ad id tendit coactio ad cohabitationem, vt colligitur ex *c.*1.*&*
ſecundo de coniugio leproſorum. Ex eodem notabili infertur 13
ſecundo, quod licet alioqui vir, ſeu maritus ratione naturalis conditionis ſit caput mulieris, & non è contra, vt docet Apoſtolus 1.*ad Corinth.*11. & habetur *c. cum caput & c.ſeq.*33.*q.*5.*& eadem* 33.*q.*6. *per totum*; ac tradunt ſanctus Thomas *art.*3. *Magiſter d.diſtinct.*32. Durandus ibidem, *Sotus a.*2. Aſtenſis *q.*2 Ledeſma *ar.*1. Graffius *n.*54.*&* 55. Sanchez *diſp.*2.*n.*1. Reginaldus *n.*281. ac proindè in alijs à matrimonio vir præſit mulieri; hæc què ſit ſub illius regimine, & poteſtate, & conſequenter quoad officia domeſtica, ſeu domeſticam diſpenſationem non ſint æquales, ſeu non ſit eorum ius ęquale, ſed pręcellat ius viri vt po-
tè capitis; † Nihilominus quoad ius exigendi coniuga- 14
le debitum, & quoad obligationem illud non negandi iuſtè petenti, & etiam abſtinendi ab alieno toro, ac ſeruandi indiſſolubile vinculum, & indiuiduam vitæ ſocietatem ſunt pares, & ęquales; *c. precipit. c. apud nos, & can. fin.* 32.*q.*5.*& c. gaudemus* §.*ſanè de diuortijs*, & tradunt in terminis mox præallægati Doctores, & etiam Antonius de Liteatis, & Cataneus *locis ſupra n.*1.*allegatis*; Et ratio eſt, quia per contractum matrimonij non minus vir transfert in vxorem ſui corporis poteſtatem, & dominium quoad actum coniugalem, quàm in ipſum ſui corporis dominium transferat eadem vxor, ex quo ſequitur, vt ſicut vir habet ius exigendi debitum coniugale, & vxor negare non poteſt; ita è contra vxor habet ius exigendi, & vir tenetur *reddere*, & propterea dixit Paulus 1. *ad Corinth.*7. *Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor viro*, & infrà *nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus*: quibus verbis apertè oſtendit præfatam æqualitatem. Quam æqualitatem D. Thomas (quem ſequuntur alij, Sotus, Ledeſma, Sāchez locis allegatis) appellat proportionis; qualis eſt illa, quę eſt inter duas quantitates proportionatas ſecundum proportionem eiuſdem ſpeciei licet vna ſit maior altera, vt dupli ad ſubduplum, & quatuor ad duo, & duorum ad quatuor: nam quoad æqualitatem quantitatis, qualis eſt illa, quę eſt inter duas qualitates eiuſdem menſuræ vt bicubio ad bicubitum, vxor non eſt æqualis viro non ſolum in reliquis, & in domeſtica diſpenſatione, cum vir præſit tanquam caput, & gubernet, & mulier ſubſit, & gubernetur; ſed etiam in actu coniugali, ſi quidem in eo nobiliores agit partes, cū ſit agens, & mulier patiens; at licet agens ſit nobilius paſſo, eſt tamen eadem proportio patientis ad patiendum, quæ agentis ad agendum, ac proinde eodem iure tenentur vterque alteri, vt explicat Sotus *ar.*2. *in ſolutione primi argumenti.*

§. III.

Neuter coniugum propriè tenetur petere coniugale debitum, aliquando tamen per accidens tenetur.

Etſi autem vterque coniux ex vi contractus matri- 15
monij tenetur alteri iuſtè petenti, ſeu exigenti reddere coniugale debitum; neuter tamen per ſe, & propriè loquendo tenetur petere, & exigere. Vt tradunt Riccardus *q.*2. Sotus *art.* 2. *Verſic. Quæſtio facilis eſt in fine* Angelus *n.*16. Syluester *n.*10. Nauarrus *n.*25. Aſtenſis *q.*8. Sāchez *d.*2.*n.*1. Filliuc. *n.*304. Coninch *n.*14. Baſilius Pontius *cap.*2. & Hurtadus *nu.*49. Rationem affert Riccardus ab alijs approbatam, quia nemo tenetur vti iure ſuo, quod pro ſe tantum introductum eſt *c. ad Apoſtolicam, de regularibus*: nec aliquis à ſuo debitore ſuum debitum repetere compellitur, nequè debitum offerre, ſi eſt tale debitum quod non debeatur, ſi non petatur expreſsè, vel tacitè; huiuſmodi autem eſt coniugale debitum. Dixi, *per ſe, & propriè*, nam per accidens debet coniux aliquando of-

ferre copulam, & petere debitum coniugale.
16 Et primò tenetur offerre, ſeu petere, quando ipſum
offerre, vel petere eſt potius reddere, vt cum alter con-
iux præ erubeſcentia non audet expreſſè petere, petit
autem tacitè, & interpretatiuè oſtendens aliqua ſigna,
quibus indicat internam voluntatem coniugalis copu-
læ, vt ſibi reddatur debitum, de qua re infrà.
17 Secundò tenetur coniux petere ſaltem ex charitate,
quando prudenter credit periculum incontinentiæ (ſiue
incōtinentia exiſtimetur futura ſine fidei violatione, ſi-
ue cum violatione fidei, ſcilicet adulterio) quod peten-
do auertere poſſit, imminere alteri, qui nullo modo petit
nec expreſſè, nec interpretatiuè, nullum videlicet exhi-
bens ſignum, quo indicet ſe cupere, vel velle copulam
cum ſuo coniuge, ſibique reddi debitum. Ita S. Thomas
d.q.64 art.2.ad 1.& q.49.art.5.ad 2 Sotus *d.31 art.4.concl 1.
fine & d.32.art.2 præallegato verſic* Petrus Ledeſma *q. 49. a.
5.dub.1.concl.2.* Henriquez *lib.11.c.15 n.9.& lib.12.cap 2.n.9.*
Sanch. *d.diſp.2.n.6 & 7.* Filliucius, Pontius, Coninch. &
Hurtadus *locis n.præcedenti relatis*, Reginaldus *n.281.* Palu-
danus, Adrianus, Aſtenſis *locis infra citandis, & alij relati* à
Sanchez. Probatur, quia ſi quis proximus ſaltem ex le-
ge charitatis tenetur, cum commodè poteſt, ſubuenire
proximo in ſpirituali neceſſitate conſtituto, illiuſque
peccatum impedire, maximè, & præcipuè tenebitur cō-
iux coniugi ob arctum amicitiæ vinculum, quo adſtricti
ſunt. Confirmatur primò, cum matrimonium poſt natu-
ræ lapſum inſtitutum ſit in remedium concupiſcentiæ,
huiuſmodi remedium coniux coniugi indigenti, etiam
non petenti offerre exhibendo debitum tenetur, perin-
dè ac medicus ægroto, cui medetur, medicinam ſaluta-
rem offerre tenetur, tametſi eam non petat. Confirma-
tur ſecundò, præſertim quando alteri coniugi non pe-
tenti imminet periculum fornicandi, ſed adulterandi,
niſi copula coniugali oblata ei ſubueniatur, quia ad bo-
num fidei pertinet non ſolum quod neuter coniugum
reſpuat mutuum debitum, ſed etiam quod neuter aliam
copulam requirat, & conſequenter ad idem bonum fi-
dei pertinere videtur (ex S. Thoma *d.a.5.ad 2.* & Paluda-
no *d.31.q.2 a.3.Verſic.Dicendum quod verum*) vitare inconti-
nentiam in altero coniuge, ſeu auertere alterum coniu-
gem, illumque præſeruare à fornicatione, ac proindè
quando nullum aliud medium occurrit auertendi, offe-
renda eſt illi coniugalis copula, ſi prudenter exiſtimetur
18 profutura. † Quod ſi incontinentia, ſeu fornicatio aliter
poſſet euitari, tunc ceſſaret obligatio offerendi copulam,
19 vt tradit Paludanus *d art.3. Verſic. Dicendum.* † Quemad-
modum etiam ceſſaret prædicta obligatio offerendi co-
pulam, quando non eſſet profutura, ſed adhuc coniux
periclitans nollet continere, vellet què aliam copulam; quia
cum tunc alter coniux periclitans verè, & propriè non
petat debitum, ſed ad ſummum interpretatiuè, & præ-
ſumptè, quatenus vult ſibi mederi matrimonio in reme-
dium concupiſcentiæ inſtituto, obligatio offerendi co-
pulam in huiuſmodi caſu non prouenit ex alterius ex-
actione, ſed ex præcepto impediendi peccatum proxi-
mi, vel etiam ex bono fidei, ſeu natura fidei matrimonia-
lis, quatenus obligat ad præcauendam in altero coniu-
ge fornicationem, & ruinam animæ. Idcirco vbi ceſſat
ſpes euaſionis ruinæ, & vitationis periculi, atque forni-
cationis, ceſſat etiam obligatio offerendi debitum. Ita in
terminis Sanchez, & Coninch, & colligitur etiam ex Pa-
ludano *vbi ſuprà*, Petro Ledeſma, Pontio, & aliis, quate-
nus volunt alterum coniugem teneri alteri coniugi pe-
riclitanti offerre actum coniugalem ex debito cohiben-
di in illo incontinentiam. Eo quod hoc ſpectet ad bo-
num fidei, ac proinde iuxta eoſdem ſecus erit dicendum
cum cohibitio, & vitatio incontinentiæ probabiliter
20 non ſperatur. † Vbi autem fuerit ſpes, obligatio peten-
di æquè comprehendit vtrumque coniugem, ſcilicet et-
iam vxorem, ſi maritus ſimili incontinentiæ periculo la-
boret nullo modo expreſſè, nec ſignis petens, ſeu indi-
cans velle ſibi reddi coniugale debitum, quod manife-
ſtè conuincunt rationes *num.17.* adductæ. Notat tamen
Sanchez quod ſi vxor foret nimis verecunda, quam val-
dè puderet, dedeceretque verbis, ſeu expreſſè petere, ad
id ea non teneretur, ſed ſat eſſet ſignis, quibus vxores pe-
tere conſueuerunt copulam viro periclitanti offerre.
Dixi autem in huiuſmodi euentu, *coniugem alteri peri-* 21
clitanti teneri offerre copulam ſaltem ex charitate, quia valdè
controuerſum eſt, an etiam ex fidelitate, & iuſtitia erga
alterum adſtringatur, tunc prouidere bono ſpirituali il-
lius, & præſeruare à periculo incontinentiæ, & fornica-
tionis debitum ab eo coniugale petendo; & affirmant in
terminis Petrus Ledeſma, & Pontius *locis allegatis*; *idem
ſentire videntur* S. Thom. Sotus. Henriquez *locis n.17. rela-
tis*, Aſtenſis *in ſum.lib.8.tit 10.art.1.quæſt.4.* Adrianus *in 4.
vbi de Eucharistia quæſtione. Reſtat tam videre, reſponſione ad ſe-
cundam rationem*, & Petrus Soto in *inſtitutione ſacerdotum
vbi de matrimonio lectione 15.in fine*, quatenus aiunt petitio-
nem, ſeu oblationem coniugalis actus ad ſubueniendum
neceſſitati, & infirmitati alterius coniugis incontinentiæ
periculo laborantis eſſe quandam, & veram debiti red-
ditionem ad bonum fidei pertinentem, eo quod neceſ-
ſitas illa, ſeu infirmitas, & procliuitas alterius coniugis
ad incontinentiam, cui per actum coniugalem mederi
poteſt, cenſeatur vera exactio interpretatiua, licet nul-
lum aliud ſignum petitionis copulæ cōiugalis appareat,
neceſſitas enim illa per ſe ſatis clamare videtur actum
coniugalem. Quod idem aiunt nonnulli alij citati à
Sanchez. Quare probatur hæc ſententia primò, quia tunc
ex parte periclitantis adeſt virtualis, & interpretatiua ex-
actio neceſſitate illius clamante, ergo ex parte alterius
actus coniugalis eſt debitus ex obligatione fidelitatis, &
iuſtitiæ, & oblatio eiuſdem actus licet metaphyſicè lo-
quendo ſit petitio, tamen virtualiter, interpretatiuè &
moraliter eſt redditio debiti; ſicut (inquit Ledeſ. *d.dub.
2.in reſponſione ad primum*) quando quis inimicum, qui
habet ipſum incluſum ad eum occidendum, præuenit
ipſum interficiens, tunc metaphyſicè eſt aggreſſio, mo-
raliter autem defenſio, qua de cauſa Adrianus, Sotus,
Henriq. *locis citatis*, & alij, quos refert, & ſequitur Sanch.
diſp.7 num.5.eiuſdem lib 9.de matrimonio aiunt, Coniugem
voto caſtitatis ligatum non peccare ſi petat actum con-
iugalem ad euitandum in altero incontinentiæ periculū,
quia tunc eſt potius, ſeu quodammodo reddere. Secun-
dò probatur exemplo medici (de quo *n.17.* in prima con-
firmatione) qui ex iuſtitia tenetur ægroto non petenti
exhibere medicinam, & ita etiam cum matrimonium ſit
inſtitutum in remedium concupiſcentiæ, coniux alteri
periclitanti tenebitur ex iuſtitia illud offerre. Tertiò,
quia, vt dicebatur *in ſecunda confirmatione eodem n.17 allata*,
ad bonum fidei matrimonialis ſpectat euitare alienam
copulam, & adulterinam, ergo eandem fidem lædet, qui
cum poſſit, non cohibet alterum coniugem, ne adulte-
retur; ergo ex fidelitate, & ex vi contractus matrimonij,
& conſequenter ex iuſtitiæ obligatione tenetur id præ-
ſtare. † Alij aiunt obligationem petendi debitum in tali 22
caſu non ex iuſtitia ſaltem propriè, & verè, ſed ex chari-
tate oriri. Ita Sanchez *n.7.* Coninch *n.14.& 15.* (nullam
admittens maiorem obligationem in hoc coniugis peri-
clitantis peccato, quàm in quouis alio auertendo) Fil-
liuccius *n 303* & eiuſdem ſententiæ videntur Paludanus
& Sotus vbi ſupra (dum dicunt petere in tali euentu eſſe
quodammodo redditionem largè bonum fidei reſpici-
entem) & Durandus *d.31.q.4.* vbi dicit redditionem de-
biti non eſſe, nec locum habere niſi quādo debitum pe-
titur expreſſè, vel interpretatiuè; & cum alter coniux
verſatur in periculo incontinentiæ prouocatus ad alie-
nam copulam, eum tunc ſolum tentari, non autem debi-
tum petere, nec directè, nec interpretatiuè, & cōſequen-
ter non habere locum redditionem debiti. Hinc proba-
tur primò, quia in huiuſmodi caſu nulla eſt petitio, vel
exactio expreſſa, aut interpretatiua, ergo non adeſt obli-
gatio iuſtitiæ accedendi ad coniugem periclitantem. Se-
cundò quia coniux ex vi matrimonij, & dominij ſui cor-
poris

Digitized by Google

poris tranſlati in alterum obligatur ſolùm ad non impediendum alteri corporis vſum, non verò ad cogendum alterum, vt eo vtatur, etiam ad præſeruandum illum à ruina, ſeu ad medendum illius concupiſcentiæ, quia per contractum matrimonij obligatur quidem ad reddendum debitum, non autem ad curandum coniugem; & matrimonium dicitur inſtitutum in remedium concupiſcentiæ in ordine ad ſe, ſcilicet vt coniux petendo, vel reddendo in ſe concupiſcentiæ ardorem ſedare, & incontinentiæ periculum auertere queat. Tertiò, quia ſi ex lege iuſtitiæ prouenitet obligatio petendi, teneretur tunc coniux petere etiam ceſſante ſpe cohibendi alterius incontinentiam, & impediendi fornicationem (quod auctores etiam prioris ſententiæ negant) quia iuſtitia obligat reddere alteri ſuum abſq; conſideratione, quod ſit vel non ſit profuturum. Neque obſtant rationes alterius ſententiæ. Nam ad primam negatur adeſſe exactionem vllam debiti coniugalis, vt patet ex dictis. Quod verò coniux ligatus voto caſtitatis petere poſſit debitum ad vitandam in alio coniuge incontinentiam, non prouenit ex eo, quod tunc adſit virtualis exactio, & ita petitio moraliter ſit redditio, ſed quia votum non videtur obligare ad non petendum cum diſpendio ruinæ alterius coniugis. Ad ſecundam reſpondetur, medicum tunc ex iuſtitia teneri, quia ſuſcepit ægrotum curandum, at non ſic coniux contrahendo matrimonium ſuſcepit curandum alterum coniugem. Ad tertiam reſpondetur bonum fidei, ſeu fidem matrimonij obligare coniugem, ne adulteretur, non verò vt auertat alterum ab adulterio, & ita contra eandem fidem peccare adulterantem, non

23 verò negligentem eum impedire † Et hanc eandem ſententiam, quod prædicta obligatio auertendi periculi incontinentiæ oblatione copulæ, non prouenit ex iuſtitia erga alterum coniugem, tenet Hurtadus *d. nu.* 49 ſed ait tunc coniugem teneri vti matrimonio ex caſtitate nõ primario, ſed ſecundario, eo quod hæc, ſicut quæcunque alia virtus (inquit) obliget ad impediendum in aliis peccatum contra illam, & etiam ob eandem rationem teneri ſecundario ex iuſtitia erga ſe ipſum, quando actus incontinentiæ, quem timet in altero est contra iuſtitiam erga ſe ipſum, ob quam rationem exiſtimat ibidem Hurtadus correctionem fraternam eſſe actum illius virtutis, contra quam futurum eſt peccatum, ad quod impedien-

24 dum correctio dirigitur. † Porrò Sanch *eodem n.* 7. addit præter obligationem ex lege charitatis adeſſe etiam ad tunc petendum debitum obligationem ex iuſtitia latè ſumpta, & petere in tali euentu eſſe quodammodo reddere, prout reddere reſpicit bonum fidei, ad quod etiam (vt dicebatur n. 17. in confirmatione ſecunda) pertinet, vt neuter coniux aliam copulam requirat; & hoc tantũ ait probare rationes prioris ſententiæ. Coninch quoque admittit tunc coniugem negligentem ſuccurrere alteri in periculo incontinentiæ conſtituto peccare etiam cõtra officium boni viri, quod coniugem ex quadam æquitate obliget ad huiuſmodi, ſicut ad alia pericula à coniuge auertenda; & hac ratione rectè dici (& hoc ſenſu intelligi dictum Sanch.) talem obligari ad petendum debitum ex iuſtitia largo modo ſumpta, ſcilicet quia peccat contra officium boni, & prudentis coniugis, ad quod officium ſpectat non modò proprium, ſed etiam conſortis bonum ac ſalutem quærere, & mala auertere.

25 Vtranique opinionem probabilem reddunt vniuſcuiuſque fundamenta, priorem tamen vti magis communem præfero; cui licet videatur maximè obſtare tertia ratio poſterioris, verè tamen non obſtat; nam quando ceſſat ſpes quod copula oblata, & acceſſus ad coniugem periclitantem debeat prodeſſe propter pertinacem propenſionem alterius ad aliam copulam, & obſtinatam, & prauam concupiſcentiam alterius thori, tunc nec bonum fidei, ſeu fides matrimonialis obligat coniugem ad oblationem copulæ, cum ea oblata adhuc non euitetur adulterium in altero coniuge: nec ex parte eiuſdem periclitantis dicitur adeſſe neceſſitas clamans actum coniugalem, qui in tali euentu non eſt futurus remedium efficax prauæ concupiſcentiæ, & conſequenter nulla adeſt exactio debiti interpretatiua, & ita etiam ceſſat obligatio reddendi: ſicut ſi ægrotus expreſsè malit mori, quàm medicinam, vel certam medicinam ſumere, tunc cum ceſſaret neceſſitas medicinæ, quantum eſt ex parte efficacis voluntatis infirmi illam reſpuentis, medicus neque ex charitate, neque ex iuſtitia iam teneretur illam eidem ægroto offerre. An verò in tali caſu ſit offerenda copula coniugi periclitanti, non ſolùm quando commodè fieri poteſt, ſed etiam, quando non niſi cum magno, ſeu notabili incommodo, ſeu detrimento ſalutis corporeæ, diſputabimus infra agentes de cauſis excuſantibus à redditione debiti.

Tertiò ſuppoſito, quod liceat vti matrimonio ob ſolum finem vitandæ in ſe fornicationis, ſeu incontinentiæ, vel quia adſit impotentia ad prolem, vel quia aliis mediis, puta orationibus, ieiuniis, vigiliis continentiæ periculo non poſſit mederi, vel quia etiam dato, quod illis poſſit mederi, licitus ſit vſus matrimonij ob ſolũ finem matrimonij intrinſecum ſecundarium, nempè, ob concupiſcentiæ remedium (de qua re aliqua dixi in *altero tractatu de contractu matrimonij d. c.* 10. *à nu.* 61. *ad* 65. & latius diſſeram *infrà*, cum de licito, & illicito vſu matrimonij) coniux ad medendum proprio periculo incontinentiæ, & adulterandi tenebitur petere coniugale debitum, ſi aliis remediis concupiſcentiam cohibere non poſſit, aut nolit: Et in huiuſmodi caſu tenetur tum ex charitate erga ſe ipſum, quâ obligatur prouidere ſuæ extremæ neceſſitati ſpirituali, tum ex caſtitate & iuſtitia, quæ (ſicut & aliæ virtutes) vnumquemque obligant ad vitandum in ſe peccata contra eaſdem virtutes, & quoad hoc eſt vera doctrina Hurtadi n. 23. relata. & dato, quod non eſſet licitus vſus matrimonij ob ſolum finem vitandæ incontinentiæ, quando proles haberi poteſt, in tali caſu ex obligatione earundem virtutum teneretur petere debitum, & vti actu coniugali intendendo etiam & principaliter bonum prolis ad euitandam culpam venialem, quâ (datâ hypotheſi) inficeretur actus coniugalis ob ſolum finem ſedandæ concupiſcentiæ habitus. 26

Quartò ſi ratio boni communis poſceret, vt quis procrearet prolem legitimam pro ſucceſſione Regni, Principatus, ſeu ditionis, ad ſedandas magnas lites, & diſcordias, ſiue ad auertenda bella, cædes, & ſimilia mala in Republica; puta, ſi eſſet vnicus hæres regni, & ipſo extincto abſque legitima prole prædicta mala in Republica timerentur, tunc ſicut ſi non eſſet coniugatus teneretur (non ex vi præcepti naturalis, aut diuini de cõtrahendo matrimonio, ſed ex vi alterius præcepti, quo quis obligatur ſubuenire ſuæ Reipublicæ incommodis) matrimonium contrahere, vt docent Martinus Ledeſma 2. *p.* 4. *q.* 43. *a.* 3. Sanch *lib.* 2. *d.* 3. *ad finem*, Rebell. *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 2. *n.* 7. & Baſilius Pontius *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12. ita ex eodem præcepto occurrendi Reipublicæ malis teneretur coniugale debitum petere, & vti matrimonio iam cõtracto; vt etiam in terminis tradit P. Ledeſ *qu.* 64. *a.* 1. *difficultate ſecunda circa concluſionem ſecundam, concluſione* 4. 27

Similiter ſicut in principio mundi primis temporibus à creatione, & in principio reparationis illius poſt diluuium ſinguli homines in particulari obligabantur ad cõtrahendum matrimonium, vt tradit S. Thom. in addit *q.* 41. *a.* 2. *& in* 4. *diſt.* 26. *& ibidem ſcribentes*, idque non ex ſolo poſitiuo diuino præcepto (vt contendit Ægid. Coninch *diſp.* 25 *n.* 6 *&* 7. quod videtur contineri in illis verbis Geneſis 1. & 9. *Creſcite & multiplicamini* dicta ad primos coniuges ex D. Hieronymi, & D. Cypriani interpretatione, quam eſſe à Theologis communiter receptam ait Rebell. *d. q.* 1. *n* 3. licet alij, vt idem Coninch *n.* 5. & Põtius *nu.* 4. velint contineri quandam benedictionem in ordine ad fœcunditatem, ſeu prolem, & matrimonij approbationem; ſed etiam naturali (vt docent S. Thom. 28

vbi *ſup.* ſcribentes *d. diſt.* 26. P. Ledeſm. *q.* 41. *a.* 2. Sanch. Rebell. Pontius *locis n. præcedenti allegatis*, Hurt. *diſp.* 4. *n.* 13. & 14. & alij ab eiſdem relati) id quod probatur tum ex fine matrimonij, qui duplex aſſignatur, ſcilicet propagatio generis humani, & eiuſdem conſeruatio; quare quoties fuit neceſſitas prioris finis omnes homines non ſolum in communi, ſed etiam ſingulis in particulari ex vi naturalis obligationis prouenientis ex eiuſdem finis obtinendi neceſſitate tenebantur viri matrimonio, ſine quo etiam non poterat licitè genus humanum propagari; inſtituto etiam matrimonio ad illũ finem propagationis humanæ lumen naturale dictabat, & recta ratio exigebat eiuſdem generis humani propagationẽ per eiuſdem matrimonij vſum, tum quia cum natura procreauerit diuerſum ſexum ad hoc, vt propagaretur genus humanum, & ſine matrimonio licita propagatio haberi nequeat, ex ipſa natura oritur obligatio vacandi propagationi per matrimonium, ne aut propagatio fiat illicitè, aut fruſtra diuerſus ſexus ſit conſtitutus, ſicut, inquam, initio mundi, & immediatè poſt diluuium ex præcepto naturali, & etiam diuino ſinguli in particulari tenebantur ad matrimonium, ita ad actum coniugalem, & ad debitum exi-
29 gendum. † An vero ſi omnes homines bello, vel peſte extinguerentur remanentibus ſolum religioſis, & iis, qui caſtitatem vouerunt, tunc hi ex vi eiuſdem præcepti naturalis contrahendi matrimonij ob propagationem, & conſeruationem humani generis tenerentur ad contrahendum matrimonium, & vacare generationi. Negant Durandus *d. diſt.* 26. *nu.* 16. Palud. *q.* 7. *a.* 1. Ricch. *a.* 3. *q.* 3. P. Ledeſ. *d. q.* 41. *a.* 2. *circa finem.* Vaſquez *de matr. diſp.* 1. *c.* 3. Rebellus, Pontius *locis allegatis*, & alij; quia tunc, aiunt, credendum eſſet finem mundi inſtare; & ideo non eſſe neceſſarium matrimonium ad genus humanum reſtaurandum, ſed cum non ſit noſtrum iudicare, an finis mundi inſtet, ideo melius affirmant Sotus *d. diſt.* 26. *q.* 1. *art.* 3. Lopez 2. *p. inſtruct. de matr. cap.* 34. Molina *de iuſtitia d.* 22. Sanchez *d. diſp.* 3. *nu.* 4. *alios referens*, & Hurtadus *num.* 16. Neque id foret contra votum, quia in illo ſemper intelligitur exceptus huiuſmodi caſus. Limitat tamen Hurtadus, niſi præter hominum extinctionem apparerent alia ſigna conſummationis ſæculi in ſcripturis tradita, ex quibus prudenter iudicari poſſet eiuſdem ſæculi finem inſtare, quia in eo caſu non eſſet neceſſaria propagatio; quod idem procederet, ſi extinctis omnibus præter religioſos per reuelationem innoteſceret mundi finem adeſſe. Et hæc de obligatione petendi coniugale debitum; redeamus ad obligationem reddendi.

SVMMARIVM

§. Quarti, & Quinti.

Actus coniugalis cur vocetur debitum. n. 30.

Lethalis culpa eſt negare debitum coniugi petenti vt debitum; ſiue petat expreſſè, ſiue tacitè & interpretatiuè; & an tam viro, quam mulieri interpretatiuè petenti ſit debitum reddendum num. 31. 32. 33.

Sine rationabili cauſa coniugi mandare, vel illum auertere, vt non petat debitum eſt mortale peccatum n. 34.

Coniugi illud petenti non vt debitum ex iuſtitia, neque inſtanter; ſed amicè & beneuolè, aut remiſſè non reddere debitum non eſt mortale, immo ſæpe neque veniale n. 35.

Item non eſt mortale petentem debitum precibus, & ſuaui ſuaſione auertere, illique cedenti facile iure ſuo negare debitum; non debet tamen petens ſine iuſta cauſa, aut multa inſtantia auerti num. 36.

Differre debiti redditionem ad modicum tempus, ſecluſo incontinentiæ periculo caret mortali culpa, & aliquando etiam veniali; & quodnam ſit tempus modicum, & quid ſi petens patiatur inuoluntariam pollutionem aut morbum, ſi ſtatim non reddatur. num. 37.

Coniugi intemperato & nimis frequenter petenti negare debitum non eſt culpabile, ſi abſit periculum incontinentiæ, & quid ſi probabiliter continentiæ periculum timeatur numer. 38. & 39. *fine.*

Immoderatus coitus corporis vires debilitat, multiplices morbos gignit, & ſenectutem accelerat. n. 39.

An ſit paruitas materiæ à mortali excuſans rarò & moderatè petenti negare debitum vna, aut altera vice. n. 40. 41.

Expedit coniuges eſſe faciles in reddendo debito coniugali. numer. 41. *fine.*

Iuſta cauſa negandi excuſat à culpa n. 42.

Moderatè petenti, ſi ſeriò & inſtanter petat, mortale eſt negare debitum abſque iuſta cauſa, vel rariſſime, & magna cum difficultate reddere, & multò magis, ſi inde ſint oritura graues diſcordiæ, vel petens ex negatione, vel redditione rariſſime & difficili in periculo pollutionis conſtituatur. n. 43. *ad* 46.

Immo quoties in petente probabile incontinentiæ periculum aduertitur, ſemper & ſtatim reddendum debitum, etiam ſi ſit nimium in petendo. n. 47.

Quocunque tempore, ſeu die etiam ſolemni, & ſacro debitum exigatur, tenetur coniux reddere, & etiamſi eſſet ſumpturus Euchariſtiam. nu. 48.

Ante matrimonij conſummationem vterque coniux altero etiam inuito tranſire poteſt ad religionem, & profeſſionem emittere. num. 49.

Ingreſſus religionis an poſſit excludi pacto expreſſo, & an cenſeatur excluſus, ſi quis promittat ſe conſummaturum matrimonium, vel perpetuam cum vxore vitam ducturum nu. 51. *vbi quod poſt ſponſalia iurata licet tranſitus ad religionem.*

Si quis ſe venundet in ſeruum, non poteſt abſque Domini licentia ingredi religionem n. 51.

Ad ingrediendum, ſeu ad deliberandum de ingreſſu à iure c. ex publico, de conuerſ. coniug. *ſponſis bimeſtre eſt ſtatutum. num.* 50.

Intra eoſdem duos menſes coniux ab altero requiſitus non tenetur coniugale debitum reddere, etiam ſi iuraſſet ſe conſummaturum matrimonium. n. 51.

Bimeſtre an currere incipiat à tempore matrimonij contracti, an aſſignationis per iudicem factæ, an à tempore ſcientiæ priuilegij. n. 52 & 54.

Terminum, ſeu tempus à lege præſcriptum iudex an, & quando queat reſtringere, vel prorogare. n. 53. 54. 55. & 57.

Bimeſtre in d. c. ex publico *præſcriptum iudex ex iuſta cauſa cognita coarctare, & prorogare poteſt. n.* 56.

Id fieri facile non debet, ſed rarò & ex vrgenti cauſa n. 58.

Bimeſtre an ſit datum ad profitendum, an verò ad deliberandum de ingreſſu, & quoad profeſſionem ſit expectandus annus integer probationis, ſiue alter coniux ingreſſus ſit religionem de conſenſu alterius, ſiue eo inuito, & ſiue inſpecto iure antiquo ſiue nouo Tridentini n. 59. *ad* 74.

Si ſponſa ingrediens religionem ſit duodennis, an ſit expectandum quadriennium n. 7 .

Quid ſi ſponſus vel ſponſa ingrediatur religionem, in qua profeſſio iuxta eius ſtatuta non ſit ante annum 18. *an fieri poſſit, & valeat profeſſio facta ſtatim completo anno decimo ſexto iuxta Tridentinum. n.* 76.

Lex generalis prior limitatur per poſteriorem ſpecialem, & lex poſterior generalis limitatur per priorem ſpecialem. n. 63.

Lex generaliter loquens non ſolum limitatur per legem ſpecialem, ſed etiam per rationem alterius legis. ib. fine.

Lex generalis negatiua generaliter, & vniuerſaliter intelligenda eſt, licet maior ratio in vno caſu militet, quàm in alio. n. 68.

Commendatarius monaſterij non profeſſus debet intra ſex menſes profiteri, vel renunciare Commendæ. n 64.

Concilij Tridentini diſpoſitione attenta in nullo caſu valet profeſſio facta ante expletum annum probationis, etiam ſi fiat de conſenſu Nouitij, & religionis, vel à profeſſo vnius religionis non mendicantis, qui ad aliam non mendicantem tranſierit. num. 70. 71.

Iure antiquo profeſſio nec recipi debet infra probationis annum, facta tamen nondum nouitiatus tempore elapſo ex conſenſu Nouitij, & religionis tenet ibidem.

Fxti

Excipiuntur religiones mendicantium in quibus ad valorem profeſſionis etiam de iure communi requiritur integer annus nouitiatus; & ſi profeſſio ante annum admiſſa obligaret religionis in genere. n.72.73.

Per copulam violentam etiam intra bimeſtre habitam conſummatur perfectè matrimonium, & contrahitur affinitas. n.77.78.79.

Sponſa intra bimeſtre per vim, aut metum cognita, an poſſit altero inuito religionem ingredi. Negatiua. n.80.89. Affirmatiua numer.82.90.

Quid ſi proles ex tali copula ſit naſcitura. n.82.

Sponſa vi cognita ad religionem tranſeunte, & profitente ſponſus remanens in ſeculo non poteſt eâ viuente aliam ducere, licet non poſſit cogi ad religionem. n.83.84.

Sponſa poſt bimeſtre violenter cognita, etiam dum eſſet in procinctu ingrediendi religionem, ſi ſuâ culpâ tam diu diſtulit ingreſſum non poteſt poſtea altero inuito ingredi; ſecus ſi abſque culpa. n.85.86.

Peccat mortaliter ſponſus vi comprimens intra bimeſtre ſponſam etiam non tractantem de ingreſſu religionis, eſtq. punibilis, licet non pœna l. vnica Cod. de rapt. Virg. n.91.92.93.

Sponſus violator non poteſt inuita ſponſa vi intra bimeſtre tranſire ad religionem n.98.

Irregularitas contrahitur abſque culpa. n.81.

Conſummatur matrimonium per illam copulam ad quam ſequi poteſt prolis generatio quacunque arte ſemen viri penetret vas muliebre. n.95.

Non conſummatur per oſcula, & tactus, & ſeminatione extra vas. n.96.

Neque etiam in foro conſcientiæ, & coram Deo conſummatur per ſolam vaſis penetrationem ſine ſeminatione, licet quoad forum externum probata penetratione præſumeretur ſeminatio, & conſummatio. n.97.98.

Sponſus de futuro ſub ſpe matrimonij deflorans ſponſam Virginem, aut viduam honeſtam non poteſt eâ inuitâ religionem ingredi; neque etiam ſi inter eos ea interceſſit familiaritas, ex qua apta ſit ſequi notabilis ſponſæ infamia n.99.102.103.

Sponſus poſt matrimonium ratum ſponſam ſiue inuitam, ſiue conſentientem deflorans ſine ſeminatione non poteſt licitè eâ inuitâ religionem ingredi; & quid ſi ea interceſſerit familiaritas, ob quam communiter exiſtimetur inter eos copulam interceſſiſſe. n.99.100.101.& 103. fine.

In foro externo ex cohabitatione præſumeretur copula, & impediretur ingreſſus, niſi matrimonium non fuiſſe conſummatum clarè probaretur, putà ex aſpectu. n.104.

Si quis duxit ſponſam non Virginem & inuenit non conſummaſſe eis creditur ante traductionem, ſeu cohabitationem, ſecus poſt. ibid.

Si vir non conſummato matrimonio tradat vxorem alteri defiorandam, ſeu adulterandam, non licet ei, ipsâ inuitâ religionem ingredi. n.105.

Sponſus contrahens matrimonium animo ingrediendi religionem intra bimeſtre an peccet, & teneatur ſtare matrimonio. ibid.

Intra bimeſtre an coniugibus de religionis ingreſſu non cogitantibus liceat non reddere debitum, negatiua. n.106. affirmatiua. n.107.

Eodem bimeſtri tranſacto licitè poteſt coniux tranſire ad religionem altero repugnante, ſi non ſit conſummatum matrimonium n.108.

Immo ſi ſit ligatus voto religionis tenetur tranſire ibid.

Coniux ante conſummatum matrimonium tranſiens ad religionem, ad nulla damna inde alteri manenti in ſeculo ſubſequuta reſtituenda tenetur. n.108. poſt medium.

Obligatus ad aliqua obſequia v.g. ad alios docendum, vel ad ſeruiendum in hoſp tali poteſt ingredi religionem, & non tenetur reſarcire damna inde ſequuta ibid.

Bimeſtre quot diebus conſtet, & an currat de momento ad momentum, ita vt dies termini à quo computetur in termino. & an dies biſſextilis eidem bimeſtri accreſcat, & cum præcedenti reputetur pro vno. n.109.

§. IV.

Coniuges ſub pœna lethalis peccati tenentur ſibi inuicem reddere coniugale debitum, cum iuſtè, & debitè, ac moderatè expreſſis verbis, vel tacitè exigitur; & quandonam negatio ab omni culpa, vel ſaltem mortale excuſetur.

IGitur ex dictis *n.2. & n.9.* infertur tertiò actum, ſeu coitum coniugalem rectè dici debitum, qui cum ex vi contracti matrimonij, ſeu tranſlationis dominij corporum per matrimonium contractum factæ coniuges ſibi inuicem corporis vſum præſtare teneantur, veram debiti iuſtitiæ rationem (vt etiam nominauit Syluester *d.v. Debitum n.1.*) habet. 30

Quare concluſio iuxta omnes Doctores *n.1.* relatos, & alios de hac re ſcribentes certiſſima eſt, coniugi debitum coniugale ſiue expreſsè, ſiue tacitè, & interpretatiuè exigenti, ſcilicet tanquam debitum petenti ſub reatu lethalis culpæ alterum teneri illud reddere, niſi minùs iuſtè, aut debitè petatur, aliáve rationabilis cauſa excuſet. Ita S. Thom. *art.1. & 2.* Maior, Durandus, Richardus, Sotus *d. diſt. 32.* P. Ledeſma *art.1.* Syluest. & Ang *n.1.* D. Anton. *cap.20.§.7.* Syluester *q.8.* Aſtenſis *q.1.* Armilla *n.1.* Tabiena *n.5.* Couarruuias *n.1.* Nauarrus *n.2.* Sà *n.10.* Toletus *n.2.* Antonius de Literatis, *n.1.* Ioannes de Friburgo *q.32.* Flamma *d.§.9.* Lopez *c.79.* Rodriquez *n.1.* Homobonus *n.4.* Graff *n.54.* Henriquez *n.4.* Sanch. *d.2.n.3.& 9.* Rebellus *n.1.* Azorius *d.c.31. initio.* Reginaldus *num.281.* Auerſa *ſect.1.* Coninch. *n.16.* Pontius *n.1.* Fillineccius *n.303.* Fagnodex *n.47.* Laymann *n.1.* Diana *d. reſol.15.* Bonacina *p.1.n.4.* Villalobos *diff.45.n.2.* Hurtadus *n.90.* Fernandez *n.3* qui omnes aiunt coniugi iuſtè debitum exigenti negare, eſſe ex ſuo genere mortale. Et ratio eſt, quia obligatio hæc reddendi eſt (vt ex dictis conſtat) iuſtitiæ commutatiuæ, quâ præcipitur vnicuique id, quod ſuum eſt, reddendum eſſe, & materia eſt grauis, vt per ſe patet. Et tradunt iidem DD. id etiam colligentes ex auctoritate D. Pauli *citato c.7. ad Corinth. 1. Vxori vir debitum reddat, & vxor viro, nolite fraudare ad inuicem, niſi forte ex conſenſu, vt vacetis orationi.* 31

Dixi *ſiue tacitè, & interpretatiuè*, quia ad prædictam obligationem ſub mortali reddendi, ſeu non negandi debitum non eſt neceſſe, vt verborum expreſſione petatur, ſed ſat eſt, quod petatur blanditiis, nutibus, factis, ſeu operibus, & ſignis, quibus natura, & conditione, ſeu genio coniugis per illa ſigna petentis perpenſis rationabiliter & prudenter alter intelligit illum appetere, & velle, vt ſibi coniugale debitum reddatur, licet ob verecundiam non audeat expreſſis verbis id petere. *arg. l. de quibus ff. de legibus; & c. dilecti primo, de appellat.* Ita S. Thom. *art.2.* reliqui DD. omnes modò allegati locis citatis, & M. Antonius Cuccus *tit.12. num.21.* 32

† Et licet in vxore præcipuè, vt illi vir teneatur ſub lethali reddere, locum habeat, & ſufficiat hæc tacita, & interpretatiua debiti coniugalis exactio, cum mulieres verecundiores ſint, nec audeant, & ſoleant verbis expreſſis petere ex S. Thoma, & aliis Doctoribus allegatis: nihilominus aliquando poteſt habere locum, & ſufficere etiam in marito, vt illi vxor abſque exactione verbis expreſsè facta debitum teneatur reddere: putà ſi vir ob puſillanimitatem ſuam, vel ob vxoris duram conditionem, aut inſignem eius auctoritatem non audeat expreſsè ſine aliquo metu petere; & vxor ex aliis indiciis intelligit illum appetere copulam. Eadem enim ratio tacitæ exactionis in ſimili caſu militat, ac proindè etiam obligatio reddendi etiam vxorem obſtringit erga virum tunc tacitè exigentem, cum coniuges in actus coniugalis obligatione ſint pares ex dictis *ſuprà numero 14.* Et ita in terminis Syluester, 33

Digitized by Google

D. Antonious, Nauarrus, Lopez, Cucens, Sanchez, Rebellus, Villalobos, Reginaldus, Filliuccius, Hurtadus, Pontius, & Auerſa *locis citatis*. Nec diſſentiuot S. Thom. & alij Doctores, qui nullā de vxore mentionem facientes ſolum dicunt virum teneri reddere debitum vxori ob erubeſcentiam non audēti verbis petere, ſatis autem manifeſtè aliis indiciis ſignificanti ſe appetere debitum ſibi reddi; nā id faciunt, quia talis erubeſcentia, & timor petēdi expreſſis verbis maximè, & cōmuniter, ſeu vt plurimùm (vt dicebā) afficit mulieres, quæ proindè potius ſignis, quàm verbis petunt; rarò vero in viris reperitur, ac proinde vxor regulariter non tenetur reddere debitum viro non expreſsè petenti; etſi aliquando, nempe quando eidem vxori nota eſſet puſillanimitas, erubeſcentia, & timor ad debitum verbis expreſsè petendum,
34 qui tamen aliis ſignis tacitè peteret. † Quemadmodum autem peccaret lethaliter coniux iniuſtè negans debitum alteri expreſsè, vel tacitè exigenti; ita etiam ſimili culpa non eſſet immunis, ſi ſine rationabili cauſa illum auerteret, ne peteret debitum, quia talis auerſio negationis iniuſtæ locum tenet. Ita P. Ledeſma *d. art 3.* Tabiena *d. n. 5. in fine* D. Anton. *c. 20. §. 7.* & priùs S. Tho. *d. q. 64. art. 2. ad* 4. Vnde peccaret mortaliter vir, ſi vxori ſine rationabili cauſa mandaret, vt non petat. An verò liceat petentem blandè auertere dicam mox *n. 36.*

35 Dixi *exigenti, ſeu tanquam debitum petenti*, ſcilicet, animo obligandi alterum ad mortale, & ad reddendum ſibi actum coniugalem tanquam debitum ex iuſtitia, quod regulariter contingit, quando ſeriò, inſtanter, & obnixè petit, & efficaciter vrget. Nam ſi coniux petat, ſed non tanquam debitum ex iuſtitia, & ſine intentione obligandi ad mortale, vt ſi petat vel remiſsè, vel beneuolè, & amicè, aut inſinuando, & alliciendo precibus, blanditiiſve (niſi ex verecundia, vel puſillanimitate, vt ſuprà dictum eſt, non auderet alio modo petere) prouocando, tunc non eſſet obligatio reddendi ſub mortali, præciſo incontinentiæ periculo, ſicut cum creditor petit ſibi ſolui debitum abſque intentione obligandi ad ſolutionem ſub mortali, vt quando blandè curat mouere debitorem amicum, vt ſoluat, vel remiſsè petit. Ita Sotus *ar. 1.* Rodriquez *n. 1.* Henriquez *n. 7. fine*, Sanch. *d. diſp. 10. n. 2.* Rebellus *n. 2.* Reginaldus *n. 182.* Pontius *d. cap. 2. n. 4. & 5.* Layman *n. 1.* Bonacina *d. p. 1. n. 1.* Lopez *cap. 80.* Fagundez *n. 49.* Hurtadus *n. 51.* Villalobos *diff. 45. n. 3.* Diana *d. reſolut. 36.* Auerſa *d. ſect. 1.* & alij apud Sanchez, qui addit, cum amicè petitur ſæpè non eſſe
36 etiam veniale, in tali caſu negare. † Item non eſt mortale negare debitum, ſi petenti alter ſuadeat contrarium, precibúſve, aut aliqua tergiuerſatione illum auertat; ſeu idem petens rogatus facilè tacet, iurique ſuo cedit, nec ægrè multum fert ſe auerti, ſicuti in aliis debitis ciuilibus non eſt lethale negare ſolutionem, quando creditor rogatus facilè dilationem concedit. Ita D. Antonin. *d. §. 7.* Syluester *q. 8.* Aſtenſis *q. 7.* Nauarrus *num. 24.* Lopez *d. cap. 80.* Sanchez *num. 13.* Coninch *n. 17.* Villalobos *d. n. 3.* & alij. Aduertunt autem D. Antoninus & Nauarrus, & poſt eos alij (& prius admonuit S. Thomas *d. art. 2. ad 2.*) petentem non debere ſine iuſta cauſa auerti, aut precibus nimium importunis, multáve cum inſtantia, idque propter periculum incontinentiæ, & ne alioqui talis auerſio (vt dictum eſt *n. 34.*) inducat rationem negationis, vtpote incutiens pudorem,
37 ob quem petens taceat, & quieſcat. † Neque etiam eſt mortale (ſi in mora non ſit periculum incontinentiæ) per aliquod breue tempus petenti debiti redditionem differre, quia huiuſmodi breuis dilatio videtur quid leue; ac proindè ſi fiat ſine cauſa iuſta non excedet culpam venialem, ſi cum iuſta cauſa (vt ſi hora importuna peteret, & alter differret ad commodiorem horam) nulla eſt culpa. Ita Victoria *num. 278.* Sanchez *num. 11.* Pontius *d. cap. 2. num. 5.* Hurtadus *num. 51. fine.* Villalobos *num. 4.* Diana *d. reſolut. 15. tractat a 5.* Martinus Ledeſma relatus à Sanchez. Et iuxta eoſdem Doctores breuis dilatio cenſetur quando exigenti manè redditur de nocte, vel exigenti nocte redditur manè. Quod ſi eſſet notabile periculum, ne petens incideret in morbum (quod vix contingere poſſe credo) alicuius momenti, ſi ſtatim non redderetur ei debitum, tunc fore rem grauem, & culpam mortalem non reddere tradunt Viualdus *Candel. p. 1. de matrim. num. 252.* & Sanchez *d. num. 11.* Addit Viualdus fore etiam culpam mortalem non ſtatim reddere, ſi petens inuoluntariam pateretur pollutionem, niſi illicò redderetur debitum; quod eſt omninò certum, ſi adſit periculum conſenſus in eandem pollutionem, ſi vero abſit huius conſenſus periculum, (quod accederet, quando pollutio proueniret à natura ipſa in ſomnis, vel etiam in vigilia; vti hoc rarò ob vehementem delectationem, & carnis fragilitatem) tunc Sanchez negat dilationem modicam fore lethaliter culpabilem, eo quod non ſit tanta obligatio vitandi pollutionem inuoluntariam, quando non procuratur, nec cauſa ipſius moralis datur, vt latè idem Sanchez *eodem lib. 9. diſp. 45. num. 15.* de
qua tamen re infrà. † Verum ſicut non negare abſolutè, ſed tantum paruo tempore eſt quid leue, an 38
etiam (nullo exiſtente periculo incontinentiæ in petente) neque abſolutè debitum vna aut altera vice cenſeri debeat materia leuis, & tantum culpa venialis contra præceptum, ſeu obligationem iuſtitiæ illud reddendi. Conueniunt Doctores quod immoderatè, nimiſve frequenter, ac ſæpiſſimè petenti nullum eſſe peccatum (ſecluſo incontinentiæ periculo in alio, vel in ſe) ſi alter non ſemper reddat, ſed abſolutè neget iuxta regulas prudentiæ, & arbitrium boni, & prudentis viri. Ita Sotus *d. art. 1.* P. Ledeſma *d. q. 64. num. 2* Lopez *d. c. 80.* Henriquez *d. n. 7.* Rodriquez *d. n. 1* Sà *d. v. debitum in fine.* Sanchez *d. diſp. 2. num. 12 & diſp. 24. n. 6. & lib. 7. diſp. 21. n. 16.* Rebellus *n. 3.* Reginaldus *d. n. 282.* Coninch *n. 16* Homobonus *d. n. 4.* Hurtadus *n. 51.* Pontius *d. c. 2. n. 5.* Villalobos *d. diff. 45. num. 5.* Diana *d. reſolut. 36. tractat 14.* Bonacina *d. n. 1.* Auerſa *d. ſect. 1. verſic. ex alia parte.* Ratio eſt, quia per contractum matrimonij quis non cenſetur ſe obligaſſe ad importunam, & immoderatam redditionem, & ſi in omnibus rebus ſeruandus eſt modus (iuxta illud, eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines:) præſertim in coitu etiam coniugali, vt latè Tiraquellus *de leg. connub. l. 15. à num. 6.*
† Quando coitus nimis frequens, & immoderatus, ex eodem Tiraquello, non ſolum animi 39
aciem obtundat, ſed etiam corporis morbos multiplices gignat (quos idem Tiraquel. enumerat *d. lege 15.*) & ipſius vires valde debilitet; viſum abbreuiet, & ſenectutem acceleret, vt aliis relatis docet ibidem Tiraqu. *à n. 6. ad 50.* cum enim ſperma ex ſanguine optimè decocto, digeſtóque quarta digeſtione gignatur, & ex omni corporis parte ſecernatur iuxta Philoſophorum, ac Medicorum (quos idem Tiraquellus *n. 10. & ſeqq. refert*) ſententiam, eo ſæpiùs, ac ſuperfluè per coitum emiſſo corpus valdè debilitatur, reſoluitur, & ad ſenectutē feſtinat ex Ariſt. *de longit. & breuit. vitæ c. fin.* & aliis à Tiraq. relatis; etſi fœminę minus quàm viri patiantur. Quare non ſolū vir, qui eſt caput mulieris, cuiq; incumbit correctio vxoris poteſt hac de cauſa illi immoderatè petenti debitum ſubtrahere, prout prudentia dictauerit, non exponendo eam periculo incontinētiæ; ſed etiā vxor ipſa marito infræni, & intemperato, ac moleſtiſſimè cōiugalem actum petenti meritò debitum negare poteſt, vt ille ſibi temperet, & etiam caueat eidem marito, & ſibi à nocumēto. An verò ſi immoderatè petens verſaretur in periculo incontinētię, & ex frequētia nimię redditionis debiti damnum notabile corporeæ ſalutis reddenti immineret, iſte ad impediendum alterius peccatū, ſicut licitè poſſet cū propriæ ſalutis corporeæ detrimēto debitū immoderatè petēti reddere, ita etiam teneretur, negat Sanch. At hæc res *infrà §. 9. n. 77. & 78.* examinabitur, dum agā an debitū

cum

Digitized by Google

cum periculo damni notabilis ſalutis propriæ corpora-
lis ſit reddendum, *vbi num.345. & 346.* etiam explicabitur
an peccet mortaliter coniux nimis frequenter vacans
actui coniugali, aduertens indè ſibi euēturum notabile
ſuæ ſalutis damnum, in prædictis igitur conueniunt
40 Doctores: † Sed difficultas eſt, an coniugi rarò, &
moderatè debitum petenti, illud negare vna, aut alte-
ra vice excuſetur à mortali, eo quod talis negatio pro
vna, aut altera vice ſit cenſenda leuis materia contra
præceptum reddendi; Et ob materiæ leuitatem excu-
ſati à mortali poſt Ledeſmam *2 p. 4. q. 66. ar.1. dub.2. à ſe
relatum* tradit Sanchez *d. diſp. 2. n.11.* qui propterea ait, ſi
vir conſueuit petere quater in menſe, & petat iterum,
non eſſe mortale vxorem ea quinta vice negare abſque
incontinentiæ periculo; Ledeſmam, & Sanchez ſe-
quuntur Ponnius, Hurtadus, Bonacina, Auerſa, & Diana
locis ſupra n.38. allegatis, Corneio *in 3. p.* D. Tho *tract.6. de
matr. diſp.5. dub.1. q.2.* & Ochagauia *de ſacram. matr. tract.5.
q.1. num.6.* relatus à Diana *d. reſolut.15. tract.5 quinta partis.*
41 † Verum cum actus coniugalis debeatur ratione fidei
coniugalis, ſit ſeminarium prolis, & poſteritatis (quæ ex
vnica copula ſequi poteſt) & etiam remedium concupi-
ſcentiæ, vnus actus videtur res grauis, & conſequenter
petenti inſtanter, & vt debitum negare abſque rationa-
bili cauſa (etſi abſit periculum incontinētiæ tam ex parte
petentis, quam negantis) non videtur poſſe excuſari à
mortali ob materiæ leuitatem, etiamſi rarò, & vnicâ vice
tantum negetur. Et ita videntur ſentire reliqui Doctores
allegati, qui inter caſus, in quibus coniux debitum pe-
tenti, ſeu exigenti negans à mortali excuſatur, hunc mi-
nimè enumerat, nullamque eius mentionem faciunt, &
expreſsè id tenere Adamum Tannerum *to.4. diſp.8 q.6.
dub.2. n.16.* refert Diana *d. reſol.15.* & certè huiuſmodi ne-
gatio poteſt facile parere iurgia, & ſcandala inter coniu-
ges, & alia pericula, ac proinde longe conſultius eſt ab
illa abſtinere: Immò ſemper coniugibus ſuadendum eſt,
vt faciles ſe in reddendo coniugali debito oſtendant, ne
ſua moroſitate à ſe animum coniugis ad amores illicitos
auertant, vel exponant periculo voluntariæ pollutionis.
42 Dixi demum in concluſione, *niſi minus iuſtè aut debitè
petatur, aliáve rationabilis cauſa excuſet*, quia ſi petēs amiſe-
rit ius petendi, vel aliàs irrationabiliter non ſeruatis de-
bitis circumſtantiis petat, aut ex parte alterius coniugis
adſit alia iuſta cauſa non reddendi, nullum erit periculū
negare coniugalem actum; de quibus cauſis, & vniuer-
ſaliter, & quando à culpa excuſetur actus coniugalis
petiti negatio, diſſeremus in inſequentibus.
43 Nunc ex dictis colligendum, eſſe lethale peccatum
non reddere coniugale debitum (nullâ iuſtâ causâ ne-
gandi exiſtente) coniugi rarò, & moderatè petenti ſeriò,
& obnoxiè, ac vt ſibi debitum, & maximè valdè indi-
gnanti, ſi negetur; idque etſi, quia ille eſt timoratæ con-
ſcientiæ, petens peccati carnalis, ſeu incontinentiæ pe-
riculum non ſubeat; & ſiue negatio debiti oriatur ex ſo-
la peruerſa voluntate, ſiue ex prætextu deuotionis, ſiue
ex ira, & odio, vel appetitu alicuius vindictæ, vel non
ſuſcipiendi prolem, quia v.g. nō eſt claræ proſapiæ (nam
ob multiplicitatem prolis, & paupertatem, ſeu inopiam
alendi an poſſit debitum licitè negari, explicabitur *infra*)
vel quia non vult ſubire labores illam educandi. Ita So-
tus *d. ar.1.* D. Antonin. *d §.7.* Sylu. *d n.10.* Angelus *n.17.*
Lopez *d. c.80.* Rodriqu. *d. n.1.* Sanchez *d. diſp.2. n.15. & 16.*
Reginaldus, & Diana *locis allegatis*. Huiuſmodi enim de-
biti negatio abſque legitima cauſa denegandi facta eſt
contra iuſtitiam, & coniugi petenti valdè iniurioſa; &
dico *legitima cauſa*, quia etſi coniux requiſitus non ab-
ruptè negaret, ſed exigentem conaretur auertere ſe ex-
cuſando causâ minus iuſtâ, & quæ prorſus non excuſa-
ret à debiti redditione, adhuc eſſet mortale exigenti nō
44 reddere, ob eandem rationem, quia iniuſtè negatur. † Et
eo magis iuxta eoſdem Doctores erit mortalis talis ne-
gatio ſine ſufficienti cauſa, ſi prævideatur ex ea (vt con-
45 tingit ſæpe) oritura ſcandala, aut graues diſcordias. † Nec
minus quoque erit (vt in terminis aiunt, Sotus, Lopez,
Rodriquez, Sanchez, Raynaldus, Diana, *locis citatis*) pec-
catum mortale debite petenti rariſſimè; & magna cum
difficultate reddere ob iuſtitiam defraudādi coniugem
coniugali debito, quod & ſæpius abſtineret à petitione,
quam ob illam magnam difficultatem reddēdi non au-
deret facere, vnde etiam periculo incontinentiæ ſæpè
exponeretur. † Inſuper multo magis erit peccatū mor- 46
tale, negare debitum coniugale illud tamquam debitum
petenti, quando ex denegatione ille in periculo ſe pol-
luendi, aut aliam copulam quærendi, conſtitueretur, vt
ijdem DD. notant; cum tunc redditio ſit debita etiam ti-
tulo præſeruandi petentem à ſpirituali ruina. † Immo 47
quoties coniux petens actum coniugalem laborat pro-
babili periculo incontinētiæ, niſi alter reddat, vel ſtatim
reddat, tenetur is ſub mortali reddere, & ſtatim; tametſi
alter non peteret de rigore iuſtitiæ, & enixè, vel facilè
precibus poſſet auerti, vel etiam in petitione eſſet nimis
frequens, id enim exigit ratio periculi probabilis ruinæ
ſpiritualis, cui & ex fide matrimonij, & etiā ex charitate
tenetur alter cōiux ſubuenire (vt ſuprà *n.17. ad 21.* oſten-
ſum eſt, & tradunt Doctores) niſi fortè adſit iuſta cauſa
negandi, v.g. probabile periculum ſalutis propriæ cor-
poreæ, de qua re, vt dixi *ſuprà n.25. & 39.* fusè agemus in-
frà tractantes de cauſis negationem debiti excuſantib.
† Demum aduertendum in ſupradictis caſibus coniu- 48
gi exigēti debitum alterum teneri reddere quouis tem-
pore, & quocunque die, quamuis ſolemni, & ſacro pu-
blicæ proceſſionis, orationis, & ieiuniorum, vel etiam ſu-
menda eſſet Euchariſtia, non obſtantibus *Can. Chriſtiano
& can. ſciatis 33. q.4.* Vbi habetur, ſimilibus temporibus
non licere congreſſum inter coniuges, id quod tradunt
Maior *d. d.32. in reſponſione ad tertium contra tertiam conclu-
ſionem*, Ruch *ibid. q.2. 1. ad* D. Antoninus, Lopez, Sāchez,
locis citatis, idem Sanchez *lib.9. diſp.11. n.7.* Caietanus *loco
ſuprà n.1. allegato.* Incremata *in d. can. ſciatis art.4. n 6.* Vi-
guerius *inſtit. c.16. §.7. verſ.10.* Gaëta *in repet. cap. ad limina
30. q.1. §.4 n.174.* Tiraquellus *d l.15. n.111.* & Petrus Soto
lect.16. de matrimonio, verſiculo, ſequuntur circumſtantia, & alij
à Sanchez *relati* interpretantes dictos canones continere
re admonitionem, & exhortationem, non præceptum;
Immò D. Hieronymum, cuius dictum allegatur *d. can.
ſciatis*, aientem prohiberi ſumptionem Euchariſtiæ ei,
qui mox ante ſe commiſcuit carnaliter cum vxore. D.
Thom. *d q. 64. art.1. ad 1.* ait loqui de Eccleſiæ miniſtris
coniugatis, quibus interdictum eſt celebrare die, quâ
ad vxores accedunt. Coniux autem tempore, quo rece-
pturus eſt Euchariſtiam, & etiam in aliis diebus ſolem-
nibus, & ſacris requiſitus licitè, & laudabiliter poſſet
blandè, & precibus non importunis, & abſque magna
inſtantia conari auertere petentem, de quo infrà *cap.7. n.
102.* Dicta autem procedunt niſi præter dicti ſolemnita-
tem, & tempus communionis adſit alia legitima cauſa, à
redditione debiti excuſans; De quibus cauſis excuſan-
tibus in ſequentibus paragraphis.

§. V.

*Sponſi de præſenti excuſantur à redditione debiti, ſi
nondum conſummato matrimonio petatur intra
bimeſtre illis à iure conceſſum ad ingrediendum in
religionem, vbi latè de dicto bimeſtri, & quo
modo ſponſis ante matrimonij conſummationem
liceat ad religionem tranſire.*

ITaque cum poſt contractum matrimonium ante 49
conſummationem quilibet coniugum alteru etiam
inuito, & reclamante poſſit religionem ingredi, &
in ea ſolemniter profiteri *capite ex publico. de conuer-
ſione coniugatorum*, Tridentinum *ſeſſione 24. can 6* Diuus
Thomas *in addit. ad 3. p. q.61. art.2. & in 4. d.37. artic.3.
ibid.* Maior *concl.1.* Rich. *artic.2. q.2.* Durandus *q.2.* Palu-
danus

danus *q. 3.* Sotus *q.1. art.4. & d.32. q.1. art.3. initio verſicul. Hanc quæſtionem.* Hoſtienſis *in ſumma lib. 3. tit. de conuerſione coniugatorum, & in d. cap. ex publico.* Summa D. Raymundi *lib. 4. tit. de matrimonio* §. 9. Diuus Antoninus *in ſumm. p.3. titul.1. cap.21. §. ſecundum eſt. Verſic quartus caſus eſt.* Angelus V. *matrimonium 4. num.*18. Sylueſter V. *diuortium quæſt 3. & 5.* Tabiena V. *matrimonium 3. num.4.* Armilla V. *debitum coniugale n.5.* Ioannes de Friburgo *in ſum. lib.1. titul.8. q.41. & lib.4. tit.2. q.34.* Aſtenſis *in ſum. p.2. lib.8. tit.10. art.2. q.8.* P. Ledeſma *quæſt.61. art.1.* Victoria *in ſumma titul. de matrim. num.*280. Summa Corona *cap.8. de Sacram. matr. n* 12. Carolus Tapia *in Auth. ingreſſi, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. V. ingreſſi cap.*11. Couarruu. *de de ſponſal. p.2. cap.7. §.4. n.6. & ſeqq.* Cenedo *ad Decretales collectan. ad decretales lib.3. tit.32. c 7.* Gutierez *de matrim. cap.54.* Nauarrus *in ſumma cap.16. num.27.* Graff. *deciſ. aur. p.2. lib.1. cap.12. n 65.* Rodriquez *in ſum p.1. cap. 238. n.2.* Flamma *in methodo p.3. c.8. §.12.* Lopez *1.p. inſtruct cap* 8. Sanchez *de matr. lib.2. d* 24. Rebellus *de oblig. iuſtit. p.2. lib.3. q.4. n.11. & ſequentibus.* Reginaldus *lib.31. num.36. & 39.* Henriquez *lib.12. cap.5. num.8.* Coninck *diſp.26. num.49. & ſequentibus.* Baſilius Pontius *de matrim lib.9. cap.9.* Filliuccius *p.1 tract.10. cap 2. num.48. & ſequentib.* Laymann *lib.5. tract.10. part.3. cap.5. num.2.* Villalobos *p 1. ſumm. tract.13. difficultate 12.* Hurtadus *de matrim. diſput.8. num.29.* Auerſa *de matrim. quæſt.21. ſect.6. verſu 5.* Saytus *lib.6. clau. cap.7. numer.6.* & alij apud eundem

50 Sayrum, & alios præallegatos. † Et ad dictum ingreſſum, ſeu ad deliberandum de ingreſſu religionis ſponſis de præſenti permittatur à iure *in d. cap. ex publico, de conu. coniugat.* tempus duorum menſium concedatur, his verbis; *Mandamus quatenus ſi prædictus vir eam carnaliter non cognouerit, & eadem ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire intra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam abſoluas.*

51 Ideo intra eoſdem duos menſes, quamuis ſit licita copula coniugalis inter coniuges, ſi ambo pari conſenſu velint conſummare matrimonium, tamen non eſt debita, & coniux ab altero requiſitus non tenetur reddere, vt clarè conſtat ex dicto textu, & tradunt omnes præallegati Doctores; traditione enim corporum facta per contractum matrimonij ſubintelligitur conditio vtendi beneficio iuris concedentis bimeſtre ad ingreſſum religionis, vt dicetur latiùs *infrà n* 81. Ampliatur, vt contracto matrimonio, & nondum conſummato liceat ſponſis intra bimeſtre negare debitum, & ante conſummationem ingredi religionem, etiamſi prius ſibi inuicem iuraſſent ſe contracturos, & conſummaturos matrimonium. Nam ſicut poſt promiſſionem etiam iuramento confirmatam de contrahendo matrimoniũ, licet ſpõſis de futuro reſilire à promiſſione, & non contracto matrimonio, ingredi religionem, vt colligitur ex *c. commiſſum, de ſponſalibus,* & tradunt ibidem Scribentes, & alij Doctores communiter, S. Th. *in 4. d.27. q.1. ar.3* Sotus *ibid. q 2. art.5. dub.1.* Nauar. *in man c.22 n.26.* Menochius *de arbitr. caſu 455. n.10.* Couarr. *de ſponſ. p.1 c.5. in initio n.11.* Suarez *de religione tom 1. tract. de iuramento lib.2 cap.13. n 2. & ſeqq.* Azor. *inſtit. mor. p.1. lib.11. cap.5. q.4.* Sanchez *de matr. lib.1. diſp.8. num.43.* Aug. Barboſa *Collect ad d. cap. commiſſum num.2.* Caſtrus Palaus *p.1. tract.14. diſp.2. p.6. num.4.* Baſilius Pontius *lib.12. cap.*10. & alij à Sanchez, & Barboſa relati; quia in contractu promiſſionis de contrahendo matrimonium, & in ſimilibus contractibus promiſſoriis, quibus quis ſe alteri obligat ad faciendum aliquid, quod habet tractum ſucceſſiuum, v.g. ad aliquod officium longo tempore obeundum, vel ad docendum aliquot annos, intelligitur ſemper exceptus ſtatus perfectionis, & ita tacita conditio, *niſi religionem ingreſſus fuero,* vt iidem Doctores, & alij infrà *n.*108. poſt medium relati; quæ exceptio à iuramento promiſſioni addito non excluditur, ſed includitur, nam iuramentum confirmatorum ſequitur, & ſortitur naturam actus, ſuper quem cadit *l. fin. Cod. de non num. pec. cap quemadmodum de iureiur.* & regula *acceſſorium 42. de reg. iuris in 6.* & conſequenter habet eandem exceptionem, tacitam conditionem, vel reſtrictionem, quam actus, ſuper quo idem iuramentum interponitur, habet, ſiue ex mente loquentis, ſiue ex diſpoſitione iuris, ſiue ex recepta conſuetudine; vt præallegati Doctores, Couarruuias *in cap. quamuis pactum, p.2. §.4. in principio* Leſſius de iuſtitia *lib. 2. cap.42. n.22.* & Doctores communiter apud Couarruuiam, ſicut, inquam, poſt promiſſionem etiam iuratam de contrahendo matrimonio licet ſponſis omiſſo matrimonio tranſire ad religionem, ita etiam poſt promiſſionem, ſeu mutuam conuentionem iuratam de conſummando matrimonio contracto cuilibet ſponſorum nondum conſummato matrimonio licet ad religionem tranſire, quia in tali promiſſione, ſeu conuentione iuramento firmata ſubintelligitur exceptus ſtatus perfectionis, & tacita conditio, niſi promittens & iurans conſummare elegerit tranſire ad religionem prout ei à iure conceditur; ad quem ſtatum aditum ſibi intercludere ſimili conuentione, ſeu contractu nullus præſumendus eſt, cum id eſſet magnæ inſipientiæ; quare non obſtanti mutuo pacto iurato de conſummando matrimonio licet ſponſis intra bimeſtre negare debitum, & nondum matrimonio conſummato ſemper tranſire ad religionem; id quod etiam in terminis docent Caſtrus Palaus *d. n.5. in fine.* & Sanchez *lib.4. ſum. c.19. n.*8. vbi aſſerit quidem poſſe ea pacto expreſſo iurato excludi ſtatum perfectionis, ſeu religionem, ita vt ad illam tranſire non liceat non impleta prius obligatione, & ita etiam pacto expreſſo iurato à ſponſis excludi tranſitum ad religionem, eo quod iuramentum, licet aliàs diſſonum rectæ rationi, & illicitum ſit ſeruandum, ſi cadit ſuper actum, ſeu promiſſionem, aut contractum de ſe licita, vel quæ abſque culpa adimpleri poſſit, vt idem Sanchez latè tradit *lib.3. ſum. cap.4. n.20. 21. & 22.* & faciunt tradita per Leſſium *d. lib.2. c.42 n.12. fine.* Sed nihilominus addit idem Sanchez eodem *num.*8. exigi de hoc verba expreſsè eum tranſitum excludentia, nec ſufficere verba obligantia ad aliquod incompatibile; quia in eis includeretur conditio, niſi tranſitus ad religionem placeat; ac proinde etiam ſi quis iuraſſet fœminæ, ſe eum ea conſummaturum matrimonium, vel in perpetuum eam habiturum vxorem, poſſet ante conſummationem tranſire ad religionem; etenim cùm expreſsè hic tranſitus non ſit excluſus, habet ea promiſſio in ſe eam conditionem inbibitam, niſi promittens velit religionem ingredi. Quemadmodum etiamſi quis ad perpetuum famulatum alteri ſe obligaſſet, intelligitur niſi religionem ingrediatur: Nec eſt ſimile, inquit idem Sanchez, ſi quis ſe in ſeruum alteri venundaret; nam eo ipſo ſui ipſius dominium alienat, ac proindè non manet liber, vt ad religionem abſque Domini conſenſu queat tranſire.

A quo tempore incipiat currere bimeſtre?

Porrò præfatum bimeſtre initium ſumere ſtatim à tempore contracti matrimonij aiunt Barboſa *n* 9. Gutierez *num.*8. Summa corona *d n.13. verſus finem,* Sanchez *n.21.* Rebellus *n.21.* Rebellus *n.11.* Coninch *n.44.* Hurtadus *n.29.* Villalobos *n.5.* & alij tacitis nominibus relati à Ioanne de Friburgo *d. q.41.* Alij verò dicũt bimeſtre incipere currere ab eo tempore, quo fuerit per iudicẽ, ſeu Epiſcopum aſſignatum, *arg. text. in ca. nos quidem, de teſtam.* Ita Hoſtienſis *in d. cap. ex publico.* Aſtenſis *d. q.8.* Ioannes de Friburgo *d q.41.* Laymann *d. n.2.* & alij, quos referunt Aſtenſis, & de Friburgo, & indicat etiam Sanchez *d. n.21.* ſed fortaſsè nulla eſt diſcordia inter hos DD. nam primũ dictũ intelligendũ, ſi nulla fiat à iudice aſſignatio, poſterius vero poſt diſſenſionẽ coniugũ altero petente, altero vero negãte debitũ iudex interpellatus, vel ex officio aſſignat bimeſtre prout *d. c. ex publico* præſcribitur tũc enim 52

à tem

Digitized by Google

à tempore aſſignationis factæ per iudicem incipit cur-
rere; limitarem etiam primum dictum, vt procedat, ſi
vtérque coniux ſtatim à matrimonio habeat noti-
tiam fauoris huius bimeſtris ſibi conceſſi ad conuolan-
dum ad frugem ſanctioris vitæ, ſecùs ſi non nouiſſet,
nam tunc dicerem incipere à tempore ſcientiæ, vel aſſi-
gnationis factæ per iudicem; vt is, qui ab initio con-
tractus caruit ſcientia, & poſtea nouit priuilegium,
habeat ſufficiens tempus ad deliberandum de ingreſſu,
& præparandum neceſſaria pro illo. Quot autem dies
continere debeat bimeſtre, & an computandum de
momento in momentum explicatur infra.

Bimeſtre an poßit ex iuſta cauſa cognita à iudice coarctari, vel prorogari?

53 An verò hoc bimeſtre à iure in *dict. cap. ex publica*
ſtatutum poſſit iudex, ſeu Epiſcopus, vel Ordinarius
reſtringere, vel prorogare? videtur negandum, eo
quod terminus generaliter præfixus à lege, vel ſtatuto
non poſſit per iudicem coarctari, vel prorogari, vt
pluribus allegatis Carpanus *ad ſtatut. Mediolanen in
prælud. n. 791. ad cap. 22. n. 40. & 43. & ad cap. 42. n. 156.*
54 cum iudex non ſit ſuper legem. † Et dato quod ex
cauſa iudex regulariter queat terminos à legibus aſſi-
gnatos reſtringere, vel prorogare, vt Bartolus *commu-
niter receptus in l. 2. ff. de re iudicata n. 4.* Hieronymus de
monte *tract. fin* Regund. *cap 49. n. 3.* à Carpano *d. c. 22.
n. 42. relatus,* Maranta *in ſuo ſpeculo ſexta parte princ. primo
actu de* Dilationibus *n. 15.* Gutier. & Sanch. *locis allegandis*, &
alij *relati* à Maranta & Carpano *d. c. 22 n. 44.* & videtur
55 colligi ex *cap. cum ſit Romana, de appellation.* † Hoc ta-
men non procedere quando elapſo termino ponitur
pœna priuationis, vel alia ſimilis, vt cum aliis Molina
d. n 19. & plures alij, quos Auguſt. Barboſa *collectaneo ad
d. cap. cum ſit Romana n. 17 refert.* Bimeſtre autem præ-
fixum eſt à iure, vt eo tranſacto priuetur ſponſus iure
amplius ingrediendi, vel deliberandi de ingreſſu reli-
gionis; & excommunicandus eſt ſi debitum coniugale
neget; quare, &c.
56 Verum communis ſententia, à qua non eſt rece-
dendum tenet, huiuſmodi bimeſtre datum ad ingreſ-
ſum, vel deliberandum de ingreſſu poſſe à iudice ex
iuſta cauſa cognita coarctari, vel prorogari; ita Gloſſa
in d. c. ex publico, verbo intra duorum. ibid. Hoſtienſis *verſiculo
nunquid,* Aſtenſis *d. q. 8.* Ioan. de Friburgo *d. q. 41.* Sylue-
ſter *v. Diuortium q. 1. verſic. quarta cauſa.* Ricardus *d.
q. 2.* Nauarrus *d. n. 25.* Tabiena *d. n. 4.* Armilla *d. n. 5.*
Ioannes Brunellus *de ſponſalibus concluſione 30. numero 2.*
Gutierez *n. 14.* Sanchez *n. 12.* Baſilius Pontius *n. 8.* Io-
annes Andr. Innocentius Cardinalis, Panormitanus, &
alij à Brunello, Gutierez, & Sanchez relati, aientes hoc
bimeſtre non eſſe ordinarium, & præciſum, ſed iudici
57 arbitrarium, & ratio eſſe poteſt. † Vel quia *in d. capite ex
publico* (vt ait ibi Panorm. & Corninck *n. 44.*) ſermo
ſolum eſt de caſu quodam particulari, ſcilicet de mu-
liere, quæ primo diù litigauerat de valore matrimonij,
deinde condemnata diù omninò recuſauerat il-
lud conſummare dicens, ſe velle ingredi religio-
nem, ac tandem ſuper ea re Pontificis literas impe-
trarat, quibus præcipiebatur, vt Epiſcopus præſcri-
beret ei duos menſes pro ingreſſu religionis compu-
tandos à die quo Epiſcopus poſt receptas literas Apo-
ſtolicas hoc ei præciperet; vel quia doctrina illa, quod
terminus à lege aſſignatus non poſſit à iudice reſtringi,
vel prorogari non procedat (vt docent Dynus *regula
indultum 17. n° 12. de regul. in 6.* Cardinalis *in d. cap.
publico n. 5.* Immola *conſil. 86. n 8.* & Carpanus *d. capite 2.
n. 44.*) quando terminus datur miniſterio iudicis, vt
in *d. cap. ex publico*, vbi non videtur ſignatum bimeſtre,
ſed mandatur iudici, vt deſignet. Vel quia dato quod
bimeſtre ſit à lege conceſſum, & non deſignandum à
iudice, nihilominus quod terminus legalis, ſeu tempus
à lege definitum etiam pœna priuationis, eo lapſo
nequeat prorogari, procedit de rigore iuris, ſecus de
æquitate, ſcilicet quando pro cauſæ qualitate, & quan-
titate, perſonarum conditione, & aliis circum-
ſtantiis à iudice bene conſideratis, & cognitis idem
iudex prudenter arbitrari poteſt, expedire tempus à
lege ſtatutum reſtringi, vel prorogari, tunc enim
iudex ex huiuſmodi iuſta cauſa coarctare poteſt, vt col-
ligitur ex *l. 2. ff. de re iudicata. & l. placuit. Cod. de iudiciis*,
vbi habetur quod æquitas rigori præfertur, & tradunt
Bartolus, & alij *relati n. 54.* & ad id faciunt etiam tradita
per Menochium *de arbitrariis caſu 1.* igitur etiam bi-
meſtre hoc licèt lege definitum ſaltem ex iuſta cauſa
eaque cognita poterit ita æquitate ſuadente coarctari,
vel prorogari, vt tradit prædicta communis ſententia.
† Addunt tamen Brunellus, Sylueſter, Sanchez, & 58
alij, iudicem non debere facilè ab eo termino à iure
in d. cap. ex publico, ſtatuto recedere. Et Gutierez, &
Pontius ſubdunt, id non ſolum debere fieri ex iuſta
cauſa cognita prudenter, & maturè, non verò leuiter,
& cum facilitate, ſed rarò, & ex vrgenti cauſa.

Tempus duorum menſium an intelligatur conceſſum ad deliberandum de ingreſſu, an verò ad profitendum, & an probationis tempus coarctari poſſit, vel debeat?

Sed cum alter coniux remanens in ſæculo non 59
poſſit aliud contrahere matrimonium, niſi poſt alterius
profeſſionem ſolemnem, cum non per ingreſſum re-
ligionis, ſed per ſolemnem profeſſionem religionis ap-
probatæ vinculum matrimonij tan diſſoluatur, vt de-
finit Tridentinum *d. can 6.* & tradunt omnes Doctores
ſuprà *n. 49. relati*; Non leuis inter eoſdem Doctores
controuerſia eſt, an bimeſtre intelligatur datum ad pro-
fitendum, ita vt non ſit expectandus annus probatio-
nis vltra bimeſtre, ſed eo elapſo ſtatim profeſſio ſit
emittenda, vel ſaltem tempus probationis à iure *c. ad
Apoſtolicam, de regularibus*, præſcriptum debeat in hoc
caſu per iudicem abbreuiari; an verò ſit datum ad de-
liberandum de ingreſſu, & coniugi ſanctiore vitam eli-
genti poſt ingreſſum competat annus probationis; qui
annus ab altero ſit expectandus. Et procedit con-
trouerſia, non quando vnus ſponſorum per verba de
præſenti de conſenſu alterius ante matrimonij conſum-
mationem ingreditur religionem. † Nam in hoc euen- 60
tu ingredienti annum integrum indulgeri, & compe-
tere ad profeſſionem communiter aſſerunt Doctores,
Gloſſa *in can. deſponſatam 27. q. 2.* Panorm. *in d. cap. ex pu-
blico n. 12.* Butrius, Ioannes Andr. Card. Ancharanus
ibid. Brunellus *d. concluſ. 30. n 2.* Doctores *allegandi infrà
n. 64.* & alij *relati* à Tapia *d. cap. 11. n. 24.* Eo enim ipſo,
quòd alter remanens in ſæculo aſſenſum præbuit in-
greſſui alterius, videtur etiam conſenſiſſe, vt detur
tempus regulare, & ordinarium probationis in fauo-
rem tum nouitij, tum religionis à iure præſcriptum.
Procedit ergo controuerſia quando alter altero inuito
eligit religionis ingreſſum. † Quo caſu tempus duo- 61
rum menſium indulgeri ad profitendum, & profeſſio-
nem eſſe anticipandam, ita vt iudex ſaltem teneatur
abbreuiare tempus ordinarium probationis aliquo alio
certo ſtrictiori præfixo, in quo ſponſus ingreſſus reli-
gionem debeat profiteri, vel eo elapſo ſtatim ad alte-
rum ſponſum; docuerunt Gloſſa, Innoc. Panorm. Præ-
poſitus *in d. cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* Bernardus *in
tit. de regularibus & tranſeuntibus ad religionem capitulo ſta-
tuimus,* Ricardus *d. q. 2.* Ioan. de Friburgo *d. q. 41.* Ta-
biena *d. n 4.* Brunellus *d. n. 2.* Nauarrus *d. cap. 26. n. 27.
& lib. 4. conſil. tit. de ſponſalibus conſil. 40. n 2. in 1. edit. &
in 2. lib. 3. tit. de conuerſ. coniug. conſ. 1. n. 2.* Menochius
de arbitr. caſu 455. n. 11. & alij *relati* à Tapia *d. c. 11. num. 12.*
Horum fundamentum eſt, primò quia *d. cap. ex publico*
iubetur, vt debeat mulier intra bimeſtre vel ad virum

ſuum

ſuum redire, vel ad religionem tranſire, vbi tranſi-
re accipitur pro profiteri, quia *eodem capite infrà* dici-
tur per eius ingreſſum matrimonium ſolui, quod fit
per ſolam profeſſionem. Secundò, quia quod alter
coniugum tam longo tempore ſtet in ſuſpenſo, cùm
non valeat ad alias nuptias tranſire, videtur nimis graue
& onerosum, ac etiam animæ pernicioſum ob pericu-
lum incontinentiæ eiuſdem coniugis in ſæculo rema-
nentis, qui etiam alioqui poſſet fraudari iure ſuo; nam
intrans religionem poſſet eſſe vſque ad finem anni in
vna religione, & tunc exire, & intrare aliam. Quare
quod tempus probationis abbreuietur, vel abbreuiari
debeat ſpeciale eſt in hoc caſu ad præcauendum gra-
uamen, & periculum incontinentiæ alterius coniugis;
Et hanc opinionem non reprobat Durandus *d. q. 2.* &
probabilem putant Sanchez *d. diſp. 24. n. 5.* Filliuccius
62 *d. cap. 2. n. 51.* & Coninck *d. diſp. 26. n. 48.* † Immò proce-
dere etiam poſt Concilium Tridentinum, ita quod non
obſtante decreto eiuſdem Tridentini *cap. 15. ſeſſ. 25. de
regularibus*, quo præſcribitur annus integer nouitiatus,
& continuus, antequam quis ad profeſſionem admit-
tatur, & ætas ſexdecim annorum completorum ad va-
lorem profeſſionis, cogi debeat coniux, qui eligit
ingredi religionem, intra illud bimeſtre *d. cap. ex publico.*
definitum, ſeu aliud tempus breuius tempore ordina-
rio probationis à iudice iuxta *dictum cap. ex publico.*
præfixum profiteri, & tametſi coniux religionem in-
greſſus intra illud tempus ætatem ſexdecim annorum
non compleuerit, tenent Nauarrus, & Menochius
locis citatis, cum poſt Tridentinum ſcripſerint, & in ter-
minis id tanquam probabile iudicat idem Nauarrus
d. conſil. 40. n. 4. in fine. idem tenuerunt plures alij relati ab
Henriquez *lib. 12. cap. 5. in Gloſſa liter. T.* Rodriquez *loco
infrà allegando*, & Sanchez *n. 6. fine:* fundamentum ponit
63 Nauarrus *d. conſil. 40. n. 2.* ſcilicet; † Tum quia ſicut lex
prior generalis limitatur per poſteriorem, ita lex poſte-
rior generalis limitatur per priorem ſpecialem *l. ſed &
poſteriores, ibi: poſteriores leges ad priores leges pertinent,
niſi contraria ſint ff. de legibus l. in toto ff. de reg. iur. & c. generi
per ſpeciem de reg. iur. in 6.* Decius *in d. l. in toto n. 7. & plures
alij*, quos refert Sanch. *d. diſp. 24. n. 6.* Vbi amplius etiam
ſi in lege poſteriori ſit clauſula, non obſtante. Quare
cum prædictum *caput ex publico* ſit lex determinans
ſpecialem caſum de ſponſo, vel ſponſa per verba de
præſenti, altero etiam inuito eligente ingreſſum religio-
nis, cenſendum eſt limitare legem generalem poſte-
riorem Concilij Tridentini. Tum quia longè maior
ratio limitandi tempus probationis inuenitur in hoc
ſpeciali caſu, quam in aliis, quia in eo tractatur de
graui præiudicio tertij (vt dictum eſt *n. 61.* & confir-
matur, quia ſuppoſito Tridentini decreto coniux re-
manens in ſæculo non ſolum cogeretur expectare per
annum, ſed etiam aliquando quadriennium, vt ſi
ſponſa eſſet duodennis) quo non agitur communiter
in aliis nouitiis, & lex generaliter loquens non ſolum
limitatur per legem ſpecialem, ſed etiam per rationem
alterius legis, Baldus *in l. de pretio ff. de publiciana in rem
actione*, Nauarrus *d. n. 2.*

64 Quibus tamen non obſtantibus Doctores magis
communiter aſſerunt dictum bimeſtre à iure in *d. c. ex
publico* concedi non ad profitendum ſed ad deliberan-
dum de ingreſſu (ſcilicet vt ſponſus ante matrimonij
conſummationem eo tempore deliberet, & vires ſuas
metiatur, an ſibi religionem ingredi expediat; item vt
faciliùs intelligat, an Spiritu Dei, vel ſubito motu &
cauſa extrinſeca ducatur; & denique, vt religionem,
ſeu religioſam Congregationem ſibi aptam, quæ eum
recipere velit, perquirat) ad probationem verò, & ad
emittendam profeſſionem permitti annum à iure *in d.
cap. Ad Apoſtolicam, de regularibus præceptum.* Ita Hoſtienſis
*in ſumma lib. 3. tit. de conuerſ. coniug. §. fin. verſic. quid ſit mari-
tus* Durandus *ad diſt. 27. q. 2.* Palud. *d. q. 3. art. 2. concl. 2. verſic.
Sed nunquid.* Sotus *d. q. 2. a. 4. verſ. At verò ſi infrà.* Aſtenſis *d.
q. 8.* Sylueſter *d. q. 3.* Armilla *v. Diuortium num. 5.* D. Anto-
ninus *d. cap. 21. verſic. Quartus caſus.* Gutierez *d. cap. 54. n. 11.
& 12.* Tapia *d. cap. 11. num. 13.* Auguſtinus Barboſa *collе-
ctaneo ad d. cap. ex publico de conu. coniug. numero 8.* Henri-
quez *d. cap. 5. n. 8.* Rodriquez *qq. reg. tom. 3. q. 13. art. 4.* San-
chez *d. diſp. 24. n. 4. & 7.* Rebullus *d. q. 3. n. 22.* Coninck
d. diſp. 26. n. 98. Filliuccius *d. c. 2. n. 51.* Layman *d. c. 5. n. 2.
verſic. Tertiò dicta facultas.* Villallobos *d. difficultate 12.
n. 3.* Hurtadus *d. diſp. 8. n. 51. & 52.* Pontius *d. cap. 9. n. 2. &
3.* Auerſa *d. quæſt. 21. verſiculo Quintò quoniam.* Caſtrus
Palaus *Theol. moral. tomo 2. tractat. 16. diſp. 1. puncto 12. §. 1.
n. 3. & alij relati* à Tapia & Sanchez. Fundamentum
præcipuum (etiam ſolo iure antiquo inſpecto) eſt,
quia ex quo ius *in d. c. ex publico.* permittit ſponſis de
præſenti ante conſummationem ingredi (altero etiam
inuito) religionem, & in ea profiteri, & tempus pro-
bationis annuum, item à iure *in d. c. ad Apoſtolicam*
fuerit introductum non ſolum in fauorem Nouitij (vt
vitæ ſuſceptæ rationem cognoſcat, & Monaſterij au-
ſteritates experiatur, & an vires ad eas toto vitæ cur-
riculo perferendas ſuppetant, ne ſi intra breue tem-
poris ſpatium primo vocationis feruore ductus pro-
feſſionem emitteret, facilè poſtea pœniteat, & vitam
infelicem, ac angoribus plenam agere cogatur) ſed
etiam in fauorem religionis, ſeu monaſterij, vt ſuma-
tur experientia de moribus nouitij, cenſetur etiam
concedere, vt profeſſio fiat iuxta iuris communis
præſcriptum, & religionum leges, ſcilicet cenſetur
concedere, vt ſponſus ingrediens religionem fruatur
priuilegio experiendi monaſterij auſteritates per an-
num, & item monaſterium non priuetur priuilegio
probandi mores nouitij anno integro, & iuxta religio-
nis ſtatuta; & ita præſcribendo duos menſes ad tranſ-
eundum ad religionem permittit etiam, ſeu non aufert
ordinarium tempus probationis profeſſioni præmit-
tendum. Quod confirmatur primò quia *eod. c. ex publico.*
decernitur, debere eum, qui vult religionem ingredi
cautionem præſtare, quod intra duorum menſium ſpa-
tium ad religionem tranſibit, quod non poteſt intelli-
gi, vt det cautionem profitendi intra duos menſes, ſed
tantùm ingrediendi, quod à ſua pendebat poteſtate, cum
profiteri non poſſit abſque voluntate eorum, qui de-
bent eum admittere ad profeſſionem, quorum factum
promittere non poteſt, cum monaſterium ex priuilegio
in d. cap. ad Apoſtolicam non teneatur aliquem intra an-
num probationis admittere ad profeſſionem. † Con- 65
firmatur ſecundò, quia à iure antiquo non receditur,
niſi nouum ad hoc cogat, quod non fit *in d. ex cap. publi-
co*, vbi verba illa, *intra bimeſtre ad religionem tranſire*;
poſſunt rectè & iuxta verbi proprietatem intelligi de
tranſitu ad habitus religioſi ſuſceptionem; non enim
tantùm profiteri eſt tranſire ad religionem, ſed etiam
ingredi eſt tranſire quamuis inchoatiuè; & quamuis
in eodem capite infra tranſire ad religionem ſumatur
pro profeſſione, tamen dum decernitur tranſitus intra
bimeſtre, accipitur pro tranſitu ad ingreſſum, non pro
profeſſione propter dicta in prima confirmatione, &
ad euitandam prioris iuris concedentis annum proba-
tionis correctionem. Et ex his remanet ſolutum pri-
mum prioris ſententiæ fundamentum. Ad ſecundum
verò dicitur nullam fieri iniuriam coniugi in ſæculo re-
manenti, qui tanto tempore cælebs cogitur expectare,
nam alter vtitur fauore iuris indulto, non ſolum in bo-
num nouitij, ſed ipſius etiam religionis, vt maturè in-
tegro nouitiatus anno & continuo ſumatur experientia
de moribus nouitij, & illius conſtantia probetur. 66
† Quòd ſi appareret ſuſpicio fraudis, puta ſi coniux
ingreſſus prætextu religionis differret cõtinuare matri-
monium vagando intra tempus nouitiatus de vna in
aliam religionem, tunc per iudicem compelli debet aſ-
ſignato termino peremptorio, vt vel maneat in vna
religione

Digitized by Google

religione expleto nouitiatus anno, vel redeat ad alterum coniugem in ſeculo relictum, vt conſummet, vt rectè tradunt Durandus, Paludanus, Diuus Antoninus, Rodriquez, Henriquez, Sanchez, Filliuccius, & Gutierez.

67 Porrò hæc communis ſententia quod ad profeſſionem ſponſi tranſeuntis ad religionem requiratur annus integer probationis poſt ingreſſum, qui per iudicem Papa inferiorem nequeat coarctari, multò magis, & ferè indubitanter procedit attento iure nouo Tridentini *in d. cap. 15. ſeſſ. 25.* de regularibus definientis annum expletum probationi, ita vt aliàs profeſſio facta ſit nulla; quæ definitio, ſeu conſtitutio eſt generalis abſque reſtrictione, aut limitatione vlla, ac proindè correctoria, & reuocatoria cuiuſcunque iuris antiqui permittentis breuius probationis tempus.

68 Lex enim vniuerſalis, & negatiua (qualis eſt hæc Tridentini negatiuè prohibentis profeſſionem ante expletum annum nouitiatus) vniuerſaliter, & in omni caſu eſt intelligenda *cap. ſoluta §. fin. de maioritate, & obedientia. & l. de pretio ff. de publiciana in rem actione.* Quod Nauarrus cum aliis *d. conſil.* 40. *numero* 5. ait procedere etiam, quando maior ratio inuenitur, quare debeat includere vnam ſpeciem potius quam aliam; cuius rei rationem aſſignat idem Nauarrus ibidem, ſcilicet quia negatio quidquid poſt ſe inuenit, deſtruit, & contrarium eius poſcit iuxta regulam logicam, & gloſſam celebrem, & receptam in *c. cum dilecto, de conſuetudine.* Confirmatur, nam ratio, quâ Synodus Tridentina ducta annum nouiatus ſtatuit; ſcilicet, ne aliqui nimis leuiter antequam ipſi religionem probauerint, & à Religione quoad mores, & conſtantiam ſint probati ad profeſſionem admiſſi poſtea eos pœniteat, & ſcandala generent, etiam in hoc caſu militet; immò magis vrgeat, quia qui hoc modo religionem ingrediuntur, facilè poſſunt præſumi ingredi magis odio coniugis, quam amore religionis, vt videtur accidiſſe in caſu *dicti cap. ex publico*, quare hi maximè illo Concilij Tridentini de-
69 creto debent comprehendi. † Neque obſtat quod Concilium Tridentinum *dicta ſeſſione* 25. *cap.* 21. decernat eos, qui cum non ſint religioſi aliquod Monaſterium in commendam habent, debere vel huic renuntiare, vel intrà ſex menſes in illo profiteri, atque ita ab illa regula generali aliquem caſum excipiat, non obſtat, inquam, tum quia exceptio firmat regulam iuxta vulgare Iuriſtarum; tum quia in his militat particularis ratio; etenim præſumitur, eos ſatis cognitam habere religionem eam, quam regunt, & religioni etiam eſſe præfectos, ac proindè non eſt iis opus tam longa probatione; ſecus autem eſt in iis coniugibus, qui communiter priùs nihil de religione cogitarunt, vel experti ſunt.

70 Quare neque obſtat doctrina Cordubæ in ſumma *caſu* 38. quam videtur approbare Henriquez *libro* 13. *capite* 40. *numero* 2. in Gloſſa *litera O.* dicentis etiam nunc poſt Tridentinum profeſſum, qui licitè tranſit de vna religione non mendicante ad aliam non mendicantem, vt ad Carthuſianam poſſe ante annum (ſi vterque nouitius, & religio in id conſentiat) profiteri iuxta *d. cap. ad Apoſtolicam de regul.* cui Tridentinum in hoc caſu non videtur derogare: Nam dato, quod hæc doctrina eſſet vera, ille profeſſus iam expertus fuiſſet difficultates, & aſperitates ſimilis religionis, coniux autem minimè; &
71 conſequenter non ſatisfieret fini Concilij. † Quamquam licet præfata Cordubæ doctrina defendi poſſit probabiliter diſputando, non tamen conſulendo, vel iudicando, vt docet Nauarrus loco mox allegando; cum longè veriùs ſit poſt Concilium Tridentinum *dict. capite* 15. *ſeſſione* 25. *de regularibus*, nullum vnquam etiam in vna religione profeſſum, ad aliam quamcunque religionem tranſeuntem poſſe profiteri niſi poſt expletum ſuæ probationis annum; nec huiuſmodi terminum, & probationis tempus etiam ex conſenſu Nouitij, & Monaſterij (vt permittit dictum cap. ad Apoſtolicam) poſſe remitti, vt tradit Nauarrus *libro* 3. *conſil. titul. de regularibus conſil.* 33. *numero* 5. *in prima editione & conſil.* 66. *numero* 6. *in* 2. Ex eo quia in Concilio Tridentino *d. cap.* 15. pacificantur, & omninò æquiparantur profeſſio facta ante decimumſextum annum, & ante expletum probationis annum; nullus autem audebit dicere, quod profeſſio facta de conſenſu Nouitij, & Monaſterij ante decimumſextum annum expletum ſit valida, ergo nec dici poteſt, quod ſit valida profeſſio ante finem anni probationis, etſi de conſenſu Nouitij, & Monaſterij facta. Et hoc idem tenent Rodriquez *in ſumma part.* 2. *capite* 6. *numero* 10. *& tomo* 3. *quæſt. regul. quæſtione* 15. *articul.* 7. Garzias *de benefic. part.* 11. *cap.*.... *numero* 15. *fine.* Sanchez *libro* 2. *d. diſputat.* 24. *numero* 10. *& libro* 5. *ſumm. capite* 4. *numero* 19. Petrus Ledeſma *in ſumm. part.* 2. *tractat. de ſtatu religioſorum capite* 7. *concluſione* 2. Azorius *part.* 1. *libro* 12. *capite* 4. *quæſtion.* 9. Beia *part.* 4. *caſu ſin. verſicul.* 3. Ricciua *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſione* 1. *in prima editione & reſolutione* 617. *in ſecunda editione.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. ad Apoſtolicam numero* 3. *& collect. ad dict. cap.* 15. Tridentinum *ſeſſione* 25. *de regul. numero* 17. & alij recentiores communiter, quos referunt, & ſequuntur Tamburinus *de iure Abb. tomo* 3. *diſputatione* 6. *quæſt.* 7. Bordonus *de profeſſion. regul. capite* 4. *quæſtione* 4. Caſtrus Palaus *tomo* 2. *tractat.* 16. *diſputatione* 1. *puncto* 12. *§.* 1. *numero* 4. Vnde iuxta eoſdem Doctores per Tridentinum correctum eſt dictum caput ad Apoſtolicam, quatenus in illo habetur validam eſſe profeſſionem ante elapſum annum probationis ex conſenſu Nouitij, &
Monaſterij emiſſam. † A quo tamen excipiuntur 72
religiones Minorum, & Prædicatorum, ad quarum profeſſionem non poterat quiſquam admitti ante exactum probationis annum, vt decreuimt *cap. non ſolum, de regular. in* 6. quod decretum extenſum fuit ad cæteros Mendicantium ordines per
cap. conſtitutionem eodem titulo, & l. 6. † An vero ſi 73
in his admitteretur profeſſio ante eum nouitiatus annum, ea obligaret; non ei religioni ſpeciali, ſed religioni in genere poſt Gloſſam *in d. cap. non ſolum verbo veſtro. & dict. cap. conſtitutionem V. obligat*, & Sylueſtrum V. *Religio* 3. *quæſtio.* 4. tradunt Auguſtinus Barboſa *collect. ad dict. c. ad Apoſtolicam numero* 2. & Sanchez *d. cap.* 4. *numero* 8. & clarè colligi videtur ex *d. cap. non ſolum*, illis verbis, *Decernimus eum, qui taliter receptus fuerit nullatenus veſtro ordini eſſe obligatum.*

Quod autem attento Tridentino, & vbi illud 74
receptum eſt, annus integer probationis ſponſo poſt matrimonium ratum religionem ingreſſo ad profitendum indulgeri debeat, nec abbreuiari poſſit, niſi per Summum Pontificem, ita vt profeſſio ante annum abſque Papæ diſpenſatione emiſſa ſit nulla, ſuſtinent Tapia, Gutierez, Auguſtinus Barboſa, Henriquez, Rodriquez, Sanchez, Rebellus, Coninch, Filliuccius, Layman, Villalobos, Ponțius, & Hurtadus *locis ſuprà numer.* 64. *relatis.* Et ita cenſuit ſacra Cardinalium Congregatio in duabus declarationibus relatis à Farinacio pagin. 438. Quarum prima ſic habet. *Profeſſio non eſt valida ante expletum probationis annum, ſed quia Canones permit-*

tunt, vt quis poſt ratum matrimonium religionem ingredi poſſit, quid fiet ſi vnam religionem ingreſſus de illa tranſeat ad aliam, aut plures, & ita tempus profeſſionis differatur, An talis compelli poſſit ad tempus hoc breuiandum, maximè cum ille tranſitus ex vna ad aliam religionem fieri videatur in fraudem eius qui in ſeculo remanſit. Congregatio Anno 1588. reſpondit non poſſe compelli. Altero verò ſequentibus continetur verbis. *Mulier ſi duodecim annis maior intra duos menſes ingrediatur monaſterium, & habitum ſuſceperit, & deinde expleto decimo ſexto anno, & lapſo anno probationis profeſſionem emittat, iuxta hoc decretum, interea vir expectet, donec annus probationis labatur, & profeſſio ſit emiſſa*

75 Hinc iuxta hanc communem ſententiam, & veriorem ſi ſponſa duodennis intra duos mêſes à matrimonio rato tranſeat ad religionem, per quatuor annos debet ſponſus expectare, donec profiteatur, cum profiteri nequeat ante annum expletum attento eodem Concilio Tridentino *d. cap.* 15. *eiuſdem ſeſſ.* 25. *de regularibus*; quod etiam in terminis tradunt Gutierez, Barboſa, Henriquez, Rodriquez, Sanchez, Rebellus, Coninch, Pontius, Filliucius, & Hurtadus. Neque obſtat quod ſponſo graue ſit tandiu nuptias differre, tum quia puella vtitur iure ſuo; tum quia talem puellam ducendo ſponſus huic periculo ſe ſubiecit.

76 An verò ſi coniux nondum conſummato matrimonio intra bimeſtre ingrediatur religionem Sancti Franciſci de Paula, in qua profeſſio non fit ante annum 18. ex eius regulæ ſtatuto, compelli poterit, vt profeſſionem emittat decimo ſexto anno completo iuxta Tridentini decretum. Dicendum iuxta ſupradicta *numero* 63. non poſſe compelli, quod etiam Pontius docet; at ſi profiteatur anno decimoſexto completo ſubſiſtet, vt declarauit ſacra Congregatio apud Farinacium *d. p.* 438. his verbis; *ſed quid ſi ex inſtituto alicuius regulæ profeſſio non fiat ante decimumoctauum annum completum, vt ſunt de Sancto Franciſco de Paula, an ſit eorum profeſſio nulla, ſi eam emiſerint poſt tempus Concilij, ſed ante tempus in eorum regula ſtatutum; & quia ex verbis regulæ non annullatur talis actus profeſſionis, ſed tantum imponitur pœna eum recipiendi, & quia eget confirmatione ſuperioris, cenſuit congregatio profeſſionem tenere. arg. c. ad Apoſtolicam de regular.* Eandem declarationem refert poſt alios Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſcop alleg* 101. *num.* 15. *& collectaneo ad d. cap.* 15. Trident. *nu.* 12. *&* 13. Et iuxta hæc diiudicandum erit de profeſſione monialium primitiuæ regulæ Sanctæ Claræ, quæ ante 18. annum non emittunt profeſſionem; nam ſi regulæ verba annullent profeſſionem ſecus factum, non valebit profeſſio aliter facta, ſecus ſi non annullent; Nam Concilium intendit tantum excludere profeſſionem ante 16. annum factum. Hæc de difficultate, an bimeſtre ſit datum ad profitendum, vel ad deliberandum de ingreſſu.

Sponſa de præſenti intra bimeſtre à ſponſo per vim carnaliter cognita, an poſſit adhuc eo inuito ingredi religionem? & an talis copula coacta ſit ad matrimonij conſummationem ſufficiens, & mortalis ex parte viri?

77 Verum ſed numquid, ſi ſponſâ de præſenti intra illud bimeſtre à matrimonio contracto, vel à iudice aſſignato, & ad traſeundum ad religionem à iure conceſſo in *dict. cap. ex publico* fuerit per vim abſolutam à ſponſo carnaliter cognita, adhuc poterit vti dicto priuilegio, & inuito ſponſo ad religionem tranſire, in eaque profiteri? Ante reſolutionem huius difficultatis valde inter Doctores controuerſæ, ſupponendum eſt, quod licet exiſtimauerint nonnulli per copulam violenter, vel vi abſoluta intra bimeſtre illud habitam cum ſponſa non conſummari, & perfici matrimonium, ita vt fiat omnino inſolubile, ſed velint adhuc per profeſſionem ſponſæ per vim cognitæ ſolui; tum quia ex quo fuit violenter cognita, non videtur communicaſſe, & tradidiſſe carnem ſuam, ſed ille vi abſtulit, cum pro illo bimeſtri non haberet ius extorquendi copulam coniugalem; tum quia huiuſmodi copula, ſeu conſummatio violenta abſque conſenſu ſponſæ non poteſt repræſentare vnionem Chriſti, ſeu verbi cum humana natura, & cum eccleſia (ex qua repræſentatione matrimonium conſummatum omnimodam indiſſolubilitatem ſortitur, vt in altero tractatu dictum eſt & latiùs explicabitur cum de matrimonij indiſſolubilitate) quæ fuit omnino voluntaria. Ita poſt Brixenſem *quæſtion.* 80. Archidiaconum *in cap. ſi euangel. ad diſt.* 55. Ioannem Andream *in regula, quæ contra ius de regul. iuris in* 6. *numer.* 12. *& in cap.* 2. *numer.* 2 *de conuerſ. coniugator.* Panormitanum *in cap. verum eodem titul. qui ſ ad id refert* Tapia *ind. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo ingreſſ. cap.* 11. *numer.* 10 *&* 11. expreſsè & in terminis ſumma Corona *vbi de matrimonio numer.* 12. *verſic. ſed dubitatur,* & idem ſentire videntur Syluester *v. Diuortium numer.* 8. Famma *p.* 3. *meth. cap* 8. §. 12. Tapia *d. numer* 11. *& alij relati ab eodem* Tapia, & Sanchez *lib.* 2. *diſput.* 22 *numer.* 3. & velut probabile admittere etiam videntur Durandus, & Paludanus *locis infra allegandis.*

Qui tamen omnes aiunt perfectè conſummari, & omnino inſolubile effici matrimonium, ſi ſponſa poſt bimeſtre violenter cognoſcatur; ita vt per profeſſionem non poſſit diſſolui, quia eo bimeſtri tranſacto non eſt amplius in poteſtate coniugum negare debitum propter tranſitum ad religionem; vnde quia tunc tenebatur ſponſa reddere debitum lege matrimonij, non poteſt dici violentiam paſſam eſſe, ſed ſponſum vſum eſſe iure ſuo, & conſequenter vinculum perfectum, & omnino inſolubile contractum. † Supponendum eſt, inquam, non ſolùm tanquàm probabiliùs, ſed tanquam certum, & indubitatum, per copulam ſiue vi abſoluta ſiue metu extortam etiam intra illud bimeſtre perfectè conſummari matrimonium, & effici prorſus inſolubile etiam per profeſſionem, vt tradunt Doctores infra allegandi, & alij communiter, quos referunt, & ſequuntur Sanchez *d. diſput.* 22. *numer.* 4. & Couarruuias *de ſponſalibus part.* 2. *cap.* 6. §. 4. *numero* 10. & ratio eſt, quia per talem copulam coniuges verè efficiuntur per ſeminum commixtionem vna caro, vinculumque carnale inter eos intercedit, quod non dependet ex mutuo conſenſu; & eadem copula eſt ſufficiens ad generationem, & ex ea oritur affinitas (vt conſtat ex cap. diſcretionem de eo, qui cognouit conſanguineam, & tradunt communiter Doctores quos referunt, & ſequuntur Auguſtinus Barboſa *collectan. ad dictum caput diſcretionem numero quinto, & de poteſtat. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 51. *numero* 169. & Sanchez *lib.* 7. *diſputatione* 64. *numero* 17.) quæ non naſcitur niſi ex matrimonio conſummato, vt infra oſtendetur, & docent Sanchez *lib.* 2. *diſputatione* 21. *numero quinto*, & Pontius *lib.* 9. *cap.* 10. *numero* 2. & licet huiuſmodi copula, ſeu conſummatio, eo quod non voluntaria, non repræſentet quoad modum vnionem Chriſti cum humana natura, & cum eccleſia, in qua non fuit violentia, repræſentat tamen quoad ſubſtantiam. Hoc ſuppoſito:

Prima

80 Prima ſententia negat ſponſam intra bimeſtre vi
cognitam poſſe ingredi religionem abſque conſenſu
alterius coniugis. Ita ex Doctoribus *ſuprà num 49. al-
legatis*, Hoſtienſis *d. titul. de conu. coniug. num. 9. verſic. quid ſi
virgo.* Sotus *d. art. 4. verſic. quid autem iuris ſi ſponſus.* Du-
randus *d. q. 2. n. 15. Additionator ad ſummam* D. Raym. *lib.
4. tit. de matr. d. §. 9. litera* G. D. Antoninus *d cap. 21. §. 1. in
fine* Angelus *d v. matrim. 4. nu. 17 fine.* Gutierez *d cap. 54.
num 28. & 29.* Henriquez *lib. 11 cap. 8. num. 10. fine.* Re-
bellus *d. q. 4. num 17* Baſilius Pontius *d cap. 10. num. 3.*
Idem ſentiunt Monal. *in ſumm titul. de effectu matrimo-
nij verſicul item alius effectus eſt, quod mulier.* Lopez *in in-
ſtructorio p. 1. cap. 83.* & alij relati. Henriquez *loco citato in
gloſſa litera* D. & à Sanchez *d. diſp. 22 num 5* & probabile
etiam putat Victoria *in ſumma n. 258.* Ratio præcipua
eſt, quia per talem copulam iam matrimonium verè
conſummatum eſt, & omninò indiſſolubile etiam per
profeſſionem, vt oſtenſum eſt in ſuppoſito; at ius *in
d. cap. ex publico de conuerſ. coniugat. & alibi ſæpe* prohibet
abſolutè, & ſine vlla diſtinctione conſummato iam
matrimonio alterum coniugem altero inuito tranſire
ad religionem, aut in ea profiteri, vbi ergo ius non
diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Confirma-
tur primò, quia ſi ſponſa vi cognita poteſt altero inui-
to tranſire ad religionem, maximè ea vi priuilegij,
quod vel Eccleſia *in d cap. ex publico*, vel Chriſtus con-
ceſſit ſponſis in fauorem religionis, ſcilicet, vt illis li-
ceat eligere meliorem vitam; ſed hoc priuilegium eſt
conceſſum tantum reſpectu matrimonij non conſum-
mati, & dirimibilis per profeſſionem, vt conſtat *ex d. c.
ex publico.* ergo &c. Confirmatur ſecundò, quia ſpon-
ſus nullam iniuriam infert ſponſæ, dum vi debitum,
ſeu copulam coniugalem extorquet, nam eo ipſo quod
ipſa de præſ. uti præſtitit conſenſum matrimonialem,
tradidit ius in ſuum corpus, ac proindè ille vi cogno-
ſcens illam renuentem vtitur re ſua, ſeu iure ſuo, ac
proindè illi non infert iniuriam *c. cum Eccleſia Vulterra-
na in fine, de elect.* Confirmatur tertiò, quia dato, quod
illa violentia ſit puellæ iniurioſa, illi imputetur, ſi
dum volebat religionem ingredi, non cauit ſibi à ma-
trimonij conſummatione; non enim mirum, ſi quis
abſque ſua culpa ius amittat ingrediendi religionem,
vt ſi aliam infirmitatem incurreret, quâ fieret ad id in-
81 habilis; † Sicut etiam quis abſque ſua culpa fieri
poteſt irregularis *cap. fin. diſtinct.* 55. vbi habetur, non
prodeſſe violenter oculum erutum eſſe, quominus
eo orbatus irregularis ſit. Demum confirmatur, quia
alioqui iniuria irrogaretur proli, ſi fortè ex tali copula
manet concepta, & naſcitur, quæ matre ad religio-
nem tranſeunte, & profitente, non poterit com-
modè educari.

82 Altera ſententia magis communis, & probabilior,
ac verior tenet ſponſam vim intra bimeſtre paſſam
poſſe alio inuito ingredi religionem, & profiteri: ita
Doctores *ſuprà n. 77. relati*; & ex Doctoribus *ſuprà n.
49. allegatis*, Maior *d. diſt. 27. q 2. in fine.* Palud. *q. 3. art. 2.
concluſ. 1.* Aſtenſis *d. titul. 10. quæſt. 8. fine.* Rodriquez *d.
cap. 38. num. 2.* Sanchez *d. diſput. 12. num. 6.* Coninch
d. diſput. 26. num. 53. Laymann *d. cap. 5. num. 2 verſ. Quar-
tò ſi intra tempus,* Filliuccius *d. t 2. n. 48.* Reginaldus *d. lib.
31 n 39* Hurtadus *d. diſp. 8. n. 33.* Villalobos *d tract. 13. diffi-
cult. 13. n. 4.* & eidem ſentiunt P. Ledeſma *q. 61. ar. 1.* Bo-
nacina *de matr. q. 3. p. 4. n 8.* & alij relati à Sanchez, &
Villalobos, limitantes tamen in caſu, quo ex tali copu-
la proles eſſet concepta, cui ex ſtatu religionis incom-
modum malæ educationis timeretur: nam tunc per ac-
cidens, ſcilicet, ob eiuſdem prolis bonum teneretur
vim paſſa in matrimonio perſeuerare. Igitur probatur
hæc communior ſententia, quia cum ſponſa de præ-
ſenti ante violentam copulam, & toto eo bimeſtri per
iuris, ſeu canonis beneficium libera ſit à reddendo
debito, & habeat ius aſſumendi ſtatum religioſum,
non poteſt per iniuriam, & vim iniuſtè illatam ſpon-
ſus hoc ius ei à iure conceſſum eripere; cum nemo ſi-
ne culpa iure ſuo priuari debeat *c. diſcretionem verſus fi-
nem de eo, qui cognouit conſanguineam*; & quia alioqui
ſponſus violator commodum ex ſua iniquitate ferret,
& dolus ei patrocinaretur, & melior eſſet conditio
luxuriæ, quàm caſtitatis; & non poſſet reſarciri iu-
iuria ſponſæ iniuſtè violatæ, quæ non poteſt alia via
recuperare ius ſuum, quàm per ingreſſum religio-
nis. Quare iuribus prohibentibus coniugi altero in-
uito tranſitum ad religionem, ſi matrimonium ſit con-
ſummatum, oportet dare hanc limitationem, vt non
procedant, ſeu loquantur, quando matrimonium
eſt conſummatum iniuſtè, & iniurioſè, ſed quando
abſque iniuria, ne alioqui faueant iniuſtitiæ, & frau-
di, ac dolo. Ex quo ſufficienter reiicitur ratio prioris
opinionis, & etiam prima confirmatio; & ad ſecun-
dam etiam patet, talem copulam eſſe iniurioſam, quia
etſi per mutuum conſenſum de præſenti tradatur ius
in corpus, & in copulam, intelligitur tamen facta
traditio cum beneficio iuris, quo ſponſis concedun-
tur duo menſes ad religionem eligendam, quo ſine
ſua culpa priuari non debet; neque eſt ſimile de in-
firmitate, & irregularitate ob deformitatem; quia in
his factum, & non voluntas attenditur, & per hoc
eneruatur tertia confirmatio. Quarta autem con-
firmatio probat ſolum per accidens ſponſam vim
paſſam teneri in matrimonio perſeuerare (vt ſuprà di-
ctum eſt) ſcilicet quando proles ſecuta, vel ſecutura
abſque matre in ſtatu matrimoniali exiſtente commo-
dè educari non poſſet. † Cùm verò in hoc caſu per 83
profeſſionem ſponſæ vim paſſæ non diſſoluatur matri-
moniale vinculum ſponſus violator remanens in ſe-
culo non poterit aliam ducere vxorem, ſed cogetur
perpetuò manere ſine coniuge, donec ſponſa profeſſa
obierit; quod ſi ſibi hoc graue, & onerofum eſt, ſibi
imputet, quia per vim intra dictum bimeſtre extor-
quendo copulam à ſponſa in has anguſtias ſpontè ſe
coniecit. † Quod ſi remanens in ſeculo nollet con-
tinere, an debeat, & poſſit obligari ad ſuſcipiendum
religionis ſtatum, videtur affirmare Pontius *d. nu. 3.* ex
ſuppoſitione huius ſecundæ ſententiæ: ſed negandum
eſt ex eo, quod ipſo inuito ſponſa tranſiit ad religio-
ſum ſtatum. † Ad quem quoque non poſſet ſponſa 84
altero inuito tranſire, ſi ipſa culpabiliter tempus duo-
rum menſium à iure conceſſum ad religionis ingreſ-
ſum elabi permittat, & poſt illud per vim à ſponſo fue-
rit cognita; tunc enim, cum ſponſa teneatur, debitum
coniugale reddere, habet ſponſus ius extorquendi co-
pulam, & illam extorquendo per vim à ſponſa aliter
nolente reddere, ei iniuriam non irrogat, cum vtatur
iure ſuo, vt dictum eſt, *n. 78.* & tradunt Maior, Sylue-
ſter, Angelus, Pontius, *d c. 9. n. 7.* & reliqui DD. *ſuprà n.
77. 80. & 82. relati.* † Id tamen Coninch *allegato n. 53.* 85
& Hurtadus *n. 33. fine* limitant, ſi quando poſt bimeſtre
ab ipſa petitur coniugale debitum, & vi extorquetur,
ſponſa eſt in procinctu ad ingrediendum, ſeu vellet
ſtatim ingredi religionem; quo caſu, inquiunt, non
obſtante violenta conſummatione poſt bimeſtre ſe-
quuta adhuc poſſet illa religionem ingredi; nam tunc
ſponſus non habet ius extorquendi copulam coniu-
galem, cum illa adhuc (vt *infrà* dicetur) poſſit ingredi
religionem, ac proindè coactio eſſet iniuſta, & fieret ei
iniuria. Quod verum puto, ſi ſine ſua culpa hactenus
ingreſſum diſtuliſſet, & videtur innuere *Maior*, ſecus
ſi ſua culpa, nam tunc illi imputari poſſet coactio; cum
cenſeretur ei dediſſe cauſam ſuæ præcedentis cul-
pæ ratione; & hoc etiam indicat *Maior*, dum dicit;
quod ſponſus non poteſt violenta matrimonij con-
ſummatione à ſponſa tollere ius ingrediendi reli-
gionem, *niſi ipſa culpabiliter tempus conceſſum præter-
grediatur.*

89 Sed quid ſi ſponſa ab ſponſo non vi præciſa, & abſoluta, ſed metu graui, & cadente in conſtaotem virum intra tempus ad deliberandum de religionis ingreſſu à iure conceſſum fuerit cognita, an tunc etiam poient iogredi religionem ſponſo minimè conſentiente? Id oegent, oportet, Doctores relati *ſuprà n* 80. & expreſsè negaot Gutierex & Pontius, negant etiam Ioannes Andreas, Syluester, Armilla *locu ſuprà num.*77. *allegatu*. Et alij, quos referunt Gutierez *d. num.* 29. & Sanchez *d diſput.*22.*num.* 12. Ob eam rationem quod licet vis omnimoda libertate, & voluntate priuet, non tamen metus *l.*1. *&* 2 *ff. quod metus cauſa*; nam voluotas coacta, voluntas eſt *l. ſi mulier*, §. *ſi metu cum ſimilibus, eodem.* & obſeruatum eſt latiùs *in altero tractatu de matri-*
90 *monij contractu cap.*12. † At probabilius affirmant Bartbolomæus Ledeſma 2.*par* 4. *q.*63.*art.*3.*ad finem.* Petrus Ledeſma *loco ſuprà num.*49. *allegato.* Sanchez *d. diſp.* 22. *num.*12. Fillioccius *d. cap.*2.*num.*49. Villalobos *d. num.*4. Coninch *d. num.* 53. Hurtadus *d. num.* 33. Reginaldus *d. num.*39. *fine.* Idque probat ratio adducta *num.* 85. quia etſi in hoc caſu non deficiat voluntas ſponſæ, ſicut deficit quando vi præciſa opprimitur; adeſt tamen in vtroque iniuria, & iniuſtitia ſponſi aduerſus ſponſam, propter quam illa noo debet iure ſuo, ſeu beneficio ſibi à iure conceſſo priuari, ne maritus ea ſua iniquitate commodum ferat, ipſique proprius dolus patrocinetur.

91 Ea dictis numero præcedenti, & 82. infertur, quod licet Rodriquex *allegato num.*2. maritum vi, & coactione comprimentem ſpooſam intra bimeſtre excuſet à peccato mortali, aiens per talem coactam cooſummationem illum vxori, ſeu ſponſæ oon facere iniuriam, cum adhuc poſſit religionem iogredi iuxta dicta; quod idem videntur ſentire Hoſtienſis, & Durandus *locu ſuprà num.*80. *allegatu*. Dum aiunt per talem coactionem non inferre ſponſæ iniuriam, eo quod vtatur iure ſuo. Infertur, ioquam, ſponſum intra bimeſtre vi, vel metu extorquentem copulam à ſpooſa peccare mortaliter, quia (vt dictum eſt *num.*82.) noo habet pro illo bimeſtri ius eo modo extorquendi, & grauem infert ſpooſæ ioiuriam, auferens ipsâ inuitâ ab ea corporis integritatem, & eam etiam exponens periculo, vt ei noo permittatur iogreſſus io religionem, vel ratione prolis inde conceptæ, vel quia iudex ſequatur opinionem *n.*80. relatam. Et ita ſentiunt Sotus, Gutierex *locu n.*80 *allegatu*. P. Ledeſma, Reginaldus, Filliuccius, Villalobos *locu ſuprà allegatu*, & Sanchex *d. diſputat.*22. *num.* 15. & ita etiam ſentiuot Maior, Paludanus, Aſtenſis, Conineh, & Hurtadus *relati num.*82. licet in terminis non exprimant, cum dicant talem coactiooem eſſe ſpooſæ iniurioſam. † Idem oportet te-
92 neant Doctores aſſerentes ſponſum per vim, & coactionem intra illud bimeſtre cognoſceotem ſponſam eſſe puniendum, vt Couarruuias *de ſponſalibus p.*2.*cap.*7. §.4.*num.*1. Baldus, Saliceius & Anan. *ab eodem relatt.* & Antonius Gomez *relatus* à Gutierez, & Sanchex; Etſi, vt notat Conarruuias, non ſit obnoxius pœnæ *l. vnica, Cod. de rapt. Virg.* de qua aliqua dixi in altero tractatu de contractu matrimonij *cap.* 13. *numero* 6. *&* 47.
93 † Vult etiam Couarruuias cum prædictis Doctoribos à ſe allegatis ſponſum in boc caſu eſſe punibilem, ſi vi cognouerit ſponſam, quæ præmeditabatur, vel tractabat ingreſſum religionis, ſecus ooo. Sicut etiam Sotus ait illum peccare mortaliter ſolùm eum vi intra duos menſes comprimit ſpooſam affirmantem habere in animo religionem: ſed verius eſt vtroque caſu, & etiam ſi ſponſa non affirmaſſet antea ſe velle ingredi religionem, eſſe culpam mortalem, & conſeqnenter ſponſum eſſe punibilem, vt opinantur Gutierez, Sanchez, & Filliuccius poſt Petrum Ledeſmam; quia cum illi duo menſes dentur ad deliberaodum de ingreſſu, ad quem poteſt etiam in fine à Spiritu Sancto moueri, non habet ſponſus pro toto bimeſtri ius exigendi, & conſequeoter neque vi extorquendi copulam coniogalem, id quod magis confirmabitur ex dicendis *infrà n.*107.

Infertur quoque ingreſſum in religionem non li- 94
cere ſpooſo, qui vi intra bimeſtrem ſponſam oppreſſit, cum ipſi conſummatio matrimonij ſit omninò voluntaria, & noo habeat in eo locum ratio iniuriæ, & iniuſtitiæ reſarciandæ, ſicut io ſponſa coacta. Data autem opinione *numer.* 77. relata. Quod per copulam violentam non cooſummaretur matrimonium, ſi ſponſus de facto profiteretur in religione approbata, ſubſiſteret profeſſio, & matrimonium diſſolueretur. Quid vero ſentiendum, ſi ſponſus attentauerit per vim copulam, vas ſponſæ penetrando, ſed non perfecerit mox dicam.

Quandonam cenſeatur conſummatum matrimonium ad hoc, vt neutri ſponſorum liceat altero inuito religionem ingredi; & quid de ſponſo, qui ſine ſeminis effuſione deflorauit ſponſam, vel alteri violandam tradidit, & quando in foro externo præſumatur conſummatio?

ITaque cum ſola matrimonij conſummatione vo- 95
luntaria, & non coacta vtrique cooiugum altero inuito impediatur etiam intra bimeſtria ſpatium ingreſſus in religionem. Primò conueniunt Doctores *n.*49.80. *&* 82.*relati*, & alij communiter, per illam copulam carnalem conſummari matrimonium (ita vt per profeſſionem non poſſit diſſolui) nec poſtea (niſi talis copula fuerit violenter extorta intra bimeſtre) alteri coniugi altero inuito liceat religionem ingredi, ad quam poteſt ſequi prolis generatio, ſiue ad huiuſmodi generationem vtriuſque coniugis ſemioatio exigatur, ſiue ſolius viri ſufficiat, & quocumque modo etiam dæmonis arte (licet de hoc dubitet Pontius *d. cap.* 10. *numer.* 1.) viri ſemen vas mulieris penetret, etiam non fracto virginitatis clauſtro: Quia per hanc copulam ad generationem prolis ſufficientem efficiuntur coniuges vna caro per ſanguinis commixtionem, & per vnum filium in principio, & in ſemine, & contrahitur affinitas, quam rem latiùs explicabo, *cap.* 4. *huius tractatus* agendo de matrimonij indiſſolu-
bilitate. † Secundò conueniunt quoque iidem Do- 96
ctores per oſcula, & tactus, & per ſemioationem viri extra vas, & ſequutam abſque præcedenti attentata copula per vaſis mulieris peoetrationem non dici, neque eſſe matrimonium conſummatum, quia tunc nulla eſt vera carnalis commixtio inter coniuges
† Tertiò etſi P. Ledeſma *d. q.*61. *art.*1. Rodriquez *d. n.*2. 97
& alij relati ab Henriquez *lib.*11. *cap.*8. *num.*8 *litera* N. *in commento* affirment conſummari matrimonium, ſi ſolus vir peoetret vas mulieris, licet intra ſemen oon effundat; communiter tamen in conſcientia, ac coram Deo ſola vaſis peoetratione ſine viri ſeminatione conſummari matrimonium negant Doctores præcedentibus oumeris allegati, quia coniuges ooo efficiuntur vna caro, niſi per ſeminum commixtionem *cap. lex.*29. *q.*2. ibi, *quod nullam facit ſanguinis commixtionem*, quæ ſanguinis commixtio non eſt ſine ſeminis effuſione; Sotus *d. art.*4. & alij communiter, quos referuot, & ſequuntur Sanchez *numer.*5. *&* 10. Valerus *de diff. in vtrumque forum v. matrimonium diff.* 11. Quod procedit (vt poſt Sotum *d. art.*4. & Syluestrum V. *matrimonium* 8. *quæſt.* 15. notant Sanchez *d. lib.*2. *diſput.*21. *num.*6. & Filliuccius *d. cap.*2. *numero* 42.) etiamſi fœmina ſeminaret, cum ſola fœminæ ſeminatio non ſufficiat ad prolis generationem; de quo exactius agam dicta *p.* 4.
dum de iodiſſolubilitate matrimooij. † Dixi *in* 98
foro conſcientiæ, & coram Deo. Nam in foro externo

ſi pro

ſi probetur penetraſſe clauſtra puellæ, præſumeretur
etiam ſeminaſſe, & non audiretur dicens ſe non ſemi-
naſſe. Vt Paludanus *d.diſt.27.q.3. art.2. & d.41. quæſt.1.
art.1.* Villalobos *d. tract.13. diff 13. n.1. fine* Ponitius *d.c.10.
n.1.* & Valerus *d. diff. 11.* & poſt plures alios Sanchez *d.
diſput.21 num* 8. quia in foro externo præſumitur, quod
communiter, & vt plurimum accidit, vt in tali caſu ſe-
minis effuſio. Secus verò in foro conſcientiæ, in quo
99 illi crederetur, vt per eoſdem Doctores, ac proinde ſi
verè cum penetratione defeciſſet ſeminatio, & in re-
ligionem ingreſſus emitteret profeſſionem verè, & co-
coram Deo matrimonium diſſolueretur, vt in termi-
nis tradunt præallegati Doctores, & alij ab iiſdem re-
lati. Difficultas ergo eſt, an ſicut in foro externo, &
quoad iudicium eccleſiæ, ſponſo, qui attentarit copu-
lam penetrando vas mulieris ſine ſeminis effuſione
non permittatur ingreſſus in religionem ſponsâ inuitâ,
& reclamante: ita etiam in foro conſcientiæ eidem
ſponsâ defloratâ inuitâ non liceat idem ingreſſus. Et
certum eſt, & ab omnibus admiſſum, non licere ingreſ-
ſum, ſi vi, aut metu, vel doloſè (putà habens animum
non conſummandi, ſed ingrediendi religionem) ſpon-
ſam defloraſſet, tūc enim ratione iniuriæ, & tanti dam-
ni ſponſæ illati per matrimonium continuatum ſolùm
reſarcibilis, non poſſet licitè ingredi; id quod etiam cō-
muniter aſſeritur de ſimili defloratore ſponſæ de futu-
ro, & etiamſi ſine vi, ſub ſpe tamen futuri matrimonij
defloraſſet, cui cum tanto dāno tantáq; iniuria moralī-
ter loquendo reſarcibili ſolum per matrimonium non
licere inuitâ ſponsâ defloratâ ingredi religionem do-
cent Corduba *in additione ad ſummam q 181.* Lopez *1 p.
inſtruct. cap.77. verſic.* Sed grauiùs Coninch *diſp.23. num.
15.* & poſt alios Sanchez *lib.11. d.44. n.3. & lib.2. diſp.21.
100 num.7.* † Procedit ergo difficultas quando ſponſus
ſine vi, & coactione, & bona fide putando ſe con-
ſummaſſe matrimonium attentaſſet copulam con-
iugalem, vaſque Virginis penetraſſet, illámque de-
floraſſet ſine effuſione ſeminis, vel ob impotentiam,
ſeu debilitatem, vel ob aliam cauſam, nempe vel quia
impeditus eſt alicuius aduentu, & ratione honeſtatis
ſe retraxit à congreſſu coniugali, vel quia in ipſo actu,
Spiritus ſanctus religionem inſpirauit; & ita ante con-
ſummationem ſe retraxit. Et hoc caſu foro conſcien-
tiæ inſpecto poſſe ſponſum defloratorem licitè reli-
gionem ingredi ſponsâ defloratâ inuitâ credit San-
chez *d d.21. num.7.* quia (inquit) nulla iniuria infertur
ſponſæ, cum nil fraudulenter egerit ſponſus, nec pec-
cet, iuréque ſuo vtatur. Confirmat, etenim intra
bimeſtre à iure conceſſum ad non conſummandum
matrimonium, & ad ingreſſum religionis commu-
niter, & regulariter loquendo intercedunt inter-
cedunt inter ſponſos de præſenti oſcula, & tactus; ex
quibus ſponſa non leue damnum poteſt pati ad alias
nuptias, & tamen eo damno non obſtante, quia ſpon-
ſus ſuo vſus eſt iure, poterit licitè aſſumere religio-
101 ſum ſtatum. † Oppoſitum, & etiam in hoc caſu
non poſſe ſponſum defloratorem ſponsâ inuitâ ingre-
di licitè religionem affirmant Henriquez *lib.11. cap.8.
num.8. lit O. & cap.15. numer.2. lit. A.* ex Villalobos *præ-
allegata diff.13. num 1. fine.* Vbi loquentes ſine vlla di-
ſtinctione aſſerunt, ſponſum, qui penetratione vaſis
ſponſam de præſenti virginem ſine ſeminatione cor-
rupit, non poſſe religionem intrare ratione damni
illati in virginitate per talem copulam ſpontaneam
ſine ſeminatione irreparabiliter amiſſa, cui damno
ſolùm per perſeuerantiam in matrimonio poteſt
ſponſus ſatisfacere. Idem in terminis tenet Coninch
d. diſp.16. n 51. & mihi etiam videtur probabilius; quia
licet ſponſus non intulerit ſponſæ iniuriam, nec
peccauerit, tamen ſponſa verè manet deflorata, &
corrupta, & ſine remedio ferè viuere, & abſque ſpe
alterius matrimonij digni cogeretur ſponſo coniu-
ptore ad religionem tranſeunte, & profitente; ergo
ratione tanti damni ſponſæ impediendi non poteſt
talis ſponſus religionem ingredi. † Confirmatur, 102
quia inter ſponſos de futuro, ſi ſponſus ſub ſpe ma-
trimonij futuri defloret, vel cognoſcat ſponſam ſpon-
te conſentientem, nullam illi infert iniuriam, & tamen
ratione damni eidem ſponſæ Virgini illati in virgini-
tate amiſſa, etiam ratione infamiæ, quæ alioqui inde
poſſet, & apta eſt ſequi, non poteſt ipsâ inuitâ reli-
gionem ingredi, ſed teneretur eam ducere, cum
vix aliter poſſet damnum illatum reſarcire, vt docent
Corduba, & Lopez *locis ſuprà num.99. relatis,* Henri-
quez, *lib. 11. cap 13. n.3. in comm. lit. k.* Rodriquez *1.p.
ſum. cap.245. n.11.* Gutierez *de matr cap.25. n.6.* Leſſius
lib.2. cap. 10. num 32. Bonacina *de matrim quæſt.1. p.5.
num 43.* Coninch *diſp 21. num.15* Hurtadus *diſput.2. nu-
mer 15.* & vt dixi, idem Sanchez *lib.1. d. diſp.44. numer.3.*
Quod idem dicunt, quando aliquis ſub promiſſio-
ne futuri matrimonij à vidua honeſta copulam ob-
tinuiſſet. † Immò etſi inter ſponſum de futuro, & 103
ſponſam ſiue virginem ſiue viduam bonæ & honeſtæ
famæ non interceſſiſſet copula, ſed tamen ſponſus
cum ſponſa talem habuiſſet familiaritatem, ex qua
(vt inquit Lopez, ſi ſponſa ſponſum liberè admiſit in
domum ſuam, & communiter credatur interceſſiſſe
inter eos res communiter contingentes inter ſpon-
ſos) omnino eſſet nata ſequi ſuſpicio copulæ, & nota-
bilis ſponſæ infamia, quæ non niſi per matrimonium
poſſet auerti, ſponſum non poſſe religionem ingredi,
ſed teneri cum ea contrahere matrimonium tradunt
omnes Doctores præallegati, & ipſemet Sanchez,
& etiam Cenedo *ad Decretales collectaneo 29. numero* 5.
Ex quibus patet non ſubſiſtere rationem Sanchez,
neque etiam vrgere illius confirmationem; etenim
negatur inter ſponſos de præſenti, qui non conſum-
mant ſtatim, vel poſt paucos dies à contractu matri-
monium, interuenire familiaritatem aptam inducere
prudenter copulæ ſuſpicionem, neque tum ſolent in-
tercedere res prædictæ communiter contingentes in-
ter ſponſos habentes animum conſummandi matri-
monium; Quod ſi intra bimeſtre talis familiaritas, &
oſcula, ac tactus interueniſſent, idque communiter
crederetur, non poſſet ſponſus in foro conſcientiæ
cum tali præiudicio ſponſæ, tantóque eius damno;
quod aliter quàm per perſeuerantiam in matrimonio
non poſſet ſatis compenſari, ingredi religionem; ſicut
etiam in tali caſu in foro externo neutri coniugum
permitteretur ingreſſus in religionem, niſi clarè proba-
retur matrimonium non eſſe conſummatum. † Ad 104
quem ingreſſum vtrique ſponſo etiam intra bimeſtre
impediendum Paludanus *d diſtinct.27. quæſt.3. art.2 con-
cluſione 1. ait,* quod ſufficit probare cohabitationem,
quia tunc præſumitur copula, ſcilicet niſi oppoſitum
clarè probetur: Id quod confirmatur doctrina Ho-
ſtienſis *d. tit. de coniug n 9.* Alenſis *in ſumma p.2. lib.8 d. ti-
tul.10.* dicentium, quod ſi quis contrahat cum corru-
pta, & demum alter vult ingredi religionem, & ambo
iurare volunt, quod ſe minimè cognouerunt, eſt eis
credendum ante traductionem per *cap. ex parte 2. de
conuerſat. coniugat.* At poſt traductionem non debet
credi eis, licet iuratis in præiudicium matrimonij per
cap. ſuper eo. de eo qui cognou. & cap. quanto, de diuortiis;
quam doctrinam nonnullos alios allegans approbat
idem Sanchez *d. lib.2. diſp.23. n.1.* vbi *n.2.* cum Ancha-
rano *in cap ex publico num 3. titul. de conuerſ. coniug.* rectè
ait in ſponſa virgine poſt traductionem ex aſpectu
poſſe talem probari.

Præter ſupradictos caſus matrimonij non conſum- 105
mati etiam ſponſus, qui ſuam ſponſam, ſeu vxorem,
quam nondum cognouit, inuitam proprio conſangui-
neo, vel alteri tradidit adulterandam, non poteſt licitè
eâ inuitâ religionem intrare, idq; ratione grauis iniuriæ

D.Antoninus, Nauarrus, Lopez, Cuccus, Sanchez, Rebellus, Villalobos, Reginaldus, Filliuccius, Hurtadus, Pontius, & Auerſa *locis citatis*. Nec diſſentiunt S. Thom. & alij Doctores, qui nullā de vxore mentionem facientes ſolum dicunt virum teneri reddere debitum vxori ob erubeſcentiam non audēti verbis petere, ſatis autem manifeſtè aliis indiciis ſignificanti ſe appetere debitum ſibi reddi; nā id faciunt, quia talis erubeſcentia, & timor petēdi expreſſis verbis maximè, & cōmuniter, ſeu vt plurimùm (vt dicebā) afficit mulieres, quæ proindè potius ſignis, quàm verbis petunt; rarò vero in viris reperitur, ac proinde vxor regulariter non tenetur reddere debitum viro non expreſsè petenti; etſi aliquando, nempe quando eidem vxori nota eſſet puſillanimitas, erubeſcentia, & timor ad debitum verbis expreſsè petendum,
34 qui tamen aliis ſignis tacitè peteret. † Quemadmodum autem peccaret lethaliter coniux iniuſtè negans debitum alteri expreſsè, vel tacitè exigenti, ita etiam ſimili culpa non eſſet immunis, ſi ſine rationabili cauſa illum auerteret, ne peteret debitum, quia talis auerſio negationis iniuſtæ locum tenet. Ita P. Ledeſma *d art* 3. Tabiena *d.n.*5. *in fine* D. Anton. *c.* 20. §. 7. & prius S. Tho. *d. q.* 64. *art.* 2. *ad* 4. Vnde peccaret mortaliter vir, ſi vxori ſine rationabili cauſa mandaret, vt non petat. An verò liceat petentem blandè auertere dicam mox *n.* 36.

35 Dixi *exigenti, ſeu tanquam debitum petenti*, ſcilicet, animo obligandi alterum ad mortale, & ad reddendum ſibi actum coniugalem tanquam debitum ex iuſtitia, quod regulariter contingit, quando ſeriò, inſtanter, & obnixè petit, & efficaciter vrget. Nam ſi coniux petat, ſed non tanquam debitum ex iuſtitia, & ſine intentione obligandi ad mortale, vt ſi petat vel remiſsè, vel beneuolè, & amicè, aut inſinuando, & alliciendo precibus, blanditiiſve (niſi ex verecundia, vel puſillanimitate, vt ſuprà dictum eſt, non auderet alio modo petere) prouocando, tunc non eſſet obligatio reddendi ſub mortali, præciſo incontinentiæ periculo, ſicut cum creditor petit ſibi ſolui debitum abſque intentione obligandi ad ſolutionem ſub mortali, vt quando blandè curat mouere debitorem amicum, vt ſoluat, vel remiſsè petit. Ita Sotus *ar.* 1. Rodriquez *n.* 1. Henriquez *n.* 7. *fine*, Sanch. *d. diſp.* 10. *n* 2. Rebellus *n.* 2. Reginaldus *n.* 282. Pontius *d. cap* 2. *n.* 4. *&* 5. Layman *n.* 1. Bonacina *d p.* 1. *n.* 1. Lopez *cap.* 80. Fagundez *n.* 49. Hurtadus *n.* 51. Villalobos *diff.* 45. *n.* 3 Diana *d reſolut.* 36. Auerſa *d. ſect.* 1. & alij apud Sanchez, qui addit, cum amicè petitur ſæpè non eſſe
36 etiam veniale, in tali caſu negare. † Item non eſt mortale negare debitum, ſi petenti alter ſuadeat contrarium, precibúſve, aut aliqua tergiuerſatione illum auertat; ſeu idem petens rogatus facilè tacet, iuriquè ſuo cedit, nec ægrè multum fert ſe auerti, ſicuti in aliis debitis ciuilibus non eſt lethale negare ſolutionem, quando creditor rogatus facile dilationem concedit. Ita D. Antonin. *d.* §. 7. Sylueſter *q.* 8. Aſtenſis *q* 7. Nauarrus *num.* 24. Lopez *d. cap.* 80. Sanchez *num.* 13. Coninch *n.* 17. Villalobos *d. n.* 3. & alij. Aduertunt autem D. Antoninus & Nauarrus, & poſt eos alij (& prius admonuit S. Thomas *d art.* 2. *ad* 2.) petentem non debere ſine iuſta cauſa auerti, aut precibus nimium importunis, multáve cum Inſtantia, idque propter periculum incontinentiæ, & ne alioqui talis auerſio (vt dictum eſt *n.* 34.) inducat rationem negationis, vtpote incutiens pudorem,
37 ob quem petens taceat, & quieſcat. † Neque etiam eſt mortale (ſi in mora non ſit periculum incontinentiæ) per aliquod breue tempus petenti debiti redditionem differre, quia huiuſmodi breuis dilatio videtur quid leue; ac proindè ſi fiat ſine cauſa iuſta non excedet culpam venialem, ſi cum iuſta cauſa (vt ſi hora importuna peteret, & alter differret ad commodiorem horam) nulla eſt culpa. Ita Victoria *num.* 278. Sanchez *num* 11. Pontius *d. cap.* 2. *num.* 5. Hurtadus *num.* 51. *fine*. Villalobos *num.* 4. Diana *d. reſolut.* 13. *tractatu* 5. Martinus Ledeſma relatus à Sanchez. Et iuxta eoſdem Doctores breuis dilatio cenſetur quando exigenti manè redditur de nocte, vel exigenti nocte redditur manè. Quod ſi eſſet notabile periculum, ne petens incideret in morbum (quod vix contingere poſſe credo) alicuius momenti, ſi ſtatim non redderetur ei debitum, tunc fore rem grauem, & culpam mortalem non reddere tradunt Viualdus *Candel. p.* 1. *de matrim. num.* 252. & Sanchez *d. num.* 11. Addit Viualdus fore etiam culpam mortalem non ſtatim reddere, ſi petens inuoluntariam pateretur pollutionem, niſi illicò redderetur debitum; quod eſt omninò certum, ſi adſit periculum conſenſus in eandem pollutionem, ſi vero abſit huius conſenſus periculum, (quod accederet, quando pollutio proueniret à natura ipſa in ſomnis, vel etiam in vigilia; vti hoc rarò ob vehementem delectationem, & carnis fragilitatem) tunc Sanchez negat dilationem modicam fore lethaliter culpabilem, eo quod non ſit tanta obligatio vitandi pollutionem inuoluntariam, quando non procuratur, nec cauſa ipſius moralis datur, vt latè idem Sanchez *eodem lib.* 9. *diſp.* 45. *num.* 15. de qua tamen re infrà. † Verum ſicut non negare abſo- 38
lutè, ſed tantum paruo tempore eſt quid leue, an etiam (nullo exiſtente periculo incontinentiæ in petente) neque abſolutè debitum vna aut altera vice cenſeri debeat materia leuis, & tantum culpa venialis contra præceptum, ſeu obligationem iuſtitiæ illud reddendi. Conueniunt Doctores quod immoderatè, nimiſve frequenter, ac ſæpiſſimè petenti nullum eſſe peccatum (ſecluſo incontinentiæ periculo in alio, vel in ſe) ſi alter non ſemper reddat, ſed abſolutè neget iuxta regulas prudentiæ, & arbitrium boni, & prudentis viri. Ita Sotus *d. art.* 1. P. Ledeſma *d. q.* 64. *num.* 2. Lopez *d. c* 80. Henriquez *d n.* 7. Rodriquez *d. n.* 1. Sà *d. v debitum in fine.* Sanchez *d. diſp* 2. *num* 12 *& diſp.* 24. *n.* 6. *& lib* 7. *diſp* 21. *n.* 16. Rebellus *n.* 3. Reginaldus *d. n.* 282. Coninch *n.* 16 Homobonus *d. n.* 4. Hurtadus *n.* 51. Pontius *d. c.* 2. *n* 5. Villalobos *d. diff* 45. *num.* 5. Diana *d. reſolut.* 36. *tractat* 14. Bonacina *d. n* 1. Auerſa *d. ſect.* 1. *verſic ex alia parte.* Ratio eſt, quia per contractum matrimonij quis non cenſetur ſe obligaſſe ad importunam, & immoderatam redditionem, & ſi in omnibus rebus ſeruandus eſt modus (iuxta illud, eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines:) præſertim in coitu etiam coniugali, vt latè Tiraquellus *de leg. connub. l.* 15. *à num.* 6. † Quando coitus nimis frequens, & im- 39
moderatus, ex eodem Tiraquello, non ſolum animi aciem obtundat, ſed etiam corporis morbos multiplices gignat (quos idem Tiraquel. enumerat *d. leg* 15.) & ipſius vires valde debilitet; viſum abbreuiet, & ſenectutem acceleret, vt aliis relatis docet ibidem Tiraqu. *à n.* 6. *ad* 50. cum enim ſperma ex ſanguine optimè decocto, digeſtóque quarta digeſtione gignatur, & ex omni corporis parte ſecernatur iuxta Philoſophorum, ac Medicorum (quos idem Tiraquellus *n* 10. *& ſeqq. refert*) ſententiam, eo ſæpiùs, ac ſuperfluè per coitum emiſſo corpus valdè debilitatur, reſoluitur, & ad ſenectutē feſtinat ex Ariſt *de longit & breuit. vitæ c. fin* & aliis à Tiraq. relatis; etſi fœminę minus quàm viri patiantur. Quare non ſolū vir, qui eſt caput mulieris, cuiq; incumbit correctio vxoris poteſt hac de cauſa illi immoderatè petenti debitum ſubtrahere, prout prudentia dictauerit, non exponendo eam periculo incontinētiæ; ſed etiā vxor ipſa marito infræni, & intemperato, ac moleſtiſſimè cōiugalem actum petenti meritò debitum negare poteſt, vt ille ſibi temperet, & etiam caueat eidem marito, & ſibi à nocumēto. An verò ſi immoderatè petens verſaretur in periculo incontinētię, & ex frequētia nimię redditionis debiti damnum notabile corporeæ ſalutis reddenti immineret, iſte ad impediendum alterius peccatū, ſicut licitè poſſet cū propriæ ſalutis corporeæ detrimēto debitū immoderatè petitū reddere, ita etiam teneretur, negat Sanch. At hæc res *infrà* §. 9. *n.* 77. & 78. examinabitur, dum agā an debitū
cum

Digitized by Google

cum periculo damni notabilis ſalutis propriæ corporalis ſit reddendum, *vbi num.* 345. *&* 346. etiam explicabitur an peccet mortaliter coniux nimis frequenter vacans actui coniugali, aduertens indè ſibi euēturum notabile ſuæ ſalutis damnum, in prædictis igitur conueniunt
40 Doctores: † Sed difficultas eſt, an coniugi rarò, & moderatè debitum petenti, illud negare vna, aut altera vice excuſetur à mortali, eo quod talis negatio pro vna, aut altera vice ſit cenſenda leuis materia contra præceptum reddendi; Et ob materiæ leuitatem excuſari à mortali poſt Ledeſmam 2. *p.* 4. *q* 66. *ar.*1. *dub.*2. *à ſe relatum* tradit Sanchez *d.diſp* 2. *n.*11. qui propterea ait, ſi vir conſueuit petere quater in menſe, & petat iterum, non eſſe mortale vxorem ea quinta vice negare abſque incontinentiæ periculo; Ledeſmam, & Sanchez ſequuntur Pontius, Hurtadus, Bonacina, Auerſa, & Diana *locis ſupra n.*38. *allegatis*, Corneio in 3. *p* D. Tho *tract.*6. *de matr. diſp.*5. *dub.*1. *q.*2. & Ochagauia *de ſacram. matr. tract.* 5. *q.*1. *num.*6. relatus à Diana *d. reſolut.* 15. *tract.* 5 *quinta partis.*
41 † Verum cum actus coniugalis debeatur ratione fidei coniugalis, ſit ſeminarium prolis, & poſteritatis (quæ ex vnica copula ſequi poteſt) & etiam remedium concupiſcentiæ, vnus actus videtur res grauis, & conſequenter petenti inſtanter, & vt debitum negare abſque rationabili cauſa (etſi abſit periculum incontinētiæ tam ex parte petentis, quam negantis) non videtur poſſe excuſari à mortali ob materiæ leuitatem, etiamſi rarò, & vnicâ vice tantum negetur. Et ita videntur ſentire reliqui Doctores allegati, qui inter caſus, in quibus coniux debitum petenti, ſeu exigenti negans à mortali excuſatur, hunc minimè enumerat, nullamque eius mentionem faciunt, & expreſsè id tenere Adamum Tannerum *to.*4. *diſp.*8 *q.*6. *dub.*2. *n.*16. refert Diana *d. reſol.*15. & certè huiuſmodi negatio poteſt facile parere iurgia, & ſcandala inter coniuges, & alia pericula, ac proinde longe conſultius eſt ab illa abſtinere: Immò ſemper coniugibus ſuadendum eſt, vt faciles ſe in reddendo coniugali debito oſtendant, ne ſua moroſitate à ſe animum coniugis ad amores illicitos auertant, vel exponant periculo voluntariæ pollutionis.

42 Dixi demum in concluſione, *niſi minus iuſtè, aut debitè petatur, aliáve rationabilis cauſa excuſet*, quia ſi petēs amiſerit ius petendi, vel aliàs irrationabiliter non ſeruatis debitis circumſtantiis petat, aut ex parte alterius coniugis adſit alia iuſta cauſa non reddendi, nullum erit periculū negare coniugalem actum; de quibus cauſis, & vniuerſaliter, & quando à culpa excuſetur actus coniugalis petiti negatio, differemus in in ſequentibus.

43 Nunc ex dictis colligendum, eſſe lethale peccatum non reddere coniugale debitum (nullâ iuſtâ causâ negandi exiſtente) coniugi rarò, & moderatè petenti seriò, & obnoxiè, ac vt ſibi debitum, & maximè valdè indignanti, ſi negetur; idque etſi, quia ille eſt timoratæ conſcientiæ, petens peccati carnalis, ſeu incontinentiæ periculum non ſubeat; & ſiue negatio debiti oriatur ex ſola peruerſa voluntate, ſiue ex prætextu deuotionis, ſiue ex ira, & odio, vel appetitu alicuius vindictæ, vel non ſuſcipiendi prolem, quia v.g. nō eſt claræ proſapiæ (nam ob multiplicitatem prolis, & paupertatem, ſeu inopiam alendi an poſſit debitum licitè negari, explicabitur *infra*) vel quia non vult ſubire labores illam educandi. Ita Sotus *d. ar.*1. D. Antonin. *d* §.7. Sylu. *d n.*10. Angelus *n.*17. Lopez *d. c.* 80. Rodriqu. *d. n.*1. Sanchez *d. diſp.* 2. *n.* 15. *&* 16. Reginaldus, & Diana *locis allegatis*. Huiuſmodi enim debiti negatio abſque legitima cauſa denegandi facta eſt contra iuſtitiam, & coniugi petenti valdè iniurioſa; & dico *legitima cauſa*, quia etſi coniux requiſitus non abruptè negaret, ſed exigentem conaretur auertere ſe excuſando causâ minùs iuſtâ, & quæ prorſus non excuſaret à debiti redditione, adhuc eſſet mortale exigenti nō
44 reddere, ob eandem rationem, quia iniuſtè negatur. † Et eo magis iuxta eoſdem Doctores erit mortalis talis negatio ſine ſufficienti cauſa, ſi prævideatur ex ea (vt con-
45 tingit ſæpe) oritura ſcandala, aut graues diſcordias. † Nec minus quoque erit (vt in terminis aiunt, Sotus, Lopez, Rodriquez, Sanchez, Raynaldus, Diana, *locis citatis*) peccatum mortale debite petenti rariſſimè; & magna cum difficultate reddere ob iuſtitiam defraudādi coniugem coniugali debito, quod & ſæpius abſtineret à petitione, quam ob illam magnam difficultatem reddēdi non auderet facere, vnde etiam periculo incontinentiæ ſæpè
exponeretur. † Inſuper multo magis erit peccatū mor- 46
tale, negare debitum coniugale illud tamquam debitum petenti, quando ex denegatione ille in periculo ſe polluendi, aut aliam copulam quærendi, conſtitueretur, vt ijdem DD. notant; cum tunc redditio ſit debita etiam ti-
tulo præſeruandi petentem à ſpirituali ruina. † Immo 47
quoties coniux petens actum coniugalem laborat probabili periculo incontinētiæ, niſi alter reddat, vel ſtatim reddat, tenetur is ſub mortali reddere, & ſtatim; tametſi alter non peteret de rigore iuſtitiæ, & enixè, vel facilè precibus poſſet auerti, vel etiam in petitione eſſet nimia frequens, id enim exigit ratio periculi probabilis ruinæ ſpiritualis, cui & ea fide matrimonij, & etiā ex charitate tenetur alter cōiux ſubuenire (vt ſuprà *n.*17. *ad* 21. oſtenſum eſt, & tradunt Doctores) niſi fortè adſit iuſta cauſa negandi, v.g. probabile periculum ſalutis propriæ corporeæ, de qua re, vt dixi *ſuprà n.*25. *&* 39. fine agemus inferà tractatores de cauſis negationem debiti excuſantib.
† Demum aduertendum in ſupradictis caſibus coniu- 48
gi exigēti debitum alterum teneri reddere quouis tempore, & quocunque die, quamuis ſolemni, & ſacro publicæ proceſſionis, orationis, & ieiuniorum, vel etiam ſumenda eſſet Euchariſtia, non obſtantibus *Can. Chriſtiano & can. ſciatis* 33. *q.*4. Vbi habetur, ſimilibus temporibus non licere congreſſum inter coniuges, id quod tradunt Maior *d. d.* 32. *in reſponſione ad tertiam contra tertiam concluſionem*, Ruch *ibid. q.*2. 1. *ad* D. Antoninus, Lopez, Sāchez, *locis citatis*, idem Sanchez *lib.*9. *diſp.*12. *n.*7. Caietanus *loco ſuprà n.*1. *allegato*. Incremata in *d. can. ſciatis art.*4. *n* 6. Viguerius *inſtit. c.*16. §.7. *verſ.*10. Gaëta *in repet. cap. ad limina* 30. *q.*1. §.4 *n.*174. Tiraquellus *d l.*15. *n.*111. & Petrus Soto *lect.*16. *de matrimonio, verſiculo, ſequuntur circumſtantiæ, & alij à Sanchez relatis* interpretantes dictos canones continere admonitionem, & exhortationem, non præceptum; Immò D. Hieronymum, cuius dictum allegatur *d. can. ſciatis*, aientem prohiberi ſumptionem Euchariſtiæ ei, qui mox ante ſe commiſcuit carnaliter cum vxore. D. Thom. *d q.*64. *art.*1. *ad* 1. ait loqui de Eccleſiæ miniſtris coniugatis, quibus interdictum eſt celebrare die, quā ad vxores accedunt. Coniux autem tempore, quo recepturus eſt Euchariſtiam, & etiam in alijs diebus ſolemnibus, & ſacris requiſitus licitè, & laudabiliter poſſet blandè, & precibus non importunis, & abſque magna inſtantia conari auertere petentem, de quo infrà *cap.*7. *n.* 102. Dicta autem procedunt niſi præter dicti ſolemnitatem, & tempus communionis adſit alia legitima cauſa, à redditione debiti excuſans; De quibus cauſis excuſantibus in ſequentibus paragraphis.

§. V.

Sponſi de præſenti excuſantur à redditione debiti, ſi nondum conſummato matrimonio petatur intra bimeſtre illis à iure conceſſum ad ingrediendum in religionem, vbi latè de dicto bimeſtri, & quomodo ſponſis ante matrimonij conſummationem liceat ad religionem tranſire.

ITaque cum poſt contractum matrimonium ante conſummationem quilibet coniugum altero etiam 49
inuito, & reclamante poſſit religionem ingredi, & in ea ſolemniter profiteri *capite ex publico, de conuerſione coniugatorum*, Tridentinum *ſeſſione* 24. *can* 6 Diuus Thomas *in addit. ad* 3. *p. q.*61. *art.*2. *& in* 4. *d.*37. *artic.*3. *ibid.* Maior *concl.*1. Rich. *artic.*2. *q.*2. Durandus *q.*2. Paludanus

danus *q. 3.* Sotus *q.1. art.4. & d.32. q.1. art.3. initio verſicul. Hanc quæſtionem.* Hoſtienſis *in ſumma lib. 3. tit. de conuerſione coniugatorum, & in d.cap. ex publico.* Summa D.Raymundi *lib.4. tit. de matrimonio* §.9. Diuus Antoninus *in summ. p.3. titul.1. cap.21. §. ſecundum eſt. Verſic. quartus caſus eſt.* Angelus V. *matrimonium 4. num.*18. Syluester V. *diuortium quæſt 3. & 5.* Tabiena V. *matrimonium 3. num.4.* Armilla V. *debitum coniugale n. 5.* Ioannes de Friburgo *in ſum. lib.1. titul.8. q.41. & lib.4. tit.2. q.34.* Aſtenſis *in ſum. p.2. lib 8. tit.10. art.2. q.8.* P.Ledeſma *quæſt.61. art.1.* Victoria *in ſumma titul. de matrim. num.*280. Summa Corona *cap.8. de Sacram. matr. n* 12. Carolus Tapia *in Auth. ingreſſi, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. V. ingreſſi cap.11.* Conarruu. *de ſponſal. p.2. cap.7. §.4. n.6. & ſeqq.* Cenedo *ad Decretales collectan ad decretales lib.3. tit.32. c 7.* Gutierex *de matrim. cap.54.* Nauarrus *in ſumma cap.16. num.27.* Graff. *deciſ. aur. p.1. lib.1. cap.12. n 65.* Rodriquex *in ſum p.1. cap.* 238. *n.2.* Flamma *in methodo p.3. c.8. §.11.* Lopez *1.p. inſtruct cap* 8. Sanchez *de matr. lib.2. d* 24. Rebellus *de oblig. iuſtit. p.2. lib 3. q.4. n.11. & ſequentibus,* Reginaldus *lib.31. num.36. & 39.* Henriquex *lib.12. cap.5. num.8.* Coninck *diſp.26. num.49. & ſequentibus.* Baſilius Pontius *de matrim lib.9. cap.9.* Filliuccius *p.1. tract.10. cap 2. num.48. & ſequentib.* Laymann *lib.5. tract.10. part.3. cap.5. num.2.* Villalobos *p.1. ſumm. tract.13. difficultate 12.* Hurtadus *de matrim. diſput.8. num.29.* Auerſa *de matrim. quæſt 21. ſect. 6. verſu 5.* Saytus *lib.6. clau. cap.7. numer.6.* & alij apud eundem

50 Sayrum, & alios præallegatos. † Et ad dictum ingreſſum, ſeu ad deliberandum de ingreſſu religionis ſponſis de præſenti permittatur à iure *in d. cap. ex publico, de conu. coniugat.* tempus duorum menſium conceditur, his verbis; *Mandamus quatenus ſi prædictus vir eam carnaliter non cognouerit, & eadem ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire intra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam abſoluas.*

51 Ideo intra eoſdem duos menſes, quamuis ſit licita copula coniugalis inter coniuges, ſi ambo pari conſenſu velint conſummare matrimonium, tamen non eſt debita, & coniux ab altero requiſitus non tenetur reddere, vt clarè conſtat ex dicto textu, & tradunt omnes præallegati Doctores; traditione enim corporum facta per contractum matrimonij ſubintelligitur conditio vtendi beneficio iuris concedentis bimeſtre ad ingreſſum religionis, vt dicetur latiùs *infrà n* 81. Ampliatur, vt contracto matrimonio, & nondum conſummato liceat ſponſis intra bimeſtre negare debitum, & ante conſummationem ingredi religionem, etiamſi prius ſibi inuicem iuraſſent ſe contracturos, & conſummaturos matrimonium. Nam ſicut poſt promiſſionem etiam iuramento confirmatam de contrahendo matrimoniũ, licet ſpõſis de futuro reſilire à promiſſione, & non contracto matrimonio, ingredi religionem, vt colligitur ex *c. commiſſum, de ſponſalibus,* & tradunt ibidem Scribentes, & alij Doctores communiter, S.Th. *in 4. d.27. q.1. ar.3* Sotus *ibid. q 2. art.5. dub.1.* Nauar. *in man. c.22 n.16.* Menochius *de arbitr. caſu* 455. *n.10.* Couarr. *de ſponſ. p.1 c.5. in initio n.11.* Suarez *de religione tom 1. tract. de iuramento lib.2 cap.13. n 2. & ſeqq.* Azor. *inſtit. mor. p.1. lib.11. cap.5. q.4.* Sanchez *de matr. lib.1. diſp.8. num.43.* Aug. Barboſa *Collect ad d. cap. commiſſum num.2.* Caſtrus Palaus *p.1. tract.14. diſp.2. p.6. num.4.* Baſilius Pontius *lib.12. cap.10.* & alij à Sanchez, & Barboſa relati; quia in contractu promiſſionis de contrahendo matrimonium, & in ſimilibus contractibus promiſſoriis, quibus quis ſe alteri obligat ad faciendum aliquid, quod habet tractum ſucceſſiuum, v.g. ad aliquod officium longo tempore obeundum, vel ad docendum aliquot annos, intelligitur ſemper exceptus ſtatus perfectionis, & ita tacita conditio, *niſi religionem ingreſſus fuero,* vt iidem Doctores, & alij infrà *n.*108. poſt medium relati; quæ exceptio à iuramento promiſſioni addito non excluditur, ſed includitur, nam iuramentum confirmatorum ſequitur, & ſortitur naturam actus, ſuper quem cadit *l. fin. Cod. de non num. pec. cap quemadmodum de iureiur.* & regula *acceſſorium 41. de reg. iuris in 6.* & conſequenter habet eandem exceptionem, tacitam conditionem, vel reſtrictionem, quam actus, ſuper quo idem iuramentum interponitur, habet, ſiue ex mente loquentis, ſiue ex diſpoſitione iuris, ſiue ex recepta conſuetudine; vt præallegati Doctores, Couarruuias *in cap. quamuis pactum. p.2. §.4. in principio* Leſſius de iuſtitia *lib. 2. cap.42. n.21.* & Doctores communiter apud Couarruuiam, ſicut, inquam, poſt promiſſionem etiam iuratam de contrahendo matrimonio licet ſponſis omiſſo matrimonio tranſire ad religionem, ita etiam poſt promiſſionem, ſeu mutuam conuentionem iuratam de conſummando matrimonio contracto cuilibet ſponſorum nondum conſummmato matrimonio licet ad religionem tranſire, quia in tali promiſſione, ſeu conuentione iuramento firmata ſubintelligitur exceptus ſtatus perfectionis, & tacita conditio, niſi promittens & iurans conſummare elegerit tranſire ad religionem prout ei à iure conceditur; ad quem ſtatum aditum ſibi intercludere ſimili conuentione, ſeu contractu nullus præſumendus eſt, cum id eſſet magnæ inſipientiæ; quare non obſtanti mutuo pacto iurato de conſummando matrimonio licet ſponſis intra bimeſtre negare debitum, & nondum matrimonio conſummato ſemper tranſire ad religionem; id quod etiam in terminis docent Caſtrus Palaus *d. n.5. in fine.* & Sanchex *lib.4. ſum c.19. n.8.* vbi aſſerit quidem poſſe ex pacto expreſſo iurato excludi ſtatum perfectionis, ſeu religionem, ita vt ad illam tranſire non liceat non impleta prius obligatione, & ita etiam pacto expreſſo iurato à ſponſis excludi tranſitum ad religionem, eo quod iuramentum, licet aliàs diſſonum rectæ rationi, & illicitum ſit ſeruandum, ſi cadit ſuper actum, ſeu promiſſionem, aut contractum de re licita, vel quæ abſque culpa adimpleri poſſit, vt idem Sanchex latè tradit *lib.3. ſum. cap.4. n.20. 21. & 22.* & faciunt tradita per Leſſium *d. lib.2. c.42 n.12. fine.* Sed nihilominus addit idem Sanchex eodem *num.*8. exigi de hoc verba expreſsè eum tranſitum excludentia, nec ſufficere verba obligantia ad aliquod incompatibile; quia in eis includeretur conditio, niſi tranſitus ad religionem placeat; ac proinde etiam ſi quis iuraſſet fœminæ, ſe cum ea conſummaturum matrimonium, vel in perpetuum eam habiturum vxorem, poſſet ante conſummationem tranſire ad religionem; etenim cùm expreſsè hic tranſitus non ſit excluſus, habet ea promiſſio in ſe eam conditionem inhibitam, niſi promittens velit religionem ingredi. Quemadmodum etiamſi quis ad perpetuum famolatum alteri ſe obligaſſet, intelligitur niſi religionem ingrediatur: Nec eſt ſimile, inquit idem Sanchex, ſi quis ſe in ſeruum alteri venundaret; nam eo ipſo ſui ipſius dominium alienat, ac proindè non manet liber, vt ad religionem abſque Domini conſenſu queat tranſire.

A quo tempore incipiat currere bimeſtre?

Porrò præfatum bimeſtre initium ſumere ſtatim à 52
tempore contracti matrimonij aiunt Barboſa *n 9.* Gutierez *num.*8. Summa corona *d n.13. verſus finem,* Sanchez *n.21.* Rebellus *n.21.* Rebellus *n.11.* Coninch *n.44.* Hurtadus *n.29.* Villalobos *n.5.* & alij tacitis nominibus relati à Ioanne de Friburgo *d. q.41.* Alij verò dicũt bimeſtre incipere currere ab eo tempore, quo fuerit per iudicẽ, ſeu Epiſcopum aſſignatum, *arg. text. in ca. nos quidem, de teſtam.* Ita Hoſtienſis *in d. cap. ex publico.* Aſtenſis *d. q.8.* Ioannes de Friburgo *d q.41.* Laymann *d. n.2.* & alij, quos referunt Aſtenſis, & de Friburgo, & indicat etiam Sanchex *d. n.21.* ſed fortaſsè nulla eſt diſcordia inter hos DD. nam primũ dictũ intelligendũ, ſi nulla fiat à iudice aſſignatio, poſterius vero poſt diſſenſionẽ coniugũ altero petente, altero vero negãte debitũ iudex interpellatus, vel ex officio aſſignat bimeſtre prout *d. c. ex publico* præſcribitur tũc enim

à tem

Digitized by Google

à tempore aſſignationis ſactæ per iudicem incipit currere; limitarem etiam primum dictum, vt procedat, ſi victque coniux ſtatim à matrimonio habeat notitiam fauoris huius bimeſtris ſibi conceſſi ad conuolandum ad frugem ſanctioris vitæ, ſecùs ſi non nouiſſet, nam tunc dicerem incipere à tempore ſcientiæ, vel aſſignationis ſactæ per iudicem; vt is, qui ab initio contractus caruit ſcientia, & poſtea nouit priuilegium, habeat ſufficiens tempus ad deliberandum de ingreſſu, & præparandum neceſſaria pro illo. Quot autem dies continere debeat bimeſtre, & an computandum de momento in momentum explicatur infra.

Bimeſtre an poßit ex iuſta cauſa cognita à iudice coarctari, vel prorogari?

53 An verò hoc bimeſtre à iure *in dict. cap. ex publico* ſtatutum poſſit iudex, ſeu Epiſcopus, vel Ordinarius reſtringere, vel prorogare? videtur negandum, eo quod terminus generaliter præfixus à lege, vel ſtatuto non poſſit per iudicem coarctari, vel prorogari, vt pluribus allegatis Carpanus *ad ſtatut. Mediolanen. in prælud. n. 791. ad cap. 22. n. 40. & 43. & ad cap. 42. n. 156.*
54 cum iudex non ſit ſuper legem. † Et dato quod ex cauſa iudex regulariter queat terminos à legibus aſſignatos reſtringere, vel prorogare, vt Bartolus *communiter receptus in l. 2. ff. de re iudicata n. 4.* Hieronymus de monte *tract. fin. Regund. cap 49. n. 3.* à Carpano *d. c. 22. n. 42. relatus*, Maranta *in ſuo ſpeculo ſexta parte princ. primo actu de Dilationibus n. 15.* Gutier. & Sanch. *locis allegandis*, & alij *relati* à Maranta & Carpano *d. c. 22 n. 44.* & videtur
55 colligi ex *cap. cum ſit Romana, de appellation.* † Hoc tamen non procedere quando elapſo termino ponitur pœna priuationis, vel alia ſimilis, vt cum aliis Molina *d. n. 19* &. plures alij, quos Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d. cap. cum ſit Romana n. 17 refert.* Bimeſtre autem præfixum eſt à iure, vt eo tranſacto priuetur ſponſus iure amplius ingrediendi, vel deliberandi de ingreſſu religionis, & excommunicandus eſt ſi debitum coniugale neget; quare, &c.

56 Verum communis ſententia, à qua non eſt recedendum tenet, huiuſmodi bimeſtre datum ad ingreſſum, vel deliberandum de ingreſſu poſſe à iudice ex iuſta cauſa cognita coarctari, vel prorogari; ita Gloſſa *in d. c. ex publico, verbo intra duorum ibid.* Hoſtienſis *verſiculo nunquid*, Aſtenſis *d. q. 8.* Ioan. de Friburgo *d. q. 41.* Syluester *v. Diuortium q. 1. verſic. quarta cauſa.* Ricardus *d. q. 2.* Nauarrus *d. n. 25.* Tabiena *d. n. 4.* Armilla *d. n. 5.* Ioannes Brunellus *de ſponſalibus concluſione 30. numero 2.* Gutierez *n. 14.* Sanchez *n. 12.* Baſilius Pontius *n. 8.* Ioannes Andr. Innocentius Cardinalis, Panormitanus, & alij à Brunello, Gutierez, & Sanchez relati, aientes hoc bimeſtre non eſſe ordinarium, & præciſum, ſed iudici
57 arbitrarium, & ratio eſſe poteſt. † Vel quia *in d. capite ex publico* (vt ait ibi Panorm. & Coninck *n. 44.*) termo ſolum eſt de caſu quodam particulari, ſcilicet de muliere, quæ primo diù litigauerat de valore matrimonij, deinde condemnata diù omninò recuſauerat illud conſummare dicens, ſe velle ingredi religionem, ac tandem ſuper ea re Pontificis literas impetrarat, quibus præcipiebatur, vt Epiſcopus præſcriberet ei duos menſes pro ingreſſu religionis computandos à die quo Epiſcopus poſt receptas literas Apoſtolicas hoc ei præciperet; vel quia doctrina illa, quod terminus à lege aſſignatus non poſſit à iudice reſtringi, vel prorogari non procedat (vt docent Dynus *regula indultum 17. n° 12. de regul. in 6.* Cardinalis *in d. cap. publico n. 5.* Immola *conſil. 86. n 8.* & Carpanus *d. capite 2. n. 44.*) quando terminus datur miniſterio iudicis, vt *in d. cap. ex publico*, vbi non videtur ſignatum bimeſtre, ſed mandatur iudici, vt deſignet. Vel quia dato quod bimeſtre ſit à lege conceſſum, & non deſignandum à iudice, nihilominus quod terminus legalis, ſeu tempus à lege definitum etiam pœna priuationis, eo lapſo nequeat prorogari, procedit de rigore iuris, ſecus de æquitate, ſcilicet quando pro cauſæ qualitate, & quantitate, perſonarum conditione, & aliis circumſtantiis à iudice bene conſideratis, & cognitis idem iudex prudenter arbitrari poteſt, expedire tempus à lege ſtatutum reſtringi, vel prorogari, tunc enim iudex ex huiuſmodi iuſta cauſa coarctare poteſt, vt colligitur ex *l. 2. ff. de re iudicata. & l. placuit. Cod. de iudiciis*, vbi habetur quod æquitas rigori præfertur, & tradunt Bartolus, & alij *relati n. 54.* & ad id faciunt etiam tradita per Menochium *de arbitrariis caſu 1.* igitur etiam bimeſtre hoc licèt lege definitum ſaltem ex iuſta cauſa eaque cognita poterit ita æquitate ſuadente coarctari, vel prorogari, vt tradit prædicta communis ſententia.
† Addunt tamen Brunellus, Syluester, Sanchez, & alij, iudicem non debere facilè ab eo termino à iure *in d. cap. ex publico*, ſtatuto recedere. Et Gutierez, & Pontius ſubdunt, id non ſolum debere fieri ex iuſta cauſa cognita prudenter, & maturè, non verò leuiter, & cum facilitate, ſed rarò, & ex vrgenti cauſa. 58

Tempus duorum menſium an intelligatur conceſſum ad deliberandum de ingreſſu, an verò ad profitendum, & an probationis tempus coarctari poſſit, vel debeat?

Sed cum alter coniux remanens in ſæculo non poſſit aliud contrahere matrimonium, niſi poſt alterius profeſſionem ſolemnem, cum non per ingreſſum religionis, ſed per ſolemnem profeſſionem religionis approbatæ vinculum matrimonij rati diſſoluatur, vt definit Tridentinum *d. can. 6.* & tradunt omnes Doctores ſuprà *n. 49. relati*; Non leuis inter eoſdem Doctores controuerſia eſt, an bimeſtre intelligatur datum ad profitendum, ita vt non ſit expectandus annus probationis vltra bimeſtre, ſed eo elapſo ſtatim profeſſio ſit emittenda, vel ſaltem tempus probationis à iure *c. ad Apoſtolicam, de regularibus*, præſcriptum debeat in hoc caſu per iudicem abbreuiari; an verò ſit datum ad deliberandum de ingreſſu, & coniugi ſanctiorem vitam eligenti poſt ingreſſum competat annus probationis; qui annus ab altero ſit expectandus. Et procedit controuerſia, non quando vnus ſponſorum per verba de præſenti de conſenſu alterius ante matrimonij conſummationem ingreditur religionem. † Nam in hoc euentu ingredienti annum integrum indulgeri, & competere ad profeſſionem communiter aſſerunt Doctores, Gloſſa *in can. deſponſatam 27. q. 2.* Panorm. *in d. cap. ex publico n. 11.* Butrius, Ioannes Andr. Card. Ancharanus *ibid.* Brunellus *d. concluſ. 30. n. 2.* Doctores *allegandi infrà n. 64.* & alij *relati* à Tapia *d. cap. 11. n. 24.* Eo enim ipſo, quòd alter remanens in ſæculo aſſenſum præbuit ingreſſui alterius, videtur etiam conſenſiſſe, vt detur tempus regulare, & ordinarium probationis in fauorem tum nouitij, tum religionis à iure præſcriptum: Procedit ergo controuerſia quando alter altero inuito eligit religionis ingreſſum. † Quo caſu tempus duorum menſium indulgeri ad profitendum, & profeſſionem eſſe anticipandam, ita vt iudex ſaltem teneatur abbreuiare tempus ordinarium probationis aliquo alio certo ſtrictiori præfixo, in quo ſponſus ingreſſus religionem debeat profiteri, vel eo elapſo ſtatum ad alterum ſponſum; docuerunt Gloſſa, Innoc. Panorm. Præpoſitus *in d. cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* Bernardus *in tit. de regularibus & tranſeuntibus ad religionem capitulo ſtatuimus*, Ricardus *d. q. 2.* Ioan. de Friburgo *d. q. 41.* Tabiena *d. n. 4.* Brunellus *d. n. 2.* Nauarrus *d. cap. 26. n. 27.* & *lib. 4. conſil. tit. de ſponſalibus conſil. 40. n. 2. in 1. edit. & in 2. lib. 3. tit. de conuerſ. coniug. conſ. 1. n. 2.* Menochius *de arbitr. caſu 455. n. 11.* & alij *relati* à Tapia *d. c. 11. num. 12.* Horum fundamentum eſt, primò quia *d. cap. ex publico* iubetur, vt debeat mulier intra bimeſtre vel ad virum

59 60 61

ſuum

Digitized by Google

ſuum redire, vel ad religionem tranſire, vbi tranſiſe accipitur pro profiteri, quia *eodem capite infrà* dicitur per eius ingreſſum matrimonium ſolui, quod fit per ſolam profeſſionem. Secundò, quia quod alter coniugum tam longo tempore ſtet in ſuſpenſo, cùm non valeat ad alias nuptias tranſire, videtur nimis graue & oneroſum, ac etiam animæ pernicioſum ob periculum incontinentiæ eiuſdem coniugis in ſæculo remanentis, qui etiam alioqui poſſet fraudari iure ſuo; nam intrans religionem poſſet eſſe vſque ad finem anni in vna religione, & tunc exire, & intrare aliam. Quare quod tempus probationis abbreuietur, vel abbreuiari debeat ſpeciale eſt in hoc caſu ad præcauendum grauamen, & periculum incontinentiæ alterius coniugis; Et hanc opinionem non reprobat Durandus *d.q.2.* & probabilem putant Sanchez *d. diſp.24. n.5.* Filliuccius
62 *d. cap.2.n.51.* & Coninck *d.diſp.26.n.48.* † Immò procedere etiam poſt Concilium Tridentinum, ita quod non obſtante decreto eiuſdem Tridentini *cap. 15. ſeſſ. 25. de regularibus*, quo præſcribitur annus integer nouitiatus, & continuus, antequam quis ad profeſſionem admittatur, & ætas ſexdecim annorum completorum ad valorem profeſſionis, cogi debeat coniux, qui eligit ingredi religionem, intra illud bimeſtre *d.cap ex publico.* definitum, ſeu aliud tempus breuius tempore ordinario probationis à iudice iuxta *dictum cap. ex publico.* præfixum profiteri, & tametſi coniux religionem ingreſſus intra illud tempus ætatem ſexdecim annorum non compleuerit, tenent Nauarrus, & Menochius *locis citatis*, cum poſt Tridentinum ſcripſerint; & in terminis id tanquam probabile iudicat idem Nauarrus *d.conſil.40.n.4 in fine.* idem tenuerunt plures alij relati ab Henriquez *lib.12. cap.5. in Gloſſa liter. T.* Rodriquez *loco infrà allegando*, & Sanchez *n. 6. fine:* fundamentum ponit
63 Nauarrus *d.conſil.40. n.2.* ſcilicet; † Tum quia ſicut lex prior generalis limitatur per poſteriorem, ita lex poſterior generalis limitatur per priorem ſpecialem *l. ſed & poſteriores, ibi: poſteriores leges ad priores leges pertinent, niſi contraria ſint ff. de legibus l. in toto ff. de reg. iur. & c. generi per ſpeciem de reg. iur. in 6.* Decius *in d. l. in toto n.7. & plures alij*, quos refert Sanch. *d. diſp. 24. n.6.* Vbi amplius etiam ſi in lege poſteriori ſit clauſula, non obſtante. Quare cum prædictum *caput ex publico* ſit lex determinans ſpecialem caſum de ſponſo, vel ſponſa per verba de præſenti, altero etiam inuito eligente ingreſſum religionis, cenſendum eſt limitare legem generalem poſteriorem Concilij Tridentini. Tum quia longè maior ratio limitandi tempus probationis inuenitur in hoc ſpeciali caſu, quam in aliis, quia in eo tractatur de graui præiudicio tertij (vt dictum eſt *n. 61.* & confirmatur, quia ſuppoſito Tridentini decreto coniux remanens in ſæculo non ſolum cogeretur expectare per annum, ſed etiam aliquando quadriennium, vt ſi ſponſa eſſet duodennis) quo non agitur communiter in aliis nouitiis, & lex generaliter loquens non ſolum limitatur per legem ſpecialem, ſed etiam per rationem alterius legis, Baldus *in l. de pretio ff. de publiciana in rem actione*, Nauarrus *d.n.2.*

64 Quibus tamen non obſtantibus Doctores magis communiter aſſerunt dictum bimeſtre à iure in *d. c. ex publico* concedi non ad profitendum ſed ad deliberandum de ingreſſu (ſcilicet vt ſponſus ante matrimonij conſummationem eo tempore deliberet, & vires ſuas metiatur, an ſibi religionem ingredi expediat; item vt faciliùs intelligat, an Spiritu Dei, vel ſubito motu & cauſa extrinſeca ducatur; & denique, vt religionem, ſeu religioſam Congregationem ſibi aptam, quæ eum recipere velit, perquirat) ad probationem vero, & ad emittendam profeſſionem permitti annum à iure *in d. cap. Ad Apoſtolicam, de regularibus præceptum.* Ita Hoſtienſis *in ſumma lib 3. tit. de conuerſ. coniug. § fin verſic. quid ſit mariti* Durandus *d. diſt. 27. q. 2.* Palud. *d. q. 3. art 2. concl. 2. verſic. Sed nunquid.* Sotus *d. q. 2. a. 4. verſ. At verò ſi infrà.* Aſtenſis *d. q. 8.* Syluester *d. q. 3.* Armilla *v. Diuortium num. 5* D. Antoninus *d. cap. 21. verſic. Quartus caſus.* Gutierez *d. cap. 54. n. 11. & 12.* Tapia *d. cap. 11. num. 13.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. ex publico de conu. coniug. numero* 8. Henriquez *d. cap. 5. n. 8.* Rodriquez *qq. reg. tom. 3. q. 13. art. 4.* Sanchez *d. diſp. 24. n. 4. & 7.* Rebullus *d. q. 3. n. 22.* Coninck *d. diſp. 26. n. 98.* Filliuccius *d. c. 2. n. 51.* Layman *d. c. 5. n. 2. verſic Tertiò dicta facultas.* Villallobos *d. difficultate 12. n. 3.* Hurtadus *d. diſp. 8. n. 51. & 52.* Pontius *d. cap. 9. n. 2. & 3.* Auerſa *d. quæſt. 21. verſiculo Quantò quoniam.* Caſtrus Palaus *Theol. moral. tomo 2. tractat. 16. diſp. 1. puncto 12. § 1. n. 3. & alij relati* à Tapia & Sanchez. Fundamentum præcipuum (etiam ſolo iure antiquo inſpecto) eſt, quia ex quo ius *in d. c. ex publico.* permittit ſponſis de præſenti ante conſummationem ingredi (altero etiam inuito) religionem, & in ea profiteri, & tempus probationis annuum, item à iure *in d. c. ad Apoſtolicam* fuerit introductum non ſolum in fauorem Nouitij (vt vitæ ſuſceptæ rationem cognoſcat, & Monaſterij auſteritates experiatur, & an vires ad eas toto vitæ curriculo perferendas ſuppetant, ne ſi intra breue temporis ſpatium primo vocationis feruore ductus profeſſionem emitteret, facilè poſtea pœniteat, & vitam infelicem, ac angoribus plenam agere cogatur) ſed etiam in fauorem religionis, ſeu monaſterij, vt ſumatur experientia de moribus nouitij, cenſetur etiam concedere, vt profeſſio fiat iuxta iuris communis præſcriptum, & religionum leges, ſcilicet cenſetur concedere, vt ſponſus ingrediens religionem fruatur priuilegio experiendi monaſterij auſteritates per annum, & item monaſterium non priuetur priuilegio probandi mores nouitij anno integro, & iuxta religionis ſtatuta; & ita præſcribendo duos menſes ad tranſeundum ad religionem permittit etiam, ſeu non aufert ordinarium tempus probationis profeſſioni præmittendum. Quod confirmatur primò quia *eod. c. ex publico.* decernitur, debere eum, qui vult religionem ingredi cautionem præſtare, quod intra duorum menſium ſpatium ad religionem tranſibit, quod non poteſt intelligi, vt det cautionem profitendi intra duos menſes, ſed tantùm ingrediendi, quod à ſua pendebat poteſtate, cum profiteri non poſſit abſque voluntate eorum, qui debent eum admittere ad profeſſionem, quorum factum promittere non poteſt, cum monaſterium ex priuilegio *in d. cap. ad Apoſtolicam* non teneatur aliquem intra annum probationis admittere ad profeſſionem. † Con- 65
firmatur ſecundò, quia à iure antiquo non receditur, niſi nouum ad hoc cogat, quod non ſit *in d. ex cap. publico*, vbi verba illa, *intra bimeſtre ad religionem tranſire*; poſſunt rectè & iuxta verbi proprietatem intelligi de tranſitu ad habitus religioſi ſuſceptionem; non enim tantùm profiteri eſt tranſire ad religionem, ſed etiam ingredi eſt tranſire quamuis inchoatiuè; & quamuis in eodem capite infra tranſire ad religionem ſumatur pro profeſſione, tamen dum decernitur tranſitus intra bimeſtre, accipitur pro tranſitu ad ingreſſum, non pro profeſſione propter dicta in prima confirmatione, & ad euitandam prioris iuris concedentis annum probationis correctionem. Et ex his remanet ſolutum primum prioris ſententiæ fundamentum. Ad ſecundum verò dicitur nullam fieri iniuriam coniugi in ſæculo remanenti, qui tanto tempore cælebs cogitur expectare, nam alter vtitur fauore iuris indulto, non ſolum in bonum nouitij, ſed ipſius etiam religionis, vt maturè integro nouitiatus anno & continuo ſumatur experientia de moribus nouitij, & illius conſtantia probetur. 66
† Quòd ſi appareret ſuſpicio fraudis, putà ſi coniux ingreſſus prætextu religionis differret cõtinuare matrimonium vagando intra tempus nouitiatus de vna in aliam religionem, tunc per iudicem compelli debet aſſignato termino peremptorio, vt vel maneat in vna religione

Digitized by Google

religione expleto nouitiatus anno, vel redeat ad alterum coniugem in ſeculo relictum, vt conſummet, vt rectè tradunt Durandus, Paludanus, Diuus Antoninus, Rodriquez, Henriquez, Sanchez, Fillinccius, & Gutierez.

67 Porrò hæc communis ſententia quod ad profeſſionem ſponſi tranſeuntis ad religionem requiratur annus integer probationis poſt ingreſſum, qui per iudicem Papa inferiorem nequeat coarctari, multò magis, & ferè indubitanter procedit attento iure nouo Tridentini *in d. cap.* 15. *ſeſſ.* 25. de regularibus definientis annum expletum probationi, ita vt aliàs profeſſio facta ſit nulla; quæ definitio, ſeu conſtitutio eſt generalis abſque reſtrictione, aut limitatione vlla, ac proindè correctoria, & reuocatoria cuiuſcunque iuris antiqui permittentis breuius probationis tempus.

68 Lex enim vniuerſalis, & negatiua (qualis eſt hæc Tridentini negatiuè prohibentis profeſſionem ante expletum annum nouitiatus) vniuerſaliter, & in omni caſu eſt intelligenda *cap. ſoluta §. fin. de maioritate, & obedientia. & l. de pretio ff. de publiciana in rem actione.* Quod Nauarrus cum aliis *d. conſil.* 40. *numero* 3. ait procedere etiam, quando maior ratio inuenitur, quare debeat includere vnam ſpeciem potius quam aliam; cuius rei rationem aſſignat idem Nauarrus ibidem, ſcilicet quia negatio quidquid poſſe inuenit, deſtruit, & contrarium eius poſcit iuxta regulam logicam, & gloſſam celebrem, & receptam in *c. cum dilecto, de conſuetudine.* Confirmatur, nam ratio, quâ Synodus Tridentina ducta annum nouiatus ſtatuit; ſcilicet, ne aliqui nimis leuiter antequam ipſi religionem probauerint, & à Religione quoad mores, & conſtantiam ſint probati ad profeſſionem admiſſi poſtea eos pœniteat, & ſcandala generent, etiam in hoc caſu militet; immò magis vrgeat, quia qui hoc modo religionem ingrediuntur, facilè poſſunt præſumi ingredi magis odio coniugis, quam amore religionis, vt videtur accidiſſe in caſo *dicti cap. ex publico*, quare hi maximè illo Concilij Tridentini decreto debent comprehendi. † Neque obſtat quod

69 Concilium Tridentinum *dicta ſeſſione* 25. *cap.* 21. decernat eos, qui cum non ſint religioſi aliquod Monaſterium in commendam habent, debere vel huic renuntiare, vel intrà ſex menſes in illo profiteri, atque ita ab illa regula generali aliquem caſum excipiat, non obſtat, inquam, tum quia exceptio firmat regulam iuxta vulgare Iuriſtarum; tum quia in his militat particularis ratio; etenim præſumitur, eos ſatis cognitam habere religionem eam, quam regunt, & religioni etiam eſſe præfectos, ac proindè non eſt iis opus tam longa probatione; ſecus autem eſt in iis coniugibus, qui communiter priùs nihil de religione cogitarunt, vel experti ſunt.

70 Quare neque obſtat doctrina Cordubæ in ſumma *caſu* 38. quam videtur approbare Henriquez *libro* 13. *capite* 40. *numero* 2. in Gloſſa *litera O.* dicentis etiam nunc poſt Tridentinum profeſſum, qui licitè tranſit de vna religione non mendicante ad aliam non mendicantem, vt ad Carthuſianam poſſe ante annum (ſi vterque nouitius, & religio in id conſentiat) profiteri iuxta *d. cap. ad Apoſtolicam de regul.* cui Tridentinum in hoc caſu non videtur derogare: Nam dato, quod hæc doctrina eſſet vera, ille profeſſus iam expertus fuiſſet difficultates, & aſperitates ſimilis religionis, coniux autem minimè; &

71 conſequenter non ſatisfieret fini Concilij. † Quamquam licet præfata Cordubæ doctrina defendi poſſit probabiliter diſputando, non tamen conſulendo, vel iudicando, vt docet Nauarrus loco mox allegando; cum longè veriùs ſit poſt Concilium Tridentinum *dict. capite* 15. *ſeſſione* 25. *de regularibus*, nullum vnquam etiam in vna religione profeſſum, ad aliam quamcunque religionem tranſeuntem poſſe profiteri niſi poſt expletum ſuæ probationis annum; nec huiuſmodi terminum, & probationis tempus etiam ex conſenſu Nouitij, & Monaſterij (vt permittit dictum cap. ad Apoſtolicam) poſſe remitti, vt tradit Nauarrus *libro* 3. *conſil. titul. de regularibus conſil.* 33. *numero* 5. *in prima editione & conſil.* 66. *numero* 6. *in* 2. Ex eo quia in Concilio Tridentino *d. cap.* 15. pacificantur, & omninò æquiparantur profeſſio facta ante decimumſextum annum, & ante expletum probationis annum; nullus autem audebit dicere, quod profeſſio facta de conſenſu Nouitij, & Monaſterij ante decimumſextum annum expletum ſit valida, ergo nec dici poteſt, quod ſit valida profeſſio ante finem anni probationis, etſi de conſenſu Nouitij, & Monaſterij facta. Et hoc idem tenent Rodriquez *in ſumma part.* 2. *capite* 6. *numero* 10. *& tomo* 3. *quæſt. regul. quæſtione* 15. *articul.* 7. Garzias *de benefic. part.* 11. *cap*...... *numero* 15. *fine.* Sanchez *libro* 2. *d. diſputat.* 24. *numero* 10. *& libro* 5. *ſumm. capite* 4. *numero* 19. Petrus Ledeſma *in ſumm. part.* 2. *tractat. de ſtatu religioſorum capite* 7. *concluſione* 2. Azorius *part.* 1. *libro* 12. *capite* 4. *quæſtion.* 9. Beia *part.* 4. *caſu fin. verſicul.* 3. Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſione* 1. *in prima editione & reſolutione* 617. *in ſecunda editione.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. ad Apoſtolicam numero* 3. *& collect. ad dict. cap.* 15. Tridentinum *ſeſſione* 25. *de regul. numero* 17. & alij recentiores communiter, quos referunt, & ſequuntur Tamburinus *de iure Abb. tomo* 3. *diſputatione* 6. *quæſt.* 7. Bordonus *de profeſſion. regul. capite* 4. *quæſtione* 4. Caſtrus Palaus *tomo* 2. *tractat.* 16. *diſputatione* 1. *puncto* 12. §. 2. *numero* 4. Vnde iuxta eoſdem Doctores per Tridentinum correctum eſt dictum caput ad Apoſtolicam, quatenus in illo habetur validam eſſe profeſſionem ante elapſum annum probationis ex conſenſu Nouitij, &

Monaſterij emiſſam. † A quo tamen excipiuntur 72 religiones Minorum, & Prædicatorum, ad quarum profeſſionem non poterat quiſquam admitti ante exactum probationis annum, vt decernitur *cap. non ſolum, de regular. in* 6. quod decretum extenſum fuit ad cæteros Mendicantium ordines per *cap. conſtitutionem eodem titulo, & l.* 6. † An vero ſi 73 in his admitteretur profeſſio ante eum nouitiatus annum, ea obligaret; non ei religioni ſpeciali, ſed religioni in genere poſt Gloſſam *in d. cap. non ſolum verbo veſtre. & dict. cap. conſtitutionem V. obligat*, & Syluestrum V. *Religio* 3. *quæſtio.* 4. tradunt Auguſtinus Barboſa *collect. ad dict. c. ad Apoſtolicam numero* 2. & Sanchez *d. cap.* 4. *numero* 8. & clarè colligi videtur ex *d. cap. non ſolum*, illis verbis, *Decernimus eum, qui taliter receptus fuerit nullatenus veſtro ordini eſſe obligatum.*

Quod autem attento Tridentino, & vbi illud 74 receptum eſt, annus integer probationis ſponſo poſt matrimonium ratum religionem ingreſſo ad profitendum indulgeri debeat, nec abbreuiari poſſit, niſi per Summum Pontificem, ita vt profeſſio ante annum abſque Papæ diſpenſatione emiſſa ſit nulla, ſuſtinent Tapia, Gutierez, Auguſtinus Barboſa, Henriquez, Rodriquez, Sanchez, Rebellus, Coninch, Filliuccius, Layman, Villalobos, Ponttius, Hurtadus *locis ſuprà numer.* 64. *relatis.* Et ita cenſuit ſacra Cardinalium Congregatio in duabus declarationibus relatis à Farinacio pagin. 438. Quarum prima ſic habet. *Profeſſio non eſt valida ante expletum probationis annum, ſed quia Canones permit-*

tunt, vt quis poſt ratum matrimonium religionem ingredi poſſit, quid fiet ſi vnam religionem ingreſſus de illa tranſeat ad aliam, aut plures, & ita tempus profeſſionis differatur, An talis compelli poſſit ad tempus hoc breuiandum, maximè cum iſte tranſitus ex vna ad aliam religionem fieri videatur in fraudem eius qui in ſeculo remanſit. Congregatio Anno 1588. reſpondit non poſſe compelli. Altero verò ſequentibus continetur verbis. *Mulier ſi duodecim annis maior intra duos menſes ingrediatur monaſterium, & habitum ſuſceperit, & deinde expleto decimo ſexto anno, & lapſo anno probationis profeſſionem emittat, iuxta hoc decretum, interea vir expectet, donec annus probationis labatur, & profeſſio ſit emiſſa*

75 Hinc iuxta hanc communem ſententiam, & veriorem ſi ſponſa duodennis intra duos mēſes à matrimonio rato tranſeat ad religionem, per quatuor annos debet ſponſus expectare, donec profiteatur, cum profiteri nequeat ante annum expletum attento eodem Concilio Tridentino *d. cap. 15. eiuſdem ſeſſ. 25. de regularibus*; quod etiam in terminis tradunt Gutierez, Barboſa, Henriquez, Rodriquez, Sanchez, Rebellus, Coninch, Pontius, Filliuccius, & Hurtadus. Neque obſtat quod ſponſo graue ſit tandiu nuptias differre, tum quia puella vtitur iure ſuo; tum quia talem puellam ducendo ſponſus huic periculo ſe ſubiecit.

76 An verò ſi coniux nondum conſummato matrimonio intra bimeſtre ingrediatur religionem Sancti Franciſci de Paula, in qua profeſſio non fit ante annum 18. ex eius regulæ ſtatuto, compelli poterit, vt profeſſionem emittat decimo ſexto anno completo iuxta Tridentini decretum. Dicendum iuxta ſupradicta *numero* 61. non poſſe compelli, quod etiam Pontius docet; at ſi profiteatur anno decimoſexto completo ſubſiſtet, vt declarauit ſacra Congregatio apud Farinacium *d. p.* 438. his verbis; *ſed quid ſi ex inſtituto alicuius regulæ profeſſio non fiat ante decimumoctauum annum completum, vt ſunt de Sancto Franciſco de Paula, an ſit eorum profeſſio nulla, ſi eam emiſerint poſt tempus Concilij, ſed ante tempus in eorum regula ſtatutum; & quia ex verbis regulæ non annullatur talis actus profeſſionis, ſed tantum imponitur pœna eum recipiendi, & quia eget confirmatione ſuperioris, cenſuit congregatio profeſſionem tenere. arg. c. ad Apoſtolicam de regular.* Eandem declarationem refert poſt alios Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſcop alleg.* 101. *num.* 15. *& collectaneo ad d. cap.* 15. Trident. *nu.* 12. *&* 13. Et iuxta hæc diiudicandum erit de profeſſione monialium primitiuæ regulæ Sanctæ Claræ, quæ ante 18. annum non emittunt profeſſionem; nam ſi regulæ verba annullent profeſſionem ſecus factum, non valebit profeſſio aliter facta, ſecus ſi non annullent; Nam Concilium intendit tantum excludere profeſſionem ante 16. annum factum. Hæc de difficultate, an bimeſtre ſit datum ad profitendum, vel ad deliberandum de ingreſſu.

Sponſa de præſenti intra bimeſtre à ſponſo per vim carnaliter cognita, an poſſit adhuc eo inuito ingredi religionem; & an talis copula coacta ſit ad matrimonij conſummationem ſufficiens, & mortalis ex parte viri?

77 Verum ſed numquid, ſi ſponsâ de præſenti intra illud bimeſtre à matrimonio contracto, vel à iudice aſſignato, & ad tranſeundum ad religionem à iure conceſſo in *dict. cap. ex publico* fuerit per vim abſolutam à ſponſo carnaliter cognita, adhuc poterit vti dicto priuilegio, & inuito ſponſo ad religionem tranſire, in eaque profiteri? Ante reſolutionem huius difficultatis valde inter Doctores controuerſæ, ſupponendum eſt, quod licet exiſtimauerint nonnulli per copulam violenter, vel vi abſoluta intra bimeſtre illud habitam cum ſponſa non conſummari, & perfici matrimonium, ita vt fiat omnino inſolubile, ſed velint adhuc per profeſſionem ſponſæ per vim cognitæ ſolui; tum quia ex quo fuit violenter cognita, non videtur communicaſſe, & tradidiſſe carnem ſuam, ſed ille vi abſtulit, cum pro illo bimeſtri non haberet ius extorquendi copulam coniugalem; tum quia huiuſmodi copula, ſeu conſummatio violenta abſque conſenſu ſponſæ non poteſt repræſentare vnionem Chriſti, ſeu verbi cum humana natura, & cum eccleſia (ex qua repræſentatione matrimonium conſummatum omnimodam indiſſolubilitatem ſortitur, vt in altero tractatu dictum eſt & latiùs explicabitur cum de matrimonij indiſſolubilitate) quæ fuit omnino voluntaria. Ita poſt Brixenſem *queſtion.* 80. Archidiaconum *in cap. ſi euangeli a diſt.* 55. Ioannem Andream *in regula, quæ contra ius de regul iuris in 6. numer.* 12. *& in cap.* 2. *numer.* 2 *de conuerſ. coniugator.* Panormitanum *in cap. verum eodem titul qui s ad id refert* Tapia *in d. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo ingreſſi. cap.* 11. *numer.* 10 *&* 11. expreſsè & in terminis ſumma Corona *vbi de matrimonio numer.* 12. *verſic. ſed dubitatur,* & idem ſentire videntur Syluester *v. Diuortium numer.* 8. Fumma *p.* 3. *meth. cap* 8. §. 12. Tapia *d. numer* 11. *& alij relati ab eodem* Tapia, & Sanchez *lib.* 2. *diſput.* 22. *numer.* 3. & velut probabile admittere etiam videntur Durandus, & Paludanus *locis infra allegandis.*

Qui tamen omnes aiunt perfectè conſummari, & omnino inſolubile effici matrimonium, ſi ſponſa poſt bimeſtre violenter cognoſcatur; ita vt per profeſſionem non poſſit diſſolui, quia eo bimeſtri tranſacto non eſt amplius in poteſtate coniugum negare debitum propter tranſitum ad religionem; vnde quia tunc tenebatur ſponſa reddere debitum lege matrimonij, non poteſt dici violentiam paſſam eſſe, ſed ſponſum vſum eſſe iure ſuo, & conſequenter vinculum perfectum, & omnino inſolubile contractum. † Supponendum eſt, inquam, non ſolùm tanquàm probabiliùs, ſed tanquam certum, & indubitatum, per copulam ſiue vi abſoluta ſiue metu extortam etiam intra illud bimeſtre perfectè conſummari matrimonium, & effici prorſus inſolubile etiam per profeſſionem, vt tradunt Doctores infra allegandi, & alij communiter, quos referunt, & ſequuntur Sanchez *d. diſput.* 22. *numer.* 4. & Couarruuias *de ſponſalibus part.* 2. *cap.* 6. §. 4. *numero* 10. & ratio eſt, quia per talem copulam coniuges verè efficiuntur per ſeminum commixtionem vna caro, vinculumque carnale inter eos intercedit, quod non dependet ex mutuo conſenſu; & eadem copula eſt ſufficiens ad generationem, & ex ea oritur affinitas (vt conſtat ex cap. diſcretionem de eo, qui cognouit conſanguineam, & tradunt communiter Doctores quos referunt, & ſequuntur Auguſtinus Barboſa *collectan. ad dictum caput diſcretionem numero quinto, & de poteſtat. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 51. *numero* 169. & Sanchez *lib.* 7. *diſputatione* 64. *numero* 17.) quæ non naſcitur niſi ex matrimonio conſummato, vt infra oſtendetur, & docent Sanchez *lib.* 2. *diſputatione* 21. *numero quinto*, & Pontius *lib.* 9. *cap.* 10. *numero* 2. & licet huiuſmodi copula, ſeu conſummatio, eo quod non voluntaria, non repræſentet quoad modum vnionem Chriſti cum humana natura, & cum eccleſia, in qua non fuit violentia, repræſentat tamen quoad ſubſtantiam. Hoc ſuppoſito: -78

79

Poma

Digitized by Google

80 Prima ſententia negat ſponſam intra bimeſtre vi cognitam poſſe ingredi religionem abſque conſenſu alterius coniugis. Ita ex Doctoribus *ſuprà num. 49. allegatis*, Hoſtienſis *d. titul. de conu. coniug. num. 9. verſic. quid ſi virgo.* Sotus *d. art. 4. verſic. quid autem iuris ſi ſponſam.* Durandus *d. q. 2. n. 15. Additionator ad ſummam* D. Raym. *lib. 4. tit. de matr. d. §. 9. litera* G. D. Antoninus *d. cap. 21. §. 1. in fine* Angelus *d. v. matrim. 4. nu. 17 fine.* Gutierez *d. cap. 54. num. 28. & 29.* Henriquez *lib. 11 cap. 8. num. 10. fine.* Rebellus *d. q. 4. num 17* Baſilius Pontius *d. cap. 10. num. 3.* Idem ſentiunt Monal. *in ſumm. titul. de effectu matrimonij verſicul. item alium effectum eſt, quod mulier.* Lopez *in inſtructorio p. 1. cap. 83.* & alij relati. Henriquez *loco citato in gloſſa litera* D. & à Sanchez *d. diſp. 22 num 5* & probabile etiam putat Victoria *in ſumma n. 258.* Ratio præcipua eſt, quia per talem copulam iam matrimonium verè conſummatum eſt, & omninò indiſſolubile etiam per profeſſionem, vt oſtenſum eſt in ſuppoſito; at ius in *d. cap. ex publico de conuerſ. coniugat. & alibi ſæpe* prohibet abſolutè, & ſine vlla distinctione conſummato iam matrimonio alterum coniugem altero inuito tranſire ad religionem, aut in ea profiteri, vbi ergo ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Confirmatur primò, quia ſi ſponſa vi cognita poteſt altero inuito tranſire ad religionem, maximè ea vi priuilegij, quod vel Eccleſia in *d. cap. ex publico*, vel Chriſtus conceſſit ſponſis in fauorem religionis, ſcilicet, vt illis liceat eligere meliorem vitam; ſed hoc priuilegium eſt conceſſum tantum reſpectu matrimonij non conſummati, & dirimibilis per profeſſionem, vt conſtat *ex d. c. ex publico.* ergo &c. Confirmatur ſecundò, quia ſponſus nullam iniuriam infert ſponſæ, dum vi debitum, ſeu copulam coniugalem extorquet, nam eo ipſo quod ipſa de præſenti præſtitit conſenſum matrimonialem, tradidit ius in ſuum corpus, ac proindè ille vi cognoſcens illam renuentem vtitur re ſua, ſeu iure ſuo, ac proindè illi non infert iniuriam *c. cum Eccleſia Vulterrana in fine, de elect.* Confirmatur tertiò, quia dato, quod illa violentia ſit puellæ iniurioſa, illi imputetur, ſi dum volebat religionem ingredi, non cauit ſibi à matrimonij conſummatione; non enim mirum, ſi quis abſque ſua culpa ius amittat ingrediendi religionem, vt ſi aliam infirmitatem incurreret, qua fieret ad id inhabilis;
81 † Sicut etiam quis abſque ſua culpa fieri poteſt irregularis *cap. fin. diſtinct. 55.* vbi habetur, non prodeſſe violenter oculum erutum eſſe, quominus eo orbatus irregularis ſit. Demum confirmatur, quia alioqui iniuria irrogaretur proli, ſi fortè ex tali copula manet concepta, & naſcitur, quæ matre ad religionem tranſeunte, & profitente, non poterit commodè educari.

82 Altera ſententia magis communis, & probabilior, ac verior tenet ſponſam vim intra bimeſtre paſſam poſſe alio inuito ingredi religionem, & profiteri: ita Doctores *ſuprà n. 77. relati*; & ex Doctoribus *ſuprà n. 49. allegatis*, Maior *d. diſt. 27. q 2 in fine.* Palud. *q. 3. art. 2. concluſ. 1.* Aſtenſis *d. titul. 10. quæſt. 8. fine.* Rodriquez *d. cap. 38. num. 2.* Sanchez *d. diſput. 12. num. 6.* Coninch *d. diſput. 26. num. 53.* Laymann *d. cap. 5. num. 2 verſ. Quartò ſi intra tempus*, Filliuccius *d. c 2 n 48.* Reginaldus *d. lib. 31 n 39* Hurtadus *d. diſp. 8. n. 33.* Villalobos *d. tract. 13. difficult. 13. n. 4.* & eidem ſentiunt P. Ledeſma *q. 61. ar. 1.* Bonacina *de matr. q 3. p. 4. n 8.* & alij relati à Sanchez, & Villalobos, limitantes tamen in caſu, quo ex tali copula proles eſſet concepta, cui ex ſtatu religionis incommodum malæ educationis timeretur: nam tunc per accidens, ſcilicet, ob eiuſdem prolis bonum teneretur vim paſſa in matrimonio perſeuerare. Igitur probatur hæc communior ſententia, quia cum ſponſa de præſenti ante violentam copulam, & toto eo bimeſtri per iuris, ſeu canonis beneficium libera ſit à reddendo debito, & habeat ius aſſumendi ſtatum religioſum, non poteſt per iniuriam, & vim iniuſtè illatam ſponſus hoc ius ei à iure conceſſum eripere; cum nemo ſine culpa iure ſuo priuari debeat *c. diſcretionem verſ. in finem de eo, qui cognouit conſanguineam*; & quia alioqui ſponſus violator commodum ex ſua iniquitate ferret, & dolus ei patrocinaretur, & melior eſſet conditio luxuriæ, quàm caſtitatis; & non poſſet reſarciri iniuria ſponſæ iniuſtè violatæ, quæ non poteſt alia via recuperare ius ſuum, quàm per ingreſſum religionis. Quare iuribus prohibentibus coniugi altero inuito tranſitum ad religionem, ſi matrimonium ſit conſummatum, oportet dare hanc limitationem, vt non procedant, ſeu loquantur, quando matrimonium eſt conſummatum iniuſtè, & iniurioſè, ſed quando abſque iniuria, ne alioqui faueant iniuſtitiæ, & fraudi, ac dolo. Ex quo ſufficienter reiicitur ratio prioris opinionis, & etiam prima confirmatio; & ad ſecundam etiam patet, talem copulam eſſe iniurioſam, quia etſi per mutuum conſenſum de præſenti tradatur ius in corpus, & in copulam, intelligitur tamen facta traditio cum beneficio iuris, quo ſponſis conceduntur duo menſes ad religionem eligendam, quo ſine ſua culpa priuari non debet; neque eſt ſimile de infirmitate, & irregularitate ob deformitatem; quia in his factum, & non voluntas attenditur, & per hoc eneruatur tertia confirmatio. Quarta autem confirmatio probat ſolum per accidens ſponſam vim paſſam teneri in matrimonio perſeuerare (vt ſuprà dictum eſt) ſcilicet quando proles ſecuta, vel ſecutura abſque matre in ſtatu matrimoniali exiſtente commodè educari non poſſet. 83
† Cùm verò in hoc caſu per profeſſionem ſponſæ vim paſſæ non diſſoluatur matrimoniale vinculum ſponſus violator remanens in ſeculo non poterit aliam ducere vxorem, ſed cogetur perpetuò manere ſine coniuge, donec ſponſa profeſſa obierit; quod ſi ſibi hoc graue, & oneroſum eſt, ſibi imputet, quia per vim intra dictum bimeſtre extorquendo copulam à ſponſa in has anguſtias ſpontè ſe coniecit. † Quod ſi remanens in ſeculo nollet continere, an debeat, & poſſit obligari ad ſuſcipiendum religionis ſtatum, videtur affirmare Pontius *d. nu. 3.* ex ſuppoſitione huius ſecundæ ſententiæ: ſed negandum eſt ex eo, quod ipſo inuito ſponſa tranſiit ad religioſum ſtatum. 84
† Ad quem quoque non poſſet ſponſa altero inuito tranſire, ſi ipſa culpabiliter tempus duorum menſium à iure conceſſum ad religionis ingreſſum elabi permittat, & poſt illud per vim à ſponſo fuerit cognita; tunc enim, cum ſponſa teneatur, debitum coniugale reddere, habet ſponſus ius extorquendi copulam, & illam extorquendo per vim à ſponſa aliter nolente reddere, ei iniuriam non irrogat, cum vtatur iure ſuo, vt dictum eſt, *n. 78.* & tradunt Maior, Syluester, Angelus, Pontius, *d. c. 9. n. 7.* & reliqui DD. *ſuprà n. 77. 80. & 82. relati.* 85
† Id tamen Coninch *allegato n. 53.* & Hurtadus *n. 33. fine* limitant, ſi quando poſt bimeſtre ab ipſa petitur coniugale debitum, & vi extorquetur, ſponſa eſt in procinctu ad ingrediendum, ſeu vellet ſtatim ingredi religionem; quo caſu, inquiunt, non obſtante violenta conſummatione poſt bimeſtre ſequuta adhuc poſſet illa religionem ingredi; nam tunc ſponſus non habet ius extorquendi copulam coniugalem, cum illa adhuc (vt *infrà* dicetur) poſſit ingredi religionem, ac proindè coactio eſſet iniuſta, & fieret ei iniuria. Quod verum puto, ſi ſine ſua culpa hactenus ingreſſum diſtuliſſet, & videtur innuere *Maior*, ſecus ſi ſua culpa, nam tunc illi imputari poſſet coactio, cum cenſeretur ei dediſſe cauſam ſuæ præcedentis culpæ ratione; & hoc etiam indicat *Maior*, dum dicit; quod ſponſus non poteſt violenta matrimonij conſummatione à ſponſa tollere ius ingrediendi religionem, *niſi ipſa culpabiliter tempus conceſſum prætergrediatur.*

ſi probetur penetraſſe clauſtra puellæ, præſumeretur etiam ſeminaſſe, & non audiretur dicens ſe non ſeminaſſe. Vt Paludanus *d. diſt. 27. q. 3. art. 2. & d. 41. quæſt. 1. art. 1.* Villalobos *d. tract. 13. diff. 13. n. 1. fine* Pontius *d. c. 10. n. 1.* & Valerus *d. diff. 11.* & poſt plures alios Sanchez *d. diſput. 21. num* 8. quia in foro externo præſumitur, quod communiter, & vt plurimum accidit, vt in tali caſu ſeminis effuſio. Secus verò in foro conſcientiæ, in quo
99 illi crederetur, vt per eoſdem Doctores, ac proinde ſi verè cum penetratione defeciſſet ſeminatio, & in religionem ingreſſus emitteret profeſſionem verè, & coram Deo matrimonium diſſolueretur, vt in terminis tradunt præallegati Doctores, & alij ab iiſdem relati. Difficultas ergo eſt, an ſicut in foro externo, & quoad iudicium eccleſiæ, ſponſo, qui attentarit copulam penetrando vas mulieris ſine ſeminis effuſione non permittatur ingreſſus in religionem ſponsâ inuitâ, & reclamante: ita etiam in foro conſcientiæ eidem ſponsâ defloratâ inuitâ non liceat idem ingreſſus. Et certum eſt, & ab omnibus admiſſum, non licere ingreſſum, ſi vi, aut metu, vel doloſè (putà habens animum non conſummandi, ſed ingrediendi religionem) ſponſam defloraſſet, tûc enim ratione iniuriæ, & tanti damni ſponſæ illati per matrimonium continuatum ſolùm reſarcibilis, non poſſet licitè ingredi; id quod etiam cõmuniter aſſeritur de ſimili defloratore ſponſæ de futuro, & etiamſi ſine vi, ſub ſpe tamen futuri matrimonij defloraſſet, cui cum tanto dãno tantâq; iniuria moraliter loquendo reſarcibili ſolum per matrimonium non licere inuitâ ſponsâ defloratâ ingredi religionem docent Corduba *in additione ad ſummam q* 181. Lopez 1 *p. inſtruct. cap. 77. verſic.* Sed grauiùs Coninch *diſp. 23. num. 15.* & poſt alios Sanchez *lib. 11. d. 44. n. 3. & lib. 2. diſp. 21.*
100 *num. 7.* † Procedit ergo difficultas quando ſponſus ſine vi, & coactione, & bona fide putando ſe conſummaſſe matrimonium attentaſſet copulam coniugalem, vaſque Virginis penetraſſet, illámque defloraſſet ſine effuſione ſeminis, vel ob impotentiam, ſeu debilitatem, vel ob aliam cauſam, nempe vel quia impeditus eſt alicuius aduentu, & ratione honeſtatis ſe retraxit à congreſſu coniugali, vel quia in ipſo actu, Spiritus ſanctus religionem inſpirauit; & ita ante conſummationem ſe retraxit. Et hoc caſu foro conſcientiæ inſpecto poſſe ſponſum defloratorem licitè religionem ingredi ſponsâ defloratâ inuitâ credit Sanchez *d. d. 11. num. 7.* quia (inquit) nulla iniuria infertur ſponſæ, cum nil fraudulenter egerit ſponſus, nec peccet, iuréque ſuo vtatur. Confirmat, etenim intra bimeſtre à iure conceſſum ad non conſummandum matrimonium, & ad ingreſſum religionis communiter, & regulariter loquendo intercedunt intercedunt inter ſponſos de præſenti oſcula, & tactus; ex quibus ſponſa non leue damnum poteſt pati ad alias nuptias, & tamen eo damno non obſtante, quia ſponſus ſuo vſus eſt iure, poterit licitè aſſumere religio-
101 ſum ſtatum. † Oppoſitum, & etiam in hoc caſu non poſſe ſponſum defloratorem ſponsâ inuitâ ingredi licitè religionem affirmant Henriquez *lib. 11. cap. 8. num. 8. lit O. & cap. 15. numer. 3. lit. A.* ex Villalobos *præallegata diff. 13. num 1. fine.* Vbi loquentes ſine vlla diſtinctione aſſerunt, ſponſum, qui penetratione vaſis ſponſam de præſenti virginem ſine ſeminatione corrupit, non poſſe religionem intrare ratione damni illati in virginitate per talem copulam ſpontaneam ſine ſeminatione irreparabiliter amiſſa, cui damno ſolùm per perſeuerantiam in matrimonio poteſt ſponſus ſatisfacere. Idem in terminis tenet Coninch *d. diſp. 26. n* 51. & mihi etiam videtur probabilius; quia licet ſponſus non intulerit ſponſæ iniuriam, nec peccauerit, tamen ſponſa verè manet deflorata, & corrupta, & ſine remedio ferè viuere, & abſque ſpe alterius matrimonij digni cogeretur ſponſo corru-ptore ad religionem tranſeunte, & profitente; ergo ratione tanti damni ſponſæ impediendi non poteſt
talis ſponſus religionem ingredi. † Confirmatur, 102
quia inter ſponſos de futuro, ſi ſponſus ſub ſpe matrimonij futuri defloret, vel cognoſcat ſponſam ſponte conſentientem, nullam illi infert iniuriam, & tamen ratione damni eidem ſponſæ Virgini illati in virginitate amiſſa, etiam ratione infamiæ, quæ alioqui inde poſſet, & apta eſt ſequi, non poteſt ipsâ inuitâ religionem ingredi, ſed teneretur eam ducere, cum vix aliter poſſet damnum illatum reſarcire, vt docent Corduba, & Lopez *locis ſuprà num. 99. relati*, Henriquez, *lib. 11. cap 13. n. 3. in comm. lit. k.* Rodriquez 1. *p. ſum. cap. 245. n. 11.* Gutierez *de matr. cap. 25. n. 6.* Leſſius *lib. 2. cap. 10. num 32.* Bonacina *de matrim quæſt. 1. p. 5. num 43.* Coninch *diſp 21. num. 15* Hurtadus *diſput. 1. numer 15.* & vt dixi, idem Sanchez *lib. 1. d. diſp. 44. numer. 3.* Quod idem dicunt, quando aliquis ſub promiſſione futuri matrimonij à vidua honeſta copulam ob-
tinuiſſet. † Immò etſi inter ſponſum de futuro, & 103
ſponſam ſiue virginem ſiue viduam bonæ & honeſtæ famæ non interceſſiſſet copula, ſed tamen ſponſus cum ſponſa talem habuiſſet familiaritatem, ex qua (vt inquit Lopez, ſi ſponſa ſponſum liberè admiſit in domum ſuam, & communiter credatur interceſſiſſe inter eos res communiter contingentes inter ſponſos) omnino eſſet nata ſequi ſuſpicio copulæ, & notabilis ſponſæ infamia, quæ non niſi per matrimonium poſſet auerti, ſponſum non poſſe religionem ingredi, ſed teneri cum ea contrahere matrimonium tradunt omnes Doctores præallegati, & ipſemet Sanchez, & etiam Cenedo *ad Decretales collectaneo* 59. *numero* 5. Ex quibus patet non ſubſiſtere rationem Sanchez, neque etiam vrgere illius confirmationem; etenim negatur inter ſponſos de præſenti, qui non conſummant ſtatim, vel poſt paucos dies à contractu matrimonium, interuenire familiaritatem aptam inducere prudenter copulæ ſuſpicionem, neque enim ſolent intercedere res prædictæ communiter contingentes inter ſponſos habentes animum conſummandi matrimonium; Quod ſi intra bimeſtre talis familiaritas, & oſcula, ac tactus interueniſſent, idque communiter crederetur, non poſſet ſponſus in foro conſcientiæ cum tali præiudicio ſponſæ, tantóque eius damno, quod aliter quàm per perſeuerantiam in matrimonio non poſſet ſatis compenſari, ingredi religionem; ſicut etiam in tali caſu in foro externo neutri coniugum permitteretur ingreſſus in religionem, niſi clarè proba-
retur matrimonium non eſſe conſummatum. † Ad 104
quem ingreſſum vtrique ſponſo etiam intra bimeſtre impediendum Paludanus *d diſtinct. 27. quæſt. 3. art. 2 concluſione 1. ait*, quod ſufficit probare cohabitationem, quia tunc præſumitur copula, ſcilicet niſi oppoſitum clarè probetur: Id quod confirmatur doctrina Hoſtienſis *d. tit. de coniug n* 9. Alenſis *in ſumma p. 2. lib. 8 d. titul. 10.* dicentium, quod ſi quis contrahat cum corrupta, & demum alter vult ingredi religionem, & ambo iurare volunt, quod ſe minimè cognouerunt, eſt eis credendum ante traductionem per *cap. ex parte 2. de conuerſat. coniugat.* At poſt traductionem non debet credi eis, licet iuratis in præiudicium matrimonij per *cap. ſuper eo. de eo qui cognou. & cap. quanto, de diuortiis*; quam doctrinam nonnullos alios allegans approbat idem Sanchez *d. lib. 2. diſp. 23. n. 1.* vbi *n. 2.* cum Anchárano *in cap ex publico num. 3. titul. de conuerſ. coniug.* rectè ait in ſponſa virgine poſt traductionem ex aſpectu poſſe talem probari.

Præter ſupradictos caſus matrimonij non conſum- 105
mari etiam ſponſus, qui ſuam ſponſam, ſeu vxorem, quam nondum cognouit, inuitam proprio conſanguineo, vel alteri tradidit adulterandam, non poteſt licitè eâ inuitâ religionem intrare, idq; ratione grauis iniuriæ

illatæ, quâ vix, & difficulter aliter quàm per continuatum matrimonium reſarciri poteſt; & ſi ipſe ingrederetur, cogeretur ſponſa viuere ſemper cum perpetua confuſione. Ita poſt alios à ſe tacitis nominibus relatos Riccardus 4. *diſt.* 35. *art.* 2. ſeu *ſecundo principali q.* 2. Roſella V. *impedimenta impedimento* 1. *num.* 4. & Sanchez *lib.* 2 *diſp.* 22. *n.* 9. Neque oppoſitum ſentiunt Palatius 4. *diſt.* 27. *diſp.* 2. Tabiena V. *impedimentum* 2 *q.* 2. *fine*. Quibus in locis dum videntur ſentire huiuſmodi ſponſum poſſe ingredi religionem, tantum volunt, ſi ingrediatur, & profeſſionem emittat (licet mortaliter peccet id præſtans vxore violatâ inuitâ) diſſolui matrimoniũ, quia tantum erat ratum, & non conſummatum, quod verum eſt, vt conſtat ex dictis *n.* 97. *fine*. An vero ſponſus, qui initio contraxit matrimonium animo intra bimeſtre ingrediendi religionem, teneatur ſtare matrimonio, nec altero inuito poſſit religionem ingredi, peccétque grauiter contrahendo tali animo, examinatur infrà *capit.* 3. *n.* 25. *antecedentibus*, *& ſeqq.*

Coniux, qui non cogitat, ſeu intendit ingredi religionem, an ſtatim inito matrimonio teneatur alteri petenti reddere debitum, an verò pro toto primo bimeſtri poßit licitè negare?

106 Sed inſpiciamus an coniux, qui intra illud bimeſtre non cogitat, ſeu intendit ingredi religionem, poſſit licitè eodem bimeſtri, dum tali intentione caret non reddere debitum alteri id exigenti. Et negant in terminis ex Doctoribus *ſuprà n.* 49. *allegatis* Coninch *d. diſput.* 26. *n.* 46. Laymann *d. cap.* 2 *n.* 2. *verſic. ea propter*. Hurtadus *d. diſp.* 8. *n* 29. Caſtrus Palaus *p.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 3. *punc.* 2. §. 5. *n.* 7. Martinus Perez *de matr. diſp.* 20. *ſect.* 5. *n.* 23. *&* 14. & Diana *p.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 18. & idem videtur ſentire Riccardus 4. *diſt.* 32. *art.* 2. *quæſt.* 2. *ad* 1. Angelus V. *Debitum n.* 12. & Nauarr. *d. c.* 16. *n* 27. quatenus aiunt alterutrum coniugum ſtatim à contractu matrimonij non teneri reddere debitum coniugale ſi proponat, ſeu elegit velle religionem ingredi, & eo caſu ſtatuendum eſſe, ſeu dari terminum duorum menſium ad ingrediendum. Hoc idem innuere videtur Paludanus *d.* 27. *q.* 4. *art.* 2. *concl.* 1 *verſic. Dicendum.* vbi ait, quod ſponſus ſtatim à matrimonio contracto habet ius petendi debitum, niſi ſponſa vellet religionem ingredi. Probatur, quia ex vna parte ſtatim ac fit contractus matrimonij, traditur dominium corporis (vt *ſuprà* initio capitis oſtenſum eſt) & ex altera parte ius, *in d. cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* concedit dictum tempus duorum menſium cogitanti, & volenti ingredi religionem (vt videtur conſtare ſatis clarè ex contextu, ibi, *Et eadem ad religionem tranſire voluerit, &c.*) vt ingrediatur; ergo ſtatim ac fit contractus, qui non cogitat ingredi religionem, tenetur reddere alteri petenti, cum iſte excluſo caſu præmeditatæ religionis habeat ius ſtatim vtendi alterius corpore tanquam re ſua, niſi aliter inter ſponſos conuenerit, vel legitima conſuetudine introductum ſit. Neque verum eſt (inquit Coninch) duos menſes concedi, vt ſponſus ſponſam diutiùs deſideratam habeat chariorem, & vt interim neceſſaria ad ſolemnitatem nuptiarum præparentur; nam cum ius *in d. cap. ex publico* det rationem, cur eos concedat, ſine fundamento aliæ excogitantur cauſæ, & cum ſponſalia præcedant matrimonium, facile interim poſſunt neceſſaria ad ſolemnitatem præparari, & communiter fit, & etiam diuturnior negatio ſponſæ poteſt facile fieri ante contractas nuptias. Neque etiam (ſubdit idem Coninch) dicendum eſt ius concedere bimeſtre etiam non cogitanti de religione, quia interim tale deſiderium ei à Deo poteſt inſpirari, etenim hoc, ait, nec ex iure probari poteſt, nec conſiderabile eſt; cum rariſſimum ſit, & ius ſolum quæ ſæpius accidunt conſiderat *l. nam ad ea* 5. *ff. de legibus.* & ex prædictis Diana *d. reſol.* 18. reſoluit maritum intra bimeſtre poſſe abſque peccato mortali cognoſcere vxorem inuitam non cogitantem de religione ingredienda, cum tunc hac ſententia ſuppoſita habeat ius in corpus illius, & conſequenter vtendo vi nullam inferat iniuriam, ac proinde non peccat.

At communis, & probabilior opinio affirmat. Quia tempus duorum menſium conceditur à iure *in d. cap. ex publico*, conceditur (vt *ſuprà n.* 64. oſtenſum eſt) vt interim alteruter ex ſponſis de tranſeundo ad religionem poſſit deliberare, & quia hodie non intendit, poteſt Spiritu S. ductus propoſitum in melius mutare; ac proindè etſi non intendat modo ſtatum religioſum, vel non cogitet de illo eligendo, adhuc non obligatur reddere debitum, ſed donec ſit totum bimeſtre elapſum poteſt licitè negare, & traditio corporis facta in contractu intelligitur cum hoc beneficio iuris duos primos menſes concedentis ad non reddendum pro deliberatione ingreſſus, vt ſuprà dictum eſt. Et licet textus *in d cap. ex publico*, loquatur de muliere, quæ allegabat ſe velle ad religionem tranſire, tamen abſolutè concedit bimeſtre, vt interim poſſit deliberare, & non teneatur coniugi viro, & non niſi illo elapſo ad id cogi debeat, & ita etiamſi intra duos menſes iudicaret ſibi non expedire religionem, & propoſuiſſet nolle ingredi, adhuc tamen iuxta diſpoſitionem iuris in illo textu non teneretur reddere debitum, niſi elapſo duorum menſium ſpatio aſſignato. Hanc affirmatiuam tenent ex Doctoribus præallegato *n* 49. relatis, D. Thomas *d. art* 2. *ad* 2. Paludanus *diſt.* 32. *q.* 1. *initio*. Sotus *d. art.* 4. *verſic. præter hæc.* Syluester V. *Debitum n.* 2. *verſic. Quartus caſus.* Tabiena *d. n.* 4. Armilla *d. n.* 5. Victoria *d. n.* 280. Ioannes de Friburgo *d. q.* 34. Lopez *d. cap.* 83. *verſic. cæterum.* Flamma *d.* §. 12. Rodriquez *d. cap.* 238. *n.* 2 Carolus Tapia *d. cap.* 11. *n.* 14. Gutierez *d. cap.* 54. *n.* 18. Auguſt. Barboſa *collectan. ad d. cap. ex publico*, *n.* 9. Henriquez *d cap.* 5. *n.* 8. Sanchez *d diſp.* 24. Rebellus *d. q* 4. *n.* 11. Baſilius Pontius *d. c.* 9. *n.* 7. Filliuccius *d. t.* 2. *n.* 53. Villalobos *d. tra.* 13 *diffic.* 45. *n.* 1. & Auerſa *d q.* 21. *verſic. Quinto.* Idem etiam prius Diana *p.* 4 *tract.* 4 *reſolut.* 133. & plures alij à Sanchez, & Gutierez *relati*. Qui ferè omnes cum S. Thoma loco citato addunt etiam bimeſtre à iure concedi non ſolum ratione religionis, ſcilicet, vt ſponſi poſſint deliberare de ingreſſu religionis, ſed etiam, vt poſſint præparare neceſſaria ad ſolemnitatem nuptiarum & ne vilem habeat maritus vxorem datam, quam non ſuſpirauit dilatam. Quod idem tradit Aſtenſis *part.* 2. *lib.* 8. *titul.* 10. *quæſt.* 8. *in fine*, licet paulò ſuperiùs videatur priorem opinionem negatiuam innuere. Et ex his patet, virum cognoſcentem per vim in dicto bimeſtri vxorem non cogitantem de ingreſſu, peccare mortaliter, quia caret iure petendi, & vi opprimens infert iniuriam grauem. 107

Tranſacto bimeſtri an adhuc liceat ingreſſus in religionem, ſi matrimonium non ſit conſummatum?

Cæterum quamuis tranſacto illo bimeſtri coniux teneatur reddere, & non reddendo peccet, & alter nullam iniuriam irroget, ſi renuentem comprimat illata violentia iuxta dicta *ſuprà n.* 85. Nihilominus ſi tráſacto bimeſtri nondum conſummato matrimonio tranſeat ad religionem, & profiteatur, tenet profeſſio, & diſſoluitur matrimonium, & hoc omnes aſſerunt; ſed non caret aliqua difficultate, an poſt elapſum bimeſtre licitè poſſit ſtatim, & ſine mora ingredi religionem, & profiteri altero repugnante, idque illi ab Eccleſia ſit permittendum, ſi ſtatim tranſeat, & tempore debito ſine nimia procraſtinatione profiteatur. Et negat expreſsè Rebellus *p.* 2. *lib.* 3. *d. quæſt.* 4. *nu.* 11. vbi ſic habet. *Quod ſi lapſum ſit tempus termini, iam non licet ingredi altero repugnante, ſi tamen ingrediatur quantumcunque ſit temporis elapſum* 108

Digitized by Google

elapſum ante conſummationem, ſemper profeßio erit valida, eſto ſit illicita. † At affirmant communiter Doctores Gloſſa *in d.c.ex publico, de conu.coniug c.v. intra duorum, ibidem.* Hoſtienſis *eodem verbo.* Innocentius, Buttius, Cardinalis, Ancharanus. Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad* 107
idem cap n.9. Marcus Antonius Cuccus *lib.5.inſtit maior. tit.12.n.20.* Gutierez *d.cap.54.n.19.* Sylueſter *v. votum q.3. dicto* 1. Sanchez *d.diſp.24.n.27.28.* Pontius *d.cap. 9.nu.7.* Villallobos *d. diffic.12.n.4.* Layman *d.cap 5. num. 2. verſic. ſecundo etſi.* Filliuccius *d.cap.2.nu.53. &* Hurtadus *d.diſp. 8.nu 30.* Probant, quia ex eo quod ſit tranſactum bimeſtre à iure conceſſum ad non conſummandum, & eo elapſo coniux alteri exigenti iniuſtè neget debitum, & in hoc peccet, non ideo tamen amittit priuilegium ingrediendi religionem, & aſſumendi ſtatum perfectiorem, ſi nondum ſit matrimonium conſummatum; cum hoc priuilegium ingrediendi, & diſſoluendi matrimonium ratum per profeſſionem ſit à Chriſto Domino abſolutè conceſſum coniugibus in fauorem animę, & perfectioris ſtatus. Quare ingreſſus iam non poteſt reuocari ab aſſumpto ſtatu: & ſi ſub excommunicatione latæ ſententiæ præceptum ſit ei à iudice (vt præcipiendum eſſe tradit Hoſtienſis) vt tráſacto bimeſtri, vel alio termino illi poſt bimeſtre præfixo conſummet, & eo elapſo non conſummet, incidet quidem in excommunicationem ob contumaciam, ſed ſi tranſeat ad religionem, poſt tranſitum erit abſoluendus; vt rectè Hoſtienſis, & poſt eum Sanchez. Et iuxta dicta Marcus Antonius Cuccus *d.n.20.* (quem ſequitur Sanchez) rectè docet ſponſum, qui religionis voto ligatus erat, teneri eodem bimeſtri tranſacto ad religionem tranſire. An vero coniux, qui ante conſummatum matrimonium ſiue intra, ſiue poſt bimeſtre ingreditur religionem & profitetur, teneatur reſarcire damna, ſi quę inde alteri coniugi manenti in ſeculo fuerint ſubſecuta, vt ſæpè contingunt; Angelus *v. Religioſus n.9.* & Sylueſter *v. Religio 2. quæſt.4. fine*, affirmant: ſed verius eſt non teneri, vt docent Paludanus *in 4.d.38.quæſt.3.art.2. concluſione 3. fine.* D. Antoninus *2.p.tit.11 cap.2* §. 1. fine, & Sanchez *lib.4.ſumm.cap.19.nu.34.* Et ratio eſt, quia cum hic ſponſi, aut ſponſæ tranſitus ad religionem nondum conſummato matrimônio à iure permittatur, & vacet culpâ, non debentur damna ſubſequuta, atque par eſt vtriuſque coniugis conditio, cum vterque poſſit ea ratione à contractu matrimonij reſilire. Confirmatur pet es, quæ cum aliis Sanchez *d.n.34.* Azorius *1.p.lib 12. cap. 1.q.4.* Medina de *reſtitutione q 3. cauſa 8. ad 4.* Suarez *tom. 3. de religione lib.5.cap.7.n.13.* Leſſius *de iuſtitia lib.2.cap.4?. n.35.* & Caſtrus Palaus *3.p. tract.16.puncto.7.§.4.nu.6.* tradunt de eo, qui alteri promiſit ſe aliquid in eius vtilitatem facturum v. g. alios ad tempus docturum, vel ad aliquod officium longo tempore adminiſtraturum, vel perpetuò ſeruiturum in hoſpitali, aut præſtiturum aliquod aliud obſequium, quem dicũt nondum adimpleta promiſſione poſſe ad religionem tranſire, nec teneri ad intereſſe, ſeu damnum inde ſubſecutum, quia in his, & ſimilibus cõtractibus videtur exceptus ſtatus
108 perfectionis, vnde intelligitur tacita conditio, niſi ad religionem tranſire electum ſit; non enim illi contractus ita interpretandi ſunt, vt cenſeatur promiſſor ſibi aditum ad ſtatum perfectionis voluiſſe intercludere, cum id magnæ eſſet inſipientiæ; atque ita electo tranſitu nihil debetur, cum obligatio contractus omninò extinguatur quaſi ceſſante conditione, ſicut ſi ea conditio in contractu expreſſa eſſet. Quod aiunt procedere etiamſi ſimiles contractus iuramento ſint confirmati, adhuc enim promiſſor poteſt tranſire ad religionem reſarciendi intereſſe aliquod, quia iuramentum ſequitur naturam promiſſionis.

Bimeſtre conceſſum ſponſis de præſenti ad deliberandum de ingreſſu religionis, quot dies continere debeat, & quomodo computandum?

Ad dignoſcendum autem quandónam bimeſtre ſit 109
tranſactum, ac proinde quando incipiat ceſſare beneficium iuris in d. cap. ex publico, & coniuges obligentur ad reddendum ſibi inuicem debitum, & ad matrimonium cõſummandũ doctrina cõmunis eſt, duos menſes (quos ſupra *n.52.* diximus incipere vel à tempore cõtracti matrimonij, vel, ſi iudex interpellatus illos præſcribat à tempore aſſignationis) quoad dierum numerum pro ſingulo menſe eſſe computandos eo modo, quo tunc occurrunt in Calendario, ſeu iuxta communem ſupputationem, & diſtributionem ſingulis menſibus deſignatam, & de momento ad momentum. Ita Sanchez *d.diſp.24.n.21.* Gutierez *d.cap.54.n.17.fine.* Auguſtinus Barboſa *collectan ad d. cap. ex publico, nu. 9.* Baſilius Pontius *d.cap.9.n.5. &* 6. & Filliuccius *d. cap. 2. nu. 52.* De qua re latè egi in moralibus variis *tom. 2. tit.2.§. 21.* vbi oſtendi duorum menſium computationem incipere à puncti contracti matrimonij, vel aſſignationis factæ per iudicem, & debere eoſdem duos menſes eſſe omninò conpletos, ita vt vltimus dies debeat totus pertranſiiſſe, vt inſurgat obligatio reddendi debitum: vide ibi, vbi etiam §. vigeſimo ſecundo explicaui, an in computatione dicti bimeſtris, ſi dies biſſextus contingat in aliquo ex duobus menſibus, illi duo dies ſint computandi pro vno, an habendi tanquam duo diſtincti.

SVMMARIVM

§. Sexti, Septimi, & Octaui.

Coniugi debitum coniugale petenti in loco publico alter non tenetur reddere, neque etiamſi peteret in loco, vbi ſoli reperirentur, eſſet tamen periculum aliquos superuenturos. numer.110. 112.

Petere, & reddere publicè eſt peccatum mortale. n. 110.

Immo etiam amplexus, tactus, & oſcula inter coniuges facta publicè apta ad prouocandum ad libidinem ſunt peccatum lethale nu. 111.

Impotentia coëundi excuſat à reddendo, ſiue coniux factus ſit impotens ex cauſa licita ſiue illicita. n.113.

Coniux tenetur conſeruare vires ad reddendum debitum neceſſarias. n. 114.

Vir pollutionum, aut fornicationum frequentia ſe reddens impotentem ad reddendum debitum peccat mortaliter, etiam contra iuſtitiam obligantem ad debiti redditionem. n.115.

Coniux etiam medijs alias licitis, v. g. graui pœnitentiâ, nimiis ieiuniis, diuturnis vigiliis, & orationibus ſe reddens impotentem peccat mortaliter, à quibus propterea abſtinere debet. num. 116.

Vigiliæ impediunt ſpermatis generationem, & quinam ſomnus ſit minus aptus ad eiuſdem ſpermatis procreationem. ibidem.

Vxor tenetur abſtinere ab abſtinentiis, & ieiuniis voluntariis, ſi illis reddatur pallida, & deformis, cum periculo, vt fiat odioſa marito. n. 117.

Coniux ſi reddatur impotens ad reddendum debitum moderatè poſtulatum excuſatur à ieiunio de præcepto. n. 118.

Quid ſi vir facilè poteſt auertere vxorem à petitione, & non ſit periculum incontinentiæ? n.119.

Excuſatur vxor à ieiunio de præcepto, ne deformis reddatur, & inde exoſa ſit marito, vel notabiliter minus dilecta. n.129.

Fœmina, quæ nubere optat, excuſatur à ieiunio, quo deformis redderetur, ad nuptias facilius contrahendas. n. 121.

Excuſatur vxor à præcepto ieiunij, ſi vir ei præcipiat, nè ieiunet, & ex inobedientia oritura eſſent ſcandala, & notabiles rixæ, aut diſcordiæ. n. 122.

An tunc debeat requiri diſpenſatio à ſuperiore. n. 123. 124.

Vir ſine rationabili cauſa faciens tale preceptum, peccaret grauiter. num. 125.

Neque vxor à ieiunio excuſaretur, ſi vir præciperet in contemptum ieiunij, & præcepti Eccleſiaſtici. n. 126.

A ieiunijs, & pœnitentiis moderatis non tenetur coniux abſtinere, nec à ieiunio eccleſiaſtico excuſatur, ſi indè fiat tantum minus potens ad debitum perſoluendum, niſi ad euitandum in altero coniuge periculum incontinentia neceſſaria ſit frequentior copula. n. 128.

Quæ attendenda ad dignoſcendum, an abſtinentia, & pœnitentia minuant, nec nè notabiliter potentiam coëundi, ſeu reddendi debitum ibid.

Coniuges an poſſint vouere abſtinentias cum præiudicio alterius, vel aſſumere habitum tertij ordinis S. Franciſci. numer. 129. 130.

An teneatur vir vti cibis calidis, & aliis irritamentis ad venerem, quibus potens, vel potentior reddatur ad copulam coniugalem. n. 131. 132. 133.

Naturalis impotentia coëundi temporalis non eſt impedimentum dirimens matrimonium. n. 134.

Impotentia coëundi tàm ex parte viri, quàm ex parte fœminæ temporalis, & non dirimens cenſetur, cuius impedimentum humana induſtria tolli poteſt abſque mortis, aut grauis morbi periculo, & abſque peccato, & habilitas ad coëundum ſit duratura. n. 135. ad 140.

Cur talis impotentia temporalis non impediat valorem matrimonij, & mutuam obligationem ad copulam. n. 141.

Impotentia temporalis etſi ignota alteri contrahenti non dirimit matrimonium. n. 142.

Perpetua impotentia quæ ſit. n. 140.

Valet matrimonium contractum cum fœmina valdè arcta, cui remedio, ſeu inciſione, ſubueniri poteſt abſque vitæ, vel morbi grauis periculo, licet ipſa renuat inciſionem, & quodcunque remedium n. 143. 144. 145.

Etiam quando impotentia viri ex ſolo obſtaculo integritatis virginalis prouenit, quæ non poteſt tolli medicamine eidem viro applicato, poteſt, ſi medicamenta fœminæ applicentur, aut clauſtrum incidatur, auferri ſine periculo mortis, aut grauis morbi eiuſdem fœminæ, non eſt impedimentum dirimens, ſed valet matrimonium. n. 146 ad 158.

Si vir ſit impotens reſpectu virginis, potens autem reſpectu corruptæ, an cenſendus ſit ſimpliciter potens etiam ad virginem, & valeat matrimonium cum virgine contractum. numer. 147.

Reſeratio arctitudinis, vel clauſtri virginalis carens periculo ſi fiat, vt mulier nupta reddatur apta viro, eſt licita, neque aduerſatur honeſtati. n. 150. 151. 156. & 158.

Fœmina nupta arcta, an teneatur pati inciſionem, quâ abſque periculo poteſt reddi apta viro n. 159. 160. 161.

Vbi congreſſui viri imbecillis obſtat ſolum clauſtrum virginale, an virgo nupta teneatur pati remedium, quo abſque periculo poteſt clauſtrum aperiri, & ipſa viro coaptari. numer. 162. 163. 164.

Quæ cautela, ſiue quibus attentis ſit ad talem inciſionem deueniendum. n. 165.

An fœminam fauore matrimonij patientem inciſionem, ac læſam manentem teneatur vir alere, ſi matrimonium inducetur irritum. num. 166.

Arctæ renuenti inciſionem, quâ poteſt reddi apta viro, illius non licet vſus coniugij, liceat tamen tactus abſque periculo pollutionis. n. 165. fine.

§. VI.

A reddendo debitu coniugali excuſat honeſtas, & verecundia, vt ſi in loco publico petatur.

110 ALtera ergo cauſa excuſans à redditione debiti eſt
ſi petatur in loco publico, ſeu publicè, & in
conſpectu aliorum. Ita Maior *in 4. diſt. 32. concluſione 1.*
Nauarrus *in ſumma cap. 16. num. 25.* Petrus Ledeſma *de*
matr. q. 64. art. 7. ad 1. Caraoeos Epiſcopus Chiemenſis
in ſua ſumma tit. de debito coniugali initio, Sanchez *lib. 9.*
de matr. diſp. 15. num 1. Fagondez *in decalog. lib. 9. cap. 6. n. 1.*
Baſilius Pontius *de matr. lib. 10. cap. 10. num. 1.* Villallobos
1. p. ſumm. tract. 13. diff. 41. num. 4. Filliuccius *p. 1. tract.*
10. cap. 9. num 326. Hurtadus *de matr. diſp. 10. diff. 4. initio.*
Auerſa *de matrimonio q. 21. ſect. 6 initio* & colligitur etiam
ex aliis Doctoribus *relatis hoc cap. 1 num. 1.* Probatur primò,
quia actum coniugalem exercere publicè, & coram
aliis, eſt contra decentiam, & honeſtatem humanam;
poſt peccatum enim primi parentis homines
de membris genitiuis verecundantur, & ea occultant
inſtinctu naturali, quod ſignum eſt, eorum actus
debere eſſe occultos, & ſi fiant in publico, eſſe contra
verecundiam, decentiam, & honeſtatem humanam;
id quod etiam Ariſtoteles ſecundi œconomorum
3. ex Homero probat dicens, *Nam neque amorem,*
neque timorem abſque verecundia laudat Homerus; *ſed vbique*
amare præcipit cum modeſtia & pudore; Et certè quid
turpius, aut indignius quam publicè miſceri aliis etiam
aſpicientibus partem libidinis? Lege Lycurgi viri
cum legitimis vxoribus niſi clam actum coniugalem
poterant exercere, vt refert Plutarch. *in vita Lycurgi*, &
etiam apud Romanos, vir primò ſponſam non cognoſcebat
niſi ſecretè, & in tenebris, cuius rei rationem
Plutarchus q. Rom. 65. ad verecundiam refert,
vt non tantum in coitu illicito, ſed & in legitimo pudor
adhibeatur: Immò ranæ (animal alioqui fœdiſſimum)
horrent commixtionem diurnam, noctuque
coire ſolent ex Æliano *lib. 13.* Tandem Venus appellata
eſt Melanis, ſeu Melænis, quia (inquit Pauſanias
in Arcadicis) concubitus hominum non diuturni
eſſe debent velut pecudum, ſed latentes, & nocturni.
Secundò, quia ſi actus coniugalis fieret in publico,
cum homines ſint ad carnis vitia procliues,
aperiretur via peccandi, & proximos aſpicientes ſcandalizandi
præbendo illis talem occaſionem ruinæ ſpiritualis.
Quare præallegati Doctores vnanimiter
concludunt petere, & reddere debitum in loco publico,
& coram aliis eſſe peccatum lethale, idque non
ſolum ratione ſcandali, ſeu occaſione ruinæ ſpiritualis
aſpicientium, ſed etiam (ſecluſo omni ſcandalo) ratione
ſolius turpitudinis actus aduerſantis verecundię,
decentiæ, & honeſtati humanæ, ob quam grauiter
diſſonat rationi; vnde infames haberentur homines,
qui in publico commiſcerentur; ex quo etiam patet,
nulla neceſſitate à culpa graui poſſe excuſari actum
coniugalem ſi fieret publicè, vt etiam in terminis Ledeſma,
Sanchez, & Villallobos. † Immò non ſolum 111
actus coniugalis, ſed etiam oſcula, amplexus, & tactus
coniugum facta in publico; ſi talia eſſent, vt inducerent,
ſeu prouocarent ad venerem, eſſent peccatum
mortale propter eandem indecentiæ, & ſcandali malitiam,
vt Sanchez, Auerſa, Filliuccius *locis citatis*, &
Sà *v. peccatum num* 10. vbi dicit, facere id, quod ex natura
ſua inducit ad mortale, eſſe mortale, & exemplificat
in detegendo pudenda coram altero ſeu abſque 112
rationabili cauſa, puta medicinæ. † Ex quibus infertur,
quod etiam ſi maritus ab vxore peteret debitum
in loco, in quo ſoli reperirentur, ſi tamen foret periculum
aliquos eſſe ſuperuenturos, qui illos actui coniugali
vacantes detegerent, & aſpicerent; non teneri
tunc vxorem ad redditionem, quam præſtare non poſſet
niſi exponendo ſe periculo ingentis verecundiæ,
quam propter reddendum debitum non tenetur ſubire;
immo nec poſſet in tali caſu debitum reddere propter
dictam rationem indecentiæ, & ſcandali, quæ in
eodem caſu militaret.

Digitized by Google

§. VII.

Impotentia coëundi excuſat à reddendo debito coniugali, & qua ratione peccet coniux cauſis honeſtis, vel illicitis, & turpibus reddens ſe impotentem ad reddendum moderatè debitum?

113 CVm autem impoſſibilium nulla ſit obligatio *l. impoſſibilium, ff. de regulis iuris*, nulla eſt obligatio reddendi debitum, ſi coniux requiſitus ex aliqua corporis imbecillitate reddere non poſſet, ſeu ex alia cauſa eſſet impotens ad coëundum, id quod etiam tradunt omnes Doctores, S. Thomas *in additione ad 3. p. q. 46. art. 1. ad 3.* Riccardus *in 4. diſt. 33. art. 1. q. 1. ad 1. ibidem* Palud. *q. 1. art. 2. concl. 3.* Sotus *q. 1. art. 1. fine.* D. Antoninus *3. p. tit 1. c. 20. §. 10.* Aſtenſis *in ſumm p. 2. lib. 8. tit. 10. q. 2.* Ioannes de Friburgo *in ſumma lib. 4. tit. 2. de matr q. 36.* Angelus *v. Debitum coniugale num. 3.* Sylueſter *eod. nu. 1.* Tabiena *eodem 3 n 1.* Graffius *deciſ. aur p. 2. lib. 1. cap. 14. nu. 14.* Cataneus *in ſumm. tit de debito coniugali initio.* Sanchez *lib. 9. diſp. 3. initio.* Baſilius Pontius *lib. 10. cap. 2.* Reginaldus *lib. 31. num. 285.* Coninch *de ſacram diſp. 34. dub. 2. numer. 18.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 3. cap. 1. num. 2.* *Bonac. q. 4. p. 1. num. 2.* Villallobos *p. 1. ſum.* Theolog. mor. *tract. 23. diffic. 44. numer. 7.* Filliuccius *tom. 1. p. 2. tract. 10. cap. 9. nu. 310.* Hurtadus *de matr. diſp. 10. num. 52.* Auerſa *de matr. q. 21. ſect. 1. & alij ſupra num. 1 allegati.* Quod procedit, ſiue coniux ob præcedentem actum copulæ cum altero coniuge ſit redditus impotens ad iterum reddendum debitum, ſiue propter aliam cauſam ſiue licitam, ſiue illicitam, vt tradunt iidem Doctores, cum ſemper vigeat illa ratio, quod ad impoſſibile quis non obligatur. Etſi quando coniux propter ſuam culpam, & illicitam cauſam ſit impotens, peccat tunc ita reddendo ſe impotentem, & non redditio reſpectu eius poſſit dici culpabilis in cauſa, & etiam ei in cauſa imputari peccatum alterius coniugis, ſi propter hoc fornicetur; & hoc tantum voluerunt S. Thomas, D. Antoninus, Aſtenſis, Ioannes de Friburgo, & Graffius *locis allegatis*, dum docent, ſi coniux, nempe vir reddatur impotens ex cauſa non licita, eum non reddendo peccare, & peccatum vxoris, ſi propter hoc in fornicationem labatur, aliquo modo ſibi imputari, & ideo debere, quantum poteſt, dare operam, vt vxor contineat; loquuntur enim de peccato in cauſa illa illicita, propter quam redditus eſt impotens.

114 Itaque certum eſt, obligationem ineſſe coniugibus conſeruandi vires, quibus indigent ad moderatè, & iuxta rationem vacandum actui coniugali, reddendo, vel petendo prout oportuerit, debitum; & peccare mortaliter coniugem, qui modis, ſeu mediis illicitis ſe reddit impotentem ad reddendum coniugale debitum; vt omnes præallegati Doctores concludunt; eo quia lex iuſtitiæ, quæ obligat ad finem, nempè ad reddendum, obligat etiam ad media neceſſaria, vt reddi poſſit debitum, ſcilicet ad conſeruandas vires, & ad non reddendum ſe impotentem mediis illicitis; vires enim, & potentia ad actum coniugalem ſunt medium neceſſarium, ac proindè non minus peccat mortaliter coniux modo illicito reddens ſe ad perſoluendum impotentem, quam quiuis alius ſcienter ſe faciens impotentem ad alia debita ciuilia perſoluenda.

115 Hinc ſi vir frequentibus pollutionibus voluntariis, vel crebrò accedendo ad alias fœminas ſe redderet notabiliter impotentem ad reddendum, id aduertens, peccaret mortaliter non ſolum contra caſtitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, qua ad reddendum obligatur. Ita iidem Doctores, & ita in confeſſione tenetur aperire ſe reddidiſſe impotentem.

Similiter ob eandem rationem, ſi id aduertens coniux conſiderata eius complexione, redderet ſe impotentem mediis aliàs licitis, puta graui, & indiſcreta afflictione, aut pœnitentiâ, vel nimiis ieiuniis, aut diuturnis vigiliis, & orationibus, peccaret mortaliter, id quod tradunt in terminis Palud, Ricchardus, Sylueſter, & alij *præallegati.* Vnde, inquit Paludanus, viro non eſt iniungenda tam grauis pœnitentiâ, quâ fiat impotens reddere debitum vxori iuuenculæ, & feruenti, puta ieiunia, & vigiliæ, quæ deſiccant ſperma; nam multum vigilantes (addit idem Palud.) rarò ſpermatizant; nec in ſomno meridiano, qui eſt tenuis, fit reſolutio, nec in ſomno ſoliciti de lectione, vel ſermone, ſed in ſomno profundo maximè auroræ, in digeſtione completa, & hora ſanguinis. 116

Item ob eandem rationem obligationis iuſtitiæ reddendi debitum coniugale, vxor ſi abſtinentiis, ac ieiuniis pallida, & deformis reddatur, timerique poteſt ex hac cauſa odioſam futuram marito, & auertendum coniugis animum ab ipſa ad quærendas alias fœminas (quod attento viri ingenio, & moribus iudicandum erit) tenebitur ab huiuſmodi abſtinentiis maximè voluntariis (nam quid ſentiendum ſi fecerint ex præcepto dicam mox) deſiſtere, vt in terminis Sylueſter, Reginaldus, & Pontius *locis citatis*, & colligitur etiam ex Doctoribus duobus ſequentibus numeris allegandis. 117

Coniux, ſi reddatur impotens ad ſoluendum excuſatur à ieiunio de præcepto; & an excuſetur vxor à ieiunio, ſi à marito præciperetur ieiunium frangere, & ex inobedientia notabiles diſcordiæ exorituræ forent?

Inſuper ob eandem rationem coniux excuſatur à lege, ſeu præcepto ieiunij, ſi ob id reddatur notabiliter impotens ad reddendum debitum coniugale moderatè poſtulatum; obligatio enim reddendi debiti eſt iuſtitiæ, ieiunij autem temperantiæ, & obedientiæ, aut religionis; fortius autem eſt vinculum iuſtitiæ, quàm temperantiæ, aut religionis, vt patet, & ita in terminis aſſerunt Sanchez, Pontius, Layman, Bonacina, Hurtadus, Auerſa, & Reginaldus *locis ſupra n. 113. relatis*, Caietanus *in ſum. v. ieiunium.* Nauarrus *in ſum. cap. 21. num. 16. fine.* Lopez *1. p. instructorij de ieiunio cap. 11.* Graffius *2. p. deciſ. cap. 36. num. 47. §. cauſa ob quas, in 2. cauſa* Sà *v. ieiunium §. 9.* Leſſius *lib. 4. de iuſtit. cap. 2. num. 44.* Fagundez *in præc. Eccl. præc. 4. lib. 1. c. 8. n. 18.* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 54. num. 26.* Villallobos *loco ſupra allegato, & eadem p. 1. tract. 23. diffic. 4. numer. 17.* Filiuccius *vbi ſupra, & tom. 2. tract. 27. cap. 9. numer. 119.* & plures alij, quos referunt Fagundez, Ioannes Sancius *locis citatis*, & Sanchez *d. diſp. 3 num 11.* 118
† Vbi etiam rectè aduertit contra Lopez virum ex hac cauſa non reddendi ſe notabiliter impotentem excuſari à ieiunio non ſolum quando in ſi die illa ieiunij, quâ debitum ſignis vxor petit, vir reddat, patietur ipſa incontinentiæ periculum, aut ægrè feret, aut ſuſpicabitur virum eſſe erga alias fœminas affectum, ſed etiam ſi precibus, & blandis verbis poſſit ipſam auertere; quia non obligatur ratione ieiunij ſeruandi auertere vxorem à debiti petitione, licet poſſit. Quemadmodum faber diues non tenetur ratione ſeruandi ieiunij ceſſare ab opere ſeruili, quo ad ſuſtentationem non indiget. Quod idem ſentit Ioannes Sancius. Prædictæ autem doctrinæ videtur contradicere Palud. *in 4. diſt. 15. q. 4. a. 2. concl. 1.* vbi ait coniugatos à ieiunio eccleſiaſtico non excuſari ex eo, quod indigent alimento pro generatione, quia, inquit diebus ieiuniorum non debent vti illis actibus, & quia ſufficit ſemel in anno imprægnare (ſunt verba ipſius) & cum in ieiuniis adhuc plus abundent ſemine, quàm ſit neceſſe. Ita Paludanus, cuius dictum ſi procedat, 119

vt

Digitized by Google

Vt non excuſentur ob eam tantum rationem, vt valeant generationi, cui in alio tempore commodè incumbere poſſunt admitti poteſt, ſecus ſi vellit non excuſari ea eo, quod ſi coniux ieiunet efficietur notabiliter impotens ad reddendum debitum alteri coniugi, poſtea etiam proximè petenti, vt conſtat ex illa ratione, quod obligatio iuſtitiæ præfertur obligationi abſtinentiæ, aut religionis; neque verum eſt, quod diebus ieiuniorum coniux non teneatur debitum reddere, vt
120 oſtenſum eſt *ſupra n.48.* † Excuſabitur etiam vxor à ieiunio ratione conſeruandi amoris mariti erga ſe ipſam, vt ſi ieiunans pallida, & deformis reddatur, & à marito deſpiciatur, aut non multum diligatur, ita vt ea ieiunio minuatur verè amor ſenſibiliter, patitur enim notabile damnum, & mutuus coniugum amor valdè neceſſarius eſt ad vitam coniugalem quietè agendam.
121 Ita Doctores *n.118. relati. & alij apud ipſos.* † Et idem dicendum de fœmina nubere volente; ſi enim ieiunio deformis efficiatur, ita vt difficilius multò nubat, excuſabitur à ieiunio, cum id notabile damnum ſit. Ita Lopez, Sanchez, Pontius, Fagundez, Ioannes San-
122 cius *locis citatis*, & prius D. Antoninus *d.§.10.* † Non teneri etiam vxorem ſeruare ieiunia de præcepto, quando à marito frangere præciperetur, & ex inobedientia notabiles diſcordiæ oriundæ forent; cum poſitiua præcepta non obligent cum ſcandalo, *cap. nihil cum ſcandalo 2. de præſcriptionibus.* & charitas, ſeu mutuus amor coniugum ieiunio præferendus ſit *cap. non mediocriter, de conſecrat. d. 5.* & gratius Deo ſit conſeruare pacem, & impedire mala ex odio prouenientia, quàm ieiunare, docent Syluester *v. ieiunium num.25.* Ioannes de Friborgo *lib.1. ſum tit.12. q.27.* Nauarrus *cap.21. num. 19.* Azor. *p. 1. lib.7. cap.18. q.7.* Fagundez *d. lib.1. cap. 9. nu. 9.* Trollench *lib.3. cap.2. dub.7. num.22.* Leſſius, Pontius, Lopez *locis ſupra relatis*, Sanchez *d. diſp.3. num.13.* Villallobos *d. tract. 23. diffic.4. num.13.* Graffius *d. cap.37 num.53.* Ioannes Sancius *diſp.54. num.26 & alij communiter* apud Sanchez, & Ioannem Sancium. Vnde reiicienda eſt doctrina Paludani *in 4. diſt.15. q. 4. art. 1. concl.8.* dicentis, vxorem non excuſari propter ſcandalum, eo, quia (inquit) hoc videtur ſcandalum Phariſæorum, & per conſequens contemnendum, ſi non vult virum ieiunare, niſi
123 probabiliter timeretur infirmitas, vel debilitas. † Et licèt Syluester, Ioannes de Friburgo, Graffius, & nonnulli alij à Sanchez relati, iudicent in tali caſu fore requirendam licentiam, ſeu diſpenſationem ſacerdotis, ſeu ſuperioris, idem tamen Sanchez, & Ioannes Sancius aiunt, non eſſe neceſſarium; quod ſentiunt etiam alij ſupra allegati, dum abſolutè dicunt vxorem in ſimili caſu excuſari à præcepto ieiunij, & admittunt etiam alij, ſi nondum obtenta diſpenſatione vitaretur vi-
124 ti ſcandalum. † Temperat, & rectè Ioannes Sancius niſi dubium rationabile eſſet, aut odia, ſeu rixæ, & diſcordiæ magnæ conſiderationis vel leuis eſſent cenſendæ, quo caſu opus eſſet ſaltem declaratione perſo-
125 næ doctæ, ſeu aliàs benè intelligentis. † Porrò grauiter peccaret maritus abſque legitima cauſa impediens vxorem ab obſeruatione ieiuniorum eccleſiaſticorum, vt Nauarrus *in ſum. cap. 14. num.19.* Toletus *lib. 5. cap. 2.* Henriquez *lib.11. cap. 18. num 1.* Fagundez *de præcep. deca-*
116 *log. præcepto 4 lib.4. cap.7. n.4.* † Neque vxor excuſaretur ab obſeruatione ieiuniorum ob mariti præceptum, ſi in contemptum ieiunij id faceret maritus, vt ſi hæreticus vellet vxorem cœnare, vt hac ratione oſtendat vxoris facto ſe poteſtatem Eccleſiæ aſpernari, tunc enim potius mors oppetenda, quàm parendum, vt docent Azorius, Sanchez, Leſſius *locis ſupra num.112. allegatis.* Nauarrus *prælud. 9 num.18.* Ioannes Sancius *d.*
127 *diſp.54 num.26.* † Vbi in fine declarat illud quod ſupra *numer.122.* dictum eſt, ſcilicet quod præcepta poſitiua non obligant cum ſcandalo, intelligendum eſſe, quando ex ſcandalo ſumpto ab alio nocumentum temporale euenturum eſſet præceptum ſeruanti, puta flagellatio, ſeu verbera, diſcordiæ magnæ, &c. tunc enim non ob ſcandalum ceſſat præcepti obligatio, ſed ob imminens nocumentum, cum leges poſitiuæ cum noſtro graui detrimento non obligent. Vnde ſi vxor (ſubdit Sancius) velit ſuſtinere diſcordias, ſiue alia mala à ieiunio ceſſare non tenebitur, nec ad aliud à Confeſſariis poterit obligari, & ſibi imputet maritus blaſphemias, & maledictiones à ſe prolatas; eo modo (inquit) quo nec obligatus non audire miſſam ſaltem in die feſtiuo ob ſcandalum aliorum illam laſciuè concupiſcentium, vt tradunt magis communiter Doctores; & iuxta hoc addit idem Sancius, quod rectè Paludanus *loco ſupra num. 122.* citato dixit, ſcandalum mariti vxori ieiunium de præcepto prohibentis eſſe Phariſæorum, nec omittendum ieiunium, niſi adſit alia iuſta cauſa. Sed contra hanc declarationem quoad particulare vxoris eſt, tum quia non poſſunt eſſe diſcordiæ, & odia ſine danno eiuſdem vxoris, etiam ſi non interueniant verbera; graue enim mulieris malum eſt non diligi à marito, & audire eum blaſphemantem, aut maledicentem; tum quia ratio mutui amoris conſeruandi inter coniuges. quæ ſpecialiter militat in vxore, poſtulat, vt ipſa, cum alias ſit ſubiecta marito tanquam capiti; eundem amorem quoad fieri poteſt, conſeruet, rixarumque, & odij occaſionem auertat. Quare cum in tali caſu excuſetur ab obſeruatione ieiunij (vt tradunt prædallegati Doctores, & ſentit idem Sancius) quia mutuus coniugum amor ieiunio præfertur, & ita poſſit licitè ieiunium ſoluere, id facere tenetur: fœmina autem licet in die feſto poſſit licitè omittere miſſam ad euitandum ſcandalum aliorum illam laſciuè concupiſcentium, ad id tamen iuxta probabilem opinionem, non obligatur, quia eo caſu ipſa non ita obligatur proſpicere ſaluti ſpirituali aliorum, ſicut tenetur vxor ad conſeruandum mutuum amorem coniugalem, & ita puto ſentire alios Doctores *num. 121.* allegatos, cum abſolutè loquantur ſine vlla declaratione, & videntur expreſsè tenere Syluester, & Nauarrus *iiſdem locis*; vbi in ſpecie loquuntur de blaſphemiis viri ieiunij ſolutionem præcipientis, impediendis. Porrò ſimplex, & ſolum præceptum ſine minis, aut periculo diſcordiarum, vel alterius notabilis incommodi non eſſet ſufficiens, vt vxor excuſaretur à ieiunio, cum magis ſit obediendum Deo, quàm marito iniuſtè præcipienti *arg. textus in cap. ſi Dominus cap. Iulianus 11. quæſtion. 3.* & ita in terminis Graffius, Fagundez, & Trullench, & colligitur manifeſtè ex aliis Doctoribus, & confirmant apertè ſuperius tradita.

Coniunx non tenetur abſtinere à ieiuniis, & aliis pænitentiis moderatis, quibus fit tantum minus potens ſecluſo periculo incontinentiæ in altero.

Cæterum *n.116. & 118.* Dixi, *coniugem non poſſe licitè ſe reddere impotentem ieiunio, &c. & excuſari à ieiunio eccleſiaſtico, ſi indè redderetur notabiliter impotens ad reddendum debitum moderatè petenti.* Quia ordinariè non tene- 128
tur coniux abſtinere à moderatis ieiuniis, vigiliis, & precibus &c. nec excuſatur à ieiunio eccleſiaſtico, ſi animaduertat, ſe non abſolutè, vel notabiliter impotentem effici, ſed ſolum minus potentem, & aliquantulum debiliorem reddi conſeruando vires corporis ſufficientes ad vxori moderatè petenti ſatisfaciendum, & quantum ratio ſpectata eius neceſſitate poſtulat, cum ad aliud coniuncti non habeantur, vt conſtat ex dictis *ſupra num.38.* Quod tamen intelligendum, niſi coniugi, ſeu vxori periculum incontinentiæ immineat; niſi vir ad copulam frequentiorem potentior efficiatur; tunc enim teneretur abſtinere à ieiuniis volun-

tatis

tatis, etſi moderatis, & etiam à præceptis iuxta dicta ſupra *num.* 47. lex enim charitatis quoſcumque obligat, nedum coniuges ad conſulendum neceſſitati ſpirituali proximi, vbi commodè, & abſque notabili proprio periculo ſubueniri poteſt. Et etiam lex charitatis ſtrictiùs obligat quàm eccleſiaſticum mandatum, vt dictum eſt *ſupra nu.*121. & prædicta tradunt ferè omnes Doctores *ſupra num* 113. relati, S. Thomas, Richardus, Paludanus, Sotus, Angelus, Syluester, Baſilius Pontius, Villallobos, Coninch, Layman, Reginaldus, Filliuccius, Bonacina, Aueiſa, Saochez *d. diſp.* 3. *num* 5. & 10. Ioannes Sancius *d. diſp.* 54. *num* 24. Quandonam autem ex ieiuniis, &c. coniuges poſſint incidere in notabilem impotentiam ad moderatè, & iuxta rectam rationem reddendi debitum, iudicandum erit attenta valetudine, & conditione viri (cum alij alijs ſint robuſtiores) & conditione, & genio vxoris, nam quædam remiſſiùs, & ardentius veneris ſtimulis incitantur, & appetunt actum coniugalem. Ita Sanchez, & Pontius.

Neuter coniux poteſt vouere abſtinentias, vigilias &c. in præiudicium debiti coniugalis, nec aſſumere habitum tertij ordinis ſancti Franciſci, aut Eremitarum.

120 Ex dictis *n.* 116. & 118. *& ſeqq.* infertur alteri coniugum ſine alterius licentia non licere vouere abſtinentias, vigilias, preces, & alia ſpiritualia exercitia, quæ obſtent debito coniugali moderatè reddendo. Vir enim, & vxor quantum ad debitum coniugale perſoluendum ſunt æquales, vt *ſupra num.* 14. oſtenſum eſt, & ita neuter ſine alterius licentia, eóue inuitu poteſt vouere aliquid in præiudicium eiuſdem debiti coniugalis ſoluendi moderatè petenti; Et ſi vouerit abſtinentias &c. quæ præiudicent &c. non tenebitur neque poterit implere, quatenus poſſunt moderatè debiti redditionem impedire. Ita Pontius, Filiuccius, Reginaldus, Bonacina, *locis num.* 113 *relatis.* Sanchez *aliis relatis d. diſp.* 3. *num* 7. *diſp.* 42. *num* 4. & *lib.* 4. *ſumm. cap.* 34. Sayrus *lib.* 4 *clau. cap. num.* 8 & 9. Fagundez *in decalog. præcepto* 3. *lib.* 2. *cap* 38. *num.* 21. & *præcept.* 4, *lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 16. & Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 2. *concl* 8. An verò talia vota ſint ipſo facto irrita examinabimus infra agentes de coniugum poteſtate irritandi vota, &c.

130 Secundò ex dictis *eodem num.* 116. & 117. infertur neutrum coniugem abſque conſenſu alterius poſſe habitum mutare, & indui veſtibus v. g. tertij ordinis S. Franciſci, neque poſſe abſque eodem conſenſu votum prædictæ mutationis exequi, niſi fortè eſſent ad breuiſſimum tempus, quia is habitus horrorem generat atque odioſum reddit, atque adeo obligationi reddendi debitum nocet, quare non licebit viro abſque conſenſu vxoris habitum eremitæ aſſumere, nec ſimiliter vxori indui veſtibus mulierum, quas Beatas vocant, quia huiuſmodi habitus, & veſtes coniugatos dedecent, & horrorem alteri pariunt. Ita ſylueſter *v. votum* 5 *q.* 1. *num.* 3. Roſella *eod.* 2. *n.* 9. Nauarrus *cap.* 12. *n.* 62. Sanchez *d. diſp.* 3 *num.* 9. Filliuccius *loco ſupra numer.* 113. *citato*, & Fagundez *d. cap.* 38. *numer.* 25. & *d. cap.* 7. *numer.* 15.

An cibis calidis, & ſimilibus veneris irritamentis teneatur vti coniux, vt fiat potens ad reddendum debitum, & quando illis poſſit licitè vti?

131 Tertiò ex dictis *n.* 128. infertur non teneri coniugem vti cibis calidis, vt fiat potens ad copulam, ſed tantum non reddere ſe impotentem; lex enim coniugij obligat tantum ad moderatè reddendum proprij corporis viribus attentis, vt *d. n.* 128. dictum eſt, & nè mediis illicitis, vel licitis, vt nimiis abſtinentiis &c. vires corporis notabiliter debilitentur, & cõſequenter prædictæ obligationi obſtaculum ponatur, atque adeo non tenetur aliis mediis vti, vt potens, vel potentior euadat; niſi ratione periculi incontinentiæ alterius coniugis, cui frequentiori copula ſubueniri poſſet, lege charitatis (per not. *ad num.* 128.) ad id aſtringeretur; & ita docent etiam Paludanus, D. Antoninus, Syluester, Tabiena, Reginaldus, Filliuccius, Villallobos *locis ſupra num.* 113. *relatis*, & Sanches nonnullos alios allegans *d. diſp.* 3 *num.* 6. † An vero extra caſum ſubueniendi pe- 132
riculo incontinentiæ alterius coniugis frequentiori copula indigentis liceat coniugibus vti cibis calidis, & aliis ad venerem irritantibus dicendum licere, modò ordinentur ad copulam habendam ob finem honeſtum, & gratiá ſuſcipiendæ prolis, vel procurandæ ſalutis corporis, aut ad fouendum amorem coniugalem, aut quid ſimile; cum enim copula propter ſimilem finem honeſtum ſit licita, licita quoque erunt media ad illam reſpectu eiuſdem finis ordinata. Fagundez *in Decalog præcept* 6 *lib* 6. *c.* 3. *nu.* 46. & Sanchez *cum aliis lib.* 9. 133
diſp 11 † Si autem huiuſmodi ciborum irritamenta ſolius libidinis cauſa à coniugibus adhibeantur, non erunt niſi veniale, modo abſit pollutionis voluntariæ periculum. Sanchez *d. diſp* 11. *num.* 5. Fagundez *d. nu.* 46. Rebellus *p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19 *num.* 19. Coninch. *diſp.* 24. *num.* 12. Pontius *lib.* 10. *cap.* 8 *num.* 8. Auerſa *quæſt.* 21 *ſect.* 4. *verſic. Admitti tamen poteſt*, Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. p.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 24. *q.* 18. (& *faciunt tradita à* Sanchez *d. lib.* 9. *diſp* 44. *num* 17. & 8 Fagundez *d. lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 34. & *à me tom.* 2. *moral var* §. 19 *nu.* 2201. & 2206 & 2207.) Mortale vero, ſi detur tale periculum. Ratio eſt, quia inter coniugatos ſola copula intra legitimum vas eſt licita, pollutio autem voluntaria cum ſit extra vas naturale, illis eſt mortaliter illicita; ac proinde ſi hæc irritamenta veneris ſumantur propter ordinem ad licitam copulam, licita erunt; ſi per ordinem ad pollutionem, illicita; cum media reddantur licita, vel illicita ex fine ad quem ordinantur. Ita Sylueſter *v. Debitum coniugale num.* 9. Armilla *v. eodem* §. 4. Nauarrus *in ſum. cap.* 16. *num.* 42. Caietanus *in ſumma v. matrimonium, vbi de vſu matrimonij verſic. vndecimum*, & cum aliis Fagundez *d. ca.* 3. *num* 37. *ad* 40. & *lib.* 9. *c.* 6 *num.* 1. ac Sanchez *d. lib.* 9. *diſp.* 44. *n* 8. & *ſeqq* & *d. diſp.* 45. *nu* 38. De qua te latè infra de vſu licito matrimonij.

§. VIII.

Mulier nupta, quæ ob extraordinariam arctitudinem, vel ob obſtaculum ſigilli virginalis à viro non poteſt cognoſci, an teneatur id viro exigente pati inciſionem, vel aliud remedium, quo arctitudo, vel obſtaculum ſigilli abſque peccato, & ſine vitæ periculo auferri poſſit?

Sed numquid ſi contracto matrimonio mulier nupta reperiatur arcta, ita vt ob extraordinariam eius arctitudinem vir non poſſit eius vas penetrare, & copulam peragere; vel ſi ipſa non patiatur defectum extraordinariæ arctitudinis, ex parte tamen viri adſit extraordinaria debilitas, & imbecillitas, vt non poſſit clauſtrum, ſeu ſignaculum virgineum frangere, mulieremque virginem deflorare, licet validus ſit ad coitum eum corrupta, vel ſi ſit potens ad deflorandam Virginem, quæ ſit debilis, & tenuis ſigilli; ſit tamen impotens ad deflorandam virginem duriori, & groſſioris clauſtri; & prædicta arctitudo aut obſtaculum, durities clauſtri virginalis poſſit per inciſioné, aut aliud remedium, ſeu medicamentum abſque graui corporia periculo auferri; an, id, exigente viro, teneatur

eadem

eadem nupta pati inciſionem, aut tale remedium, vt ita reddatur apta ad congreſſum viri, & potens ad reddendum eidem viro debitum.

Impotentia naturalis, ſeu naturale impedimentum coëundi temporale non dirimit matrimonium, & quandonam cenſendum ſit temporale.

134 Pro reſolutione ſupponendum eſt primo ex communi, & ab omnibus Doctoribus recepta ſententia impotentiam coëundi prouenientem ex impedimento temporali non eſſe impedimentum dirimens, vt decernitur *cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis.* Et tradunt ibidem Scribentes S. Thomas, & alij Theologi *in 4. diſt.* 34. & alij Doctores omnes tàm Theologi, quàm Canoniſtæ, & ſummiſtæ *infra allegandi.* impedimentum autem temporale tàm ex parte viri, quàm ex parte mulieris ex *eodem cap. fraternitatis* dicitur, *Quod præter miraculum diuinum per opus abſque corporali periculo*
135 *poteſt remoueri.* † Vbi etiſt Innocentius, Ioannes Andreas, Butrius, Ancharanus, Præpoſitus, Alexander de Neuo, Brunellus *de ſponſalibus conclusione* 28. *ampliatione* 4. *nu.*19. & Antonius de Roſellis à Sanchez *lib.*9. *diſp* 91. *num* 16. *relatus* nomine corporalis periculi dixerunt intelligi mortem ipſam; ita vt impedimentum quod abſque morte poteſt tolli, vel tollitur ope humanâ, puta per inciſionem, licet patiens exponatur mortis periculo, non cenſeatur perpetuum, ſed temporale, & matrimonium cum tali impedimento contractum eſſe validum etſi fuerit diſſolutum, & alium matrimonium contractum, eſſe reintegrandum ſublato tali impedimento per artem humanam ſuperſtite perſonâ, licèt non abſque morali periculo mortis; hæc tamen intelligentia non videtur vllo modo admittenda; quia quamuis impedimentum quod abſque
136 morte auferri poteſt non ſit phyſicè perpetuum, poteſt tamen eſſe moraliter tale. † Igitur periculi corporalis nomine ibidem intelligitur periculum mortis, vt deduci videtur ex eodem *c. fraternitatis verſic. per hæc autem*, vbi ſe explicat appellans mortis periculum, quod paulò ante in verſic. *quamuis* appellauerat corporale periculum ibi, *niſi per inciſionem, aut alio ſibi modo violentia inferatur, non ſolummodo leuis, ſed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur.* Huius autem intelligentiæ ratio eſt, quia quamuis quod abſque morte tolli poteſt, non ſit phyſicè perpetuum; ſi tamen non poſſit abſque periculo mortis, eſt moraliter perpetuum, quia periculum mortis moraliter æquiualet, & ita in terminis Cardinalis *ibid. num.* 5. *verſic. nota casum in fine.* Angelus *v. matrimonium* 3. *impedimento* 16. *num.* 2. Maior *in* 4 *diſt.* 34. *q.* 1. Sotus *ibid. ar.* 2. *verſic. Dubium autem in fine*, Tabiena *v. impedimento* 2. *num.* 2. *fine.* Aſtenſis 2. *p. ſum. lib.* 8. *tit.* 27. *q* 2. Caualcanus *p.* 2. *deciſ.* 18. *num.* 3. *Graſſius deciſ. aur p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 18. Rodriquez *p.* 1. *ſum. cap.* 234. *num.* 1. Pet. Ledeſma *de matr. qu.* 58. *art.* 1. *verſic. Tertio ſupponendum.* Gutierez *de matr, cap.* 112. *num.* 28. Sanchez *d. diſp* 93. *num.* 18. Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. fraternitatis* 13. Rebellus *p.* 2. *lib.* 3. *q.* 6. *num.* 3. Coninch *diſp.* 31. *num.* 84. *verſic. ſequitur tertiò.* Reginaldus *lib.* 31. *nu.* 100. Villallobos *p.* 1. *tract.* 14. *diffic.* 18. *num.* 2. Filliuccius *part.* 1. *tract.* 3 *num.* 70. Hurtadus *diſp.* 22. *num.* 4. Ouandus, Palacius, Angles, Bartholomæus Ledeſma, Lopez, &
137 Cenedus, quos Sanches refert. † Neque diſſentire puto DD. aientes impedimentum impotentiæ perpetuum & dirimens eſſe quod induſtria humana tolli non poteſt abſque graui periculo, temporale verò, & non dirimens matrimonium, quod auferri ſine graui periculo poteſt, vt Riccardus *d. diſt.* 34 *art.* 2. *q.* 2. Paludanus *ibidem q.* 1. *art.* 2. *concl.* 1. Gloſſator *ad ſummam D. Raymundi lib.* 4. *tit.* 16. *vbi de impotentia coëundi, verbo ſubuenire:* Ioannes de Friburgo *lib.* 4. *ſum. tit.* 16. *q.* 6. Syluester *v. matrimonium* 8. *q.* 18. *verſic. Quartum* Nauarrus in *ſum cap.* 22. *num.* 50. Bonacina *q.* 3. *punct.* 13. *num.* 5. *&* plures alios Theologos, Summiſtas, & Iuriſperitos à Sanchez *num.* 17. relatos, Gloſſa *in d. cap. fraternitatis v. corporali.* Nomine enim grauis periculi corporalis intelligunt illud corporale periculum, de quo textus *in d. cap.*
fraternitatis, quod idem textus explicat de periculo 138
mortis. † Ab eodem etiam intellectu exiſtimo non eſſe alienos Doctores, qui dicunt impedimentum impotentiæ perpetuum, & dirimens eſſe, quod arte humanâ non poteſt tolli abſque periculo mortis, aut grauis ſeu grauiſſimi morbi; temporale, & non dirimens, quod abſque periculo mortis, aut grauis morbi, vt Henriquez *lib.* 12. *ſum. cap.* 7. *num.* 8. Layman *lib.* 5. *tom.* 10. *p.* 4. *cap.* 10. *numer.* 1. *verſic. Nota.* Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *p.* 2. *cap.* 3 *num.* 69. Pontius *lib.* 7. *cap.* 61. *num.* 1. *& alij, quos* Sanchez *eodem num.* 17. *allegat.* etenim grauis morbis, & præſertim qui futurus ſit diuturnus, aut perpetuus æquiualet mortis periculo, vt Sanchez, & Gutierez *locis citatis* rectè aduertunt, ac proinde pro eodem ſumi debet periculum mortis, & periculum grauis morbi, aut læſionis corporis; & vbi timetur grauis morbus, ibi ſubeſſe mortis periculum, dicendum eſt; & homo non minus horret, & refugit morbum, aut læſionem corporis grauem maximè diuturnam, quàm mortis periculum, & hoc apperere ratio- 139
nabiliter poteſt ad illum vitandum. † Quare iuxta ſupradicta, & iuxta dictum *cap. fraternitatis*, & Doctores præallegatos, & alios, impotentia coëundi tam ex parte viri, quam fœminæ temporalis, & non irritans matrimonium cenſetur, cuius impedimentum tolli poteſt humanâ induſtriâ abſque mortis, aut grauis, ſeu grauiſſimi morbi periculo; addendum & abſque peccato (cum id quod licitè, & iure non poſſumus, impoſſibile cenſetur) ſicut è contrario dicitur, & eſt impotentia perpetua iuxta eoſdem Doctores, quæ humanâ arte tolli non poteſt, niſi cum periculo mortis, aut grauis, vel grauiſſimi morbi, aut niſi per miraculum diuinum, aut per illicitam incantationem; ſecus verò ſi conſuetis eccleſiæ exorciſmis auferri poteſt, quia tunc cenſeretur temporalis impotentia, & conſtat ex iiſdem Doctoribus, præſertim Layman vbi ſupra. In dubio etiam ſcilicet, ſi medici conſulti dubitarent, an ex remedio adhibendo, v.g. inciſione, immineat periculum mortis, tunc iudicaretur ſubeſſe mortis periculo, & impedimentum non eſſe temporale, ſed perpetuum, vt notarunt Sanchez *d. diſput.* 93.
num. 15. & Gutierez *d. cap.* 112. *num.* 27. † Quod autem 140
dictum eſt impotentiam coëundi, quæ arte humanâ abſque periculo vitæ auferri poteſt, cenſeri temporalem, & non irritare matrimonium Caualcanus 2. *p deciſ.* 12 *dicto num.* 3. *fine*, Sanchez *num.* 20. & Gutierez *numero* 29. declarant procedere, ſi remotio impedimenti, ſeu habilitas ad coëundum humana induſtria, v.g. ope medicinæ, vel aliqua inciſione facta, ſeu reſtituta ſit duratura, non ſuperueniente ſtatim, ſeu breui tempore alio impedimento perpetuo, ſecus ſi breui duratura, vt ſi fœmina arcta ſtatim facta inciſione, vel ope medicorum alteri carnaliter commiſceri poſſet per breue temporis ſpatium arbitrio iudicis iudicandum; & poſtea ex eademmet cauſa primæua, arcta reuerteretur, vel impotens, quod alteri commiſceri non poſſet, vel niſi cum vitæ periculo, nam tunc idem eſſet, ac ſi à principio eſſet impedimentum, & omnino immedicabile, & perpetuum, ac proindè matrimonium cum tali impedimento contractum foret nullum, & rationem affert Caualcanus ſcilicet, quia non dicitur ceſſare impedimentum, quando ceſſatio non durat: ſicut non dicitur medicus iuxta conuenta curaſſe infirmum, & in priſtinam ſanitatem reſtituiſſe, quando intra modicum tempus ſanitas ceſſat. & morbus ex eadem cauſa redit ex Gloſſa *vnica* à Bartholo, & aliis Doctoribus recepta *in l. maritus ff. locati & cond.*

† Ratio

141 † Ratio verò cur matrimonium teneat vbi impedi-
mentum copulæ ſiue ex parte viri, ſiue ex parte fœmi-
næ ſe tenens eſt temporale, & medicabile ſine pericu-
lo mortis, aut grauis morbi, eſt quia licet tunc cum ma-
trimoniũ cum tali impedimento contrahitur, non poſ-
ſint contrahentes actu ſoluere debitum, non carent ta-
men ſpe ſoluendi in futurum, cum ſolùm viribus na-
turæ ſpectatis poſſint euadere apti ad actu ſoluendum;
qui autem nunc non eſt ſoluendo, ſi ſit ſpes fore in fu-
turum, poteſt obligari ad ſoluendum, ſecus ſi non ſit
ſpes ſoluendi in futurum, vt contingit quando impe-
dimentum eſt perpetuum, ac proinde tunc contrahen-
tes cum tali impedimento non poſſunt ſe obligare ad
debitum ſoluendum, & ita non valet matrimonium.
Præterea ex contractu matrimoniali obligantur coniu-
ges ad reddendum debitum præcepto affirmatiuo, vt
cõſtat ex dictis ſuprà *n.* 11. ſed præcepto affirmatiuo non
tenetur homo ad ſemper, & pro ſemper, ſed pro ſuo
tempore, ergo quamuis in præſenti coniux ob impedi-
mentũ temporale nõ poſſit reddere debitum, ſi tamen
poſtea poterit, ſufficit ad hoc, quod contractus matri-
monij ſit validus, ita etiam in terminis Pet. Ledeſma *d.*
142 *a.1. concl.2.* & Sanchez *d. lib. 7. diſt. 92. n. 2.* † Et prædicta
temporalis impotentia coëundi tam ſe tenens ex parte
viri, quam ſe tenens ex parte fœminæ non ſolùm
quando tempore contractus ſcitur, ſed etiam quando
ignoratur non dirimit matrimonium, vt in terminis
docent Petrus Ledeſma *d. art. 1. concluſ. 1. verſic. Dixi.* Gu-
tierez *d. cap. 112 n. 3.* & Sanchez *d. diſp. 92. numer.* 4. & ſen-
tiunt communiter alij Doctores relati, qui abſolutè, &
ſine vlla diſtinctione aiunt, impotentiam temporalem
matrimonium non tollere; & ita intelligunt etiam de
impotentia tempore contractus ignorata; & ratio eſt,
quia impotentia temporalis coëundi non tollit, ſeu di-
rimit matrimonium ex natura ſua, vt oſtendunt dicta
numero præcedenti; ſed neque iure eccleſiaſtico, cum
nullum reperiatur determinans dictam impotentiam
coëundi temporalem contrahentibus ignoratam diri-
mere (ſicut inuenitur ius eccleſiaſticum definiens ſer-
uitutem ignoratam dirimere) & reddere nullum matri-
monium cum tali ignorantia contractum; ſed immò
eius valori opitulantur textus de hoc impedimento
loquentes, nam indiſtinctè decidunt impotentiam
temporalem non irritare matrimonium, vt patet *dict.
cap. fraternitatis, de frig. & malefic.* quare cum dicta igno-
rantia non irritet matrimonium neque iure poſitiuo,
neque attento iure naturali, cùm ea impotentia tem-
poralis non impediat mutuam obligationem ad debi-
tum, nec impediat ſimpliciter finem matrimonij, ſed
ſecundum quid, ſcilicet pro aliquo tempore, & conſe-
quenter non faciat inuoluntarium ſimpliciter, ſed ſecũ-
dum quid inſtar erroris qualitatis, nullo modo irritabit.
Et Sotus *dict. art. 2. immediatè ante verſic. Rogas autem,
& poſt medium verſic. Poſtremum denique* qui à Sanchez, &
Ledeſma allegatur in contrarium id ſatis inuolutè di-
cit, & quatenus ita ſentiat, nempè impotentiam tem-
poralem, ſeu ignoratam reddere nullum matrimo-
nium, non eſt audiendus

*Arctitudo fœminæ, quæ medicamine, ſeu inciſione
tolli poteſt ſine vitæ, aut grauis morbi periculo,
non dirimit matrimonium; ſed ea non obſtante
valet, etiam ſi fœmina renuat inciſionem, &
omne remedium.*

143 Ex dictis ſupponendum eſt ſecundò, impedimen-
tum coëundi proueniens ex ordinaria coarctatione
mulieris, quod iudicio peritorum abſq; periculo mortis
vel grauis morbi tolli poteſt per inciſionem, vel aliud
mediũ, non eſſe dirimens, cum nõ ſit perpetuũ, ſed tem-
porale. probatur ex notatis in præcedenti ſuppoſito, &
in terminis docent Sanctus Thomas *in additione ad 3.
p. q. 58. art 1. ad 4. & in 4. d. diſt. 34. q. vnica. ibid.* Ricchar-
dus *art. 2. quæſt. 2.* Maior *q. 1.* Palud. *d. q. art. 2. concl. 1.* So-
tus *q. vnica art. 2 concl. 4.* Durand. *q. 2. n. 5.* D. Raymundus
*in ſumm. d. lib. 4. titul. 16. de impedimento impotentiæ §. 2. ibi-
dem,* Gloſſator *verbo corporalis.* Albericus *in Dictionario
lit. I. verbo impedimentum 15. circa medium.* Monaldus *in
ſumma vbi de matrimonio, tit. de impoſſibilitate coëundi verſi.
Item de arctatione,* Brunellus *de ſponſalibus concluſ. 28. nu-
mero 18.* Angelus *d. impediment. 16. num. 1.* Syluester *d. v.
matrimon. 8. quæſt. 16. verſic. Tertium, & verſicul. ſi ſitum.*
Aſtenſis *d. tit. 27. quæſt. 2. & 4.* Ioannes de Friburgo *d.
quæſt. 3.* Petrus Ledeſma *d. q. 58. num. 1. verſus finem.* Hen-
riquez, Rodriquez, Rebellus, Reginaldus, Lay-
mann, Villalobos, Coninch, Bonacina, Hurtadus,
Filliuccius *locis ſuprà num. 136. relatis.* Sanchez *d. diſp. 93.
num. 15. & ſequentibus,* Caualcanus *d. deciſ. 18. num. 3 & 4.*
Gutierez *dict. cap. 112. numero 27. & ſequentibus.* Marcus
Antonius Cuccus *inſtitut. maior. lib. 5 titul. 12. numero 261.*
Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad d. cap fraternitatis numero
13.* Flamma *3 part. methodi part. 8. §. 3.* Aucrſa *quæſt. 13.
ſectione 12.* & ita oportet ſentiant Gloſſa, & alij alle-
gandi *infrà numero 160.* & conſtat ex *dict. cap fraterni-
tatis, de frig. & malefic. ibi per opus humanum abſque corpo-
rali periculo.* & à contrario ſenſu, ibi, niſi per inciſio-
nem &c. † Ex quo fit, vt matrimonium contra- 144
ctum cum fœmina habente extraordinariam arctitu-
dinem, quæ iudicio Medicorum, ſeu peritorum
per inciſionem, aut aliud remedium abſque pericu-
lo mortis, aut grauis morbi tolli poteſt, ita vt fœmi-
na apta viro reddatur, ſit validum, etiamſi fœmina
poſtea renuat inciſionem, & quodcunque aliud re-
medium; & ita in terminis tradunt ſupplementum
Gabrielis *4. diſtinctione 34. quæſtione vnica articulo 2. co-
rollario* 1. Paludanus, Sotus, Petrus Ledeſma, Caual-
canus, Gutierez, Barboſa, Sanchez *locis num. præcedenti
relatis.* Lopez *1. p. ſum cap. 79.* Henriquez, Roderiquez,
Villalobos, Laymann, Rebellus, Reginaldus, Co-
ninch, Bonacina. Filliuccius *ſuprà nu. 136 & 137. citatis.*
& Hurtadus *d. diſp. 22 n. 5 & n. 23 & ſeqq* & alij allegan-
di *infrà d. n 160.* Et ex dictis manifeſtè infertur, quia cum
talis arctitudo medicabilis non ſit impedimẽtum per-
petuum, ſed temporale, & non dirimens non poteſt
obſtare matrimonij validitati. Neque officit, quod
fœmina, ſiue iniuſtè (eo quod ad id teneatur, vt dice-
tur *infrà num. 160. & 161.*) ſiue iuſtè (quia fortaſsè ad
id ferendum non teneatur iuxta dicenda *infrà numero
159. & 162.*) renuat inciſionem, aut aliud quodcun-
que remedium; quia poſito, quod Medici, ſeu mu-
lieres peritæ iudicent impedimentum eſſe medicabi-
le, nil refert, quod fœmina adnuat, vel renuat; etenim
natura, & vinculum, ſeu valor & firmitas matrimonij
per mutuos conſenſus confirmati pendet ex ipſa rei
natura, iuxta quam poteſtas tollendi impedimentum
humana induſtria abſq; vitæ periculo facit illud tem-
porale, & conſequenter reddit matrimonium firmum;
non verò pendet ex mulieris voluntate, aut futura fa-
cti contingentia. Et confirmatur, quia ſi fœmina nu-
pta arcta, quæ nunc renuit inciſionem, poſtea illam
patiatur, & per eam efficiatur apta viro, tunc ſine no-
uo conſenſu matrimonium iudicaretur validum, quia
impotentia vere erat temporalis, & actus Chirurgi
non potuit matrimonium, quod nullum erat, conſoli-
dare, ergo antea erat validum. † Prædictis etiam
non obſtant Gloſſator *ad ſummam* Diui Raymundi
dict. titul. 16. verbo impedit, Monaldus *vbi ſuprà ver-
ſicul. Item pone.* Aſtenſis *dict. titul. 27. quæſtione quinta,*
Ioannes de Friburgo *dict.* titul 16. *quæſtione* 8. Sylue-
ſter *dict. quæſtione 16. verſicul. quartum.* Albericus *d. v.
impedimentum 15. poſt medium verſicul. ſed numquid.* Ta-
biena *d. v. impedimentum 12. q 6. n. 7.* Armilla *v. matri-
monium num. 51.* Roſella, *v. impedimentum impedim. 15. n. 14.*

Supplementum Piſanæ *impedimento 15. n. 13.* dum dicunt, Matrimonium com ſœmina arcta, qoæ per inciſionem abſque periculo vitæ vito apta fieri poteſt, contractum aote inciſionem eſſe irritum, & factâ inciſione, vt valeat, opus eſſe nouo conſenſu, vel perſeue rantia in priori, ſunt enim intelligendi, quando arctitudu eſt talia, vt attenta experientia per inciſiunem non poſſit, aut potuerit abſque mortis, vel grauis morbi periculo tolli, quo caſu, (vt conſtat ex dictis *ſupra numero* 135. & 136.) cenſetur impedimentum perpetuum, & dirimens; ac proindè cum matrimonium cum talis arctitudinis impedimento contractum ab initio, non valuerit; ſi auferatur poſtea per violentam periculoſam inciſionem tale impedimentom, nouus requiritur conſenſus, vel perſeuerantia in priori, vt conualeſcat, quia matrimunij valor non poteſt ex ſola inciſione pendere; & certè qnod Gloſſator *ſumma Diui Raymundi*, Albericus, Monaldus, Syluester, Ioannes de Friburgo, & Aſtenſis debeant ita intelligi, eertom omninò videtur, cum locis ſupra *num.* 143. allegatis apertè aſſerant arctationem, cui ſubueniri poteſt per inciſionem abſque corporali periculo, non eſſe impedimentum dirimens; & Aſtenſia *dict. queſt.* 4. expreſsè ait matrimonium eſſe validum ante inciſionem, Roſella verò, & ſupplementum Piſanæ rectè intelligi poſſunt, quod loquantor, prout loquitur textus *in d. cap. fraternitatis*, ibi, *niſi per inciſionem* vbi expreſsè ſermo eſt de arctatione, quæ per ſolam violentam inciſionem cum periculo mortis tolli poteſt; & iuxta eundem textum ibidem credo eſſe intelligendum Toletum *lib. 7. ſum. cap. 12. numer. 2.* dum aſſerit fœminam tam arctam, vt non poſſit ſemen recipere, nec arte medicorum remedium vllum eſſe poteſt citra abſciſſiooem, non poſſe contrahere.

Obſtaculum clauſtri virginalis, quod viri imbecillis congreſſum impedit, remouibile aliquo remedio, vel inſtrumento abſque vita, vel grauis morbi periculo non reddit nullum matrimonium.

146 Tertiò ex dictis præſupponendum eſt, quando impedimentum coëundi cum virgine non prouenit ex illius extraordinaria coarctatione, ſed ex imbecillitate, & debilitate viri non valentis penetrare clauſtrum virginale fœminæ, & abſque mortis, aut granis morbi periculo ope medicinæ, nempe medicamento applicato, aut inſtiumento aliquo poteſt ſubueniri fœminæ, ſcilicet aperiri clauſtrum virginale, vt eiuſdem viri imbecillis congreſſui apta reddatur, eſſe impedimentum temporale, & validum matrimonium inter talem virum imbecillem, & talem virginem contractum, licet viri imbecillitati nulla alia ratione, ſed ſola præfata aperitione clauſtri mediante aliqno medicamento, aut inſtrumento ſobueniri poſſit. Ita S. Thomas, Sotus, Petrus Ledeſma, Syueſter Marcus Antonius Cnecus, Lopez, Rodriq. Layman, Reginaldus, Flamma *locis ſupra n.* 136. 137. 143. Aſtenſis *d. lib. 8. tit. 26. q. 1.* Ioannes de Friburgo *d. tit. 16. q. 22.* Tabiena *d. impedimento 12. nu. 6.* Armilla *vbi ſupra num.* 350. Albericus *d. v. impedimentum 15. paulo poſt initium.* Diuus Antoninus *3. part. tit. 1. cap. 12. §. 1.* Angles *floribus 1. part. vbi de matr. queſt. 8. art. 1. dub. 7. diff. 2.* Gutierex *dict. cap. 112. numero* 30. Sanchez *dict. diſp. 93. num.* Filliuccius *d. cap. 3. numero* 70. Villalobos *d. diffic. 18. numer.* 15. Hurtadus *dict. diſp. 2. num.* 24. Albertus Magnus, Palacius, Celaia, Viguerius, Bartholomæus Ledeſma, Roſella ſupplementum Piſanæ, & Gregorius Lopez, quos ad id Sanchez *dict. nu.* 26. refert Ratio autem eſt quia quoties impedimentum coëundi (ex quacunque cauſa proueniat, & ſiue ſe teneat ex parte viri ſiue ſœminæ, ſiue vtriuſque) ſi arte humanâ abſque mortis, vel granis morbi periculo poteſt tolli, cenſerot temporale, & non dirimens matrimonium, vt latè ex communi Doctorum oſtenſum eſt, & expreſsè conſtat ex *dict. cap. fraternitatis, de frig. & maleſic.* vbi Innocentius III. ponit tanquam regulam generalem dignuſcendi impedimentum perpepuum, & dirimens matrimonium, quãdo per opus humanum abſque corporalis periculo tolli non poteſt. Et quamuis ibi loquatur de fœmina arcta, non ideo ad illam ſolam reſtringit diſpoſitionem, ſed quia ſatisfacit quæſtiooi propoſitæ de ſola muliere arcta, ex generali tamen regula, quam ibidem tradit, vt apparet ex illis verbis. *Nos tamen perſpicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum abſque corporali periculo potuit remoueri.* Vnde etiam debilitas viri, ob quam non poteſt coire, ſi induſtriâ homanâ auferri poteſt abſque corporis periculo, à Doctoribus relatis, & aliis cenſetur impedimentum non dirimens iuxta diſpoſitionem dicti *cap. fraternitatis*, quod manifeſtè oſtendit, regulam ibi traditam eſſe generalem, nec reſtringi ad peculiarem mulieris arctæ caſum. Multò autem magis conſendum eſſet impedimentum nun dirimena, ſi vir non ſolum reſpectu ſœminæ corruptæ eſſet potens, ſed etiam reſpectu virginis debilioris, & tenuioris ſigilli virginalis, licet non eſſet reſpectu huius virginis, cuius virginale clauſtrum haberet extraordinarium duritiem, & groſſitiem, quæ tamen abſque corporis periculo aliquo inſtrumento, vel medicamento applicato auferri poſſet; nam tunc dici poteſt impedimentum ſe tenere ex parte fœminæ, ſicut quando impotentia coëundi prouenit ex arctitudine fœminæ extraordinaria. † An verò eo 147
ipſo, quod vir non valet virginem deflorare, poteſt tamen cognoſcere corruptam, præſumi debeat potens ad virgioem, ac proindè matrimonium cum virgine minimè diſſoloendum. *Sanctus* Thumas, Petrus Ledeſma, Aſteoſis, Diuus Antoninus, Tabiena, Armilla, Ludou. Lopex, Albericus *locis ſuprà allegatis*, & alij à Sanch. *n. 27. relati*, videntur talem præſumptionem approbare, dum aiunt, quando vir non valet deflorare virginem, ſed tamen, cognoſcit corruptam, poſſe medicamento, arte, digitis clauſtrum virginis reſerari, aptumque reddi congreſſui illius viri; per hoc enim videntur ſupponere ſemper tale matrimonium eſſe validum; quòd ſemper ope medicâ, aut arte ei impedimentu ſubueniri poſſit, & ita non poſſe contingere, vt quis ſit aptus ducere corruptam ineptus ad ducendam virginem. Oppoſitum videntur ſentire Palud. *d q. 2. art. 1. concl.* 4. Gabriel *vbi ſuprà*, & Sylueſter *d. verſic. ſextum.* Vbi dicont virum impotentem reſpectu virginis, potentem reſpectu corruptæ admittendum ad matrimonium com hac, & non cum illa; vnde ſentiunt, poſſe dari impotentiam perpetuam reſpectu virginis matrimonium diſſoluentem, ſtante potentia ad cognoſcendam, & validè ducendam corruptam, & etiam Sanchez *num.* 28. tanquàm probabile putat ex potentia cognoſcendi corruptam non ſemper præſumi fore, vt medicamento vtrique adhibito vir fiat potens ad virginem, & ita valeat matrimonium; ſed poſſe oppoſitum aliquando contingere; fatetur tamen maximam tunc præſumptionem ſtare pro viri potentia ad virginem; cum tunc conſtet eum non eſſe frigidum, atque adeo eſſe potentem naturaliter, nec maleficiatum (vt modo ſupponitur) nec præſumatur impotentia reſpectiua, cum præter naturam, aut ſaltem rara ſit, quando ex maleficio non oritur; quapropter, inquit Sanchez, in dubio probata potentia reſpectu corruptæ, id impedimentum cenſebitur temporale, & non dirimens, ita expreſsè, & in

Digitized by Google

in terminis tenet etiam Flamma *loco ſupra numero* 143. *citato*, vbi aſſerit, non eſſe diſſoluendnm vllo modo matrimonium viri impotentis reſpectu virginis ſibi nuptæ ratione ſigilli virginalis; potentis autem ad corruptam, & ſic non abſolutè impotentis, tunc enim, inquit Flamma, illa (cui imputandus eſt defectus) aperiri debet arte medicorum, & peritarum in hoc mulierum; & ſic ille erit aptus matrimonio, & addit, quod ſic ex communicatione doctiſſimorum reſpondit ipſe cuidam illuſtriſſimæ fœminæ, quæ duobus annis nupta, & à viro cognita integra perſeuerabat ſigillo carnali, cognoſcebat autem illum potentem clauſto rupto. Ita Flamma. Cæterum non probata potentia ad corruptam diſſoluendum erit matrimonium, quia in dubio impotens ad vnam præſumitur talis ad omnes ex Sanchez *dict. numero* 28.

Obiecta aduerſus præcedentem doctrinam.

148 Sed doctrinam communiter à ſcribentibus receptam, & approbatam, & in *cap. fraternitatis* ſtabilitam, in duobus præcedentibus ſuppoſitis explicatam nititur omnibus neruis euertere Baſilius Pontius *d. lib.* 7. *cap.* 62. *num.* 2. & 3. à communiſſima ſententia diſcedens, vt Thomam Sancium impugnet; cuius argumenta licet acriùs feriant tradita in tertio ſuppoſito, tamen ipſe intendit deſtruere etiam doctrinam ſecundi ſuppoſiti. Igitur initio dicti *numeri* 2. aſſerit, quod ſi carnali commixtioni viri cum fœmina obſtet tantum virginis ſigillum, quod trium annorum congreſſu & conatu vir non violauit, licet eiuſdem ſigilli obſtaculum abſque corporis periculo tolli poſſit per aperitionem modo facili, medicamento applicato, vel cauterio, ſeu inciſione faciendam, & ita fœmina queat habilis viro reddi, tale impedimentum cenſendum eſt perpetuum, & matrimonium nullum, & irritum efficere, quam ſententiam ait tenuiſſe Luyſium Legionenſem Salmanticæ. Probat Pontius primò auctoritate Durandi *d. q.* 2. Paludani *citata quæſt.* 3. & ſupplementi Gabrielis *d. q. vnica art.* 2. quos ait ſuam tenere ſententiam.

149 † Secundo, quia quando congreſſui coniugali obſtat ſola virginis integritas naturalis, defectus, ſeu impedimentum ſe tenet omnino ex parte viri, non ex parte mulieris (nam fœminam eſſe virginem non eſt vitium, neque defectus naturalis, ſed immò magni pretij apud fœminas honeſtas, non indigens aliquo medicamento, veluti morbus, aut ægritudo aliqua) ergo nullũ ius, aut æquitas aliqua poſtulat, vt illi debeat adhiberi medicina, ſed ſoli viro defectum patienti medendũ eſt, cum medicina non ſano, ſed ægro inſtituta ſit; ergo ſi ope medicinæ viro remedium adhiberi non poſſit, ſed ſola amiſſione integritatis virginalis, ſcilicet aperitione virginalis ſigilli mediante aliquo medicamento, vel inciſione poteſt vir reddi habilis ad commixtionem carnalem, cenſebitur impedimentum perpetuum, & conſequenter vir ineptus iudicabitur ad virginem, & matrimonium erit irritum, & diſſoluendum.

150 † Tertiò, nam contra honeſtatem, & verecundiam, ac pudorem virginalem eſt, extra actum coniugalem contrectatio partium pudendarum corporis fœminæ virginis, quas natura ad florem virginitatis tuendum, & ad pudicitiam cõſeruandum velauit, ac proindè multò magis honeſtati repugnat virginem corrumpi, illiuſque virginitatis florem violari artificio, vel medicamento, ſiue id fiat opera chirurgi, ſiue etiam mulieris honeſtæ, immo etiamſi medicamentum, & remedium ipſa fœmina virgo ſibimet in iiſdem partibus corporis pudendis applicet, ergo id fieri iuxta rectam rationem non debet, neque etiam ipſa virgo tenetur huiuſmodi remedium pati, tum ad euitandum extremam verecundiam, quam ſubiret oſtenſione, & contrectatione ſuarũ partium pudendarum; tum ne ſic extra actum coniugalem amitteret virginitatis florem, qui nec ſatis dignè æſtimari, nec commode reſtitui poteſt; ergo tale impedimentum cenſetur perpetuum, cum ſine peccato tolli non poſſit iuxta dicta *ſupra num.* 139. & quod honeſtati, & æquitati aduerſetur mederi obſtaculo virginalis ſigilli, illud reſerando aliquo artificio; pluribus nititur oſtendere loco citato Pontius; & quàm dedeceat honeſtatem, & verecundiam mulierum, ſi permittant corporis partes pudendas ab aliis inſpici, aut contrectari, etiam explorandæ virginitatis cauſa in ordine ad declarandam fœminæ virginis nuptæ integritatem pro matrimonij diſſolutione ob viri ineptitudinem ad congreſſum, eloquenti, & erudito diſcurſu latiùs proſequitur etiam Anneus Robertus rerum iudicatarum *lib.* 4. *cap.* 10. *adductis primo loco pro Titio*, vbi præſertim proponit huiuſmodi inſpectionem, aut contrectationem excitare titillationem carnis in medicis, & chirurgis, & obſtetricibus ad virginitatem explorandam adhiberi ſolitis. & Matronas præſentes refricare venerem dudum oblitam.

† Sed præcipuè confirmat Pontius; nam Eccleſia nunquam præcepit, definiuit, conſuluit, aut permiſit clauſtrum virginale fœminæ nuptæ, vt apta viro redderetur, aliquo artificio reſerari ad componendas multas lites, quæ ſuper diſſolubilitate matrimonij ob impotentiam coeundi coram Eccleſiaſticis iudicibus mouentur, ſed tantum decreuit triennium ad faciendam experientiam per congreſſum coniugalem, & multiplicem viri conatum; ergo ſignum eſt, hoc medium aperiendi ſigillum virginale mediante artificio, vt illicitum, iniquum & contra honeſtatem neglectum, & non admiſſum ab Eccleſia. 151

† Quartò omnis contractus inducit obligationem iuxta conditiones, quibus celebratur, ergo cum matrimonium ſit contractus, in quo vir, & vxor ſe ſe mutuò tradunt, & obligant ad vſum matrimonij, in eo ea conditio (quamuis non exprimatur) ſubintelligitur, ſi ad eum vſum fuerint apti; at certum eſt non ſubintelligi, vt apti ſint ad vſum tertij, ſed inuicem alter alterius comparatione ſit habilis, & vterque habeat corpus aptum (cum matrimonium ſit contractus rei pro re æqualis æſtimationis) ac proinde, vt vxor, quę ſe tradit viro, ab illo cognoſcatur, non verò à medico, igne, vel auro, aut obſtetricis manu; hoc autem poſito, quod fœmina tradit corpus aptum, vt eo etiam vir aptus vtatur, & non ſe tradit inepto, ſit vt ius ex matrimoniali contractu oriens tantum obliget, vt vir aptus apto corpore vtatur, & per conſequens, cum vir impotens ad cognoſcendam virginem, niſi incidatur, ſit verè illi ineptus, & alioqui talis inciſio iuxta allegata per Pontium ſit turpis & illicita, nullum ius habet ad eius vſum, atquè adeo matrimonium eſſe irritum, quia cum hoc ius vtendi corpus ſolùm conferri debeat ex vi contractus, non cenſetur contractus validus, niſi mutuæ aptitudinis conditione intellectâ. Nequè etiam iuxta naturam matrimonialis contractus cogi poteſt fœmina pati aliquo artificio ſibi eripi virginitatem quæ ſola obeſt viri debilitati. 152

† Quintò, & vltimò, nam ſi fœmina cuius arctitudo, ſeu virginale ſigillum obſtat congreſſui viri debilis admittat inciſionem, & adhuc non reddatur apta viro, aut propter viri inbecillitatem, & languida membra, prauamque complexionem, clauditur illi via ad diſſolutionem matrimonij obtinendam, nam Eccleſia, ſeu iudex eccleſiaſticus non audiet eam allegantem aperitionem factam fuiſſe artificio, vt viro apta redderetur, ſed præſumet ab eodem viro, ſi ille artificium interueniſſe neget, vſu, & cohabitatione corruptam. Hæc Pontius aduerſus communem: quæ tamen non obſtant: 153

Obiectorum ſolutio.

154 Quare ad primnm *num.* 148. adductum reſpondeo, prꝽallegatos Doctores non ſentire cum Pontio; nam Durandus, Paludanns, & ſupplementum Gabrielis *locis ſupra nu.*143.146.*&* 144.citans loquentes de impedimento coëundi prouenienre ex fœminæ arctitudine, cui poſſit ſubuenerietiam per inciſionem ſine periculo cutpotali,aſſerunt exptеſſis vetbis eſſe tempotale, & minimè dirimens. Vndè cum Durandus *d.q.2.numero* 8. *ſine* dicit, *quod ſi mulier à primo viro propter arctitudinem ſeparata nupſit alij viro complexionis notabiliter robuſtioris ab eo fuit cognita, non debet reintegrari primum matrimonium, quia* (inquit) *mulier arcta ſimpliciter inepta eſt ad contrahendum cum illo, à quo immediate non poteſt cognoſci, quia non eſt licitum vt fiat ei cognoſcibilis per alterum*, intelligi debet (ne ſibi ipſi paucis interiectis contradicat) de arctitudine, quæ attentâ expetientiâ, & indicio peritorum extra cnngreſſum viri complexionis notabiliter diſtantis artificio aliqno abſque corporalis periculn anferri nequit. Paludanus verò *d.qu.*2. *art.*1.*concl.*4.& Gabriel *loco citato.* Solum volunt impotentem ad virginē nnn poſſe eam validè ducere in vxorem,bene tamen cotruptam, ſi pntens ſit eam cognoſcere;qnod eſt vetum,ſi impotentia rationabiliter præſumatur perpetua reſpectu virginis iuxta dicta ſupra *num.*147. Hnc tamen admiſſo adhuc ſtat illa difficultas, an cenſeatur vir perpetuò impotens ad vitginem, quando aliquo artificin poteſt virgn reddi apta; nec ex verbis Paludani, & Gabrielis affirmatiua vniuerſaliter poteſt infetri, & ita Syluefter, qui *d. verſic.ſextum allegato ſupra numero* 143. amplectens eandem Paludani doctrioam dicit impotentem reſpectu virginis, potentem vero reſpectu corruptæ, cum hac, & non cum illa poſſe contrahere; limitat ſtatim, & cenſet obſtaculum virginitatis non eſſe impedimentum perpetuum dirimens matrimonium, quandn aliqun inſtrumentn virgo poteſt coaptari.

155 Ad ſecundum *nu.* 149. poſitum Reſpondeo primò, nnn habere vim reſpectu arctationis,quæ eſt deſectus ſe tenens ex parte fœminæ. Reſpondetur ſecundò ex dictis præſettim *num.*146. nihil referre, defectus ſe teneatnè ex parte mnlieris,an ex parte debilitatis, & imbecillitatis viri, dummodo ſit remporalis, ſcilicet per npus humanum abſque corporis periculo, & abſque peccato ei ſubneniri poſſit. Etenim matrimonij nexus, & valot non reſpicit ex parte cuius ſe teneat impedimentum coëundi; æque enim irritum eſt ex parte alterutrius ſe teneat, ſi eſt perpetuum; & validum, ſi ſit temporale; ac proinde licet fœmina tum medicamento non indigeat, vt pnte nullo motbo laborans, tamen ex eo,quod iudicio peritorum nbſtaculum coëundi à patte rei facile, & abſque periculo corporis, & peccato poteſt remedin mulieri adhibito tolli, verè eſt temporale, & non perpetuum,& ita matrimonium eſt validum. Addit Sanchez *num.*26. tunc fœminam non indigere medicamine ex natura ſua, bene tamen per accidens ſcilicet ratione matrimonij initi, cuius valor pendet ex cognitione, an id viri impedimentum reſpectu virginis ſit tempnrale,an perpetuum,quæ cognitio, inquit Sanchez haberi nequit, niſi ſciatur,an medicamine vtrique coniugi adhibito auferri poſſit ſed hæc Reſpõſio ſuppnnit fœminam,cuius ſola integritas, ſeu ſignaculnm virginale congreſſui viri imbecillis obſtat, teneri vi matrimonij contracti admittere remedium, & inciſionem,ſeu aperitionem clauſtri non periculoſã, qund tamen(vt conſtabit ex dicendis) eſt controuerſum etiam inter Doctores ſuſtinentes valnrem matrimonij,quando peritorum iudicio obſtaculum clauſtri ex natura rei poteſt abſque periculo humanâ induſtriâ medicamento, vel inſtrumento, vel digitis tolli, licet fœmina id renuat,aut ad id non teneatur.

Ad Tertium,de qno *n.*150. Reſpondetur ex S.Tho. 156
& aliis Doctoribus *n.*143.*&* 146.relatis quod in tali caſu inſpectio,& contrectatio partium pudendarum, & reſeratio arctirudinis,& clauſtri non eſt cõtra naturam,& honeſtatem, cum id non delectationis, ſed medicinæ cauſa fiat, vt apta reddatur mulier virn,cui iam ſe ſe vinculo coniugali iunxit: innerecundum enim, & inhoneſtum, aut probroſum non poteſt dici, quod in finem honeſtum dirigitur,& ſecũdũ ſe malũ nõ eſt, qualis in hoc euentu aſpectus,& contrectatio partiũ virginis nnptæ pudendarum;alioqui ſi ſecundũ ſe eſſet malum,& turpe,ac illicitũ, neq; id liceret cauſa medendi fœminę iiſdem partibus morbum habens grauem. Verum quidem eſt,quod facilior, & honeſtior via eligenda erit,ac proinde ſi ſola opera eiuſdem fœminæ virginis remedium poteſt cõmodè applicari,& obſtaculum tolli, reiiciendum eſt,quidquid turpem aſpectum, aut contrectationem babet,nempe neq; medicus,neq; chirurgus,neq; obſtetrices, aut aliæ fœminæ licet honeſtę adhiberi ad id debent. Quod ſi aliter ſubueniri non poterit,nil contra naturam,& honeſtatem,ſi adhibeantur, ita tamen,vt ſemper quod boneſtius eſt, fiat;Neq; Eeclesia huiuſmndi aſpectum, & contrectationem maximè per boneſtas fœminas ad faciendã experientiam, an virgo fuerit cognita,vel cognoſcibilis à viro ſit, reiicit Eccleſia,ſed admittit,vt conſtat ex d.c. fraternitatis & c.literę,de frigidis. Quare ad cõfirmationem,Reſpõdeo Eccleſiam cõcedere trienniũ, ſed non vetare aliud remedium,qno arctitudo,vel obſtaculum ſigilli abſque periculo corporis auferri poſſit,ſed permittere,vt apertè colligitur ex *d.cap.frigiditatis, de frigid. & maleſic.* non præcipit autem tale remedium;non quia ſit contra naturam, & honeſtatem, & illicitum, ſed fortè qnia lis eſt inter Doctores an fœmina ratione arctitudinis,vel ſigilli minus apta virn teneatur pati inciſionem, vel ſimile remedium inferens dolorem,vel qnia non iudicat expediens cogere ad remedium non carens aliquâ violentiâ, aliquoue horrore, maximè in fœminis, quæ valde timidæ ſunt. Deinde ſi id eſſet contra naturam, honeſtatem, & illicitum,neq; etiam virgo nupta ſponte,& lubens poſſet licitè pati tale remedium, v.g. inciſionem, cuius contrarium ſentiunt omnes præallegati Doctores, & colligitur ex d. cap. fraternitatis, & tradit idem Pontius *d.cap.*62.*n.*6.vbi ita habet. *Poterit quidem fœmina ſi voluerit, inciſionem pati,obligari autem ad illam non poteſt.*

Ad quartum *n.*151.adductum patet ſolutio ex dictis 157
*n.*142. Reſpondetur enim, quando ſolum adeſt impedimentum coëundi proueniens ex arctitudine, vel ſigilli virginalis duritie, quod poteſt abſq; periculo corporis medicamine tolli, nnn impediri mutuam obligationem ad vſum corporis,& vtrumqoe contrahentium tradere ſibi mutuò cotpus ſimpliciter, & per ſe aptum ad copulam,licet ſecũdũ quid,id eſt ad tempus ineptũ, quod non impedit mutuam obligationem, nec matrimonij valorem,prout dictis *n.*141.*&* 142.explicatũ eſt. Quod verò in fine argumẽti additur,fœminã non poſſe cogi ad admittendũ remediũ,quo tollatur arctitudo, vel fiat aperitio clauſtri,primò eſt controuerſum, vt patebit ex dicendis. Secundo id non prouenit ex en, quod contractus matrimnnij ſit nullus, ſed ex alin capite prout infra.

Ad quintum *nu* 153. Reſpondeo non habere locum 158
quand inciſio fieret ſolũ ad tollendam fœminę arctitudinem,tunc adbuc maneret ſigilli virginalis integritas, quæ poſſet dignnſci. Reſpondeo ſecũdo ad inciſionem clauſtri virginalis nunquã deueniendũ,niſi cautiſſimè, & quãdo peritorũ,ſeu medicorũm,aut obſtetricũ iudicio omnibus circũſtantiis tam ex parte viri, quam mulieris non leuiter creditur per aperitionem fœminam euaſurã cognoſcibilem à viro;& etiam eandẽ inciſionẽ

non

non faciendam niſi ſciente, & approbante iudice ac pruinde ſi factâ reſeratione vir adhuc non poterit ei commiſceri, id poterit Eccleſiæ conſtare, & deueniri ad matrimonij diſſolotionem. Demum dato, quod in aliquo caſu contingere poſſit tale inconueniens, id eſt per accidens, & ex hoc non poteſt inferri generalis regula, quod matrimonium debeat ſemper eſſe nollum, & irritum His igitur præmiſſis:

Reſolutio difficultatis initio paragraphi propoſita.

159 Quoad primam partem difficultatis ſupra ante *numerum* 134. propoſitæ ſcilicet, an fœmina nupta; etſi virgo, cuius ſola arctitudo extraordinaria iudicio peritorũ, ſeu medicorum per incisionem, abque mortis, vel grauis morbi periculo medicabilis obſtat congreſſui viri, teneatur pati, & admittere inciſionem, Negant Toletus (qui tamen poſſet intelligi de inciſione periculoſa) *d. l.* 7.c.12.n.2. & Baſil. Pontius *vbi ſupra*, ob rationes iam allatas, & ſolutas. licet contra hanc partem, vrgeat ſola ratio eius tertia *ſupra nu.*150. adducta, nimirum quod id ſit contra honeſtatem, & illicitum, quæ ratio iam *ſupra num.* 156. reiecta eſt; vbi oſtenſum eſt, id etiam in virgine eſſe licitum (S. Thomas, & alij *num.* 143. *relati*, & alij *infra allegandi* docent) cum nulla appareat inhoneſtas, & turpitudo in eo, quod natura intuetur ad actum honeſtum, qualis eſt actus coniugalis, ac proinde, ſi aliàs poſſit (vt pluries contigit) id fieri abſque vitæ & grauis morbi periculo eam impotentiam coëundi ex ſola extraordinaria virginis nuptæ arctitudine prouenientem non cenſeri perpetuam, neque ma-
160 trimonium dirimere, cum eodem S. Tho. tradunt alij Doctores omnes, vt latè ſupra oſtendi. † Alij igitur aſſerunt fœminam teneri, quando deberet pati tantum leue corporis periculum, leuemuè dolorem, & conſequenter à contrario ſenſu videntur ſentire oppoſitum, ſi fœmina non poſſit pati inciſionem abſque graui incommodo, ſeu graui dolore, licet abſque vitæ, vel grauis infirmitatis periculo. ita Gloſſa *in d. cap. fraternitatis, verbo corporali*, Caualcanus *loco ſupra n.*143. *allegato*. Lancellotus *inſtit. iuris can. lib.* 2 *tit. quæ matrimonium impedire poſſunt* §. *item frigiditas, verbo ope medicorum*, & Gregorius Lupez *l.* 2. *verbo grande tit* 8. *p* 4. Alij docent teneri ad ſuſtinendam inciſionem etiam cum grauiſſimo dolore, & notabili incommodo, & infirmitate, ac enormi læſione citra graue periculum mortis. Ita Ioſeph Angles *floribus d. a.* 1. *ſupra, n.*146. *allegato dub.* 1 *diff.* 1 *corollario* 1. *quod infert ex* 3 *concluſione ſupplementum* Grabrielis *d. q. vnic. a.* 2. *notabili* 6. Palacius, Ouadus, Cenedo à Sanchez *d. diſp.* 93.
161 *n.* 31. *relati.* Sed communis, & verior ſententia eſt, quod teneatur pati inciſionem cum moleſtia, & graui dolore, non verò cum grauiſſimo dolore, aut periculo grauis infirmitatis. Primũ probatur, quia, cum defectus ſe teneat ex parte fœminæ, durum illi videri non debet obligari ad grauem dolorem cito tranſiturum, ne alter carens defectu, & innoxius in perpetuo careat debito coniugali, & matrimonij fine. Quare in hoc caſu, ex vi matrimonij, ſeu iuris ad coniugalem copulam in virum per validum matrimonij contractum tranſlati ad talem inciſionem ſuſtinendam obligatur. Confirmat Petr. Ledeſma *d. art.* 1. *verſus finem. in dubio poſt reſponſionem ad quintum*, quia ad reddendum debitum temporale tenetur homo pati iacturam aliquam, ergo ad reddendum hoc debitum grauiſſimum. Secũdum verò oſtenditur, quia nimis durum videtur mulierem cum tanto incommodo, & detrimento obligari ad debitum coniugale ſoluendum. Cõfirmatur, quia coniux non tenetur ad debiti ſolutionem cum iactura ſalutis, aut graui vitæ periculo. vt latè infra Et ob eaſdem rationes vir impotens ad coëundum, ſi illius impotentia poſſit aliquo remedio abſque vitæ periculo auferri, tenetur admittere remedium etiam cum graui cruciatu, nõ tamen cum grauiſſimo, aut cum graui infirmitatis incommodo; etenim quoad obligationem reddendi debitum vir, & vxor ſunt pares, vt *ſupra* dictum eſt; & ita quoad vtrumque membrum in terminis Sotus, Petr. Ledeſma Rodriq. Henriq. Rebellus, Reginaldus, Flamma, Lopez *locis ſupra n.*143. & 146. *allegatis*. Gutierez *d. cap.* 112. *n.* 31. Aug. Barboſa *collectan. ad d. cap. fraternitatis n.* 13. *de frig. & malefic.* Sanchez *d. diſp.* 93. *num.* 32. Bonacina *d. puncto* 13. *num.* 7. Filliuccius *d. cap.* 7. Auerſa *d. ſect.* 2. *verſic ſi vero*, & Hurtadus *d. diſp.* 11. *num.* 14. Prædicta verò, ſicut & mox dicenda ſunt intelligenda, niſi vir remittat obligationem, & contentus ſit à copula abſtinere, aut niſi mulier velit ingredi religionem, & profiteri, quo caſu ſoluitur matrimonium ratum.

Quoad ſecundam partem eiuſdem difficultatis *n.* 134. 162
propoſitæ, nimirum quando fœmina non eſt arcta, ſed congreſſui viri ob eius imbecillitatem, & debilitatem obſtat elauſtrum virginale, quod ope medica, abſque vitæ, aut grauis morbi periculo poteſt aperiri, & ita virgo nupta reddi apta eidem viro imbecilli, an tunc teneatur fœmina admittere medicamẽtum, & pati etiam inciſionem Petrus; Ledeſma *d. q.* 50. *a.* 1 *verſus finem ante vltimum dubium*. Baſilius Pontius *d. cap.* 62. & Hurtadus, *n.* 14. docent non teneri, quia in hoc caſu mulier in ſe nullum patitur defectum, & per illam non ſtat, quo minus reddat debitum viro, ſed eiuſdem viri eſt defectus; ergo ipſi tantum, & non fœminæ incumbit vti remedio, quo defectus ipſius ſuppleatur; fœminæ verò ſufficit offerre debitum modo ordinario. Confirmatur primo, quia ſi rupto clauſtro adhuc fœmina non poſſet à viro cognoſci, & propterea diſſolueretur matrimonium, illa vix poterit denuò nubere, vel iuxta ſuum ſtatum; quia nõ credent à viro incognitam. Confirmatur ſecundo ab Hurtado, quia (& eſt ratiu deſumpta ex Pontio, vt colligi poteſt ex dictis *n.* 150. & *ſeqq.*) fœminã virginem corrumpi horret quodammodo natura, & honeſtas ipſa difficillimè patitur; ſed hanc rationem non vrgere iam oſtenſum eſt ſupra *n.* 159. & colligitur etiam ex dictis *n.* 156. apertio enim ſigilli virginalis per medicamentum, aut inſtrumentum aliquod, aut cũ digitis, cum non fiat delectationis cauſa, ſed in ordine ad actum coniugalem & finem matrimonij aliàs validi (vt ſupponitur, non eſt contra naturam, neq; honeſtatem (vt expreſsè docet S. Tho. *locis n* 14 *relatis*, quem in hoc communiter ſequuntur DD. *ibidem relati*, & alij) neque etiam quando poteſt ſaltem abſq; grauis cruciatu, aut morbo iudicio virorum, vel mulierum peritarum contingere, tantum afferre poteſt horrorem, vt propter hoc ſolum fœmina deobligetur admittere remedium; aliòqui, cum etiam inciſio ad tollendam arctitudinem non careat horrore, nunquam fœmina arcta teneretur illam ſuſtinere. Addo quod ſi id eſſet contra honeſtatem, neque ipſa fœmina ſpontè poſſet pati inciſionem, vt vir illi poſſit commiſceri, vt dicebam *ſupra d n.*156. quod nullo modo videtur dicendum, nec idẽ
Pont. admittit. † Alij communiter aſſerũt fœminam te- 163
neri, quando non ſit ſequuturũ graue incomodum, aut futura grauis infirmitas. Ita Lop. Angles, Rodriq. Reginaldus, Flamma, Filliuccius, Auerſa *locis ſupra n.*141. 146. & 161. *relatis*. Gutierez *d. cap.* 112 *num.* 31. *verſic. In ſecundo vero caſu* Sanchez *d. diſp* 93. *num.* 34. Bartholomæus Ledeſma, Vega, Cenedo, Celaia à Sanchez *d. nu.* 34. *relati*, & Ochagauia *tract.* 3. *quæſt.* 69. ab Hurtado *d. numero* 24. *relatus*, aiens fœminam teneri, etiam cum graui detrimento, & iactura non periculoſa, in quo à præallegatis diſcrepat, qui nolunt eam teneri cum graui detrimento, & merito, vt oſtendunt dicta *ſupra nu.* 161. Rationem autem, cur fœmina virgo in hoc etiam caſu, vbi non timetur graue incommodũ teneatur pati apertionem aliquo remedio applicato, eam aſſerũt, quia id videtur exigere ius viri in corpore fœminæ acquiſitum per matrimonium, cum ſit verum, & validũ, vt ex

tertio ſuppoſito conſtat. Neque officit defectum eſſe in viro', nempe eius extraordinariam debilitatem; nam cum vir culpa careat, & illius naturali imbecillitati mederi nequeat, quæri debet remedium ex parte fœminæ, vt ipſa reddatur viro apta. Quemadmodum etiam vir, ſi ob mulieris defectum, puta ob ventrem nimis tumidum, aut groſſitiem extraordinariam non poſſet illi commiſceri, extraordinario modo, & conatu, ad id certè teneretur; ſicut enim è contra ſi vir non poſſet coniungi niſi certo ſitu, aut niſi eidem valde cumptæ, aut veſtibus pretioſis ornatæ, eo ſitu, fucis & veſtibus pretioſis vti deberet mulier ad viri infirmitatem iuuandam; licet in primo caſu impedimentum coëundi ſe teneat ex parte fœminæ, & in ſecundo ſe teneat ex parte eiuſdem viri. Neque dicatur ex hoc ſecundo caſu non ſequi fœminæ detrimentum, ſicut ex primo non ſequitur viro, at maximum poteſt ex ſigilli virginalis apertione ſequi, vt ſi adhuc à viro nequeat cognoſci, tunc enim locus erit diſſolutioni matrimonij, cum periculo, vt ipſa vltro non poſſit nubere aliis non credentibus eam à viro incognitam. Nam reſpondet Sanchez, dato ex hac parte fœminam deobligari, nihilominus intentum obtineri, nimirum obligationem hanc non conſurgere ex eo, quod defectus non ſe teneat ex parte fœminæ, ſed oriri ex periculo damni ſubſequuturi. Sed & huiuſmodi detrimentum non eſſe habendum in conſideratione. Confirmat idem Sanchez, eo, quod, cum hoc matrimonium ſit validum ex ſuppoſitis, ius nullum habet fœmina ad virginitatem tuendam, ac proinde hoc non eſt reputandum damnum. Quod etiam, addit Sanchez, non eſt timendum, quia ſi poſtea diſſoluetur matrimonium durante adhuc viri impotentia, notoria erit fœminæ innocentia per ſententiam Eccleſiæ præcipientis, vel permittentis inciſionem (auctoritate enim iudicis facienda eſt, vt *dixi n.* 158.) & declarantis virum impotentem. Confirmat Sanchez prædicta, quia quicunque tenetur ad aliquod obſequium, tenetur etiam ad requiſita ad illius exhibitionem ex dictis ſupra *numer.* 114. ergo vxor obligata ad debiti redditionem, debet adhibere media ad hunc finem reddendi debiti neceſſaria; atque adeo obligatio procurandæ apertionis applicatione remedij, ſeu inciſione non oritur ex impedimento præſtito per mulierem, ſed ex iure matrimonij, cui aliter ſatisfieri nequit. Demum addit idem Sanchez, inciſioni illi, ſeu medicaminibus ſuſceptis præponderare ius ad vſum matrimonij, atque periculum maximum incontinentiæ, & pollutionum vtriuſque coniugis, cum perpetuo cohabitare
164 debeant tanquam veri coniuges. † Et hæc communis ſententia non caret maximâ probabilitate in praxi tamen ob periculum, ne fœmina facta apertione clauſtri virginalis adhuc viro minus apta, & cognoſcibilis remaneat, aut impediatur diſſoluere matrimonium,
165 aut eo diſſoluto cogatur manere innupta, vel nubere cum notabili dedecore à priori non diſcederem. † Et ratione huius periculi eadem cõmunis ſententia debet intelligi procedere quoties viri potentia cum corruptis eſt manifeſta, quo caſu maxima præſumptio eſt, illum eſſe ſimpliciter potentem iuxta dicta *suprà n.*147. ac proinde ſequuta clauſtri apertione fore mulierem à viro cognoſcibilem. Ita eam in terminis limitant Angles, Lopez, Gutierez, & Sanchez. Qui proinde rectè aduertunt eâdem communi opinione retentâ iudicem cautiſſimè debere procedere, antequam ad hoc remedium deueniatur, & prius conſiderare, an vir ſit frigiditate, aut maleficio affectus ex veriſimilibus præſumptionibus (de quibus latè idem Sanchez *diſp.* 94. & Gutierez *cap.* 113.) & quando ex illis conſtiterit eum neutro vitio laborare; & ex viri inſpectione nullus in membro viſili defectus declaretur, conſtabit eſſe potentem ad alias, & ſolum huius fœminæ arctitudinem, aut virginalem integritatem obſtare; ita Gutierez, & Sanchez addentes ex Capella Tholoſana *deciſ.*581.*dub.* 1.*n.*1. poſſe etiam probari virum eſſe potentem ad corruptas, ſi ipſe iuret eas cognouiſſe, & ipſæ ſimiliter ſe ab eo cognitas, cum res hæc turpiſſima aliis teſtibus ocularibus probari nequeat. Circa prædicta autem aduertendum, quod ſi fœmina nolit inciſionem pati, ſiue, quia non vult, ſiue, quia ad eam patiendam non tenetur, & impedimentum naturâ ſuâ eſt temporale, & nulla ſit ſpes forte, vt vir fœmineum vas penetrare valeat experientia triennij iam habita ad id demonſtrante, non erit licita copula, vt Sanchez de matrimonio *lib.*7.*diſp.*93.*n.*36. *&* *lib.*9.*diſp.*17.*nu.*29. quia copula ſit coniugibus permiſſa intra vas legitimum, ſeu cum ſeminatione intra vas legitimum; licebunt autem his coniugibus tactus abſque pollutionis periculo, cum matrimonium ſit validum, per tradita à Sanchez *d. diſp* 17.*n.*11 *& eodem lib. diſp.* 44. *n.*11. *& à me tomo* 2 *varior. mor. tit.*1.§.59.*n.*1191.

Fœminæ in fauorem matrimonij inciſæ, ac notabiliter læſæ an vir teneatur præſtare alimenta, ſi matrimonium nullum declaretur.

An verò caſu, quo mulier arcta, vel cuius virginitas obſtabat congreſſui viri, paſſa ſit in fauorem matri- 166
monij inciſionem periculoſam, & propter enormem læſionem immedicabilis remanſit, & poſtea ſolutum eſt matrimonium, quia adhuc vir eam non potiut cognoſcere, debeat ali à viro hoc, in cuius gratiam ſe periculo expoſuit. Henriquez *lib.*12.*cap* 7.*n.*6.*in textu*, *& in* Gloſſa *lit.* *T.* aſſerit virum teneri ad præſtanda ei alimenta, cum in eius gratiam paſſa ſit illam enormem læſionem. Confirmat tum ex *cap. requiſiſti* 33. *q.* 7. (vbi tamen nil de hac re) tum ex *cap quod propoſuiſti* 32.*q.*7. illis verbis: *Non tamen ei ſubſidij opem ſubtrahat, iuncta* Gloſſa *ibidem verbo nubat*, *& verbo opem*, quæ tamen Gloſſa ibidem hanc ſubſidij opem intelligit de dote ratione illius matrimonij poſtea diſſoluti accepta reſtituenda; quam intelligentiam etiam approbat Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d. can quod propoſuiſti num.*2. Baſilius Pontius *d. lib.*7 *cap* 26.*num.*6. dicit, ſi fœmina lubens, & ſponte paſſa ſit inciſionem, virum non teneri illam alere, quia ſpontè ſuſtinuit, ac ſe illi periculo obiecit, at ſi coacta, & contra eius voluntatem fuit inciſa, teneri virum eam alere, ſeu ſubminiſtrare dotem ſufficientem, vt poſſit æquè bene nubere. Sanchez verò *d. lib.*9. *eâdem diſp.*93.*num.* 12. affirmat, quod etſi æquitati conſonum videatur, vt vir tali fœminæ in ſui fauorẽ inciſionem enormem paſſę alimenta præſtet, eum tamen nulla obligatione iuſtitiæ teneri, cum nulla huius obligationis ratio appareat. Mihi videtur dicendum, quod ſicut inciſio (ſiue ad ſimplicem viri petitionem, ſiue coactè per iudicis ſententiam ad eam deueniatur) fit ob bonum matrimonij, nempe illius vſum in ordine ad prolem ſuſcipiendam, & conſequenter reſpicit bonum, & commodum vtriuſque coniugis, ita vterque damnum, & incommodum, quod inde ſequitur, debeat ſuſtinere, & ita virum de iuſtitia teneri præſtare tali fœminæ ſaltem partem alimentorum. Hactenus qualiter impotentia coëundi excuſet, vel non excuſet à reddendo debito, teneaturuè coniux ſe reddere aptum ad debitum ſoluendum, digrediamur ad alia.

* * *

SVMMARIVM

SVMMARIVM

§. Noni, Decimi, Vndecimi, & Duodecimi.

Neuter coniux tenetur alteri reddere debitum cum graui detrimento corporis, & propriæ incolumitatis. n.167. ſecus cum leui, & modico. n 168.

Mortale eſt reddere debitum coniugale cum notabili detrimento propriæ ſalutis, niſi inaduertentia damni, aut alia vrgens neceſſitas excuſet. n 169.

Coniux vulneratus, vel laborans ecthica, vel alia febri, vel graui morbo, aut dolore non tenetur perſoluere debitum, numero 170.

Coniux excuſatur à reddendo debito in balneis, vel ſtatim à balneis, vel poſt hauſtum ſanguinem ex vena, vel immediatè poſt prandium, ſeu cibum deſumptum. n.171.

Fœmina ſtatim à partu an teneatur reddere debitum. ibid.

Excuſatur coniux à debiti redditione, ſi alter immoderatè, & nimis exigat. n.172.

Fœmina nupta, quæ non poteſt parere ſine vitæ periculo, vel non niſi fœtum mortuum validè contrahit matrimonium. numero 175.

An teneatur reddere debitum. 173.

An poßit licitè reddere, & petere debitum, & vir eidem petenti teneatur reddere. n.174.176. & 177.

An talis fœmina ſciens ſuum defectum peccet contrahendo matrimonium. n.173. & 178.

Coniux ſanus non tenetur reddere debitum coniugi laboranti peſte, vel phthiſi, aut morbo gallico. n.179.

Meretrix infecta morbo gallico, aut alio ſimili contagioſo, non manifeſtans talem morbum volenti coire cum ea, & non reſiſtens, an vltra peccatum luxuriæ peccet contra charitatem, & etiam teneatur ad expenſas, & damna peccanti ſubſequuta, n.180.

Coniugi leproſo alter ſanus cum periculo grauis infectionis non tenetur reddere debitum; ſecus ſi tale periculum non immineat, vel ſolum ex frequenti, non autem ex vno, aut altero coitu. n.181. & tribus ſeqq. & 186.

Minus periculum infectionis imminet vxori ſanæ accedenti ad virum leproſum, quàm econtra, & ideo ipſa magis tenetur quàm vir coire lepra, aut ſimili morbo contagioſo non obſtante. n.185.

Viro ſano imminet periculum infectionis, etiamſi accedat ad mulierem ſanam cognitam à leproſo. n.187.

Tenetur cum periculo infectionis notabilis coniux ſanus ad redditionem debiti, & ad cohabitationem ſi lepra, morbus gallicus, aut ſimilis morbus contagioſus coniugis præceſſit matrimonium, & non fuit ignoratus. n.188.189.190.

Limitatur, ſi infectus iuri ſuo cedat, vel loci conſuetudo non permittat acceſſum ad leproſos, vel lepra leonina; vel nimius horror excuſet. n 191. & ſeqq.

Etiamſi ex debiti redditione coniugi ſano non immineat periculum infectionis à reddendo debito. Excuſat maximus horror naturalis conſurgens ex acceſſu ad leproſum. n.194.

Coniux ſanus cum periculo infectionis licitè poteſt alteri leproſo, vel habenti morbum gallicum, aut ſimilem reddere debitum, & cum eo habitare, & meretur, ſi faciat ex charitate. n.195.

An poßit, & teneatur coniux ſanus reddere ceſſante proprio infectionis periculo, ſi prolis naſcituræ infectionis periculum ſubſit. n.196.

Proles ſana gignitur ex leproſis n.197.

Lepra hodierna eſt ita contagioſa ſicut antiqua Iudæorum ibid.

Coniux ſanus non tenetur cum periculo grauis infectionis habitare in eadem domo cum leproſo; ſecus ſi nullum periculum infectionis ſubſit, vel tantum infectionis non notabilis. numero 198.199.

Ex cohabitatione in eodem thoro ſemper imminet infectionis periculum. numer 200.

Coniux ſanus cum ratione periculi infectionis eximitur à cohabitatione, etenetur in neceſſitate leproſo ſubuenire, & alia onera, ſeruitia, & obſequia, quæ inter coniuges præſtari poſſunt abſque vitæ periculo, & prope domum eiuſdem leproſi habitare. n.201.

Filij debent educari apud coniugem ſanum. ibid.

Coniuges tenentur vacare generationi cum vitæ periculo, ſi id bonum commune deſideret. n.202.

Coniux gratiâ euitandæ incontinentiæ in altero debitum petente an teneatur, vel poßit licitè reddere. n.203. ad 207.

Iniuſtè inuaſus poteſt licitè occidere inuaſorem, non obſtante quod is ſit æternum periturus, ſi aliter non poteſt ſe defendere ab eodem iniuſto aggreſſore. num.205.206. 207. 209.

Si tamen ſibi nullius culpæ ſit conſcius, licitè, & laudabiliter poteſt iuri ſuo cedere, & ſinere ſe potius occidi, quàm occidere inuaſorem iniquum, ne is in ſtatu peccati mortalis decedat. num. 207.

Paſtor cum vitæ periculo non tenetur alicuius priuati peccatum impedire. n.204.

Homo habet à Deo aliquale dominium, adminiſtrationem, & cuſtodiam ſuæ vitæ, & ſuorum membrorum. n.206.208.

Iuſſus ſibi ipſi obtruncare manum à Tyranno alioqui ſtatim mortem illaturo, ad ſaluandam vitam licitè ſi velit, poteſt ſibi ipſi manum abſcindere. ibid.

Cum periculo notabilis detrimenti ſalutis exigentis debitum coniugale, alter coniux nō tenetur reddere, nec poteſt. n.209.

Parentes ſpeciali obligatione iuſtitiæ, ſeu pietatis non tenentur nec poſſunt reddere debitum coniugale cum periculo ſalutis, aut notabilis damni prolis etiam ad euitandum incontinentiæ periculum; & quando tale periculum ſit timendum. 210. & 211.

Vxor an eo tempore, quo lactat filium, teneatur reddere debitum coniugale, & an maritus licitè ab ea exigere poßit, & præſertim ad euitandam incontinentiam. n.12. ad 17.

Exponens proprium filium ad Xenodochium, eum necare cenſetur. n.216.

Ad euitandum incontinentiæ periculum non licet congreſſus coniugalis cum periculo abortus n.213.

Neque etiam prægnans ad euitandum ſimile periculum poteſt vti ieiunio cum periculo prolis. ibid.

Nutrices, quæ alienos filios nobilium lactant, qualiter peccent actum coniugalem exercendo. num. 218.

An poßit licitè negare debitum coniugale, ne naſcantur plures liberi, quos ſuſtentare parentes non poßint. n. 219.220.

Negare debitum præcisè ad euitandam prolis multiplicitatem eſt mortale. n.221.

Coniuges ex mutuo conſenſu, aut pacto poſſunt licitè ſeruare continentiam, ne plures naſcantur filij, ſeclaſo tamen incontinentiæ periculo. n 222.

Mortale eſt negare debitum, ne proles naſcatur ex maculato ſanguine. n.223.

Licet negare debitum ad euitandum magnum detrimentum in bonis fortunæ, vel in fama, aut ad magnam in illis vtilitatem comparandam. n.224.

Ob dotem ſuo tempore non ſolutam, non licet marito negare debitum coniugale. n.225.

§. IX.

A reddendo debito an, & quando excuſet imminens periculum propriæ ſalutis, & incolumitatis?

ITaque ſicut impotentia coëundi à redditione debiti ea durante excuſat: ita neuter coniux tenetur alteri reddere debitum cum graui periculo vitæ, ac ſalutis propriæ, ſeu cum graui detrimento, & damno corporis, aut valetudinis; vt tradunt communiter Doctores, S. Thomas *in addit. ad 3. p. quæſt. 64. art. 1. & in 4. diſt. 32. quæſt. vnica. art. 1. ibidem,* Maior *q. 1. verſic. Contra tertiam concluſionem.* Ricchardus *art. 1. q. 1.* Paludanus 167

q.1. art. 2. concluſ.2. Durandus *q.1.* Sotus *quæſt. vnica art.1. concl.2.* Panormitanus *in cap.1. de coniugio leproſorum*, Angelus *verbo Debitum coniugale nu.3.* Syluester *eod. n 2.* Armilla *eod. n.3. & v. Matrimonium n.68.* Caietanus *in Sum. V. Matrimonium, vbi de vſu matrimonij verſic. Primm.* Tabiena V. *eod.3. n.5.* D.Anton.*3 p. tit.1. cap. §.10.* Victoria *in ſum. nu.278.* Cataneus Epiſcopus Chiemenſis *in ſum. v. Debitum coniugale initio.* Aſtenſis *2.p. ſum. lib.8. tit. 10. art.1. quæſt.1.* Ioannes de Friburgo *lib.4 ſum. tit. 2. q.35.* P. Ledeſma *de matr. q.64. art.1. verſic. In hac quæſt.* Flamma *3.p. methodi c.8. §.9.* Brunellus *de ſponſ. concl 8. num.8.* Comitolus *lib.1. reſp. mor. q 136.* Nauarrus *in ſum. cap.16. num.7.* Rodriquez *1.p. ſum cap 242. n.1.* Henriquez *lib.11. cap.15. n.7.* Sanchez *lib.9 de matr. diſp.24. n.1.* Azorius *p 3. lib.3. q.20.* Rebellus *p.2. lib. 2. q 16. n.4.* Baſilius Pontius *lib.10. cap.14. n.2.* Bonacina *quæſt.4. pun.1. n.3. & 4.* Reginaldus *lib.31. n 238.* Ægid. Coninch *diſp 34. num.20.* Laymann *lib.5. tract.10. p.3. cap.1. n.5.* Filliuccius *to.1. p.2. tr.10. n.339.* Villalobos *p.1. tract.13. diffic.48 n.1 & ſeqq.* Hurtadus *diſp 12. num.53.* Fagundez *in decalog. lib 6. cap... n.47.* Sà V. *Debitum coniugale n.15.* Auguſtinus Barboſa *in collectaneo ad cap. quoniam, de coniugio leproſorum.* Aneraa *qu. 21. ſect.2. §.1.* & plures alij à Sanchez, & Barboſa relati. Ratio autem (vt innuunt S. Thomas, Durandus, alij præallegati, & in terminis Ricchardus) eſt, quia Deus noluit hominem obligari mulieri in his, quæ ſunt contra rectam inclinationem, ſeu rectum ordinem naturæ; rectus autem ordo naturæ in hoc homine, ſeu recta inclinatio naturæ iſtius hominis per prius eſt ad actum nutritiuæ, quo conſeruatur proprium indiuiduum, quam ad actum generatiuæ potentiæ, qui ordinatur ad conſeruationem ſpeciei; nam prius ſumit de nutrimento, quod neceſſarium eſt indiuiduo, & ſuperfluum relinquit ad actum generationis, ac proindè homo non tenetur ad actum generatiuæ in notabile præiudicium incolumitatis proprij corporis. Prætetea ſtrictiùs (vt argumentatur Maior) obligat præceptum de ſeruanda vita propria, quam de reddendo alteri coniugi debitum. Tertiò probatur, quia nec communiter humani contractus, nec alia debita cum tanto incommodo obligant. Denique Durandus, Panormitanus, Brunellus, & alij probant ex ordine charitatis, quæ naturam perficit; etenim iuxta charitatem ordinatam, ſeu iuxta ordinem charitatis quilibet tenetur plus ſibi, quam alteri *l. præſes, Cod. de ſeruit. & aqua & can. non ſatis d.86.* & ideo non tenetur quis alteri reddere debitum, ſi illius redditio redundet in periculum propriæ perſonæ, aut graue, & notabile detrimentum incolumitatis propriæ. † Secus verò ſi inde non timeretur probabile periculum notabilis, & grauis damni; ſed reddens paſſurus eſſet tãtum modicum, & aliquale detrimentum vitæ, vel ſanitatis; huic enim damno præponderat lex iuſtitiæ ad debitum reddendum obligans: Et ſicut in aliis obligationibus iuſtitiæ debitor tenetur ſatisfacere, quamuis ſibi timeat aliquod leue detrimentum, ita coniux ad reddendum debitum coniugale; & ita in terminis etiam Sotus, Sanchez, Rebellus, Bonacina, Villalobos. Et colligitur ex aliis, dum aiunt coniugem non teneri reddere cum ſuo graui detrimento.

169 Immò quando imminet probabile periculum vitæ, aut notabilis, & grauis detrimenti ſalutis propriæ, neuter coniux non ſolum excuſatur à reddendo debito, ſed nec licitè reddere poteſt, & tunc reddere (niſi excuſaret tanti damni inaduertentia, aut alia iuſta cauſa v.g. periculum incontinentiæ, aut ſimilis iuxta infrà dicenda) eſſet peccatum mortale, vt docent Sotus, Caietanus, Armilla, Flamma, Pontius, Villalobos, Coninch. Laymann, Filliuccius, & alij, quos Sanchez *n.8.* refert. Ratio eſt, quia non habemus dominium vitæ noſtræ, ſeu noſtri corporis, nec poſſumus illud euidenti periculo ſine graui, & vrgenti neceſſitate exponere, vnde ſicut hac de cauſa mortale eſt vti cibis ratione exceſſus, aut eorum qualitatis notabiliter ſibi nocentibus, niſi detrimenti inaduertentia excuſet, ita etiam vti actu coniugali cum ſimili detrimento.

Coniunx laborans febri, vel alio graui morbo non tenetur ad debitum ſoluendum.

Hinc primò coniux ſiue maritus, ſiue vxor laborans ægritudine, putà, febri, hectica, vel graui vulnere, vel alio graui morbo, aut dolore non alteri petenti reddere debitum, cum tunc ex carnali copula graue detrimentum corporis ſibi probabiliter immineat. Ita Paludanus, Maior, Sotus, Panormitanus, D. Antonin. Brunellus, Comitolus, Sanchez, Pontius, Fagundez, Filliuccius, Bonacina, Villalobos, *locis allegatis*, & alij relati à Sanchez *d. diſp 24. n.3.* vbi tamen declarat ſolum dolorem dentis molaris, aliúmve ſimilem, aut capitis abſque febri non excuſare à debiti redditione; quam declarationem approbat etiam Bonacina. At dolorem capitis, etſi abſque febri, ſi grauiùs, & vehemens foret, credo excuſare, ex copula enim tunc notabile detrimentum ſequi poteſt; ſicut etiam exiſtimo, quod excuſarent graues dolores inteſtinorum, vulgò dolori colici, licet febris abeſſet. Quamuis ſi frequenti, aut diuturno dolore capitis, aut inteſtinorum graui, aut ſimili dolore laboraret, conſultiùs faceret, conſulendo medicos, an ei ſimili dolore laboranti abſque febri actus coniugalis notabile detrimentum inferre poſſet. 170

Statim à balneis, vel à prandio, vel poſt hauſtum ſanguinem ex vena excuſatur coniux à reddendo debito: Et quid an fœmina ſtatim poſt partum teneatur reddere?

Secundò non tenetur reddere debitum coniux in balneis, vel ſtatim à balneis (vulgo ſtuffe) reuerſus, vel ſi ſanguinem hauſerit ex vena, qui coitus illi eſſet notabiliter periculoſus. Ita D. Antoninus, Sanchez, & Filliuccius. Quemadmodum etiam ſæpè excuſari coniugem à reddendo debito ſtatim à prandio, eo quod copula tunc habita ſoleat graue afferre detrimentum, tradunt Sanchez, & Bonacina, & priùs indicarunt Paludanus *d. art 2. concl.2.* & D. Antoninus *d. §.10.* vbi ex relatione cuiuſdam Medici teſtantur, quendam virum ad ſiccitatem phthiſicæ deductum, ſeu in phthiſim incidiſſe, quia ſtatim poſt prandium conſueuerat cognoſcere vxorem. Et Vega de arte medendi *lib.2. cap.4.* ait coëuntem ſtatim ſumpto cibo pati cruditatem, aut ciborum corruptionem, niſi validus admodum fuerit, & ex frequenti coitu poſt cibum ſumptum ſequi manifeſtam corporis læſionem. An vero puerpera ſtatim à partu teneatur reddere, certum eſt non teneri, ſi ex redditione ei impenderet periculum grauis morbi, vel notabilis aggrauationis infirmitatis contractæ ob partum; vt Sanchez *lib.9. diſp.22. num.12.* Eo periculo ſecluſo an liceat petere, & reddere, & conſequenter adſit reddendi obligatio, explicabitur infrà *cap.9.* cum de obligatione parentum erga prolem in fieri. 171

Coniux non tenetur reddere debitum coniugi immoderatè, & frequentiùs, quàm par ſit petenti.

Tertiò non tenetur coniux reddere debitum alteri nimis frequenter, & immoderatè petenti, eo quod multus coitus valdè noceat ſaluti, vt oſtenſum eſt *ſuprà num.39.* & ita præter Doctores *ſuprà num.38.* allegatos 171

Digitized by Google

gatos docent Paludanus, D Antoninus *locis citatis*, & Sanchez alios allegans *d.d.ſp.24.num.6.* Immò eſſet letalis frequens, & immoderatus coitus viri cum vxore, ſi aduerterent inde ſibi imminere periculum notabilis detrimenti ſuæ incolumitatis per dicta *ſuprà numero* 169. & quamuis ſecluſo etiam hoc periculo, Præpoſitus *in rubrica de ſponſalibus num.3.* à Sanchez relatus, dixerit eſſe mortalem frequentem, & immoderatum vſum coniugij, eo quod nec prolis generationi deſeruiat, nec incontinentiæ vitandæ ſit neceſſarius; nihilominus oppoſitum vti certum tenendum eſt, id, quod cum aliis tradit Sanchez *d num.6.* etenim nondum concepto fœtu ad illius generationem tendit coitus, & ita ex hac parte eſt licitus: concepta verò prole aut refertur ad fornicationem euitandam, aut ad ſolam voluptatem, & ita vel eſt licitus, vel venialis tantum, ſecluſa aduertentia notabilis damni corporalis ſalutis indè ſequuturi.

Fœmina nupta, quæ non poteſt parere abſque mortis periculo, vel non niſi fœtum mortuum, an teneatur debitum reddere, vbi an talis fœminæ matrimonium ſit licitum, & validum, & an poßit licitè reddere, & petere?

173 Quartò, ſi mulier Medicorum iudicio, vel antecedenti experientia poſtquam concepit, nequit parere abſque probabili, & graui periculo mortis, ratione huius periculi non tenetur reddere debitum coniugale viro; Ita Petrus Ledeſma *de matr. q.58. art.1. in dubio poſito in fine eiuſdem articuli*, Rodriquez *1.p. ſum. cap.234. num.6.* Sanchez *lib.7. diſp.102. num 9.* Rebellus *p.2. lib.3. q.16. num.10.* Coninch *dub.31. num.86.* Filliuccius *tom.1. p.2. tract.10. cap.4. num. 103. verſicul. ſi quarto.* Laymann *lib.5. tract.10. p.3. cap.1. num.6.* Bonacina *d.p.1 num.7.* & alij à Sanchez relati. Et idem dicendum ſi fœmina experientia nouit ſe non poſſe edere prolem viuam; nam ex morte fœtus in vtero, & ex difficultate partus, vel extractionis fœtus mortui non modicum ſibi imminet vitæ propriæ periculum, & proindè eximitur ab obligatione reddendi debitum, vt etiam in terminis tradunt Sanchez *d. diſp.102. num.8.* & Coninch *d.n.86.* Vbi tamen declarat id procedere, quando mulier hæc bona fide cõtraxit, & tuto vult ſeparari à marito; ſecus ſi contraxit conſcia ſui defectus, nam tunc (inquit Coninch, & approbat Layman *loco cit.*) tenetur reddere, quia non potuit contrahere niſi ad hoc ſe obligando, alioqui grauiſſimè maritum deciperet, volẽdo inuitum obligare ad reddendum debitum, & maximè ſi vellet eodem toro vti, quia aliàs grauiſſimis tentationibus maritum exponeret. At alij Doctores loquuntur abſolutè, & ſine vllâ diſtinctione, aut limitatione aſſerunt fœminam, quæ non poteſt abſque mortis periculo parere, aut non niſi fœtum mortuum, non teneri ad debiti redditionem; & certè cum mors ſit maximum horribilium, nimis durum videtur obligari mulierem (licet ſui defectus conſcia nupſerit) ad reddendum debitum cum probabili periculo mortis tempore partus ſequuturæ; Quare mulier viro defectum illius ignoranti nubens, cum ſciret ſe tali defectu laborare, peccat quidem, vt dicetur *infrà num.*178. ſed poſtea tamen excuſatur à debiti redditione propter probabile periculum mortis ſibi imminens; ſicut cum vir mediis aliàs licitis, vel illicitis ſe reddit impotentem ad perſoluendum debitum, vel morbum grauem contrahit, quo affectus nequit debitum reddere ſine propriæ vitæ graui periculo, non tenetur reddere, licet peccet contra obligationem iuſtitiæ reddendi debitum, tunc quando ſcienter, & aduertenter apponit cauſam impotẽtiæ, vel morbi. Prædicta autem fœmina recuſans reddere debitũ coniugale, ne ſe mortis periculo exponeret, teneretur abſtinere à toro, ne alioqui virum incontinentiæ periculo exponeret, vt rectè Coninch. Quod ſi dicas virum ſanum, qui ſciens mulierem eſſe leproſam illam ducit in vxorem, teneri illi poſtulanti reddere debitum cum periculo infectionis (vt ſentit communis Doctorum, de qua infrà) idque ob eam rationem, quia ſciens ad id per matrimonij contractum ſe obligauit: ergo, &c. Reſpondetur eſſe diſparem rationem, quia natura hominis non ita abhorret infectionem lepræ. Sicut horret mortem vltimum, & maximum terribilium.

Sed numquid, quando mulier ita eſt arcta, vt poſſit quidem ſemen recipere, & concipere, ſed iudicio, Medicorum, vel præcedenti experientiâ teſte nequit parere ſine vitæ periculo, aut nonniſi fœtum mortuum (quo caſu, vt dictum eſt ob partus difficultatem probabiliter timeri poteſt mortis periculum) tunc poſſit licitè reddere debitum, vel petere. Petrus Ledeſma, Rodriquez *locis num. præcedenti allegatis* loquentes in terminis de fœmina, quæ nequit parere ſine mortis periculo, aſſerunt eam cum tanto periculo nec teneri, nec poſſe reddere, quia eſſet peccatum mortale exponere ſe periculo mortis, cum non ſimus Domini propriæ vitæ, iuxta dicta ſuprà *n.169.* ac proindè concludunt huius fœminæ matrimonium eſſe inualidum, & nullum, quia ſi non poteſt licitè petere, vel reddere debitum coniugale, neque etiam ad coniugalem actum ſe obligare poteſt, in qua obligatione conſiſtit eſſentia matrimonij: Et ob hanc rationẽ matrimonium fore nullum docuiſſe etiam Victoriam in ſuis prælectionibus, & alios viros doctos teſtatur Ledeſma *loco citato*, & idem ſentiunt alij, quos Henriquez *lib.12. cap.7. §.8. litera k. in* Gloſſa, & Sanchez, *lib 7. diſp.92. num.27.* referunt. & probabile cenſent iidem Henriquez, & Sanchez. Limitant autem Ledeſma, Rodriquez, & alij, vbi conſtaret fœminam (quæ aliàs ſi conciperet, non poſſet parere ſine mortis periculo) eſſe ſterilem, tunc enim aiunt fore validum matrimonium, quia poſſet reddere debitum ſine periculo mortis, & ita ceſſaret impedimentum. 174

Verum quod talis fœminæ non valentis parere abſque manifeſto mortis periculo, aut non niſi fœtum mortuum matrimonium ſit validum, tenent magis communiter Doctores, Hoſtienſis *in ſumm. tit. de frig. & malef §. quæ impotentia num.6.* Brunellus *de ſponſalib. concluſ.28. num.18.* Aſtenſis *2.p lib.8. tit.27. art. vnico. quæſt.1.* Ioannes de Friburgo *lib.4. tit.16. q.11.* Henriquez *d. §.8.* Sanchez *d. diſp.92. num.28. & 29.* Rebellus, Coninch, Filliuccius, Bonacina, Laymann *locis n.173. citatis.* Gutierez *de matr cap.112. num.17.* Villalobos *p.1. tract 14. diffic.18. num.12.* Emanuel Sà *verbo matrimonium, vbi de impedimentis num.14.* Reginaldus *lib.31. numer.102. verſic inferri adhuc poteſt*, & alij à Sanchez *relati.* Ratio autem eſt, quia talis fœmina apta eſt ad copulam coniugalem, ex qua ſuâ naturâ ſequi poteſt prolis generatio, & conſequenter ad tradendum ſuum corpus ad vſum copulæ coniugalis, in qua corporis traditione, & obligatione ad copulam conſiſtit eſſentia matrimonij, per accidens autem ſe habet illa difficultas pariendi, vel non niſi filios mortuos; ſicut etiam ſterilitas, & impedimentum impotentiæ non admittens remedium abſque mortis periculo, quod iuxta *cap. fraternitatis, de frig. & maleficiatis*, *& iuxta Doctores communiter* (quos *ſuprà num.135. & ſeqq.* allegauimus) cenſetur perpetuum, & dirimens matrimonium, intelligitur tantum de impedimento impotentiæ immediato ad actum copulæ coniugalis. Et ita periculum mortis de quo in *d. cap. fraternitatis*, & Doctores relati *d. num.135. & ſeqq.* eſt periculum perpetuum, & proximum actui coniugali, ſcilicet, vt actus coniugalis fiat poſſibilis; periculum autem mortis imminens ex difficili partu non eſt perpetuum, ſed temporale; nam ceſſat in ſenectute, 175

quando

quando fœmina iam effecta eſt ſterilis; & eſt remotum, quia non ſequitur ex coniugali copula, ſed ex partu, & ſic etiam eſt poſterius eſſentia matrimonij conſiſtente in traditione poteſtatis corporum ad copulam aptorum, iniqne obligatione ad eandem copulam, & ideò non poteſt matrimonium vitiare. Quamuis etiam matrimonium ſit propter prolem; de eius tamen eſſentia non eſt obligatio ad prolem (vt patet io patientibus ſterilitatem) ſed ad actum coniugalem, ac proinde quandiu hic eſt poſſibilis, ullo vitæ periculo præmiſſo, valet matrimonium; Et certè per mortem fœminarum nuptarum in partu nullus reuocauit in dubium, an valuerit matrimonium. Quare ad fundamentum prioris ſententiæ contrariæ reſpondetur; eſto qnod copula coniugalis foret illicita, & etiam ob id tale matrimonium abſque culpa nequiret contrahi, inde tamen non poteſt inferri matrimonium eſſe irritum; quia vt valeat matrimonium, ſatis eſt copulam coniugalem ſuâ naturâ, & ea ſe eſſe licitam, quamuis ex aliquo accidenti reddatur illicita, vt euenit in his, qui voto caſtitatis ligati ſunt, prætetquam quod copula coniugalis foret illicita tantum ad tempus, nempè iuuentutis, in qno ſubeſt ſpes concipiendi.

176 Quoad petitionem autem, & redditionem debiti contracto iam matrimonio ſiue cum ſcientia, ſiue cum ignorantia talis defectus patiendi non niſi cum periculo mortis, negari non poteſt, quin ſit valde probabile talem fœminam non poſſe licitè petere, aut reddere coniugale debitum, ſed tam petere, quam reddere eſſe mortale, idque ob dictam rationem *aam.*174. allatam, ſcilicet, quod talis fœmina non babeat dominium proprij corporis, ac proindè illicitum, & mortale videtur eam tali mortis periculo ſe exponere; & ita neque etiam vir (cui fœminæ defectus notus eſſet) teneretur ei petenti debitum reddere, immò neque poſſet ipſe petere; quæ omnia tamquam probabilia approbat etiam Sanchez *d.diſp.*102. *nam.*8. *&* 11. † Ac ipſe
177 *d. aam.*11. Coninch, Filliuccius, & Laymann *locis ſuprà num.*173. *relata*, vti probabilius aſſerunt eidem fœminæ (etſi ipſa non teneatur reddere, vt eodem *num.* 173. oſtenſum eſt) licitum eſſe (ſi velit) reddere, & petere. Tum quia non videtur aduerſari rectæ rationi fœminam in huiuſmodi caſu exponere vitam periculo ob magnum detrimentum abſtinentiæ à coitu, & cum periculo propriæ incontinentiæ, & alterius coniugis; tum quia hoc periculum ex parto non ſolet eſſe adeo certum, nec certa conceptio futura. Et hinc licet alioqui non careat multa probabilitate, quando mulier nequit parere niſi filios mortuos, ei non licere petere, aut reddere, tum ob propriæ vitæ periculum, tum ob detrimentum vitæ corporalis, & ſpiritualis prolis, quæ ex tali coitu poteſt concipi; & ita etiam virum non teneri, nec poſſe eidem petenti reddere. Sanchez tamen *d nam* 8. & eodem Coninch, & Filliuccius, & Layman; & alij viri docti ab eodem Sanchez conſulti veriùs eſſe dixerunt etiam in hoc caſu eidem fœminæ (etſi non teneatur reddere) fas eſſe reddere, & petere, quia recta ratio non videtur dictare, vt coniuges teneantur cum tanto detrimento abſtinentiæ perpetuæ ab vſu coniugij cum maximo incontinentiæ vtriuſque periculo euitare prolis damnum per accidens, & præter illorum intentionem ſequuturum; cui proli propterea, quamuis credatur mortua edenda, non ſit hoc modo iniuria, cum hoc ſit (vt dictum eſt) præter intentionem coniugum ſuo iure vtentium. Prætetquam quod probabile eſt ſecundum Diuum Auguſtinum *lib.*5. *contra* Iulianum *cap.*8. D. Thomam 1.2. *q.*83. *art.*1. *ad* 5. tali proli melius eſſe ſic eſſe cum culpa originali, & carentia viſionis Dei, quàm non eſſe. Et conſequenter nullum ei euenit malum ex tali actu coniugij, ſine quo nullo modo eſſet, cum in coniugum poteſtate non ſit, vt ad eſſe omnino perfectum perueniat. Hoc autem poſito, quod fœmina huiuſmodi nupta non valens parere abſque mortis periculo, vel non niſi fœtum mortuum licitè queat reddere, & petere, etiam vir ei petenti tenebitur reddere, vt notat Sanchez *dict. num.* 8. *&* 11. quia non haberet iuſtam denegandi cauſam; qualem habet ſuppoſita alia ſententia probabili, quod talis mulier nec petere, nec reddere licitè poſſit ob ſui, & prolis periculum.

An verò fœminæ huic ſcienti ſuum defectum patiendi cum periculo propriæ vitæ, aut non niſi fœtum mortuum ſit illicitum nubere, & peccet mortaliter ſic contrahendo. Affirmant non ſolum Petrus Ledeſma, & Rodriquez, ſed etiam Rebellus, & Coninch *loca ſuprà aam.* 173. *citatis*, quia cum non ſit domina ſui corporis tenetur tantum ſuæ vitæ periculum euitare, cum poſſit. Declarat tamen Coninch, cum poſſit commodè, ac proindè ſi graues pateretur tentationes præſertim cum periculo ſuccumbendi, ait, quod licitè nuberet, eo quod non teneatur dicta incommoda cum tanto ſuo malo ſuperare argumento eorum, quæ ſuprà duobus numeris præcedentibus de debiti redditione notata ſunt. Verum cum non poſſint alia media deeſſe ad occurrendum tentationibus, ſicut nunquam huiuſmodi medium conſulerem, ita etiam exiſtimo tali fœminæ non licere matrimonium, quo non poſſet vti niſi exponendo ſe, & prolem inde conceptam tanto periculo; Neque videtur eadem ratio militare in contractu matrimonij, quæ in redditione, & petitione eo iam bona, vel mala fide contracto; nam contracto iam matrimonio, cum magnum detrimentum, & incommodum ſit coniugatos perpetuò abſtinere ab vſu coniugij, & ob cohabitationem, & mutuam viri, & vxoris conſuetudinem adſit ſemper vrgens occaſio tentationum, non mirum ſi tunc ad huiuſmodi incommoda, & periculum incontinentiæ vtriuſque coniugis dicamus eſſe licitum coniugij vſum, licet cum periculo grauis damni proprij, & prolis. Sed ante matrimonium, cur eiuſdem matrimonij contractu ſe, & virum conijcere in tales anguſtias, cum alijs medijs, putà, orationibus, Sacramentorum frequentia, occaſionum fuga & ſimilibus medijs nullo expoſitis periculo ſuæ ſpirituali ſaluti ſubuenire, & carnis tentationes facilè ſuperare tali fœminæ liceat? Et citra omne dubium grauiter peccaret talis fœmina conſcia ſui defectus, ſi viro defectum ignoranti nuberet, quia eſſet magna deceptio viri, id qood non negat Coninch. 178

Coniux ſanus an alteri coniugi leproſo, vel habenti peſtem, aut morbum gallicum, aut alium ſimilem morbum contagioſum teneatur reddere debitum cum periculo infectionis.

Quintò, non tenetur coniux reddere debitum alteri petenti peſte infecto, ob probabile periculum infectionis grauis, & periculoſæ, vt in terminis Laymaon *ſuprà numero* 167. & alij Doctores *ibidem citati*; dum aiunt non eſſe obligationem reddendi debitum coniugi morbo contagioſo laboranti, vbi adeſt periculum infectionis ſaltem notabilis. Quare etiam neuter coniugum tenetur reddere debitum alteri phthiſico, ſi iudicio Medicorum detur periculum phthiſis in reddente; vt ſæpè datur, præſertim ſi phthiſicus ſit valdè tabidus, & malè affectus. Ita Fagundez *loco ſuprà d. nam.*167. *citato*. & colligitur ex alijs Doctoribus *ibidem citatis*. Et ita nec coniugi laboranti morbo gallico alter tenetur reddere; cum experientiâ manifeſtum ſit ex coitu ſani, vel ſanæ cum infecta, vel infecto morbo 179

Digitized by Google

morbo gallico cõtrahi eundem morbum tam grauiter (vt omnibus notum eſt) eo infectos torquerent. Ita in terminis ex Doctoribus *d. num. 167. relatis*, Sotus, Victoria, Petrus Ledeſma, Flamma, Armilla, Comitolus, Henriquez, Baſilius, Pontius, Bonacina, Sanchez, Auguſt. Barboſa, *collect. ad cap. 2. de coniug. leproſorum num. 3.* Pariſius *de reſignatione lib. 5. q. 6. n. 29.* & Petr. Barboſa *in Rubrica ff. ſoluto matrimonio p. 2. num. 28.* & alij ab eodem Sanchez *d. diſp. 24. num. 18 relati.* & colligitur ex aliis Doctoribus eodem *num. 167. relatis*, aientibus excuſare à debito reddendo periculum imminens gra-
180 uis infectionis. † Addit Flamma *loco ſuprà num. 167. citato*, vltra luxuriæ peccatum, & eius ſpeciem grauiſſimè peccare eam mulierem meretricem, vel ſecretam, quæ ſolicitata, vt inhoneſtè coëat cum aliquo, ſi infirma eſt aliquo contagio, vt morbo gallico, non declarat infirmitatem ſuam miſero peccanti, & beſtiali ſuo appetitui volenti ſatisfacere; Immò addit, quod talis vltra hoc tenetur nolle, & defendere ſe omni vi; ſecus tenetur ad omnia damna, & expenſas, quas miſeri in curatione ſimilium contagionum conſumpſerint; & hoc perquirendum à Confeſſariis, cum pauciſſimæ mentionem faciant; & eidem dicit Flamma de viris infectis contagio ſimilium infirmitatum. Et quot (ſubdit idem Flamma) vidimus homines morbo gallico penè exanimes non ſolùm plebeios, ſed nobiles; imò Dynaſtas, & Duces, & Comites, & quot mulieres proprias illuſtriſſimas infecerunt; immò & legitimos filios naſci infirmos fecerunt? Iuſtiſſimo Deo permittente in vindictam beſtialis vitæ carnalium: tot igitur malorum quæ fuit, vel qui fuit in cauſa nonne tenebitur reſtituere quod poterit? Tenebitur ſanè. Ita Flamma. At licet ſit verum tales fœminas, vel viros morbo gallico, ſeu contagioſo, qui ex coitu contrahitur, laborantes vltra peccatum luxuriæ, & eius ſpeciem, peccare contra charitatem non manifeſtando morbum, vel non reſiſtendo; ad reſtitutionem tamen damnorum, vel expenſarum non teneotur, cum nullum appareat peccatum contra iuſtitiam, niſi requiſiti morbum aperire, ſi quem haberent, fraudulenter tegerint.

181 Sed cum lepra inter morbos contagioſos enumeretur, numquid coniux ſanus ſiue vir, ſiue vxor alteri coniugi leprâ infecto poſtulanti poterit licitè negare debitum, an verò tenebitur reddere? Et difficultatem contra præcedentem doctrinam facit textus in *cap. 2.* de coniugio leproſorum ſic habens, *Quoniam nemini licet (excepta cauſa fornicationis) vxorem dimittere; conſtat quod ſiue mulier lepra percuſſa fuerit, ſeu alia grauis infirmitate detenta non eſt à viro ſeparanda, vel etiam dimittenda;* & paulò infrà. *Quod ſi virum, ſiue vxorem leproſam fieri contigerit, & infirmus à ſano carnale debitum exigat, generali præcepto Apoſtoli, quod exigitur, eſt ſoluendum, cui præcepto nulla in hoc caſu exceptio inuenitur.* Propter quem textum ex Doctoribus *ſuprà num. 167. relatis* S. Thomas *locis ibidem allegatis*, Ioannes de Friburgo *d. lib. 4. de matr. tit. 2. q. 67.* Aſtenſis *d. tit. 10. art. 3. q. 1.* Ricchardus *d. diſt. 32. art. 4. q. 2.* Brunellus, Antonius de Literatis *1. p. ſum cap. 49. num. 4.* & nonnulli alij à Sanchez *d. diſp. 24. num. 15. relati* abſolutè dixerunt coniugem ſanum alteri leproſo debitum exigenti teneri reddere, qui etiam eam afferunt rationem, quod in reddendo debitum, cum ſit actus tranſiens, & momentaneus, non ſit periculum infectionis, ſicut in cohabitatione, quam cohabitationem ſani coniugis cum leproſo proinde aiunt in dicto textu non præcipi, ſed ſolum ſuaderi, cum nihil ſit humaniùs, quàm ſponſum, & ſponſam in fortuitis caſibus eſſe participes *l. ſi cum dotem §. ſi maritus, ff. ſoluto*
182 *matrimonio.* † Gaufredus Cardinalis à Soto *d. diſt. 32. q. varia art. 1. poſt concl. 2 verſic. De hac ergo &c.* & nonnulli alij relati à Sanchez *d. diſput. 24. num. 19.* docent, ſanum teneri reddere leproſo exigenti etiam cum periculo infectionis, eo quod ad id vi contractus matrimonij
ſe aſtrinxerit. † Sed vera, & communis ſententia, aſ- 183
ſerit coniugem ſanum non teneri reddere debitum alteri leproſo, ſi conſilio, ſeu iudicio Medicorum probabile periculum notabilis infectionis, & detrimenti incolumitatis attentâ lepræ qualitate, & complexione coniugis ſani (quod periculum iuxta Doctores ſemper præſumendum; quando lepra eſt eius ſpeciei, quam vocant leoninam, in qua eſt tanta infectio, quod partes corporis fruſtratim decidunt) ex coitu immineat, quia (*vt d. num. 167.* oſtenſum eſt) coniuges per matrimonij contractum ſe obligant ad reddendum debitum, non niſi ſaluâ indiuidui ſubſtantiâ, & incolumitate, ſeclusóque notabili corporis proprij detrimento. Ita ex Doctoribus *d. num. 167. relatis* Durandus, Sotus, Maior, Petrus Ledeſma, Victoria, Nauarrus, Flamma, Comitolus, Henriquez, Rebellus, Reginaldus, Baſilius Pontius, Bonacina, Fagundez, Sà, Azorius, Coninch, Filliuccius, Laymann, Hurtadus, Villalobos, *locis d. num. 167. allegatis*, Rodriquez *1. p. ſum. cap. 241. num. 2.* Graſſius *deciſ aur. p. 1. lib. 2. cap. 82. num. 6.* Sanchez *d. diſp 24. num 17.* Auguſtinus Barboſa *d. collectaneo ad d. cap. 2. num. 2. de coniugio leproſorum*, Petrus Barboſa *loco ſuprà num. 179. citato*, Farinacius *in praxi criminali q 143. num. 7. fine*, & præter alios à Sanchez, & Auguſtino Barboſa *relatos* Angelus, & Syluester non ſolum *locis d. n. 167. relatis*, ſed etiam Angelus V. *leproſus num. 2.* & idem Syluester V. *eodem num 3.* vbi verba illa *d. cap. 2. in hoc caſu nulla exceptio inuenitur*, ait intelligi de exceptione propria, ſecus de communi, & generali, quæ in multis caſibus inuenitur, ſcilicet ratione dicti periculi propriæ infectionis, vel etiam ratione impoſſibilitatis, quia fortè ſanus ex horrore reddere non poteſt, vt dicetur infrà. Quare deciſio *dicti capitis 2. de coniugio leproſorum* iuxta eoſdem Doctores, & alios communiter intelligitur vbi abeſt probabile periculum infectionis, ſeu notabilis damni in ſano reddente debitum coniugi leproſo: quomodo etiam debent intelligi S. Thomas, & alij Doctores *num. 181.* qua ratione eos intelligunt plures ex præallegatis Doctoribus; cum moueantur ea ratione, quod ex actu coniugali tranſeunte non appareat periculum infectionis, & ideo è contra aliud ſentiunt; ſi verè adeſſet infectionis notabilis periculum; & etiam Doctores relati *num. 182.* intelligi ita rectè poſſunt, quando ſubeſt periculum infectionis leuis, & detrimenti non nota-
bilis. † Quare ſi de Medicorum ſententia non ſit pe- 184
riculum infectionis, vel timeatur ſolum ex frequenti coitu, non autem ex vno, aut altero congreſſu coniugali attenta complexione, & temperamento coniugis ſani, iſte teneretur alteri leproſo reddere ſemel, vel iterum, licet non frequenter, cum tota ratio ceſſationis præcepti reddendi debitum ſit timor infectionis, ac proinde in tantum ceſſabit, in quantum fuerit talis
timor. † Qui timor, ſeu quod infectionis periculum 185
non ita immineat mulieri ſanæ coëunti cum viro leproſo, aut alio ſimili morbo contagioſo infecto, ſicut viro accedenti ad fœminam tali morbo laborantem (inſtrumentum enim virile vtpote temperamenti nimis calidi & poroſi facilè ex leproſæ fœminæ matrice attrahit lepram, & inficitur; fœminæ vero matrix, cum ſit ſicca, & frigida facilè leproſum humorem expellit, aut conſumit retentum) non valentem alia membra penetrare obſtante prædicta frigiditate, & ſiccitate; niſi frequens ſit congreſſus (vt ex Medicorum teſtimonio teſtantur Durandus, Paludanus, Maior, Sotus, Laymano *locis d. num. 167 allegatis*, & alij quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp. 27. num. 19*) ideo mulier ſana non ita facilè excuſatur, ſed magis tenetur reddere debitum viro leproſo, aut morbo gallico, vel alio ſimili contagioſo morbo laboranti; quam vir ſanus mulieri leproſæ, aut alio morbo contagioſo infectæ,
ve

Digitized by Google

vt docent iidem Auctores modò allegati, addentes
per hoc virum, & mulierem non irrationabiliter iu-
dicari ad imparia quoad redditionem debiti, quia
ſemper iudicantur ad paria, quando eſt par cauſa, hic
autem non eſt; & huiuſmodi imparitas non ex ma-
trimonij contractu, ſed ea cauſa extrinſeca, nempe ea
186 periculi infectionis inæqualitate oritur. † Quod ſi
fœmina non eſſet notabiliter, ſed leuiter infecta, &
conſequenter ex coitu immineat tantum periculum
leuis, & minus notabilis infectionis, & damni, tunc
teneretur vir eidem etiam frequenter, ſed non im-
moderatè, & nimium petenti reddere, vt patet ex
dictis ſuprà *num.* 168. & in terminis docet Durandus
187 *num.* 8. *dictæ quæſtionis ſuprà num.* 167 *citatus.* † Vbi quo-
que ex Medicorum ſententia aduertit, viro, non ſo-
lum ſi accedat ad mulierem leproſam, ſed etiamſi ac-
cedat ad mulierem ſanam cognitam à viro leproſo
imminere periculum infectionis, & lepræ, etiamſi ipſa-
met mulier cognita non efficiatur leproſa; quod no-
tant etiam Maior, & Sotus *locis d. n.* 167. *citatis*, & San-
chez *d. diſputatione* 24. *numero* 20. ac proinde ratione
huius periculi poterit ſæpè vir excuſari à reddendo
debito tali mulieri, quando etiam ratione adulterij
non excuſaretur.

188 Porrò communis ſententia *num.* 183. relata, & con-
firmata limitatur, quando lepra, aut morbus gallicus,
aut alius ſimilis morbus contagioſus matrimonium
præceſſit, nec ab altero coniuge ignorata, ſeu ignora-
tus fuit, tunc enim quamuis ſit probabile infectionis
periculum ſanus tenetur reddere leproſo debitum
iuxta communem Doctorum, eam aſſerentium ratio-
nem, quod per contractum matrimonij ſcienter ſe ad
hoc obligauit, ſicut in aliis etiam contractibus euenit,
in quibus ſi vitium rei detegatur, non minus obligant,
quàm ſi res vitio careat, volenti enim & conſentienti
nulla fit iniuria. Ita ex Doctoribus *ſuprà num.* 167. *alle-
gatis* Petrus Ledeſma, Roderiquez, Reginaldus, Lay-
mann, Filliuccius, Azorius, Bonacina, Hurtadus *locis
ibidem relatis*, Roderiquez *d. num* 2. Auguſtinus Bar-
boſa *d. collectaneo ad cap.* 2. *num.* 4. *de coniugio leproſorum*, &
plures alij quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp.* 24.
189 *num.* 22. † Quamuis etſi lepra non ſuperuenerit, ſed
præceſſerit matrimonium, & fuerit ſcita, adhuc coniu-
gem ſanum non teneri reddere debitum leproſo cum
periculo notabilis infectionis aſſerant Angles *flor.* 1. *p.
de matrim. q.* 6. *de ſoluendo debito art.* 1. *diff.* 1. & Villalobos
loco ſuprà d. num. 167. *relato*, idque ob illam rationem,
quod periculum notabilis detrimenti propriæ incolu-
mitatis excuſat à debiti redditione; & ad exemplum
de emente ſcienter rem vitioſam, Reſpondet Villa-
lobos eſſe diſparem rationem, nam emens ſcienter
rem vitioſam cedit iuri ſuo, cui renuntiare poteſt, cum
ſit ſuæ pecuniæ dominus, coniux autem non poteſt
renuntiare iuri propriam vitam tuendi, & conſeruan-
190 di, cum non ſit ſuæ ſalutis dominus. † Verum hæc
ratio procedere videtur ſolum, quando immineret
proximum periculum mortis, aut talis infectionis, quæ
de facili, & breui ſolet regulariter mortem inferre, vt
eſt infectio peſtis, & fortaſſe etiam lepræ leoninæ; ſe-
cus quando eſt ſolum periculum proximum notabilis
infectionis, quæ licet apta ſit vitam abbreuiare, & do-
loroſam reddere, non tamen tendit ad mortem, ſeu
non conſueuit vitæ diſcrimen, ſeu mortem breuì af-
ferre; qualis eſt infectio ordinariæ lepræ, & morbi
gallici. Præterea in hoc caſu contra ſanus non tene-
tur cum periculo infectionis reddere, eo quod iuri
ſalutis ſuæ tuendæ ceſſerit, ſed ad euitandum ma-
gnum incommodum, & detrimentum, quod alter
(qui fortè alij, qui ſine infectionis periculo potuiſ-
ſet actum coniugalem exercere, nupſiſſet) ſine ſua cul-
pa pateretur, ſi durante matrimonio eiuſdem vſu
ſemper carere deberet. Neque his obſtat, quod *ſuprà
num.* 169. dictum eſt, ſcilicet, non poſſe licitè reddi
debitum cum notabili propriæ ſalutis diſpendio,
nam illud intelligendum eſt in morbis non ita diu-
turnis, ad mortemque tendentibus; vt obſerua-
runt etiam Doctores, quos *infrà numero* 195. refe-
ram. Quare firma maneat præfata communis limi-
tatio.

Quæ tamen limitatio ſublimitatur primò, ſi con- 191
iux leproſus iuri ſuo in hac re cedat. Quemadmo-
dum in vniuerſum ab obligatione reddendi debi-
tum coniugale eximit legitima eiuſdem obligationis
remiſſio, vt ſi coniuges mutuo conſenſu caſtitatem
abſolutam voueant renuntiantes iuri petendi, de qua
re *infrà*.

Secundò ſublimitatur, ſi loci conſuetudo prohi- 192
beat acceſſum ad leproſos propter contagionis pu-
blicæ periculum, ita Laymann *dict. numero* 167. re-
latus.

Tertiò, ſublimitatur, ſi coniux leproſus præſertim 193
vxor eſſet infecta lepra leonina, tunc enim ma-
gnum periculum tantæ, & tam horribilis infectio-
nis, quam vel conſequitur breui mors, vel vita
tam doloroſa, & infelix, vt continuæ morti æqui-
paretur, & prudenter potiùs eligi poſſit mors, quam
talis vita, excuſaret à reddendo debito iuxta dicta
ſuprà num. 173.

Quartò, vbi etiam ex coitu non immineat pericu- 194
lum infectionis coniugem ſanum à reddendo debito
coniugi lepram, vel morbum gallicum, aut ſimilem
habenti excuſat maximus, vel ingens horror natura-
lis, quem coniux ſanus ex acceſſu conciperet, quem-
que ſuperare impoſſibile, aut quaſi impoſſibile ipſi
ſit (impoſſibilium enim nulla eſt obligatio iuxta di-
cta *ſuprà num.* 113.) vt tradunt communiter Doctores,
Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Henricus Boyc, Panor-
mitanus, Ancharanus, Alexander de Neuo, *in cap. de
coniug. lepros.* Syluester *d. v. leproſus num.* 3. Auguſtinus
Barboſa *d. collectaneo ad d. cap.* 2. Sanchez *d. diſp.* 24. *nu.* 21.
& ex Doctoribus num. 167. *allegatis* Brunellus, Sotus, Pon-
tius, Baſilius, Filliuccius, Reginaldus, Villalobos, Lay-
man, & alij, quos Sanchez refert. Quod intelligen-
dum eſt procedere, non ſolum ſi ex horrore nimio
concepto virile inſtrumentum non poſſet erigi, nec
coniux excitari, ſeu moueri ad congreſſum coniuga-
lem, ſed etiam vbi tanta in coniuge ſano, ſiue viro, ſi-
ue vxore attentâ eius complexione excitaretur nau-
ſea, vt omninò copulam abominaretur, ac difficilli-
mum ei foret debitum reddere; quia etiam in hoc ca-
ſu redditio debiti, ſi non phyſicè (vt cum virga erigi
non poteſt) ſaltem moraliter impoſſibilis cenſetur;
id quod etiam Sanchez, & Reginaldus in terminis
docent, & colligitur ex aliis præallegatis. Huiuſmo-
di quoque horror excuſaret à reddendo debito con-
iugi leproſo, licet ante matrimonium à ſano lepra
fuerit ſcita. Quod ſi horror naturalis ex acceſſu con-
ſurgens foret leuis, nulla foret excuſatio reddendi de-
biti, vt Sotus, & alij docent.

*Coniux ſanus non curans periculum propriæ inſe-
ctionis, an licitè poſſit accedere ad coniugem
leproſum, & cum eo habitare?*

Quamuis etiam iuxta præfatam ſententiam *num.* 195
183. poſitam, & communiter receptam coniux ſanus
alteri leproſo, aut laboranti morbo gallico cum pe-
riculo notabilis infectionis non teneatur debitum
coniugale reddere, nihilominus ſi non curans pericu-
lum propriæ infectionis ex contagione petat, & red-
dat debitum, & conſentiat cohabitare, non ſolum id
ei licebit, ſed etiam opus meritorium erit, ſi faciat ex
Dei charitate, & ad amorem mutuum fouendum; nam
in hu

Digitized by Google

in huiuſmodi morbis diuturnis, nec ad mortem tendentibus infectionis periculo præponderat coniugalis amor, & vitatio periculi incontinentiæ in vtroq; vel ſaltem in altero coniuge ferè ſemper contingentis; & alioqui nimis graue eſſet coniugi ſano, ſi teneretur propter illud infectionis periculum perpetuò abſtinere à coniugij vſu; quod vix etiam ſine periculo incontinentiæ poſſet euenire. Et quod *ſuprà n.169.* dictum eſt de prohibitione exponendi ſe periculo notabilis detrimenti propriæ ſalutis reddendo, aut petendo debitum, intelligitur in morbis non ita diuturnis, ad mortémque tendentibus, vt *n.190.* diximus. Ita DD communiter, Caietanus 2.2.*q.154.ar.1.circa reſponſionem ad quartum § ad tertium dicitur* (vbi etiam confirmat ex experientia, qua conſtat coniuges non ſe deſerere quo ad torum, & habitationem propter tam grande malum, & cōtagioſum, quale eſt morbus gallicus) P.Sotus *lect.16.de contractu, & vſu matrimonij in fine.* Graffius, Baſilius Pontius, Bonacina, Reginaldus, Layman, *locis ſuprà n.167.allegatis* Sanchez *d.diſp.24. n.23.* & etiam Villalobos *loco ſuprà n.189.citato.* Vbi id fit ad euitandum periculum incontinentiæ in leproſo. Declarat Layman, ſi loci conſuetudo talem coitum, & cohabitationem permittat. An verò coniux ſanus gratiâ euitandæ incontinentiæ in ægroto, & infecto teneatur ad debiti redditionem cum periculo notabilis infectionis explicatur *infrà n.203.*

Periculum infectionis prolis naſcituræ non excuſat coniugem ſanum à reddendo debitum coniugi leproſo, aut habenti morbum Gallicum.

196 Cum periculo autem infectionis in prole naſcitura, ſi abſit periculum infectionis ſaltem notabilis lepræ, vel morbi gallici ex parte ſani coëuntis, hic alteri coniugi ſimilibus morbis infecto non ſolum poteſt licitè reddere, ſed & tenetur, quidquid extra caſum periculi incontinentiæ ſecus ſenſerint Io. Medina *C. de reſt.1 q.19 § vltimo.* & Palacius *n.4.d.32.diſp.1.* contra quos ſtant communiter Doctores, S.Thomas, Durandus, Palud. Sotus, P. Ledeſma, D.Antonin. Syluester, Rebellus, Bonacina, Reginaldus, Filliuccius, Layman, Villallobos *locis ſuprà n.167.allegatis*, Ricchardus, Antonius de Literatis, Aſtenſis, *loco ſuprà n.181.relatis* Rodriquez *d.cap.242.n.2.* & cum alijs Sanchez *d.diſp.24.n.25.* Et ratio eſt, quia nulla fit proli iniuria, ſed immò magnum confertur beneficium, cum melius ſit proli (vt S.Thomas, & alij poſt eum notarunt) ſic eſſe, quam omninò non eſſe; ac proinde ceſſante periculo infectionis in ipſo coniuge ſano, nulla adeſt

197 ratio legitima excuſans à debiti redditione. † An verò ex coitu leproſorum, vel ſani cum leproſo fœtus leproſus concipiatur? Iſaac Pontanus *in hiſtoria rerum Amſterodamenſium*, & Valerius *lib.7.cap.39.* à Franciſco Zipæo *lib.4 analecta enarrationis iuris noui tit. de coniugio leproſorum relati*, teſtantur, mulieres ſanas leproſis nuptas proles ſanas genuiſſe. Aduertit ibidem Zipeus, quod lepra, quæ hodie viget, præſertim in ſuis partibus Brabantiæ, non eſt tam ignita, quàm antiqua Iudæorum, ſed eſt vel alia ſpecies, vel admodum à climate, vel tempore mitigata; etenim illa priſca etiam corpora exanguia inuadebat, veſtes laneas, & lineas infuſis maculis ſubuiridibus & ſubrufis (vt Leuit.13. ædes quoque & parietes (vt Leuit.14.) adeo vt domus immundæ, & deſerendæ à Sacerdote iudicarentur. Quare ait idem Zipeus, eos, qui in iiſdem ſuis partibus inſeruiunt leproſis in Xenodochiis, non ita ſentire ea incommoda, aut infectiones, additque ex præallegatis Iſaac, & Valerio *loc. cit.* fœminas leproſis nuptas non contraxiſſe infectionem.

D. Io. Angel. Boßius, De effect. contr. Matrim.

An, & quando coniux ſanus teneatur habitare in eadem domo cum coniuge leproſo, habentiue alium morbum contagioſum.

Ex dictis colligitur, quid dicendum ſit de obli- 198
gatione coniugis ſani cohabitandi cum altero coniuge leproſo in eadem domo. Dicendum enim eſt, ſi iudicio Medicorum (qui conſulendi ſunt, & quorum ſententiæ ſtandum eſt) attentâ complexione, & lepræ ſpecie, aliiſque circumſtantiis ex cohabitatione in eadem domo immineat ſano periculum notabilis infectionis, hunc non teneri ad cohabitandum. Ita Sanctus Thomas, Durandus, Maior, Paludanus, Ricchardus, Sotus, Petrus Ledeſma, Angelus, Syluester Diuus Antoninus, Aſtenſis, Ioannes de Friburgo, Nauarrus, Rebellus, Sanchez, Reginaldus, Henriquez, Antonius de Literatis, Baſilius Pontius, Bonacina, Layman, Coninch, Hurtadus, Filliuccius, Villalobos, Azorius *locis ſuprà num.167. & 181.relatis*, Alexander de Neuo *in cap.1.de coniugio leproſorum, ibidem*, Præpoſitus, Hoſtienſis, Abbas, Henricus Boyc, Auguſt. Barboſa *collect. ad cap.2.eod.tit.n.2.* Pet. Barboſa *in Rubr. ff. ſoluto matrimonio p.2.d nu.28. & 29.* Farinacius *in praxi crim. d q.143 num.7.* & alij communiter à Sanchez *d.diſp.24. n 27. & 29.relatis.* Probatur, quia per cōtractum matrimonij ſicut coniuges non obligantur ad debiti coniugalis redditionem cum periculo detrimenti notabilis propriæ ſalutis (vt dictum eſt *nu.167. & 153.*) ita neque ad cohabitationem cum tali periculo ob rationis ſimilitudinem, neque obſtant *cap.2. de coniugio leproſorum in verbis ſuprà numero 181. relatis. & cap.1.eodem titulo, ibi Mandamus quatenus vt vxores viros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt, ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrent ſolicitis exhortationibus inducere non poſtponas; ſi verò adhoc induci non potuerint, eis arctius iniungas, vt vterque altero viuente continentiam ſeruet*; Non obſtant, inquam, quia dicti duo textus (vt *ſuprà numero 181.* dictum eſt) vel non continent præceptum, ſed exhortationem; vt apertè videtur conſtare ex relatis verbis dicti *cap.1.* dum ibi dicitur coniugem ſanum exhortandum eſſe, vt maritali affectu coniugi leproſo adhæreat (cum iuxta dicta *numero 181.* nihil humanius ſit, quam coniuges in fortuitis caſibus eſſe participes) & conſequenter inſinuatur coniugi ſano quidem licere vti matrimonio, & cohabitare iuxta notata *ſuprà numero 155.* ad hoc tamen non teneri cum periculo notabilis infectionis; vel certè intelliguntur, quando ex cohabitatione non timetur periculum infe-
ctionis ſaltem notabilis. † Quartò ſi non foret pe- 199
riculum infectionis, aut tantum infectionis leuis, tunc coniux ſanus teneretur cohabitare, ſicut tenetur, & reddere debitum iuxta dicta *num.168.183. & 186.* nam quemadmodum coniuges vi contractus matrimonij obligantur ad reddendum debitum, ita ad cohabitandum, ac proinde ſicut ab obligatione reddendi debitum eximit ſolum periculum notabilis detrimenti incolumitatis, grauiſve contagionis ex morbo alterius, & nequaquam periculum lebis detrimenti, ſeu modicæ infectionis (vt conſtat ex dictis iiſdem *numeris 168. 183. & 186.*) ita etiam ratione tantum periculi grauis infectionis ceſſat obligatio cohabitandi; Et ita in terminis præallegati Doctores præter S.Thomam, Sotum, Hoſtienſem, Abbatem, Henricum, Aſtenſem, Ioannem de Friburgo, Sylueſtrum, Henriquez, & nonnullos alios relatos à Sanch. *d.diſp.24.n.27.* qui abſolutè dicunt, coniugem ſanum nō teneri cohabitare, eo quod ex diuturna cohabitatione infectionis periculum immineat, qui tamen per hoc prędictis, & aliis auctorib. nō aduerſantur; dū enim negāt coniugem ſanū teneri cohabitare ob eam rationē, quia in habitatione eſt periculū infectionis, ergo à

contrario ſenſu ſi infectionis periculum non immineat ex cohabitatione, vel ſolius leuis infectionis iuxta eoſdem Doctores non ceſſabit cohabitandi
200 obligatio. † Quare cum ex cohabitatione in eodem toro, ſeu lecto ſemper immineat tale periculum infectionis, nunquam ſanus ad id tenebitur, vt etiam docent in terminis Hoſtienſis, Henricus, Aſtenſis, Angelus, Syluester, Ioannes de Friburgo, & Sanchez.
201 † In caſu autem, in quo coniux ſanus liberatur à redditione debiti, & cohabitatione nō liberatur ab aliis oneribus, ſeruitiis, & obſequiis leproſo exhibendis, quæ inter coniuges conſueuerunt, & debent præſtari, ac poſſunt abſque vitæ periculo præſtari, vt docent P. Barboſa, Farinacius, Sanchez, Villalobos *locis ſuprà num.196. relatis.* Syluester *v. lepra num.3.* & Armilla *v. eodem num.3.* Qua de cauſa etiam Hoſtienſis, Henricus, Ioannes de Friburgo, Aſtenſis, & Sanchez dixerunt coniugem ſanum teneri habitare prope domum alterius leproſi, ſicut etiam filios debere eſſe apud coniugem ſanum, ne inficiantur, tradunt iidem Syluester, Armilla, Villalobos, *locis citatis*, Ioannes de Friburgo *loco ſuprà n.181. citato, q.68.* & Sanchez *d. diſp.24. n.32.* vbi refert Gregorium Lopez aſſerentem id eſſe omnium, & ita diſponi *l. Regia 7. tit.2.p.4.* An verò coniux ſanus, qui ſcienter contraxit cum leproſo teneatur in eadem domo habitare cum periculo infectionis notabilis conſtat ex dictis *à n.188 ad 194.* Similiter an cum eodem periculo, ſi velit, poſſit cohabitare, licet non teneatur, conſtat ex dictis *n.193.* ſed redeundo ad debiti reddendi obligationem.

Coniuges an, & quando teneantur, vel licitè poſſint cum vitæ periculo, aut notabili detrimento corporali debitum reddere?

Difficultas eſt, an aliquando debitum coniugale ſit cum periculo propriæ vitæ reddendum?
202 Et cum bonum vniuerſale priuato præponderet, certum eſt, quod coniuges cum periculo notabilis damni proprij corporis, aut vitę manifeſto diſcrimine actui coniugali, ſeu generationi vacare tenebuntur, ſi id ad ſui conſeruationem bonum commune, ſiue totius vniuerſi (iuxta caſum de quo *ſuprà n.18.*) ſiue Regni, ſiue communitatis (vt ſi ad pacem, regníque tranquillitatem deſideraretur proles habēda ex Rege, ſeu Principe cuius ſaluti notabiliter coitus noceret) popoſcerit, id quod in terminis etiam P. Ledeſma, *dict. q. 64. art.1. concl.4.* Sanchez *d. diſp.24. n.11.* & Villalobos, *loco ſuprà n.167. citato diffic.1 n.1.* & ad id faciunt etiam Doctores *ſuprà n.27. & d. n.28. relati.*
203 Dubium autem eſt, an ſi coniugi petenti immineat graue incontinentiæ periculum, cui ſubueniri poſſit per actum coniugalem, alter coniux teneatur reddere cum notabili detrimento ſuæ corporalis ſalutis. Prima ſententia affirmat: tum quia lex charitatis poſtulat, vt ſalus ſpiritualis proximi præponatur propriæ ſaluti corporali; tum quia cum matrimonium ſit inſtitutum in remedium concupiſcentiæ, coniuges contrahendo ſe mutuò obligant ad actum coniugalem quatenus eſt in concupiſcentiæ remedium, ac proinde ex vi obligationis iuſtitiæ naſcētis ex ipſo matrimonij contractu alteri hoc remedio indigenti alter tenetur tale remedium exhibere etiam cum periculo proprio corporali, ſicut Prælatus tenetur in graui ſubditi neceſſitate ſpirituali etiam cum periculo propriæ vitæ, & ſalutis ſubuenire ſubdito, eo quod ex iuſtitia, & officio teneatur prouidere ſubdito. Ita in terminis P. Ledeſma *d. quæſt.64. art.1. concl.3.* quam ſequuntur Rodriquez *1.p. ſum. cap.242. n.2.* & Vega *1.p. ſum.78. caſu 3.* & pro hac opinione faciunt auctores docentes inuaſum iniuſtè exiſtentem in ſtatu gratiæ, qui non poteſt alio modo ſe defendere, niſi occidendo iniuſtum inuaſorem, teneri lege charitatis eum non occidere, ſed ſinere ſe occidi, ne illius ſalus pereat; & ij ſunt Gerſon *in tract. de Euchar.* Hugo de S. Victore *in opuſcul. de charitate*, Auguſtinus de Anchona *opuſc.1. de auctoritate Eccleſiæ q.52. art 3.* Abulenſis *in c.5. Matth q.109.* & nonnulli alij, quos Sayrus *lib.7 clau. c.10. n.13.* refert.
Secunda ſententia aſſerit non teneri reddere, ſed ſi velit poſſe licitè reddere, idque eſſe laudabile. Ita 204
Maior, Coninch, Reginaldus, Bonacina, Comitolus, Hurtadus, Auerſa, Villalobos, Layman *locis ſuprà num. 167. allegatis.* P. Soto *d. lection. 16. de contractu, & vſu matrimonij fine*, Baſilius, Pontius *d. lib.10. c.14. n.4. & eodem lib. c.2. n 7. fine*, & Sanchez *d. lib.9. d. diſp.24. n.12.* Prima pars, quod non teneatur. Probatur, tum quia ex vna parte coniux non ſe obligat per contractum matrimonij ad reddendum præciſè, ſed ſalua (vt *ſuprà d. n. 167.* oſtenſum eſt) incolumitate perſonæ iuxta ordinem naturæ, qui eſt, vt tali incolumitati prius conſolatur; vnde differt à Prælato, qui ad conſulendum ouibus tenetur omnino ex officio, nec aliud ſibi incurrit ex munere ſibi iniuncto, quamuis etiam nec ipſe (licet ei ita ſingulariter incumbat ſuorum ſalutem procurare) teneatur cum vitæ periculo alicuius priuati adulti (qui voluntariè delinquit) peccatum impedire, vt in terminis Coninch, & Layman *vbi ſuprà*; tum quia ex altera parte lex, ſeu ordo charitatis tunc tantum poſcit, vt homo plus diligat bonum ſpirituale proximi, quàm ſuum corporale, quando idem proximus eſt in extrema neceſſitate ſpirituali, nec poteſt alia via illius ſaluti conſuli; coniux autem laborās periculo incontinentiæ, vel propter vehementes paſſiones, vel ob exuberantem humorem non eſt in extrema neceſſitate abſolutè, cum & aliis mediis periculo illi incontinentiæ poſſit ſubueniri, & ſi peccet, id
voluntariè, & ex malitia ſua faciat. † Qua de cauſa 205
etiam iniuſtè aggreſſus ſciens moraliter ſe eſſe in ſtatu gratiæ (ſi alio modo non poteſt euadere) licitè poteſt occidere aggreſſorem, non verò tenetur ſinere ſe occidi, ne aggreſſoris anima pereat; quia is non eſt in extrema neceſſitate ſpirituali abſolutè, ſed voluntariè, & ex malitia ſua; & conſequenter non inuaſo ſe tueri, ſed illi peccatum, & mors non ſolum corporis, ſed etiam animæ, ſi non deſiſtat, & ſi non conteratur, imputabitur; vt contra DD. *n.203. relatos* docent S. Thomas *2.2. q.69. art.7. ibid.* Caietanus, Petrus de Arragon, Michaël Salon, Pet. Nauarrus *lib.2. de reſtit. c.3. n.312.* M. Nauarrus *in ſum. c.15. n.2.* Victoria *relect. de homicidio n.17.* Ludouicus Molina *tom.4. de iuſt tract.2. diſput.11.* Sayrus *d. cap.10. num.14.* Fagundez *in decalog. lib.5. cap.3.* Rayoandus *de ortu infantium cap.9 num 12. & 23.* & alij Doctores communiter, quos latè Sayrus *d. n.14. refert.*
† Altera pars, quod licitè poſſit reddere probatur ex 206
dictis *numero 193.* & magis confirmatur, quia licet lex charitatis non obliget cum vitæ periculo, aut notabili corporis detrimento conſulere ſaluti alterius ſpirituali, qui non eſt in extrema neceſſitate ſpirituali abſolutè, tamen non eſt contra ordinem eiuſdem charitatis ſi fiat, ſed immò in id charitas inclinat, & eſt opus conſilij, & perfectionis, & valdè meritorium (vt pluribus probat, & illuſtrat Victoria dicta relectione de homicidio *n.24.*) cum enim bonum ſpirituale proximi longè excedat bonum corporale proprium; rectè, & laudabiliter quilibet propriam ſalutem corporalem poteſt periculo exponere, vt peccatum proximi, vel eius ſpiritualem ruinam, & animæ perditionem impediat, licèt alioqui non teneatur; & quamuis homo non ſit dominus ſui corporis, ſeu ſuæ vitæ ſicut aliarum rerum, tamen aliquid dominij, & iuris habet in vita ſua (vt præfatus Victoria docet) ratione cuius, qui nocet in corpore non ſolum facit Deo, qui eſt ſupremus Dominus vitæ, ſed etiam ipſi

Digitized by Google

ipſi homini priuato iniuriam, vnde huic iuri (licet alioqui non teneatur) poteſt homo laudabiliter cedere, vt ſaluti; & bono proximo ſpirituali aliàs peri-
207 clitanti proſpiciat. † Quam ob cauſam etiam iniuſtè inuaſum, qui ſibi moraliter nullius eſt conſcius culpæ, non teneri (etſi ei permiſſum ſit) inuaſorem iniquum occidere, ſed ad exercitium charitatis licitè poſſe omittere ſui defenſionem, & ſinere ſe confodi docent Victoria *d. n.* 24. Facundez *d. cap.* 11 *n.* 9. Raynaudus *d. cap.* 9. *n.* 10. *&* 26. Corduba *lib.* 1. *q.* 38. *in fine*, Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 20 *n.* 16. Toletus *lib.* 5. *ſum. cap.* 6. *n.* 7. Emanuel Sà *v. homicidium n.* 17. Filliuccius *to.* 2 *tract.* 29. *cap.* 3. *n.* 45. Sayrus *lib* 7. *clau. cap* 9. *n.* 19. Auguſtinus Barboſa alios allegans *to.* 4. *ad decreta collect. ad cap. non eſt noſtrum* 23. *q.* 5. Petrus Nauarrus *d. cap.* 3. *n* 61. Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *n.* 55. & Molina *dict tract.* 3. *diſp* 14. *concl.* 3.
208 † *Vbi & diſp.* 1. *num.* 4. *&* 7. id declarans ait, quod licet homo non habeat dominium vitæ ſuæ, & membrorum ſuorum, vtpote ſoli Deo reſeruatorum iuxta illud *cap.* 16. *Tu es dominus, qui vitæ & mortis habes imperium*, & Deuter. c 32. *Ego occidam, & viuere faciam*; tamen à Deo conſtitutus eſt adminiſtrator, & cuſtos vitæ ſuæ, & ſuorum membrorum; ſunt enim hæc donum quoddam à Deo conceſſum homini in bonum honeſtum ipſius, & aliorum, vt ipſe vitâ, & membris vtatur, fruatúrque ad varias functiones in finem conſeruandæ ſpiritualis, & temporalis vitæ neceſſarias, vnde poteſt vti vitâ ſuâ, & membris, & de illis diſponere ad omnia, quæ in eundem finem recta ratio poſtulauerit *arg. text. in l.* 1. *ff. vſufructuarius quemodo caueat*, & latè idem Molina *d. diſp.* 1. *n.* 4. 6. *&* 7. & Leſſius *cap.* 9. *n.* 101. Ex hac vitæ & membrorum adminiſtratione reſultantes poſſe hominem periculis exponere vitam temporalem, & membra, quando id recta ratio poſtulauerit, veluti nauigando, vel iuſto bello Rempublicam defendendo, vel iuuando Principem proprium; ac proindè ad eam, vel cætera membra conſeruanda poſſe ſibi abſcindere membrum, vt partem in ordine ad totum, ſiue ea abſcindendi neceſſitas veniat ab extrinſeco, veluti à morbo, ſiue ab extrinſeco, veluti ex iuſſu Tyranni alioquin mortem illicò illaturi, niſi quis ſibi ipſi manum obtruncaret, vt contra Sotum *de iuſtitia lib.* 5. *q.* 2. tradunt Molina *d. n.* 6. & Leſſius *d. n.* 101. ſubdens tamen oppoſitū fore reſpectu occiſionis ſui ipſius, quia hæc nunquam poteſt eſſe medium neceſſarium ad ſaluandum aliquid in homine ipſo præſtantius vitâ, & ideo nullo caſu licitum eſſe priuata auctoritate ſe interficere. Hinc ſcilicet cum à Deo adminiſtrationem, & cuſtodiam vitæ noſtræ habeamus, rectè concludit Molina *d. concl.* 3. Deum, licet ipſe ſolus dominium retinuerit, facultatem tamen, & adminiſtrationem illius nobis non denegaſſe ad tam egregium virtutis actum in ipſius obſequium, & conſequenter in tantum virtutis, ac meriti noſtrum bonum, qualis eſt impedire proximi ſpiritualem ruinam, illiuſque æternæ ſaluti proſpicere exponendo periculo vitā corporalē propriam. Quare quod dicit Auerſa *loco ſuprà n.* 167 *citato*, ſcilicet ad euitandam alterius incontinentiam coniugem cum periculo ſuæ ſalutis regulariter nō poſſe licitè reddere, dū alter poteſt pro ſua voluntate ſibi ſubuenire, & aliis quoque remediis ſpiritualibus adiuuari, ſibi autem præſentaneum mortis periculum immineret; ſed non exiſtente ſuo periculo, aut apparēte maximo periculo ſpirituali alterius, tunc poſſe; hoc inquā, Auerſæ dictū quoad primam partem procedere non poteſt, quādo licet laborās periculo incontinētiæ poſſit ſua ſola voluntate ſibi ſubuenire, & aliis remediis vti, alter tamē coniux, qui non niſi cū magno ſuæ ſalutis detrimento copulam exercere valet, agnoſcit, vel probabiliter timet, quod niſi ipſe oblatione, vel redditione debiti illi ſuccurrat, conſentit in fornicationē, vel pollutionē.

§. X.

Cum periculo ſalutis exigentis debitum alter coniux non tenetur reddere debitum, & an licitè poſſit reddere.

NON ſolum autem quando ex debiti redditione 209
timetur probabiliter periculum notabilis, & grauis detrimenti corporalis proprij, ſed etiam ſi reddendo ſit periculum notabilis, & grauis damni ſalutis alterius exigentis non tenetur reddere, vt in vniuerſum docent Sotus 4. *diſt.* 31. *qu. vnica, art.* 3. *paulò poſt principium verſic. Quod ſi rurſus arguas*, Lopez 1 *p. inſtruct. cap.* 80. §. *immò etiam, fine.* Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 6. *n.* 13. *verſic. Ad quartum. & diſp.* 24. *n.* 9. alios referens, & Baſilius Ponçius *lib.* 10. *cap.* 14. *n.* 2. *fine.* & loquentes in caſu particulari de concubitu cum vxore tempore puerperij, ſeu à partu, quem aiunt eſſe culpam lethalem tam in petente quam in reddente, ſi ex eo puerperæ adhuc ob partum infirmæ, & morbo laboranti immineat periculum mortis, vel notabilis aggrauationis morbi, Paludanus in 4. *diſt.* 32. *q.* 1 *art.* 3. *in fine.* Syluester *v. debitum quæſt.* 5. Armilla *v. matrimonium n.* 67. D. Antoninus 3. *p. tit.* 1 *cap.* 20. §. 4. Azorius 3. *p lib.* 3. *cap* 31 *q.* 15. Coninch *diſp.* 34. *n* 78. quod idem ait Sanchez *diſp* 22. *n* 11. colligitur ex aliis Doctoribus *ſuprà num.* 16. *relatis.* Probat rectè Sotus, quia ſicut Domino petenti gladium ad ſe perimendum, vel inferendum ſibi damnum circa corpus, in quod nullum habet dominium naturale in ordine ad illum vſum interfectionis, vel damni inferendi, quis non tenetur tunc reſtituere, ſed poteſt reſtitutionem in aliud tempus differre; ita pariter coniux non tenetur reddere debitum coniugale, quando aduertit petenti magnum periculum ſalutis, aut notabilis detrimenti corporis, in quod non habet dominium impendere, ſed poteſt in aliud tempus differre redditionem. Immò ſi tale periculum aduertens redderet, vel peteret, mortaliter (niſi aliqua iuſta cauſa iuxta dicta *n.* 195. 202. *& tribus ſeqq* excuſaretur) peccaret, vt iidem Doctores notant, cum quilibet ſaltem ex charitate (cum poteſt ſine graui ſuo incommodo) teneatur occurrere nocumentis magnis temporalibus proximi, illáue incurrendi occaſionem præcauere.

§. XI.

Cum periculo ſalutis, aut notabilis damni prolis neuter coniux debitum reddere tenetur, aut poteſt etiam ad euitandum incontinentiæ periculum.

HINC ob eandem cauſam, & quia parentes ex vi 210
matrimonij, & etiam ſpeciali obligatione iuſtitiæ, ſeu pietatis tenentur ad conſeruandam prolem ſiue conceptam, ſiue natam, & abſtinere ab omnib. quæ illam lædere poſſunt (vt latiùs *infrà c.* 9. agentes de obligatione parentum erga prolem in fieri explicabimus) vel illius generationi obſiſtere, neuter coniux tenetur reddere debitum cum periculo damni notabilis prolis. † Quando verò cenſendum ſit fore tale periculum, aut damnum, an ſi concubitus habeatur tempore menſtrui, vel tempore, quo vxor iam concepit, & eſt grauida, aut vxor ſit amens, ſeu furioſa, vel modus coëundi obnoxius ſit ſeminis effuſioni extra vas, vel nocumento fœtus concepti, examinabitur infrà cum de vſu licito, vel illicito matrimonij, vel cū de obligatione cōiugum erga prolem in fieri. Hic ſolū explicabo ſequentia dubia, de quib. hoc loco, quā alibi aptius agi videtur, & infrà §. 16. explicabitur quādo tēpore amētiæ adſit periculū prolis, ſi debitū cū vxore amēti copula coniugalis habeatur.

Vxor lactans an teneatur reddere debitum, & an, & quando tempore, quo ſobolem mater lactat, licitus, vel illicitus ſit concubitus?

212 Primum dubium, An mulier proprio lacte filium lactans ratione euitandi damni prolis poſſit interim viro petenti negare debitũ; an verò teneatur reddere. Ante cuius ſolutionem notandum, ex concubitu lactantis lac decreſcere, & etiam exſiccari, & omninò deficere poſſe. Nam (vt ſcribit Galenus *lib. 1. de ſanitate tuenda*, cuius verba etiam refert Tiraquellus *lege 15. connubialis 139.*) ex concubitu ſæpè cõceptio prouenit, & cũ mulier ex illo concubitu conceperit, ſanguis ille, qui in maternis vberibus in naturã lactis albeſcebat, albeſcere deſinit; & ad inferiora eiuſdem matris viſcera deſcendere incipit ad nouum conceptum formandum, atque nutriendum. Sicut è contra poſtquam ſanguis ille in matris viſceribus corpus effinxit, atque aluit, adueniente iam partus tempore ad materna vbera conſcendit, & in naturam lactis albeſcit. Addit Galenus concepto nouo fœtu lac nõ ſolũ colligi exiguum in vberibus, ſed peius, & deterius. Vnde etiam Plinius l. 28. *naturalis hiſtoriæ c. 9 ad principiũ* ait. Quod concipere nutrices exitioſũ eſt infantibus lactentibus. Addit *d. leg. 15. n. 40.* Tiraquell. ex Actij Quaternionis, & Ioannis Serapionis, aliorumq; medicorũ ſententia nõ ſolũ lactenti, ſed etiã fœtui de nouo cõcepto frequẽter lethale eſſe exercere actũ coniugalẽ.

213 Igitur ob prædicta Tiraquellus monet, quantum fieri poteſt, citra pudicitiæ periculũ abſtinenendum eſſe à cõcubitu cum vxoribus pueros lactentibus, & ita videtur cenſere eſſe illicitũ talem cõcubitũ; quod clarius docuerunt Butrius *in rubr. de ſponſalibus n. 14. & ibi* Alex. de Neuo *n. 21. caſu 2.* aientes, *eſſe mortale peccatũ petere, & reddere debitũ temporis, quo mater ſobolẽ lactat.* Quibus fauet textus *in c. eius d.* 5. deſũptus ex Greg. *reſponſione 10. ad Auguſt.* vbi talis concubitus videtur prohibitus, ſicut prohibitũ eſſe tenet ibidem Dominicus *notab. 1. cum dicatur; Ad eius verò concubitũ vir accedere non debet, quouſq; qui gignitur, ablactetur*, quod ſi talis concubitus eſt illicitus, nulla interim, dum vxor puerum lactat, erit obligatio reddendi debitum.

214 Alij verò abſolutè ſentiunt eſſe licitũ actũ coniugalem tẽpore, quo proles nata lactatur, & ita neutrũ coniugẽ excuſari à debiti redditione. Fundãtur, quod indè nullũ immineat periculũ notabilis momẽti prolis, quæ lactatur, neq; fœtui, qui concipitur, vt experientiã cõſtare videtur (cum parentes pauperes nulla obſeruent tempora, quibus à venere abſtineant, nec prolem nutrici lactandam committant, & tamen id in notabile damnum prolis reſultare non agnoſcitur) neq; etiam in tali cõcubitu vlla apparet inordinatio, aut deformitas, ita in terminis Fillmcceius *to. 1 p. 2. t. 10. cap. 9. nu. 337.* Coninch *diſp. 34. n. 78. fine*, Hurtadus *diſp. 10. n. 13.* Auguſt. Barboſa *collectan. ad d. c. Ad eius verò n. 1. d. 5.* Villallobos *p. 1. tr. 13. diffic. 41. n. 9.* Martinus Perez *de matr. diſp. 49. ſ. 3. n. 20.* Caſtrus Palaus *p. 5. tr. 28. diſp. 3. puncto 4. §. 4. nu. 14.* Leandrus Diſcalceatus *de ſacr. p. 2. tr. 9. diſt. 25. q. 26.* Bonac. *de matr. q. 4. puncto 1. n. 11.* Et eiuſdem ſententiæ videntur *Turrecrem. in d. c. Ad eius verò n. 1.* Ricchard. *4. diſt. 32. art. 4. q. 1. in corpore, fine.* Aſtenſis *d. tit. 10. art. 4. q. vltima.* Roſella *v. Debitũ n. 9.* dum aiũt iuxta dictum Gregorij *in citato cap. Ad eius.* ſolum eſſe conſiliũ eo tempore, quo fœmina puerum lactat non petere, & idem videtur ſentire Sanch. *lib. 9 diſp. 22. nu. 14.*

215 Sed Pet. Ledeſma *q. 64. art. 1. quarta difficultate initio*, Megalius *2. p. inſtit. peregrina lib. 2. cap. 23. q. 1. nu. 21.* Bonacina *q. 4. p. num. 11.* Baſilius Pontius *lib. 10. cap. 14. n. 9.* Villalubus *p. 1. tr. 13. diffic. 41. nu. 9* & Auerſa *q. 21. ſ. 6. fine* melius diſtinguunt, ſcilicet, quod ſi parentes infantis lactentis ſunt diuites, & poſſunt infantem alteri nutrici alendum tradere, cum tunc nullum ſit prolis periculum, & ex alia parte nulla agnoſcatur inordinatio & deformitas in tali actu cõiugali, licitum eſt petere, & reddere, & neuter poteſt debitum negare, & ita vera eſt præcedens opinio, & iuxta hoc dictum Gregorij rectè explicatur, quod non contineat præceptum, ſed monitionem, ſeu conſiliũ. Quod cõſilium fundatur in hoc, quod aliquo modo videatur cõtra pietatem tradere filios nutricibus alendos. Si verò parentes ſint perſonæ ita pauperes, vt caſu, quo mater lactans nouum ex concubitu conciperet fœtum, nullo modo filiũ alieno lacte nutriendũ tradere poſſint, nec eum, ſine eius probabili vitæ periculo abſque lacte nutrire valeant, & ob nouam conceptionem mater, attentã eius natura, & temperamento exanteacta experientia ſciret, vel probabiliter timeret lac fore exſiccandum, vel valdè exiguum, aut proli pernicioſum in vberibus colligendum; tunc patet, & mater tam in petendo, quàm in reddendo debitum peccarent mortaliter ſiquidem exponerent ſe periculo reddendi ſe impotentes ad alendum infantem; ac proindè pietas filio debita grauiter læderetur, & ita neuter teneretur reddere, & id ſaltem ex parte approbat etiam Sanchez *numero 15.* dicens in hoc caſu matrem lactantem non teneri
reddere. † Addit tamen (& eum ſequitur Palaus 216
loco citato) quod non damnaret virum exigentem, eo quod ea eſſet iuſta cauſa prolem exponendi, ne tam diu cogatur ab vſu coniugij abſtinere cum tanta difficultate, immò morali impoſſibilitate aut alia via poſſet proli conſulere, quærens virum pium, qui eam eleemoſynam, qua filius lactans apud aliam nutricem aleretur eroget, ſicut ſi mater obiret; ſubdit vero Sanchez matrem non teneri tanto ſe damno, & periculo ſimilem patiendi dolorem exponere, & conſequenter poſſe negare debitum. Verum cum filium necare cenſeatur, qui publicis locis miſericordiæ cauſa ædificatis eum exponit (vt habetur in lege necare *ff. de liberis agnoſcendis* cuius verba ſunt: *Necare videtur non tantum qui partum præfocat, ſed & is, qui abijcit, & qui alimoniam denegat, & is, qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet:* vbi Gloſſa, verbo publicis locis, interpretatur, id eſt ad hoſpitale) etiamſi parentes pauperes filium lactentem ad Xenodochium mittere poſſent in caſu, quo mater lactans ex concubitu grauida efficeretur, adhuc huic periculo ſe exponendo grauiter contra pietatem peccare videntur (id quod expreſsè aſſerit Megalius *d. num. 21. quod dictum*) nec excuſari ea de cauſa, ne cogantur ſolum per aliquod tempus menſium, vel ad ſummum vnius anni abſtinere ab actu coniugali, per quod tempus poſſunt ſeparatione tori, & aliis medijs euitare vehementes carnis tentationes.
† Quod ſi verè alterius incontinentiæ periculum 217
probabile immineret, Megalius *d. num 21. verſic. limita tamen*, eo caſu aſſerit licitum eſſe concubitum cum matre lactante, & eſſe obligationem reddendi debitum non obſtante periculo corporali filij lactentis; cum enim tunc (inquit) concurreret ſpirituale periculum alterius parentis (quod eſt altioris ordinis) cum corporali periculo filij (quod eſt ordinis inferioris) ideo periculum propter incontinentiæ parentes potius, quam periculum mortis corporalis filij effugere deberent. At poſito quod in caſu, quo lactans efficeretur grauida filius lactens ex defectu, vel malignitate lactis, vel ex expoſitione ad hoſpitale verè proli immineret probabile mortis periculum, aut notabilis damni, mihi videtur dicendum nullo modo, & nunquam eſſe licitum concubitum etiam ad euitandum incontinentiæ periculum, vt etiam in terminis tradit Pontius *dicto numero ſeptimo, & dicto numero nono*, & in ſimili de

actu

Digitized by Google

actu coniugali cum periculo abortus vrgente periculo incontinentiæ docet Sanchez *d.diſp.* 22. *nu.*1. negans licere vti eo incontinentiæ remedio cum tali periculo abortus, quem *Raynaudus de ortu infantium cap.* 11. *num.* 8. ſequitur, vbi & dicit mulierem prægnantem non poſſe licitè cum periculo fœtus vti ieiunio ad euitandum incontinentiæ periculum. Quia, cum periculo incontinentiæ parentes ſubuenire poſſint ſeparatione tori, vel etiam habitationis in eadem domo, orationes, ſacramentorum frequentia, & aliis medijs abſq; prolis damno, non eis licet tali incontinentiæ periculo occurrere cum periculo mortis, vel notabilis damni prolis innocentis, quam fouere, & alere tenentur.

218 Ex dictis *n.* 215. *& ſeqq.* infertur Nutrices, quæ alienos filios præſertim nobiliũ, atq; adeo delicatiores lactandos ſuſcipiunt grauiter peccare exercendo actum coniugalem, quando inde timent illis notabile damnum euenturum ob lactis defectum, & poſtea illud agnoſcentes volunt occultare, ne reprehendantur, aut expellantur.

Licétne debitum coniugale negare ad euitandam prolis multiplicitatem, & an ea de cauſa coniuges mutuo conſenſu, aut pacto poſsint licitè à copula abſtinere?

219 Dubium ſecundum, an ad multitudinem filiorum, qui notabile incommodum quoad alimenta neceſſaria inde paterentur, euitandam liceat negare debitum coniugale. Et prima ſententia aſſerit non licere, ſed peccatum mortale eſſe, negare debitũ coniugale ob multitudinem filiorum, etiamſi ob parentũ paupertatem difficilè alendi ſint, & etiam ſecluſo omni incontinentiæ periculo in petente. Ita Angelus *v. Debitum coniugale n.* 15. Syluest. *eod. q.* 8. Nauarr. *in ſum. c.* 16. *n.* 25. Lopez *de inſtr. c.* 79. *paulò poſt initium, verſ. peccat.* Graſſius *p.* 1. *deciſ. aur. lib.* 2. *c.* 82. *n.* 1. *fine* (qui cum nonnullis alijs à Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 25. *n.* 2. relatis abſolutè aiunt multitudinem prolis non excuſare à redditione debiti.) Rebellus *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 16. *n.* 5. & Coninch *diſp.* 34. *n.* 24. qui expreſsè aſſerunt nefas eſſe negare debitum, ne plures naſcantur filij, etiamſi parentes eos alere nõ poſſint; Et idem docet Texeda *to.* 2. *l.* 4. *tra.* 1. *contr.* 12. *n.* 129. relatos à Diana *p.* 9. *tra.* 7. *reſolut.* 3. Probatur hæc ſententia, quia cum generatio, & multiplicatio prolis ſpectet ad præcipuũ finẽ matrimonij; videtur abſurdum, coniugem eximi ab obligatione actus coniugalis, ne generatio, & prolis multiplicatio ſequatur. Neque hanc debiti obligationem tollit damnum prolis futuræ ex indigentia, cum melius ſit proli naſci, & viuere inopem, quàm nullo modo naſci. Nequè etiã ab eadem obligatione eximit magnum coniugũ incommodũ in alenda prole, ſicut ab aliorũ debitorum ſoluendorum obligatione excuſat magna debitoris in ſoluendo incõmoditas; tum quia prolis generatio, & ſuſceptio (vt dictũ eſt) matrimonij eſt finis præcipuus, & magnũ bonum, cuius gratia cõiuges in ipſo matrimonij cõtractu ſuſceperunt omne incommodũ perferendũ, atq; adeo illud tolerare conſtanter debent: Tum quia ius, quod habet coniux in alterius corpus, cum ſit maximi momenti, videtur præualere tali incõmodo. Addit Coninch vix contingere, vt coniugi vtenti eodem toro, & petenti debitũ non ſit periculũ incõtinentiæ. Et eaſdem ob rationes etiam Layman *lib.* 5. *tra.* 10. *p.* 3. *c.* 1. *nu.* 16. exiſtimat, ſecluſo pacto continendi ea de cauſa inter coniuges inito ordinariè eſſe peccatũ mortale cõiugi petẽti negare debitũ ob eam causã, nè proles multiplicetur: Et quamuis ſi verè ob nouæ prolis generationem parentes, vel proles ad extremã penuriam redigendi ſint puter debitum negari poſſe (proptereáque dixerit, *ordinariè, & non abſolutè eſſe peccatum negare*) ſubdit tamen id ijs, qui inter Chriſtianos viuunt, rarò euenturum, cum in piorum hominum, multoque magis Dei auxilio, qui cœli volatilia paſcit Matth. 6. confidere oporteat.

220 Altera & verior ſententia tenet, ſecluſo in petente incontinentiæ periculo, licere vtrique cõiugi negare debitum coniugale, quando plures iam ſunt liberi, quàm à parentibus ob eorum inopiã ſuſtentari poſſint noua adueniente prole; quod probatur, tũ quia ſicut in cæteris debitis ex iuſtitia magna incommoditas reſtituendi eximit ab obligatione reſtituẽdi, ita non mirum ob magnam incommoditatem, ſeu difficultatẽ alendi filios, ſi excuſentur coniuges ab obligatione reddendi debitum coniugale; tum quia redditio debiti eſſet in notabile damnũ filiorum iam ſuſceptorum, qui alijs filijs genitis longè difficiliùs à parentibus facultatibus deſtitutis ali poterunt, ac proinde in hoc caſu parentes pauperes, qui non sũt tot filios alendo, licet non excuſarentur à redditione debiti ob periculum damni prolis naſcituræ, tamen excuſantur, & non tenentur reddere ob periculũ detrimenti, ſeu damni filiorum iam genitorum, & eo magis ceſſaret obligatio reddendi, ſi noua prole ſuſcepta pudicitia vxoris, & filiorum ante ſuſceptorũ, quibus alendis, & educandis coniux non ſufficeret, periclitaretur. Confirmatur hæc ſententia ratione de qua infrà *num.* 223. & ita in terminis Pet. Ledeſma *q.* 64. *art.* 1. *Quinta difficultate concl.* 2. *in fine articuli.* Baſilius Pontius *lib.* 10. *c.* 3. *n.* 7. Sanch. *d. diſp.* 25. *n.* 3. Villalobos *d. tract.* 13. *diffic.* 49. *n.* 2. *quibus concordare videntur* Sotus *d. diſt.* 32. *q. vnica a.* 1. *ante medium, verſ. Quid autem ſi longa.* Emanuel Sà *v. Debitum coniugale n.* 18. Reginaldus *lib.* 31. *n.* 189. Comitolus *lib.* 1. *reſp. mor. q.* 136. *n.* 10. Diana *d. reſ.* 3. Fagundez *in decal lib.* 7. *c.* ... *n.* 49. Bonac. *d. q.* 4. *punct.* 1. *n.* 13. & Hurtad. *d. diſp.* 10. *n.* 54. qui omnes aiunt non eſſe peccatum ſaltem mortale negare (ſecluſo in petente incontinentiæ periculo) debitum coniugale, quia plures iam ſunt filij, quàm vt ali poſſint à parentibus. Declarant autem Petrus Ledeſma, Reginaldus, Villalobos, & Bonacina id procedere, quando parentibus non ſuppeterent facultates ſufficientes ad filios alendos, dum vterque, vel alter eorum vixerit; ſecus vbi ſint ſufficientes ipſis parentibus ſuperſtitibus, quamuis poſt eorundem parentum obitum diuiſæ inter ſingulos liberos non ſufficerent ad ſingulorum vitam ſuſtentandam; eo quod ſufficiat parentibus alere filios dum viuunt, ac proinde ſi poſt eorum obitum facultates ſint ſingulis minùs ſufficientes, eorum erit aliundè quærere.

221 Quare ſi parentes abundent bonis pro filijs alendis, licet multiplicatis ſaltem ipſis viuentibus, vel aliunde ſine notabili incõmodo illis prouidere poſſent de ſufficiente ſuſtentatione, non excuſarẽtur ab obligatione reddendi ex eo, quod plures filij naſcantur, ſed hac de cauſa, ne proles multiplicaretur negando, mortaliter peccaret, vt omnes Doctores pro vtraque ſententia relati tradunt, & conuincit ratio *n.* 219. ad confirmandam priorem ſentẽtiam adducta, cum enim multiplicatione prolis magis, ac magis obtineatur finis præcipuus matrimonij, quod ad prolis generationem inſtitutum eſt, repugnat, & abſurdum eſt dicere eam multiplicationem eximere ab obligatione reddendi.

222 Conueniunt etiam DD. tam in caſu, quo parentes vtpote diuites poſſent prolem multiplicatam alere, quàm in caſu, quo ob paupertatem non eſſent alendo, poſſe ex mutuo conſenſu, vel pacto abſtinere ab vſu coniugij, & ſeruare continentiam, ne plures naſcantur filij, quia non tenentur ad vſum matrimonij, modo non ſit illis periculum incontinentiæ. Ita ex prællegatis DD. Sot. Sanch. Villal. Bonac. Coninch. Layman *locis ſup. n.* 219. *&* 220. *relatis.* Nauar. *d. c.* 16. *n.* 31.

Graſſius *d. cap.* 81. D. Antoninus *p.3. tit.1. cap. 20. §.6.* Philiarcus *de officio Sacerdotis tom.1. p.2. lib.4. cap.19. §.* Tertiò *peccat*, Lopez *d. p.1 cap.85. initio*, & alij à Sanchez *d. diſp.25. num.1. relati.* Dixi, *modo abſit &c.* quia ſi in vno coniuge ſit periculum incontinentiæ, alter, non obſtante præcedenti mutuo conſenſu, vel pacto abſtinendi è copula, teneretur non ſolùm reddere debitum eidem coniugi exiſtenti in periculo petenti expreſsè, vel tacitè per ſigna non audens ob verecundiam petere verbo (vt tradunt citati Doctores, & conſtat ex dictis *ſuprà n.32.*) ſed etiam eodem coniuge periculo incontinentiæ laborante nullo modo petente neque expreſsè, neque tacitè teneretur petere, & offerre ei copulam ſaltem ex charitate, vt conſtat ex dictis *ſuprà n.17.* Nauarrus autem, Lopez, & Graſſius, qui videntur deſiderare tacitam ſaltem petitionem coniugis exiſtentis in periculo incontinentiæ, vt alter ei debeat offerre actum coniugalem, poſſunt rectè intelligi, vt velint eo caſu non teneri ex iuſtitia iuxta dicta *ſuprà* 22.

Negarine poſſit coniugale debitum, ne proles concipiatur ex maculato ſanguine?

223 Dubium tertium, an coniux, qui contraxit matrimonium cum altero maculati ſanguinis, putà valde ignobili, vel originem ducente à Iudæis, vel Saracenis poſſit licitè abſtinere à copula, & negare debitum, ne concipiatur, & naſcatur proles affecta ſimili maculâ. Et dicendum non *licere*, ſed eſſe lethale peccatum ob eam cauſam debitũ coniugi maculato negare; cum talis macula nõ impediat matrimonij valorem, & conſequenter nec ius exigendi debitum coniugale, & obligationem reddendi. Ita Sotus *d. art.1. immediatè ante citatum verſic. Quod autem.* Graſſius *d. cap.* 82. Sanchez *d. diſp.25. n.4.* Villalobos *d. diffic.49. n.3. &* Fagundez *d. cap.3 n.49. fine.*

§. XII.

Ad euitandum detrimentum in re familiari, vel in fama, an liceat negare debitum coniugale?

224 AN verò ſicut ad euitandum corporale detrimẽtum proprium, vel prolis vterque coniux poteſt licitè negare debitũ coniugale, ita etiã liceat illud negare ad vitandum magnũ in bonis pecuniariis, ſeu fortunæ, & in fama detrimentum, vel ad magnam in illis vtilitatem acquirendam. Affirmant P. Ledeſma *d. q.64. art.1. in fine*, Sanch. *d. diſp.25. n.5. & eod. lib. diſp.4. n.13.* Comitolus *d. q.136. n.8. verſic. Sextum & n* 10. *verſic. Quartum*, & Reginaldus *d. lib.31. n.290.* Et congruam rationem affert Ledeſma, ſcilicet, quia in ipſo matrimonij contractu coniuges pollicentur ſibi inuicem mutuum obſequium, & operarum communionem, quantum ad œconomiam, & propriæ domus gubernationem pertinet, & ad hoc tendit ſocietas coniugalis; quare quoties viri prudentis arbitrio ad familiæ gubernationem, & rei familiaris neceſſitatem pertinet negare debitum, exigitũ; vxa abſentia coniugis copulæ impeditiua, etiam per longum tempus; abſentia, & debiti negatio non debet cẽſeri irrationabilis, & illicita, & ad id faciunt, quæ infrà dicemus cum de mutua coniugum obligatione cohabitandi agentes, vbi explicabimus quandonam coniux poſſit licitè abeſſe etiam altero inuito; & id docent etiam Coninch *diſp.31. num* 40. Fagundez *in decalog. lib.4. cap.14. numero* 12. & Gutierez *de matrimonio numero* 92. *numero* 7. *fine.*

* * *

Liceátne marito negare vxori debitum coniugale ob dotem non ſolutam?

Non ideo tamen maritus, cui dos promiſſa à parentibus vxoris ſtatuto tempore non perſoluitur, poteſt negare debitum coniugale eidem vxori ob dotem non ſolutam, vt inde iidem parentes ad eandem dotem ſoluendam adducantur, & ita ipſa diutius dotis lucro non careat. Etenim obligatio reddendi debitum non ex dotis traditione, ſed ex ipſo matrimonij contractu oritur. Et ita docent Auctores communiter, Angelus *verbo Dos num.9.* Syluester *eod n.11.* Armilla *eodem num.11.* Couarruuias *de ſponſ. p.2. cap.7. initio. num.2.* Molina *de iuſtit tom.2. diſp* 415. *n* 6. Emanuel Sà *verbo Dos n* 3 & Sanchez *lib.9 diſp.5. n.1.* Neque contrarium (vt notauit Molina *ibidem*) voluerunt Doctorores à Couarruuia *d. n.2.* & à Sanchez *nu.11. & 12. relati* quatenus aiunt maritum propter dotem promiſſam ſuo tempore non ſolutam, poſſe non traducere vxorem, vel iam traductam expellere à cohabitatione: non enim propterea ſentiunt maritum poſſe negare vxori conſortium maritale, quod conſiſtit in ipſo coniugij vſu, & debiti coniugalis redditione, ſed poſſe negare ſuſtentationem, & ad ſummum reliqua, quæ ad ſuſtentationem ſpectant, inter quæ enumeratur etiam habitatio. An verò ratione dotis non ſolutæ liceat marito vxorem non traducere, vel traductam domo expellere examinabitur infrà, cum de obligatione mutua coniugum cohabitandi. 225

SVMMARIVM

§. XIII. & XIV.

Neuter coniux tenetur reddere cum non poteſt reddere ſine proprio peccato n.226.

Quoties actus coniugalis eſt hic, & nunc illicitus ex aliqua circumſtantia ſe tenente ex parte eiuſdem actus, neuter coniux tenetur reddere, nec poteſt licitè. numero 227. & 218.

Limitatur, ſi eſſet illicitus ſolùm ratione alicuius indecentia, aut non notabilis periculi corporis coniugum, vel prolis, & ex debiti negatione foret ſequuturum aliquod graue incommodum, putà, diſplicentia, & iurgia inter coniuges, vel alia grauiora mala. n 228.

Coniugi petenti illicitè ratione modi, ſeu ſitus abſque periculo impediendi generationem, alter licitè reddere poteſt, & tenetur. n.231. & 234.

Actus coniugalis non ſeruato naturali ſitu abſque periculo impediendi generationem eſt licitus reſpectu vtriuſque coniugis, ſi habeatur ex aliqua iuſta cauſa. n.229.

Si abſque cauſa vlla, eſt culpa venialis. n.231.

Quando exigens peccat tantum venialiter petendo, non peccat reddens, & reddere tenetur. n.130.

Viro tempore menſtrui cum peccato veniali exigenti vxor licitè reddit, & reddere tenetur. n.132.

An teneatur illum admonere, vt deſiſtat à petitione. n.133.

Si petitio debiti ſit mala venialiter ratione finis materialiter vitioſi, redditio eſt licita, & debita. n.234.

Vbi petitio debiti eſt mortalis ſolum ob circumſtantiam petentis, à qua ſe liberare poteſt, non peccat reddens, & tenetur reddere. n 226.

Vnde vxor poteſt licitè, & tenetur reddere debitum marito, qui ea non conſentiente ſolet in fine copulæ effundere ſemen extra vas. n.239. fine.

Depoſitarius tenetur reſtituere rem Domino volenti illa vti in prauos vſus, dummodo non in detrimentum corporale proprium, vel alienum. ibid. & n.237.

Ex iuſta cauſa licet petere Sacramenta à Sacerdte adminiſtraturo

Digitized by Google

ſtraturo in mortali, & mutuum ab vſurario exacturo vſuras. n.237.

Quando duo ſunt inſeparabilia ſecundum rem, ſeparabilia vero ſecundum voluntatem poteſt praſtari conſenſus vni, altero excluſo. num.228.

Quare teneamur magis impedire malum corporale proximi, quàm animæ. n.239.

Obligatio charitatis cedit obligationi iuſtitiæ. n.240.

Vbi petitio debiti eſt mortalis ob circumſtantiam exigentis non priuantem iure exigendi, putà, quia exigens eſt ligatus voto caſtitatis, vel non petendi debitum, an alter coniux poſſit licitè reddere, & teneatur reddere. numero 240. & 241.

Depoſitarius domino, qui vouit, ſeu ſoli Deo promiſit non petiturum rem depoſitam, tenetur illam reſtituere, ſi exigat. num.243.

An poſt extrauagantem Martini V. Ad euitanda, *liceat inducere ſacerdotes excommunicatos toleratos ad ſacramenta adminiſtranda. n.245.*

An, & quando liceat adminiſtrare alteri carnes in die veneris, vel cœnam in die ieiunij. n.245.

Non habere ius petendi, vel iniuſtè petere dupliciter contingit. num 246.

Coniuge ex errore exiſtimanti matrimonium eſſe irritum, alter ſciens certò eſſe validum poteſt licitè reddere, & tenetur. num.247.

An quoties coniux exigens peccat mortaliter petendo, exactus teneatur præcepto correctionis fraternæ illum auertere; vel eius illicitam actionem præuenire petendo ab illo debitum. n.248.256.& 275.

Si ob vitium perſonale amittat coniux ius exigendi, vt ob adulterium, affinitatem, aut cognationem contractam poſt matrimonium, non tenetur alter reddere n.250.

An ſi ab inceſtuoſo coniuge alter innocens ſemel debitum petierit, vel ei reddiderit, teneatur poſtea eidem exigenti reddere. n.251.

Explicatur caput Cum Vintonienſis, de elect. *ibidem.*

Coniugi, qui ſupra impedimento affinitatis, vel cognationis obtinuit diſpenſationem etiam altero renuente eſt reddendum debitum. ibid fine.

Coniux liber an poſſit licitè reddere debitum coniugi exigendo mortaliter peccanti, quando ei non tenetur reddere ratione affinitatis, aut cognationis, aut adulterij, aut priori bimeſtri, aut quia exigens eſt dubius de valore matrimonij, & nondum præmiſit diligentiam ad inueſtigandum veritatem. Negatiua num. 252. Affirmatiua. num. 254. & ſeqq.

In prædictis caſibus coniux liber *tenetur petere, vel reddere ad euitandum in impedito periculum incontinentiæ. numero 253.& 257.*

Coniux dubius de valore matrimonij ante præmiſſam diligentiam non poteſt reddere debitum alteri coniugi adulterio. fine, & 255.

An coniux, cui debiti petitio eſt interdicta non tamen redditio, vt contingit ratione voti caſtitatis, cognationis ſpiritualis, aut affinitatis poſt matrimonium contractæ, poſſit aliquando petere, & ad id teneatur ad euitandum in altero coniuge incontinentiæ periculum n.258.& 268.

Quid ſi ambo coniuges ſine mutuo conſenſu, vel ex mutuo conſenſu vouiſſent non petere, & quid ſi ambo feciſſent votum caſtitatis abſolutum ſine mutuo conſenſu n.268.

Quid ſi ex mutuo conſenſu per modum pacti vouiſſent caſtitatem. ibidem fine.

Quamuis coniux affinis. vel voto caſtitatis ligatus poſſit aliquoties petere, cauendum tamen, ne intemperantia decipiat. n.269.

Non poteſt præbere ſigna petitionis, neque prouocare alterum coniugem liberum ad petendum; ſicut nec liber carebit culpâ, ſi incitet impeditum, vt petat, licet eius lapſum in incontinentiam timeat. ibidem.

Impeditus petere ratione affinitatis, aut voti poteſt alteri ſignificare ſuum impedimentum; ſed non tenetur; & non poſſet manifeſtare, ſi inde alter liber foret deterrendus à petitione n 270.

Coniuges ordinariè imprudenter emittunt votum caſtitatis, aut non petendi; & quandonam talis voti irritationem, vel diſpenſationem obtinere teneantur. n.271.272.

Coniux voto caſtitatis, vel impedimento affinitatis ſeu cognationis ſpiritualis poſt matrimonium contracta obſtrictus, an poſſit reconciliare alteri coniugi adultera, vel reddere priori bimeſtri. Negatiua num.274. 275. Affirmatiua. n. 276.

Emittens votum caſtitatis ante matrimonium, & poſtea contrahens an peccet reddendo primá vice intra bimeſtre. numero 275.

Coniux affinis, vel voto caſtitatis aſtrictus factâ remiſſione iniuriæ adulterij, aut ipſo adulterante tenetur alteri adultero reddere n.275.

Ratione affinitatis, aut cognationis interdictus copula coniugali poteſt priori bimeſtri, vel poſt adulterium alterius coniugis reddere ob matrimonij pacem tuendam, & ad euitandas rixas inter coniuges. n.276.

Coniux ligatus voto non caſtitatis, ſed ſolùm non petendi debitum emiſſo ante, vel poſt matrimonium poteſt licitè reddere coniugi adultero, & priori bimeſtri n.277.

§. XIII.

Neuter coniux tenetur reddere debitum; quoties non poteſt reddere ſine detrimento ſalutis ſpiritualis propriæ, ſeu ſine peccato proprio.

ET quidem ſi cum notabile detrimento proprij corporis, vel ſalutis corporalis alterius, vel prolis neuter coniux tenetur reddere coniugale debitum; certè multo minus tenetur reddere, quando non poteſt reddere, ſine periculo, & detrimento ſalutis ſpiritualis propriæ, ſcilicet, ſine peccato proprio: lex enim matrimonij ſicut non obligat ad redditionem debiti, niſi ſaluâ corporis ſubſtantiâ, & corporali ſalute; ita niſi ſaluâ animâ, & ſalute ſpirituali; cum nulla lex poſſit obligare ad id, quod ſine peccato fieri nequit; ita omnes Doctores infra citandi. 126

Quare quoties actus coniugalis hic, & nunc eſt illicitus ex aliqua circumſtantia ſe tenente ex parte eiuſdem actus, tunc nulla eſt obligatio reddendi, quia talis copula eſt in ſe verè peccatum, & ita à neutro poteſt licitè exerceri. Vt etiam tradunt Petrus Soto *de contractu, & vſu matrimonij, lect.16. fine* Sanchez *lib.9. diſp.6.n.16.* Baſilius Pontius *lib.10. cap 3. nu.3. & 7.* Coninch *diſp.34.n.27.* Layman *lib 5. tract.10. p.5. cap.1. num.17.* Filliuccius *tom. 1. p. 2. tract.10 cap.9.n.311.* Bonacina *q.4. puncto 3. num,4.* & Hurtadus *diſp. 10. num. 16.* Propterea coniugi petenti in loco publico, aut ſacro; vel cum periculo abortus, vel vitæ corporalis propriæ, aut alterius coniugis petentis alter non tenetur reddere, quia in huiuſmodi caſibus copula eſt intrinſecè, & in ſe mala, & illicita; nam aduerſatur honeſtati, vel reuerentiæ loci ſacri, aut tendit ad damnum tertij, vel nocumentum vitæ propriæ, cuius non habemus dominium ad illam prodigendam illo actu, ſeu vſu coniugij. Et ita in aliis ſimilibus caſibus petitionis debiti, in quibus copula coniugalis hic, & nunc ſit illicita non ſolum ex parte petentis, ſed ob intrinſecam malitiam prouenientem ex circumſtantia ſe tenentem ex parte eiuſdem actus coniugalis (de quibus caſibus infra cum de vſu licito, vel illicito matrimonij, & de obligatione coniugum erga prolem in fieri) & ita etiam præallegati Doctores. Hæc tamen doctrina, an, & quomodo limitanda ſit, præſertim in caſu, in quo licet aliàs actus coniugalis conſideratis circumſtantiis ex parte eiuſdem actus ſe tenentibus eſſet malus, & illicitus, & petens 127

propter hoc peccaret, ex parte tamen reddentis poſſet idem actus vacare culpâ, quia aliud præceptum fortius præualeret, copulæ redditionem ad maius malum vitandum dictans, & excuſans ab omni culpa reddentem; puta, ſi copula eſſet hic, & nunc illicita tantum venialiter, & ex eius negatione magnum incommodum rixarum, odij, diſcordiarum, & ſimile inter coniuges foret oriturum, vel ſequutura incontinentia, puta voluntaria pollutio, aut adulterium patebit ex dicendis numeris ſequentibus. Hîc firmum, & indubitatum maneat, quod quoties coniux non poteſt reddere ſine peccato, licet veniali, non tenetur, nec poteſt licitè reddere.

§. XIV.

Coniugi, qui illicitè petit, ſeu peccat exigendo debitum an alter teneatur, vel poßit licitè debitum negare?

228 HInc ad controuerſiam, an quoties coniux illicite petit, ſeu peccat petendo debitum, alter etiam peccet ei reddendo, ac proinde teneatur non reddere, vel ſaltem poſſit licitè debitum negare.

Certum eſt coniugi petenti illicitè, & exigendo peccanti ob circumſtantiam ſe tenentem non ex parte ſolius petentis, ſed ex parte actus, alterum non teneri, nec poſſe licitè reddere debitum coniugale, cum huiuſmodi circumſtantia, vt pote annexa actui coniugali reddet illum in ſe malum, & illicitum, ac proinde ſit intrinſecè, & ex parte obiecti verũ peccatum, & conſequenter à neutro coniuge poſſit licitè exerceri, vt dictum eſt num. præcedenti, & in terminis id tradunt Petrus Sotus, Sanchez, Pontius, Coninch. Bonacina, Fillinccius, Layman, Hurtadus *locis eodem numero præcedenti relatis*, & Villalobos *p.1.tract.13.diffic.47.n.1.* Coninch autem, & Layman excipiunt caſum, quo copula coniugalis ſolum eſſet illicita ratione indecentiæ (v.g. ſolius ſitus, & modi coẽundi) vel loci ſacri, aut temporis, aut ratione alicuius non notabilis, ſeu grauis periculi, quod inde coniugibus, aut proli imminere, & ab altero coniuge, præſertim marito inſtanter exigeretur, & alter à quo petitur, præſertim vxor non poſſet eum à petitione auertere, neque ſine magna difficultate, & grauioris incommodi (puta diſplicentiæ, odij, & rixarum, vel etiam mortis à petente inferendæ iuxta caſum, de quo *infra nu.230 fine*) periculo, tunc coniux requiſitus licitè redderet magna illa neceſſitate maiora mala vitandi à culpa eum excuſante, non enim videtur teneri vitare minus malum cum periculo maioris; nec hac de cauſa reddens cenſetur cauſa indecentiæ, aut alicuius irreuerentiæ, quæ actui, coniugali, aut loco ſacro, aut tempori ex alterius petentis parte prouenit, ſeu fit; nec etiam periculi, quod inde forte alicui euenit; nam nemo cenſetur cauſa alicuius mali, quod per accidens ex eius actione ſequitur, niſi ipſe teneatur hoc vitare, coniux autem requiſitus in huiuſmodi caſu non tenetur hæc mala cum tanto incommodo vitare. Et hæc exceptio colligitur etiam ex Bonacina *num. 12. Verſic. Non nego.* Vbi ait coniugi petenti illicitè, venialiter, ſeu cum ſolo peccato veniali ob circumſtantiam actus coniugalis, ſcilicet, quia petit copulam modo indebito, & contra conuenientem, & naturalem ſitum, alterum poſſe licitè reddere ob cauſam euitandi odium, vel rixas, & diſcordias. Quod idem docent Sanchez *n.6.* Filliuccius *num.308.* Auerſa *q.51.ſect.5 verſic. Secundo*, & Diana *p.3. tract. 4. reſolut 246.* Noque obſtat quod Fernandez *in medulla p 2 cap.6.§.1. num. 6. fine* contrarium tenens obijcit, ſcilicet, quod quamuis permiſſiuè poſſimus minus malum pati ad fugiendum maius, aut conſulere, non tamen ad id effectiuè concurrere, vt concurrit (inquit) qui debitum coniugale petenti illicitè reddit, quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Nam hæc obiectio probat ſolum nunquam eſſe faciendum peccatum etiam veniale, ad aliud malum, quantumcunque magnum vitandum, quod eſt verum, vt dicitur de mendacio, quod nullus poteſt licitè dicere ad quoduis aliud malum impediendum; quia malitia moralis à mendacio nunquam poteſt ſeparari; Non probat autem actum aliquem aliàs ob aliquam circumſtantiam illicitum, & malum poſſe deſinere eſſe malũ, & mihi hic, & nunc illicitũ ob aliquam iuſtam cauſam, cui circumſtantia reddens actũ malum cedat, vt contingit, quando occurrunt duo præcepta, quorum vnum fortius obligat, quàm aliud; v.g. actus coniugalis cum detrimento ſalutis corporalis eſt illicitus ob præceptum cuſtodiendi, & non prodigendi propriam vitam, cuius non ſumus domini; tamen ad euitandam incontinentiam, & periculum animæ deſinit eſſe malus & illicitus (vt *ſuprà* oſtenſum eſt) quia lex charitatis de ſalute propria, vel proximi ſpirituali procuranda præualet præcepto conſeruandi vitam corporalem; & circumſtantia damni corporalis, vt pote mali minoris, & inferioris ordinis cedit detrimento ſalutis ſpiritualis maioris, & altioris ordinis. 229 † Quemadmodum etiam circunſtantia indecentiæ, quæ reperitur in eodem actu coniugali non ſeruato debito modo, & ſitu deſinit reddere illum malum, & illicitum reſpectu vtriuſque coniugis, quando mutatio ſitus (nempe fœmina eſt incuba, & vir ſuccubus) accidit non captandæ voluptatis gratia, ſed ex aliqua iuſta cauſa, v.g. quia mala affectio corporis alium coitum non patitur, vel ob viri pinguedinem, vel ad vitandum periculum abortus, vel quauis aliâ cauſa exiſtente, quæ alium coitum impediat, vel valdè difficilem reddat, vt tradunt communiter Doctores, quia indecentia, vt potè leuioris momenti cedit magno detrimento coniugum abſtinendi perpetuò, vel longo tempore ab vſu matrimonij. Itaque ſicut non obſtante circumſtantiâ talis indecentiæ coniugalis coitus mutato naturali ſitu habitus ex prædicta iuſta cauſa non eſt illicitus, ſed licitus reſpectu vtriuſque coniugis, quia illa indecentia vti res leuis cedit detrimento perpetuæ, vel diuturnæ abſtinentiæ à coniugali copula; ab eoque excuſatur omninò à morali malitia; ita licet reſpectu vnius coniugis abſque iuſta cauſa exigentis vſum matrimonij modo indebito, & mutato naturali ſitu ratione indecentiæ ſit illicitus, nec vacet culpa veniali, tamen caret culpa reſpectu alterius, qui debitum reddit iuſtà intercedente cauſa, nempè vel nè coniugi petenti diſpliceat, vel excitet rixas, & diſcordias, & alia grauia incommoda in debiti negatione alioqui oritura; quibus malis cedit præfata indecentia, & ab illorum vitandorum ratione in ordine ad eundem coniugem reddentem excuſatur à morali malitia; & idem eſt, quando occurrunt præcepta (ſi quæ verè ſunt, de qua re *ſuprà num.48.* & etiam infra vbi de vſu matrimonij licito, vel illicito) eccleſiaſtica de continentia inter coniuges ſeruanda temporibus feſtiuis, aut ieiuniorum, aut ob percipienda ſacramenta, & alter coniux abſque iuſta cauſa petit actum coniugalem; is enim peccat ratione irreuerentiæ, quæ afficit actum, at idem actus reſpectu coniugis reddentis ex prædictis iuſtis cauſis excuſatur à culpa, quia leuis illa irreuerentia cedit maioribus malis diſplicentiæ, odij, aut rixarum, aut diſcordiarum; & obligatio, ſeu lex ſeruandi mutuum amorem coniugalem, euitandi rixas, & diſcordias, & alia ſcandala, & incommoda fortior eſt, & præponderat præcepto naturali, vel eccleſia-

ſtico

Digitized by Google

ſtico, de euitanda in actu coniugali illa indecentia, vel irreuerentia; vnde in huiuſmodi caſu reddens non concurrit effectiuè ad actum coniugalem quatenus eſt illicitus, & peccatum; ſed quatenus licitus eſt, & permiſſus, & carens culpâ; malitia autem moralis, quæ in eodem actu contingit reſpectu petentis per accidens ſe habet reſpectu reddentis, cum præter illius voluntatem, & intentionem accidat, nec illius cauſa ſit niſi per accidens, & merè materialiter.

Quoties exigens peccat tantum venialiter exigendo, alter poteſt licitè reddere, & tenetur reddere.

230 Ex his dicendum eſt, quoties exigens debitũ coniugale peccat ſolũ venialiter, ſiue ob circumſtantiam ſe tenentem ex parte exigentis, à qua ipſe ſe poteſt liberare (vt cum exigit ob finem venialiter malum) ſiue ob circumſtantiam ſe tenentem ex parte eiuſdem exigentis, in cuius poteſtate non ſit ſe ab ea liberare (vt ſi emiſiſſet votum non petendi cum intentione ſe obligandi tantum ad veniale) ſiue ob circumſtantiam ſe tenentem ex parte actus (vt ſi exigat mutato naturali ſitu, vel temporibus, in quibus eccleſia prohibeat copulam coniugalem, nempe feſtiuis ſolemnitatibus, ieiuniorum, aut ſacramentorum percipiendorum) alter reddens nullo modo peccat, & tenetur reddere; id vti regulam generalem ſtatuunt Adrianus *in 4. vbi de matr. dubitatione* 14. §. *ex his patet. verſic. ſecundo contingit.* Petrus Sotus *d. lectione 16. fine*, & approbant ex Doctoribus *num.* 227. *relatu* Sanchez *num.* 6. Conioch *d. num.* 27. *& n.* 75. Laymann *num.* 18. Filliuccius *d. nu.* 508. Aerſa & Diana *locu ſuprà n.* 228. *citatu* Fagundez *in decalog. lib. 6. cap. 3. nu.* 17. Martinus Perez *de matr. diſp.* 50. *ſect.* 5. Villalobos *p. 2. tract.* 40. *diffic.* 15 *num.* 3 *&* 4. (vbi ait quod licet maritus tempore menſtrui petens debitum peccet venialiter ratione indecentiæ, quæ tunc in actu coniugali reperitur, vxor tamen tenetur reddere) & innuit etiam Caietanus 2. 2. *q.* 154. *art.* 1. *circa ſolutionem ad* 4. §. *Ad ſecundum, de modo.* Vbi tenens modum præter naturalem coeundi eſſe tantum peccatũ veniale ad oppoſitionem nonnullorum dicentium vxorem non eſſe vxorem ad talem actum, reſpondet quod vxor eſt vxor ad omnem actum, ex quo ſequi poteſt generatio, quamuis actus modo naturali ſit principalis, ex quo patet iuxta Caietanum vxorem viro exigenti modo indebito teneri reddere, quando non eſt periculum effuſionis ſeminis. Idem quando circumſtantia reddens copulam illicitam venialiter ſe tenet ex parte petentis tenet abſolutè Bonacina *d. num.* 9. quando verò ſe tenet ex parte actus idem tanquam probabile aſſerit, licet ſuſtineat contrarium tanquam probabilius. Sed dictum, ſeu regula quoad primam, & ſecundam partem (ſcilicet, quando exigens peccat venialiter ſolum ob circumſtantiam perſonæ, ſeu ſe tenentis ex parte ipſius, ſiue ſit in illius poteſtate ſe ab ea liberare, ſiue non) probatur, quia tunc actus coniugalis ex ſe non eſt illicitus, & petens ratione illius circumſtantiæ prauæ non amittit ius exigendi per contractum matrimonij acquiſitum, ergo alter licitè poteſt reddere debitum, atque etiam ad id tenetur; neque proprie peccato exigentis cooperatur, ſed tantum materialiter, & per accidens, tum quia concurrit ad actum coniugalem ex iuſta cauſa ſatisfaciendi ſuæ obligationi reddendi debitum exactum; tum quia, quando petens cum peccato veniali inſtanter exigit, non obſtante quod ex parte exigentis actus coniugalis non vacet culpâ veniali, nunquam tamen deeſt alia cauſa iuſte reddens licitam debiti redditionem, illamque excuſans ab omni culpa, vt dictum eſt duobus numeris præcedentibus, & mox dicetur. Quare idem dictum, ſeu eadem regula probatur quoad omnes partes, & etiam quando exigens petit illicitè, & cum peccato veniali ob circumſtantiã actus; quia quoties actus coniugalis eſt illicitus tantum ratione culpæ venialis, quâ afficitur vel ob circumſtantiam perſonæ vel actus, nunquam eſt adeo extrinſecè, vel intrinſecè, & ex ſe ita malus, vt ex iuſta aliqua cauſa excuſari non poſſit à malitia illa veniali, vel reſpectu vtriuſque coniugis, vel reſpectu alterius requiſiti ad actum illum reddendum, vt dictis duobus numeris præcedentibus explicatum eſt; quæ cauſa etiam non debet eſſe adeo grauis; At ordinariè, & ferè ſemper ex parte coniugis; à quo inſtanter alter cum peccato veniali exigit debitum, adeſt iuſta cauſa excuſans, ſcilicet, nè exigenti diſpliceat, vel odium, aut rixam, ſeu diſcordias excitet, & ad alia maiora mala petentem commoueat; ſicut (vt Paludanus 4. *diſt.* 32. *q.* 1. *art.* 1. *initio*, & D. Antoninus 3. *p. tit.* 1. *cap.* 20. §. 7. *verſic. nec hoc eſt reddere gladium* referunt) in Theutonia vxor militis negantis in vigilia Paſchæ debitum, quia continuerat totâ quadrageſimâ fratrem eius imperiuit, & negantem coire cum ea iugulauit, & reuerſa ad virum dixit; Hoc tu feciſti, quia me facere coëgiſti, ſcilicet non reddendo debitum; Iidem Paludanus, & Antoninus referunt aliam ſuppoſuiſſe ſe iumento. Quare cum ſemper adſit iuſta cauſa reddendi, excuſans redditionem ab illa malitia, & culpa veniali, quâ alioqui afficeretur reddens, vel propter cooperationem ad culpam exigentis, vel etiam ob indecentiam, aut irreuerentiam aliquam, quæ in actu reperiatur, ſicut poteſt, ita tenetur reddere debitum, quando exigentem non poteſt, vel non niſi cum difficultate auertere à petitione, quia quoties coniux poteſt ſine peccato tenetur (niſi aliud graue incommodum excuſet iuxta dicta in antecedentibus) reddere. Præterea vinculum iuſtitiæ obligans coniuges ad debiti redditionem fortius eſt, quam præceptum charitatis impediendi in altero coniuge culpam venialem, quam ſponte omninò committit, & quam præceptum naturale abſtinendi ab actu coniugali ratione leuis indecentiæ, aut irreuerentiæ, quæ in eo reperiatur, ac proindè præualere debet. Quare non eſt audiendus Comitolus dum *lib.* 1. *Reſp. mor. q.* 136. *num.* 9. *verſic. Magis vniuerſaliter*, dicit, cum alter coniux non poteſt ſine culpa debitum petere, alterum ſine culpa poſſe negare. Quod verò in tract. de contractu matrimonij *cap.* 9. *num.* 19. dixi, ſuppoſito, quod conſummare matrimoniũ ante benedictiones ſit veniale, coniugem exactum tali opinioni adhærentem poſſe negare debitum, dictum eſt obiter, & iuxta aliam opinionem probabilem, vel intelligi debet per ſe præciſe non habito reſpectu ad cauſam iuſtificantem redditionem.

Coniugi modo indebito exigenti debitum, an ſit reddendum?

Hinc infertur primò, coniugi exigenti modo indebito quoad ſitum abſque periculo impediendi generationem, licet peccet venialiter, alterum tamen licitè poſſe reddere, & teneri reddere, ſi petentem admonitione, aut blandis precibus, aut alia ratione non poſſet commodè auertere à petitione cum tali modo. Id quod etiam in terminis tradunt Caietanus, Fagundez, Auerſa, Diana *ſuprà n. præcedenti & num.* 228. allegati. Sanchez *lib.* 9 *diſp.* 16. *num.* 8. & probabile ait Bonacina *d. puncto* 3 *nu.* 9. Immo etiam Pontius qui *d. cap.* 4. *num.* 3. non approbat dictam regulam, quod quoties exigere eſt tantum veniale, licitum ſit reddere, tamen eodem *lib.* 10 *cap.* 11. *num.* 4. 231

aſſerit

aſſerit, etſi peccatum veniale ſit exigere modo indebito non impeditiuo generationis, nullum tamen peccatum eſſe reddere; idque non ob rationem numero præcedenti allatam, ſed quia, inquit, peccatum veniale in hoc caſu naſcitur ex ipſo affectu petentis, & vehementi appetitu voluptatis, cui appetitui, & affectui non cooperatur alter coniux reddens, ſed exercet actum licitum coniugibus, & ordinatum ad generationem, adhuc enim & ille modus poſſet exerceri ſine eo appetitu & affectu, quam Pontij rationem approbat etiam Diana *d. reſolutione* 196. Sed reuera petitio cum indebito modo (nulla intercedente iuſta cauſa excuſans) ſicut & actus ipſe coniugalis reſpectu petentis eſt peccatum veniale non ſolum ex affectu, & vehementi appetitu voluptatis, ſed & ratione indecentiæ, quæ in tali modo coëundi reperitur, nam etſi non ex vehementi appetitu voluptatis, ſed ſolum ad exercitium libertatis vellet ita coire, & coiret, venialiter peccaret, non alia de cauſa, niſi quia talis modus continet quandam turpitudinem, & indecentiam reddens illum ſaltem venialiter illicitum, niſi ſubſit iuſta cauſa coëundi tali modo, vt ſupra tribus præcedentibus numeris declaratum eſt. Contrarium tamen & petenti inuerſo ſitu ſine iuſta cauſa debitum coniugale nullo modo eſſe licitum reddere debitum ob eam rationem, quod in tali caſu actus coniugalis ſit ex ſe illicitus, licet tantum venialiter, affirmant Armilla *verbo Debitum num.* 7. D. Antoninus *d. cap* 20. §. 7. Palacius, Bartholomæus Ledeſma à Sanchez *d. num.* 8 *relati* & probabilius putant Bonacina *d. num.* 9. Leſſius *lib.* 4. *de iuſt. cap.* 3. *num.* 89. ſed præfatæ rationi, quibus hi Doctores innituntur iam ſatisfactum eſt. Henriquez etiam *lib.* 11. *cap.* 16. *num.* 6. ait vix teneri vxorem reddere debitum viro ſuccubanti, cuius rationem reddit in commentario litera S. nempe quod ſit probabile eſſe grauem culpam ita coire. Vnde etiam Sanchez *d. num.* 8. ait probabile eſſe non eſſe licitum reddere exigenti modo indebito ex eo maximè, quod ſit probabile variationem ſitus eſſe culpam mortalem in petente. Verum Doctores communiter aiunt eſſe tantum culpam venialem, ſi non ſubſit periculum effundendi ſemen extra vas, & impediendi generationem, vt latè infra de vſu matrimonij, vel de obligatione coniugum erga prolem in fieri. Dixi autem initio numeri in illatione, *ſi petentem admonitione*, &c. quia probabile eſt coniugem, à quo alter petit modo indebito, teneri ſub veniali amicè rogare petentem, vt non petat eo modo, vt conſtat ex dictis *num.* 233. & in terminis docent Caietanus & Fagundez *locis citatis*, qua adhortatione præmiſſa ſi noluerit deſiſtere ab eo actu, tunc licita, & debita erit redditio ob allatas rationes: eſt tamen etiam probabile præfatam admonitionem non eſſe in præcepto, & nullum eſſe peccatum, ſi prætermittatur, præſertim ſi coniux à quo talis actus petitur ſit vxor, id quod quoque conſtat ex dictis infra eodem *numero* 233.

Viro petenti debitum tempore menſtrui an vxor teneatur reddere?

232 Infertur ſecundo; ſuppoſito quod petere debitum coniugale tempore menſtrui ordinarij non ſit ad ſummum (ſi ſcienter, & ſine iuſta cauſa petatur) plus quàm peccatum veniale ratione alicuius turpitudinis, & indecentiæ, vt aſſerunt magis communiter Doctores; coniugi eo tempore exigenti debitum licet venialiter peccanti non ſolum poſſe alterum licitè reddere, ſed etiam teneri: Id quod quoque tradunt D. Thomas 4. *diſt.* 32. *q. vnica art.* 2. *quæſtiunc.* 3. *corp. ibidem* Paludanus *q.* 1. *art.* 3. *fine.* Sotus *q. vnica art.* 2 *ad* 2. Sylueſter *v. Debitum quæſt.* 6. Pet. Ledeſma *q.* 64 *art* 1. *dub.* 3. Rodriquez *tom.* 1. *ſum. cap.* 243. *num.* 17. Sanchez *lib* 9. *diſp.* 11. *nu* 16. Coninch *diſp.* 24. *num.* 76. Rebellus 2. *p. lib.* 3 *q.* 19. *nu.* 14. Villalobos 2. *p. ſum tract.* 40. *diffic.* 15. *num.* 4. Fagundez *in decalog. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 28. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 9. *num.* 356. Coninch *de ſacram. diſp* 34. *num.* 76. Martinus Perez *de matr. diſp.* 49 *ſect.* 2. *num.* 14, Caſtros Palaus *p.* 5. *tr.* 28. *diſp.* 3. *puncto* 4. §. 4 *num.* 9. & alij à Sanchez *d. num.* 16. *& præcedenti relati.* Quamuis minus probabiliter Pontius *lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 6. Bonacina *q* 4. *puncto* 16. *nu.* 6. & Auerſa *q.* 21. *ſect.* 6. *verſic. Ita ego*, contrarium teneant aſſerentes ſi incontinentiæ periculum non excuſet, eſſe peccatum veniale ſi vxor menſtrua petat, vel ab ea petatur, & reddat, quia, inquit, cooperatur illicito vſui corporis in eo caſu. Sed in tali caſu vxorem viro illicitè petenti poſſe licitè reddere conſtat ex ſupradictis, quia leui illi turpitudini, ſeu indecentiæ actus coniugalis eo tempore habiti reſpectu reddentis præponderat obligatio iuſtitiæ reddendi debitum, & incommodum diſplicentiæ odij, vel rixarum, & aliorum malorum ex negatione debiti oriundum. Vnde etiam coniux reddens non cooperatur propriè peccato exigentis, ſeu vſui corporis quatenus reſpectu eiuſdem exigentis eſt illicitus, ſed tantum materialiter, & per accidens, vt latè ſupra explicatum eſt. † Aduertunt autem ferè 233
omnes præallegati Doctores vxorem menſtruam, vt reddendo ab omni culpa veniali excuſetur, debere virum petentem conſcium menſtrui prius admonere, & fraternè corrigere, vt deſiſtat ſi probabiliter ſperatur admonitionem profuturam. Si verò vir petens debitum ignoret menſtruum debere quidem vxorem amice & precibus beneuolis, alia ratione, ſeu prætextu infirmitatis eum amouere, & auertere ab ea petitione, non tamen debere ei ſignificare ſuum menſtruum, aut fluxum, ne fortè vir ab ea abhorreſcat, & alienam appetat niſi alioqui tantæ prudentiæ, tamque probatæ virtutis ſit, vt contrarium de illo ſperetur; quâ monitione, ſeu exhortatione præmiſſa ſi adhuc vir inſtet, tunc vxor licitè reddit, & tenetur reddere iuxta eoſdem Doctores, quia plus obligat vinculum iuſtitiæ reddendo debitum (vt dicebam) quàm indecentia. Immò Sanchez *d. num.* 16. credit prędictam admonitionem minimè eſſe in pręcepto, eo quod durum videatur ob indecentiam illam venialem, quam vir exigens admittit, redigere vxorem in eas anguſtias, vt effingere debeat occaſiones ad virum auertendum, eo vel maximè quod viri ſuſpicentur ex odio procedere, aut ex amoris defectu, & cum ſint ad fornicandum proni, in alias incontinentias labentur; idem videntur ſentire tum Coninch, qui non dicit tunc teneri, ſed decere vxorem virum petentem, ſi commodè poteſt, auertere; tum Villalobos, qui ſolum ait, quod tunc vxor poterit precibus ſe excuſare non detegendo fluxum. Ad idem Sanchez refert Aſtenſem, Bonauenturam, Tarentaſiam, Palacium, Abulenſem, Ledeſmam, & Gee̋tam, qui nulla facta mentione præmonitionis faciendæ aiunt, vxorem menſtruam viro exigenti teneri reddere debitum. Verum reliqui Doctores omnes numero præcedenti relati prærequirunt eam admonitionem viri de præcepto ſub veniali, ſi ſperetur fore, vt proſit, & poſſit commodè fieri.

Quoties debiti petitio eſt illicita ob finem venialiter malum, an ſit licita, & debita redditio?

Ex dictis eodem *num.* 230. infertur, licet coniux 234
exigens debitum malo fine ſolum venialiter vitioſo, nempe ob ſolam delectationem captandam, aut ſolum ob ſanitatem corporis conſequendam, aut tantum

tum propter fornicationem, ſeu incontinentiam vitandam (ſi verum eſt debiti petitionem in hia caſibus vitiari venialiter ex circumſtantia talis finis, de qua re latè infra, vbi de vſu matrimonij) peccet venialiter, reddentem tamen bono fine, & vt ſatisfaciat ſuæ obligationi, minimè peccare, ſed & ad reddendum teneri. Vt etiam in terminis docent Paludanus 4. *diſt.* 32. *q.* 1. *art.* 1. *initio* D. Antoninus 3. *p. tit.* 1. *cap.* 10. §. 7. Adrianus *in* 4. *vbi de matrim. dubit.* 14. *verſic. ad rationes, & de Eucharistia quaſt. reſtat iam videre, an propter corporalem immunditiam in ſolutione ad* 2. *principale.* Sotus 4. *diſt.* 31. *q. vnica. art.* 3. *paulo poſt initium.* Pet. Ledeſma *q.* 46. *art.* 6. *dub.* 2. Stephanus Gaëta *repet. cap. ad limina* 30. *q.* 1. §. 4. *num.* 174. Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 8. *n.* 5. *diſp.* 9. *n.* 5. *diſp.* 10. *n.* 3. *& diſp.* 11. *nu.* 7. Martinus Perez *d. diſp.* 50. *ſect.* 5. Rebellus *de obligat. iuſtit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *n.* 5. Fagundez *in decalog. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 5. & idem tenent non ſolum Doctores omnes citati *num.* 230. *&* 231. ſed etiam alij communiter. Vndè minus rectè Guillelmus Rubion 4. *diſt.* 32. *q.* 2. *art.* 2. *concl.* 5. dixit coniugi petenti ob finem vitandæ fornicationis eſſe veniale reddere, eo quod inquit, quoties exigens peccat, idem peccatum committit reddens, quod tamen fundamentum eſt falſum, vt ex dictis conſtat.

Quando debiti petitio eſt mortalis ob circumſtantiam exigentis, à qua ſe liberare poteſt, an ſit licita, & debita redditio?

235 Præcipua igitur, & grauior controuerſia circa difficultatem initio numeri 228. propoſitam eſt, an quoties exigens debitum peccat mortaliter ob aliquam circumſtantiam perſonæ, ſeu tenentem ſe tantum ex parte exigentis, alter etiam coniux peccet mortaliter, ſi reddat, & conſequenter teneatur debitum negare. Quando autem petens debitum peccat mortaliter ratione circumſtantiæ ſolius perſonæ, dupliciter huiuſmodi circumſtantia (vt colligi poteſt ex dictis *n.* 230.) quæ reddit petitionem illicitam, & culpabilem, poteſt ſe habere reſpectu eiuſdem perſonæ; nam aliquando libertati exigentis ſubeſt, vt ſe poſſit ab ea circumſtantia liberare (vt quando petendo peccat ratione praui finis intenti petens v.g. affectu fornicario, aut defectu finis, qui debuit apponi) aliquando non eſt in poteſtate eiuſdem petentis ſe ab ea circumſtantia liberare, vt quando petens debitum peccat ratione voti caſtitatis, quo ligatus eſt; aut ratione affinitatis contractæ cum coniuge, à quo petit, quia perſonam conſanguineam eiuſdem coniugis cognouit; Quare etiam in hoc ſecundo caſu aliquando circumſtantia praua, & vitioſa perſonalis non priuat coniugem petentem iure exigendi debitum, vt ſi petens ſit ſolùm ligatus ſimplici voto caſtitatis, aliquando priuat iure petendi, vt ſi petens cum coniuge contraxit affinitatem, vel cognationem ſpiritualem.

236 Itaque quoad primum caſum, nempe quando exigens peccat lethaliter ob circumſtantiam, ſeu cauſam quam ipſe tollere, & amouere poteſt ab eadem petitione, vt cum peccat ratione finis intenti lethaliter mali, non licere alteri reddere, & conſequenter non teneri, nec poſſe abſque peccato mortali reddere, ſentiunt Guilelmus Rubion *citato art.* 2. *concl.* 2. *& diſtinct.* 35. *q.* 2. *concl.* 3. & Vgolinus *de ſacramentis tract. de matr. cap.* 10. *num.* 10. vniuerſaliter docentes, cum exigere eſt mortale, non licere, & lethale eſſe reddere, & negandum fore debitum; quod idem videtur ſentire Fernandez *loco ſuprà num* 228. *citato*; cum dicat quod ſicut non licet reddere gladium ei, quem ſcio velle ſe, vel alium occidere, immò nec licet tradere pecunias domino, cum ſcio profuſè conſumendas; ita nec licere reddere actum coniugalem coniugi, quem ſcio abuſurum in detrimentum animæ ſuæ. Verum cæteri Doctores communiter in hoc caſu ſi petens ab eo, à quo petitur amicè, & beneuolè admonitus, & rogatus (ſi talis admonitio commodè fieri poſſit) vt deponat prauam circumſtantiam, vel à petitione deſiſtat, noluerit ſe corrigere, nec deſiſtere, aſſerunt licitum eſſe reddere, & adeſſe obligationem reddendi. Ita Maior 4. *diſt.* 31. *q. vnica* §. *contra ſecundam concluſionem argumento* 1. Adrianus *in* 4. *de matr. dubitatione* 14. §. *Ex his patet. verſic. Tertio caſu, &* §. *Ad rationes.* Paludanus, Sotus, D. Antoninus *locis ſuprà num.* 234. *allegatis*, Doctores *ſuprà nu.* 226. 227. 228. *citatis*, ſcilicet Sanchez *d. diſp.* 6. *n.* 4. *&* 7. Coninch *nu.* 28. Layman *d. num.* 17. Filliuccius *nu.* 307. 308. 309. Bonacina *nu.* 3. Villalobos *d. diffic.* 47. *n.* 2. & Hurtadus *d. diſp.* 10. *num.* 57. Baſilius Pontius *d. lib.* 10. *cap.* 3 *num.* 5. Aſtenſis 2. *p. tit.* 10 *art.* 4. *q.* 3. & à fortiori Petr. Sotus, Couarruuias, Nauarrus, Rebellus *locis infra allegandis*, & alij à Sanchez *relati.* Probatur, quia in hoc caſo cum coniux petens illicitè ob illam circumſtantiam prauam non ſit priuatus iure, quod per matrimonium adeptus eſt in corpus alterius ad vſum coniugalem, alter tenetur reddere, & reddendo ſatisfacit obligationi iuſtitiæ, ergo licitè reddit; confirmatur hæc conſequentia, reddens exercet actum ex natura ſua hic, & nunc licitum, & ita nec cooperatur peccato exigentis propriè, & formaliter loquendo, quia tantum cooperatur actui ex ſe licito coniugatis, & quem ipſe alteri petenti debet reddere; neque vllo modo cooperatur petitioni alterius illicitæ, ſed eâ ſuppoſitâ cooperatur actui coniugali licito, & à ſe ex iuſtitia debito. Nec poteſt dici cooperari indirectè ad peccatum exigentis, nam ad indirectam cooperationem requiritur poſſe, & teneri impedire; At coniux, à quo alter cum peccato in hoc caſu petit, nec poteſt non reddere (nam cum res propria à vero domino petatur, lex iuſtitiæ obligat coniugem exactum ad reddendum) nec tenetur, quia praua circumſtantia, ſeu malitia alterius non vitiat in ſe actum, nec afficit redditionem, quæ ſola eſt actus reddentis, ergo non tenetur impedire exigentis peccatum, maximè quia negando debitum poteſt timere indignationem, & odium petentis, aut illius incontinentiam. Confirmatur etiam eſſe in hoc caſu licitam, & debitam redditionem, tum exemplo petentis ſuam pecuniam apud alium depoſitam intendentis ea vti ad vſus inhoneſtos cum meretricibus, quam depoſitarius, ſi non poteſt eum auertere, eidem licitè reſtituit, & reſtituere tenetur; vt Maior *loco citato*, Sotus *lib.* 4. *de iuſtit. q.* 2. *art.* 1. *in ſolut. ad* 1. Sanchez *d. num.* 4 *& alij communiter* agentes de reſtitutione docent; vnde minus rectè, & ſine fundamento contrarium ſentit Fernandez *loco citato*; Tum exemplo ſecreti vſurarij, aut raptoris, ſeu exiſtentis in mortali petentis à ſuo parocho Eucharistiam in publico, cui licet petendo peccanti Parochus licitè adminiſtrat Euchariſtiam, & adminiſtrare tenetur; & in vtroque caſu ratio eſt, quia actus reſtituendi, & adminiſtrandi eſt ex ſe licitus, & debitus. 237
† Demum in hoc caſu licere redditionem confirmat Pontius, quia reddens cooperatur actui, quam petens hic, & nunc poteſt bene exercere, & ſua culpa fecit malè; & ideo reddenti non poteſt imputari eius peccatum, ſicut ex ſimili cauſa non peccat, qui, cum non habeat alium Sacerdotem, & hic, & nunc ei expediat confiteri, petit ſacramentum confeſſionis à Sacerdote, quem ſcit eſſe in peccato mortali, poteſt enim iſte Sacerdos habere actum contritionis ad dignè miniſtrandum, & ſua culpa non habet: Et ſicut etiam non peccat ex aliqua neceſſitate petens mutuum ab vſurario, quem ſcit exacturum vſuras, quia petit

tantum

canonis id agente) in quibuſdam caſibus continere de-
clarationem iuris naturalis, vt in vxore, filiis non
emancipatis, ſeruis, & ancillis, in quibuſdam nouam
conſtitutionem, vt in ruſticis, & mercenariis. Præ-
terea probant, Eccleſiam, ſi velit ſua poteſtate, &
ſtricto iure vti, poſſe priuare coniuges communi-
catione etiam quoad obſequium debiti coniugalis:
Nam ſicut poteſt priuare Regem, aut Principem
iure Regni, ſeu principatus, & abſoluere ſubditos
ab obligatione parendi principi excommunicato
firmata iuramento, ita, & multo magis priuare con-
iugem communione, & conſortio alterius; nempe
priuare maritum vſu iuris petendi ab vxore, & con-
ſequenter etiam eximere vxorem ab obligatione
reddendi debitum, & parendi marito, vel cohabi-
tandi cum illo, interdicendo etiam ei talem commu-
nicationem, quamdiù idem maritus Eccleſiæ rebel-
lis fuerit; quod aliquando poſſet expedire: vt ſi vir
eſſet excommunicatus propter hæreſim, ſeu Apo-
ſtaſiam, vt colligitur ex multis decretis relatis 28.*q.*1.
Et licet id ſit propter periculum infectionis, & non
ob ipſam cenſuram; aliquando tamen (addit Sua-
rez) propter nimiam pertinaciam excommunicati,
maximè ſi contra commune bonum cedat, poteſt
Eccleſia prohibitionem communionis vſque ad
ipſas etiam vxores reſtringere. Quamuis, quia mo-
raliter, & regulariter id non expedit, ideo Eccleſia
voluerit ius coniugij, non obſtante excommunica-
tionis cenſura, integrum manere. Et hæc ſenten-
tia eſt valde probabilis, licet probabilius æſtimem
reſpectu coniugis innocentis, ceſſante periculo infe-
ctionis non poſſe impediri præfatam communicatio-
nem in debito coniugali, quin ipſe petere, & alter
excommunicatus reddere teneatur, idque ob ratio-
nem Paludani, & Sayri allatam.

282 Ex dictis autem infertur non ſolum vxorem poſſe
licitè, & debere reddere debitum marito excommu-
nicato exigenti; ſed etiam maritum excommunica-
tum poſſe licitè ab ea illud exigere, vt contra Gloſſ.
in d. c. quoniam multos verbo vxores. Sanch. *n.*20. Suarez
n. 9. Ricciullus *n.*20. Palud. Sayrus, Alterius, Auila,
Coninch, Villalobos, Filliucius, Faber, Gordonus *lo-
cis citatis.* Hogolinus *de cenſ. Tabula* 1.*c.*23. §.6.*n.*3. Hen-
riquez *lib.*13.*c.*22.*n.*2. Bonacina *de cenſuris diſp.*2.*punct.*6.
§.1.*n.*20. & alij à Soarez *d.n.*9. & Sayro *relati.* Cum
enim ex d. c. *quoniam multos*, & d.cap. *inter alia* com-
municatio quoad alia obſequia licita ſit ex parte
aliorum communicantium cum excommunicato,
ſicut ante excommunicationem; ita etiam erit licita
ex parte ipſius excommunicati, quamuis ab eo in-
cipiat, nam ſi licitum eſt vxori, & ſeruo obedire ma-
rito, vel Domino excommunicato imperanti, ſeu
præcipienti, licitum eſt etiam marito, aut Domino
excommunicato imperare, & vti obſequiis eorum,
alioqui periculoſa, & moraliter inutilis eſſet illa con-
ceſſio, ergo multò magis licebit communicatio in
actu coniugali ob maius periculum, quod alioqui im-
mineret; cum prædicti textus eodem modo loquan-
tur de communicatione quoad omnia obſequia con-
iugalia, & præcipuum obſequium ſit vſus coniugij.
Præterea Eccleſia ob periculum fornicationis, & in-
continentiæ permittit communicationem inter con-
iuges; nec abſtulit excommunicato ius petendi, vult-
que vt vxor exacta teneatur reddere ſicut prius ante
excommunicationem, ergo Eccleſia vult etiam, vt
coniux, ſeu maritus excommunicatus licitè vtatur illo
iure petendi, alioqui non conſuluiſſet periculis; nam
illa communicatio cum vxore, & illud ius exigen-
di ſine facultate exigendi licitè, moraliter loquen-
do valdè eſſent periculoſa. Denique Gregorius VII.
d. cap. *quoniam multos*, ait ſe ſubtrahere vxores, ſer-
uos, ancillas, & cæteras perſonas à vinculo anathe-
matis, ergo ita ſubtrahit, vt communicatio non ſit
prohibita; ergo neque illis cum excommunicato,
neque excommunicato cum illis. Quare falſum eſt
d. cap. *quoniam multos* nihil concedi ipſis excommu-
nicatis, ſicut non conceditur per extrauagantem
Martini V. *ad euitanda*; nam etiam excommunica-
tis conceditur communicatio actiua, vt oſtenſum
eſt; quod non ſit in d. *extrauaganti ad euitanda*, quia ibi
expreſsè habetur eſſe intentionis Pontificis in nihi-
lo releuare ipſos excommunicatos, nec eſt ibi tan-
tum periculum ſicut inter coniuges, cum facile poſſit
excommunicatus aliorum conſortium vitare. † Ne- 283
que etiam obſtat, quod excommunicato nulla datur
actio ad petendum debitum generaliter loquendo
cap. *decernimus de ſentent. excomm. in* 6. nam excom-
municato interdicitur ſolum actio forenſis, & ad
poſtolandum in iudicio, non autem actio petendi
priuata, ſeu priuata petitio, quæ obligat alium in
conſcientia ad reddendum debitum, qualis eſt pe-
titio coniugalis.

Infertur præterea, quod ſicut vxor non excommu- 284
nicata poteſt petere, & cogitur reddere debitum ma-
rito excommunicato, vt expreſsè habetur d.cap. *inter
alia, de ſentent. excomm.* & tradunt omnes Doctores
*n.*279. allegati, ita etiam vir non excommunicatus
& poteſt ab ea petere, & cogitur reddere debitum
vxori excommunicatæ; vt tradunt iidem Doctores,
& alij omnes quos refert Sanchez *d.diſp.*14. *num.* 14.
& 15. Qui licet negent virum poſſe communicare
cum vxore excommunicata, excipiunt tamen com-
municationem in debito coniugali; Et conuincit illa
ratio, ſcilicet, quod ſicut excommunicatio mariti
non priuat illum iure exigendi debitum, vt dictum
eſt, & clarè habet textus in dicto cap. *inter alia*, ita nec
excommunicatio vxoris priuat illam ſimili iure exi-
gendi coniugale debitum; & etiam dicta diſpoſitio
dicti cap. *quoniam*, ſicut & diſpoſitio cap. *inter alia*, non
conſiderant præcisè perſonam mariti, ſed tum peri-
culum fornicationis, & animæ, quod negatà com-
municatione immineret, quæ ratio in vtroque con-
iuge æquè militat; tum neceſſitatem communican-
di; & ſic naturale fœdus inter vtrumque coniugem,
quæ ratio ſimiliter cum in vxore, & marito militet,
parem in vtroque debet inducere diſpoſitionem *l.
illud ff ad l. Aquiliam l. à Titio in princ. ff de verb. obligat. cap.
tranſlatio, de conſtitut. & cap. inter corporalia, de trans-
latione Prælatorum.* Quæ ratio probat etiam viro com-
municare cum vxore excommunicata etiam in aliis
præter actum coniugalem; de qua tamen re infra vbi
de obligatione coniugum cohabitandi.

Infertur inſuper nihil referre an vnus coniux 285
tantum ſit excommunicatus, an verò vterque ad
hoc vt quilibet teneatur, ſeu cogatur reddere, vt
dicebatur *num.*279. quia excommunicatio non impe-
dit coniugem excommunicatum poſſe petere debi-
tum, nec priuat communicatione quoad petitionē,
& redditionē debiti, & quoad alia obſequia æquè ac
ante; neque excommunicatio operatur plus in ſin-
gulis, eo quod inſit vtriſque, quàm ſi altero tantum
coniugum; cum effectus excommunicationis non
creſcat in marito, eo quod vxor excommunicata ſit,
vel è contrario; ac proindè in vtroque adeſt eadem
poteſtas petendi, & obligatio reddendi, & com-
municandi in actu coniugali; id quod etiam in termi-
nis docent Coninch, Auila, Layman, Suarez, & Al-
terius *locis ſuprà n.*279. allegatis; & apertè colligitur ex
aliis Doctoribus citatis.

An verò prædicta procedāt, etiamſi alter coniugū, 286
putà, vxor ſcienter contraxerit matrimonium cū viro
excommunicato non tolerato, ſcilicet nominatim
denunciato, vel notorio clerici percuſſore. Aliqui aſ-
ſerūt poſt huiuſmodi matrimoniū non poſſe vxorem

incipere cohabitare marito, neque exigere, aut reddere debitum, donec ille ab excommunicatione abſoluatur. Probant, quia non excommunicatus contrahens cum excommunicato non tolerato peccat mortaliter, vt ego ipſe tradidi *in tract. de contract. matr. c.9. n.100.* ergo non poteſt illi communicare quoad actum coniugalem, neque quoad alios actus; cum nemo ex ſua iniquitate debeat reportare commodũ; & ius, atque æquitas velit, vt in eo, in quo deliquit, quis puniatur, c. *Paſtoralis, de iurep.* & cap *ad liberandũ, de Iudæis.* Vnde delinquens in Eccleſia non gaudet immunitate Eccleſiaſtica cap. vlt. *de immun. Eccleſ.* Confirmatur quia ſi quis directè ſe obliget ad communicandum cum excommunicato, contractus eſſet nullus, cum ſit de re illicita, ergo contractus matrimonij non poteſt eſſe efficax quantum ad vim obligandi ad cohabitationem, & communicationem in debito coniugali, & in aliis actibus vxoris durante alterius coniugis excommunicatione, aliàs tã valida eſſet obligatio communicandi cum excõmunicato. Neque obſtat quod tale matrimonium ſit validum, ac proindè inducat naturale vinculum, & alios effectus veri matrimonij nimirum mutuũ ius in corpora, & obligationem coniugum mutuam communicandi in actu coniugali petendo, & reddendò, & etiam in aliis obſequiis coniugalibus; quod ius eccleſia in prædictis cap. *quoniam multos*, & cap. *inter alia* voluit manere integrum, præſertim cum quoad præfatam communicationem inter coniuges potiùs contineãt declarationem iuris naturalis, quàm nouam conſtitutionem. Nam hoc ius naturale coniugis, ſeu vxoris cum viro non obligat niſi ſuppoſito iure vtriuſque partis non impedito, impeditur autem per excõmunicationem præcedentem, donec abſoluatur; neque eſt verum d. cap. *quoniam* quoad hanc communicationem inter coniuges continere ſolam declarationẽ; nam continet benignam Eccleſiæ conceſſionẽ iuxta dicta *n* 281. quæ conceſſio ſupponit ius acquiſitum legitimè inter partes. Deinde licet tale matrimonium valeat, tamen etſi actus tenet, ſi in eo faciendo adſit peccatum, tunc interdicitur vſus, & exequutio c. pen. *de tempor ordinat.* Vbi ſuſcipiens eodem die plures ordines ſacros, licet ordines imprimantur, tamen caret exequutione, & vſu. Neque obſtat, quod textus in d. c. *quoniam multos* generaliter, & ſine diſtinctione loquatur, & propterea debeat complecti omnes vxores arg. cap. *omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* Nam verba generalia ſemper recipiunt interpretationem ab habilibus; Baldus *in l.1. §. nunciatio num 21. ff de nou. oper. nunciat.* Tiraquellus *de retract. conſang* § 1. Gloſſ. 7. *n.*26. Surdus *deciſ.*112. *n.*2. & alij apud eundem Surd. & Ricciullum *n.* 15. Huius opinionis videtur eſſe S. Tho. *in 4. diſt. 18. q.1. a.4. in corpore.* Vbi explicans d. c. *quoniam multos*, poſtquam dixit in eo excipi vxorem, ſeruum, & filium rusticum, & ſeruientem, ſubdit, *Sed hoc intelligendum eſt de filiis non emancipatis, aliàs tenerentur vitare patrem; de aliis autem intelligitur, quod licet excommunicato communicare, ſi ante excommunicationem, ſe ei ſubdiderunt.* Vbi expendenda eſt (inquit Suarez) exceptio filij non emancipati cum generali regula reſpectu aliorum, quæ per exceptionem in contrarium firmatur; & ſic dicendum eſt S. Thomam tam de vxore, quam de aliis poſteriora illa verba intellexiſſe. Suſtinent autem hanc opinionem expreſsè ex Doctoribus *ſuprà n.*279. relatis idem Suarez *n* 7. Ricciull. *n.*13. *& tribus ſeqq.* Filliuc. *d n.*102. Faber *d. diſp.* 4. *n.*217. Gordonus *d. q.*10. *n.*73. & præter eos Corneio *in 3. p. tract. 5. de excom. diſp* 10. §. 10. *dub.* 2. Mercerus *de Sacram. in 3 p. quæſt. 21. dub* 11. à Diana *d. reſolut.* 112 Et in eandem videtur inclinare Auguſtinus Barboſa *de colle-*
287 *ctaneo ad cap inter alia n.*5. † Qui tamen declarant non procedere tum quando alter, vel vterque contrahentium ignorauit alterius excommunicationem, & bona fide contraxit; quia tunc perinde eſt, ac ſi cum non excommunicato contraxiſſet, tum quando contrahitur cum excommunicato adhuc non denunciato, cum non ſit ex neceſſitate vitandus etiam in diuinis iuxta dicta à me in *præallegato tract. de contract. matrim citato cap.9. num.* 101. *& ſeqq.* & conſequenter contrahens cum illo non dicitur facere contra cenſuram.

Verum longè probabilius videtur, etſi vxor, vel 288
vterque coniux mala fide contraxerit matrimonium ſciens alterum eorum, vel vtrumque eſſe excommunicatum denunciatum, & non toleratum, ac proinde lethaliter deliquerit, nihilominus durante excommunicatione inter tales coniuges licere communicationem quoad obſequia coniugalia, & poſſe licitè cohabitare, petere, & reddere, vt etiam ſentiunt ex Doctoribus *ſuprà n.*279. *&* 281 *citatis.* Hugolinus *d.* §. 6. *n.*1. Sanch. *n.*3. Alterius *d c.*2. Bonacina *d.* §. 2. *n.*18. Coninch *diſp* 14. *n.*125. *&* 129. Villalobos, & Diana *locis eodem* n 279. *relatis*: & præter hos Turrianus *de cenſ. lib.2. diſp.13. dub.*2. à Diana *relatus*; & idem videntur ſentire alij, qui abſolutè, & ſine vlla diſtinctione aiunt vxorem licitè communicare viro excommunicato quoad obſequia coniugalia, & è contra. Probatur primò quia tale matrimonium eſt validum, ex matrimonio autem valido oritur vinculum naturale, & mutuum ius mutuaque obligatio petendi, & reddendi, atque præſtandi alia obſequia coniugalia per mutuam communicationem, ergo vxor licet contraxerit cum viro excommunicato poteſt, & tenetur illi communicare quoad habitationem, & quoad petitionem, & redditionem debiti; ſicut filius quamuis naſcatur tempore, quo pater eſt innodatus excommunicatione, eſt tamen ſub eius poteſtate, & tenetur communicare; neque ex eo, quod in contrahendo matrimonium adfuerit peccatum, ideo interdicitur vſus cum huiuſmodi interdictio non requiratur in iure (ſicut expreſsè *d cap. penult. de tempor. ordinat. interdicitur vſus ordinum ſacrorum ei, qui eodem die plures ſuſcipit*) ſed in iure permittatur expreſsè dicto cap *quoniam multos* 11. *q.* 1. vbi etiam) & hinc magis corroboratur vis huius rationis, & huius ſententiæ probabilitas; vt dicebam in explicatione prioris ſententiæ iuxta Gloſſam *in dicto cap. inter alia verbo, Agente de ſententia excommunicat.* (quam Gloſſam etiam approbat Alterius *dicto cap.* 2.) Gregorius VII. dum permittit ſine periculo anathematis vxores, filios, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon rusticos, ſeruientes, & nonnullos alias perſonas communicare excommunicatis; quantum ad filios, ſeruos, ancillas, & vxores non conſtituit aliquid noui, ſed declarat ius naturale; quantum verò ad ruſticos, ſeruientes, ſeu mercenarios, qui iure humano alteri ſubiiciuntur, conſtituit ius nouum; & quoad hos poteſt procedere prior ſententia, quod ante abſolutionem non poſſint communicare excommunicatis, quibus poſt excommunicationem ſe ſubiecerunt, & de his ſolùm rectè intelligi poteſt S. Thomas pro priori ſententia adductus, vt indicare videtur illud verbum, *ſubdiderunt*; ſed dato quòd nouum ius contineat. Probatur ſecundò, quoniam Pontifex in d. cap. *quoniam multos*, permittit vxoribus communicationem cum viris excommunicatis ſine vlla diſtinctione de excommunicatis ante, vel poſt, ſed generaliter, & fauores ſunt ampliandi, & non reſtringendi; & etiam ratio in eodem textu tradita periculum animarum, ſeu ne animæ pereant, in vtroque euentu militer; nam periculum animarum ſequeretur, ſi vir & vxor non poſſent cohabitare, vel cohabitantes non poſſent communicare in debito coniugali, & in aliis obſequiis,

quæ

Digitized by Google

quæ ſola ratio periculi animarum, cum poſitio prioris opinionis non ſit ſaltem expreſſe iure definita, ſufficit ad hanc poſteriorem ſentẽtiam ſuadendam. Vnde ceſſat Gloſſa illa in confirmatione prioris opinionis allata, quod verba generalia recipiant interpretationem ab habilibus, & quod dictum *c. quoniam multos*, loquatur de coniugibus non impeditis. Nam etſi excommunicatio præceſſerit contractum matrimonij, & adhuc duret, cõiuges ſunt habiles, nec ſunt impediti; cùm nullibi in iure reperiatur eos effectos inhabiles impeditos communicare quoad cohabitationem, petitionem, & redditionem debiti, & alia obſequia, ex eo quod peccauerint contrahendo matrimonium in excommunicatione. Nec eſt ſimile de delinquente in Eccleſia qui expreſſe priuatur priui-
289 legio immunitatis. † Et propter hanc rationẽ periculi animarum & generalis diſpoſitionis d. cap. *quoniam multos*, Conincb *loco citato* tenet omnes perſonas, quibus ibidem permittitur communicare cum excõmunicato, cui ſunt ſubiectæ, nempe non ſolũ vxores, ſeruos, ancillas, & filios, ſed etiam ruſticos, & famulos mercenarios ſiue ſine peccato, ſiue cũ peccato, & violatione cenſuræ cęperint ſubijci excõmunicato, poſſe cũ eo habere cõſortiũ, & cõmunicationem pręſertim ſi ſine graui eorũ incõmodo (quod ferè ſemper adeſſet) non poſſent ſe ſubtrahere ab eius famulatu: Neq; obſtat *d. caput inter alia*, dum dicit vxores, & alias perſonas, quibus *in d. c. quoniam multos* conceditur cõmunicatio cum excõmunicato, teneri ad familiare obſequium excõmunicati, ad quod ante prolationẽ ſentẽtię excõmunicationis tenebantur, quia poſt excõmunicationem adhuc durat debitũ talis obſequij, quæ ratio deficit in vxoribus, ſeu cõiugibus & alijs, qui nõ ante, ſed poſt excõmunicationem excõmunicato adhæſerunt: Non obſtat, inquam, nam non dicitur ibi pręciſam rationem, cur tales perſonæ teneãtur excõmunicato communicare, eſſe, quod cõtraxerint obligationem ante excommunicationem (nam alioqui vxor, quæ bona fide, & ignoranter contraxiſſet cum viro excommunicato non poſſet cum eo cõmunicare, quod tamen nõ admittunt DD. prioris opinionis) ſed quod ſimpliciter contraxerint talem obligationẽ, & quod hæc iure id concedente, vel declarante non ſuſpendatur per excõmunicationem, ſed permaneat integra. Neque etiam obſtat ratio ad priorẽ opinionem probandam adducta; quia vxor, ſeu coniux, qui cum altero excõmunicato cõtraxit matrimoniũ non propriè reportat cõmodum ex delicto, ſed ex iure diuino, & naturæ, & poſitiuo, vt ex dictis conſtat. Ad confirmationem negatur conſequentia; multa enim prohibentur directè fieri, quę per quandã cõſequentiam reſultantia tenent, & permittuntur, vt in hoc caſo obligatio communicandi reſultans ex matrimonij contractu, ob rationes allatas.

290 Porrò quod in præcedentibus dictũ eſt de licita, & neceſſaria coniugũ cõmunicatione quoad cohabitationẽ, debiti petionẽ, & redditionem, procedit non ſolũ quando matrimonũ eſt legitimũ, & verũ; ſed etiam quando eſt præſũptũ à parte rei inualidũ ob latẽs impedimentũ probabiliter à contrahentibus, dum in facie eccleſiæ cõtraxerunt, ignoratũ; quamdiu enim huiuſmodi impedimentũ à contrahentibus ignoratur, ipſi fruuntur omnibus matrimonij priuilegijs, & filij ab ipſis nati legitimi ſunt *cap. 2. cap probatum, cap. peruenit.* & *cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi*; ac proindè etiam fruuntur priuilegio, ſeu conceſſione *d. cap. quoniam multos*, & *d. cap. inter alia*. Vt in terminis tradunt Saytus *n.* 6. & Gordonus *n.* 69.

291 Non procedit autem, ſi ſententia excõmunicationis lata eſſet contra coniuges, vel eorũ alterũ in cauſa matrimonij, ſcilicet, propter matrimoniũ illicite contractũ, vel de cuius valore pendet lis; tunc enim non tenerentur, nec poſſent licitè in prædictis actibus cõmunicare, nec vti matrimonio, cum excommunicatio lata ſit ad impediendam cohabitationem, & omnem matrimonij vſum ob periculum fornicationis. Ita omnes Doctores in præcedentibus numeris allegati. Hoſtienſis *in ſumma, tit. de ſentent. Excom. § quæ ſit pœna participantium n.* 15. *verſic. lex. excuſat*, Sotus 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. *concl.* 4 Sylueſter *V. excom.* 5 *n.* 4. *verſic. ſecunda excuſat*, & alij, quos Ricciullus *d. cap.* 48. *n.* 42. & Sanchez *d. diſp* 14. *n.* 9. cumulant.

Item non procedit, vbi coniuges eſſent diuortio 292
ſeparati, cum enim ob id ſint liberati ad inuicem ab obſequijs, & etiam ex parte innocentis nulla ſit obligatio reddendi debitum, non eſt obligatoria, neque licita communicatio cum coniuge excommunicato, ſiue quoad cohabitationem, ſiue quoad quæcunque obſequia, neque tunc habet locum *diſpoſitio d. cap. quoniam multos* vt præallegati Doctores omnes tradunt, & alij, quos referunt Ricciull. *n* 39. & Sanch. *n.* 11. vbi tamen rectè aduertit coniuges diuortio ſeparatos nõ obſtante excommunicatione poſſe reconciliari, & ita poſtea poſſe licite, & teneri cõmonicare in ſupradictis ad vſum matrimonij ſpectantibus, & in alijs obſequijs coniugalibus, & quibuſcunque actibus ad matrimonium ſpectantibus, vt in gubernatione domus, in communi mẽſa, in familiari colloquio, & ceteris omnibus; Excommunicatio enim non impedit reconciliationem, quæ excommunicatione non exiſtente fieri poſſet, & ea facta ſtatim reſultat obligatio ad vſum coniugij, & ad alia mutua obſequia. De cõmunicatione in quibus obſequijs vltra debitum coniugale quando per dictum cap. *quoniam multos* inter cõiuges (ſiue vnus, ſiue vterque ſit excommunicatus) liceat, & in quibus alijs caſibus (præter duos in duobus præcedẽtibus numeris explicatos) minimè liceat explicatur infra in capite de mutua obligatione coniugum cohabitandi, vbi ſupplento hîc omiſſa.

SVMMARIVM

§. XVII. & XVIII.

Cõiugi omnino destituto vſu rationis ob amentiam, ſeu furorem, aut ebrietatẽ petenti debitũ, an alter cõiux ſanæ mentis teneatur reddere. Affirmatiua. n. 293. *Negatiua n.* 294.

Quid ſi ex defectu redditionis in amente, ſeu ebrio adſit periculum effuſionis ſeminis, vel ne alium incontinentiæ actum faciat. n. 295. 296.

Coniugi amenti in vna, vel altera re ſpeciali, in alijs verò pollenti vſu rationis reddi debet debitum. n. 297.

Idem ſi non ſit omnino vſu rationis deſtitutus, ſed ſimplex ad inſtar pueri. n. 298.

Idem ſi habeat lucida interualla, & eo tempore petat, & abſit periculum prolis. n. 299.

Coniux ſanæ mentis ſecluſo periculo prolis, vel damni notabilis proprij licitè poteſt cõcumbere cũ altero inſans, & furioſo, etiamſi adſit periculum, ne legitimè ſeminet. n. 300.

Procedit hoc potiſſimum in vxore ſanæ mentis. n. 301.

Viro autem mentis compoti regulariter non licet accedere ad vxorem furioſam, & omninò amentem, liceret, ſi non eſſet nimis furioſa, ſed mitis, vel tantum fatua n. 302.

Si ambo coniuges ſint amentes, aut furioſi, non eſt permittendum eis actus coniugales, ſed ſunt ſeparandi, & mortaliter peccarent eos ad copulam incitantes; & idem ſi haberent lucida interualla, ſed rara, & ſubeſſet periculum perpetuæ inſaniæ n. 303. 05.

Reus culpæ mortalis efficitur incitans ad copulam amentes non coniugatos; cum obligatione aperiendi in confeſſione circumſtantiam, quæ fatenda eſſet, ſi mentis compotes eſſent. n. 304.

Incitans duos ſolutos conſanguineos ad copulam, vel ſolutum

ad copulam cum coniugata ſciens eſſe conſanguineos, vel mulierem coniugatam, peccat peccato inceſtus, vel adulterij, licet habentes copulam ſint ignari conſanguinitatis, vel coniugij. ibidem.

Habentes cuſtodiam amentium tenentur eos impedire, ne ſimul coëant. ibidem.

Non obſtante adulterio licitus eſt actus coniugalis inter coniuges. n.306.

Ob alterius tamen coniugis adulterium coniux innocens ſiue vir, ſiue vxor liberatur ab obligatione reddendi debitum, & cohabitandi. n.306.307.

Nulla conſuetudine poteſt ab vxore innocente tolli ius negandi debitum viro adultero, & diuertendi ab eo, nec dictum ius præſcribitur ſilentio quinquennij, nec impeditur ob non factam mentionem viro adultero. n.308.

An coniux innocens certus moraliter de adulterio alterius licet occulto, propria auctoritate ſine iudicis ſententia poſſit licitè negare debitum, & ab eo ſeparari toro: Negatiua. n.309. Affirmatiua. 310.

Quid ſi tunc eidem innocenti à iudice ſub excommunicatione præcipiatur habitare, & reddere. n.311.

Si coactus à iudice reddit ad vitandum ſcandalum non perdit ius diuortij. Ibidem.

Lite diuortij pendente coniux innocens certus de adulterio non tenetur reddere, ſecus ſi dubius. n.312.

An coniux innocens certus moraliter de alterius adulterio occulto ab eo propria auctoritate poſſit licitè, & in foro conſcientiæ diuertere quoad habitationem, & longè proficiſci. Negatiua n.313. Affirmatiua ſi ſine ſcandalo poteſt diuertere. n.314.

An ſi ſit notorium adulterium poſſit etiam in foro externo. num.315.

Coniux adulter non eſt ipſo facto priuatus iure petendi, ſed poteſt exigere, & etiam per iudicem cogere innocentem ad reddendum, donec ab eodem innocente priuetur negatione debiti per exceptionem, ſeu oppoſitionem adulterij. n.316.

Non poteſt coniux innocens talem pœnam inferre ex legibus indictis, nec tunc adulter à iudice ſub iuramento rogatus tenetur fateri adulterium occultum n.317.

Coniux adulter animaduertens coniugem innocentem certò ſcire ſuum adulterium licet occultum, quod nequeat probare non poteſt illam cogere ad reddendum. n.318.

§. XVII.

An coniux excuſetur à reddendo debitum ratione amentiæ, ſeu furoris, & ebrietatis coniugis exigentis. Vbi an tempore amentiæ, ſeu furoris alterius, vel vtriuſque coniugis ſit licita copula coniugalis.

293 QVemadmodum autem excommunicatio petentis non excuſat à redditione debiti, ita neque coniugem excuſari à reddendo ratione amentiæ coniugis exigentis, quando ei poteſt licitè reddi, & ſine notabili propriæ perſonæ damno aſſerunt Angelus *v. Debitum coniugale n.5.* Sylu. *eod. q.1. verſ. Secunda eſt, fine.* Nauarr. *in ſum. c.16. n.27.* Graff. *lib.2. deciſ. aur. c.82. n.4.* Veracrux *1.p. ſpeculi a.41.* Ledeſma *2.p.4.q.60.a.3.* & nonnulli alij à Sanch. *lib.9. diſp.23. n.3. relati.* Eâ moti ratione quod coniux adhuc amens, & vſu rationis carens retinet dominium in corpore alterius; & ex copula poteſt æquè proles gigni, ac ſi ambo eſſent ſani; neque obſtat quod adſit periculū, ne proles fatua, améns've naſcatur, quia melius eſt illi ſic eſſe, quàm nunquam eſſe. Et ita ob eandem rationem ebrio vſu rationis carenti petenti debitum eſſe reddendum debitum, vbi abſque periculo propriæ perſonæ, & licitè reddi poteſt, aiunt Veracrux, & Ledeſma; cum periculo autem propriæ perſonæ, vt ſi furioſus, dum eſt in furia, peteret, non eſſe reddendum, neque obligationem reddendi docent iidem Auctores.

At longè verius eſt, coniugi omninò rationis vſu ob amentiam, ebrietatem, aut ſimilē cauſam carenti coniugem ſanæ mentis non teneri reddere debitum, etiam quando licitè poſſet; quia talis coniux vſu rationis deſtitutus licet retineat dominiū corporis, dominio tamen, & iuri naturali matrimonij tantū correſpondet obligatio reddendi ei, qui exigit humano modo, ſeu vt homo eſt (quia exigenti dormienti non eſt reddendū) amens autem, & qui planè vſu rationis eſt deſtitutus, non exigit vt homo. Præterea is coniux nullo modo rationis compos eſt incapax vſus dominij; ſicut enim dominiū nō poteſt eſſe in ſubiecto incapaci rationis, ſic nec vſus dominij poteſt eſſe in ſubiecto, quod hic, & nunc eſt incapax rationis; ac proinde talis inualidè exigit debitum, cum hoc ſit vſus dominij; & conſequenter alter non tenetur reddere. Ita ſentiunt Sotus *in 4. diſt.34. q.vn. a.4.* Victor *in ſum. n.190.* Lod. Lopez *1.p. inſtr. c.82. verſ. Ad hæc furioſi* Henriquez *lib.11. c.4. n.5. lit. B. & c.15. n.10.* Sanch. *d. diſp.23. n.19.* Coninch *diſp.34. n.80.* Reginaldus *lib.31. n.347.* Filliucius *tom.1. p.2. tr.10. c.9. n.338.* Paul. Layman *lib.9. tract...p.3. cap.1. n.9.* Bonacina *q.4. p.1. n.10.* Hurtadus *diſp.10. n.35.* Fagund. *in decal. lib.6. c.3. n.48. & 50.* Auerſa *q.21. ſect.7. §3.* Caſtrus Palaus *p.5. diſp.3. punct.4. §.4. n.19.* Diana *p.9. tr.7. reſ.4.* & alij relati à Sanch. Et idē ſentire videtur Riechard. *4. diſt.32. a.4. q.2.* quamuis ab Angelo, & Nauarro pro contraria ſententia allegetur. 294

295 † Limitatur autem hæc ſententia, vt licet per ſe, & ex natura rei tali coniugi ratione amentiæ, furoris, aut ebrietatis deſtituto rationis vſu nulla ſit obligatio reddendi, per accidens tamen coniux ſanæ mentis reddere teneatur, ſi ex defectu redditionis periculum ſit ne amens, furioſus, aut ebrius effundat ſemen, vel alium incontinentiæ actum faciat non ſolum extra furorem, & ebrietatem, ſed etiam in ipſa ebrietate, & furore; quia ratio exigere videtur, vt valdè egenti debito, ſibi reddatur, quamuis non petat vt homo; quia non poteſt; & quia quamuis ipſe moraliter non peccet effundendo ſemen, aut alium actum incontinentiæ faciendo, dum rationis impos eſt, tamen impediendus videtur, ne actum materialiter prauū faciat, quando ea copula coniugali nullum aliud damnum, aut periculum timetur. Ita Sotus, Lopez, Henriq. Victoria, Coninch, Reginald. Bonac. Filliuc. Hurtad. Auerſa, & Sanch. qui tamen declarant, ſi coniux ob amentiam carens vſu rationis petens ſit vxor, ei ad auertendum huiuſmodi incontinentiæ periculū virū ſanum non teneri reddere, niſi aborſus periculum (ſi forte conciperet) ceſſaſſet, putà quia amentia ſit mitis, nec ſit nimis furioſa, vt minimè timere poſſet eam fœtum in vtero enecaturam; & etiam Victoria loquitur de vxore ſanæ mentis, quā ait non teneri reddere viro amēti petēti, niſi timeat corruptelas alias in viro, & quod quærat alienas. Quod ſi vxor petens careret vſu rationis ſolū ob ebrietatē, tunc vir ſanus ad præcauendum in illa incontinentiæ periculum teneret reddere, inquit idem Sanch. quia ebrietas citò tranſit, & non eſt illud aborſus periculum. † Fagundez

296 autem *d. n.50.* ait, quod licet ſit periculū, quod furioſus etiam extra furorem, & ebrius extra ebrietatem effundat ſemen, vel in aliud incontinentiæ periculū elabatur ex defectu redditionis debiti; ſibi videri durum, quod ſanus reddere teneatur, idque propter ingentem moleſtiam, & grauem horrorem; addens eam obligationem in eo caſo videri eſſe de charitate ad vitandum peccatum alterius coniugis, quod non tenetur vitare cum tanto detrimento ſuo. Et ſi verè coniux ſanus pateretur ingentem moleſtiā coëundo cum amente, ſeu furioſo, aut grauem horrorē coëundo cum ebrio, in tali caſu approbo dictum Fagūdez.

297 Quod ſi coniux petens non eſt omnino amens, ſed in vna, aut altera materia, & circa matrimoniū, & alia iudicio

iudicio rationis pollerent, ſicut eſt ... contrahe-
re matrimonium (vt dixi in *tr. de con... matrimonij c.3.n.53. fine*) ita eſt capax vſus domini j per matrimonium in corpore alterius acquiſiti; ac proinde ab altero ſano reddi debet debitum, prout notat etiam Sanchez *n.2.*

298 Item ſi non eſſet omninò mente captus, ſed ſolum fatuus, & ſimplex ad inſtar pueri incipientis vti ratione, ei petenti alterum teneri aiunt Richardus, Sanchez, Coninch, cum vſu rationis & libertate fruatur, ſitque capax meriti, & culpæ, & valide poſſit ſponſalia, & matrimonium contrahere, vt dixi *ſupr. n.207. & in tr. de contract. matrim. c.14.n.16.*

299 Similiter ſi amens, vel furioſus habeat lucida interualla, & tunc petat; cum liberè, & humano modo eo tempore lucidi interualli petat, & eodem tempore ſanæ mentis poſſit valide matrimonium contrahere iuxta dicta *dicta tract. de contractu matrim. c.3.n.62. & 63.* fore reddendum debitum rectè tradunt iidem Richardus, Sanchez, Coninch, & alij à Sanchez relati, dummodo tamen non timeatur periculum prolis ratione aborſus, vel defectus educationis, quod facilè contingeret, ſi lucida interualla eſſent rata, & ſubeſſe probabile periculũ perpetuę amẽtię.

300 Etſi verò coniux ſanæ mentis non tenetur omnino amenti debitum reddere (vt oſtenſum eſt) illi tamen licitus eſt cum amenti concubitus, cum inter eos ſit verum matrimonium, & proles educari poſſit à coniuge ſanæ mentis, ſi non ſit periculum aborſus, aut damni notabilis eiuſdem coniugis ſani; ita præallegati Doctores, Petrus Ledeſma *q.58. art. 3. concl.2.* Pontius *lib.10. cap.14.n.10.* Coninch, Diana *locis citatis*, & alij relati à Sanchez *d. diſp. 22.n.7.* Vbi addit licitam eſſe copulam cum amenti, aut furioſo; ſi ſit tantum periculum, vt amens ſeminet extra vas, eo quia ſanus dat operam rei licitæ vtens iure ſuo, & præter intentionem, ac per accidens euenit effuſio illa, & poteſt contingere, vt rectè ſeminet, quod idem indicat Sotus *citata artic. 4. verſic. Circa primam partem*, vbi poſtquam dixit coniugi ſano eſſe licitum concumbere cum ſano & amenti; ſubdit, *Tametſi non ſit vſque adeo honeſtum, præſertim ſi eſt periculum ne legitimè ſeminet*, dum enim ait non eſſe honeſtum, videtur velle in tali caſu abſtinere à concubitu eſſe
301 tantum conſilium, & non de præcepto. † Quare ſi coniux ſanæ mentis ſit vxor, licebit ei concubitus cum viro amenti ſeu furioſo, & illum incitare, vt ſecum coëat, cum tunc non ſit periculum aborſus, aut
302 ſuffocationis prolis. † Ita Sotus, Petrus Ledeſma, Sanchez, Coninch, Bonacina, Pontius, Auerſa, & alij relati à Sanchez *num 8.* † Si verò vxor ſit furioſa, ſeu amens, regulariter vir non poſſet licitè ad eam accedere, illamue incitare ad copulam, quia inde probabiliter graue periculum proli imminet, ne à matre ante, vel poſt partum ſuffocetur; ita iidem Auctores, & alij præallegati; & quamuis haberet lucida interualla, & tempore lucidi interualli peteret, non liceret ei reddere cum ſimili periculo prolis, vt dictum eſt *n.299.* & in terminis docent Sanchez, & Coninch. Secluſo vero tali periculo, putà, quia mulier eſſet ſterilis abſque ſpe concipiendi, vel amentia non nimis furioſa, ſed mitis, vel ſolùm eſſet fatuitas illam reddens adinſtar pueri ſine malitia; licitum eſſet viro cum ea concumbere, vt iidem Doctores.

303 Quod ſi vterque coniux ſit omninò amens, licet ipſi coëuntes carerent culpa, tamen non eſt inter eos vſus coniugij permittendus, illicitúſque eſt lethaliter reſpectu eorum, qui ad talem vſum illos incitarent, idque ob periculum, quod proli imminet, quia eam non poſſunt benè educare, & facilè ante, vel poſt partum enecare; & quia tales vix, vt decet, matrimonio vti poſſunt; quare donec reſipiſcant omnino ſeparandi ſunt. Ita *locis ſuprà citatis*, Sotus, P. Ledeſma, Sanch. Coninch, Filliucius, Layman, Bonac.
Auerſa, Diana, & alij. † Multo verò grauior culpa 304
lethalis erit, incitare duos amentes non coniunctos matrimonio ad copulam, cum etiam adſit maius damnum prolis, quàm ſi eſſent mentis compotes; vt tradunt Sotus P. Ledeſma, Lopez, Henriq. *locis cit.* & cum nonnullis alijs Sanch. rectè addens eum, qui tales copularet, teneri confiteri eaſdem circumſtantias, quæ fatendæ eſſent ea copula habita inter perſonas ſanæ mentis, cum talis circumſtantia volita ſit ab incitante, ſeu copulante tales amentes, & velle, vt quia ad conſanguineam accedat, ſit peccatum inceſtus, ſicut ſuadens copulam cum coniugata alicui coniugij ignaro, reus eſt adulterij, cum talis copula verè ſit tali affecta circumſtantia à ſuadente ſcita, licet copulam habens ratione ignorantiæ ab ea circumſtantia, ſeu malitia excuſetur. Aduertunt quoque nonnulli ex præallegatis Auctoribus, & benè, eos, quibus amentium cura, & cuſtodia incumbit teneri adhibere diligentiam, & impedire, nè ſimul coëant, etiamſi ſint vir, & vxor; ſicut tenentur curare, vt ab
alijs malis inferendis abſtineant. † Separandi etiam 305
eſſent, & impediendi vſu coniugij amentes ſeu furioſi habentes lucida interualla, ſed rara, & cum periculo perpetuæ amentiæ, quia tunc etiam ſubeſſet periculum vel aborſus, vel defectus bonæ educationis prolis. Ita Sanchez, & Coninch.

§. XVII.

Adulterium etiam occultum coniugis exigentis excuſat coniugem innocentem à reddendo debito. Vbi an coniux adulter eo ipſo, quod adulterium committit, amittat ius exigendi debitum ab altero adulterium ignorante.

AD hæc inter cauſas excuſantes à reddendo debito, præcipua enumeratur adulterium. Quare 306
ſi vnus coniugum adulterium commiſit, alter obligatione reddendi, ſeu debito coniugali liberatur, vt colligitur ex Euang. Matth.5. & 19. & tradunt omnes Doctores *infrà allegandi*, tum *hic*, tum *in quarta parte huius tractatus, vbi de diuortio*; idque intelligitur, non quod vſus coniugalis poſt adulterium per ſe loquendo ſit illicitus petenti, ſed quod coniux adulter perdat ius exigendi actum coniugalem, vt debitum de iuſtitia, & coniux innocens proinde coniugi adultero iuſtè negare poſſit. Idque non ſolum infertur ex Euangelio, ſed etiam oritur ex natura matrimonij, ratione cuius iure naturali vterque coniux tenetur fidẽ ſeruare, quare frangenti fidem, fides meritò ſeruanda non eſt. Can. *Si infidelis 28.q.2.* Summiſtæ *verb. Debitum coniugale, & verbo Diuortium, ac v. Matrimonium.* Theologi *in 4. diſt 35.* Nauarr. *in ſum. c.16. n.28. & c.22. n.23.* Couarr. *de ſponſ. p.2. c.7. §.1. n.4.* Graſſis *lib... deciſ. c.83.* Sanchez *lib.10. diſp.5. n.1.2.3. &* Rebellus *de obligat. iuſtitiæ p.2. lib.2 q. 6. n.6.* Filliuc. *tr.1. q.1. tr.10. c.10. n.165. & ſeqq.* Fagund *in decal. lib. 4. c.7. n.17.* Baſilius Pontius *lib.9. c.16. n.4.* Coninch *diſp. 35 n.1. & 2.* Layman *lib.5. tr.10. p.3. c.1. n.3.* Hurtadus *diſp.11. n.6* Bonacina *q.4. puncto 5 n.2.* Villalobos *p.1. ſum. tr.13. diffic.46. & tr.15. diff.1.* Auerſa *q.2. ſect.1.* & alij apud præallegatos.

Quare licèt Caiet. *ſuper c.19. Matthæi* dixerit, ſolum 307
virum ob adulterium vxoris poſſe eam dimittere à ſuo toro, & cohabitatione; non è contra: motus quod tam iura humana, quàm diuina ſolùm de viro reſpectu vxoris adulteræ loquuntur. Et quia iniuria, & infamia, ac læſio matrimonij longè maior eſt ex parte vxoris, quàm ex parte viri adulterium committentis; Certum nihilominus eſt; in hoc coniuges eſſe pares,

D. 1x. *Angel. Exſius, De effectib. contr. Matrim.*

& etiam vxorem ob viri adulterium liberari à debiti reddẽdi obligatione, & poſſe ab eo diuertere quoad torum, & cohabitationem, vt conſtat ex *cap. fin 32. q.5. & exc. 7. prima ad Corinth his verbis. His, qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere* (ſubintelligitur abſque iuſta cauſa) *quod ſi diſceſſerit* (ſcilicet ex iuſta cauſa) *manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.* Vbi ſupponit Paulus, vxorem poſſe iuſtè à viro diſcedere, cum non cogat vxorem quæ à marito diſceſſit, ad eum redire, imo optionem ei concedat, aut redeundi, aut continenter viuendi; prædicta autem cauſa iuſta diſcedendi à viro certè erit adulterium viri. Id quod conuincit ratio illa ſumpta ex matrimonij natura, quod frangenti fidem non ſit fides ſeruanda, & coniuges ſint pares quoad obligationem ſeruandi fidem; ſicut etiam ſunt pares quoad ius negandi, vel exigendi debitum ſupra oſtenſum eſt. Chriſtus autem in Euangelio, & iura canonica loquuntur in viro propter frequentiã, quia viri vt plurimum ſoleant diuortium petere, vel commoditatis gratia, non vt vxorem excludant. Et licet grauior iniuria infamiæ, & læſio matrimonij inferatur ab vxore adultera contra virum, tamen eiuſdem ſpeciei iniuria infertur vxori à viro adultero, & conſequenter eandem diuortij cauſam præbet. Et ita docent omnes Auctores citati Graffius *lib. 2. deciſ. aur. c. 12. n. 55.* idem Caiet. *in opuſc. tom. 1 tr. 29 de redditione debiti inter coniuges adultera adulterantes, q. vn.* & alij
308 communiter, quos refert Sanch. *d. diſp. 3 n. 6.* † Vbi *ſequent. numeris* addit, quod neque conſuetudo contraria, ſi quæ eſſet, tollit ius, ſi mulier velit eo vti, neque deſideratur monitio viri adulteri, vt ab adulterio abſtineat; nec præſcribitur contra id ius diuertendi à toro, & cohabitatione ſilentio quinquennij, niſi quoad pœnam criminalem, & ciuilem, quæ omnia tradunt Pontius, & Filliuccius *locis citatis*, de quibus latè *infrà d. p. 4. in c. de diuortio.*

309 Vbi etiam an coniunx innocens propria auctoritate non expectata iudicis ſententia etiamſi adulterium alterius ſit occultum, vt in iudicio minimè probari queat, ſi ſit certus de eodem adulterio, poſſit licitè ei debitum negare; quod videntur negare DD. aientes ad faciendam tori ſeparationem propter adulterium requiri iudicis ſententiam, ſaltẽ quando adulterium non eſt notorium, id quod tradunt Sayrus *de cenſ. lib. 7. q 17. n. 19. & ſeqq.* Graff. *deciſ. aur. p. 2. lib 2. c. 12. n. 72. & 73.* (vbi propterea ait vxorem adulteram eſſe reconciliandam, quando eius fornicatio eſt occulta, quæ probari non poteſt) Farinac. *in praxi crim. to. 5. q 143. n 49. ad 68. & n. 227. ad 238.* Baſil. Pont. *lib. 9. c. 18* plures alij quos refert, & ſequitur Aug. Barb. *collect. c. porrò n. 2. de diuortijs*; & alij, quos latè refert Sanchez *lib. 10 diſp. 12. n. 2. 3. 4. & 5.* † Affirmant verò Co-
310 uarr *d. c. 7. §. 2. n. 4. & §. 5. n. 12.* Graff. *p. 1. lib. 1. d. c. 83. n. 4. & 5.* Nauarr. *d. c. 22. n. 23.* Sanch. *d. diſp. 12. n. 5.* alij omnes (præter Pontium) *n 306. relati*, & innumeri alij. quos Sanch. *d n. 5.* & Fagund. *d. c. 7 n. 17.* referunt. Ob eam rationem, quod matrimonij contractui iure naturæ ineſt tacita conditio, vt ſeruanti fidem, fides ſeruetur, ſecus eam violanti; ac proinde conditio non ſeruata in pacto tribuit libertatem alteri paciſcenti recedendi ab obligatione præſtita in eo pacto. Confirmatur, quia alioqui coniux innocens cogeretur condonare iniuriam ſibi illatam, quæ debiti redditione eo ipſo remittitur; & ſi eſſet vir, cogeretur etiam pati damnũ irregularitatis ob bigamiam interpretatiuam, quæ ex copula cum vxore adultera ſequeretur. † Ex quo
311 inferunt præfati Doctores, quod ſi iudex ſub excõmunicatione latæ ſententiæ præciperet coniugi innocenti certò moraliter ſcienti occultum adulteriũ alterius, quod in iudicio probari nequit, vt reddat illi debitum, non teneretur ille ex natura rei obedire, nec coram Deo cenſuram incurreret; & poſſet ſecluſo ſcandalo audire ſacrum, & alia exercere, quæ non excommunicatis licent; putà, hæc præſtans in ſecreto, vel etiam in publico, ſi priùs rationibus poſſit tollere ſcandalum videntium, & cum illo miſſæ aſtantium. Secùs verò ſi ſine ſcandalo, quod omni meliori modo vitare debet. Vnde ſi poſt latam excommunicationem non poſſet breui adulterium probare, ſed longa moræ v. g. vnius anni, vel vltra neceſſaria eſſet, quia tunc poteſt ſcandalum oriri propter præſumptam inſordeſcentiam iuxta eoſdem Doctores teneretur reddere non vi excommunicationis, & præcepti iudicis, ſed ex obligatione vitandi ſcandali; quo caſu, cum redderet coactus à iudice, eum non perdere ius diuortij tenendum eſt, vt Sanchez & alij tradunt. † Iuxta eoſdem etiam Do- 312
ctores ob eandem rationem lite pendente ſuper diuortio innocens non tenetur reddere, ſi certus eſt de adulterio, ſecùs ſi eſſet dubius. De quo fuſius Sanchez *n. 7. & infrà in eodem cap. de diuortio.*

In quo capite de diuortio etiam; an innocens 313
coniux ob alterius adulterium, de quo ſibi certo moraliter conſtat, occultum tamen, & non probabilem in iudicio, poſſit etiam in foro conſcientiæ ſecluſo ſcandalo propria auctoritate diuertere ab altero non ſolum quoad torum, ſed etiam quoad habitationem; quod negant Doctores *n. 310. relati*, & alij, quos Farinac. *vbi ſuprà*, Sanchez *locis ſuprà allegatis & n. 21. & ſeq.* referunt; quia cap. *porrò*, & cap. *ſignificaſti, de diuortiis*, prohibeatur ſeparatio à coniuge adultero propriâ auctoritate, & abſque iudicis ſententia.
† Affirmant verò Nauarrus *d. cap. 22. num. 23. verſic. Nono.* Sanchez *d. diſp. 12.* Fagundez *d. cap. 7. num. 20.* Filliuccius *d. cap. 10. num. 386.* Rebellus, Bonacina, Coninch, Layman, Auerſa, & Villalobos *locis ſuprà num. 306. allegatis*, Diana *p. 3. tract 14. reſolut. 257.* & plures alij, quos Sanchez, Fagundez, & Diana referunt; quia ſi vbi coniugi innocenti certo moraliter conſtat adulterium propria auctoritate, & ſine præuia iudicis ſententia eſt licita debiti negatio, & ſeparatio tori, erit etiam licitum diuortium quoad habitationem propriâ auctoritate, ſi ceſſet ſcandalum, cum maior eſt obligatio reddendi debitum, quam obligatio cohabitandi, cum hæc obligatio ex illa oriatur, propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis tale, vt eſt commune pronunciatum Philoſophorum, & iura sequentia iudicis ſententiam fundantur in præſumptione, & loquuntur de foro externo; in quo ob adulterium occultum non permittitur diuortium quoad habitationem. † An 315
verò in foro externo ob adulterium notorium ſine iudicis auctoritate permittatur diuortium tractant iidem Doctores pro vtraque ſententia relati, & examinabitur in dicto cap. *de diuortio.*

Vbi inſuper latiùs examinabimus, an coniux adul- 316
ter, dum eius adulterium ab innocente ignoratur, ſit ipſo facto priuatus poteſtate, ac iure exigendi debitũ à coniuge innocente, ita vt mortaliter peccet, ſi illud ab eo petat tanquã debitum; an verò poſſit petere nõ tantum, vt licitum (quod omnes admittunt, & dictũ eſt *n. 306.*) ſed etiam vt iure debitum, ſi alter innocens propter ignorantiam nõ excipiat. Ad quã difficultatẽ Couarr. *d. c. 7. §. 2. n. 4* Graff. *d. c. 83. n. 7.* & alij à Sanch. *lib. 1 diſp 68. n. 3. relati*, Reſpondent ipſo facto adulterum amittere ius exigendi, ac proinde eum poſſe petere, ſed non exigere ab inuito. Alij verò Reſpondent non perdere ius debiti exigendi, & ideo poſſe illud licitè petere vt debitum, & iudicem implorare, ſi opus erit, vt alterum coniugem innocentem compellat reddere; donec innocens adulterium excipiat. Ita poſt plures alios Sanch. *d. diſp 68. n. 4. & d. diſp. 12 n. 8.* Coninch, Laym. Fagund. Filliuc. Bonac. & Auerſa

locis

locis ſuprà n. 306. relatis. Nam quod coniux propter adulterium priuetur iure exigendi debitum, pœna quædam eſt, ad quam adulter ſe ipſum condemnare non debet, nemine agente, aut excipiente, præſertim cum coniux à debiti petitione abſtinere plerumque non poſſit, quin criminis commiſſi ſuſpicio, vel proditio, aliáue incommoda oritura ſint.
317 † Immo iuxta eoſdem Doctores, ad hoc vt coniux innocens talem pœnam inferre poſſit debitum adultero petenti, per oppoſitionem adulterij negando, oportet, vt ſit certus moraliter ſaltem per ea indicia, etiamſi occulta, quæ ſi in externo foro conſtarent, ſeu probaretur, diuortij ſententia ferretur, non verò ſufficeret notitia adulterij ex leuibus indiciis, & multo minus, ſi idem innocens eſſet tantum dubius de adulterio. Vnde adulter coniux agnoſcens innocentem non certò moraliter ſcire adulterium, ſed tantum leuibus, & non ſufficientibus indiciis rogatus ſub iuramento non tenetur fateri occultum adulterium, quia non rogatur iuridicè, niſi cum iudex ſufficientibus indiciis, & in iudicio probatis eum interrogat, vt Sanchez *d. num. 8.* & Fagundez *d. cap. 7. nu. 19.*
318 † Quod ſi idem coniux adulter animaduertat innocentem habere certo moraliter cognitum ſuum adulterium, quamuis fortaſſe in foro externo probare nequeat; non poterit neque priuatim, neque per iudicem compellere eum ad reddendum debitum iuxta eoſdem Doctores; De quibus, & an quando innocens teneatur negare debitum adultero, aut reconciliari, & quomodo, & quando detur compenſatio, & de aliis ad materiam ſeparationis tori, vel cohabitationis ob adulterium alterius coniugis latiſſimè *infra par. 4. tractatu in d. cap. de diuortio agitur.*

SVMMARIVM

§. XVIII.

Referuntur Doctores tractantes de coniugio ſeruorum. numero 316.

Serui validè, & licitè matrimonium contrahunt inſciis, & inuitis dominis. n. 320.

Ius hominis ad matrimonium eſt à natura, ſeu à Deo, vt authore naturæ, & gratiæ, nec poteſt tolli per legem humanam. ibid. & n. 323. & 325.

Si quis contraherit matrimonium ea conditione, vt non teneretur cohabitare, vel reddere debitum, niſi quando ſuus Dominus conſenſum præberet, irritum eſſet matrimonium. n. 320.

Profeſſio in Religione à ſeruo facta ſine domini licentia eſt irrita nu. 320.

Seruum non poteſt ignorante Domino promoueri ad ordines, & pœna Epiſcopi ſic promouentis ibid.

Seruorum coniugia inuitis Dominis contracta nunquam in Eccleſia fuerunt irrita. n. 322.

Leges ciuiles vetantes, aut irritantes matrimonia ſeruorum ſemper fuerunt nullæ, & inualidæ. n. 326.

Reſpublica paganorum non poteſt irritare matrimonium ſeruorum infidelium ibid.

Conſuetudine induci poteſt, vt libera nubens ſeruo fiat ſerua, & quid requiratur, vt dicta conſuetudo locum habeat. ibid.

Dominus non tenetur conſentire matrimonio ſerui. nu. 327.

Non poteſt minis mali inferendi impedire ne nubat, & id faciens mortaliter peccaret, nec poteſt ob tale matrimonium ſeruum punire n. 328. 329. 330.

Poteſt ad impediendum ſerui matrimonium minari ſubtractionem beneficij, & præſcribere ſerua ne contrahat in loco diſtanti, vel ne ineat hoc, vel illud matrimonium ſibi damnoſum. n. 331.

Seruus antequam contrahat matrimonium, an teneatur ſaltem petere domini conſenſum, aut conſilium. n. 332.

Si ſeruus contraxit ſponſalia de conſenſu Domini, is non poteſt indirectè matrimonium ſerui impedire, illum vendendo ad locum remotum. n. 333.

Quid, ſi ſeruus inſcio domino iniit tractationem matrimonij, vel ſponſalia, an tunc Dominus ad impediendum matrimonium licitè poſſit illum vendere ad remotas regiones; plures ſententiæ referuntur, & quid tenendum reſoluitur. n. 334. ad 336.

Eccleſia quando teneatur defendere ſeruos, quibus domini conantur impedire matrimonium. n. 335.

Ius ſerui ad matrimonium contrahendum, eſt antiquius iure Domini ad illum diſtrahendum cum matrimonij præiudicio. n. 336.

Si matrimonio ſuperuenerit ſeruitus, tenetur ſeruus magis obſequi coniugi debitum petenti, quam Domino aliquid præcipienti, ſi vtrumque præſtare non poteſt. n. 337.

Seruus per matrimonium contractum etiam de conſenſu Domini celebratum non eximitur ab obſequiis Domino debitis. num. 338.

Si mancipium ſine conſenſu Domini contraxerit matrimonium, an, & quando magis coniugi exigenti debitum, quàm domino obſequium præcipienti parere debeat, referuntur variæ ſententiæ cum ſuis limitationibus, & reſoluitur quid tenendum n. 339. ad 346.

Ius ſeruorum Coniugatorum ad matrimonium, & eius vſum eſt potius, & antiquius, quam ius ſeruitutis ad ſeruitia Domini n. 346. & 347.

Vbi ſit periculum incontinentiæ ex dilatione debiti obſequendum eſt coniugi potius quam Domino inde non paſſuro graue incommodum, eo verò periculo ſecluſo obſequendum eſt Domino, ſi illius neceſſitas præponderet vſui coniugii hic, & nunc, & quid in dubio cuius neceſſitas præponderet. num. 347. 348. & 349.

Dominus conſentiendo matrimonio ſerui non amittit ius ad obſequia conſueta ſibi debita; & ſeruis ſic coniugatis opera vti poteſt quoad conſueta, & neceſſaria obſequia etiamſi requirant abſentiam ab altero coniuge; & vſum matrimonij per aliquod tempus impediant. n. 350.

Quomodo ſe gerere debeat Dominus erga ſeruos coniugatos quoad vſum matrimonij illis permittendum. n. 351.

Cum Dominus iubet aliquod ſeruitium ſeruo coniugato, vxor illico petens debitum irrationabiliter tunc peteret ibidem.

Dominus poteſt licitè vendere mancipium coniugatum ad remotiſſimas partes, ſi inde non impediatur matrimonij vſus, vt ſi alter coniux ſit liber, & poteſt venditum ſine graui detrimento ſequi n. 352.

Coniux liber ſiue vir, ſiue vxor tenetur comitari alterum venditum. ibid.

Vir tenetur ſequi vxorem ex cauſa neceſſaria aliò proficiſcentem. ibid.

Dominus ad euitandum notabile damnum, aut ex graui neceſſitate licitè poteſt vendere ſeruum ad locum remotum; licèt inde ſit impediendus matrimonij vſus. n. 352. 353.

Extra duos prædictos caſus, ſi matrimonium præceſſit ſeruitutem, vel ipſe in matrimonium conſenſit, Dominus non poteſt ita vendere ſeruum coniugatum, vt matrimonij vſus impediatur. n. 354. 355.

Quid ſi ignorante Domino, & ſine eius conſenſu nupſit? affirmatiua, n. 356. negatiua, n. 357.

Ad quid teneatur Dominus, qui ex neceſſitate, vel extra neceſſitatem vendidit ſeruum ad locum remotum cum impedimento vſus matrimonij. n. 358. 359.

Quid ſentiendum quoad venditionem, quidque obſeruandum quando ſerui coniuges ad diuerſos Dominos pertinent: numero 361.

§. XVIII.

An, & quando ſeruitus excuſet Coniuges à reddendo debito coniugali,

319 AN verò ſeruitus coniugis exacti reddere debitum illum excuſerà reddendo, quando non ſtat ſimul obſequium Domini, & reddere coniugi debitū, difficultatis ſolutio dependet ex reſolutione illius quæſtionis valde inter DD. controuerſæ. An ſi eodem tempore coniux ſiue, liber, ſiue ſeruus ab altero coniuge ſeruo petat debitum, & dominus aliquod ſeruitium, quod tunc debitum reddendum impediat, præcipiat, potius teneatur ſeruus ſatisfacere domino præcipienti, quam coniugi debitum exigenti: De qua re, & an matrimonium à ſeruo ſeu ſerua cum altero non ignorante ſeruilem conditionem contractum inſcio, & inuito Domino ſit validum, & licitum; Canoniſtæ *in cap. 1. de coniugio ſeruorum*, Innocentius, Hoſtienſis, Butrius, Albas, Alexander de Næuo Ioan. Andr. & alij Theologi *in 4. diſt.* 36. S. Thom. Scotus, Durandus, Ricchardus, Supplementum Gabr. Palud. Maior, Sotus, Summiſtæ *verbo impedimentum, vbi de impedimento erroris, & conditionis ſeruilis verbo matrimonium, & verbo ſeruitus*; Gutierez *de matrimonio cap. 92.* Nauarrus *in ſumm cap. 22. num. 33. & 34.* Petrus Ledeſma *q. 52. art. 2.* Rodriquez *p. 1. ſumm. cap. 221. n. 3.* Sanchez *lib. 7. diſp. 21. & 22.* Henriquez *lib. 11. cap. 10. num. 4 in textu, & comment.* Rebellus *p. 2 l. . q. . ſect. 1.* Baſilius Pontius *lib 7 cap. 42.* Azorius *p. 2. lib 2. cap. 38. q. 4. 5. & 6.* Coninch *diſp. 21. dub 2.* Filliuccius *to 1. p. 2 tract. 10. cap. 2. 4. 6. à num. 49. ad 55.* Bonacina *q 3 p. 3.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4 cap. 2. n. 4.* Hurtadus *de matr. diſp. 14. diffic. 5. & 6.* Villalobos *1. p. ſumm. tract. 14. diffic 6.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. 1. de coniugio ſeruorum.* Auerſa *de matr. q 21. ſect. 1. fine*, Fagundez *in decalog lib. 4. cap. 14.* & alij plures, quos Auguſtinus Barboſa, Sanchez, & Fagundez referunt.

Mancipia licitè, & validè contrahunt matrimonium inſciis, & inuitis dominis.

320 Itaque iuxta eoſdem Doctores certum eſt, mancipium vtriuſque ſexus cum perſona eius ſeruilem conditionem non ignorante poſſe validè, & licitè contrahere matrimonium inſcio, & inuito domino; & conſtat ex can. *omnis 29. q. 2.* & clarius d. cap. 1. *de coniugio ſeruorum.* Vbi ſic habetur, *Sanè iuxta verbum Apoſtoli, ſicut in Chriſto Ieſu neque liber, neque ſeruus eſt à Sacramentis Eccleſiæ remouendus, ita nec inter ſeruos matrimonia debent vllatenus prohiberi: & ſi contradicentibus, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione ſunt propter hoc diſſoluenda, debita tamen, & conſueta ſeruitia non minus debent propriis dominis exhiberi.* Rationem adfert D. Tho. *d. diſt. 36. q. vnica, art. 2. corpore* à Doctoribus communiter approbatam, ſcilicet, quod ius ſeruitutis, quod Domini habent in ſeruos ex iure gentium ortur, ius autem ad matrimonium contrahendum eſt ius diuinum, & naturale, conditum à Deo vt authore naturę (vt latè etiam oſtendi *in tract. de contractu matrimonij cap. 11. num. 63.* vbi probaui matrimonium eſſe contractum iuris naturalis, ſcilicet originem habens à iure naturali nobis innato) & gratia ad ipſius naturæ humanæ propagationem, & remedium concupiſcentiæ, & libidinis; ac proinde ius Dominorum in ſeruos non adeo ſe extendit, vt vſum matrimonij poſſit ſeruis prohibere, cum ius gentium aduerſus ius naturæ non poſſit præualere, neque illud impedire; ſicut non poteſt impedire abſolutè, ne ſeruus comedat, aut bibat, & alia exerceat ad indiuidui conſeruationem neceſſaria; ſicut enim (inquit Diuus Thomas) appetitus naturæ fertur motu naturali ad operationem indiuidui, id eſt ad indiuidui conſeruationem exercendo actus ad id neceſſarios, vt ſunt comedere, & dormire; ita ad conſeruationem ſpeciei per generationis actum; vnde ſicut ſeruus non ſubditur Domino quoad actus priores ad indiuidui conſeruationem ſpectantes, nec ab ipſo impediri poteſt; ita non ſubditur ei quoad poſteriorem, ita quod non poſſit matrimonium liberè contrahere. Neque huic rationi S. Thomæ obſtat, quod Scotus *q. 1.* obiicit, nimirum tum quia libertas iure naturæ homini competit, & tamen potuit iure gentium ex iuſta cauſa impediri, tum quia licet homo teneatur ſemper ad indiuidui conſeruationem, ad ſpeciei tamen multiplicationem per actum generationis præceptum naturale non obligat ſemper, ſed ſolum in caſu neceſſitatis conſeruandæ ſpeciei, qui vix accidet natura iam valde propagata. Non obſtat, inquam, cum diuerſa ſit ratio libertatis & matrimonij, nam libertas homini conceſſa eſt ob particulare ipſius perſonę bonum; & ideo ſicut propriâ ſponte ſe potuit illa priuare ipſemet homo, ita ex iuſta cauſa potuit ius gentium idem efficere; matrimonium autem conceſſum eſt propter bonum publicum in remedium concupiſcentiæ, ad euitandum fornicationes, & alia carnis flagitia; item ob bonum naturæ ad eius propagationem; ac proindè nullo iure poſitiuo conceſſum eſt, vt poſſit efficere aliquem omnino inhabilem ad matrimonium, niſi ipſemet perfectioris ſtatus cupidus Deo ſe continentiæ voto aſtringat: Quare ſimile allatum à Diuo Thoma, & ab aliis Doctoribus aprobatum, licet non teneat in omnibus, at tenet in hoc, vt ſicut homo non ſubditur domino quoad actus ad indiuidui conſeruationem neceſſarios, ita nec quoad actus ad conſeruationem ſpeciei ſpectantes, cum vtrique actus inter naturales computentur. Habet enim homo ab ipſa natura, ſeu à Deo, vt authore naturæ ius circa ipſa naturalia, cum ſit cuſtos per naturam ſui ipſius circa naturalia (vt tradunt Doctores in materia de dominio, & conſtat ex dictis *dicto cap. 11. n. 63.*) ac proinde dictum ius non poteſt tolli per ius aliquod poſitiuum, quod naturali iuri præiudicare non poteſt. Quare, (vt dixi *eodem num. 63.*) iure diuino in his, quæ ſunt iuris naturæ homo homini non tenetur obedire, ſed ſoli Deo; & ita cum corporis ſuſtentatio, & generatio ſint iuris naturæ, non tenentur nec ſerui Dominis, nec filij parentibus obedire de matrimonio contrahendo, vel virginitate ſeruanda, aut aliis ſimilibus (vt *dicto n. 63.* ex S. Thoma *2. 2. q. 104 art. 5.* & aliis Doctoribus dixi) & conſequenter filiorum, & ſeruorum matrimonium omninò eſt ex natura ſua independentè à conſenſu parentum, & Dominorum; neque vlla lege vel humana, vel ciuili, aut eccleſiaſtica tolli potuit, vel poteſt aliter diſponi. Præ dictæ rationi aliam addunt Sanchez, & Fagundez nempe, quod ius hominis ad matrimonium contrahendum potius eſt dicendum ius naturæ humanæ ad ſuam propagationem, & conſeruationem tuendam; quam ius priuati cuiuſlibet indiuidui ad ſuas proprias actiones exercendas; ſeruus verò per ius ſeruitutis in Dominorum voluntatem tranſlatum amittit ius priuatum ſuarum indiuiduarum actionum, at non amittit ius naturæ humanæ, quod ipſa habet ad propriam conſeruationem. Vnde textus *in d. cap. 1. de coniugio ſeruorū* rectè dixit, *nullatenus inter ſeruos matrimonia prohiberi poſſe*; quo dicto, confirmat omnia ſupradicta, & quod lege ciuili, aut Eccleſiaſtica non poſſit ſtatui, vt ſeruorum matrimonia ſine Dominorum licentia contracta ſint irrita. Neque obſtat prædictis, quod ſi quis matrimonium contraheret

ea

ea conditione, vt non deberet cohabitare, vel debitum reddere, niſi quando ſuus Dominus licentiam ſeu conſenſum præberet, non teneret matrimonium, cum ſit conditio contra matrimonij ſubſtantiam; talis autem conditio videtur adeſſe, cum ſeruus inuito ſuo Domino contrahit, nam inuito Domino contrahens non potest talem conditionem contractui matrimonij; Et quamuis ex natura ſeruitutis oriatur, vt ſeruus coniugatus non teneatur ſoluere debitum, cum eius dominus in aliis ſeruitiis illum occupat, id tamen non eſt contra naturam, & legem matrimonij, quod ad debitum actu ſoluendum non obligat pro omni tempore, & loco, ſed quando non adeſt legitimum impedimentum; ac proindè ſeruitus non eſt contra matrimonij ſubſtantiam, quemadmodum etiam matrimonij ſubſtantiæ non aduerſatur captiuitas ſine ſeruitute, aut imbecillitas, ſeu debilitas, ratione cuius coniux non poteſt ſoluere debitum niſi de rarò.
321 † Non obſtat etiam quod matrimonium ſpirituale ſerui, ſeu profeſſio religioſi ſtatus à ſeruo facta ſine Domini licentia ſit irrita, can. *qui verè* 16. *q.* 1. & can. *ſi quis incognitus* 17. *q.* 2. Azorius *p.* .. *lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 3. Suarez *to.* .. *de religione lib.* 6. *cap.* 6. Sanchez *lib.* 5. *ſum. cap.* 4. *n.* 12. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 31. Noſter Marchinus *de ordine tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 3. *num.* 5. *& ſeq.* & cum aliis Auguſtinus Barboſa *to.* 4. *collectaneo ad d. can. ſi quis incognitus.* Nam diuerſa ratio eſt matrimonij carnalis, & ſpiritualis, ſeu aſſumptionis ſtatus religioſi; nam matrimonium eſt in remediũ concupiſcentiæ (vt dictũ eſt) & ad propagationem naturæ humanæ; concupiſcentiæ autem, & propagationis actus nullus extra matrimonium licet; religioſi verò ſtatus obſeruantiæ aliis etiam mediis ſuppleri poteſt. Item coniugatus ex natura matrimonij non ita impeditus eſt, quominus operas, & obſequia impendere poſſit domino, ſicut religioſus cuius exercitia minus expeditum relinquunt ad obſequium domino præſtandum. Ideo eccleſia, quæ non irritauit ſeruorum matrimonium, nec irritare poteſt; potuit tamen irritare, & de facto irritauit profeſſionem ſerui ſine licentia domini factam, tum nè dominus ipſo inuito priuetur re ſua, & debitis obſequiis; tum etiam quia inhoneſtus, & indecens eſt famulatus religioſi in obſequium domini; ſicut & ob ſacri ordinis dignitatem, ſtatutum eſt, vt ſeruus contra voluntatem Domini; nec manumiſſus ordinaretur ab Epiſcopo, ignorante, aut contradicente domino can. *ſi ſeruus d.* 54. Epiſcopo ſcienter ſeruum ordinanti abſente, vel ignorante domino iniungitur pœna, vt cogatur eum recompenſare dando duos ſeruos, ſeu duplicatum pretium domino, etſi *cap. de ſeruorum*, ſeruus non manumiſſus, & contradicente, vel ignorante domino ordinatus deponi iubetur ab ordine, & ſic domino reſtitui; de qua re cum aliis Marchinus *d. cap.* 3. *à n.* 1. *ad* 5.

In Eccleſia ſeruorum coniugia inuitis dominis contracta nunquam fuere nulla, & irrita.

322 Ex dictis colligitur primò nunquam in Eccleſia, neque etiam iuxta ius poſitiuum antiquum eccleſiaſticum coniugia ſeruorum inuitis dominis contracta fuiſſe nulla, & irrita, licet contrarium admittant Henriquez *d. num.* 4. *littera M. in commentario*, & Hurtadus *d. difficultate* 5. *num.* 11. Neque obſtat quod affertur ex Concilio Cabilonenſi *relato can. fin.* 29. *q.* 2. vbi dicitur, *coniugia ſeruorum non eſſe diſſoluenda, vbi coniunctio fuit legatis, & per voluntatem dominorum*, quo à contrario ſenſu denotari videtur, non fuiſſe valida, ſi facta fuiſſent contra voluntatem dominorum. Nam reſpondetur primò ex Gloſſa *ibidem*, verbo *voluntatem*, ſupplendum eſſe *maximè*, vt ſenſus ſit, nunquam ea matrimonia eſſe diſſoluenda, præſertim ſi ex conſenſu dominorum fuerunt contracta. Deinde ex eo, quod concilium dixerit non eſſe diſſoluenda, quando voluntate dominorum contracta ſunt, non neceſſariò infertur eſſe diſſoluenda, quando contracta ſunt contra voluntatem domini. Nam illatio à contrario ſenſu non eſt neceſſaria. Non obſtat ſecundò, quod adducitur ex conſtitutionibus Apoſtolicis, vbi (referente D. Clemente *lib.* 8. *conſtitut. Apoſtolicarum cap.* 34.) ſic habetur, *Fidelis vir, aut fœmina ſerui copulati, vel ſeparentur, aut eiiciantur*, nam reſpondet Turrianus ad eundem locum (quam reſponſionem approbat etiam Sanchez *diſp.* 21. *num.* 10.) id non intelligi de diſſolutione vinculi matrimonij, ſed de ſeparatione corporum; atque ita nè Euangelium blaſphemia vituperaretur, quaſi docens ſeruos fraudare dominum, eumque incommodo afficere; cum enim miniſterium, ſeu ſeruitium conuictu coniugali impediatur, conſtituerunt Apoſtoli, vt ſerui abſque domini conſenſu matrimonium contrahentes ſepararentur corpore, aut ab Eccleſia eiicerentur, id tunc enim expediebat ad vitandum ſcandalum Neophytorum in fide, quod iam ceſſauit; ac proinde modo Eccleſia neque ſeparat, neque eiicit. Denique non obſtat id quod deſumitur ex Baſilio *canone ſuo* 40. vbi videtur clarè ſupponere ſeruorum coniugia contra dominorum voluntatem non fuiſſe firma. *Quæ* (inquit) *præter Domini ſententiam ſe viro tradidit fornicata eſt, quæ autem poſtea libera matrimonio vſa eſt, nupſit; quare illud quidem fornicatio, hoc verò matrimonium; eorum enim, qui ſunt in alterius poteſtate, pacta conuenta firmi nihil habent.* Nam reſpondetur in iſto canone Baſilij in græco non contineri nullitatem eorum matrimonium, ſed exaggerationem quandam intemperantiæ mancipij nubentis abſque domini permiſſu, vt voluit Turrianus in *lib.* 8. *conſtitut. Apoſtolicarum D. Clementis cap.* 34. vel D. Baſilium fuiſſe illius ſententiæ, cum tunc res non ita clarè ab Eccleſia decisa eſſet, ſed in hoc non rectè ſenſiſſe.

Eccleſia non poteſt facere ſeruum inhabilem ad contrahendum matrimonium ſine Domini conſenſu

Secundò licèt Coninch *d. diſp.* 31. *num.* 29. *&* 30. & Pontius *d. cap.* 42. *num.* 3. ſentiant Eccleſiam potuiſſe, & poſſe efficere ſeruum inhabilem ad contrahendum matrimonium inuito Domino, plus etiam dicit Coninch. ſcilicet, exiſtente iuſta cauſa non minus aliquos iure humano poſſe priuari iure contrahendi matrimonij, quam ſua libertate. Contrarium tamen infertur, & conſtat ex dictis *ſupra nu.* 310. & in allegato tract. de *contract. matrimon. cap.* 11. *d. nu.* 63. *& ex d. cap.* 1. *de coniugio ſeru.* vbi nec inter ſeruos matrimonia debent vllatenus prohiberi, & expreſſè docent S. Thom. 1. 2. *q.* 104. *d. art.* 5. & Sanchez *d. diſp.* 21. *n.* 2. Gutierez, Rebellus, Azorius, Fagundez, Filliuccius *locis allegatis*, & idem ſentire videntur Bonacina, Villalobos, Auguſt. Barboſa *locis relatis*, & indicant Sotus, Petrus Ledeſma, & alij Thomiſtæ, & conuincit ratio adducta *dictis numeris* 320. *&* 63. Nempe quod ius hominis ad matrimonium eſt diuinum, & naturale à Deo, vt authore naturæ, & gratiæ conceſſum ad propagationem humanæ naturæ, & in remedium libidinis, atque peccati; ac proindè nulla lege humana, ciuili, aut Eccleſiaſtica tolli, & abſolutè impediri poteſt; cum in his, quæ ſunt iuris naturalis, homo ſoli Deo obedire teneatur, & nulla etiam videatur poſſe exiſtere legitima cauſa, ob quam homo priuetur abſolutè hoc remedio peccati, vt conſtat etiam ex dictis à me in *dicto tract. de contractu matrimonij d. cap.* 11. *nu.* 32. *&* 33. 323

Verum

Digitized by Google

324 Verùm obiicit Cooinch primò, quia ſi ratio modo, & *d.n.*320. adducta, & ex S. Thoma deſunpta aliqoid probaret, probaret etiam neminem per votum cootinentiæ ſe poſſe priuare iure, quod habet ad matrimonium, ſicut non poteſt ſe priuare poteſtate edendi. Et ſicut Clericus non poteſt ſe priuare priuilegio clericali, & ſiſtere ſe tribunali ſæculari, quia hoc cederet in iniuriam totius ordinis, cuius gratia hoc priuilegium conceſſum eſt ſingulis, ſic nemo poſſet ſe priuare iure contrahendi matrimonium. Secundò, quia indè ſequeretur malè Eccleſiam olim ſtatuiſſe ſex impedimenta oon dirimentia matrimonij ex crimine conſurgentia (quæ Sanchez *lib.* 7. *à n.* 8, *ad finem*, & idem Conineh *diſp.*30 *nu.*25. recenſent) quibns certis hominibos talia crimina patrantibus prohibebatur tota vita matrimonium; ſi enim nemo poſſit iure humano priuari iure contrabeodi matrimoniom, Eccleſia hoc illis probibere noo potuit.

Tertiò libertas homioi noo minus oaturalis eſt, quam matrimonium; ergo ſicut libertate, ita & iure contrahendi matrimonij poſſunt aliqui homines ex iuſta cauſa iure homano priuari, præſertim cum multò durius ſit priuari libertate, quam iure illo. Demum cum onlla ſit in ſiogulis ſaltem hominibus obligatio ineundi matrimonij, aut conſeruaodi illud ius, nulla eſt ratio, cur ex iuſta cauſa aliqoi eo priuari oon poſſint,

325 Ad primum negatur ſequela, ſeu aſſumptum; Nam etſi homo io his, quæ ſunt iuris naturalis non ſubdatur homini; ac proinde vllo iure humano abſolutè impediri non poſſit; ſubditur tamen Deo, & eius voluntati ſe conformare poteſt, ac proindè poteſt voto continentiæ ſe priuare iure ineundi matrimonij, cum id per conſilia Euaogelica à Deo ſuadeatur, illique placeat; è contra non poteſt ſe priuare poteſtate edendi, quia Deus non conceſſit illi dominium ſuæ vitæ. Clericus verò noo poteſt cedere priuilegio clericali, quia quoad hoc omninò ſubditur Eccleſiæ, quæ illi hoc non permittit, ſicut Deus author natoræ permittit homini priuare ſe iure contrahendi matrimonium, ratione ſtatus perfectioris aſſumendi.

Ad ſecundum Reſpondetur, per dicta impedimenta Eccleſiam non priuaſſe hominem iure contrahendi, ſed tantum inhibuiſſe contractum, quem facilè agenti pœnitentiam de crimine commiſſo, & petenti impedimenti relaxationem, concedebat. Reſpondetur ſecundò, Eccleſiam talibus impedimentis non interdixiſſe abſolutè matrimonium, ſed ex ſuppoſitione commiſſi criminis, quod ex voluntate committentis dependet, ac proindè ſicut delinquens propriâ voluntate, & ſponte delinquebat ita etiam propriâ voluntate & ſponte ſe priuabat iure licitè contrabendi mattimonium abſque Eccleſię diſpenſatiooe.

Ad tertium patet ex dictis *n.*320. ex reſponſione ad obiectionem Scoti cootra rationem S. Thomæ.

Ad vltimum negatur, ex eo quod homo non obligatur (excepto caſo neceſſitatis conſeruationis humanæ naturæ) contrahere, aut cooſeruare ius contrahendi, ſequi iure humano poſſe eum illo iure priuari; nam ipſi homioi tantum conceſſum eſt à Deo vt, aothore naturæ, & gratiæ, vt ſit cuſtos ſui ipſius circa naturalia (vt *n.*320. dictum eſt) ac proinde de illis poſſit diſponere, & ſe illis priuare, vel ab illis abſtinere ob bonum aoimæ, vel alium finem non malum; & quoad illa ſoli Deo ſubditur, illique ſoli obedire tenetur, iuxta dicta *eodem n.*320.

Leges ciuiles prohibentes, & irritantes matrimonia ſeruorum, quæ conſentientibus, vel inuitis dominis contracta fuerunt, ſemper nullæ, & irritæ.

Tertiò ex dictis infertur, leges ciuiles vetaotes, & Irritantes matrimonia ſeruorum cõtracta ſiue ex conſenſu, ſiue contra volnntatem dominorum. Vt §. *iuſtas autem nuptias Inſtitut. de nuptiis*, vbi definitur, *iuſtas nuptias contrahi ſolum inter ciues Romanos, ac proinde ſolum inter homines liberos, & l. cum ancillis C. de inceſtis nuptiis, vbi prohibetur connubium cum ancillis, ne filij, qui ventrem ſequuntur quoad ſeruitutem ſerui naſcantur*; infertur, inquam, non ſolum dictas leges eſſe abrogatas, per leges Pontificias d. can. *omnis.* 29. *q.*1. & dicto cap. 1. *de coniugio ſeruorum*, ſed etiam ſemper fuiſſe nullas, & irritas, vt tradunt Doctores, quos in *tra. de contract. matr. cap.*10 *num.*107. allegaui, Azorius, & Rebellus *locis citatis*. Ius enim ciuile non poteſt tollere ius natorale, ius autem hominis ad matrimonium (vt ex dictis *n* 310. conſtat) eſt oatorale, cum matrimoninm ſit iure diuino, & naturali inſtitutum in officium oaturæ, ſcilicet ad naturæ humanæ propagationem, & remedium libidinis atque peccati. Vnde etiam Reſpublica Paganorum, apud quos Eccleſiæ canones locum non habent, non poteſt nunc efficere ſeruos inhabiles ad contrahendum matrimonium, illiſue connubia prohibere; aut contrahentibus pœnam iniungere; neque vlla conſuetudine etiam id induci poteſt. Valeret autem conſuetudo, vt libera nubens ſeruo fiat ſerua; vt tradunt Paludanus *dict. diſt.*36. *q.*1. *art.*3. *concl.* 5. Gabr. *q.*1. *art.* 3. D. Antoninus 3. *p. tit.* 1. *cap.*3. §. 1. *fine*, & Sanchez *d. diſp.* 21. *n.* 4. Etenim ſicut ius ſcriptum potuit ex iuſta cauſa inuenire nouum modum ſeruitutis; ita & conſuetudo: quo modo mulier alienigena in eo loco coottahens ligaretur eâ conſuetudine, cum viri domicilium ſequatur; niſi ignoraret conſuetudinem, aut illum eſſe ſeruum, nam tunc excuſaretur ſecundum eoſdem auctores; quia ſicut ſtatuta ciuium non ligant ignorantes *c.* 2. *de conſtat. in* 6. ita nec conſuetudioes.

Dominus non tenetur conſentire matrimonio ſerui, non poteſt autem illum directè minis damni inferendi impedire, ne nubat; ſecus minis beneficij auferendi, aut leui increpatione, & quoad hoc, vel illud matrimonium; & ſeruus antequam contrahat, tenetur ſaltem petere domini conſenſum, aut conſilium.

Quarto, licet Domious non teneatur conſentire in ſerui, aut ſeruotum mattimonio, ſed poſſit licitè negare conſenſum nullum impedimentum verborum, aut minarum obtendendo, ne datuonm in ſeruitute patiatur, qood ex conſenſu, & ex tali matrimonio ſibi reduodare neceſſe eſt, vel poteſt, vt docent Heoriquez, Gutierez, Sanchez, Rebellus, Faguodez, Filliuccius *locis ſupra num.* 319. *relatis*, Nauarrus *in ſumm. cap.*14 *num.*21. *& alij communiter.* 327

328 † Nihilóminus ex dictis infertur non poſſe dominum poſitiuè, puta minis ſupplicij, vel damni inferendi impedire ſerui matrimonium, vt tradunt iidem Doctores *mox citati*, & alij *dicto num.*319. *relati*, cum enim ſerui ſint in hoc oegotio ſui iuris, nec dominis ſubdantur, iniuſtè Domini eis matrimonium ſeu hoc iure ſuo vti interdicunt; & cum res ſit grauis, id facientes mortaliter peccant, vt in terminis tradnnt Gutierez, Sanchez, & Ponrius, Coninch, Fillinccius & Nauarrus, & ad iniuriæ ſatisfactionem tenentur

ex'

ex iiſdem præſertim Rebello. † Hinc iure optimo
329 ſerui ab Eccleſia aduerſus dominos matrimonium
illis prohibentes defenduntur, & proteguntur, vt
Gutierez, Sanchez, & Fagundez. Hinc etiam non
poteſt dominus tuta conſcientia ſeruum punire,
quod matrimonium ſe inuito contraxerit; vſus eſt
enim iure ſuo, & in nihilo deliquit; Petrus Ledeſma,
Gutierez, Sanchez, Filliuccius, Fagundez. Quo
caſu an dominus puniens peccet mortaliter, id ex
qualitate ſupplicij diiudicandum aiunt iidem Do-
330 ctores. † Quamuis autem Dominus non poſſit po-
ſitiuè, & minis ſuppliciorum, aut damni ſerui matri-
monium impedire, ad illud tamen impediendum
poteſt ſeruo volenti contrahere minari ſubtractio-
nem beneficij, quod in ipſum ſua ſponte confert, vt
non ita ſplendidè eum induat, ac delicatè tractet,
ac in vilioribus occupet; Etenim cum hæc benefi-
cia ſuâ ſponte conferat Dominus, poterit pro libito
auferre; quare non poterit ſeruus meritò conqueri;
Quemadmodum nec pater poteſt matrimonij con-
tractum filij impedire minis malorum inferendo-
rum, poteſt tamen quæ iure ſibi permiſſa ſunt, mina-
ri, vt exheredationem caſu quo ſibi permiſſum eſt,
vt dixi *in tract. de contractu matrim. cap.* 11. *n.* 70. quod
etiam in terminis tradunt Sanchez Gutierez, Petrus
331 Ledeſma, & Fagundez. † Poterit etiam dominus
prætenbere ſeruo, ne contrahat in loco diſtanti, ſi in
proximo poteſt, ne ſe domini ſeruitio ſeducat, vt do-
cent Pontius, & Rebellus *vbi ſuprà* ex Gabr. *d. diſt.* 36.
q. 1 *art.* 3. Et ob eandem rationem damni notabilis in
ſeruitute patiendi poterit impedire matrimonium
cum certa perſona v. g. morbo gallico, vel lepra, aut
alio ſimili morbo infecto, relinquendo libertatem
quoad alias perſonas. Poterit inſuper Dominus leui
increpatione, & ſuaſionibus ſeruum à certo matri-
monio contrahendo retrahere, ſi adſit aliqua alia
iuſta, & rationabilis cauſa id faciendi, ſicut in ſimi-
li de Patre reſpectu filij dixi *d. num.* 70. *dicti capitis* 11.
332 † An autem ſerui antequam contrahant matrimo-
nium, teneantur ſaltem petere dominorum con-
ſenſum, aut conſilium Coninch *dict. diſp.* 31. *num* 32.
affirmat dicens, ſeruos, niſi aliqua iuſta cauſa aliud
ſuadeat) qualis eſſet ſi timerent, ne dominus ma-
litioſe eorum matrimonium impediat) teneri prius
dominorum conſenſum petere, antequam cum ali-
qua contrahant; quia hoc exigere videtur reueren-
tia, quam iis debent, præſertim cum ſæpe multum
dominorum interſit, vtrum ſerui cum hac, vel cum
illa contrahant, ideoque durum dominis ſit, ſi ſer-
ui eis inconſultis cum aliqua contrahant, quæ ipſis
valde ingrata, ac multas moleſtias paritura ſit. Ve-
rum exiſtimo quidem, quod ſeruus inconſultô do-
minô, & contra eius voluntatem contrahens matri-
monium, ex quo oriri poſſet graue ſcandalum, vel
rationabiliter futurum eſſet domino ingratum, &
valde moleſtum, aut damnoſum peccaret, præſer-
tim ſi poſſet nubere abſque ſimilibus incommodis
iuxta dicta *dicto cap.* 11. *n.* 84. *&* 87. Vix tamen credo
ſeruos teneri primò petere conſilium, aut conſen-
ſum dominorum; qui vt plurimum eos conarentur
impedire. Neque quoad matrimonium contrahen-
dum ſerui videntur erga dominos eam debere reue-
rentiam, quam filij debent parentibus, ita vt in ſer-
uis debeant habere locum, quæ de filiis volentibus
nubere quoad petendum prius parentum con-
ſenſum, vel conſilium latè dixi *dicto cap.* 11. *à nume-
ro* 78. *ad* 88,

*Domini an poſſint indirectè ſeruorum matrimo-
nium impedire eos de matrimonio tra-
ctantes, vendendo in remotas
regiones?*

Num autem dominus certior factus de tractatu 333
mancipij ineundi matrimonij poſſit licitè, & iuſtè
tale matrimonium impedire indirectè, vendendo
illud in remotis regionibus, ſeu aliò vendendum
mittendo, vt ſeruet ſe immunem damni, quod ex
ſerui matrimonio in ipſum dominum redundat.
Conueniunt Doctores, quod ſi ſeruus contraxit
ſponſalia ex licentia & facultate domini; nefas eſt
domino illum venundare ad illius matrimonium
impediendum, quia eo ipſo, quòd ei tribuit facul-
tatem contrahendi ſponſalia, implicitè ei promittit,
quod permittet ei contractum inire; atque ita ex iu-
ſtitia tenetur eum ſine notabili neceſſitate non ita
vendere, vt matrimonium eius omninò impediatur.
In notabili vero neceſſitate eum poſſe vendere et-
iam contracto matrimonio conſtabit ex dicendis;
nec licentia, ſeu promiſſio præfata domini cenſenda
eſt comprehendere caſum neceſſitatis. Ita Coninch,
& alij allegandi.

Difficultas ergo eſt quando vel nulla ſunt à ſeruo 334
contracta ſponſalia, vel ſine domini facultate. Et
ſunt tres ſententiæ. Prima aſſerit nullo modo licere
domino vendere in remotis, vel aliò mittere ſeruum
volentem contrahere matrimonium, etiamſi nulla
ſint præmiſſa ſponſalia; primò quia ius ſerui ad ma-
trimonium contrahendum non poteſt impedire, cum
ad hoc ſerui ſint ſui iuris, vt *num.* 320. & ſequentibus
oſtenſum eſt. Secundò, quia iudex Eccleſiaſticus
poteſt tunc dominum cenſuris prohibere, nè ſer-
uum vendat, vel aliò mittat, ita vt illi matrimo-
nium impediatur. Tertiò, quia in fraudem matrimo-
nij id fieret, fraus autem, & dolus nemini patroci-
nari debet, cum omnia iura diuina, & humana frau-
di reſiſtant. † Secunda ſententia docet, licere do-
mino abſque peccato iniuſtitiæ, etiam ſine neceſſi- 335
tate vendere in remotis regionibus ſeruum poſt tra-
ctationem de ineundo matrimonium, & etiam poſt
ſponſalia à ſeruo inita ſine domini licentia: ita Co-
ninch *d. diſp.* 31. *num.* 34. Et probatur quia per matri-
monij tractatum, vel ſponſalia illa non amittitur, nec
diminuitur dominium, quod dominus antea in ſer-
uum habebat; ac proindè ſicut eum antea vendere
poterat, ita & poſt. Tertia ſententia cenſet ſi poſt
tractatum ineundi matrimonij ſeruus iam ſponſalia
iniit, non poſſe licitè dominum illum vendere, &
eo medio vti ad impediendum matrimonium; ſi ve-
rò ſponſalia nondum ſint inita, poſſe ſic venunda-
re, nihil impediente illa matrimonij ineundi tracta-
tione. Ita Sanchez *d. diſp.* 2. *num* 9. Gutierez *d. cap.* 92.
num. 6. Filliuccius *d. cap.* 1. *num.* 50. & Fagundez *d. cap.*
14. *num.* 6. Quod non poſſit licitè initis iam ſponta-
libus probatur, tum quia per illa ſponſalia iam eſt
cœptum, & veluti in fieri matrimonium; tum quia
ſeruus inuito domino poterat fidem ſuam fœminæ
ſeruæ, vel liberæ de matrimonio cum ea ineundo
adſtringere; atque adeo per eam promiſſionem, &
fidem legitimum ius comparauit fœmina ad matri-
monium prædicti ſerui; Vnde cum iam tertio ius ſit
acquiſitum, non poteſt dominus ius tertij impedire.
Neque dicas inito matrimonio adhuc poſſe licitè
ſeruum venundari in partibus remotis, ergo multò
magis poſt ſola ſponſalia. Nam primò antecedens
plures non admittunt. Secundò eo iuxta multorum
ſententiam admiſſo, adeſt diſpar ratio, etenim con-
tracto iam matrimonio illud non impeditur ea ven-
ditione; quod ſi impediatur vſus matrimonij Do-
ctores

ctores antecedens admittentes aiunt, id licere ea eo, quod ius domini ad vendendum antiquius eſt iure vſus matrimonij, non autem ipſius contractus, ac proinde illi præualere: initis verò ſolùm ſponſalibus impeditur ius antiquius, & potentius ad contrahendum matrimonium inuito domino. Quod autem ſponſalibus nondum contractis liceat domino vendere, probatur, quia ante ſponſalia cum ius nulli tertio ſit acquiſitum, non amittitur à domino, nec ei interdictum manet ius, quando antea habebat ad vendendum ſeruum; nec directè impedit matrimonium, ſed iure ſuo vtitur dominus, vt ſuæ indemnitati conſulat; nec poteſt dici fraudem in matrimonium committere, quia iure ſuo vtitur, iuxta ea, quæ dixi in tractatu de *contractu matr. cap. 1. n* 80. Et quamuis pater nequeat filij matrimonium impedire minis, & terroribus grauibus; poteſt tamen, quando tale matrimonium ipſum non decet prudenti modo illi obſiſtere iure ſuo vtens, vt oſtendi *dicto tract. de contract. matr. cap. 11. num.* 70. Vnde ſi pater bono, & prudenti modo poteſt obſiſtere matrimonio filij, cur non poterit dominus, vt ſe indemnem ſeruet, bono & prudenti modo impedire matrimonium ſerui illum diſtrahendo? Iudex autem, & eccleſia defendit ſeruum propter præſumptionem violentiæ illatæ à domino, ne ſerui contrahant; nam ſi iudici conſtet, nec violentiam inferri ſeruo, nec illum fidem ſuam adſtrinxiſſe, non poteſt iudex, & Eccleſia ſeruum defendere, nec præceptum iudicis, nec excommunicatio valebit: Ex quibus iuxta hanc ſententiam dictis ſoluta manent fundamenta primę,
336 & ſecundæ ſententiæ. Ex his tribus ſententiis prima, & tertia mihi videntur magis probabiles; & primam etiam exiſtimo probabiliorem, quam tertiam, ita quod neque ante ſponſalia dominus licitè poſſit ſeruum volentem matrimonium contrahere, ſeu tentantem de matrimonio contrahendo impedire, diſtrahendo illum in partibus remotis; quod ſentire videntur omnes Doctores, qui abſolutè, & abſque vlla diſtinctione aiunt peccare dominum, qui impedit mancipium, quo minus contrahat matrimonium; & ex Doctoribus *ſuprà num.* 329. relatis ſunt, Rebellus, Pontius, Layman, Villalobos, & videntur idem ſentire, licet, non ita apertè Petr. Ledeſma, Paludanus, Sotus, & alij ea allegatis *d. n.* 319. & videntur ſatis clarè oſtendere rationes ad eandem primam ſententiam confirmandam adductæ; & quia hoc eſt poſitiuè impedire ſerui matrimonium, licet indirectè, ſicut poſitiuè impediretur, ſi dominus teneret in vinculis, vel clauſum in cubiculo ſeruum, nè matrimonium iniret, nec videtur poſſe dici dominum vti iure ſuo, cum ſit antiquius, & potius ius ſerui ad matrimonium, vt pote naturale, pręualens iuri domini ad illum diſtrahendum, de illone diſponendum cum matrimonij præiudicio; & quia alioqui ſemper ſeruis poſſet claudi via contrahendi matrimonium (niſi omninò clam, & ita ſecreto, vt dominos lateret, quod de rarò euenire poteſt) nam domini cognita, ſeu ſubodorata tractatione ineundi matrimonij facta per ſeruos, poſſent illos diſtrahere ad indirectè matrimonium impediendum; Addo, quod etiam per ſolam tractationem de contrahendo matrimonium videtur quodammodo cœptum matrimonium. Quare in tali caſu dominus non poteſt dici vti iure ſuo, quod tunc non habet ad matrimonium impediendum, licet indirectè impediat; ac proindè fraudem in matrimonium committere videretur, atque adeo hîc non videntur habere locum dicta præallegato *cap. 1. n.* 80. *& dicto cap. 11. n.* 70. *mei tractatus de contractu matrimonij.* Quid vero ſi dominus tunc ſeruum poſt matrimonij tractatum, vel ſponſalia venderet ob vrgentem neceſſitatem, an tunc poſſet licitè vendere in remotis regionibus, cum in proximis partibus non poſſet, conſtabit ex dicendis.

Seruus coniugatus, ſi eodem tempore dominus illi ſeruitium præcipiat; & coniux debitum coniugale exigat, cui potius obſequi debeat?

Nunc ad quæſtionem initio paragraphi propoſi- 337
tam; an ſeruus, vel ancilla poſt matrimonium contractum magis teneatur Domino obſequia præſtare, quam coniugi exigenti debitum reddere, quando ſimul non ſtant obſequium domini, & reddere coniugi debitum, puta ſi eodem tempore coniux debitum exigat, & dominus aliquod ſeruitium, quod tunc impediat debitum reddendum, pręcipiat. Dixi *poſt matrimonium contractum* ſcilicet in ſeruitute; quia ſi matrimonium prius fuit initum, quàm ſeruitus, quæ matrimonio ſuperuenerit, certum, & indubitatum eſt, potius ſatisfaciendum eſſe coniugi rationabiliter petenti attenta ſeruitute; nam ex hoc quod alter coniugum v. g. maritus effectus ſit ſeruus (puta, quia ſe ſponte vendiderit, vel alia iuſta cauſa in ſeruitutem redactus ſit) non præiudicatur matrimonio, aut vxori, quæ prius habet ius in corpus alterius; vt Paludanus *d. q. 1. art. 3. concluſ.* 4. Sanchez *lib. 7. diſp. 23. num. 2.* & in his terminis tradit etiam Hurtadus *dicta diſp. 14. num. 1.* Quæſtio ergo procedit quando matrimonium poſt ſeruitutem
contractum eſt. † Dixi etiam, *quando ſimul non ſtant* 338
&c. nam alioqui per contractum matrimonij ſeruus non liberatur ab obſequiis conſuetis domino exhibendis, vt tradunt communiter Doctores *num.* 319. relati, & alij omnes, & apertè conſtat ex verbis *d. cap. 1. de coniugio ſeruorum* relatis *initio numeri* 320. *ibi; Debita tamen, & conſueta ſeruitia non minus debent propriis dominis exhiberi.* Vbi etiam ſcribentes Hoſtienſis, Io. Andreas, Butrius, & alij explicant, maximè conſueta, etenim non conſueta quoque obſequia poſt matrimonium etiam de Dominorum conſenſu contractum debent ſerui domino præſtare; quia quidquid ſeruus eſt, Domini eſt § *item nobis. Inſtit. per quas perſonas nobis acquiratur*; vel ibi dicitur *conſueta*, quia (vt notauit Sanchez *d. diſp. 21. num. 1.*) ſi alicubi viguiſſet conſuetudo, vt ſerui coniugati ad certa quædam ſeruitia adſtringerentur, Eccleſia eam tueri deberet. Quare controuerſia procedit ſolum quando ſimul à coniuge petitur debitum, & à domino præcipitur ſeruitium eodem tempore præſtandum.

Et prima ſententia eſt, prius, & potius eſſe ſatis- 339
faciendum domino rationabiliter petenti attento coniugio ſiue conſentiente, ſiue diſſentiente domino matrimonium fuerit à ſeruo contractum. Ita Hurtadus *d. diſp. 14. n* 13. & prius docuerunt Innocentius, Hoſtienſis *in d. cap. 1. de coniugio ſeruorum* & Goffredus *in ſum. tit. de coniug. ſeru. num.* & probatur primo ex *d. cap.* 1. vbi dicitur dominis exhibenda eſſe debita, & conſueta ſeruitia à mancipio coniugato non minus, quàm ſi coniugatus non eſſet. Quare cum ſeruus prius eſſet obligatus domino, quàm coniugi, & res transeat cum ſuo onere ad poſſeſſorem. *cap. ex literis, de pignoribus*, prius domino, quàm coniugi petenti obſequendum erit; id quod confirmatur, quia qui prior eſt tempore, potior eſt iure *de reg. iur. in* 6. & iuri iam acquiſito nemo præiudicare poteſt. Limitatur tamen hæc ſententia, quando periculum incontinentiæ, ſeu fornicationis immineret coniugi petenti non reddito ſtatim ſibi debito, niſi eodem tempore mortis periculo eſſet Dominus expoſitus ſuperueniente inimico.

Secunda

illicitam ſe tenet ea parte perſonæ eiuſdem exigentis, non vero ex parte actus. Nam contra eſt, quia circunſtantia illa ſe tenens ex parte perſonæ vitiat actum prout hic, & nunc fit; ſicut & actus ipſe adminiſtrandi confeſſionem vitiatur ex excommunicatione, quâ ſacerdos miniſtrans eſt ligatus, quamuis actus ille ſit bonus; & aliàs eſſet licitum petere ſacramentũ ab excommunicato, qui abſolui non poteſt, quod tamen falsũ eſt, vt ex doctrina Vaſquez *in opuſculo de ſcandalo a. 8. dub. 4. n. 41.* ſupponit *loco citato* Pontius, & hac ratione confirmat, quia tunc ſacramentũ petitur ab eo, qui annuens petitioni nõ poteſt bene, vel male adminiſtrare ſacramentum, ſed neceſſariò adminiſtrat malè, cum non habeat copiam abſolutionis; & tunc petitio habet rationem ſcandali actiui, quia petit id, quod neceſſario faciendum eſt malè, ſi fiat; ſic ergo, qui cooperatur vſui corporis cum petente impedito caſtitatis voto, peccat, quia licet ille vſus ea ſe ſit licitus, & non afferat ſecum eam circumſtantiam voti, prout tamen hic, & nunc exercetur non eſt licitus, quia illa circumſtantia vitiat & petitionem, & vſum petentis, cui vſui alter reddẽdo cooperatur. Id quod etiam explicat Pontius ſequentibus exemplis, nempe, quod qui miniſtrat carnes in die veneris, aut cœnam ieiunanti parat, peccat; quia actus ille, etſi ſecundum ſe non ſit illicitus, attamen ex circumſtantia temporis illicitus eſt; & ſimiliter, ſi quis miniſtraret cœnam ſcienter habenti votum ieiunandi illo die, peccaret; vel quia miniſtraret carnes Carthuſiano, quem ſciret non poſſe carnes comedere, cũ tamen hæc omnia non ſint ſecundum ſe mala, ſed ex circunſtantia perſonæ. Quibus exemplis addi poteſt aliud, quod petenti in loco ſacro, vel publico non licet reddere actum coniugalem, quia hic & nunc eſſet peccatũ ſacrilegij, vel contra honeſtatem, licet aliàs actus coniugalis ſit ex ſe licitus, ergo nec licet reddere coniugi voto aſtricto petenti, cùm actus hic, & nunc à petente non poſſit exerceri ſine malitia ſacrilegij. Et hanc eandem ſententiam tenet Raphaël Aueſa *quæſtiua. 10. de matr. ſect. 4. fine*, loquens de coniuge aſtricto voto caſtitatis, cui nit alterum nec teneri, nec poſſe licitè reddere, declarans tamen dummodo poſſit negare abſque ſuo, vel alterius graui diſpendio, nam alioqui, inquit, non teneb̃itur cum tanto damno peccatum alterius impedire iuxta communes regulas de obligatione charitatis.

241 Contrarium tamen, & etiam quando coniux exigendo debitum peccat ob circumſtantiam ſolius perſonæ non priuantem iure exigendi, quæ libertati non ſubeſt, ita vt ipſe petens ſe liberare ab ea non poſſit (vt v. g. ſi petens ſit voto caſtitatis ſimplici ligatus) & admonitus, ac rogatus deſiſtere à petitione inſtet; & non acquieſcat, alterum licite reddere, & teneri reddere verius, & probabilius affirmãt Adrianus *loco ſuprà num. 236.* allegato cum moderatione tamen quæ ponitur *infra num. 242. fine*, Petrus Soto *d. lect. 16. de matrimonio fine.* Petrus Ledeſma *de comm. quæſt. 53. art. 2. verſic. In huius rei expoſitionem*, Couarruuias *de ſponſal. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 6.* Suarez *de cenſuris diſput. 15. ſect. 4. num. 9.* Rodriquez *in ſum. part. 1. cap. 91. num. 4.* Henriquez *lib. 11. cap. 15. num. 9. litera F in textu, & comm.* Sanchez *lib. 9. dict. diſput. 6. num. 3. & 12. & diſput. 33. numero 8. & lib. 4. ſum. cap. 21. num. 18.* Rebellus *de oblig. iuſtit. part. 2. lib. 3. quæſt. 17. n. 10.* Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 41. num. 55. verſic. Dico tertio*, Reginaldus *lib. 31. numero 352.* Martinus Perez *de matr. diſput. 50. ſect. 5.* Diana *part. 3. tract. 4. reſol. 296.* Coninch, Bonacina, Layman, Filliuccius, Villalobos *locis ſuprà n. 236 allegatis.* Caſtrus Palsus *p. 3. tr. diſp. 3. puncto 4. §. 6. n. 7.* & plures alij apud Henriquez, Sanchez, & Rebellum. Probatur hæc ſententia quoad coniugem malè petentem ratione voti caſtitatis, cum in hoc caſu cõiux voto aut alio ſimili impedimento perſonali non priuãte iure petendi ligatus illicitè petens debitũ verè habeat ius exigẽdi, quo ratione voti ſimplicis nõ priuatur, quodq; per renunciationẽ, aut abdicationẽ (vt modo ſupponimus) non amiſit, alter ex obligatione iuſtitiæ cõmotatiuæ, & orta ex cõtractu matrimonij, debitũ coniugale reddit, ergo licitè reddit, & tenetur reddere. Quare reddẽs non conſentit exigentis peccato, cũ doleat ipsũ peccare, nec ad petendũ incitet, nec poſſit impedire nõ reddendo, cum lege iuſtitiæ res ſua domino exigenti ex iuſtitiæ obligatione ſit reddenda, nec teneatur impedire, cũ malitia proueniens ex circũſtantia perſonę petẽtis vitiet petitionẽ, & non actũ in ſe, neq; afficiat redditionẽ, & etiam negare debitũ, & peccatũ alterius impedire ſine graui malo non poſſit, prout dictũ eſt *ſuprà n. 235.* Vnde etiã non poteſt dici, quod idem reddens cooperetur moraliter peccato exigẽtis, eo quia cooperetur actui coniugali, qui hic, & nunc eſt illicitus, cũ ab exigente non poſſit niſi malè exerceri; nam actus ille ex ſui natura eſt licitus, & hic, & nunc non vitiatur in ſe, ſed eſt illicitus totũ reſpectu exigentis ob ſpecialem circumſtantiam ipſius. Quare reddens cooperatur tantum materialiter peccato alterius, id eſt cooperatur quidem externæ actioni, in qua alter peccat, non tamen ei cooperatur, qua peccatum eſt, quia nullo modo eſt cauſa cur debitum exigat, ſed ſolũ cooperatur ei quatenus eſt actio ſibi licita, & exigenti ex obligatione iuſtitiæ debita. Quemadmodum depoſitarius exactus dans pecuniam, ſeu aliam rem domino exigenti, & accipienti cum praua intentione, vel alia circumſtantia ex parte ipſius, quæ reddit acceptionem pecuniæ ſeu rei illicitam, & malam non cenſetur cooperari ad peccatũ eiuſdem accipientis (niſi per pecuniã aut aliam rem illani nocumentum, ſeu iniuria tertij intẽderetur, vel ſui ipſius interfectio, vt ſi gladius depoſitus peteretur ad ſe, vel aliũ innocentem occidendum) quia datio reſpectu depoſitarij eſt licita, & debita ex iuſtitia; & ſicut etiam ex iuſta cauſa accipiens mutuum ab vſurario illud dante ad vſuram; & dans vſurario aliquid vltra ſortem, vel accipiens eleemoſynas ab eo, qui malo animo eam dat, nullo modò cenſetur formaliter, & propriè cooperari illorum peccato. † Neque dicat Pontius 242
in huiuſmodi caſibus depoſitariũ, vel mutuatarium, aut accipientẽ eleemoſynam malo animo non exercere neceſſario malè talem actionem, cum ſit in poteſtate ſua malè, vel bene exercere, & ſua culpa malè exerceat; at in noſtro caſu coniux exigens debitum coniugale neceſſariò malè exercet vſum ſui corporis, ſeu actum coniugalem; Et ideo reddens cooperatur peccato, ſeu actui coniugali quatenus peccatum eſt; cum hic, & nunc non poſſit, niſi cum peccato ab exigente exerceri. Nam contra hanc reſponſionem eſt, quia licet in prædictis caſibus accipiens rem depoſitam, vel vſuram, & mutuans ſub vſura, aut dans eleemoſynam malo animo poſſit, ſi velit bene, actum accipiendi, vel dandi exercere, tamen dum accipit, vel dat cum praua illa circumſtantia reſpectu illius non minus hic, & nunc eſt illicita; & mala acceptio, aut datio, quam reſpectu coniugis voto caſtitatis aſtricti exigentis debitum coniugale hic, & nunc eſt illicitus, & malus vſus corporis, ſeu actus coniugalis, ſicut etiam dum coniux affectu fornicario exigit, & vult exercere actum coniugalem hic, & nunc reſpectu illius, ac ſi eſſet voto caſtitatis ligatus, eſt copula illicita, & mala; ergo ſicut in hoc caſu, & in aliis prædictis nulla cenſetur cooperatio ad peccatum ex parte reddentis debitum coniugale, aut ex parte depoſitarij, vel mutuatarij, vel

D. Io. Angel. Boſſius, De effectib. contr. Matrim.

accipientis

accipientis eleemoſynam; neq; in hoc caſu, quo coniux exactus reddit debitum exigenti voto caſtitatis aſtricto, vel ęquè in omnibus erit cooperatio ad peccatũ alterius, quod eſt falsũ, neq; admittit Pontius. Contra cuius reſponſionem etiam eſt, nam ſi non ſolũ exiſtens in mortali; ſed etiam in excõmunicatione occulta nora tamen à Parocho petat in publico Euchariſtiam, Parochus licitè adminiſtrat, licet petens hic, & nunc non poſſit bene petere, & accipere Sacramentum; Item ſi excommunicatus occultus petat à Parocho, vt aſſiſtat illius matrimonio licitè aſſiſtit, & tenetur aſſiſtere, licet excommunicatus ante abſolutionem nequeat abſq; peccato mortali contrahere, vt *in tractatu de contractu matrimonij cap. 9. numero* 98. dixi, & docet idem Pontius *lib. 6. cap.* 10. Ita etiam licet coniux aſtrictus voto Caſtitatis petẽdo debitum peccet mortaliter, alter redendo non peccat. Ratio igitur generalis, cur & in caſu noſtro (de quo principaliter diſſeritur) & in aliis caſibus non adſit cooperatio ad peccatum, eſt, quia ex ſui natura actus non eſt malus, ſed licitus, & qui ad illum concurrit, id facit ex iuſta cauſa, neque eſt cauſa, vt alter qui cum peccato vult actum exercere illum exerceat, vel tali modo, cui culpa annectitur, exerceat. Quare in omnibus præallegatis caſibus depoſitarius exactus reſtituens pecuniam domino intendenti eâ malè vti, mutuatarius accipiens mutuum ab vſurario dante ad vſuram, aut ei dans aliquid vltra ſortem, accipiens eleemoſynam à dante malo animo, Parochus adminiſtrãs Euchariſtiam excommunicato occulto illam petenti in publico, vel aſſiſtens excõmunicato occulto volenti contrahere matrimoniũ, Coniux exactus ab altero coniuge exigente malo fine, vel cũ ligamine voti caſtitatis reddens illi debitum, licet cooperetur actioni illi externæ (nempe acceptioni, vel dationi, vel vſui Sacramenti, aut contractui, vel actui coniugali) in qua alter peccat, non tamen ei cooperatur ad peccatum, nec ipſe peccat, quia actio altàs ex ſe non eſt mala, ſed licita, & non eſt alteri cauſa, vt vel illam exerceat, vel tali modo exerceat, & ſolum ei cooperatur, quatenus eſt licita, vel etiam à ſe debita ex obligatione commutatiuæ iuſtitiæ. Hanc autem ſententiam licet Adrianus limitet, non procedere, ſi vouens caſtitatem voluit à ſe abdicare quantum in ipſo carnalis commercij poteſtatem: Hanc tamen limitationem non admittit Sanchez *d. nu.* 7. niſi in caſu, quo vir vouens inſinuet vxori ita ſe velle Deo per votum caſtitatis obligari, vt nullum prorſus poſtea ius habeat in ipſius vxoris corpus; atque ab vxore acceptaretur, tunc enim iam demceps cum vir amiſerit ius petendi per pactum illud, non tenebitur vxor, inquit, reddere; ſecus verò ſi ſoli Deo obligaretur per votum etiam illo animo amittendi ius in vxoris corpus, quia adhuc manet dominus corporis vxoris; & ius priſtinum in illud retinet, quamuis ſacrilegè votum violet illo vtens petendo. Quemadmodũ quibuſcunq; verbis, & quacunque intentione votũ eleemoſynę emittatur, vouens manet dominus, donec tradat pauperi. Ita Sanchez. De qua tamen re, ſcilicet per actus internos hominem ſe Deo, & non homini obligari latiſſimè egi *in tertio tomo mor. ver. tit.* 3. §. 3. per totum. Eadem ſententia ſpecialiter probatur, quando coniux illicitè petens eſt priuatus iure exigendi ob cognationem ſpiritualem, vel affinitatem culpabiliter contractam cũ altero coniuge carente culpâ; probatur, inquam, tum ratione iam adducta, quod cũ actus ille coniugalis non ſit ex natura ſua illicitus, ſed ex circunſtãtia ſe tenente ex parte exigentis, idemmet actus, vt ſe tenet ex parte coniugis reddentis, carentis circumſtantiâ vitiante, eſt licitus, ac proinde redditio nõ eſt cooperatio ad peccatum, nec reddens eſt cauſa, vt alter illum exerceat, vel tali modo, cui culpa annectitur: Tũ alia ratione communi (ſcilicet, ſiue illicitè petens habeat impedimentũ priuans iure petendi, ſiue tantum petitione licita) nam cõiux innocens, & carens voto ob delictum inceſtuoſi, vel votũ alterius non debet grauari (vt de delicto inceſtuoſi cõiugis ex preſſe habetur cap. tranſmiſſa, & cap. Tuæ, de eo, qui cognouit) & ideo nõ debet ſpoliari, aut diminui poſſeſſione, & pleno iure, quod habet petendi, alioqui non modicum onus, & grauamen ſubiret, ſi ſemper debeat ipſe petere) & ſcrupulis vexaretur etiam in petendo exiſtimans, ne fortè moueatur ex tacita alterius petitione, & ita potius reddere, quam petere videatur. Confirmatur, quia ideo coniux non dubius de valore matrimonij coniugi dubio exigenti poteſt reddere licitè debitũ; quia cum ſit in poſſeſſione pacifica matrimonij poteſt vti plenè ſua poſſeſſione petendo, & reddendo; nec aliquo modo illa ſpoliari debet ob alterius dubium; Ergo etiam in præſenti caſu coniux innocens, & carens voto, licitè poteſt, ſi velit, reddere coniugi inceſtuoſo, vel aſtricto voto caſtitatis; nec ob delictum, aut votum alterius debet iure, & poſſeſſione petẽdi, & reddendi priuari. Quod ſi vterque coniux ob inceſtum poſt matrimonium commiſſum eſſet priuatus iure exigendi, tunc ſicut neuter poſſet petere licitè, ita etiam neuter poſſet licitè reddere, ſicut quando vterque eſt ligatus mutuo voto caſtitatis cum abdicatione dominij.

Solutio obiectorum contra poſitam ſententiam.

Ex prædictis verò euanet ſoluta ſecunda ratio 143
Pontij adducta ad probandam priorem ſententiam; quæ ratio ſi vigeret, probaret neque coniugi exigenti debitum malo fine poſſe alterum licitè reddere, aut teneri reddere, vt ex modo dictis conſtat; nam etiam in tali caſu licet exigens poſſit benè, & licitè petere, & actum coniugalem exercere, tamen dum cum mala intentione petit, & vult congreſſum coniugalem exercere hic, & nũc reſpectu illius petitio, & copula eſt illicita, & mala. Præterea contra eandem rationem aliud exemplum præter ſuperius allata militat, nam ſi quis apud alium certam pecuniæ quantitatem v. g. centũ aureorũ depoſuiſſet, & poſtea neque ei donans, neque promittens, ſoli Deo voueret ſe dictam quantitatem minimè petiturum, nihilominus ſi exigat tenetur depoſitarius reddere, cum nullũ ius retinendi habeat, nec ob id diceretur cooperari ſacrilegæ fractioni voti petẽtis, quia ex iuſta cauſa, nempè vt ſatisfaceret obligationi iuſtitiæ dãdi rem ſuam domino exigenti, reſtitueret. Neq; verum eſt, quod ait Pontius depoſitariũ voti conſciũ poſſe pecuniam in ſuos vſus cõſumere, ſi cũ deponens vouit non petere, fecit votũ de non extrahendo ex poteſtate illius neq; per ſe, neq; per alium, eo quod tunc cenſeatur quædam donatio, ſi verò fecit votum ſolum de non extrahendo per ſe, non poſſe reddere illi petenti, ſed bene alteri eius nomine. Non, inquam, id verũ eſt; quia ſiue vouerit Deo, ſeu ſoli Deo promiſerit non petiturum per ſe, & per alium, ſiue tantũ per ſe, depoſitarius ratione huius voti nullũ acquirit ius proprium in pecuniã depoſitã, quia verè nulla eſt donatio, & promiſſio homini facta, ſed ſoli Deo; ac proinde cum ſicut poſt votũ, ſicut ante idem votũ careat iure retinendi, tenetur exigenti reſtituere, & licitè reſtituit. † Porro ad id 144
quod Pontius in eadem ſecũda ratione dicit de petẽte adminiſtrationẽ cõfeſſionis à ſacerdote excõmunicato non denũciato nominatim, vel nõ notorio clerici percuſſore, qui nõ habet copiã abſolutionis; Reſpondetur primò poſt extrauagantẽ Martini V. Ad euitanda iuxta opinionẽ probabiliorẽ, quã latè probaui

in

Digitized by Google

in tractatu de contractu matrimonij cap. 9. nu. 130. non excommunicato licere etiam in diuinis communicare cum ſacerdote excõmunicato tolerato, & illũ inducere ad ſacramentorũ adminiſtrationem, neq; talem ſacerdotem ſic inductũ adminiſtrando peccare quãtum eſt ex vi cenſuræ; ac proinde ſi contritus adminiſtrat carere culpâ; quia eo ipſo quod Eccleſia per dictam extrauagantẽ aliis fidelibus concedit, vt poſſint cum excommunicatis toleratis cõmunicare in omnibus, & illos inducere ad diuina adminiſtranda, indirectè etiam eiſdem excommunicatis permittit eandẽ communicationem non in fauorem ſui, ſed eorumdẽ fideliũ, dummodo ſe ſpontè non ingerant, vt *d. n.* 103. oſtendi. Reſponpetur ſecundò data altera ſententia (quam latè explico *eodem cap. 9. nu.* 102. quod ipſi excommunicati tolerati etiam poſt dictam extrauagantem ſicut ante vi excommunicationis peccant communicando in ſacramentis, & diuinis actiuè, & paſſiuè non ſolum dum ſe ſpontè ingerunt, ſed etiam ab aliis ad id inuitati, & inducti, ac proindè inducentes ad communicationem actiuam peccent contra charitatem peccato ſcandali; id tamen procedit ſolum quando abſque neceſſitate, & iuſta cauſa inducuntur ad diuinorum participationem actiuam v. g. ad confeſſionis ſacramentum adminiſtrandum, cum ſacerdoti non excommunicato quis poſſit confiteri, & æquè bene; ſecus vero ſi ob aliquam neceſſitatem licet non extremam, ſed communem, ſcilicet, aliquã vtilitatem, & legitimam cauſam ad bonum animæ ſpectantem inuitentur, & ipſi contriti in eadem diuinorum participatione actiua communicent, vt aliis

245 Doctoribus relatis *d. nu.* 102. tradidi. † Ad alia exempla de adminiſtrante alteri carnes in die veneris, vel cœnam ei, qui ex præcepto Eccleſiæ vel ex voto tenetur ieiunare, ab eodem Pontio adducta, Reſpondeo adminiſtrantem peccare mortaliter, & cenſeri cooperari peccato alterius, ſi adminiſtret ſpontè omnino, & ſine iuſta cauſa, quia inuitaret quodammodo ad fractionem præcepti, vel voti; excuſaretur verò ab omni peccato, nec cenſeretur cooperari ad peccatum alterius, ſi adminiſtraret ex iuſta cauſa v. g. ſi iuſto ſtipendio conductus domino exigenti adminiſtraret, ad ſatisfaciendum obligationi iuſtitiæ illi inſeruiendi ratione ſtipendij accepti, vel ad euitandum notabile damnum ſibi euenturum, ſi non adminiſtraret, tradunt communiter Doctores agentes de ſcãdalo, & ieiunio, & de famulis, & famulabus deferentibus literas amatorias, ſalutationes, aut munera Domini, vel Dominæ ad amaſiam, vel amaſium vel illis in menſa miniſtrantibus, de quibus latè egi in tertio tomo variorum moralium *tit. 9. à nu.* 314. *ad* 319. Ad vltimum exemplum de coniuge petente debitum in loco publico, vel ſacro. Reſpondetur circumſtantiam loci publici, aut ſacri reddentem actum coniugalem illicitum, & malum ſe tenere ex parte actus, & ita reddere illum illicitum reſpectu vtriuſque coniugis, vt cõſtat ex dictis *n.* 127. *&* 218. An vero aliquãdo in loco ſacro poſſit eſſe licitus actus cõiugalis diſſeritur infra, vbi de vſu matrimonij licito vel illicito.

246 Ad primam autem rationem eiuſdem prioris ſententiæ n. 241. adductam iam Sanchez *d. diſp. 6. nu.* 17. rectè reſpondit, nempè non habere ius petendi, ſeu iniuſtè petere, dupliciter accipi, ſeu accidere, vno modo quia petens non habeat ius in re petita, vt ſi petat rem alienam, & tunc non debet reddi; altero modo, quia debitum modum non ſeruet, licet ius habeat in re petita, & tunc reddendum eſt, nec eſt cooperatio; vt manifeſtè conſtat ex dictis *num.* 236. & *à num.* 241. huc vſque. Quare ratio probat exigentem voto aſtrictum non habere ius exigendi licitè, & vtendi licitè corpore alterius ad copulam, non autem probat carere vero, & reali iure exigendi, & vero dominio corporis alterius in ordine ad actum coniugalem.

Coniugi ex errore credenti matrimonium eſſe nullum, an alter coniux certò ſciens eſſe validum teneatur reddere?

Ex dictis colligitur verum eſſe, quod Adrianus, Couarruuias *locis ſuprà nu.* 241. *allegatis*, & Sanchez *d. diſp. 6. num.* 4. docent, nempe ſi vir per errorem exiſtimans matrimonium eſſe nullum ob impedimentum dirimens, quod matrimonium præcederet, exigat debitũ ab vxore, licet mortaliter peccet; vxor tamẽ certò ſciens non ſubeſſe impedimentũ, non poteſt debitũ negare, cum exigens verè habeat ius exigendi. Et quamuis prædictis DD. Pontius *d. cap. 3. n. 6.* contradicat, dicens, ſi coniux reddens ſciat dubium alterius non poſſe reddere petenti, licet poſſit petere; quod ait manifeſtè conuinci ex eo, quod cum vterq; dubius eſt, non poteſt reddere, nec petere: Si enim (ſubdit idem Pontius) non eſſet peccatum in reddendo petenti cum dubio, impediti quidem illi eſſent ratione dubij ad petendum, non autem ad reddendum. Nihilominus nõ rectè contradicit, quia præfati Doctores, & ego in corollario non loquimur, quando vir petens eſt verè dubius de valore matrimonij, & vxor caret dubio, ſed tamen non ſcit an maritus ex errore dubitet, an ex aliquo fundamento, quo caſu maritus ſaltem ante præmiſſam deligentiam ad ſuperandum dubium caret iure petendi; Sed loquimur in caſu, quo vir errore putat matrimonium eſſe irritum, & vxor nouit certò viri errorem, & matrimonium eſſe omninò validum, in hoc enim caſu vir petens cum peccato ratione erroris, ſeu conſcientiæ erroneæ habet ius certum in corpus vxoris, & debitum exigendi, quod ſcit vxor exacta, & ita non poteſt negare. An verò ſi vir petens eſſet dubius de matrimonij valore, & vxor ſciens mariti dubium non eſſet dubia; adhuc poſſet reddere? & poſſe licitè reddere, & etiam poſſe negare docet Sanchez *lib. 2. diſp.* 41. *numero* 16. probans poſſe negare, quia dubitans ſaltem ante præmiſſam diligentiam ad euacuandum debium non habet ius ad petendum; probat verò, quod vxor non dubia conſcia dubij mariti petentis poſſit reddere debitum, quia cum ipſa ſit in pacifica poſſeſſione, nec dubitet de valore matrimonij, nec teneatur credere viro aſſerenti, poteſt plenè vti ſuâ libertate petendo, & reddendo; & reddendo in hoc caſu vxorem non cenſeri cooperari peccato viri dubitantis explicat Sanchez *d. diſp* 6. *numero* 12. prout habetur *infra numero* 254. etſi iuxta magis communem opinionem, de qua *infra num.* 252. dicendum eſſet non licere vxori non dubiæ reddere; de qua te *citatis numeris* 254. *&* 252. *& cap ſequenti.* 247

In prædictis caſibus an ante redditionem coniux illicitè petens ſit admonendus & fraternè corrigendus, vt deſiſtat à petitione illicita?

Dixi autem tum *num* 236. tum *numero* 241 *ſi coniux peccans mortaliter exigendo admonitus nolit deſiſtere à petitione*: quia quoties ab vno coniuge debitum coniugale cũ peccato mortali exigitur, ſiue ratione mali finis, ſiue ratione voti caſtitatis petẽdo peccet; alter cõiux exactus, ſi facilè, & cõmodè ac abſq; graui incõmodo (nempè abſq; timore odij, indignationis, & incontinentiæ cõiugis petẽtis, & mortaliter in exactione peccãtis, & abſq; ſuo dãno) poſſit negare debitũ, & impedire peccatũ exigentis fraternâ correctione, ſeu beneuola admonitione, vel precibus, aut alia ratione eũ auertẽdo ab exactione, ad id teneretur ex charitate, 248

quæ obligat ad alterius peccatũ, cum commodè fieri poteſt, impediendum; & etiam in fœminis docent Adrianus, Couarruuias, Rebellus, Coninch, Villalobos *locis ſuprà n. 241 relatis*, & Sanchez *d. diſp. 6.* Addunt tamen idem Sanchez, & Coninch coniugem exactũ præſertim vxorem rarò ad id obligari, tum quia poteſt moraliter viri indignationem timere, aut nè ſuſpicetur eam eſſe erga alienum affectam; tum quia facilè credere poteſt virum non curantem de peccato mortali, quod petendo admittit, ſi ei non annuat promptè, lapſurum in incontinentiæ peccatum, & ita non eſt moraliter ſpes emendę, quæ requiritur ad hoc, vt præceptum fraternæ correctionis obliget; imò eſt timor maioris damni. Quare iuxta eoſdem Sanchez, & Coninch vxori potius ſuadendum, vt quoties credit eſſe periculum, ne vir votò caſtitatis, aut alio impedimento ligatus petat, ipſum petendo præueniat, vt hoc modo illius peccatum euitet, licet nec ad hanc petitionem, præſertim explicitam eam teneri putent; quia fœminæ innata verecundia à tali petitione valde deterrentur, ac proinde ſæpe eſſet valde graue. Viri autem facilius poſſunt obligari ad auertendã vxorem peccãtem petendo, & ad illius peccatum impediendum, cum maius in vxorem imperium habeant, ipſiſq; incumbat gubernare, neq; obſtet verecũdia, quæ in viris regulariter non eſt tanta, & cõſequenter poſſunt ſe vxoribus offerre ad crebrius petendum.

Coniugi peccanti mortaliter exigendo, qui non habet ius tunc petendi (priori bimeſtri ante matrimonium conſummatum) vel quia amiſit ius petendi ratione affinitatis, vel cognationis ſpiritualis, vel adulterij commiſsi, an alter teneatur reddere?

249 Supereſt modo reſoluendum, an quando coniux illicitè petit, & petendo mortaliter peccat ob circunſtantiam perſonalem, quæ illum iure exigendi priuat, & in vniuerſum quoties coniux qui illicitè mortiferè petit debitum, eſt priuatus iure petendi, vel ob affinitatem cõtractam cum altero coniuge per copulam cum eius cõſanguinea, vel ſpiritualem cognationem cum eo, ſuppoſito quod etiam per hanc cognationẽ ſpiritualem iure petendi priuetur, quod an ſit verum examinabitur *infra cap. 4.* aut propter omnimodam renunciationem, & abdicationem iuris exigẽdi factam per caſtitatis votũ (vt ſi coniux vouens caſtitatem voluit abdicare à ſe, quantũ in ipſo eſt carnalis cõmercij poteſtatẽ, ita vt nullũ prorſus habeat ius deinceps in corpus alterius coniugis, tale votum intimans alteri coniugi, qui id acceptauit) vel propter ſuperueniens adulterium; an, inquam, in prædictis caſibus coniugi iure exigendi priuato, illicitè, & cum mortali petenti alter teneatur reddere, vel licitè poſſit reddere.

Nonnulli igitur docuerunt coniugem poſtulatum in aliquibus ex prædictis caſibus teneri reddere; ita Hugo *cap. noſſe 30. quæſt. 1.* Hoſtienſis *cap. ſi vir numero 3. verſic. patrocinari, de cognat. ſpirituali* (vel docent coniugem ratione cognationis impediri petere, at ipſi exigenti alterum teneri reddere) Gregorius Lopez *lib. 13. fin. tit. part. 4.* & Ledeſma *2. part. 4. quæſt. 60. art. 4.* à Sanchez *dict. diſput. 6. numero 8. fine relati*, vbi expreſſè aiunt viro inceſtuoſo petenti teneri vxorem reddere, mouentur, tùm quia Matth. 5. ob ſolã fornicationem cõceſſit Chriſtus vxoris dimiſſionem; tum quia in hoc caſu exceptio aliqua non inuenitur, ergo non liberatur coniux ab obligatione reddendi. Verum dictum Chriſti Domini intelligitur de dimiſſione quoad diuortium, & cohabitationem (& ita in tali caſu huiuſmodi dimiſſio non permittitur, vt *infrà* parte quarta huius tractatus dicetur, & tradit Sanchez *lib. 9. diſp. 5. nu. 19.*) non autem quoad debitum coniugale negandum; falſum enim eſt non inueniri hanc exceptionem, cum clarè colligatur ex cap. *diſcretionem*, & cap. *tua, de eo qui cogn. conſang.* & ex dicendis *num. ſequenti* conſtabit.

250 Igitur communis DD. concluſio eſt, coniugem, à quo alter coniux iure exigendi priuatus illicitè, & cũ peccato mortali petit, non teneri reddere, ſed poſſe debitũ negare; tum quia illi non facit iniuriam non reddendo, nec violat ius illius, cum nõ habeat ius petendi; vbi enim actor perdit ius petendi, reus habet ius non debendi, negandi & excipiendi; & quoties nulla eſt petitio, nulla eſt mora *l. ſi pupillus 127. ff. de verb. oblig.* Tum quia d. cap. *diſcretionem*, & d. cap. *tua*, dum decidunt inceſtuoſum teneri reddere vxori innocenti, eam reddunt rationem, nè eius delictum noceat innocenti, & abſque culpa iure ſuo priuetur, & per conſequens apertè volunt officere coniugi noxio culpa, vt exigere non poſſit; & vt ei exigenti alter non teneatur reddere, ſcilicet ratione affinitatis ob copulam cum eius conſanguineo, vel conſanguinea contractæ, etiam ſecluſa ratione adulterij intercedẽtis; ac proinde alter exactus etiam adulter non teneretur reddere; qui tamen ſecluſâ affinitate, & ſolo exiſtente adulterio ob delicti compenſationem reddere teneretur. Ita Paludanus *in 4. diſt. 12. q. 1. art. 1. concl. 4.* D. Antonin *p. 3. tit. 1. cap. 20. §. 10.* Syluester *v. luxuria quæſt. 4. dict. 4.* Victoria *in ſum. numero 291.* Pet. Ledeſma *quæſt. 55. art. 6. dub. vltimo. verſic. His non obſtantibus*, Couarruuias *de ſponſ. part. 2. cap. 7. §. 2. numero 5.* M. Antonius Cuccus *lib. 5. inſtit. maior tit. 11. num. 13.* Reginaldus *lib. 31. numero 193.* & ex Doctoribus *ſuprà numero 236. & 241. relatis*, Sanchez *dict. cap. 6. numero 8.* Villalobus *dict. diffic. 47 num. 3.* Caſtus Palaus *part. 3. tract. 28. diſput. 3. puncto 4. §. 6 numero 7.* Layman, Bonacina, Diana *numeris ibidem citatis*, & alij à Sylueſtro, Couarruuia, & Sanchez relati præter citandos *infra*. 251 † Et licet prædictam communem concluſionem, quoad coniugem inceſtuoſum, ſeu ob affinitatem iure exigendi debitum priuatum petentem debitum, vt alter coniux ei negare poſſit debitum Hoſtienſis *in cap. traſmiſſæ in fine, de eo qui cogn. conſang. ibid.* Ioannes And. Anchatanus, & Henricus declarent non procedere, ſi coniux innocens, à quo inceſtuoſus petit, ſciens inceſtum ab eo commiſſum iam ſemel coniugale debitum petierit, vel eidẽ reddiderit, quo caſu videtur innocens alteri petenti reconciliatus, & cõſequenter tenetur reddere: Nihilominus contrarium, & etiam ſi cõiux, à quo inceſtuoſus petit debitum, ſciens inceſtũ, vel affinitatem contractam ab eo petierit, vel eidem debitum ſemel, vel pluries reddiderit, ſemper poſſe negare debitũ affirmant communiter alij Doctores Panormitanus, Butrius *in d. cap. traſmiſſæ*, poſt antiquiores, Couarruuias, Syluester, Villalobos *locis n. præcedenti allegatis*, & alij, quos Sanchez *d. diſp. 6. n. 9.* refert. & ſequitur. Et ratio eſt, quia priuatio iuris petendi debitum coniugale, quæ ab inceſtuoſo, ſeu habente copulã cum conſanguineo, vel conſanguinea ſui coniugis incurritur, non eſt inducta in fauorem alterius coniugis innocentis, ſed in pœnam inceſtus, & affinitatis cõtractæ, & conſequenter non poteſt coniux innocens talem pœnam remittere. Neque obſtat *c. ſi vir. de adulter.* & cap. *propoſuit, de coniug. ſeru.* ex quibus Hoſtienſis, & alij *allegati* arguunt per petitionem debiti, vel redditionem ſemel factam induci reconciliationem, & obligationem reddendi; nam loquuntur in caſu, quo coniux ratione adulterij priuatur iure petendi; quia, cum talis priuatio ſit in coniugis innocentis fauorem, poteſt iſte remittere, & cenſetur facta remiſſio per ſpontaneam copulam ſubſequentem; inceſtuoſo autem (vt dictum eſt) priuatio non eſt in innocentis fauorem,

ſed

Digitized by Google

ſed in delicti pœnam. Non obſtat etiam teatus in *cap, cum Vintonienſis, ibi, nos attendentes quod iſti poſt primam electionem, de electione*; vbi decernitur priuatum iore ſuffragij ſemel ab alus electoribus admiſſum ad fereodum ſuffragiom, non poſſe poſtea repelli; Nam Butrios *in cap. fin. in fine*, de eo, *qui cognouit*: reſpondet, & rectè ibi priuatum iure eligendi admitti, vt eligat iore proprio, nec eſſe perpetuò à iure eligendi excluſum; Inceſtuoſom aotem admitti ad copulam ob ius, qood habet in eum coniux inoocens, & eſſe perpetuu iure eaigendi priuatum. Quod ſi coniua inceſtuoſus, aut habens impedimentum cognationis obtinuerit diſpenſationem ſuper impedimēto affinitatis, vel cognationis alreto eriam tenueote, tunc illi ex præfato capite non poterit debiiom oegari. Sanchez *d. diſp 6. n. 10.* & Layman *lib. 5. tr. 10. p. 3 cap. t. n. 15.* de qua diſpeoſatiooe *infra cap. 5. n. 14.*

An coniugi culpa mortalis reo petenti ratione voti caſtitatis, aut cognationis, aut affinitatis alter reddens peccet quando reddere non tenetur, vt ratione adultery, vel priori bimeſtri ante conſummatum matrimonium?

252 Immò etiam Doctores magis communiter ſentiunt coniogem non ſulom poſſe, ſed etiam teneri negare debitum, & mortaliter peccare reddendo alteri coniugi inceſtuoſo, ſeu affini petenti; Et quoties mortaliter peccat petendo, ſi ſit iure petendi priuatus, ita qood ſemper coniux alteri, qui eaigendo mortaliter peccat, reddens debitum; peccet mortaliter teddeodo, ſi reddere non teneatur. Ita præter DD. *ſuprà nu. 240. citatos* Adrianus, Couarruuias, Aſtenſis, Petr. Ledeſma, Rebellus *locu ſuprà n. 236. & 241. allegatis*, Sotus *loco ſuprà n. 234. citato*, Abuleoſis *in cap. 5. Matth. q. 241. ad 1.* & plures alij à Sanchez *d. diſp. 6. n. 11. relati.* dum aiunt coniugi exigendo debitum peccanti mortaliter ratione voti caſtitatis, qoo aſtrictus eſt, vel ratione alterius circunſtantiæ, ob quam petens nō amittit ius eaigendi, alterum licitè reddere, quia reddit id, ad quod de obligatione iuſtitiæ teoetur, & ita oon ſpootè, ſed coactè reddit, neq; ob id alterius peccato cooperatur; ea quo à contrario ſeuſu ſentiunt non licere teddere, quādo ceſſat obligatio ioſtitiæ teddendi. Idem io propriis terminis ſentiunt Adrianus *d. dubit. 14. de matrimonio, §. Ex his patet, verſic. Tertio contingit* infine (vbi ait nooeſſe licitum reddere coniugi, qui per votum caſtitatis, vel aliàs ſimpliciter abdicauit à ſe quantum in ſe eſt, ius perendi ab vaore) Petrus Ledeſma, & Reginaldus *locis ſuprà num. 250. allegatis* (vbi aiunt: ſicut non eſt licitus acceſſus ad affinem, ita oon licere teddere coniogi inceſtooſo) Abuleoſis *vbi ſuprà* (vbi ait, quoties cōiuges oon teoentur mutuò ad copulam peccante exigente, peccare etiam reddentem) Paoormitanos *in d. ca fin. in fine de eo qui cogn* (vbi dicit viro inceſtuoſo, & affiui peteoti oou debere vaorem acqoieſcere, quamuis ille patiatur incontinentiæ periculum) Teaeda *tom. 2. lib. 4. tract. 1. controu. 12. nu. 88.* à Diana *p. 9 tract. 8. reſolut. 32. relatus* (loquens de marito inceſtuoſo, qoi ob inceſtum amiſit ius peteodi, & nihilominus petit, cui ait vaorem non poſſe licitè reddere Martinus Perez *de matr. diſp. 52. ſect. 2. fine, & nu. 1.* (vbi ait idem, quod Teaeda) & Villalobos *d. difficultate 47. nu. 4.* Vbi vniuerſaliter tenet, quoties coniux eaigendu peccat mortaliter, non eſſe licitum ei reddere, ſi amiſit iam exigendi ios. Et Eanc eandem ſententiam videtur amplecti Raphaël Aoerſa *q. 17. ſect. 3. verſic. Hinc patet ad rationes.* Vbi ea hoc quod coniux inoocens non poſſit licitè reddere cooiugi inceſtuoſo, ait noo ſequi ipſom ſpoliari iore ſoo petendi, & reddendi, ſed obligari iure charitatis abſtinere alſēiū à peccato; nec ob id graoe oous ſubire, quia ſi ipſemet non appetat copulam, non erit ei graue, ſed potius gratum negare debitum: ſi autem appetat, poterit potius petere eapreſsè, vel ſignis, quàm reddere, quo caſu alter licet peccauerit in petitione, oon peccabit in executione actus coniugalis. Probatur hæc magis communis ſententia, quia cum io hoc caſu cōiux eaactus ab altero, qui exigeodo mortaliter peccat, & iure exigeodi caret ex iuſtitiæ obligatione nō teneatur reddere, reddendo cenſeretur cooſentire, & cooperari alterius peccato, quia omniiò ſpontè, & voluntariè, & non ex neceſſitate ſoluendi id, qood alteri debetor, & obligatione iuſtitiæ ſatisfaciendi redderet; & coocurreret ad actū, in quo alter mortaliter peccat, & conſequeoter ratiooe cooperationis iocurret eandem mortalem culpam eaigentis. Quemadmodum etiam coniux inoocens dubius de valore matrimonij peccat reddens adultero noo dubitanti, quia ſolom excuſatur à culpa ratione obligationis teddeodi, quæ ob adulterium ceſſat, vt dicemus infra, & tradit cum aliis Sanchez *lib. 2 diſp. 41. nu. 49.* Et iuxta hanc magis communem ſeotentiam non licebit cōiugi non dubio de valore matrimonij reddere debitum alteri dubitanti exigeoti aote præmiſſum debitum examen pro aſſequenda veritate validitatis, vel inualiditatis matrimonij, neque etiam priori bimeſtri coniugi obligato voto caſtitatis, aut ob aliam perſonæ circumſtantiam peccati eaigendo licebit reddere debitum, cum intra illud bimeſtre oeuter coniux ante conſummatum matrimonium teoeatur reddere. † Hac autem ſententiâ attentâ coniux exactus ab altero coniuge iure eaigeodi priuato, & exigeodo peccaore mortaliter ratione affinitatis, vel ſpiritualis cognationis, vel voti caſtitatis, vel dubij de valore matrimonij poterit cum eo copulam exercere noo animo ſoluendi debitum, ſed animo petendi, ſeu vteodi petione debiti, cum hæc ſibi ſit permiſſa, nec hoc petendi iore ob alterios impediti eaactionem priuandus ſit; id quod etiam io terminis docent Villalobos *d. nu 4.* & Sanchez *d. diſp. 6. nu. 12. fine.* Immò iuxta eoſdem, vbi in coniuge impedito eaigere ratione affinitatis, aut cognationis ſpiritualis; vel voti, vel dubij adſit incootinentiæ periculum, ad hoc euitandum alter ex lege charitatis tenebitur petere, & ſe nfferre, ſi id putet profuturum, & abſque ſuo damno poſſit, dummodo alter non commiſerit adulterium, quo caſu ſi coniua innocens peteret, vel redderet debitum adultero patienti periculum incootinentiæ, amitteret ius celebraodi diuortium, ac proinde cum tanto damno non tenetur vſu cooiugij ſuccurrere adulteri periculo, quia lea charitatis oon obligat cum tanto detrimento. 253

Contrarium tamen, & coniugem exactū, ſi voluerit licitè poſſe reddere debitū alteri in petitione mortaliter peccāti, & non habenti ius petendi, nimirū inceſtooſo, vel dubio de valore matrimonij ante præmiſſam diligentiam, aut aſtricto voto caſtitatis cum omnimoda abdicatione poreſtatis in corpus alterius cooiugis, aut petenti priori bimeſtri antè conſummatum matrimoniū, in quibus caſibus propterea idem coniox exactus lege iuſtitiæ non cogitur reddere. nō caret magnâ probabilitate, & tenent Sanch. *d. diſp. 6. n. 12.* Coninch, Bonacioa, Filliuccios Layman *locu ſuprà n. 236. relatis*, Diana *loco ſuprà n. 128. citato & d. reſol. 32.* & apud Sanchez Ledeſma *2 p. 4 q. 60. art. 4. paulò poſt principium*, vbi ait eſſe probabile viro inceſtuoſo non teneri vaorem reddere, at licitè poſſe. Probat Sanchez, quia cum in his caſibus coniux exactus nullum commiſerit delictū, nulloque voto, ſeu impedimento ſit ligatus, ob votum, aut dubium, vel delictum alterius (quæ ſuos ſolos auctores afficiunt) iure, & pacifica ſua poſſeſſione petendi, & reddendi priuari; 254

ſpoliariue non debet. Et confitmatur ratione tex-
tus *cap.tua, de eo, qui cogn.conſang.* Vbi definitur ince-
ſtuoſum cum cõſanguinea alterius coniugis non poſ-
ſe petere, ſed teneri reddere, *quia affinitas poſt matrimo-
nium contracta, ei coniugi officere non debet, qui iniquita-
tis particeps non fuit, nec ſuo iure abſque ſua culpa priuari
debet*; ſed contra valdè officeret, ſi innocens peccaret
reddendo; quia priuaretur plenâ poſſeſſione, qua ſe-
cluſis voto, aut dubio de matrimonij valore, aut de-
licto alterius gaudebat; eſſetq; ei neceſſarium ſemper
petere pro vſu matrimonij licito, poſſetq; vt plurimũ
ſcrupulis vexari, dum petit, an ea potius ſit petitio,
vel potius redditio ob alterius coniugis voluntatem
omnibus agnitam. Præterea probatur, quia iuxta dicta
ſuprà *n.236. & 241.* coniux in prædictis caſibus non
cooperatur peccato alterius, quia petitioni in qua al-
ter peccat, non conſentit, neque cooperatur, ſed ſup-
ponit, actus autem coniugalis eſt ex ſe licitus, & tan-
tum illicitus reſpecto alterius ob ipſius circunſtan-
tiam, & etiam redditio eſt licita, cum nec actus in ſe,
nec redditio vitietur à praua circunſtantia, ſeu mali-
tia petentis, vt præallegato *n.236.* dictum eſt; Et etiam
non tenetur malitiam illam petentis impedire, tum
quia iam in petitione peccauit, tum quia ſemper vel
ferè ſemper ſubeſt cauſa non impediendi peccatum
debiti denegatione; quia ſemper ex negatione poteſt
timere aliquod non leue incommodum, nempè di-
ſplicentiam exigentis, indignationem, odium, diſcor-
dias, periculum incontinentiæ propriũ, vel exigentis:
Et quia graue incommodum eſſet priuari pacifica, &
plena poſſeſſione petendi, & reddẽdi, ſuſtinendi ſem-
per onus petendi ad vſum matrimonij abſque pecca-
to, quod in honeſtis matrimoniis ob innatam verecũ-
diam valde graue videtur, præſertim quoad honeſtas
fœminas. Quare ad rationem communioris ſenten-
tiæ reſpondetur in præfatis caſibus reddentem non
cooperari peccato exigentis, cum non teneatur illud
impedire ob alia mala grauia ex negatione debiti
oriunda, ratione quorum vitandorũ etiam redditio
non eſt ſpontanea, ſed quodammodo coacta, & ex
iuſta neceſſitate; & cæteris ceſſantibus non eſt omni-
nò ſpontanea, ſed quodammodo coacta redditio, ne
coniux exactus innocens, vel ab omni impedimento
liber petẽdi, & reddendi plenâ, & pacificâ poſſeſſio-
ne ſuâ tam petendi, quam reddendi ſpolietur abſque
vlla ſua culpa ſuóve facto, & contra innatam verecũ-
diam, qua honeſti coniuges præſertim fœminæ à tali
petitione præſertim explicita, & expreſſa valdè deter-
rentur, cogatur ſemper petere, & ſcrupulis vexari,
255 ſitne petitio, an redditio.† Ad exemplum de coniu-
ge innocẽte dubio reddenti alteri adultero non du-
biu reſpondet Sanchez illum, quantum in ſe eſt arce-
ri omninò ab vſu matrimonij, ne ſe fornicationis pe-
riculo exponat; & ſolum ratione poſſeſſionis, & iu-
ris iuſtitiæ alterius permitti ei reddere; ac proinde his
deficientibus peccat reddendu.

256 Retenta autem hac opinione coniux exactus iux-
ta dicta *ſuprà n.248.* lege charitatis, & fraternæ corre-
ctionis tenebitur (ſi id profuturum ſperetur, vel ſine
graui incommodo, aut damno fieri poterit) admone-
re exigentem, vt deſiſtat à petitione, aut aliâ ratione
auertere, & negare ei debitum; ad quod tamen rarò
maximè vxor obligabitur ob cauſas eodem *n.248.* ad-
ductas: quibus verè unus negandi debitũ præſertim
reſpectu vxoris redditur graue, tametſi non adſit co-
pulæ deſiderium. Quare conſultius èrit, quoties cre-
ditur eſſe periculum, ne impeditus cum peccato pe-
tat, ad eius peccatum euitandum illum præuenire pe-
tendo (etſi ad hoc præſertim vt explicitè petat maxi-
mè vxor honeſta nõ videatur teneri iuxta notata eo-
dem *n.248.* vel ſi iam petijt conuertere redditionem
in petitionem, ſcilicet habere acceſſum coniugalem
ad petentem non animo reddendi, ſed vtendi peti-
tione debiti id eidem petenti notificando, quo caſu
ſi depoſito prauo voluntatis affectu non tanquam
exigens, ſed tamquam exactus, & reddens copulam
exerceat, licet in petitione culpę lethalis reus fuerit,
non peccabis tamen in ipſa executione actus coniu-
galis. Sed quamuis metaphyſicè loquendo hęc con-
tingere poſſint, moraliter tamen, & in praxi puto ra-
rò euentura. Etenim difficile, & vix coniux, qui ita eſt
effrænis, & libidine feruet, vt non curans peccatum
mortale, & grauem Dei offenſam exigat actum con-
iugalem, purgabit prauum affectum, vt ſolûm tam-
quam reddẽs coẽat, habens ſaltem implicitam animi
præparationem abſtinendi, ſi alter non acceſſiſſet vt
petens. Et ſimiliter quando coniux non impeditus,
aut innocens iam eſt exactus, præſertim ſi non appe-
tat copulam, difficillimè in praxi, & actu exercito
conuertet redditionem in veram petitionem, ita vt
ſolum animo petendi ad alterum accedat; & rarò ca-
rebit dubio, vel ſcrupulo, an vt reddens, an verò, vt
porè petens, & alterum prouocans cum eo coierit,
præſertim ſi ſit vxor. Vnde durum videtur obligare
exactum innocentem, & liberum præſertim vxorem
ad huiuſmodi conuerſionem redditionis in petitio-
nem.† A prædictis autem excipiendus eſt caſus peri- 257
culi incontinentiæ in coniuge impedito petere abſq;
peccato mortali, nam tunc iuxta dicta *n.253.* alter le-
ge charitatis etiam attentâ priori ſententiâ tenetur ei
ſuccurrere petendo, vel reddendo extra caſum adul-
terij alterius; quando ſpes eſt fore, vt ſic abſtineat ab
illa incontinentia. Et certè quando coniux exactus
redderet ad euitandam illicitè exigentis incontinen-
tiam nullo modo dici poteſt conſentire, aut coope-
rari eius peccato, quia non fouet peccatum, ſed ſer-
uat exigentẽ, ne ad grauiora, puta, adulteria prolaba-
tur. Quod videtur poſſe dici etiam quoties coniugi
impedito illicitè exigenti redderetur debitum ad eui-
tandum magnam indignationem, graue odium, &
notabiles rixas, & diſcordias, & etiam aliquod aliud
malum his grauius, quale eſt illud ſuprà *n.230.* de mu-
liere theutonica relatum.

*An coniux prohibitus petere ratione voti caſtita-
tis, aut affinitatis, aut cognationis ſpiri-
tualis poſt matrimonium contracta obli-
gatus tamen reddere, poßit aliquo-
ties petere licitè debitum?*

An verò coniux petere debitum impeditus ratio- 258
ne affinitatis, aut cognationis ſpiritualis, aut voti ca-
ſtitatis aliquando poſſit licitè petere debitum, ſeu ſe
offerre alteri coniugi minimè impedimentu ad co-
pulam; DD. communiter aſſerunt aliquando poſſe
petere, & ſe offerre non in gratiam ſui (nempe ad ſa-
tisfaciendũ ſuu appetitui) ſed in gratiam alterius cõ-
iugis, illiue cumplacendi causâ, ne matrimonium) ſi
ſemper ad licitũ actũ coniugalem habendũ cogeretur
petere) onerosum fiat; & quia hoc petendi genus eſt
quoddam reddere. Ita S. Tho. *4. diſt.38.q.1.a.7. q. 2.ad
4. & in addit.ad.3 p.q.83.a.1.ad.4.* Sot. *4.diſt.37.q.vnica a.
2 poſt ſecundam concluſ. verſic. debet autem pœna.* Petrus
Soto *lect. 14. de matrimonio fine*, Syluester *v. matr.7.
quæſt.5. dicto 4. & 10.* Angelus *v. eod.4.num.6.* Victoria
in ſum num. 290. Nauarrus *cap.16. num. 30.* Sanchez
lib. 9. diſput.7.num.1. Filliuccius *tom.1.p.2. tract. 10.cap.
9.num.312.* Layman *lib.5.tract. 10. part. 3.cap.1.num.15.*
Bonacina *de præcept.diſput.4.de voto quæſt. 2. pun. 5. §.4.
numero 3.* Martinus Perez *de matr. quæſt.51.ſect.2.* Diana
p.9.tr.8. reſol. 37. Villalobos *p.1.tr.13.diff.47.n.5.* Hurta-
dos *diſp.10.n.3.* Auerſa *loco ſuprà num.252.relato*, & alij
apud Sanch. Qui loquuntur, & intelligi debent non
ſolum in caſu, quo coniux liber, & non impeditus
aliquo

aliquo ſigno indicat appetitum copulæ coniugalis (in huiuſmodi enim caſu, cum adſit vera debiti petitio, licet tacita, citra omne dubium impeditus teneretur reddere iuxta dicta *ſuprà num.*32.) ſed & in caſu, quo idem coniux non impeditus nullo ſigno deſiderium copulæ indicat. Et licet huiuſmodi communis doctrina præcipuè locum habeat in viro impedito petere ratione affinitatis, aut voti, cum fœminæ iuxta dicta *ſuprà num.*33. ob innatam verecundiam magis quàm viri deterreantur à copulæ petitione præſertim explicita; nihilominus obtinet etiam in vxore ſimilibus impedimentis affinitatis, vel cognationis ſpiritualis, aut voti caſtitatis ligata, ſaltem quoties vir iuxta dicta *eodem num.* 33. ob ſuam puſillanimitatem, & naturam à fœmina parum diſſimilem, aut ob eiuſdem vxoris duram conditionem, vel inſignem auctoritatem, non auderet petere; huiuſmodi enim viro vxor impedita aliquoties poſſet copulam coniugalem offerre petendo; militat enim eadem ratio, ne viro ſua conditione non audenti petere matrimonium fiat oneroſum, & in tali caſu petere eſt quodammodo reddere. Quare plures ex præallegatis Doctoribus præſertim Sylueſter, Nauarrus, Sanchez, Layman, Filliuccius, & Hurtadus loquuntur abſolutè de coniuge impedito, ſiue ſit vir, ſiue vxor, in qua etiam adeſt alia ratio, ne ſi nunquam petat, cauſam malè de ipſa ſuſ-
259 picandi præbeat. † Talis autem petitio, ſeu copulæ oblatio ex parte coniugis impediti erit licita, quandocunque ſibi (vt ait Victoria) videbitur honeſtum accedere ad alterum coniugem non impeditum, ne matrimonium ei reddatur oneroſum, ſi quoties appetit copulam deberet petere; quod erit iudicandum conſideratâ eiuſdem coniugis liberi conditione natiua, & complexione, & in libidinem propenſione, & inclinatione; quare cum alij tàm ex fœminis, quam ex viris ſint aliis calidiores, & in venerem propenſiores, aliquando frequentiùs, aliquando rariùs licebit impedito offerre alteri actum coniugalem, nec poteſt definiri determinatus numerus vicium, nempè quater, vel quoties in menſe, in quo id liceat, vt notauit expreſsè Sanchez, & innuunt alij præallegati; dum abſolutè, non exprimendo quoties, aiunt licere impedito aliquando petere debitum.

260 Quare licet coniugi impedito petere debitum coniugale, quoties attentâ conditione natiua, naturalique complexione alterius coniugis liberi credit eum appetere actum coniugalem, & petiturum, niſi pudore, aut alio timore præpediretur, vt tradunt præallegati Doctores, & alij apud Sanchez *d. diſput.*7 *.numero* 5. & faciunt dicta *ſuprà numero* 32.

261 Item eidem impedito fas eſt petere, ſi agnoſceret in altero periculum incontinentiæ, cui oblatione copulæ ſuccurrere poſſit, vti idem Doctores Hurtadus *diſp.* 10. *num.*31. & alij à Sanchez *num.6. relati*. tunc enim eſt quodammodo reddere iuxta dicta *ſuprà num.*21. *&* 22. Neque votum caſtitatis, & multò minus ius poſitiuum inducens affinitatem obligat ad non petendum cum diſpendio ruinæ alterius coniugis. Quare in huiuſmodi caſu impeditus non ſolum poteſt licitè, ſed etiam tenetur petere, ſi ſit ſpes, quod copula oblata ſit profutura iuxta dicta *ſuprà num.*17. *&* 19. quâ ſpe, vel ſaltem aliquo dubio futuri profectus non exiſtente non teneretur ex dictis *d num.*19. Quemadmodum non teneri virum impeditum petere, ſi ſolum timeret periculum incontinentiæ in vxore, eo quod ſit ipſe diu abſuturus, niſi deſiderium vxoris petendi coniiceret, cum tali copula non ſubueniatur illi incontinentiæ, poſt Ioannem Andream, Præpoſitum, Vincentium, & Alexandrum de Neuo *in cap. fin. de eo, qui cogn. conſanguin.* tradit Sanchez *d. diſp.* 7. *num.*6. *fine*. Vbi etiam ob eandem rationem putat non poſſe licitè petere.
† Quamuis autem Viguerius *lib. inſtit. cap.*6. §.7. *verſic.*8. *Impedimento* 5. aſſeruerit coniugem ratione affi- 262
nitatis, vel cognationis, aut voti caſtitatis impeditum petere, ſi ob calorem ætatis, vel temperamenti ſibi temperare, vel continere non poſſet, ad euitandum in ſe incontinentiæ periculum poſſe licitè petere, motus quod iugum Chriſti ſuaue ſit Matth.11. Cuius ſententiam ſequutus eſt Quintana-Duennas *in Theol. mor. tom.*1. *tract.*9. *ſing.*12. à Diana *part.* 9. *tract.*8. *reſolut.*3. *relatus*, addens confirmationem ex eo, quod lex non debet eſſe vinculum iniquitatis, talis autem eſſet lex Eccleſiaſtica in hoc caſu impediens debiti petitionem, quia per eam quis exponeretur periculo ruinæ, ſubdit tamen tutius hanc ſententiam procedere, quando commodè diſpenſatio haberi nequit, vel eſt periculum in mora; licet tandem concludat nullam eſſe neceſſariam diſpenſationem, quia in hoc caſu nec lex, nec votum obligant; ſeu caſus iſte non cadit ſub lege, nec ſub voto ob rationes aſſignatas. Nihilominus hæc ratio oſtendit eam eſſe iuſtam cauſam diſpenſandi, non autem vt propriâ auctoritate, & abſque diſpenſatione poſſit petere; vt loquentes de viro inceſtuoſo iuuene, & conſequenter ob ætatis calorem periculo incontinentiæ obnoxio tradunt Couarruuias *de ſponſal. p.*2. *cap.*7. §.2 *num.*5. Cuccus *lib.*5 tit.11. *num.*123. Coninch *d. diſputat* 34. *num* 49. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſput.*7. *num.*7. Et licet matrimonium ſit poſt lapſum inſtitutum in remedium, ſeu medicinam incontinentiæ; tamen emittens votum caſtitatis, vel ob ſuum delictum, aut factum ſpontaneum incurrens affinitatem, vel cognationem ſpiritualem voluntariè voluit tali medicina priuari; vnde etiam non habet in hoc caſu locum confirmatio ſuprà adducta, non enim lex, vel votum exponit periculo (alioqui votum caſtitatis etiam emiſſum ante matrimonium non obligaret ad non petendum, ſi vouens grauibus carnis ſtimulis vrgeretur, & ſæpiùs laberetur contra communem Doctorum de quâ *infrà cap.*3. *num.*10. *&* 31.) ſed ipſe committendo inceſtum, vel poſt votum caſtitatis contrahens matrimonium, vel emittens illud poſt matrimonium ſpontè ſe coniecit in anguſtias, & voluit ſe priuare remedio illo petendi in caſu periculi incontinentiæ: & hanc ſententiam tenet etiam Diana *d. reſolut.* 33.

A prædicta autem communi doctrina, quod 263
coniunx impeditus ratione affinitatis, cognationis ſpiritualis, aut voti caſtitatis poſſit aliquoties petere debitum à coniuge libero, excipitur caſus, quo idem coniux liber in alterius votum caſtitatis conſenſiſſet ei vouendi licentiam præbendo, quia tunc cenſeretur ceſſiſſe iure ſuo, quod habet, vt alter quandoque in ſui gratiam (ne ſibi ſi ſemper explicitè, vel interpretatiuè teneretur petere, nimis oneroſum foret matrimonium) debitum petat. Ita Angelus *vbi ſuprà num.* 7. & Sanchez *dict. diſput.*7. *num.*2. Quæ exceptio intelligenda eſt extra caſum periculi incontinentiæ, quod in libero adeſſet, quo caſu impeditus voto teneretur petere ex obligatione orta ex ipſamet matrimonij inſtitutione, & bono fidei iuxta dicta *ſuprà num.* 17. & quia in tali caſu oblatio actus coniugalis cenſetur redditio ex dictis *ſuprà numero* 21. 24. *&* 25. & in terminis docet Sanchez *d. diſp.*7. *num.*6.

Cæterum contra præfatam communem doctri- 624
nam, licet ob auctoritatem Doctorum, qui eam tenent, probabilem putet Coninch *d. diſput.* 44. *num.* 47. quem ſequitur Palaus *diſput. ſuprà num.*1. *citata, puncto* 4. §. 7. *num.*8.) ait ſe non videre, quo

Digitized by Google

fundamento nitatur, vnde obiicit, & probat maritum, qui probibitus eſt petere ratione voti caſtitatis emiſſi non poſſe vnquam abſque diſpenſatione, aut irritatione licitè petere, quia per illud votum caſtitatis obligauit ſe ad ſeruandam caſtitatem, quantum poſſet ſine præiudicio vxoris, at in nullum præiudicium vxoris cedit, ſi nunquam petat, cum ex vi contractus matrimonij neuter coniugum per ſe obligetur ad petendum debitum, ſed reddendum iuxta dicta *ſuprà num.*15. ergo tenetur non petere, vt quantum eſt ex ſe, ſeruet caſtitatem; & ſi hoc petere eſt onerosum vxori, imputare debet ſibi, non viro, qui non tenetur ab ea amouere quidquid ei aliqua ratione graue, & onerosum eſt; nam alioqui nec poſſet petere debitum, quando hoc coniugi ob aliquam corporis indiſpoſitionem eſſet nonnihil onerosum, nec ad ſua negotia proficiſci, aut breues aliquos peregrinationes ſuſcipere, quoties crederet ſuam abſentiam fore coniugi moleſtam, quæ interim fortè expeteret matrimonij vſum, quæ omnia ſunt abſurda.

265 † Sed huic obiectioni, ſeu rationi reſpondetur per eam probari quidem coniugem voto caſtitatis ligatum non teneri per ſe ex obligatione iuſtitiæ ex contractu matrimonij orta ad petendum; quod conceditur: Sed hoc non obſtante communis opinio rectè tenet eum poſſe aliquoties petere licitè debitum in gratiam alterius coniugis, cui nimis eſſet onerosum, & graue, ſi ſemper pro licito matrimonij vſu deberet petere, quia votum non petendi, ſeu caſtitatis non videtur obligare in tali caſu ad ſeruandam caſtitatem, & ad non petendum, cui petitio non fiat in petentis gratiam, ſed ſolum in ſubleuamen alterius, qui, ſi vouens nunquam petere licitè poſſet, remaneret notabiliter grauatus: Vnde falſa eſt minor, quod ſi nunquam petat, inde matrimonium non fiat alteri nimis onerosum; & ad minoris probationem conceditur non teneri petere, ſed bene tamen rationem illam, ne alteri nimis onerosum, & graue ſit matrimonium, facere, vt votum non petendi in ſimili caſu non obliget, præſertim cum petitio huiuſmodi in gratiam alterius tunc indigentis actu coniugali ſit quodammodo debiti redditio. Neque hinc inferri poſſunt præallegata abſurda; quia coniugis abſentia ob aliqua negotia, vel ob breuem peregrinationem, ſiue ex mera deuotione, ſiue debita ex voto à viro emiſſo eſt temporanea, & leuis grauaminis; ſicut etiam eſt leue grauamen, quod vxor aliqua corporis indiſpoſitione laborans debitum reddat, cui leui incommodo præponderat obligatio iuſtitiæ reddendi debitum.

266 Præterea idem Coninch *n.*49. vti probabilius aſſerit, virum voto caſtitatis obligatum nec poſſe licitè petere, vt alteri periculo incontinentiæ laboranti ſubueniat, quod idem ait cenſuiſſe viros doctos à ſe conſultos, & tenet etiam Palaus loco ſuprà citato; Probat, quia talis tenetur integrè ſeruare ſuum votum, quatenus id facere poteſt ſaluo omni iure vxoris, at hæc nullum habet ius, vt vir eo caſu petat, cum non teneatur petere, ſed reddere iuxta dicta *n.*15. Ergo tenetur non petere, vt votum integrùm ſeruet. Confirmat Coninch, quia quiſque magis tenetur vitare periculum propriæ incontinentiæ, quam alienæ, at talis vir voto caſtitatis ligatus ob nullum periculum propriæ incontinentiæ, liberatur ab obligatione voti, *vt ſuprà num.*262.*dictum eſt*, ergo nec ob alienum. Neque dicatur eſſe diuerſam rationem, ſcilicet, quia eſt in poteſtate viuentis vitare propriam incontinentiam, non tamen alienam. Nam contra arguit Coninch primò, quia quiſque non modo tenetur vitare propriam incontinentiam, ſed etiam periculum incontinentiæ, in quo grauiſſimè talis vir verſatur; cum difficillimum ſit aliquem cogi, vt continuo cum vxore dormiat, & tamen nunquam poſſit eius vſum appetere, præſertim quando vxor vnquam toto anno debitum petit, quod ſæpe in fœminis contingit. Nec ipſe magis habet in ſua poteſtate vitare hoc proprium periculum, quàm vxoris, cum nequeat eius torum deſerere, eiúſque cauſa eſt fauorabilior, cum non ex malitia, ſed ex neceſſitate huic periculo ſubiaceat; quare cum talis vir teneatur ſeruare votum caſtitatis non obſtante proprio periculo, tenebitur etiam non obſtante periculo vxoris. Secundò, quia inde ſequeretur eos, qui mutuo conſenſu caſtitatem vouiſſent, & iam ſolum vt frater, & ſoror viuerent, teneri petere à ſe mutuò debitum, quoties vnus crederet hoc eſſe neceſſarium ad euitandum in altero incontinentiæ periculum. Tertiò ſequeretur inde, quod is, qui quantum poſſet, vouiſſet caſtitatem, poſſet nihilominus ab vxore adultera petere debitum, quando videret hoc eſſe neceſſarium, vt ipſam ab vlteriori incontinentia auerteret, præſertim ſi cum ea ſolo toto ſeparata adhuc cohabitaret. † Verum reſpon- 267
detur, votum caſtitatis in tali caſu non obligare cum diſpendio ruinæ alterius coniugis liberæ vt dictum eſt *num.* 261. Reſpondetur etiam adeſſe in eo caſu obligationem offerendi copulam (ſi ſit aliqua ſpes, quod tali oblatione debiti alter ab incontinentia abſtineat) tum etiam ex bono fidei, ad quod ſpectat præſeruare alterum coniugem à fornicatione iuxta dicta *ſuprà num.* 17. *&* 25. tum quia neceſſitas, ſeu infirmitas coniugis laborantis periculo incontinentiæ, cui per actum coniugalem ſubueniri poteſt, cenſetur interpretatiua petitio, licet nullum aliud ſignum petitionis coniugalis appareat iuxta dicta *ſuprà num.*21. & docet etiam Hurtadus *d. n.*31. Ad confirmationem reſpondetur coniugem vouentem caſtitatem per votum poſſe ſibi præiudicare, non verò alteri coniugi, niſi forte & is concurreret præſtando aſſenſum voto caſtitatis per coniugem vouentem emiſſo; Quare coniux, qui emiſit votum non petendi, ſeu caſtitatis non poteſt abſque præuia diſpenſatione vti petitione actus coniugalis ad euitandam in ſe incontinentiam, quia tali remedio ſe ſpontè priuauit, vt dictum eſt *num* 263. Et licet ipſe ex eo, quod tenetur coniugi cohabitare in eadem domo, & in eodem toro, ſæpe poſſit ſtimulis carnis vexari, & exponi periculo copulam appetendi, id ſibi imputandum, qui ita voluit, vnde etiam ſua cauſa non eſt fauorabilior; quia in tales anguſtias etſi non ex malitia, tamen ex voluntate propria eſt coniectus. Et ita manet ſoluta prima ratio ad probandam confirmationem adducta. Ad ſecundam rationem eiuſdem confirmationis, negatur illud ſequi; nam quando coniuges ex mutuo conſenſu, ſeu pacto vouerunt caſtitatem omnimodam, tunc vterque voluntariè, & ſpontè ſe priuauit tali remedio, & ceſſit iuri ſuo, & etiam vterque facultate non ſolum petendi, ſed etiam reddendi priuatus eſt. Quid verò ſentiendum, ſi ex mutuo conſenſu non votum caſtitatis abſolutum, ſed tantum non petendi emiſiſſent dicetur infrà. Ad tertiam rationem confirmationis, an coniux ligatus voto caſtitatis poſſit vxori adulteræ remittere iniuriam, dicetur *infrà*; ſuppoſito autem quod poſſit remittere, aut de facto remittat, factâ remiſſione poterit licitè, & tenebitur offerre copulam coniugi adulteræ, ad euitandam eius incontinentiam; quia per remiſſionem reacquirit ius petendi debitum, & vt ſibi reddatur; non tenetur tamen coniux voto caſtitatis ligatus alteri coniugi adultero remittere iniuriam, nec offerre actum coniugalem, vt eum liberet ab incontinentia ob rationem *ſuprà num.*253. adductam; ſcilicet, quia ſi ſemel remitteret iniuriam, aut ſpontè concurreret

ad

ad actum coniugalem petendo, vel reddendo amitteret ius celebrandi diuortium, quare cum tanto ſuo damno non tenetur ſubuenire coniugis adulteri incontinentiæ, licèt aliàs non eſſet prohibitus petere, nempe neque affinitatis, aut cognationis ſpiritualis, vel voti impedimento eſſet ligatus.

268 Igitur communi opinione relata ſi ambo coniuges ſine mutuo conſenſu vouiſſent, ſeu promiſiſſent Deo ſe minimè debitum petituros, poſſent ambo petere debitum non in gratiam ſui, ſed alterius, ſcilicet, quando quilibet agnoſceret alium indigere, vt quia in illo periculum incontinentiæ aduertit, aut coniicit eum petiturum, niſi propter votum impediretur; quia cum neuter id faciat ſibi ſatisfaciendi gratiâ, ſed in gratiam alterius, cui reddere tenetur, & vt illi morem gerat, neuter verè petit, ſed quodammodo reddit iuxta dicta *n.*258. & in terminis docent non ſolum Sanchez *d.diſp.*7. *num.*11. Villalobos *d.diffic.*47.*num* 6. Martinus Perez *d.diſp* 51. *ſect.*1. *num.*8. & Filliucius *d.cap* 9. *n* 31. Sed etiam Angelus *verbo matrimonium impedimento* 5. *n.*5. & Roſella *verbo impedimentum* 4 *num* 7. quos etiam refert, & ſequitur Nauarrus *in ſumm cap* 16. *num.*31. & idem tradiderunt alij relati à Sanchez, qui addit idem dicendum, licet communi conſenſu tale votum emiſerint; & indicat Nauarrus *loco citato* cum loquatur de coniugibus qui vouentes pacti eſſent, ne à ſe mutuo debitum peterent, quos ait, ſi agnoſcentes, quod vterque id peteret, ſi poſſet, haberent copulam, non peccaturos. Et ratio eſt, quia cum ſolùm ſe non petituros vouerint, reddere tenentur, illa autem copula eſt quodammodo redditio. Idem ex Angelo, & Sanchez dicendum, ſi votum caſtitatis abſolutum ante, vel poſt matrimonium coniuges emiſerint non communi conſenſu; etenim id votum non liberat ab obligatione reddendi, ſed ſolum obligat ad non petendum; petitio autem debiti in gratiam alterius indigentis eſt quædam redditio, vt dictum eſt. Neque dicas cum Coninch *d.diſp.*34.*num.*40. vbi vterque coniux vouit non petere, vel emiſit votum caſtitatis abſolutum licet ſine mutuo conſenſu, cum neuter poſſit petere debitum, & vnus apertè nolit petere debitum, ne petendo peccet, alterum nullo modo poſſe præſumere illum petere, aut tanquam petenti reddere: Nam indigentia illa oriens ex incontinentiæ periculo, vel ex naturali affectione, ſeu propenſione alterius coniugis in copulam carnalem, ob quam debitum peteret, niſi votum non petendi obſtaret eſt virtualis petitio carens omni culpa, ac proinde falſum eſt, alterum nullo modo poſſe præſumere illum petere, aut tanquam petenti reddere, ſi aduertat incontinentiæ periculum, vel agnoſcat affectionem naturalem, ſeu propenſionem in copulam attentâ illius conditione, ac complexione; aliíſve coniecturis conſideratis. Et ita ad ſic petentem poteſt licitè accedere illi morem gerendi, vel ſubueniendi gratiâ, quod eſt reddere. Immò non obſtante mutuo voto non petendi, ſi vnus agnoſcat in altero incontinentiæ periculum, vel vterque in tali periculo verſetur, non ſolùm licitè alter ad alterum accedere poteſt, ſed & tenetur, cum talis acceſſus ſit redditio, & in tali periculo quilibet coniux obligetur ſubuenire alteri ex dictis *ſuprà num* 261. *&* 267. & latiùs *num.*17. 21. *&* 25. Dixi autem, *ſi votum caſtitatis abſolutum emiſerint ſine mutuo conſenſu*; nam ſi mutuo conſenſu per modum pacti vouiſſent, non liceret eis commiſceri, cum iam neque petendi, neque reddendi facultatem habeant, vt rectè Sanchez, & latiùs dicemus *infrà cap.*3.

269 Porrò in omnibus prædictis caſibus, in quibus dictum eſt coniugem affinem, vel voto caſtitatis, aut non petendi ligatum poſſe licitè petere, & accedere ad alterum in illius gratiam, cauendum eſt, nè intemperantia decipiat; & in dubio potius abſtinendum; quia id ſecurius; & vbi ambo licet ſine mutuo conſenſu caſtitatem vouerunt; ſi eorum alter ſigna petitionis præbeat; peccabit, quia id eſt tacitè exigere; etſi alter reddens carebit culpa. Similiter peccabit affinis, vel voto caſtitatis ligatus, & prohibitus petere, ſi inuitet alterum coniugem liberum ad petendum; nam & hoc eſt exigere: quemadmodum etiam reus culpæ erit coniux liber ſi incitet impeditum, vt petat, licet eius lapſum in incontinentiam timeat, vtpote incitans ad peccatum; ſed debet tunc præuenire, & petere iuxta dicta.

Poterit autem coniux impeditus petere alteri libero ſignificare ſuum impedimentum, ne ſuam petitionem exſpectet, ſed quoties ſibi placuerit actum coniugalem exercere, liberè petat; quia id non eſt petere; ſed ſolam cauſam non petendi ex parte ſua indicare alteri, ne ei matrimonium reddatur oneroſum. Ita Sanchez, Coninch, Filliucius *locis citatis*, & Paludanus 4. *diſt.*38.*quæſt.*3.*art.*5. Sicut etiam idem coniux voto caſtitatis, vel alio impedimento prohibitus petere non tenetur alteri libero ſuum votum ſignificare, vt ab vſu matrimonij abſtineat, quamuis ſi indicaret, exiſtimet alterum non petiturum, quia durante obligatione reddendi debitum, commiſceri reddendo non eſt materia voti. Ita Caietanus 2. 2. *quæſt.*88. *art* 3. §. *Ad hoc dicitur.* Sotus *lib.*7. *de iuſtit. quæſt.*3 *art.*1. *verſic. Quod ſi contra arguas*, & Sanchez *num* 9. Immò ſi ex ſignificatione voti, aut alterius impedimenti aduerteret alterum fore deterrendum à petendo non poſſet illi manifeſtare, quia alioqui faceret contra ius ipſius. 270

Prudentérne, an imprudenter agant coniuges vouentes caſtitatem, aut non petere, & quando teneantur talis voti diſpenſationem, vel irritationem impetrare?

Ex dictis colligi poteſt regulariter coniugem non prudenter facere, dum vouet caſtitatem, vel non petere debitum, niſi voueat ex conſenſu coniugis, qui vouenti permittat ſeparationem à toro, & vt ſeorſim cubet; tum quia tale votum non poteſt non eſſe odioſum, & moleſtum alteri coniugi, qui (non obſtante communi opinione *num.*258. ſtabilita) deberet, vt plurimum petere debitum, ſi vellet vti licitè matrimonio; tum quia ex aſſidua tori cohabitatione exponitur periculo violandi votum, & petendi debitum ad ſuæ concupiſcentiæ ſatisfaciendum; id quod etiam obſeruat Leſſius *lib.*4. *cap* 40. *num* 100. vbi tamen addit non ideo tale votum deſinere obligare, cum ſit de bono conſilij, etſi abſque periculo non mandetur executioni. Immò minus prudenter etiam tale votum facerent coniuges, licet ex communi conſenſu, & cum tori ſeparatione, niſi vlterius ex aliqua experientia ſufficienter coniiciant ſibi non imminere notabile periculum frangendi votum, quod aliàs ex continua cohabitatione, & conſuetudine, etſi cum tori ſeparatione, vt plurimum poteſt imminere. 271

Quapropter coniugibus, qui ante contractum matrimonium, vel poſt emiſerunt votum caſtitatis, vel non petendi, expediet, vt voti irritationem, vel diſpenſationem pro libera debiti petitione, & redditione obtineant; & ad id coniugem tali voto ligatum, qui non poteſt à coniuge libero toro ſeparari, puto vt plurimum teneri, ob periculum frangendi votum ex tori cohabitatione regulariter imminens; 272

minens; ſecus ſi per ſe eſſet auerſus ab actu venereo, ita vt illi non immineret eiuſdem voti frangendi periculum; ſi etiam coniux liber ſit talis naturæ, vt ob erubeſcentiam, vel aliam cauſam magna cum difficultate petat debitum, etſi actum coniugalem appetat (quod faciliùs contingit in fœminis) ac proindè ex parte illius immineret incontinentiæ periculum, cui coniux voto non petendi, ſeu caſtitatis ligatus aduertat ſe non poſſe ſufficienter ſubuenire oblatione copulæ factâ in gratiam illius tantum, vel non niſi agitatus ſcrupulis, an talis oblatio ſeu punitio à ſe facta verè tendant tantum ad ſatisfaciendum alteri; ad eandem voti irritationem, vel diſpenſationem obtinendam teneri. Videtur iuxta tradita à me in tractatu de triplici iubilei priuilegio *ſect.2.caſu 34.n.14.*

Coniux affinis, vel voto caſtitatis ante, vel poſt matrimonium emiſſo præſertim aſtrictus an peccet reddendo, quoties non tenetur reddere, vt priori bimeſtri, vel ratione adulterij alterius coniugis, anque poſſit coniugi adultero reconciliari, & renunciare priuilegio iuris eum eximenti ab obligatione reddendi?

273 Sed numquid coniux, qui ob affinitatis, aut cognationis ſpiritualis, aut voti abſoluti caſtitatis impedimentum prohibitus eſt petere debitum, & aliàs tenetur coniugi libero reddere; poteſt licitè eidem coniugi libero reddere debitum in caſu, quo ex lege iuſtitiæ non tenetur reddere, puta, ſi liber adulterium commiſerit (ſecluſa compenſatione cum adulterio inceſtuoſi) aut priori bimeſtri ante conſummatum matrimonium, quo tempore vterque coniugum, licet poſſit, non tamen tenetur reddere? Sanchez *lib.9. diſp.6. num.14.* loquens de coniuge tùm impedimento affinitatis, aut cognationis ligato, quàm obſtricto caſtitatis voto emiſſo tam ante, quam poſt contractum matrimonium negat poſſe licitè reddere priori bimeſtri, aut coniugi adultero, quod idem repetit *eodem libro diſp.35. num.23.* & ait peccare mortaliter, ſi reconcilietur eidem coniugi adultero; & loquentes de coniuge, qui ante, vel poſt matrimonium emiſit votum caſtitatis, eum etiam iam ſemel conſummato matrimonio non poſſe licitè reddere alteri poſt eius adulterium, neque ei reconciliari, tenent Leſſius *de iuſtitia lib.2. cap.41.num.53.* Coninch *diſp.34.n.41.* Baſilius Pontius *lib.10.cap.5.n.19.* Hurtadus *de matr. diſp 10.diff 8.n.31.* Bonacina *de matr. q.3. punct.14. num.8. & de precept.decalog. diſp.4. q 2. punct.5. §.4. num.4.* Palaus *diſp. ſuprà n.1.allegata punct.4.§.7.num.9.* Leandrus Diſcalceatus *de Sacram p.2. tract.9. diſp.15. q.75.* Layman *lib.5.tr.10. p.3.cap.1.num.10.* Et innuunt alij, vt Syluester *v. matr. 8.q.15.dicto 7.* Petrus Ledeſma *d. quæſt.55. art.6. circa tertium ſtatum affinitatis dub.4. in ſolut. ad 1.* aientes coniugem inceſtuoſum peccare in debiti redditione, quoties hæc non eſt debita ex iuſtitia; & idem loquentes de coniuge habente votum caſtitatis indicant alij relati à Sanchez. Qui quoad coniugem, qui cum altero coniuge affinitatem contraxit, probat primò ex textu in cap. *tranſmiſſæ, de eo, qui cogn. conſang.* ibi, *non cognoſcat eam, quam diù vixerit, niſi ab ea requiſitus; & tunc ad ipſam non ſine graui dolore cordis accedat.* Id eſt (inquit Sanchez) coactus lege iuſtitiæ, ne innocentem ſuo iure priuet, ac proindè quando nulla lege cogitur, tenetur non accedere. Secundò, quia cum copula illa ſit inceſtuoſa, vtpote cum affini eſt omnino illicita, ſolúmque excuſari poteſt ob fortius iuſtitiæ debitum, & conſequenter vbi non eſt debita, eſt illicita. Quo verò ad coniugem voto caſtitatis abſoluto obſtrictum probatur, quia tenetur illud ſeruare quantum poteſt ſine iniuria alterius coniugis, quoties autem hic adulterium commiſit, vel primo bimeſtri petit, poteſt ſine iniuria, quia non tenetur reddere. † Neque dicas eſſe 274 priuilegium, vt primo bimeſtri ante conſummatum matrimonium coniux non teneatur reddere, & ſimiliter eſſe priuilegium coniugis innocentis, vt fracta ſibi fide per adulterium poſſit ea exceptione vti, & non reddere, nemo autem cogitur vti ſuo priuilegio cap. *ſi de terra, de priuileg.* nam reſpondet Sanchez hoc verum eſſe ex vi priuilegij, ſecus ſi ex vi alterius legis obligabatur ad aliquid, à quo ratione impedimenti excuſabatur, quod impedimentum per priuilegium auferetur, tunc enim non ex vi priuilegij; ſed ex vi illius legis obligatur ad illo vtendum; vt agens de obligatione habentis Bullam ad audiendam miſſam tempore interdicti, tenet etiam Suarez *tom.3.in 3.p.diſp.88.ſect.6. verſic. Solet etiam hic interrogari.* Villalobos *p 1.ſum.tract.19.diffic.5. num.14.* Et in Bullam Cruciatæ, *clauſula 3.n.18.* Sotus, Nauarrus, Medina, Manuel, Henriquez relati à Villalobos, *d.n.14. & plures ex recentioribus.* † Ex quibus infert Sanchez 275 emittentem votum caſtitatis ante matrimonium, & poſtea contrahentem matrimonio non conſummato affinitatem, aut cognationem cum vxore, quamuis non peccet conſummando matrimonium non petendo, ſed reddendo iuxta opinionem aſſerentem eum non teneri ingredi religionem; peccare tamen primâ vice reddendo intra primum bimeſtre cum tunc redditio ſit omnino voluntaria. Quod ſi iſte coniux affinis, vel voto caſtitatis ligatus remitteret alteri coniugi iniuriam adulterij, illique reconciliaretur, aut ſimiliter adulterium committeret, aut accederet ad coniugem adulterum, remiſſio quidem tenebit, & ceſſabit ius denegandi debitum, tenebitúrque in poſterum reddere etiam iuxta Auctores præcitatos, ſed tamen remiſſio non carebit culpa lethali, & illud adulterium affectumerit hac ſpeciali deformitate mortali, & neceſſario explicanda in confeſſione, ſi aduertat per eam reddi ſe impotentem ad ſeruandum votum caſtitatis, vel præceptum abſtinendi omnino à copula coniugali ortum ex contracta affinitate, vel cognatione, vt in terminis etiam Sanchez.

276 Contrarium tamen, & coniugem, qui ante, vel poſt contractum matrimonium caſtitatem vouit, non teneri non reconciliare coniugem adulterantem, ſed remittere iniuriam poſſe ſiue expreſsè, ſiue tacitè; ex quo recuperat adulter ius exigendi; & conſequenter in innocente obligatio reddendi reuiuiſcit, tenet Rebellus *de oblig. iuſtitia p.2. lib.3.q.17. num.8.* referens idem viros doctiſſimos aſſeruiſſe, pro qua opinione ſtat Abulenſis *Num.cap.30.q.81.* vbi ait, vxori, quæ non tenetur reddere, & aliàs non poterat, permitti viro, qui inſtanter, & quaſi cogens petit, reddere ob matrimonij pacem tuendam, quod idem ſentiunt Henriquez *lib.11.cap.15.n.8. litera G. in commentario*, & alij quos Sanchez *d. diſp. 6. num.15.* refert. Cuius rei rationem reddit Abulenſis, quod Eccleſia interdum aliqua concedit ad vitandum maiora mala, abſoluitque mulierem à voto, ne ſequatur diſcordia coniugum. Et addit aliquos idem ſentire de viro reſpectu mulieris; licet id ipſe neget; quia vir tanquam potentior poteſt grauiores excitare diſcordias. Et mihi quoque non diſplicet hæc opinio, quod coniux innocens affinis, vel voto caſtitatis obſtrictus poſſit coniugi adultero reconciliari, & renunciare iuri ſuo, ſeu priuilegio non reddendi, præſertim ſi faciat ex cauſa conſeruandi pacem, & mutuum amorem, & euitandi alterius diſplicentiam, ac diſcordias; quæ cauſa ſemper videtur

inter

Digitized by Google

inter coniuges adeſſe; & certè ſi coniux innocens impeditus eſſet ſolum ratione affinitatis, aut cognationis ſpiritualis, non videtur dubium, quin ob pacem matrimonij ſeruandam, & diſcordias inter coniuges vitandas poſſit coniugi adultero reconciliari, & reddere ei debitum, & etiam prius bimeſtri, nam ſolum iure humano tenetur abſtinere à copula coniugali, ius autem humanum non obligat cum tanto detrimento boni pacis, & diſpendio diſcordiarum iuxta dicta *ſuprà num.* 266. Et hoc admittit etiam Sanchez *d. num.* 15. licet coniux innocens inceſtuoſo priuato iure exigendi numquam teneatur reddere, vt oſtenſum eſt *ſuprà num.* 251. Etſi contrarium teneant plures ibidem citati. Sed probatur opinio in vniuerſum, quia affinitas, & votum caſtitatis obligant ad abſtinendum à ſpontaneo actu coniugali, non autem ad alteri coniugi non reconciliandum, vel remittendum iniuriam per adulterium irrogatam, ad non renunciandum priuilegio iuris eximenti ab obligatione erga alterum ex matrimoniali contractu prouenientę, cum talis iniuriæ remiſſio, & priuilegij renuntiatio non comprehendatur ſub obiecto voti caſtitatis, aut impedimenti affinitatis, & ad eam etiam ex neceſſitate non ſequatur vſus coniugij (quia ea ſequuta alter poteſt, ſi velit, abſtinere à petitione debiti) & non fiat animo frangendi votum, aut præceptum abſtinendum à copula coniugali, ſed ex alia iuſta cauſa, nempe, vel quia remittere iniuriam per ſe eſt quid bonum, & laudabile, vel quia reconciliari, & renuntiare tali priuilegio ſibi à iure conceſſo expedit pro bono pacis matrimonij, & ad euitandum iurgia, rixas, & diſcordias, aut alia maiora mala. Et ſi facta remiſſione iniuriæ, vel priuilegij renunciatione, per quam alter coniux acquirit ius exigendi debitum, coniux vſu matrimonij ratione affinitatis, vel voti caſtitatis prohibitus conſtituitur in ſtatu, vt altero exigente nequeat omnimodam caſtitatem ſeruare, & prorſus à copula coniugali abſtinere, id ſe habet per accidens. Quare ad exemplum de interdicto à diuinis habente Bullam, vi cuius poteſt eodem Interdicti tempore miſſam audire; Reſpondetur primò non eſſe adeo certum, quod non poſſit tali priuilegio renunciare; nam ſicut interdictus ex vi præcepti audiendi miſſam non obligatur ad accipiendam Bullam; ita non videtur ex vi eiuſdem præcepti obligari ad non renunciandum eiuſdem Bullę priuilegio. Et ita ſentiunt Auila *de cenſ. p. 5. diſput. 4. ſect. 2. dub.* 3. Victoria, Cano *apud ipſum*, & Villalobos *d. diffic. 5. nu.* 15. & Pellizarius *in man. regul. tom. 2. tract.* 8 *cap. 2. ſect. 2. n.* 145. Secundo reſpondetur in tali caſu non concurrere aliquam iuſtam cauſam renunciandi, & non vtendi priuilegio; ac proinde renunciatio videretur ſolo animo non adimplendi præceptum audiendi miſſam: In noſtro autem caſu nunquam deeſt iuſta cauſa reconciliationis, aut renunciationis priuilegij, ſeu iuris non reddendi coniugi adultero, vel prioris bimeſtri. Vt ex dictis conſtat.

Et hanc ſententiam tenet etiam Sanchez *dicta diſp.* 35. *num.* 26. *&* 28. quando votum caſtitatis à coniuge innocente emiſſum eſt poſt conſummatum matrimonium, tenens hoc votum quoad non reddendum eſſe nullum, nec obligare ad abſtinendum à redditione, quando ea eſt voluntaria propter alterius adulterium; licet quoad hoc Sancio contradicant in terminis Coninch *d. diſp.* 34 *num.* 50 Pontius *d. cap.* 5. *num.* 19. Caſtrus Palaus *d. puncto* 7. *n.* 9. & Perez *diſp.* 15. *ſect.* 4. *nu.* 8. aſſerentes tale votum licet poſt conſummatum matrimonium emiſſum obligare ad omnimodam caſtitatem, & ſic ad non petendum, & ad non reddendum, quando redditio eſt voluntaria, vt in caſu adulterij alterius, & idem tenet Leand. Diſcalc. *de ſacr. tr. 9. diſp. 25. q.* 75. de qua tamen re *infra ca.* 3.

Et prædicta quidem procedunt, quando coniux ante, vel poſt matrimonium vouit abſolutè caſtitatem, ſeu caſtitatis votum fecit; quod ſi votum fuerit tantum de non petendo debitum, cum huiuſmodi votum ad id tantum obliget, coniugem ſic vouentem non teneri abſtinere à debiti redditione, quando id ſibi liceret, ob alterius coniugis adulterium, docet etiam Sanchez *dict. diſput* 35. *numero* 22. & indicant Pontius, & Coninch *locis citatis*, & caret dubio. 277

SVMMARIVM

§. XV.

Excommunicatio non excuſat à redditione debiti, & ita ſiue alter coniux tantum, ſiue vterque ſit excommunicatus, & non excommunicatus, & excommunicatus poteſt debitum petere, & alter tenetur reddere; & non ſolum vxor non excommunicata poteſt petere, & cogitur reddere viro excommunicato; ſed etiam vir non excommunicatus poteſt licitè petere debitum ab vxore excommunicata, & cogitur ei petenti reddere. num. 278. 279. 282. 283. 284.

Quid ſi matrimonium fuerit præſumptum? n. 290.

Eccleſia, ſi vellet, an poſſet ex cauſa coniuges excommunicatos ob præciſam rationem cenſuræ priuare communicatione in debito coniugali, ita vt neque etiam coniux carens culpa poſſet licitè petere aut reddere. Negatiua, nu. 280. *Affirmatiua. n.* 281.

Quo iure diuinóne & naturali, an tantum humano communicatio in debito coniugali competat coniugibus excommunicatis. num. 280. 281. 286. *&* 288.

Si alter coniux contraxit ſcienter cum altero excommunicato, an antequam iſte abſoluatur, licita ſit & obligatoria inter eos communicatio quoad cohabitationem debiti petitionem, & redditionem, & quoad alia obſequia ad coniuges ſpectantia. Negatiua, niſi bona fide, vel cum excommunicato tolerato fuerit contractum. n. 286. *&* 287. *Affirmatiua n.* 288.

Communicatio quoad cohabitationem, debiti petitionem, & redditionem, & alia obſequia non licet, vbi vterque coniux eſt excommunicatus propter matrimonium illicitè contractum, & de cuius valore lis eſt. n. 291.

Neque licet, ſi coniuges excommunicati eſſent diuortio ſeparati; qui tamen non obſtante excommunicatione poſſent reconciliari, ac proindè poſtea poſſent licitè, & tenerentur communicare quoad obſequia coniugalia. nu. 292.

Intellectus cap. quoniam multos 11. q. 3. & cap. inter alia de ſententia excom. *n.* 281. 288. *&* 289.

Eccleſia ex iuſta cauſa poteſt priuare Reges regno, & abſoluere ſubditos à neceſſitate parendi n. 281.

Excommunicato non datur actio iudicialis ad petendum debitum: competit tamen priuata. n. 283.

Delinquens in Eccleſia non gaudet immunitate illius numero. 289.

Verba generalia reſtringuntur ad terminos habiles. Ibidem.

Famuli mercenarij, & ruſtici, qui cum peccato ſe ſubiecerunt domino excommunicato nominatim denunciato an poſſint ei communicare. n. 289.

§. XVI.

340 Secunda ſententia ait, Si matrimonium à ſeruo contractum ſit de conſenſu domini, teneri ſeruum magis reddere debitum coniugi rationabiliter attenta ſeruitore petenti, quam obſequium domino iubẽti; at ſi domino inuito, ſeu ſine eius conſenſu, vel ſub conditione nihil de ſeruitio imminuendi contraxit, teneri potius obſequi domino rationabiliter atteuto coniugio præcipienti. Ita Paludanus *dict. diſt. 36. quæſt. 2 art. 2. concluſ.* 4. Ricchardus *art. 4. quæſt. 2.* Nauarrus *dict. cap 22. numero* 4. Syluester *v. ſeruitus quæſt. 7.* Roſella *v. ſeruus 3. num. 1.* Angelus *v. matrimonium 3. impedimento 4 numero* 15. Coninch *dict. diſp 31. numero 35. & 36.* Aaorius *dict. cap. 8. q. 1.* Layman *loco ſuprà n.* 319. *citato.* Ex Canoniſtis Io. Andreas, Ancharanus, & Præpoſitus *in d. cap. 1. de coniugio ſeruorum*, & nonnulli alij, quos Sanchez *dict. diſp 21. num. 13. in fine refert*, & non diſcrepant Doctores pro ſequenti ſententia referendi. Prima pars huius ſententiæ probatur, quia eo ipſo, quod dominus permiſit, & conceſſit ſeruo contrahere matrimonium, implicitè, aut tacitè voluit concedere omnia, quæ matrimonium ſequuntur, & ſic debiti ſolutionem, cedendo, quoad hoc, iuri ſuo, Conceſſo enim principali, nempè matrimonio, cenſetur conceſſum etiam acceſſorium, nempè matrimonij vſus; cum acceſſorium ſequatur principale, *cap. prudentiam, de offi. delegati.* quare ita conſentiendo ſibi obligationem implicitè impoſuit, quo minus ſeruum à rationabili coniugij vſu ſine grauiſſima neceſſitate impedire poſſit; quod ſi facit, peccat contra iuſtitiam; ſecus ſi ea grauiſſima neceſſitate impediret, loquiunt Coninch, & Layman, quia non cenſetur dominus conſentiendo ſerui matrimonio voluiſſe cum tanto ſuo incommodo ſe obligare ad eum non ita impediendum Secunda pars probatur ex adductis pro antecedenti ſententia, ſcilicet, quia ius domini in ſeruum antetius eſt, & quia per matrimonium ſerui inuito domino non minuitur ius domini, vt conſtat ex poſtremis verbis *dict. cap. 1. de coniugio ſeruorum*, alioqui ſeruus poſt matrimonium non eodem modo ſicut ante teneretur domino ſeruitia præſtare; cuius ratio eſt, quia nemo poteſt priuata auctoritate de re aliena inſcio, & inuito domino diſponere, ſiue eam auferre; quod ſequeretur, ſi ſeruus per tale
341 coniugium iura domini minueret. † Si dicat, ſeruum hoc non facere priuata auctoritate, ſed auctoritate Dei, qui vt author naturæ, & gratiæ inſtituendo matrimonium ei hoc conceſſit, vt ſeruus poſſet illud contrahendo domini ius ſeruus minuere: Reſpondet Coninch hanc conceſſionem nec iure, nec ratione probari poſſe, & repugnare naturæ ipſius ſeruitutis, qua ſeruus non ſub conditione, ſed abſolutè eſt res ipſius domini, vt *numero* 338. dictum eſt, & eodem argumento quis inferret (ſubdit idem Coninch) quod dominus talem ſeruum ex nulla neceſſitate poſſet in locis remotioribus vendere; & quod eo caſu, quo hoc eſſet neceſſarium, vt poſſet reddere debitũ, teneretur eam lautius habere, & ab omni opere liberare, quæ abſurda ſunt. Quare ex eo (concludit Coninch) quod poſſit contrahere matrimonium, nihil aliud ſequitur, quam eum poſſe facere ea, quæ matrimonio ſunt eſſentialia, ſcilicet, quoad eius vſũ transferre in cõiugem dominium ſui corporis, & obligare ſe ad reddendum debitum, quantum ipſius ſta-
342 tus hoc permittet, ac ratio exigat. † Dictũ eſt autem in propoſitione ſecundæ partis huius ſententiæ, *teneri potius obſequi domino rationabiliter præcipienti*, nam ſi ſine cauſa, & minimè rationabili, nempe parui ponderis, & momenti dominus exigeret ſeruitium in præiudicium debiti reddendi, tunc non eſſet audiendus, ſed potius reddendum debitum coniugi illud rationabiliter petenti iuxta eoſdem DD. præſertim Paludanũ, & Azurium, iuxta quos authores omnes etiam non obſtante, quod ſeruus inuito domino contraxerit, magis parendum erit coniugi petenti, quam domino eodem tempore ſeruitium exigenti, ſi ea dilatione debiti probabiliter timeatur in coniuge petente periculum incontinentiæ, & aliàs dominus non poteſt pati notabile detrimentum; id quod etiam Doctores ſequentis ſententiæ tradunt.

Tertia ſententia docet ad ferendum iudicium vtri 343
potius ſatisfaciendum ſit, eſſe attendendas peculiares circumſtantias occurrentes, nimirum periculum incontinentiæ propriæ, damnum coniugis petentis ex dilatione ſolutionis debiti imminentis, & detrimentum domino redundãs ex mora præſtandi obſequij, ſi potius ſeruus coniugi debitum reddat, & illius cauſam poſtponendam eſſe, qui minori neceſſitate vrgetur, cuiuſq; mora minus damnũ infert; quia iuxta lumen naturæ rationalis, naturalemue æquitatẽ illi potius ſatisfaciendũ eſt, qui maiorem neceſſitatem patitur. At regulariter, & ex natura rei vbi aliqua neceſſitas nõ præponderat, ſed cetera ſunt paria, ſi matrimonium conſentiente domino contractũ eſt, potius coniugi petenti, quam domino iubenti parendũ ob rationem primæ partis præcedentis ſententiæ; ſi verò matrimonium inſcio, & diſſentiente domino, vel ſub conditione nihil de ſeruitio imminuendo, fuit initũ, ipſi præcipienti prius obediendũ, quia eius ius in ſeruum prius, & antiquius eſt, vt dictũ eſt in confirmatione primæ ſententiæ, & ſecundæ partis ſententiæ præcedẽtis, & ſeruus cõtrahendo non potuit ſe obligare niſi ſaluo iure alterius, nẽpe domini. Ita S. Tho. *loco ſuprà n. 319 relato.* Durandus *eadem diſt. 36. q. 2. n. 4.* Gabr. *q. 1. art. 3.* Sotus *diſt. 25 q. vnica art. 1* Petr. Ledeſma *dicta q. 52 a. 1. fine* Ludou. Lopez *1. p. inſtruct vbi de matr. cap. 47. de impedimento conditionis §. circa prædictam* Emanuel Sà *v. matrimonij impedimen. adirim. n. 1. verſic.* Dominus *conſentiens* Rebellus, Auerſa *loco n. 319. relatu*, & ea *iuriſperitis*, & Canoniſtis Abbas, Butrius, Aleaander de Næuo *in d. cap. 1. de coniugio ſeruorum*, & Gutierez *d. cap. 92. n. 7. verſic. Mihi autem.*

Quarta ſententia tenet, ſiue conſentiente, ſiue diſ- 344
ſentiente domino mancipiũ matrimoniũ cõtraxerit, potius teneri mancipium obſequi coniugi debitũ petenti, quã domino eodem tempore ſeruitiũ exigenti, modo dominus non ſit in graui neceſſitate prædicti obſequij mox præſtandi conſtitutus; vt ſi ab hoſtibus necandus inuaderetur; quia mora reddendi debiti coniugalis modica eſt, ac proindè æquum eſt vt dominus eam patiatur, quo ſeruus matrimonij oneribus ſatisfaciat. Ita Celaia *diſt. 36. q. 1.* Hoſtienſis *in ſumm. tit de coniugio ſeruorum n. 4.* Monaldus *in ſumm. vbi de matrimonio in de impedimento conditionis*, & prius Gloſſa *in d. cap. 1. coniugio ſeruorum v ſeruitia & ibi* Cardinalis *n. 5.*

Quinta demum ſententia (quæ vix à præcedenti 345
differt) aſſerit cæteris paribus, & neutrius neceſſitate præponderante, ex natura rei, & abſolutè loquendo potiorem, & maiorem obligationẽ eſſe reddendi debiti, vbi rationabiliter attenta ſeruitute exigitur, quàm obediendi domino, licet eo inuito mancipium matrimonium inierit. Ita Sanchez *d. diſp. 21. num. 15. & ſeqq.* quem ex Doctoribus *n. 319.* allegatis ſequuntur Filliucius *d. cap. 2 n. 15.* Villalobos *d. diſp. 6. n. 11.* Fagundez *d. cap. 14 num. 3.* & eiuſdem Sanchez ſententiam tandem approbare etiam videtur Rebellus *d. quæſt. 3. num.* 4. Probat Sanchez (& rationem eius alij Doctores præallegati approbant) dicens falſum eſſe abſolutè loquendo, quod ius domini in ſeruum contrahentem eo inuito ſit antiquius iure coniugis, ſeu vxoris in ipſum ſeruum, ſed imò ius vxoris

in corpus ſerui ſui coniugis abſolutè eſſe antiquius iure domini in ſeruum, quod ſic oſtendit. Nam ius coniugis, cum quo mancipium contraxit, dupliciter conſiderari poteſt, vno modo quoad poſſeſſionem actu apprehenſam in corpus alterius cõiugis mancipij per matrimonij contractum; & hoc modo certũ eſt ius domini antiquius eſſe, alio modo quoad vinculum, & ſuam primæuam originem, ex qua principium traxit, & hoc modo ius coniugis in coniugem ſuum mancipium antecedit ius domini, illoque prius, & potius eſt; quia proficiſcitur ex iure naturali, ad quod natura omnes ſeruos, ac libèros inclinat ad propagandum genus humanum, & ex illo antiquo, & primæuo iure, quod mancipium ad matrimonium, & ad traditionem ſui corporis medio matrimonio faciendam in ordine ad hanc propagationem (hoc enim ius per contractum coniugalem transfert mancipium in coniugem, quia eo ipſo, quod mancipium habet antecedenter ante omnem ſeruitutem ius naturę transferendi poteſtatem ſui corporis per matrimonium in coniugem, coniux ille, in quem transfertur, acquirit ius illud primæuum mancipij) ius autem naturæ prius eſt iure gentium, à quo oritur ſeruitus. Quare cæteris paribus, & neutrius neceſſitate præponderante, potiores ſunt partes coniugis, vt ſibi poſtulanti reddatur debitum, cum ius coniugis ad matrimonium contrahendum, & traditionem ſui corporis faciendam, & alterius coniugis corporis traditionem accipiendam ſit præſtãtius, & vetuſtius, vt pote quoad primæuam originem ex iure naturali profectum, quamuis actualis traditio, & acceptio, ſeu poſſeſſio poſterior ſit iure domini in mancipium, quod ex iure gentium ortum eſt.

346 Ex his quinque ſententiis prima eſt minus probabilis; tertia eſt magis communis, & valde probabilis, ſicut & ſecunda ab eadem tertia parum differens; At quinta (quæ quoque cum quarta in principali puncto conuenit) mihi magis placet; iuxta quam conſiderando vſum matrimonij etiam quoad exactionem dicendum eſt, mancipium coniugatum, ſiue ex cõſenſu Domini, ſiue eo repugnante poſt ſeruitutem matrimoniũ contraxerit, potius, & antiquius habere jus ad honeſtam, & moderatam ſeu rationabilem debiti exactionem, quam habeat dominus iure ſeruitutis ad ſeruitia, quæ hanc moderatam exactionem impedire poſſent; nam cum vetuſtius ſit ius mancipij ad matrimonium ineundum, præferendum quoque eſt quoad honeſtum matrimonij vſum, ne ius inutile ſit; ad matrimonij autem vſum & reddere, & petere ſpectat: Fundamenta autem primæ, & ſecundæ ſententiæ manent ex dictis ſoluta, & præſertim ad argumentum deſumptum ex textu *in dict. cap. 1. de coniugio ſeruorum* Reſpondetur, illum textum ſolum probare per matrimonium non effugere ſeruum ius ſeruitutis, nec effici ſui iuris; ſed adhuc teneri ad conſueta domino obſequia præſtanda, vt *num.* 338. explicaui; & in hoc ſenſu ſeruum cum ſuo onere tranſire in poteſtatem coniugis per matrimonium; at ius coniugis in corpus ſerui antiquius eſt iure domini ad ſeruitia, vt oſtenſum eſt. Neque verum eſt, quod Coninch *numero* 341. dicebat, nempe, quod ſi ſeruus magis obſequi teneretur coniugi petenti, ſequeretur dominum in vrgenti neceſſitate non poſſe vendere in remotioribus partibus; aut teneri lautius eum tractare, & ab omni ſeruitio liberare, ſi id neceſſarium eſſet ad debiti redditionem; nam neceſſitas grauis facit ceſſare ius alterius, & eſſe licita, quæ aliàs non eſſent; vt conſtat ex ſupra dictis; etenim licèt quilibet coniux ex vi matrimonij teneatur ex obligatione iuſtitiæ reddere debitum, non tamen ſi grauis neceſſitas excuſet ad id tenetur; Domino etiam ſufficit non impedire honeſtum, & rationabilem vſum matrimonij, non autem tenetur eum lautè habere, vel ab omni ſeruitio eximere, vt habilis, & potens ad reddendum efficiatur, quia ad hoc ſe non extendit ius ſerui, & ſua cõiugis ad vſum matrimonij, ſed tantũ ad vſum honeſtũ matrimonii attentâ conditione ſeruili. Pro quo vſu honeſto tenetur dominus concedere ſeruo locum (vt in ſpecie Sanchez *d. diſp.* 21. *n.* 17. Fagundez *dict. cap.* 14. *n.* 24.) etenim negatio loci moderatam exactionem, & redditionem debiti impediret.

Cętetum ex dictis conſtat omnes præallegatos cõ- 347 uenire, vbi cõiugi petẽti ab altero coniuge mancipio imminet incontinentiæ periculũ, debitum coniugale eſſe anteponendũ ſeruitio domini, licet eo repugnante matrimoniũ fuerit initũ, dũ ex dilatione ſeruitij nullam grauem iacturã paſſurus eſt dominus, cum dominus ſaltem ex charitate teneatur modicũ detrimentũ in ſeruitio pati, ne alter peccet. † Videntur etiam 348 conuenire præfati DD. cum neceſſitas ſeruitij domino iubenti præſtandi præpõderet dilationi vſus matrimonij, vel ſaltem eſt grauis, & coniux petens debitum abſque notabili incõmodo poteſt abſtinere ab vſu coniugij, ſeruitium domini eſſe præferendũ, licet eo conſentiente matrimonium ſit contractum; quia debiti petitio non videtur in tali caſu rationabilis attentâ conditione ſeruili alterius coniugis. † In du- 349 bio autem cuius neceſſitas præponderet, & vtri potius mancipium debeat obtemperare coniugine, an domino, in fauorem matrimonij inclinandum, pręſertim ſi adſit incontinentiæ periculum, & coniugi potius ſeruum obſequi debere, quàm domino, etiamſi eo inuito contractum fuiſſet matrimonium, quia matrimonij fauor cauſam obtinet potiorem; & quia ius coniugis ad matrimonium, & ejus vſum eſt præſtantius, & vetuſtius quoad primæuam originem, & naturale, ſcilicet, ex iure naturali profectum, quod iuri gentium præualet, docent non ſolum Doctores quartæ, & quintæ ſententiæ, ſed etiam Sotus, Ludou. Lopez, Azorius, Rebellus, Gutierez, Emanuel Sà *locis ſuprà allegatis*, & Baſilius Pontius *lib.* 7. *d. cap.* 42. *n.* 4.

Dictum eſt etiam in propoſitione quintæ ſenten- 350 tiæ, *potiorem eſſe obligationem reddendi debiti, vbi rationabiliter attenta ſeruitute petitur:* quia licèr ius coniugis in corpus ſerui ſui cõiugis ſit potius, & vetuſtius, quã ius domini in eundem ſeruum (vt explicatum eſt) hoc tamen prudenti moderatione & non metaphyſico rigore, ſed morali modo accipiendum eſt, etenim hoc iua potius coniugis, etiamſi in ſerui coniugium dominus conſenſerit, non aufert ius ſeruitutis, & debita obſequia domino præſtanda; nec dominus ex eo, quod ſeruo licentiam cõtrahendi conceſſerit, tenetur ei remittere quidquam de ſeruitiis, quæ aliàs ſerui communiter ſolent præſtare. Quare iuxta Sanch. Gutierez, Coninch, Rebell. Fagund. & alios licebit domino ſeruũ cõiugem ſibi ſeruitute ſubiectũ in neceſſariis occupare; & cũ alibi proficiſcitur ſecũ deferre, vt ei miniſtret, & in aliũ locum mittere, cauſa alicuius negotij expediendi; nec erit in poteſtate alterius coniugis ſeruitutem domini crebrò interrũpere, aut plus iuſto impedire crebra debiti petione, quia ſicut liberum eſt viro vxore deſertâ aliquando abeſſe pro negotiis expediendis eâ inuitâ, nec tenetur vlla ſua officia abſentiam requirentia omittere, vt poſſit melius vxori debitum reddere (niſi forte dum abſens eſt, eius caſtitas periclitaretur) nec ius vxoris eſt impedimento huic abſentiæ ob actiones, & profectiones neceſſarias (vt *ſuprà numero* 224. oſtenſum eſt) ſic etiam ius vxoris non poteſt eſſe impedimentum ſeruitio domini, & quia liberè ſerui operâ vti poſſit intra eum modum, quo aliàs

eius

eius operâ rationabiliter vteretur; ſcilicet occupando eum in officiis, & rebus ſuis neceſſariis etiã requirentibus abſentiam; & ita ratione huius ſeruitij domino exhibendi poterit aliquãdo coniux ſeruus alteri cõiugi debiti redditionem ſuſpendere. Cõfirmantur prædicta, quia lex matrimonij ſolum obligat ad debiti ſolutionem rationi congruam (vt *ſuprà n.38. & 39.* dixi) quæ iuſtis occupationibus minimè obſtat. Et licet vxori liberæ viro libero coniugatæ non liceat abſque mariti licentia ab eo diſcedere, & alibi proficiſci ob licita negotia, ſicut licet viro, licet tamen domino ancillam coniugem inuito marito ob iuſtas actiones, & profectiones ſecum ducere, vel aliò mittere; quia non eſſe vxori profectionem licitam, permiſſam viro, non oritur ex matrimonij lege (coniuges enim in ea ſunt pares, atque ita vtrique liceret, aut neutri) ſed oritur ex ratione capitis, quæ eſt in viro, ac proinde vxor illi ſubeſt in gubernatione domeſtica; vnde cum hoc non ſit contra matrimonij legem, ſed ſolum contra capitis rationem, ac domeſticam gubernationem, quæ potiori ratione competit domino reſpectu ancillæ, & ea lege vir eam duxerit, vt ſub domini poteſtate, & gubernatione foret inde fit, vt idem liceat domino re-

351 ſpectu ancillæ † Cauere tamẽ debet dominus, ne extraordinario modo mancipium coniugẽ ita detineat, vt vix vnquam alteri coniugi adeſſe poſſit; & debet pati aliquam iacturam iungendo ſeruos incontinenter viuentes; ſiue vterque, ſiue alter tantum ad ipſum pertineat, aut ita ſeparando vt caſtè viuant, vt ex officio cum ceteris domeſticis facere tenetur, iuxta illud primæ ad Timoth. 5. *Si quis ſuorum, maximè domeſticorũ curam non habet fidem negauit.* Et ex his infertur, quod regulariter loquendo, cum dominus iubet ſeruo aliquod ſeruitium exequendum, vxor illicò petere debitum, non rationabiliter peteret, ac proinde teneretur ſeruus magis obedire domino, vt etiam notauit Villalobos *vbi ſuprà* & habetur *l. 2. tit. 6. partita* 4. prout idem Villalobos refert.

An, & quibus in caſibus liceat domino ad partes remotas vendere mancipium coniugatum?

Sed quid, ſi dominus ſeruum coniugatum, vel ancillam coniugatam velit ad remotum locum vendere, id ne illi fas erit? grauis eſt hæc difficultas; & in varias abiere ſententias Doctores n. 319. & aliis *numeris præcedentib.* relati, vt videre eſt apud Sanchez *d. l. 7. diſp.* 22 Azorium *p. 2. lib. 2. d. cap.* 38. *q.* 6. & Fagundez *d. lib. 4. in decalog cap.* 14. *n.* 14. *& ſeqq.*

352 Videntur autem conuenire primo licitum eſſe Domino vendere ſeruos coniugatos etiam in longinquas regiones, ſi inde non ſit impediendus vſus coniugalis (idq; ſiue ſeruitus ſuperuenerit matrimonio, ſiue præceſſerit; & ſiue dominus nõ conſenſerit, ſiue cõſenſerit mãcipij matrimonio) vt ſi ſeruus, & ancilla cõiugati ambo in eundẽ locũ vendantur; vel vendãtur ad loca ſolũ tam diſtantia, vt poſſint nihilominus ſibi debitũ reddere, & vt in matrimonio, vel alter eorũ ſit liber, & ſine ſuo graui detrimẽto mancipiũ ſuũ coniugẽ venditũ comitari poteſt: quo caſu etiamſi fœmina ſit, tenetur ſequi virũ captiuũ ab ſe, nam vxor tenetur (vt *infrà* ſuo loco latiùs) ſequi virũ liberum, cũ ex propria voluntate domiciliũ mutat, ſublato vitæ, vel animæ probabili periculo; eũ vir ſit caput mulieris, & ad illũ ſpectet gubernare, & domicilium mutare; ergo multo magis tenebitur ſequi virũ captiuũ mutantẽ domiciliũ non ex propria volũtate, ſed ex neceſſitate, & cauſa vẽditionis à domino factæ, quod ſi nolit, ſibi imputet, & non domino. qui per talem venditionem minimè impediuit matrimonij vſũ. Si è contra coniux liber eſt maritus, poteſt ancillã vxorem venditam ſequi, & ſic non impeditur vſus matrimonij; Immò ex cauſa neceſſaria tenetur maritus liber vxorem aliò proficiſcentem ſequi, vt docẽt Gloſſa *in cap. 1. de coniugis lepr. verbo, ſequantur,* vbi Hoſtienſis *eodem verbo.* Innocentius *n. vnico.* Butrius n. 11. Ancharanus n. 6. Henricus *in cap. de illis* n. 4. *de ſponſalibus.* Alexander de Neuo *ibid. n. 12.* & Roſella *v. vxor n. 3.* vbi dicunt teneri virum ſequi vxorem ex cauſa neceſſaria ſe aliò transferentẽ, quia ad mutua obſequia coniugalia pares ſunt, & quamuis loquãtur abſolutè, & non de vxore ancilla, id ſufficit; nam venditio eſt cauſa neceſſaria ſequendi vxorem; nec dominus in ancillæ matrimoniũ conſentiens ſe obligauit ad eam nequaquã in locum remotum vendendam caſu, quo vir poſſit eam cõmodè ſequi; & ſi grauatur vir, parum refert, præſertim, ſi iam ancillam duxit, nam ancillã ducendo ad id periculum ſe expoſuit; ac proinde ſibi imputare debet. Ita in terminis Sanchez *d. diſp.* 22. *n.* 8 Fagundez *d. cap.* 14. *num.* 18. *&* 19. Rebellus *p. 2. lib.* 3. *q.* 2 *num.* 7. Pontius *lib.* 7. *cap.* 42. n. 5. Coninch *diſp.* 31. *n.* 34. Filliucius *to.* 1. *p.* 2. *tract.* 10. *cap.* 3. *n.* 53. Hurtadus *diſp.* 14. *n.* 14. Villalobos *p. 1. ſum. tr.* 14. *diffic.* 6. n. 13. & indicarunt prius Hoſtienſis *in cap. 1. de coniug. ſeru.* fine & ibi Io. Andr. Abbas, Ancharanus, Alexander de Næuo, & Præpoſitus, & Tabiena *v. impedimentum, impedimento* 1. *q.* 8. *num.* 9. quatenus abſolutè dixerunt poſſe ſeruum captiuum coniugatum cum libera vbique vendi, ac in longiſſimas partes diſtrahi; quia eo ipſo, quod ſeruo nupſit, ad eũ ſequendum vbicumque venderetur, ſe tacitè obligauit. Et idem puto ſentire etiam alios DD. negantes dominum poſſe vendere ſeruum ad partes remotiſſimas: Etenim non poſſe vendi ſeruũ coniugẽ à domino conſurgit ex vinculo matrimonij, in quo dominus cõſenſit, vel non conſenſit, ne ſcilicet, ex eo quod in lõgiſſimas partes vẽdatur, matrimonij vſus impediatur, vt omnes fatẽtur; at quando vterq; ad eundẽ locũ venditur, vel alter eſt liber, & poteſt cõmodè ſequi vẽditũ, minimè impeditur huiuſmodi matrimonij vſus, cũ coniux liber teneatur ſequi (vt dictũ eſt) coniugẽ captiuum propter rationem debiti. Neceſſe ergo eſt, vt quoad prædicta omnes DD. conueniant.

Secundo extra difficultatem videtur vt dominus ad euitandũ propriũ damnũ notabile rerum temporaliũ aut vitæ propriæ, & propter ſerui delicta, poſſit licitè (ſiue non conſenſerit, ſiue cõſenſerit in eius matrimonio) eum vẽdere ad partes remotiſſimas, putà ſi ancilla, vel ſeruus cõiugatus eſſet malè moratus, latro, aut fur, aut fugitiuus, ita, vt non poſſit illũ dominus retinere domi, niſi cũ periculo, aut detrimẽto ſuo, nec in proprio loco, aut in partibus vicinis emptorẽ inuenit. Ita poſt Palanũ *in 4. diſt. 30. diſp. vn. dub. 5. col. 10. verſic. iudicarim.* Sanch. *d. diſp.* 22. *n.* 10. Rebell *d. q.* 3. *n.* 9. Filliuc. *n.* 54. Coninch *d. diſp.* 31 n. 39. Fagũd. *d. c.* 14. *n.* 20. Et ratio eſt, tũ quia cõſenſus domini, & ius ſerui nõ extẽditur ad hunc caſũ, in quo delicta ſerui, & neceſſitas domini ſibi cõſulẽdi cogũt ad venditionẽ in locũ remotũ à domicilio alterius cõiugis; tùm etiã quia ſi iudex poteſt in delicti pœnam ſeruum coniugatum in triremes mittere non obſtante iure matrimonij, quod tunc impeditur, ita poterit dominus licet non iudiciaria punitione, tamen domeſtica permiſſa dominis, vti ob vitia, & delicta ſerui, qualis eſt vẽditio ſerui in longinquas, non inuento iuſti pretij emptore in proximis, aut in proprio loco 353

Tertiò videtur etiam certum ob aliam grauiſſimam, & vrgentem neceſſitatem dominum poſſe licitè ſeruum etiam ex eius conſenſu coniugatum vendere ad locum remotum, ſi non poſſet inuenire emptorem in loco proprio, aut proximo niſi cum notabili iuſti pretij imminutione, vel ſi extra proprium locum in longinqua, & remota regione dominus vnà cum ſeruo coniugato reperiatur, & egeſtate, aut inopiâ prematur, cui ſuccurrere commodè non poſ- 354

ſit, niſi ſerui venditione. Etenim neque ad hos neceſſitatis caſus inopinatos conſenſus domini, aut ius ſerui extendenda ſunt; in quibus, etiamſi ſeruus ſui iuris eſſet, relicta vxore ancilla, aliò ad ſibi ſuccurrendum migrare poſſet; ſimiliter ergo præfata obligatio per dominum fieri poterit, ſi neceſſaria ſit, cum minus, quam ſeruus ipſe vxori ſuæ ancillæ debeat. Ita Sotus *in 4. diſt. 3. q. vnica art. 1. in ſolut ad 2.* Sanchez *dict. diſp. 22. num.* 10. Azorius *dict. quæſt.* 6. Rebellus *dict. q 3. num.* 9. Hurtadus *d. diſp.* 14. *num* 15. Villalobos *dict. diffic. 6 num.* 13. Fagundez *diſp.* 14. *num.* 22. Coninch *dict. num.* 39. Bartholomæus Ledeſma, Ludon. Lopez, & alij à Sanchez *d. diſp.* 22. *num.* 2. 4. *&* 6. & à Fagundez *n.* 16. *relati.*

355 Quartò ceſſantibus duabus prædictis cauſis neceſſitatis, ſi matrimonium mancipij præceſſit ſeruitutem, certum etiam mihi videtur, dominum non poſſe abſque læthali peccato contra iuſtitiam vendere ad partes remotas, quando impediendus eſt vſus matrimonij, eo quia alter coniux non poſſit, vel ſaltem ſine notabili detrimento, & incommodo ſequi; tunc enim ius coniugis mancipij potius eſt iure domini & ita etiam tenet Hurtadus *d. diſp.* 14. *n.* 14. & Paludan. *loco ſuprà n.* 357.

356 Quintò DD. communiter conueniunt, ſi mancipium matrimonium contraxit de conſenſu domini; Domino nefas eſſe, & mortale vendere, vbi matrimonio vti non poſſit, niſi fiat (vt dictum eſt) ad euitandum notabile incommodum vitæ, vel rerum, vel ob vrgentem aliquam neceſſitatem, aut de cōſenſu vtriuſque coniugis. Quia hoc ipſo, quod Dominus ſeruo dat facultatem contrahendi matrimonium, & implicitè ei promittit, quod quantum commodè poterit, permittet eum vti matrimonio, & cedit iuri taliter vendendi, vt vſus matrimonij impediatur, & ita ex iuſtitia tenetur eum ſine notabili neceſſitate non ita vendere. Ita omnes Doctores in quatuor præcedentibus numeris relati, & alij infra allegandi, præter alios, quos latè Sanchez *dict. diſput.* 22. *num.* 1. *& quinque ſequentibus*, & Fagundez *dict. cap.* 14. 15. *&* 16. referunt.

357 Controuerſia igitur eſt, quando ſeruus, vel ancilla ſine conſenſu domini, & eo ignorante contraxit matrimonium, & nulli ſubeſt neceſſitas vendendi ad partes remotas cum impedimento vſus coniugij; an tunc ſit mortale contra iuſtitiam ita vendere, vt non poſſit vti matrimonio. Et non eſſe vllo modo mortale vendere abſque neceſſitate in remotis cum impedimento vſus coniugij, ſaltem quando in vicinis locis non eſt, qui iuſto pretio emat, affirmat Nauarrus *in ſum. cap. 22. num.* 24. vbi teſtatur eſſe communem iuriſperitorum in *cap. 1. de coniugio ſeruorum.* Idem quod abſque mortali poſſit dominus abſque neceſſitate vendere in longinquas partes ſeruum, qui eo inſcio matrimonium contraxit, nec poſſit per iudicem impediri docent Scotus 4. *diſt.* 36. *q.* 1. *ante ſolutionem argumentorum.* Henriquez *lib.* 11 *cap.* 10. *num.* 4 *litera G. in textu, & comm.* Toletus *lib. 7. ſum. cap. 3. num. 3. propoſitione* 1. Cardinalis *in dict. cap. 1. de coniugio ſeruorum*, & plures alij Canoniſtæ, Theologi, & Summiſtæ, quos Sanchez *dict. diſp.* 22. *num.* 2. Fagundez *dict. cap.* 14. *n.* 15. & Syluester, ac Henriquez *locis citatis referunt.* Et non eſſe peccatum contra iuſtitiam aſſerunt etiam Coninch *dict diſp.* 31. *num.* 37. & Layman *lib. 5. tract.* 10. *p.* 4. *cap. 3. num.* 4. Fundamentum horum Doctorum eſt, quia ante matrimonium id Domino erat licitum; per matrimonium autem non potuit præiudicari libertati, & iuri Domini, qui in matrimonium non conſentit. Confirmat Coninch, quia ſi talis venditio extra neceſſitatem eſſet contra ius ſerui, aut vxoris, eſſet etiam contra idem ius, ſi fieret ex neceſſitate, quia talis neceſſitas non ſufficit, vt alteri inuito ſuum ius quis poſſit auferre, cum neque extrema, neque valdè grauis ſit. Addunt tamen Scotus, Nauarrus, & nonnulli alij honeſtum, & æquum eſſe, vt venditio non fiat ad remotas partes cum impedimento vſus coniugij, quando id ſine præiudicio notabili fieri poteſt, & Coninch ait nulla exiſtente rationabili cauſa id faciendi eſſe contra charitatem ita vendere, vt vſus matrimonij impediatur; quia tunc vterque coniux priuaretur quaſi in perpetuum vſu coniugij, atque ita Dominus eos in graue incommodum conijceret, quod ex charitate, quantum commode poteſt, tenetur vitare. Idem dicit Layman ſi ex tali venditione abſque neceſſitate facta coniuges exponantur periculo incontinentiæ, ac proinde iudicis Eccleſiaſtici officio tunc poſſe illi interdici, ne ita vendat, vel aliis modis ſeruum coniugatum impediat, vt nunquam, vel vix vnquàm vxori cohabitare poſſit.

At extra prædictam neceſſitatem ita vendere, vt vſus matrimonij ſit impediendus, eſſe mortale etiam contra iuſtitiam, licet ſine Domini conſenſu fuerit matrimonium contractum tradunt in terminis Syluester *v. ſeruitus q. 8. in fine* Sanchez *d. diſp.* 22 *num.* 11. *&* 12. Rebellus *dict. quæſt. 3. num.* 10. Fagundez *dict. cap.* 14. *num.* 21. Baſilius Pontius *d. cap.* 42. *num.* 5. Fillinucius *d. cap. 3. num.* 54. Villalobos *d. diffic. 6. num.* 13. Hurtadus *dict. diſp.* 14 *num* 15. Bonacina *dict. punct.* 3. *num.* 8. & eſſe mortale prius S. Thomas *in* 4. *diſtinct.* 36 *quæſt vnica. art. 2 ad 4. ibid.* Paludanus *quæſt. 2 ar. 1. concluſ.* Ricchardus *art. 4. quæſt.* 2. D. Bonauentura *in expoſit. litera numero* 6. Sotus *diſtinct. 35. quæſt. vnica art. 1. in ſolut. ad* 2. Gloſſa *in cap. 1. de coniug. ſeruorum v. ſeruitia.* Hoſtienſis, & alij Canoniſtæ relati *ſup. n.* 352. & plures alij Theologi, Summiſtæ, & Iuriſperiti à Sanchez *dict. diſput. 22. num. 2. & tribus ſeqq.* Rebello *dict. num.* 10. & à Fagundez *dict. cap. 14. num.* 2. relati. Et quod ſit mortale probatur, quia impedire vſum matrimonij ſine cauſa, & neceſſitate eſt res grauiſſima: Quod verò ſit contra iuſtitiam oſtenditur, quia eo ipſo quod ſerui habent ius ad contrahendum matrimonium inuitis dominis, habent etiam ius ad vtendum matrimonio contracto (cum vtrunque ius ſit antiquius & potius, quam ius domini in ſeruum, vt *ſuprà num.* 345. declaratum eſt) inuitis dominis; vnde ſicut domini peccant contra iuſtitiam in impediendo ſeruorum coniugio abſque iuſta cauſa, à fortiori iniuſtitiam committunt impediendo perpetuò illius vſum; alioqui fruſtra, immo maiori cum damno ſuo contraxiſſent, ſi per venditionem eò diſtrahi poſſent, vbi matrimonio contracto vti non poſſent. Quare in propoſito euentu D. Thomas, vbi ſupra aſſerit cogendos eſſe Dominos ne ita ſeruos coniugatos vendant, vt matrimonij vſus illis omnino impediatur; & *l. poſſeſſionum, C. communia vtriuſque iudicij*, decernitur ad officium iudicis ſpectare mancipia coniugio ſociata, ſi à dominis diſtrahantur, rurſus ad antiquam communionem redigere; & ibidem in bonis diuidendis iubetur, ne vna agnatio, ſeu familia ſeruorum ſe attinentium diuidatur, ſed ita fiat à iudice bonorum diuiſio inter cohæredes, vt liberi non ſeparentur à parentibus, nec fratres à ſororibus, nec coniuges à ſe mutuo; ſed apud vnum ex hęredibus permaneant coniuncti; quia (ait textus) quis ferat liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris coniuges ſeparari? & certè inter omnes multò minus eſt tolerabilis ſeparatio coniugum, qui inſeparabili vinculo coniugali per legem naturalem, ac diuinam obſtricti ſunt.

358 Ad fundamentum prioris ſententiæ reſpondetur ex eodem iure naturali ſeruum habere ius, ne ab vſu coniugij impediatur, ex quo habet ius, ne impediatur contrahere, cum inutilius eſſet contrahere, ſi vſus

penitus

penitus erat impediendus, ac proinde læſionem naturalis libertatis iniuſtè pati, ſi ita venderetur, vt coniugio contracto vti nequeat; quam læſionem ante coniugium non patetetur, quia vbilibet coniugem inuenire poterat. Quare conceditur ante matrimonium potuiſſe dominum vbique ſeruum venundare; negatur verò non potuiſſe ſeruum huic iuri præiudicare, nam, cum ius ſerui ad matrimonium contrahendū ſit antiquius, & potius iuri Domini potuit cōtrahendo præiudicare domino obligās ipſum, ne taliter diſtrahat vt inutile reddatur ius illud ſerui vſu matrimonij penitus impedito. Ad confirmationem patet ex dictis *ſuprà n.* 45. grauis enim neceſſitas ceſſare facit iusaltenus, & reddit licita, quæ aliàs non eſſent.

359 Ex quibus infertur dominū, qui huiuſmodi euentu cōtra iuſtitiam in partes remotas ſeruum coniugatū ab altero coniuge diſtraxit, ad compenſandam iniuriam teneri lege iuſtitiæ, vel ſeruum iterum emere, vel coniugem derelictum emere, vt transferat in locum, vbi alter coniux eſt; nec ſatis eſſe, quod alter remittat iniuriam, cum vtrique coniugi per talem diſtractionem ea facta ſit, & ita in terminis docent Rebellus *d.*
360 *n.*10. & Sanchez *d. diſp* 22. *num.*14. † Immo etiam in eo euentu quod Dominus ex graui neceſſitate vendidiſſet ſeruum coniugatum in remotum locum, vbi vſus matrimonij impeditur, Sotus, Rebellus aiunt teneri dominum ceſſante neceſſitate vel ſeruum redimere, vel dare operam quoad poterit, vt vxor ad eum, vel ille ad vxorem redeat.

361 Quod ſi vterque coniux captiuus ad diuerſos dominos diuerſa loca diſtantia inhabitantes pertineant, ita vt inter ſe copulari nequeāt, debitis obſequiis dominorum ſatisfaciendo, tunc ad vitandū fornicationis, ſeu incontinentiæ periculū per Eccleſiam cogendus eſt vnus dominorū, vt vendat alteri domino volenti emere, vel ſi neuter velit emere, cogendus eſt, vt vendat alij extraneo eiuſdem oppidi, in quo alter ſeruus habitat, incolę; etenim ſicut quando ſeruus eſt multorum dominorum, & vnus ex illis pro ſua parte concedit libertatem, in fauorem libertatis coguntur alij domini vendere ſuas partes, vt ſeruus ille liber fiat, vt conſtat *ex lib.* 1. *C. de communi ſeruo manumiſſo*. Ita rectè cogetur alter dominus vendere ſeruum in fauorem matrimonij, cum matrimonium ſit fauorabilius in iure, quàm libertas ſi; autem nullus inueniatur emptor, emendus erit ab Eccleſia, *arg. c. fraternitatem veſtram dict.* 54. ita in terminis poſt Gloſſam *in cap. fin. v. habeant* 29. *q.* 2. Turrecrematam *ibidem n.* 3. Hugonem ab eodem Turrecremata relatum, Henricum *in cap. fin. de coniugio ſeruorum*, & nonnullus alios, Sanchez *d. diſp.* 22 *n.*16. Rebellus *d. q.* 3 *num.*1. Baſilius Pontius *d. cap* 41. *num.*6. & Fagundez *d. cap* 11. *num.* 3. Addunt Hugo, Turrecremata, & poſt eos Sanchez, Rebellus, & Pontius, quod ſicut Eccleſia poteſt cogere vnum dominorum, vt vendat, ita poteſt cogere aliquem eiuſdem loci incolam, vt emat. Inſuper Sanchez, & Rebellus per legem regiam 2. *tit.* 3. *p.*4. notant dari facultatem iudici, vt quem maluerit ex dominis cogat alteri vendere.

Ex his concludo hoc caput primum, nam etſi qualitate materiæ inſpecta in hoc eodem capite foret explicandum, quandonam dubium de valore matrimonij excuſet à redditione debiti, quia tamen hæc res plures continet difficultates, ne nimis caput protraheretur, conſultius iudicaui, ſi res diſtincto capite enodaretur.

CAPVT II.

DE

IVRE EXIGENDI, ET OBLIGATIONE REDDENDI DEBITVM

in dubio valoris Matrimonij.

SVMMARIVM CAPITIS II.

Referuntur Doctores pertractantes de materia capitis. n.1.

In dubio de ipſo matrimonij contractu, ſcilicet, vtrum interuenerint verba, ſeu ſigna externa denotantia contractum, dubitans non poteſt petere debitum. n.2.

Poſt matrimonium bona fide contractum dubitans de valore matrimonij, ſi dubium ſit temerarium, & leui motiuo innitatur, deponendum eſt dubium, & eo depoſito licita eſt petitio, & redditio. Ibidem.

Si dubium ſit rationabile, & ſufficienti fundamento nitatur, an coniux dubitans tam ante, quam poſt factam debitam veritatis inquiſitionem poſſit licitè, & teneatur reddere debitum alteri, qui eſt in bona fide, exigenti, & quid ſi iſte coniux, dubius, cum ipſo dubio contraxit matrimonium. n.3 & tribus ſeqq.

Coniux iſte dubius tenetur inquirere veritatem, ſi ſperet poſſe illam inuenire, antequam ſit occaſio, in qua alter petat debitum, licet teneatur reddere ſi petat. n.7.

An teneatur alteri reuelare dubium, vt non petat interim, dum diligentia veritatis cognoſcendæ adhibetur. n.8.

Dubius an tam ante, quam poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem, qua dubium non poteſt vinci, an poſſit licitè petere debitum n.9. & tribus ſeqq.

Coniuges dubij de valore matrimonij ob impedimentum impotentiæ, & frigiditatis poſſunt petere, & reddere debitum. & cur. n.13.

Poſt matrimonium bona fide contractum ſi vnus coniux dubitet de valore matrimonij ob dubium ſeruitutis alterius coniugis, an poſſit petere, & reddere cum, & abſque animo ratificandi matrimonium, ſi forte fuit nullum. num.14. & tribus ſeqq.

Coniux dubius de valore matrimonij lite ab eo mota ad diſſoluendum matrimonium, an teneatur in foro conſcientiæ reddere debitum alteri. Et quid ſi lata ſit duplex ſententia oppoſita, quarum neutra tranſierit in iudicatum. n.19. 20. & 21.

Lite motâ ob cauſam diuortij quoad torum, & habitationem coniux innocens non tenetur reddere. n.20.

Lite motâ de matrimonij valore, an & quando ſit reſtituendus coniux agens litem remiſſiuè. n.22.

Marito ſpoliato nondum matrimonio conſummato, quomodo concedatur reſtitutio remiſſiuè n.23.

Coniux dubius de valore matrimonij bona fide initi, an teneatur alteri reddere debitum in priori bimeſtri nondum matrimonio conſummato. n.24. & 25.

Si poſt bimeſtre non potuit veritas detegi, an coniux dubius teneatur admonere alterum; & facta diligentia poſſit reddere, & petere debitum; an verò teneatur ingredi religionem. n.25.

Coniux idem dubius non tenetur reddere alteri exiſtenti in bona fide, ſi nouit illum incidiſſe in adulterium. n.26.

Si vterque coniux de valore matrimonij vtrius dubitet, an poſſint licitè petere, & reddere; & vterque teneatur reddere ſaltem poſt factam veritatis ſufficientem inquiſitionem. n.27. ad 30.

Coniux dubius de valore matrimonij ab eo mala fide, & cum tali dubio initi, an alteri in bona fide, exigenti teneatur reddere debitum. n.31.

An poſſit petere, & ſi petat, alter teneatur, vel poſſit licitè reddere. ibid. & n.32. & 33.

Si vterque mala fide, & cum dubio de valore matrimonij contraxit, durante dubio neuter poteſt petere, aut reddere; & ſunt ſeparandi quoad torum. n. 34.

Si alter ex coniugibus probabiliter opinetur, matrimonium, quod bona fide contraxit, eſſe nullum, an teneatur alteri reddere debitum n.35. & 36.

Quando dicatur, certò moraliter conſtare matrimonium eſſe nullum. n.36 fine.

Coniux ſi probabiliter opinetur matrimonium eſſe nullum ſine opinione oppoſiti, an poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem poſſit debitum exigere. n.37. & 38.

Poſt matrimonium bona fide contractum, ſi coniux ob rationes, ſeu coniecturas probabiles vtrinque exiſtentes opinetur eſſe nullum, & ſimul opinetur eſſe validum, an poſſit licitè petere debitum. n.39.

Quid ſi vterque mala fide contraxit dubitans de impedimento conſanguinitatis, vel ligaminis, & poſtea vtrinque habeant opiniones probabiles, an illis liceat petere & reddere. n.40. & 41.

Vt liceat tranſitus ad ſecundas nuptias ſufficiatne probabilitas mortis prioris coniugis, an verò requiratur certitudo phyſica, vel moralis, remiſſiuè. n.42.

Quando alter coniugum ſcit matrimonium eſſe nullum ob impedimentum quodcunque, quod ſit occultum & improbabile in foro externo nullo modo poteſt petere, aut reddere debitum coniugale, etiamſi ad id per excommunicationem cogeretur. n.43.

Quando mulier nupta nullatenus poteſt probare impotentiam viri in foro externo, & cum illo experta eſt triennio, non poteſt petere, & reddere. ibid.

Si vnus coniux aſſeueret alteri ſe non conſenſiſſe, vel ſubeſſe impedimentum dirimens occultum, iſte non tenetur credere, niſi adducantur coniecturæ conuincentes ad credendum. n.44.

An poſſit eidem aſſerenti negare debitum, ſi de nouo non conſentiat, vel non tollat impedimentum. n.45. & 46.

Qui

Qui exigitur, ſi certò ſciret matrimonium eſſe validum licet alter ignoret, & illicitè petat, teneretur reddere. numero 47.

Quid ſi alter ſe retractet, an tunc illi reddendum ſit debitum n. 48.

Quid ſi aſſeueranti nullitatem matrimonij alter credat, an tunc poſſit iſte petere & reddere n. 49. 50. & 51.

Quoties coniux dubius de valore matrimonij non poteſt licitè petere debitum, & qua ratione non liceat delectatio partis ſenſitiua, aut tactus venerei remiſſiuè. n. 52.

CAPVT II.

De iure petendi, & obligatione reddendi debitum coniugale in dubio de valore Matrimonij.

1 DE hac materia agunt Couarruuias *de ſponſal. p. 2. cap. 7. §. 2.* Sanchez *de matrimonio lib. 2. diſp. 1. n. 41.* Gutierez *eod. tractatu cap. 49. à n. 23.* Baſilius Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 15.* Bonacina *de matr. q. 4. puncto 4.* Ægidius Coninch *de Sacram. diſp. 34. dub. 10.* Filliuccius *tom. tract. 10. cap. 9. à num. 143.* Hurtadus *de matrimonio diſp. 53.* Caſtrus Palaus *operis moralis p. 5. tract. 28. diſp. 3. punct. 4. §. 9.* Leandrus Diſcalceatus *de Sacramentis p. 2. tract. 9. diſp. 25. q. 81. & 82.* Ego ipſe latiſſimè *tomo 1. moralium variorum tit. 1. §. 51. à n. 1924.* & alij innumeri à præcitatis Doctoribus *locis citatis*, & à me *d. §. 51. relati.*

Cum ergo hac de re exactè pertractauerim in *d. §. 51.* ita vt nil videatur ſupereſſe addendum, hîc in gratiam eorum, qui fortè copiâ præfati operis mei variorum moralium carebunt ſummariè perſtringam ibi tradita eodem ordine ſeruato. Ad quæ poterit recurrere lector, qui exactiorem cognitionem exoptauerit adipiſci.

2 Igitur ante omnia *initio dicti §. 51.* Aduerto quod dubium poteſt eſſe vel de ipſo contractu matrimonij, ſcilicet, ſi alter, vel vterque coniux contrahendo protulerit verba, vel exhibuerit ſigna externa denotantia contrahendi, vel de aliquo impedimento contractum matrimonij dirimente, ſcilicet, quia conſtat certò de contractu, nempè prolata fuiſſe verba, vel habita ſigna externa contractum ſignificantia cum animo contrahendi, & dubitatur de valore contractus ſolum, quia ante, vel poſt contractum erat, vel ſubortum eſt dubium de ſubſiſtentia alicuius impedimenti dirimentis tempore contractus exiſtentis. Si dubium eſſet primo modo, nempè de ipſo contractu abſolutè; tunc poſſeſſio ſtaret pro certa lege naturali non accedendi ad non ſuam, vel non ſuum, ſic dubitans nullo modo vnquam poſſet debitum petere ſtante eo dubio; teneretur autem iuxta infrà tradenda, & tradita *d. tit. 1. §. 51. n. 1928. & ſeq.* facere debitam inquiſitionem ad tollendum dubium. Si verò dubium eſſet de valore matrimonij altero modo ſubortum poſt matrimonium bona fide contractum; & hoc dubium non ſit probabile, ſeu rationabile; ſed potius ſcrupulus, vt ſi coniux ſit dubius non dubitatione, ſeu credulitate diſcreta, & probabili, ſed leui, & temeraria orta ex leuibus rationibus, & fundamentis; deponi poteſt, & debet conſilio proprij Paſtoris, vel alterius viri prudentis, vel etiam ſine alterius conſilio, & eo depoſito licitum eſt reddere, & petere debitum. Vt tradunt Doctores communiter ſuprà allegati, & alij, quos *d. tit. 1. §. 51. n. 1924.* refero, vbi id latius explicatur, & declaratur *cap. inquiſitioni 44. de ſentent. excomm.* ex quo hæc doctrina deſumitur. Leuis autem credulitas (vt *d. n. 1924.* notaui) eſt, quando coniux dubius audiuit impedimentum à leuibus, & fortè paucis, quibus credere non tenetur: Contra autem credulitas probabilis, & diſcreta eſt, quando videt virum ſuum conſanguinea ſua in locis ſuſpectis, & horâ ſuſpectâ, & ſolum cum ſola agere matrimonium; vel quia publicè dicitur ab hominibus; vel cum dubitatio, ſeu credulitas oritur ex rationibus, ſeu fundamentis probabilibus, aut teſtimoniis fide dignis. Exiſtente ergo hoc genere dubij de matrimonij valore (ſcilicet, quando dubitatio, ſeu credulitas eſt diſcreta, & probabilis, nempe orta ex coniectura, ſeu ratione, aut fundamento probabili, & prudenti, tametſi non ſufficienti ad generandum probabilem aſſenſum, ſufficienti tamen ad dubium, quo anceps manet intellectus neutri parti contradictionis probabiliter aſſentiens) eoque minimè depoſito, an coniux dubitans poſſit licitè, & teneatur reddere debitum alteri coniugi minimè dubitanti illud exigenti, vel etiam ab eo illud petere, reſoluendum iuxta ſequentia *d. tit. 1. moralium variorum §. 51. tradita.* Sit igitur

§. I.

An matrimonio bona fide vtriuſque coniugis ab initio contracto, ſi vni eorum ſuperueniat dubium de valore matrimonij rationabile, & prudens, iſte ſic dubius poſſit licitè, & debeat reddere debitum alteri coniugi bona fide poſſidenti, & exigenti.

PRæfato §. 51. tres circa hanc controuerſiam refero ſententias.

Prima ibi *n. 1925.* adducta ait, cum tali dubio etiam poſt diligens examen veritatis coniugem dubium neque petere neque reddere poſſe debitum. Ita Adrianus *ibid. relatus*, & alij apud Sanchez, & Salam *locis ibid. citatis*. Pro hac ſententia ibidem plures affero rationes, & præcipuè eam, quia coniux ſic dubitans petens; vel reddens faceret contra conſcientiam non ſolum ſpeculatiuam, ſed etiam practicam, quia dubitans de valore matrimonij, dubitat an hæc ſit ſua; & an accedendo ad eam fornicetur; ergo dubitat practicè, & conſequenter petendo, vel reddendo agit contra conſcientiam dubiam practicam. Certum eſt autem, non licere agere contra conſcientiam dubiam practicam. Hæc ſententia cum Doctoribus communiter reprobatur, *eod. §. 51. n. 1926.* præſertim per textum *in d. c. inquiſitioni, de ſent. excom.* Vbi manifeſtè patet, Sum. Pontificem definire eſſe licitam, & obligatoriam debiti redditionem etiam exiſtente, & non depoſito dubio, ſeu credulitate probabili de impedimento coniugij prioris. Videantur ibidem tradita. 3

Secunda ſententia eodem *§. 51. n. 1927.* adducta aſſerit, coniugem dubitantem de nullitate matrimonij bona fide contracti non poſſe reddere ante præceptum ſuperioris, eo autem poſito poſſe, cum in dubio obediendum ſit ſuperiori præcipienti. Huius ſententiæ fuerunt Paludan. D. Antoninus *locis d. n. 1927. allegati.* Sed & hæc ſententia ibidem reiicitur vt improbabilis ex communi Doctorum per rationes ibidem adductas, & maximè propter *d. cap. inquiſitionis*; & etiam *cap. Dominus, de ſecundis nuptiis.* In quibus canonibus Summi Pontifices non decernunt, mulierem dubitantem de priori coniugio teneri reddere ſuppoſito præcepto ipſorum, vel alterius Prælati: ſed abſolutè & per ſe loquendo declarant, obligationem ex natura rei exiſtentem, non imponentes nouam: & ſi æſtimarent illicitum reddere, vel de eo dubitaſſent, non præcepiſſent, vt redderet debitum, nec definiſſent eſſe reddendum: ac proinde vt rem 4

certam iudicarunt, in eo dobio per ſe eſſe reddendum debitnm.

Tertia ſententia *eod.* §. 51. *n.* 1928. communiſſima & certa aſſerit in hoc caſu coniugem tam ante, qnam poſt ſactam ſuffi.ientem veritatis inquiſitionem dubium de valore matrimonij poſſe licitè, & teneri alteri coniugi exigenti, & minimè dubitanti reddere debitum: Ita Nauarrus, Conatrnuias, & alij Doctores, quos latè allego *dict. num.* 1928. & alij *hoc capite num.* 1. *relan*, & alij apud eoſdem. Hæc ſententia prædicto *num.* 1928. à me pluribus comprobatur, ſed potiſſimum eâ nititur ratione, qnod coniux exiſtens in bona fide matrimonij ab initio ab eo bona fide contracti poſſidet ius petendi debitum, quo non poteſt, nec debet ſpoliari ab altero ob eius dubium, & quamdiu non conſtat, ius illud non eſſe ſuum; etenim vniuerſaliter loquendo nemo priuatus poteſt priuare alterum ſui iuris poſſeſſione ob dubias, vel etiam probabiles, ſed non certas rationes, vt *in d. tomo primo variorum moralium tit.* 1. *num.* 1848. & 1849. oſtendi. Hæc autem certa poſſeſſio iuris petendi debitum coniugi in bona fide exiſtenti competens eſt ſufficiens ratio, ob quam alter dubius non obſtante dubio ſpeculatiuo, & eo non depoſito, poſſit, & debeat formare conſcientiam practicam, ſeu iudicium practicum debiti redditionem ſibi eſſe licitam, & obligatoriam; & ita reddendo non agit contra conſcientiam practicè dubiam, ſed iuxta conſcientiam practicam certam, & veram; & conſequenter non exponitur periculo morali peccandi, ſed tantum periculo materialis fornicationis, aut materialis iniuſtitiæ &c. Verum quidem eſt, quod ſi non obſtante dicta poſſeſſione certa coniugis debitum petentis alter dubius de valore matrimonij ex conſcientia erronea adhuc practicè dubitaret, an ſibi ſit licita redditio, tunc eo dubio practico manente nec petere, nec etiam reddere poſſet, cum illicitum ſit operari cum conſcientia practicè dubia, vt latè declaraui citato *tom* 1. *moralium variorum part.* 2. Plura ad confirmationem, & declarationem huius ſententiæ tradidi *dict. tit.* 1. *eodem* §. 51. *numero* 1928. *& duobus ſequentibus.*

6 Procedit autem eadem communiſſima ſententia, etiamſi coniux dnbius ab initio cum dubio de impedimento dirimente, & mala fide contraxiſſet, vt *d.* §. 15. *num.* 1931. notaui iuxta Doctores communiter, & euincit ratio adducta; ſi quidem ob malam fidem huius non debet ſpoliari ſuo iure alter, qni bona fide contraxit, & poſſidet; de quo etiam *dict. tit.* 1. *p.* 2. latè, & *infrà.*

An vero etiam quando eſt dubium de valore matrimonij ob impedimentum ſeruitutis, vel iam lis in foro contentioſo mota eſt de valore matrimonij, coniux dubius teneatur reddere debitum alteri exiſtenti in bona fide exigenti, explicatur *infrà.*

§. II.

Coniux rationabiliter dubius de valore matrimonij ſiue bona, ſiue mala fide contracti an teneatur, ſi ſperet poſſe inuenire, inquirere veritatem, antequam ſit occaſio, in qua alter non dubius petat; & an ſi petat ante requiſitionem, debeat ei reuelare dubium?

7 AD primam partem propoſitæ difficnltatis de inquiſitione præfato *tit.* 1. *moralium variorum* §. 15. *num.* 932.

Reſpondi affirmatiuè cum Vaſquez, Coninch, & Hurtado; quia alioqui ſe exponeret periculo peccandi ſaltem materialiter ſiue reddendo, ſiue negando debitum, cum ignoret, quod horum ſibi liceret, vel non liceret, & ignorantia ante factam ſufficientem veritatis inquiſitionem nō poſſit dici inuincibilis, & excuſans, ſed ſolum quando facta morali inquiſitione dubium non potuit vinci. Quod ſi nulla eſſet ſpes veritatis cognoſcendæ, tunc excuſaretur ab inquiſitione.

Ad ſecnndam partem difficultatis, an altero coniuge petente debitum ante factam inquiſitionem teneatur coniux dubius detegere illi ſuam dubitationem, vt interim, dum adhibet diligentiam ad veritatem cognoſcendam, nō petat. Vaſq. Aueſa, & Breſſerus *locis* à me *d.* §. 1. *n.* 1933. *citatis*, aiūt teneri detegere, ſi credat reuelationem profuturam, & ſibi graue damnum non euenturum; licet ſi admonitus petat, & reddi debeat debitum, ſaltem dum non conſtet admonitione manſiſſe dubium. Azorius autem, & Sotus *locis dicto num.* 1933. *relatis* reſpondent non teneri reuelare talem dubitationem ibidem approbaui; tum qnia alter coniux bonam fidem habet; & plerumque ex huiuſmodi reuelatione plura, aut deteriora mala naſcuntur, nec vlla ſolet eſſe ſpes futuræ vtilitatis; tum quia coninx babens bonam fidem admonitus non tenetur abſtinere à petitione, cum non teneatur ſine dicto alterius, nec propter tale dictum etiam dubitare; niſi fortè tales rationes, & tam efficaces ei proponerentur, quæ ſufficerent, & cogerent ad dubitandum; ergo nec dubius tenetur ei ſuum dubium detegere; ſed ſatis erit, ſi data opportunitate faciat moralem diligentiam ad veritatem inquirendam, & interim, ſi alter petat debitum, reddat, prout reddere tenetur. Quod ſi ob rationes à coniuge dubio propoſitas alter petens inciperet dubitare, tunc deberet ceſſare à petitione, donec præmitteret moralem inquiſitionem, qna præmiſſa, ſi adhuc dubius maneret, an liceret ei debitum petere, conſtabit ex mox dicendis.

§. III.

An coniux dubius de valore matrimonij poſt illud bona fide contractum ſicut poteſt licitè reddere debitum, ita etiam poſſit licitè petere ante, vel ſaltem poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem, qua dubium non potuerit vinci, & ignorantia euaſit inuincibilis?

CIrca hanc controuerſiam in *opere variorum moralium to.* 1. *tit.* 1. *d.* § 51. tres adduxi ſententias. 9

Quarum prima *num* 1934. relata negat tam ante, quam poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem. Ita Nauarrus, Couaruuias, Cuccuſ, Gatzias, Syluester, Vaſquez, Rebellus Baſilius Pontius, Sayrus, Valentia, Bannes, Hurtadus, & plures alij, quos *d. num.* 1934. *allego.* Quibus addo ex allegatis *ſuprà num.* 1. Caſtrum Palaum *dict.* §. 9. *num.* 4. & Leandrum Diſcalceatum *d. q.* 81. Hæc ſententia pluribus comprobatur argumentis *d. num.* 1934 & qnatuor ſequentibus, quæ non oportet hic repetere; etſi fundetur præcipuè tum in allegatis textibus, cap. *Dominus, de ſecundis nupt.* & cap. *inquiſitioni, de ſent. excomm.* cum in eis decernatur coniugem rationabiliter, ſeu probabiliter, & diſcretè dubium de valore matrimonij teneri quidem reddere debitum alteri bona fide petenti; at non poſſe ab eo debitum petere durante dubio, & loquuntur textus, iuxta hoc Doctores etiam de dubitante poſt factam inquiſitionem moralem veritatis, tum in eo, quod in dubiis præſertim facti tutior pars, in qua nullum eſt periculum peccandi etiam materialiter eſt eligenda; iſte autem coniux dnbius non petendo nulli exponitur periculo

periculo peccandi etiam materialiter, cui periculo ſe exponeret non reddendo.

10 Secunda ſententia *d.* §. *51. n.* 1939. adducta affirmat non ſolum poſt, ſed etiam ante factam inquiſitionem poſſe coniugem debitum petere, ſicut & reddere; & attribuit Ledeſmæ, Vegę, Angles, & nonnullis aliis, vt notaui *d. num.* 1939. Reiicitur tamen à Doctoribus communiter huiuſmodi ſententia, tanquam carens omni fundamento, vt latè *d.* §. *15. n.* 1941. & 1942. oſtenditur.

11 Tertia ſententia, & probabilior à me reputata *d.* §. *51. n.* 1943. poſita aſſerit coniugem dubium de valore matrimonij bona fide contracti ante ſufficientem diligentiam adhibitam, vt cognoſcatur veritas, & vincatur dubium ſi moraliter impoſſibile non ſit adhibitâ diligentiâ poſſe vinci, ſed ſpes ſit fore, vt veritas detegi queat, non poſſe licitè petere: at poſt ſufficientem diligentiam adhibitam adhuc dubio permanente poſſe petere licitè debitum; & idem ſi impoſſibile moraliter ſit adhibita dubium vinci, ideoque diligentia non adhibita fuerit. ... a Sotus, Veracrux, Henriquez, Sanchez, L..., Coninch, Salas, Bonacina, Breſſerus, Auguſtinus Barbuſa, Suarez, Villalobos, Ioannes Malderus, Reginaldus, Ioannes Sancius, Lorca, Corneyo, Io. Lugo, Filliuccius, Diana, & plures alij à me *d. num.* 1943. *allegati*; quibus addo ex Doctoribus *ſuprà numero* 1. *relatis* Martinum Perez *dict. ſect.* 3. *num.* 4. Hæc ſententia quoad vtramque partem plenè probatur *dict.* §. 51. *à num.* 1944. *ad n.* 1950. & obiectis ſatisfit; Ex quibus breuiter

Hic prima pars huius ſententiæ, ſcilicet, quod ante diligentiam poſſibilem, ex qua ſperetur poſſe inueniri veritatem, non poſſe coniugem dubium licitè petere ex traditis *d.* §. 51. probatur; quia generaliter loquendo dubitans (vt *d. to.* 1. *variorum moral. numero* 1856.) an res ſit ſua, quamuis eam retinere poſſit, non tamen poteſt eâ vti donec inquirat veritatem; & ita coniux dubius ante moralem diligentiam &c. nō poteſt debitum exigere, cum exactio ſit actus dominij, & voluntarius vſus matrimonij; poteſt autem, & debet ante diligentiam reddere, quia reddere eſt quædam ſeruitus, & quoddam pati actum dominij alterius; ac proinde eſt etiam vſus neceſſarius ad libitum alterius; qui cum bona fide poſſideat, non debet eo dominij actu iniuſte ſpoliari; vt *d.* §. 51. *citato num.* 1945. latius explicaui. An verò alter coniux non dubius, ſi ſciret dubium huius, & nondum ab eo factam ſufficientem veritatis inquiſitionem; huic petenti debitum cum peccato poſſet negare, vel licitè reddere explicatum eſt capite præcedenti *numero* 247. *fine*.

12 Secunda etiam pars huius ſententiæ, ſcilicet, quod poſt ſufficientem moralem inquiſitionem, &c. coniux adhuc dubius de valore matrimonij bona fide initi poſſit licitè exigere debitum, in quo hæc ſententia differt à prima, pluribus rationibus à me probatur *eodem* §. 15. *num.* 1945. & nonnullis ſeqq. & reſpondetur obiectis. Illius autem ratio principalis (cæteris ibi traditis hic prætermiſſis) eſt, quia coniux matrimonio bona fide contracto habet ius petendi debitum; quo propter dubium ſuperueniens moraliter inuincibile non debet ſpoliari, ſicut in aliis poſſeſſor bonæ fidei ob dubium ſuperueniens, an res ſit ſua, quod examine non poteſt vinci, non amittit ius eam retinendi, & diſtrahendi, quod ante dubium habebat, iuxta à me tradita *dicto opere variorum moralium to.* 1. *tit.* 1. *num.* 1857. & retinendo, & vtendo illa tamquam re ſua non peccat, vt latius explicatur *dict. numero* 1986. plura videantur *dict.* §. 51. *à num.* 1945. *ad* 1951.

13 Aduertendum autem iuxta Doctores omnes etiam primam ſententiam tenentes in caſu, quo dubitatur de valore matrimonij ob dubium de impedimento impotentiæ, & frigiditatis, licitum eſſe (vt *d.* §. 51. *num.* 1941. tradidi, & docent in terminis auctores *ibidem allegati*) reddere, & petere ob rationem ibidem adductam, nempe, quia quando eſt dubium de impedimento matrimonij, ius habet quilibet inquirendi de prædicto impedimento; & ita in dubio impotentiæ vnuſquiſque habet ius ad inquirendum de impotentia & frigiditate: Hoc autem impedimentum impotentiæ, & frigiditatis non poteſt inueſtigari, & cognoſci niſi experientia, vſu, & conatu coniugali; & iden dubitantibus quamuis ambobus tametſi ab initio cum dubio de impotentia contraxerint (vt tradit Sanchez *lib.* 7. *de matr. diſp.* 103. *n.* 10. contra Palacium, qui dixit in hoc caſu coniugem dubium ab initio poſſe licitè reddere, ſed non petere) ab Eccleſia conceditur (vt habetur cap. *laudabilem, de frigid. & maleſic.*) triennium, vt in eo poſſint matrimonio vti, quouſque veritatem agnoſcant, & an matrimonium valeat, ſeu impedimentum ſubſit nec ne. Qui tamen vſus coniugalis in aliis caſibus dubij de matrimonij valore non eſt neceſſarius ad inueſtigandum impedimentum, & valorem matrimonij. Quid quando mulier nupta experta triennio ſcit certo impotentiam, & non poteſt probare in foro externo, vide *infrà n.* 43.

§. IV.

Si poſt matrimonium ab vtroque coniuge bona fide contractum alter dubitat de valore matrimonij ob dubium rationabile ſubortum de ſeruitute alterius, nempe an ſit ancilla, vel mancipium; an in hoc dubio poſt diligentiam moralem manente, coniux dubius teneatur alteri exigenti reddere debitum, poſſitque licitè, & abſque ſuo præiudicio reddere, & petere abſque animo per copulam ratificandi præcedens matrimonium, ſi fuerit inualidum.

DE hac difficultate latè diſſero in allegato *tom.* 1. *moralium varior. d.* §. 51. *n.* 1953. *& quatuor ſeqq.* & 14
Primo dixi certum eſſe, quod coniux iſte dubius poteſt denuò contrahere, & ratum habere matrimonium aliàs inualidum ob ignoratam ſeruitutem alterius; & ſi aliàs ſit ſemel ſeruata forma Concilij Tridentini, & impedimentum ſeruitutis occultum, contrahant vel expreſſe, vel tacitè habendo copulam affectu coniugali, & animo matrimonium ratificandi, vt latè probaui *in priori tract. de contractu ipſo matrimonij cap.* 5. §. 1. *& ſeq. n.* 13. Quare difficultas ſolum eſt, ſi reddendo, vel petendo deſit ille animus, an ſit licita redditio, & an teneatur coniux ſic dubius reddere debitum.

Plures ergo Doctores à me *d. n.* 51. *n.* 1953. *relati* affirmant hunc coniugem dubium non teneri reddere debitum alteri, de cuius ſeruitute dubitat, etiam ſi ei à iudice, ſeu Eccleſia præciperetur, ob eam rationem, quia ſi reddit abſque animo maritali, fornicatur, ſi animo maritali graue præiudicium incurreret, quia inuitus cogeretur matrimonium contrahere cum ſerua ſeu mancipio. 15

At aliorum, & multorum ſententia probabilior, quam *d.* §. 51. *n.* 1955. ſum ſecutus eſt, eundem coniugem dubium adhuc poſt factam diligentiam, quâ dubium vinci non potuit, teneri alteri bona fide poſſidenti, & exigenti reddere debitum. Quia poteſt reddere abſque ſuo præiudicio, & etiam ſine peccato; nam poteſt, & debet reddere affectu coniugali, 16

non

non vt ratificet matrimonium, ſi fortè ſit inualidum ratione ſeruitutis, ſed vt non lædat ius alterius coniugis bona fide poſſidentis, qui ob ſuum dubium vel etiam opinionem probabilem non priuatur ſuo iure exigendi, ſicut non priuatur ob ſuperueniens dubium de valore matrimonij ob dubium de impedimento conſanguinitatis, & hanc rationem latius explico *d. n.* 1955.

17 Et *n.* 1956. cum Sanchez, Sala, & Presbitero addo poſſe non ſolum reddere, ſed etiam licitè petere debitum affectu coniugali abſque ſuo præiudicio; quia poteſt accedere eo affectu maritali, non animo ratificandi matrimonium fortè aliàs nullum; ſed animo vtendi ſua poſſeſſione, ſeu ſuo iure, quod ante dubium habebat, quo ob dubium ſuperueniens inuincibile de alterius ſeruitute non debet priuari, ſicut non priuatur ob dubium de matrimonij valore inuincibile ſuperueniens ratione dubij de quouis alio impedimento dirimente iuxta tradita §. *præcedenti.*

18 Cum autem altera ſententia negans obligationem reddendi debitum in hoc caſu dubij ſit probabilis, ac côiux dubius de ſeruitute tutò poſſit illam ſequi explicaui *d.* §. 51. *n.* 1957. vbi etiam dixi, quod iudex fori externi, cui non conſtaret per legitimas probationes redditionem debiti, aut petitionem fuiſſe factam poſt habitam ſcientiam impedimenti ſeruitutis, non poſſet cogere ad manendum cum altero coniuge ancilla, vel mancipio.

§. V.

Coniux poſt matrimonium bona fide vtriuſque coniugis contractum poſtea rationabiliter dubitans de impedimento dirimente, qui litem mouit in foro externo ad diſſoluendum matrimonium, an lite mota pendente teneatur reddere debitum alteri bona fide poſſidenti.

19 HEnriquez *lib.* 11. *c.* 15. *n.* 14. prout notaui *d. t.* 1. *moral. var. tit.* 1. *d* §. 51 *n.* 1958. reſpondet, lite pendente mota ea intentione, vt fiat ſeparatio quoad vinculum, vel cauſa diuortij v. g. ob adulterium quoad ſeparationem reſpectu habitationis neutrum teneri reddere, ne ſibi præiudicet, licere autem petere, & reddere debitum, cum etiam poſt litem conteſtatam præſumatur pro matrimonio iuxta notata per Couarruuiam *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 1. *n.* 8.

20 Sed *eod.* §. 51. *n.* 1959. dixi, quod licet verum ſit lite mota ob cauſam diuortij ſolùm quoad torum, & cohabitationem non eſſe obligationem reddendi; quia litem agens, & prætendens diuortium ſi redderet, præiudicaret iuri ſuo; nam iniuriam adulterij cenſeretur remittere; & ius diuortij amitteret; & ſi poſſet licitè petere, & reddere, quia matrimonium eſt certum: Attamen ſi lis mota ſit de valore matrimonij ad illud diſſoluendum quoad vinculum, longè probabilius eſſe in foro conſcientiæ coniugem litem agentem etſi rationabiliter dubium, non tamen certum de impedimento dirimente teneri alteri bona fide poſſidenti, & exigenti reddere debitum, ſicut tenetur ante litem motam; quia lis ad matrimonium diſſoluendum nec dat, nec tollit ius petendi, aut reddendi debitum; vt latiùs ibidem probo, & tenent Sanchez, & alij Doctores *ibidem* à me *allegati.*

21 Et n. 1960. aduerto idem dicendum, ſi lata ſit vna ſententia in fauorem matrimonij, altera contra illud, & neutra tranſierit in rem iudicatam; nam etiam in hoc caſu dubitans poteſt licitè, & tenetur in foro conſcientiæ reddere, quia in hoc dubio non eſt alter ſpoliandus, vt etiam Doctores ibidem allegati tradunt. Plura de hac re *d. n.* 1960. *&* *n.* 1961. tradidi, ad quæ recurrat lector.

22 An etiam, & quando lite mota de matrimonij valore ſit reſtituendus coniux agens litem, qui ſua auctoritate ab alio diſceſſit, explicaui citato *tom.* 1. *var. moral. tit.* 1. *eod* §. 51. *n.* 1962.

23 Marito vero ſpoliato nondum matrimonio conſummato an, & quomodo concedatur reſtitutio, & ſi non ad copulam ſaltem quoad habitationem & alia obſequia tradidi latius ibidem *numero* 1964. *&* 1965.

§ VI.

An in priori bimeſtri poſt matrimonium ab vtroque coniuge bona fide contractum, coniux poſtea rationabiliter dubitans de matrimonij valore teneatur alteri in bona fide exiſtenti, & exigenti reddere debitum.

24 VAſquez, & alij Doctores, quos *d.* §. 51 *n.* 1957. refero, tenentes, coniugem dubium de valore matrimonij durante dubio nunquam poſſe petere aſſerunt coniugem dubium in priori bimeſtri ſiue ante, ſiue poſt ſufficiens examen veritatis non poſſe reddere debitum, ſi illud in illo bimeſtri nondum ſit conſummatum ante ſuborum dubium; quia in illo bimeſtri, vtpote dato à liberandum de ingreſſu religionis *cap. ex publico. de conuerſ. coniugatorum*, vt *cap. præcedenti.* latius explicatum eſt; alter licet in bona fide exiſtens non habet ius petendi; & cogendi ad vſum matrimonij, ac proinde dubius, non tenetur, & conſequenter non poteſt reddere debitum, quia in non reddendo nullum eſt periculum iniuſtitiæ contra petentem; ob quod ſiluor iuxta hos Doctores vitandum in dubio valoris matrimonij licitum eſt reddere debitum cum periculo fornicationis.

25 Verùm *eodem* §. 51. *n.* 1968. cum alijs Doctoribus *ibidem allegatis*, & iuxta tradita *d.* §. 51. *n.* 1943. *& ſeqq.* *& hoc cap. num.* 11. *& ſeqq.* reſolui coniugem dubium in eo bimeſtri non poſſe reddere ante debitum examen veritatis moraliter poſſibile (quia nunc alter non habet ius petendi, & ſic in non reddendo non eſt iniuſtitiæ periculum; & diligentia non præmiſſa poſſeſſio non ſuffragatur in dubio, ſi diligentia ſit moraliter poſſibilis;) at poſt debitum examen ſi adhuc maneat dubius, poſſe licitè reddere, & petere, quia in dubio inuincibili non debet priuari iure vtendi liberè coniugio, quod ante dubium illi competebat; id quod latius explico *d.* § 51. *n.* 1968 *&* 1969. vbi cum alijs reſoluo etiam, quod ſi nè quidem poſt bimeſtre poſſet veritas detegi, eo bimeſtri elapſo non teneri coniugem dubium ingredi religionem, neque obligari ad detegendum alteri coniugi dubium; ſed habere ius petendi, & reddendi ob legitimam poſſeſſionem bona fide inchoatam, quæ illi dubio inuincibili non interrumpitur; & conſequenter teneri reddere debitum alteri coniugi in bona fide exiſtenti illud exigenti, ſuppoſito quod nolit religioſum ſtatum ingredi.

26 Ex dictis inſero *citato* §. 51. *n.* 1970. ſi poſt matrimonium ab vtraque coniuge bona fide contractum conſtet alterum coniugem exiſtentem in bona fide incidiſſe in adulterium, innocentem dubitantem de valore matrimonij non teneri illi petenti reddere debitum, quia ob illud crimen caret iure petendi, nec iuuatur poſſeſſione, & ita non reddendo non eſt periculum iniuſtitiæ; facta autem inquiſitione, & adhuc remanente dubio, poſſet licitè reddere, ſi vellet, & etiam

Digitized by Google

etiam petere, iuxta tradita *ſuprà hoc capite* §. 3. & in *opere morali tomo* 1. *tit.* 1. *citato* §. *d. n.* 1970. ſecus ante præmiſſum debitum examen pro aſſequenda veritate validitatis matrimonij; vt etiam dictum eſt *cap. præcedenti n.* 252. *fine.*

§. VII.

Matrimonio bona fide vtriuſque coniugis inito, ſi poſtea vterque rationabiliter dubitet de eius valore, an licita eis ſit petitio, & redditio debiti?

Circa hanc difficultatem allegato §. 51. refero tres ſententias.

27 Prima relata *ibi n.* 1971. quæ eſt Doctorum tenentium ſententiam *ſuprà num.* 9. adductam, aſſerit neutrum tam ante, quam poſt factum ſufficiens examen poſſe in eo dubio debitum petere; & ſi quis eorum ſic dubitantium illicitè, & iniuſtè petat, alterum non teneri reddere, cum petens non habeat ius petendi, vnde etiam non poteſt ei licitè reddere.

28 Secunda ſententia *n* 1972. adducta, quæ eſt Henriquez, & aliorum, quos ibidem allego, affirmat etiamſi alteruter ſic dubitans illicitè petat etiam poſt factam ſufficientem inquiſitionem, nihilominus alterum exigenti ſic illicitè teneri reddere debitum; quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis; in hoc autem dubio vterque bona fide poſſidet; & ita negans exponeret ſe periculo irrogandi iniuſtitiam petenti legitimè poſſidenti, ſi fortè eſt verus coniux.

29 Tertia ſententia *d.* §. 51. *n.* 1973. *&* 1974. adducta, quæ eſt Sanchez, & aliorum, qui tenent ſententiam *ſuprà num.* 11. poſitam, & vti probabilior ibidem approbatam, aſſerit primò neutrum coniugem ſic dubitantem de valore matrimonij bona fide initi ante præmiſſam debitam veritatis inquiſitionem (ſi non ſit moraliter poſſibilis, vel nullo modo ſperetur fore, vt veritas inueniatur) poſſe licitè petere, iuxta tradita *n.* 11. & ſi alter petat, alterum qui nouit petentem eſſe dubium de valore matrimonij, & non præmiſiſſe ſufficientem diligentiam ad dubium vincendum, non teneri reddere, nec licitè poſſe, cum in dubio, non præmiſſa debita diligentia ad dubium vincendum poſſeſſio non ſuffragetur, tribuátue ius vtendi re, de qua prius dubitat, an ſit ſua, iuxta latè tradita dicto *tomo* 1. *moral. var. tit.* 1. *num.* 1836. *&* 1844. Vnde tunc negando debitum petenti nulla ſit iniuria, quia non habet ius petendi, & reddendo exponeretur reddens periculo incontinentiæ. Quod ſi tantum coniux petens non præmiſſa diligentia eſſet dubius, & alter ſciret matrimonium eſſe validum, hic poſſet quidem licitè reddere, cum habeat ius petendi, ac proinde etiam à fortiori reddendi; & cum exiſtat in pacifica poſſeſſione matrimonij, poteſt illa plenè vti petendo, & reddendo, vt Sanchez, & alij, quos *d. n.* 1973. allego.

30 Secundò aſſerit hæc ſententia poſt debitam diligentiam præmiſſam ad dubium vincendum vtrumque coniugem dubium de valore matrimonij bona fide ab vtroque initi poſſe petere, & reddere; quia poſſeſſio tribuit ius ad abſolutum vſum rei, de qua quis dubitat an ſit ſua iuxta à me tradita *dicto tom.* 1. *moral. var. tit.* 1. *num* 1857 *&* 1816. Alias huius ſententiæ confirmationes videat lector *dicto tit.* 1. §. 51. *num.* 1974.

§. VIII.

Si ex coniugibus vnus contraxerit matrimonium bonâ fide, alter verò malâ dubitans rationabiliter de valore matrimonij, an hic coniux dubius de valore matrimonij malâ fide ab ipſo contracti teneatur alteri petenti debitum reddere; & an ſaltem poſt diligentiam adhibitam ad dubium vincendum poſſit licitè petere.

De hac difficultate egi *d. tom.* 1. *var. mor. tit.* 1. *citato* §. 51. *à num.* 1975. *ad* 1983. & Salas, Lopez, Vega, & nonnulli alij à me *d. n.* 1975. *relati* aiunt, non poſſe vllo modo reddere; quia poſſeſſio mala fide inchoata non iuuat ſic dubitantem ab initio; atque adeo ne matrimonium claudicet, nec alter poſſeſſor bonæ fidei poteſt petere, & ſi petat, alter non poteſt reddere. 31

At communis Doctorum, quos *ibidem num.* 1976. refero, eſt, hunc coniugem dubium de valore matrimonij malâ fide initi teneri alteri bonæ fidei poſſeſſori exigenti reddere debitum, non poſſe verò illud perſeuerante dubio, petere. Vtraque pars conſtat ex cap. *Dominus, de ſecundis nuptiis*, vt latiùs explico *dicto n* 1976. & quod teneatur reddere oſtendunt, quia cum alter petens poſſideat bona fide, & habeat ius petendi, iniuſtum eſt, vt ob malam, & dubiam alterius fidem ſpolietur iure ſuo, donec conſtet nullum eſſe matrimonium, & ſic careat iure petendi, iuxta tradita *ſuprà* §. 1. *&* 3. Quod verò perſeuerante dubio non poſſit petere, probatur, quia poſſeſſio inchoata abſque bona fide, ſed cum dubitatione, an res ſit ſua, vel aliena non tribuit ius ad retentionem, & vſum rei dubitatione perſeuerante, vt latè oſtendi *d. tom.* 1. *moral. variar. tit.* 1. *n.* 1836. *&* 1893. cum ergo cum malâ fide dubitans de eius valore inchoauerit poſſeſſionem matrimonij, nullum ius habet ad petendum debitum, ſeu vſum voluntarium eiuſdem matrimonij cum periculo fornicationis, aut iniuſtitiæ contra priorem coniugem, cum dicta poſſeſſio mala fide inchoata ei non ſuffragetur. 32

Et ſi petat, non tenetur alter reddere, quia obligatio ad reddendum debitum in dubio oritur ex legitima poſſeſſione dubitantis, vt ſæpius dictum eſt, iſte autem cum inchoauerit matrimonium malâ fide, & cum dubio de eius valore, non eſt in legitima poſſeſſione, quæ proinde ei non tribuit ius ad vſum abſolutum matrimonij, & conſequenter alter non tenetur reddere, vt etiam contra Henriquez, & Ledeſmam in terminis tradunt Sanchez, Salas, & alij à me *d.* §. 51. *n* 1978. *relati.* 33

Poteſt autem iſte coniux, qui bona fide contraxit, & in ea permanet, reddere, ſi velit, & petere, quia cum pacificè poſſideat bona fide, & ſciens, certóque ſibi perſuadens matrimonium eſſe validum, poteſt plenè vti illo; vt notaui *eodem* §. 51. *n.* 1979. vbi plura alia. 34

Quid quando vterque coniux malâ, ſeu dubiâ fide contraxit?

Ex quibus (vt dixi *allegato* §. 51. *n.* 1981.) infertur, ſi vterque coniux mala fide, ſeu cum dubio de eius valore contraxit matrimonium, neutrum poſſe petere, & reddere, quia neutri ſuffragatur poſſeſſio malâ, ſeu dubiâ fide inchoata, vt dictum eſt; atque adeo vterque caret iure vtendi matrimonio tàm petendo, quàm reddendo; & ſi neuter habet ius petendi, neuter poteſt reddere, cum redditio ſupponat 35

ius

Digitized by Google

ius petendi, vt etiam tradidere DD. communiter à me *d.* §.51.*cit.* n.1982.*relati.* Qui propterea aiunt præfatos coniuges ſic dubios ab initio contractus thoro ſeparandos eſſe ob periculum incontinentiæ; non verò ſeparandos quoad vinculum matrimonij, ſeu matrimonium non eſſe irritandum; quæ, & nonnulla alia latiùs probo *d.n.*1952.*& ſeqq.*

§. IX.

An quando matrimonium bona fide ab vtroque eſt initum alter poſtea rationabiliter opinatur, ſeu probabiliter credit nullum eſſe matrimonium, poßit licitè, & teneatur reddere debitum alteri exigenti, & exiſtenti in ſua bona fide?

35 DIuus Antoninus, & nonnulli aliis locis à me allegatis *to.*1.*mor.var.tit.*1.§.51.*n.*1984. dixerunt, non poſſe petere, nec etiam reddere, eo quod ſolùm in pari cauſa ſit melior conditio poſſidentis, reg in *pari.de reg.iur.in* 6. hic autem non eſt par cauſa, cum habeat aſſenſum opinatiuum non eſſe matrimoniũ. Hurtadus, & Palaus *locis eod n.*1984.*citatis* aiunt, non teneri reddere debitum alteri petenti, licet poſſit, quia operando iuxta opinionem probabilem prudenter procedit; & quia opinans matrimonium eſſe nullum, opinatur etiam de poſſeſſione legitima alterius, vt latius *d.n.*1984 explicatur.

36 At teneri reddere, licet crederet probabilius eſſe matrimonium non valere cum formidine tamen oppoſiti affirmant communiter alij Doctores à me *d.* §.5 *n.*1985.*relati*; quibus addo Caſtrum Palaum § *ſuprà n* 1.*relato n.*1. qui propterea ſibi eſt contrarius, cùm *tom* 1. *diſp.*2.*punct.*6.*n.*7. *verſ Secundum*, contrarium aſſeruerit. Hanc communem ſententiam *d.n.*1985. probaui pluribus textibus, & rationibus; hic affero tantum illam rationem, nempe, quia (vt probaui *in dicto tom.*1.*mor.var.tit.*1.*n.*1125.*&* 1849.) vt quis poſſit licitè priuata auctoritate (quando alia via non poteſt) aliũ bonâ fide poſſidentem ſua poſſeſſione ſpoliare, oportet, vt ſit certus, rem non eſſe ipſius, ſed propriam, vel ex iuſtitia debitam; quando autem quis opinatur tantum, adhuc res eſt obſcura, & dubia. Fundamentum autem contrariæ ſententiæ non obſtat; quia quod coniux opinans matrimonium eſſe nullum teneatur alteri reddere debitum, non prouenit ex poſſeſſione, quam idem coniux opinans habet, ſed ex alterius certa poſſeſſione, quà ipſum non poteſt ſpoliare abſque euidenti iniuſtitia ob ſuam opinionem, ſicut nec ob dubium, donec certus ſit. Tunc autem ibidem cum aliis dico, certò moraliter conſtare matrimonium eſſe nullum, quando omnibus circumſtantiis, indiciis, & coniecturis perpenſis ita firmiter crederet, ſeu iudicaret, nullum eſſe matrimonium, vt nihil, vel parum dubij, aut formidinis ſupereſſet. Plura, præſertim contra Palaum traduntur *d.n.*1985.

§. X.

Coniux qui bonâ fide contraxit matrimonium, & poſtea præmiſſa debita inquiſitione veritatis opinatur, ſeu probabiliter credit matrimonium eſſe nullum ſine opinione partis oppoſitæ, ſcilicet nullum habens aſſenſum probabilem de valore matrimonij, ſed ſolum dubitans, ſeu habens formidinem de matrimonij valore, an poſsit licitè debitum petere.

37 CIrca hanc difficultatem *tom.*1.*mor.var.tit.*1.*allegato* §.51. duas refero ſententias.

Prima *n.*1980. *& tribus ſeqq.* adducta, quæ eſt Sanchez, Gutier. Bonacinæ, & plurium aliorum Recentiorum, quos *ibidem* allego, negat, & probat pluribus, præſertim ex cap. *inquiſitioni, de ſent excomm.* & quia ſic opinanti matrimonium eſſe nullum non faciet priuilegium poſſeſſionis, quæ iuxta allegatam reg. *iur. in pari cauſa*; ſuffragatur (inquit Sanchez) dubitanti propriè, & ſtrictè, ſeu in dubio rigoroſo, & ſuſpenſiuo, non verò fauet habenti aſſenſum opinatiuum; & ita non ſuffragatur credenti probabiliter matrimonium eſſe nullum non habenti etiam aſſenſum probabilem eſſe validum; ſicut etiam poſſeſſor bonæ fidei poſtea probabiliter opinans rem à ſe poſſeſſam eſſe alienam, non habens probabilem aſſenſum partis oppoſitæ, ſcilicet, quod ſit ſua tenetur illam reſtituere; quia alioqui retinens rem operaretur contra conſcientiam, iuxta doctrinam à me adductam *d tit.*1. *moral. var n* 966. Sanchez, & alios Doctores *ibidem allegatos*, qui etiam ad ea, quæ contra eorum ſententiam obiiciuntur, reſpondent, prout notaui *d.* §.51. *num.*1987. *&* 1988.

38 Altera ſententia *d.*§.51.*n.*1990. adducta, quam tenent Salas, & Layman *locis eiſdem n* 1990 *citatis*, affirmat coniugem bonæ fidei poſſeſſorem ratione contractus initi bona fide, & ſine vlla dubitatione, vel opinione nullitatis matrimonij nunquam priuari iure ſuo priuſquam certò moraliter, vel quaſi certò ei conſtet, ſeu ipſe agnoſcat, ſibi ius non competere; & conſequenter ſicut poſt diligentiam moralem adhibitam poteſt debitum petere dubitans ſtrictè, & ſuſpenſiuè, ita & opinans. Quemadmodum etiam poſſeſſor bonæ fidei iuxta doctrinam à me *d tit.*1.*mor. var n* 965. licet habeat vrgentes rationes, ſeu coniecturas, propter quas aſſentiatur probabiliter rem eſſe alienam ſine iudicio probabili de oppoſito, non priuatur iure ſuo, nec tenetur ad rei reſtitutionem, ſed vt reſtituere teneatur, oportet, vt rationes ſint ita vrgentes, vt conuincant, & generent aſſenſum phyſicè, vel moraliter certum, nam ſi tantum merè opinatiuum; adhuc verè res eſt dubia; & ſic poſſeſſio facit meliorem conditionem, & præualet, ſeu præponderat omnibus rationibus, & coniecturis non conuincentibus, nec facientibus rem manifeſtam; ac proinde ita etiam in præſenti caſu, &c. Plura in confirmationem huius ſententiæ *d.*§.51.*n.*1990.*&* 1991.

§. XI.

Coniux, qui ab initio bona fide contraxit, & poſtea ob varias rationes, ſeu coniecturas probabiles diuerſas opinatur matrimonium eſſe nullum, v. g. ſubeſſe impedimentum conſanguinitatis, vel priorem coniugem viuere; & ſimul opinatur eſſe validum, v.g. non adeſſe conſanguinitatem, vel priorem coniugem mortuum, an poſsit licitè petere debitum poſt præmiſſam ſufficientem veritatis inquiſitionem.

39 PRæfato *tom.*1 *varior.moral.tit.*1.§.51.*n.*1993. contra Salam, iuxta tamen Sanchez, Filliucium, Perez, & alios communiter ita aſſerentes *ibid. relatos* dixi poſſe licitè petere, & reddere debitum, quamuis opinaretur, ſeu crederet probabilius eſſe matrimonium eſſe nullum, dummodo verè habeat aſſenſum opinatiuum, quod ſit validum. Adduxi rationem generalem, nempe, quia vbi agitur tantum de honeſtate, vel turpitudine operationis, vel omiſſionis licitum eſt in praxi amplecti opinionem probabilem, etiam relicta probabiliori, & tutiori, vt *d.tom.*1. *mor.var. tit.*1. *n.*130. latiſſimè probatur. Et ad illud, quod quando quæſtio eſt de nullitate matrimonij ex probabili opinione vitæ prioris coniugis, agitur etiam de præiudicio, damno inferendo, ſeu iniuria irroganda

irroganda priori coniugi; Reſpondetur hoc non obſtare, nam tunc ſolum in praxi non licet ſequi opinionem ſpeculatiuè probabilem ad vitandum alterius notabile damnum, quando alioqui non ſequendo nullum damnum notabile eiuſdem vel diuerſæ rationis reſultat, ſeu timetur omittenti operari iuxta dictam ſententiam ſpeculatiuè probabilem, ſecus verò ſi reſultet, vt oſtendi *d. tom.* 1 *var. moral. tit.* 1. §. 25. & explico *d.* §. 51. *eodem n.* 1993. In præſenti autem caſu coniux ſi cogeretur amplecti opinionem de nullitate matrimonij, pateretur graue damnum, quia remaneret priuatus iure ſuo petendi debitum coniugale, & liberè vtendi matrimonio, cogeretúrque perpetuò abſtinere à debiti petitione, quod citra omne dubium eſſet grauiſſimum incommodum. Plura *d. n.* 1993. vbi etiam latiùs ſatisfit fundamentis, quibus Salas motus eſt ad aſſerendum contrarium.

§. XII.

Coniuges, qui ab initio contraxerunt mala fide dubitantes de impedimento conſanguinitatis vel affinitatis, vel de morte prioris coniugis, ſi poſtea ob rationes, ſeu coniecturas probabiles habeant opinionem probabilem de vtraque parte, ſcilicet matrimonium eſſe nullum; & ſimul eſſe validum, an poſſint licitè petere, & reddere debitum.

40 Circa hanc difficultatem *in opere var. moral. tom.* 1. *tit.* 1. *allegato* § 51. *n.* 1994. *& ſeqq* plures refero ſententias.

Primò Henriquez *loco d.* §. 51. *n* 1983 *citato* affirmat, ſi exiſtiment probabilius eſſe validum fuiſſe matrimonium nempè nullum adfuiſſe impedimentum conſanguinitatis, vel priorem coniugem fuit mortuum.

Secundò Salas *loc. ſd. n.* 1983 *allegato*, abſolutè; negat, etiam ſi crederent probabiliùs matrimonium eſſe validum. Cuius fundamenta *ibid d n.* 199. adducuntur, & ferè in *præcedenti* §. reiecta ſunt; & latiùs *d* §. 51 *n* 1991.

Tertiò Ægid. Conineh loco à me allegato *d.* 51. *n.* 1983. quem ſequitur nouiſſimè Caſtrus Palaus §. 9. *n* 4. diſputationis *ſuprà hoc cap n.* 1. *relata*; ſi opinentur matrimonium eſſe nullum, quia probabiliter iudicent priorem coniugem viuere, affirmat tanquam certum huiuſmodi coniuges, qui ab initio malâ fide, & dubitantes de morte prioris coniugis contraxerunt, non poſſe vti matrimonio, quamuis crederent probabilius matrimonium eſſe validum. Primo, quia ſicut cum aperta iniuria prioris coniugis ſpoliando illum in dubio poſſeſſione ſua, ita etiã cum eiuſdem iniuria eodem matrimonio vtuntur. Secundò, quia in c. *in præſentia* 19. *de ſponſalibus*, ſtatuitur neminem ad ſecundas nuptias tranſire poſſe, niſi certus ſit de morte prioris coniugis, nec ſufficere probabilem coniecturam. Vnde idem Conin ch putat tales eſſe omninò ſeparandos ſaltem thoro, donec de veritate conſtet.

41 Quartò demum Sanchez, & alij, quos *dict.* § 51. *n.* 1996. ſequutus ſum, affirmant poſſe licitè petere, & reddere, quamuis crederent ob vrgentiores rationes probabilius eſſe, matrimonium non valere, etiamſi quæſtio eſſet de morte prioris coniugis; dummodo etiam ob rationes arbitrio viri prudentis probabiles iudicarent eſſe validum; idque ob rationem §. *præcedenti* adductam, quod in moralibus liceat in praxi ſequi opinionem probabilem, etiam minus tutam; quod fortius locum habet, quando ſequens tutiorem graue incommodum, & damnum pateretur, iuxta latè tradita *d.* §. 51. *n.* 1993. Et ſi dicatur opinionem ſpeculatiuè probabilem, non eſſe probabilem practicè, ſeu licitè ad praxim redigi non poſſe, vbi agitur de graui proximi damno ex eius vſu. Reſpondetur vt in § *præcedenti*, ſcilicet, hoc procedere, quando vſus opinionis ſpeculatiuè probabilis, ea quo graue proximi incommodum ſequitur, poteſt omitti abſque incommodo proprio ſimili, vel maiori; in præſenti autem caſu ex non vſu opinionis probabilis de morte prioris coniugis; & perpetua abſtinentia ab vſu præſentis matrimonij maximum incommodum ſic opinanti ſequeretur, vt dictum eſt § *præcedenti*, & latius explicatur *d.* §. 51 *num.* 1996. *&* 1997. Et licet coniuges cum dubio de morte prioris coniugis contrahentes, peccauerint; nihilominus habentes poſtea opinionem probabilem de validitate matrimonij (cum quis prudenter agat operando iuxta opinionem iudicio prudentum probabilem) vtendo matrimonio non ſe exponit periculo formalis iniuriæ, ſed tantum materialis. Suppoſita etiam opinione probabili validitatis matrimonij ab initio malâ fide contracti, non debet præualere poſſeſſio prioris coniugis, cum ſit dubia, ſicut dubia eſt vita illius; poſſeſſio vero poſterioris matrimonij eſt certa, & legitimatur per opinionem iudicio prudentum probabilem ſuperuenientem, ac ſi inchoata eſſet bona fide. Non obſtat etiam diſpoſitio cap. *in præſentia de ſponſalibus.* Nam vel procedit in foro exteriori, vt ſcilicet Eccleſia permittat tranſitum ad ſecundas nuptias, non verò in foro conſcientiæ, in quo, vt liceat contrahere ſecundum matrimonium, ſatis eſſe probabilitatem moralem mortis prioris coniugis docuerunt plures à Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 45. *num.* 3. *allegati*: vel admiſſo vt etiam in foro conſcientiæ licitum ſit tranſire ad ſecundas nuptias, requiri moralem certitudinem mortis prioris coniugis per certum nuncium, aut per teſtes, vt aſſerunt Doctores magis communiter prout *d* §. 51. *num.* 1997. *notaui*; Ex hoc infertur quidem coniuges malâ fide, & dubitantes de morte prioris coniugis contrahendo peccaſſe, non autem ſuperueniente probabilitate mortis eiuſdem prioris coniugis eis vetitum eſſe, vti matrimonio contracto, cum plura prohibeantur ante factum, quæ poſt factum permittuntur. Plura de hac re videantur *d* § 51. *n.* 1997.

Vt autem liceat tranſitus ad ſecundas nuptias, qua ratione conſtare debeat de morte prioris coniugis, ſufficiatnè probabilitas, an requiratur tam in foro interno, quam externo moralis certitudo mortis; & quomodo ſit intelligendum dictum cap. *in præſentia* latiſſimè explicaui in *allegato opere moral. var. tom.* 1. §. 51 *à n* 199. *ad* 2010. *n.* 2014. *&* 2021. *& ſeq.* exactè expenditur an ſecundæ nuptiæ initæ abſque certitudine morali de morte prioris coniugis ſint nullæ, tametſi prior coniux obiiſſet, Quomodo etiam ad hunc effectum tranſeundi ad ſecundas nuptias mors coniugis probetur, propter Doctores *d.* §. 51. *relatus* latè explicat Melchior Kling. *in lib.* 2. *decret. in c. quoniam frequenter.* § *porrò n.* 22. *vt lite non conteſt.* 42

Quando etiam alter coniugum ſit certò occultum impedimentum ligaminis, vel quodlibet aliud impedimentum, tametſi tantum iuris humani dirimens in quo Eccleſia diſpenſare poſſit, & ſoleat; & conſequenter certus eſt, matrimonium contractum eſſe nullum, licet id probari non poſſit; nullo modo poteſt licitè petere, aut reddere debitum, etiamſi ſub excommunicatione iudex Eccleſiaſticus illi præciperet vſum matrimonij; vt in *priori tractatu de contractu matrimonij. capite* 2. *numero* 68. latè 43

oſtendi, & notaui quoque *in dicta opere mor. var. tom.* 1. *tit.* 1. §. 1. *n.* 1938. & tanquam certiſſimum tradunt communiter Doctores allegati *d n.* 68. quibus ex allegatis *ſuprà num.* 1. addo Martinum Perez *d. diſp.* 53. *ſect.* 1. & Caſtrum Palaum *d.* §. 9. *n.* 1. Ex quo fit, vt quando mulier eſt certa de viri impotentia, eo quod triennium cohabitationis iure præſcriptum ad experiendum tranſierit, nec illam probare poteſt, quia vir negat; nec poteſt conſtare per inſpectionem, quod ipſa virgo non ſit; & vir habeat integra membra, neuter poſſit petere, & reddere, cum conſtet id matrimonium eſſe nullum, vt poſt S Thomam 4. *diſt.* 24. *fine in expoſit. litera verſic. Sed vir*, & Albertum Magnum *ibidem art.* 7. *ad vlt.* in terminis, Sanchez *de matr. lib.* 7 *diſp.* 102 *n.* 12. Addens S Thomam, & Albertum *iiſdem locis* dicere eam fœminam debere ſibi conſulere viuendo ſeorſum, ne viro impotenti periculum incontinentiæ immineat.

§. XIII.

Si vnus coniugum alteri, qui bona fide contraxit, & in ea perſiſtit, aſſeueret ſe dolo, ſeu fictè, aut metu contraxiſſe, vel adeſſe occultum impedimentum dirimens ab initio contractus, an ſit licitum petere & reddere, anque confitenti matrimonium eſſe nullum petenti ſit reddendum debitum.

44 CErtum eſt alterum non teneri credere, niſi ex coniecturis vrgentibus (de quibus ego in *priori tract. de contract. matr. cap.* 2. *num.* 63. 64. & 67.) conuincatur credere, ita communiter Doctores, quos in *opere moral var. tom.* 1. *tit.* 1. *citato* §. 51. *num.* 2015. refero cùm veriſimilius ſit, coniugem modo aſſerentem ſe fictè, vel coactè, vel cum notitia impedimenti occulti contraxiſſe, mentiri, quam in ipſo contractu ac ſacramento mentitum eſſe. Quare ceſſantibus coniecturis conuincentibus ad credendum poteſt petere, & reddere.

Difficoltas tantum eſt, an teneatur reddere debitum ei, qui aſſerit matrimonium eſſe nullum ob allegatas cauſas; an verò poſſit licitè negare.

45 Salas, & Vaſquez locis à me *d.* §. 51. *num.* 2016. *citatis* putant non poſſe negare, ſed teneri reddere, quamdiu nulla eſt certitudo nullitatis matrimonii, quia per illam aſſertionem alter non ceſſit iuri ſuo.

46 Alij communiter, quos *d* §. 51. *n.* 2017. refero, affirmant non teneri reddere, niſi de nouo conſentiat vel impedimentum tollat; nam eo ipſo, quòd aſſerit ſe non conſenſiſſe, vel ſubeſſe impedimentum dirimens, renuntiat iuri matrimonij, & ita ſtante illa confeſſione nullum habet ius petendi, & conſequenter alter non tenetur reddere.

47 Quod ſi matrimonium verè eſſet validum, & coniux, qui exigitur, certo ſciret validitatem, cum tunc petens haberet ius petendi, licèt ignoret, teneretur alter reddere; etſi enim illicite ob erroneam conſcientiam peteret; tamen peteret verè ſibi debitum cum ius petendi non tantum fundetur in bona fide, vel poſſeſſione, ſed principaliter in ipſo matrimonij valore. vt DD. à me *d.* §. 51. *n.* 2018. relati, & latè probatum eſt *c. præcedenti n.* 147.

Si verò coniux retractet ſuam confeſſionem allegans tam graues rationes, ſeu coniecturas, & adeo veriſimiles; vt alter coniux à quo exigitur debitum, teneatur credere, tunc iſte tenetur reddere, quia iam alter ius petendi habet, ſeu reparauit tali retractatione; & idem ſi coniugi aſſerenti ſe fictè conſenſiſſe, alter temerariè credidit, ille retractet priorem confeſſionem; vt in vtroque caſu Doctores, quos *d.* §. 51. *n.* 2019. allego. At ſi credidit probabiliter aſſertioni, non tenetur fidem adhibere, donec prima indicia euacuentur, vt iidem Doctores *d. n.* 2019 *citati* Qui etiam addunt, ſi per reuocationem non conuincatur credere, ſed adhuc dubitet, non teneri reddere, niſi alter de nouo conſentiat, vel tollat impedimentum. 48

Quid autem ſi coniugi aſſerenti matrimonium eſſe nullum ob defectum ſui conſenſus, vel ob impedimentum occultum ſibi notum, alter verò credat, an tunc poſſit licitè petere, & reddere. 49

Sanchez, Gutierez & alij à me *d.* §. 51. *n.* 2020 *allegati* ſentiunt, nec reddere, nec petere poſſe. Non petere, quia iam credit ſaltem probabiliter matrimonium eſſe nullum ſine opinione oppoſitæ partis, vt ſupponitur, & ita procedunt tradita *ſuprà hoc cap. n.* 37. & *d.* §. 51. *num* 1986. & *duobus ſequentibus.* Quod etiam non poſſit reddere probatur; quia alter non habet ius petendi, cum ſua aſſertione renuntiauerit iuri matrimonij; & conſequenter negando debitum non exponit ſe periculo iniuſtitiæ; ratione cuius vitandi ſolùm tenetur reddere debitum; & cum non teneatur reddere, nec etiam licitè reddere poteſt ſtante illa credulitate probabili de nullitate matrimonij, alioqui ageret contra conſcientiam iuxta tradita *hoc cap ſuprà d. numero.* 37. & *allegato* § 51. *citato numero* 1986.

At iuxta tradita *hoc cap. n* 38 & *d.* §. 51. *n* 1990. dici probabiliter poteſt, quod illi liceat petere, & reddere debitum, quamdiu nulla eſt certitudo de nullitate matrimonij, licet ob dictum alterius probabiliter credat matrimonium eſſe nullum, idque ob rationem ibidem allatam. 50

Verum ſi propter coniugis aſſertionem alter dubitat probabiliter de matrimonij valore non poteſt (vt etiam tradunt Sanchez, & alij Doctores à me *d.* §. 51. *n.* 2022. *allegati*) licitè petere, aut reddere, donec præmiſerit ſufficiens examen ad dubium vincẽdum. Non petere, quia in dubio ante præmiſſam diligentiam ſufficientem agnoſcendæ veritatis nõ licet vti re vt pluries in præcedentibus dictum eſt. Non reddere, quia alter non habet ius petendi, donec ſe retractet iuxta ſuprà dicta. Poſt factam autem ſufficientem veritatis inquiſitionem, manente adhuc dubio poteſt iuxta eoſdem Doctores, & tradita ſuprá petere & reddere quia eſt in poſſeſſione bona fide inchoata, ac proinde poſtea plenè vti, vt *ſuprà hoc capite numero* 12. 51

Qua autem ratione quoties coniugi eſt illicita petitio debiti, ex eo quod eſt dubius de valore matrimonij, vel habet probabilem opinionem de illius nullitate, eidem ſub mortali ſit illicita delectatio partis ſenſitiuæ, & etiam illiciti ſint tactus venerei. Latiùs explicaui in *d. opere variorum moralium tom.* 1. *allegata* §. 51 *n.* 2023. Ad ibi tradita recurrat lector; & ad tradita *infrà c.* 7 *n.* 203. 52

CAPVT

CAPVT III.

DE

IMPEDIMENTO VSVS CONIVGALIS EX VOTO EMISSO.

SVMMARIVM

§. I.

Simplex votum caſtitatis perpetuæ, aut religionis, aut aſſumendi ſacros Ordines, aut non contrahendi matrimonium impedit, ſed ex natura ſua non dirimit matrimonium n. 2.

Quid de voto ſimplici caſtitatis in Societate IESV *poſt biennium. n. 3.*

Poſt præfatum votum caſtitatis, &c. abſque legitima diſpenſatione contrahere eſt peccatum mortale. n. 4. tametſi votum eſſet conditionale n. 7. & etiam ſi matrimonium medicorum iudicio ad corporalem ſalutem tuendam putaretur neceſſarium. n. 8.

Quid ſi ligatus voto caſtitatis, &c. vrgetur grauibus ſtimulis carnis, & ſæpè labatur, an tunc obligetur voto, & abſque diſpenſatione poſſit nubere. n. 9. & 10.

Vt ratione ſuperuenientis difficultatis quis liberetur à promiſſione facta, quæ difficultas requiratur. n. 11.

An, & quando mortaliter peccet, qui ſcienter contrahit matrimonium cum aſtricto voto caſtitatis, vel religionis, &c. n. 12. 13. & 14.

Habenti ſimplex votum caſtitatis, vel religionis, &c interroganti an valeat matrimonium abſque diſpenſatione celebratum cum tali voto, quomodo reſpondendum. n. 15.

An liceat illi ſuadere matrimonium, ſi ſæpius labatur in venerea. n. 16.

Voto ſimplici caſtitatis, aut religionis, aut aſſumendi ordinis ſacri aut non nubendi aſtrictus abſque diſpenſatione contrahens matrimonium animo ingrediendi religionem, aut non conſummandi, an peccet mortaliter. n. 17 ad 29.

Quibus in caſibus poſt tale votum poſſit licitè contrahere animo ingrediendi religionem. n. 28.

Intellectus ad cap commiſſum de ſponſalibus. *n. 28. & 29.*

Qui poſt votum ſimplex caſtitatis abſque diſpenſatione contraxit matrimonium non eximitur ab obligatione voti, & poteſt abſque mortali petere prima vice, neque deinceps. n. 20 ad 33.

Procedit etiam in infideli poſt votum caſtitatis vxorem ducenti. n. 34.

Procedit etiamſi vterque coniux ante matrimonium erat ligatus voto caſtitatis n. 35.

An aliquibus in caſibus poſſit petere in gratiam alterius non aſtricti voto n. 37.

Confeſſarius hunc coniugem tali voto ligatum ignarum obligationis non petēdi an teneatur admonere obligationis ibid.

Quid de eo, qui habens votum virginitatis ſeruandæ abſque diſpenſatione contraxit matrimonium. n. 38.

Delectatio partis ſenſitiuæ, & tactus coniugi habenti votum caſtitatis an liceāt, & quid de delectatione volūtatis. n. 39.

Præfatus coniux ligatus voto caſtitatis emiſſo ante matrimonium fornicans cum alio, vel alia peccat peccato adulterij, & ſacrilegij, & diſſoluto præſenti matrimonio non poteſt abſque diſpenſatione aliud contrahere, & tenetur ſeruare caſtitatem. n. 40.

Quid de habente votum caſtitatis, qui ex metu graui iniuſſo ad contrahendum, & conſummandum matrimonium contraxit, & conſummauit ibid.

Coniux, qui poſt votum caſtitatis contraxit matrimonium, ſemel conſūmato matrimonio, tenetur debitū reddere alteri cōiugi petenti libero à voto, & etiā voti conſcio n. 41. & 42.

An teneatur ante conſummationem ingredi religionem, an verò poſſit etiam prima vice conſummare matrimonium reddendo debitum, tametſi contraxerit animo ingrediendi religionem. n. 43. & 44.

Quid de eo coniuge, qui poſt contractum matrimonium ante conſummationem fecit votum ſimplex caſtitatis, an, & quando teneatur ingredi religionem n. 45.

Voto aſſumendi ordines ſacros aſtrictus, qui duxit vxorem an ante conſummationem teneatur ingredi religionem n. 46.

Quid de eo, qui poſt votum nunquam nubendi contraxit matrimonium n. 47.

Coniux habens votum caſtitatis ante, vel poſt matrimonij contractum emiſſum. an poſſit reddere priori bimeſtri, & quando alter eſt adulter. n. 49.

Coniux aſtrictus voto aſſumendi ordines ſacros poteſt reddere, & petere licitè illo bimeſtri, & altero adulterante. n. 50.

CAPVT III.

De impedimento petendi, ſeu exigendi, & reddendi debitum coniugale ex voto emiſſo ante, vel poſt matrimonium contractum.

DE hac materia Summiſtæ *v. Debitum coniugale, Impedimentum, Matrimonium, Votū.* Nauarr. *in man. c. 16 n. 30 & 31* Couarr. *de ſponſ. p. 2. c. 3 §. 1 n 6.* Sanch *lib 9 di p. 33. & nonnullis ſequentibus* Baſ Pontius *lib. 10. c. 5.* Bonac. *eod. tract. q. 3 punct. 14. n 7. & de præcept Decalogi diſp. 4. q 2. pun 3. § 3* Hurtad. *de matr diſp. 10 diff* 8. Matt. Perez *de matr. diſp. 51. ſect 4. 5. & 6.* Aueriu *de matr. q. 0. ſect 4.* Caſtr. Palaus *de matr pariter agens p 5 tr 28. diſp 2 puncto 4. § 7. & 8.* Sayrus *lib. 6 clauu c. 11. an 11.* Leſſius *de iuſt & iure lib 2. c. 41 dub 6 à n. 50.* Azorius 1 *p. lib. 11. c 21.* Coninch *de Sacram. diſp. 33. dub 5. 6. & 7. à n 52.* Reginaldus *in praxi for. pœnit. lib. 21. n. 150 & ſeqq.* P. Layman *lib 5. Theol mor. tr. 10. p 1 c. 1.* Rebellus *de oblig. iuſtit p. 2. lib. 3. q. 17.* Villaloh. *in ſum. Theol p. 1 tract 13 diff 53. & 54.* Fillutcius *tom 1. tract. 10. n. 312. & 313.* Ægid. Trullench *in decalogum tom. 1 lib 2. cap 2. dub. 25.* Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. p. 2. tract. 9. q 64. cum pluribus ſequentibus*, & innumeri alij Summiſtæ, Theologi, & Iuriſperiti à Sanchez relati.

§. I.

An, & quomodo votum ſimplex caſtitatis, vel religionis, vel aſſumendi ſacros Ordines emiſſum ante matrimonij contractum abſque diſpenſatione voti initum impediat vſum matrimonij, ſeu petitionem, & redditionem debiti coniugalis.

2 NOnnulla præmittenda ſunt, & poſteà deneniendum ad explicationem difficultatis propoſitæ.

Prædictum votum impedit, ſed non dirimit matrimonium.

Primò igitur cenumeſt, quod licet ſimplex votum caſtitatis, aut religionis impediat contrahere matrimnnium, non tamen impedit ex natura ſua matrimonij valotem, ſi cum tali voto etiàm ab vtroque coniuge emiſſo matrimoninm ipſum inearut, vt manifeſtè conſtat *ex c. conſuluit, ex c. rurſm qui clerici, vel vouentes, ex c. vn. de voto in 6. ex can. vlt & can. quidam d. 27 & alijs ſacris canonibus* à Sanchez *lib. 7. de matr. diſp 11. n 4. relatis*, & tradunt communiter Doctures, qui infrà allegantur, & alij, quos loco citato tefert Sanchez. Huius autem rationem hîc omitto, cum illam latè explicatam poſuerim in priori tractatu de contractn matrimonij *c. 10. n. 224.* Et idem dicendum iuxta eoſdem DD. de voto nō contrahendi matrimonium, ſcilicet impedire cnntrahi matrimonium, non verò illius valorem impedire, vt iidem DD. communiter.

3 Dixi *ex natura ſua*: quia ex Conſtitutione Gregorij X I I. *edita de anno* 1584. incipiente *Aſcendente Domino in nauiculam*, votum ſimplex caſtitatis in Societate IESV poſt biennium probationis in illa iuxta eiuſdem morem emiſſum habet dirimere matrimonium poſtea initum.

Aſtrictus voto ſimplici caſtitatis, aut religionis, aut aſcendendi ad Ordines, vel non nubendi, abſque diſpenſatione contrahens matrimonium abſolutè peccat mortaliter, & quid ſi vrgeatur vehementibus ſtimulis carnis.

4 Præterea certum eſt aſtrictum voto ſimplici caſtitatis, ſi ſine diſpenſatione legitima contrahat matrimonium abſolutè, ſeu animo implicito, vel explicito conſummandi matrimonium, peccare mortaliter. Ita DD. communiter. Quorum plures referūt Sayr. *lib. 6. clauis c. 1. n. 33.* Azor. *p. 1. lib. 12. c. 22. q. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 43. n. 7.* Gutiet. *loco infrà cit.* Idem tradunt Nauarr. *in man. c. 12. n. 16.* Sayr. Azor. *locis citatis.* Sanch. *loco cit. & lib. 7. de matr. diſp. 11. n. 4. & ſeqq.* & *in ſum. lib. 4. c. 21. n. 2.* Gutierez *de matr. c. 85. n. 1.* Rebellus *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 3 q. 17. ſect. 1.* Leſſius *de iuſtit. lib. 4. c. 41. dub. 6.* Reginaldus *lib. 31. n. 284.* Ægid. Coninch *de Sacram. diſp. 23. dub. 3. diſp 30. n. 3. & diſp. 34. dub. 5.* Filliucius *tom. 1. tr. 10. cap. 9. n. 275.* Bonacina *de matr. q. 3. c. 14. n. 7. & de præcept. decal. diſp. 4 q. 2. puncto 5 §. 5. n. 11.* Villalobos *in ſum. tom 1. tr. 13. diffic. 53.* Baſilius Pontius *de matr. lib. 6. c. 12. n. 1. & 5.* Hurtadus *de matr. diſp. 25. n. 4.* Caſtrus Palaus *p. 5. tract. 28. diſp. 4. puncto 2. § 1. n. 12* Raphaël Auerſa *de matr. q. 10. ſect. 4.* Martinus Perez *de matr. diſp 23. ſect. 4.* Ægidius Trollench *in decalog. tom. 1. lib 2. c. 2. dub. 15. n. 2.* & Leandrus Diſcalceatus *de ſacr. tom. 2 tr. 9. diſp. 2. q 4. & diſp 23. §. 5. q. 1.* Probatur, quia contrahere matrimoninm poſt votum ſimplex caſtitatis eſt contra votum, & fidem Deo datam in re graui. Per votum enim caſtitatis abſolutum corpus vouentis Deo conſecratur, & contrahitur obligatio abſtinendi ab vni copula carnali, per matrimoninm verò corpus contrahentis quoad eius dominium traditur alteri contrahenti; & contrahitur obligatio ad carnalem copulam; ergo violatur votum in re graui.

Idem dicendum de eo, qui abſque diſpenſatione 5
contrahit abſolutè matrimonium poſt votum religionis, aut aſſumendi ſacros ordines. Is enim etiam agit contra votum in re graui; cum matrimonium repugnet ſtatui religionis & clericatus, & conſequenter ad impletioni eorundem votorum. Ita iidem Doctores.

Idem multo magis dicendum de contrahente ma- 6
trimonium abſque diſpenſatione poſt votum abſolutum non nubendi; cum huiuſmodi votum directè opponatur matrimonio. Ita iidem Doctores.

Ampliatur, vt ſit peccatum mortale abſque diſ- 7
penſatione contrahere matrimonium poſt votum caſtitatis, vel religionis, vel aſſumendi ordines ſacros vel non nubendi, tametſi votum fuerit conditionale & dilatum in tempus futurum, v. g. promiſſa caſtitas ſi aliquid fuerit obtentū; vel religioſi ſtatus, ſeu ſacrorū ordinum aſſumptio Deo promiſſa, cum ſtudia fuerint conſummata; aut cum parentes obierint, aut beneficium fuerit obtentum. Quia licet huiuſmodi vota conditionalia non obligent perfectè, donec conditio ponatur, ſeu purificetur, obligant tamen, ne illis aſtrictus ſe incapacem, & inhabilem reddat ad eorum executionem; ſeu implementum. Ita poſt Abulenſem Sanchez *d. diſp 11. n. 7.* & poſt Sanch. Gutieres *d. cap. 85 num. 3. fine.* Baſilius Pontius *d. cap. 12. n. 11.* Reginaldus *d. lib. 31. num. 185.* Caſtrus Palaus *d. §. 1. n. 12.* Auerſa *d. ſect. 4.*

Ampliatur ſecundò, vt aſtrictus ſimplici voto ca- 8
ſtitatis, vel religionis, vel aſcendendi ad ordines ſacros, vel non nubendi citra culpā mortalē non poſſit abſque diſpenſatione matrimoniū contrahere; etiāſi id medicorum iudicio ad corporalem ſalutem tuendam putaretur neceſſarium; cum multis alijs medicinis poſſit illi conſuli, & à præſentaneo morbo ſalus obtineri. Ita Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 21. n. 3.* & poſt eum Trullench *loco citato; imò idem* Sanchez *d. num. 1. & de matrim lib. 8. diſp 20. numero 26.* refert plures Doctores exiſtimantes hoc non præbere ſufficientem cauſam diſpenſandi in huiuſmodi votis, licet ſimplicibus; Quamuis ipſe contrarium ſentiat.

Quamuis verò aliqui exiſtiment adſtrictum voto 9
caſtitatis, vel religionis, vel aſcendendi ad ordines ſacros, vel non nubendi, non obligari voto; ſi vehementibus carnis ſtimulis vrgeatur, vt ſæpiſſimè ſuccumbat, ac tentationi conſentiat, non ſolum ſi talis difficultas ſe continendi, ſeu periculum incontinentiæ præcedat votum, ſed etiamſi ſubſequatur. Ita Valentia, & Petr. Ledeſma relati à Sanchez *lib. 4. ſumm c. 8. n. 9.* Layman *lib. 5. tract 10. p. 3. cap. 1. n. 12.* Bonacina *d. diſp. 4. q. 2. p. 1 num. 26.* Homobonus *volum. 1. conſult. mor. p. 1. reſp. 18.* & Leandrus Diſcalceatus *dict. tract. 9 diſp. 23. q 2. & 3.* Ez quibus tamen Petrus Ledeſma, & Bonacina non obſtante voti nullitate, ſeu quod tale votum in ſimili caſu non obliget, aiunt nihilominus huiuſmodi vouentem patientem incontinentiam teneri petere diſpenſationem antequam matrimonium ineat: Quod dictum certè non videtur vllo modo ſubſiſtere, namſi votum eſt irritum, ſeu non obligat vouentem in tali caſu, nulla etiam diſpenſatione opus eſt ad matrimonium ineundum. Igitur quod vbi grauiſſimas difficultates in ſeruanda caſtitate experitur, & ſæpius labitur, vouens non obligetur ad abſtinendum à matrimonio, & conſequenter abſque vlla diſpenſatione poſſit illud contrahere: Probatur primò, quando votū antecedit illa difficultas ſe continendi, quia votum eſt de meliori bono, in prædicto autem caſu melius, & ſalubrius eſt pa-
tienti

tienti talem difficultatem, & ſæpius contra caſtitatem peccanti nubere; vnde ſi voueret contrahere matrimonium ad euitanda peccata illa contra caſtitatem, votum eſſet validum, vt tradunt communiter DD. & notauit Sanchez *d. cap* 8. *n.* 53. Secundò, quando illa difficultas ſubſequitur votum, probetur tum eodem argumento; quod votum eſt de meliori bono; ſæpius autem peccanti contra caſtitatem melius eſt nubere, quam vri. 1. ad Cor. 7. tum quia talis non videtur ſe voluiſſe obligare, vt tali caſu caſtitatem ſeruaret, nam ſi prius expertus eſſet talem difficultatem ſe continendi, nullo modo aliquod ex præfatis votis emiſiſſet. Et hinc ſententiam Leandrus *d. q.* 3. exiſtimat quoad vtramque partem probabilem, nō ſolum ſpeculatiuè ob efficaciam rationum, ſed etiam practicè, & ſic in vſu tutam. Neque ex hac opinione ait poſſe ſequi incontinētia aliqua, maláve, aut ſcandala, quę ex aliis opinionibus (inquit) circa materiam grauiſſimam verſantibus ſequi non poſſint. Etenim (ſubdit) poſſunt ab omnibus, & tam ab aliis, quàm ab iſta oriri, ſi circumſtantiæ requiſitæ non obſeruentur; minimè verò ſi tales obſeruentur circumſtantiæ. Quarum vna (addit) in præſentiarum erit, ſi non cuiuſquam iudicio quantumuis moraliter certo relinquatur; an vouenti omnibus conſideratis hic, & nunc ſalubrius, & expedientius ſit matrimonium; ſed maturo iudicio pij, & prudentis confeſſarij.

10 Nihilominus ampliatur tertiò contra præfatos Doctores, vt is, qui vouit caſtitatem, aut aliquod aliud ex prædictis votis emiſit, eodem voto obligetur, nec abſque diſpenſatione poſſit licitè matrimoniū contrahere non obſtantibus vehementibus carnis ſtimulis, & maximis difficultatibus ſeruandi caſtitatē ſiue præcedentibus, ſiue ſequentibus votum. Ita Sanchez *de matr lib* 7. *d. diſp.* 11. *n.* 9. *& lib.* 4 *ſum. c.* 8 *n.* 10. Gutier. *d. c.* 85 *n.* 4. Baſilius. Reginald. Bonac. Perez, Caſtrus Palaus, Diana, Auerſa, Trullench *locis ſuprà allegatis*, & Coninch *de ſacr. diſp.* 30 *n.* 28. Hancque concluſionē Sanchez *d. diſp.* 11. *n.* 9. dicit eſſe certiſſimam, & *d. c.* 8. *n.* 10. ait ſe non credere virum aliquem doctum & pium auſum fuiſſe huiuſmodi vouentem à voti obligatione eximere, & Coninch dicit eſſe communem Doctorum. Probatur, quia caſtitas, ſeu ſtatus cœlibatus, religionis, & ſacri Ordinis eſt tantæ excellentię, & perfectionis, & dignitatis, vt etiam expetendus ſit per ſummas difficultates, quas merito ob illum aſſequendum quis ſuperare debet; & maximè cum abſolutè auxilio diuinæ gratiæ, quæ ei non deerit, orationibus, ieiuniis, aliiſq; pœnitentiæ operibus, & ſacramentorū frequentia ſuperari queant. Confirmatur ex cōmuni vſu Eccleſiæ, nam quantumuis quis maximas patiatur difficultates ſe continendi, ſi voueret caſtitatē ante religionis ingreſſum, vel antea vouit, ſemper ſolet à S. Pontifice diſpenſationem impetrare, quæ etiá illi non conceditur, niſi rigidiſſima commutatione iniuncta, vt etiam vtroque loco notauit Sanch. Præterea confirmatur, quia ſi liceret in praxim reducere contrariā ſententiam aperiretur via ad facillimam prædictorū votorum violationem cum priuato vouentis damno, & communi etiam Eccleſiæ ſcandalo, & malo; nam depravata cupiditas, & vehemens ad libidinem hominis natura corrupta propenſio plurimos falleret falsò exiſtimantes, ſe continere nō poſſe; ex quo plurima merita & egregia opera non ſolum vouenti, ſed & Eccleſiæ vtiliſſima impedirentur. Propterea iudiciū, an omnibus conſideratis hic & nunc melius gratiuſque Deo ſit obſeruare votum, vel coniugalem ſtatū aſſumere, debuit ſoli ſuperior Eccleſiaſtico relinqui; ſicque ſēper cenſendū melius, & gratius Deo obſeruare votum, donec ſuperior ipſe diſpenſet: Quare illa maxima ſe continendi difficultas ſolum eſt ſufficiens cauſa diſpēſationis, vt præfati omnes DD. Hinc

Ad primam rationem contrariæ ſententiæ reſpondetur votum caſtitatis, & eſſe de meliori bono; cum ſit de re excellentiſſimæ perfectionis, quod non obſtantibus illis difficultatibus facere poteſt vouens, ſi vult, vt dictū eſt; licet etiam ratio euitandi periculū incontinentiæ, in eo, qui vrgetur vehementibus carnis ſtimulis, ac ſæpius labitur ſit bonum ſufficiens ad valorem voti de matrimonio ad illum finem contrahēdo, ſi nullo ex aliis prædictis votis ſit iam adſtrictus. Hinc ad primam partem ſecundi argumenti Reſpondetur aſtricto voto caſtitatis abſolutè melius eſſe ſeruare caſtitatem promiſſam, vtpote rem optimam ſibi, quod & facere poteſt, vt dictum eſt. Ad ſecundā partem eiuſdem argumenti reſpondetur talem vouentem ſecundum communem vouentium intentionem cenſeri ſe obligaſſe, vt caſtitatem in eo caſu ſeruaret, quia communiter in vouentium poteſtate eſt, illas difficultates euitare, vitando occaſiones, & etiam exercendo ſe in ieiuniis, & orationibus, ac Sacramentorum frequentia, & correſpondendo auxilio diuinæ gratiæ, quæ vouenti non deeſt; quod ſi prædicta nolit exequi ad tentationibus reſiſtendum, ſibi, non rei difficultati imputet, non enim ob ſuam inordinatā volūtatem acquirit ius frangendi ſua vota. Ad huius reſponſionis maiorem euidentiam Coninch *d. diſp.* 30. *n.* 28 notat, quod vt quis liberetur promiſſione etiam homini facta, non ſufficit omnis talis difficultas de nouo occurrens, quæ ſi fuiſſet ab initio præuiſa deterruiſſet aliquem à promittendo, ſed neceſſariò requiritur talis, quam promiſſarius non poteſt tollere, & quæ præuiſa communiter cordatum quemque à promittendo auerteret; in præſenti autem caſu difficultates ſeruandi caſtitatem abſolutè tolli poſſunt, vt ſuprà dictum eſt, & viri cordati, & timorati conſiderantes caſtitatis excellentiam, meritum, & præmium à Deo propoſitum caſtitatem illi promiſſam ſeruantibus diuinæ gratiæ auxilio adiuti tales difficultates ſuperant; nec propter eas illos pœnitet votum emiſiſſe. Plura videantur apud Sanchez, & Coninch. 11

An, & quando mortaliter peccet, qui ſcienter contrahit matrimonium cum aſtricto voto caſtitatis, vel religionis, aut ordinis ſacri aſſumendi, vel non nubendi.

Certum eſt tertiò, eum, qui ſciens illorum votum contrahit cū aſtrictis aliquo ex dictis votis caſtitatis, aut religionis, aut aſſumendi ſacros Ordines, aut non nubendi, quando eos ad matrimonium inducit abſolutè vt ſecū contrahant, peccare mortaliter, licet alioqui illi ſint parati contrahere, ita DD. cōmuniter *ſuprà & infrà* allegati. Petit enim ab illis actum, quem non poſſunt bene exercere, cum illi, qui tali tenentur voto non poſſint abſque peccato mortali nubere nō obtenta prius voti diſpēſatione; idque confirmāt latè tradita à me *in* 3 *to mor. var. tit.* 9. *n.* 344 *ad* 348. Vbi de eo, qui in die ieiunij inuitat & inducit alterum, quem ſcit obligari ad ieiunium, ad cœnandum. 12

Quid verò ſi ipſi præfatis votis caſtitatis, vel religionis adſtricti petant matrimonium, an qui ſciens illorum votum matrimonium ab illis ſponte oblatum poſſit licitè acceptare, & cum iis contrahere. Videtur poſſe affirmari, quia ſæpè licitè accipiuntur quædam ab iis, qui illicitè dant, vt ex fructibus beneficij acquiſita ſuperflua donata, vel relicta à beneficiatio in vſus profanos, ſuppoſito quod ſit eorundē fructuū dominus, nequeat tamen de illis ſuperfluis licitè diſponere in vſus profanos, de quo Leſſius *lib.* 2. *c.* 19. *n.* 48. & ego in *tom.* 1 *var mor. tit.* 1. & vſus matrimonij ſæpè acceptatur licitè, licet petens illicitè petat, vt cōſtat ex traditis *ſuprà c.* 1 & in hoc caſu acceptās matrimoniū ſpōtè oblatū, & contrahens nō videtur nec cauſa peccati 13

alterius, nec ad illud cooperari. Et alicui fortè videri poſſet ita ſentire Pontium *loco ſuprà citato*, cum loquatur ſolum de inducente, & petente matrimonium à talibus.

14 Nihilominus dicendum ſcienter contrahentem cum habente votum perpetuæ caſtitatis, aut religionis, aut ſacri ordinis aſſumendi, aut non nubendi peccare mortaliter, tametſi ia præueniat, & offerat matrimonium. Ita Gloſſa, Turrecremata id à contrario ſenſu colligentes ex *can. nos nouimus, verbo ſciens* 27 *q.* 2. Syluest. Aſtenſis, Nauarr. Greg. Lopez, & alij *relati à* Sanch. *lib.* 7. *de matr. d. diſp.* 21. *n* 23. Gutierez *d. c.* 85. *n.* 2. Reginaldus *d. lib.* 31. *n.* 105. Coninch *d. diſp.* 30. *n* 35. Perez *d ſect.* 4. *n.* 11. *&* 12. & Trullench *in decalog tom.* 1. *lib.* 2 *c.* 2. *dub.* 25 *n.* 2. Probat Sanch. quia illud votum eſt impedimentum ſpeciale matrimonij, vt eſt contractus, qui inter duos neceſſariò debet conſiſtere, ac proindè vtrumque contrahentẽ afficit, & impedit, ita quod in neutro contrahente debet eſſe impedimentũ impediens, vel dirimens, vt iuſtus, & licitus ſit matrimonij contractus. Quare licet ceſſet cooperatio, cum aſtrictus voto eſt paratus, & inducit alterum ei ſpõte offerens matrimonium, qui vt ſuæ vtilitati conſulat, acceptat; non ceſſat tamen ratio peccati, eo quod contrahentium impedimento impedienti. Vnde diuerſa eſt ratio contrahentis cum excommunicato ſpontè offerente matrimonium; quia excommunicatio non eſt ſpeciale impedimentum matrimonij, ſed ſicut peccatum mortale impedit omnium ſacramentorum receptionem ratione indignitatis recipiẽtis; ita etiam excommunicatio ex ſpeciali ſtatuto Eccleſiæ, quæ ſic voluit ob reuerentiam tanti Sacramenti, ideo cum non ſit ſpeciale impedimentum matrimonij, vt contractus eſt, ſed ſolum vt ſacramentũ eſt, id impedimentum non afficit vtrumque contrahentem; & ita niſi alter inducat excommunicatum non peccat contrahendo cum ipſo. Coninch vero aliter probat, quia etſi ligatus aliquo ex prædictis votis, cum quo alter contrahit, ſpontè ſe offerat ad contrahendum, alter tamen contrahens vſurpat ſibi rem alteri obligatam, quam ille validè offerre non poteſt, nec alterius poteſtati ſubducere, niſi idem contrahens obligationẽ acceptando eam ſibi vſurpet; atque ita directè etiam alteri iniuriam infert. Secùs autẽ eſſet (notat idem Coninck) ſi alteri tantùm eſſet matrimonium illicitum ob perſonalẽ prohibitionẽ; quia hæc non afficit non prohibitũ; atque adeo ſi iſte non inducat, ſed tantum acceptet matrimonium ab eo oblatum, quia ita ſibi expedit, non peccat, nec cooperatur illius peccato; vt in ſimilibus oſtenſum eſt *capite primo.*

Habenti ſimplex votum caſtitatis, vel religionis vel ſacri ordinis aſſumendi, vel non nubendi, interroganti, an valeat matrimonium cum his celebratum, quomodo reſpondendum; & an liceat illi ſuadere matrimonium, ſi ſæpius labatur in venerea.

15 Qualiter autem aſtricto voto ſimplici caſtitatis, vel Religionis &c. interroganti, an eo voto non obſtante poſſit validè contrahere matrimonium ſit reſpondendum. Quidam à Sanchea *d. diſp.* 11. *n.* 12. Gut. *d. c.* 85. *n.* 5. & à Leandro Diſcalc. *d tr.* 9. *d ſp* 25 *q.* 5. relati dixerunt reſpondendum, fore inualidum; quod tamen eſſet mendacium, & ideo à tali reſponſione cauendum. Baſil. Pontius *d. c.* 12. *n.* 12. (cuius dictum vt probabilius approbat Leandrus *d q.* 5.) dicit poſſe reſponderi matrimonium cum peccato grauiſſimo validè tamen contrahi, in hócque ait nullum ſcrupulum eſſe; cum parum referat, quod alius ex tali reſponſo ſumat occaſionem contrahendi cum peccato, aliàs ſiquidem idem damnum ſequitur, (inquit) ſi eadem doctrina materna lingua ſcribatur, in qua addiſcere poſſint contrahentes. Clariùs, & aptiùs Sanch. *d. n.* 12. *& lib.* 4. *ſum. d. c.* 21. *n.* 6. & poſt eum Gutierez *cit. n.* 6. & Valeriùs Reginaldus *d. lib.* 31. *n.* 186. aiunt prudenter reludendam interrogationem cauta reſpõſione celando veritatem abſque mendacio, ſcilicet, reſpondendo grauiſſimũ, & ſacrilegiũ eſſe contrahere cũ tali voto; & ex huiuſmodi ſacrilego matrimonio infelices admodum, ac Dei ſupplicia poſſe iure optimo timeri, atque ita diuertendo in alium ſermonem, obliuiſcetur interrogans directæ reſponſionis. Lex enim charitatis non ſolum præſcribit ne proximo præbeamus occaſionem peccati, ſed etiam vt ab eo auertamus, quantum poſſumus. Quod ſi non detur commoditas tacendi veritatem, diuerſióque non ſufficiat, vt interrogans deſiſtat; reſpondere veritatem dicendo validũ fore matrimoniũ, ſed grauiſſimum ſacrilegij peccatum, nulla eſt culpa ſcandali aut occaſionis datæ peccandi, quia propoſita grauitate peccati non datur occaſio ruinæ, ſed potiùs cauendi ruinam. Neque doctrina de validitate matrimonij non impedita per ſimplex votum eſt de ſe prouocatiua ad peccandum; alioqui non liceret eam in libris tradere; quodque ea quis ad peccatum abutatur, ex ipſius ſola malitia prouenit. Addit ergo Sanch. quod erit culpa venialis, quando valdè commodè poteſt interrogatus eludi; & interrogato occurrit modus id efficiendi. Dicit tamen, quod nuquam erit mortalis culpa, niſi quando in reſpondente adeſt malitia; ſcilicèt quia tali tempore, & forma reſpondet, vt alter credere poſſit eum velle, vt non obſtante voto contrahat matrimonium; atque ita reſpondendi modus ſit quædam tacita inductio.

An verò eidem habenti ſimplex votum caſtitatis, 16
vel aliud ex votis impedientibus matrimonium, qui venereis vexatus tentationibus pro fragilitate facilè labitur, nec alia via ſeu aliis remediis illi ſuccurri poſſit, liceat ſuadere, vt matrimonium ineat; de hac difficultate, ac difficultate generali, an poſſit conſuli minùs malum ad euitandum maius ei, qui paratus eſt maius peccatum committere, latè Sanch *d. diſp.* 11. *à n.* 14. & poſt Gutierez *d c.* 85 *n* 6. *ad finem* & Baſilius Pontius *de matrim. lib* 5. *cap.* 18. *& lib* 6 *d. c.* 12. *num.* 13. Et quoad hanc particularem difficultatem ſupponentes contra nonnullos licitum eſſe in genere loquendo ſuadere minùs malum parato, & actualiter volenti committere maius malum, à quo aliâ viâ nequeat auerti. Sanchea *d diſp.* 11. *num.* 29. *& lib.* 4. *ſum. d cap.* 21. *n.* 7. reſpondet, quod & moraliter loquendo, & in plurimum nunquam licet conſulere ligato his votis paſſímque in venerea labenti, vt minùs malũ perpetret ineundo matrimonium; nihilominus ſi eiſdem votis adſtrictus ita malo inhæreat, vt nec diſpenſationem voti petere vellet, neque à venereis deſiſtere ſed omnino paratus eſſet ad illis vacandum, ſperatetúrque matrimonio inito illi malo conſultum fore liceret id minus malum conſulere. Et hoc idem docent Gutierez *d. n.* 6. Fagundez *in decalog. lib.* 4. *c* 1 *n.* 16. Baſil. Pontius (cui adhæret Leandar Diſcalc. allegata *diſp.* 23. *q.* 7.) *d. c.* 12. *n.* 13. hanc ſpecialem reſponſionem ex illa doctrina generali ſuppoſita inferens his verbis, *Homini, qui tenetur voto caſtitatis parato plura committere peccata contra votum pro fragilitate ſua, ſi alia via citò illi ſuccurri non poßit, conſuli poteſt tanquam minùs malum, vt contrahat matrimonium; cum in eo contrahendo tantùm vnum peccatum committat, vitet plurima, & poſt contractum matrimonium facilius ſit impetratio diſpenſationis voti in ordine ad petendum debitum.* Plura videantur apud Sanchea & Pontium *loca citatis*, & apud Fagundez *d. c.* 1 *à n.* 15. *ad* 18.

Ligatus

Digitized by Google

Ligatus voto ſimplici caſtitatis perpetuæ, aut religionis, aut aſſumendi ordines ſacros, aut non nubendi, ſi abſque diſpenſatione contrahat matrimonium animo ingrediendi religionem ante conſummationem, an peccet mortaliter.

Et prædicta quando is, qui ligatus eſt ſimplici voto perpetuæ caſtitatis, vel religionis, aut ſacri ordinis aſſumendi, vel non nubendi abſque diſpenſatione contrahit abſolutè matrimonium. Cæterum grauis difficultas eſt, an adſtrictus aliquo ex præfatis votis non obtenta prius diſpenſatione poſſit licitè, & abſque peccato ſaltem mortali contrahere matrimonium animo illud non conſommandi, ſed ingrediendi primo tempore religionem. Circa quam difficultatem variæ ſunt Doctorum ſententiæ.

17 Aliqui ergo (& ſit prima ſententia) loquentes de aſtricto voto caſtitatis aſſerunt, illum non peccare mortaliter, ſi contrahat matrimonium animo firmiſſimo non conſummandi matrimonium, ſed ingrediendi religionem ſuo tempore ante conſummationem, etiamſi alter contrahens eius votum, & animum ignoret. Ita Guilielmus Atinodotenſis, Scotus, Maior, Paludanus, Angelus, Caietanus, Ioſephus Angles, Petr. Ledeſma, Tabiena, Calderinus à Sayro, Azorio, Sanchez, Gutierez, & Leſſio, *locis infrà allegatis relati*; & loquentes de aſtricto voto religionis emiſſo poſt ſponſalia præſertim iurata, eum non peccare mortaliter contrahendo matrimonium animo ingrediendi religionem ante conſummaoonum docuerunt Antonius de Butrio, Alexander de Næuo, & Petrus Ledeſma, quos Saochez *de matr. lib. 1 diſp.* 43. *num.* 6. & Gutierez *cap* 25. *num.* 2. referunt. Imò ad id teneri, cum poſſit ſatisfacere iuramento contrahendo cum ſponſa, & etiam implere votum religionis ingrediendo intra primum bimeſtre tradidere Ricchardus, Nauarrus, Ledeſma Maiolus, Ioſeph Angles, & Vega, quos refert Sanchea *d. diſp.* 23. *num.* 2. loquens autem de eo qui habet votum ſimplex religionis, & caſtitatis, ſeu cœlibatus; illum poſſe licitè contrahere matrimooium abſqoe animo coonſummandi, eo, quod non ſit contra votum, quia poſt matrimonium ratum poteſt impleri abſolutè, tenet Hurtadus *de matr. diſp.* 25. *diffi.* 25 *num.* 4. Denique Stephanus Baunes *de ſacramentis tract.* 12 *de impedimentis matrimonij non dirimentibus, verſiculo, nihilominus*, abſolutè aſſerit nullo modo peccare eum, qui cum voto non nubendi, aut caſtitatis, aut religionis contrahit matrimonium abſque animo conſummandi, ſed religionem ingrediendi. Et idem Hurtadus, Baunes, & etiam cæteri Doctores prællegati ſentiunt de ligato voto aſſumendi ordines ſacros ducente vxorem eodem animo ingrediendi religiooem ante conſummationem, ob rationem, de qua infra.

18 Probatur hæc ſenteotia primò, quia quoties quis vtitur iure ſuo, nullam alteri infert iniuriam, culpamuè aliquam ioiuſtitiæ committit, at quiuis ex Eccleſiæ inſtituto ante matrimonij conſummationem habet ius ingrediendi religionem, vt ſupra capite primo oſtenſum eſt. Secundò, quia matrimonij contractus ſecundum ſe non opponitur voto caſtitatis, vel religionis, ſed tantum eius conſummatio in actu, vel in iotentione; alioqui B. Virgo contrahendo cum S. Ioſeph egiſſet contra ſuum votum caſtitatis; & etiam nullo in caſu poſt votum caſtitatis, vel religionis liceret contrahere matrimonium animo non conſummandi contra dicenda infra. Confirmatur, quia contrahentes, dum contrahunt, non intendunt ſibi imponere neceſſitatem coonſummandi, ſed in contractu ex parte vtriuſque ſubintelligitur cooditio conſummandi, niſi religionem fuerit ingreſſus. Hinc tertiò probatur, qoia matrimonij contractus ſecluſa conſummatione non impedit religionis ingreſſum, & conſequenter nec ſacrorum ordinum aſſumptionem, nec caſtitatem, ſeu cælibatum; ergo prædictus votis adſtrictus illis non impeditur matrimonium contrahere, nec peccat contrahendo animo iogrediendi religionem. Neque dicatur, licet non peccet contra votum, peccare tameo iniuriam inferendo alteri coniugi, qui ſi ſciret illius animum ingrediendi religionem poſt contractum non contraheret. Nam primò reſpondetur iuxta dicta nullam inferre iniuriam, cum vtatur iure ſuo. Secundò, quia cum actus ex ſe non eſt contra iuſtitiam, animus quo ſit non infert iniuriam, cum intus maneat; ingredi autem religionem poſt matrimonium ratum non eſt contra iuſtitiam, quare nec contrahere cum eo animo. Tertiò, quia aliàs, qui tali animo contraxiſſet matrimonium, non poſſet poſtea religionem intrare. Denique in caſu voti religionis emiſſi poſt ſponſalia, probatur hæc ſententia ex cap. *commiſſum, de ſponſalibus*, vbi ſummus Pontifex dicit, eum, qui iurauerat puellæ ſponſalia, & poſtea elegerat, & volebat ingredi religionem, tutius facturum, ſi antea contraheret, & poſtea ingrederetur religionem; & hunc feciſſe votum videtur apertè colligi ex illis verbis textus, *priuata lege ductus ad frugem melioris vitæ ſuſpirat.* Quando votum ſit priuata lex. Hæc quoad primam ſententiam, quam probabilem dicit etiam Sancha *dict. diſp.* 43. *num.* 6. *fine*, & etiam Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 281.

19 Secunda ſententia eſt Baſilij Pootij *lib.* 6. *de matr. cap.* 12. vbi reſoluit difficultatem pluribus dictis. Igitur Primò dicit *num.* 4. ſi poſt votum caſtitatis ab altero emiſſum vterque contrahat cum expreſſa conditione non conſummandi, vel alter, qui non tenetur voto caſtitatis, & ipſe faciat votum caſtitatis, vel copiam adimpletionis voti, & ſeparandi thorum, & faciendi omnia, quæ pertinent ad adimpletionē voti, licitè, & abſque peccato contrahitur. Baſilium ad verbum ſequitur Martinus Perez *de matr. diſp* 23. *ſect.* 4. *num.* 3. nititur ratione, de qua ſupra, ſcilicet, quod votum caſtitatis eatenus eſt impedimentum ad contrahendum, & ad volendum contrahere, quatenus eſt in ordine ad violandam caſtitatem, vel cum periculo caſtitatis: Idem ſentit Auerſa *q.* 10. *ſect.* 4. *verſic. ſi quis verò*, vbi ait, quod voto caſtitatis adſtrictus contrahens animo non conſummandi conſentiente in hoc altero coniuge, aut etiam ſimili voto ſe obligante ad perpetuam continentiam non peccet contrahendo, dummodo abſit periculum copulæ, quia ſic non agit contra caſtitatem; & tale dicit fuiſſe Matrimonium Beatiſſimæ Virginis, & Sancti Ioſeph. Ita etiam ſentire Rebellum *de oblig. iuſtit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 17. *n.* 2. ſcilicet non peccare aſtrictum voto ſimplici caſtitatis ſi inſeratur matrimonio conditio de continendo tradit Pontius eodem *num.* 4 fine. Sed Rebellus id dicit attenta tantum ratione quarta pro ſequenti ſententia adducta, ſecus attentis aliis tribus rationibus ab eodem adductis. Hic etiam aduertendum duxi, conditionem de non conſummando matrimonium, ſeu de continendo inſertam contractui matrimonij eſſe contra matrimonij ſubſtantiam, illudque reddere nullum, vt latè contra eoſdem Pontium, & Rebellum probaui *in priori tractatu de contracta matrimonij cap.* 10. *à n.* 216. *ad* 227. *& n.* 219. probaui etiam nullum eſſe contractum his celebratum verbis, *contraho tecum, ſi voueas nunquam petere, vel reddere*

20 Secundò dicit idem Pontius *d. cap.* 12. *num.* 5. quod ſi quis ligatus voto non contrahendi matrimonium abſque diſpenſatione contrahit; peccat mortaliter

directè contra votum, quamuis habeat animum non conſummandi; quia, inquit, agit contra votum, nam etſi habeat animum non conſummandi, in ipſo tamen contractu violatum eſt votum; ita etiam Martinus Perez *d. ſect. 4. n. 6.* & Aueiſa *etiam d. ſect. 4. verſic. ſed dicendum ſine.*

21 Tertiò eodem *num. 5.* dicit Pontius habentem votum de ſuſcipiendo ordine ſacro inſcia coniuge contrahentem cum illa peccare mortaliter; quia ſe exponit periculo non implendi votum, cum ſemel contracto matrimonio non poſſit ad ſacros ordines conuolare ſine conſenſu coniugis, vt definitum eſt in Extrau. *Antiqua, Ioan. X X I I. de voto* In eo enim (ſubdit) differt à tranſitu ad religionem; & grauem iniuriam irrogaret coniugi, cum per ordinem non diſſoluatur coniugium. Idem iiſdem verbis tradit Perez *d. ſect. 4. n. 7.* & etiam loco citato Aueiſa dicens, quod talis peccaret directè contra votum, dum contraheret, qui ſic ſe inhabilem redderet ad ſuſcipiendum ordinem ſacrum, ad quem admitti non poteſt ſine conſenſu alterius coniugis. Verum ſuppoſita doctrina eorundem Pontij, & Perez, de qua *num. ſequenti,* & tradita eſt in prima ſententia, quod aſtrictus voto religionis non peccet contrahendo animo ingrediendi religionem, neque peccabit aſtrictus voto aſſumendi ordines ſacros contrahens animo ingrediendi religionem, & in ea profitendi, quia tunc matrimonium nullum ponit impedimentum obſeruationi voti, cum factus religioſus ſit habilis ad ordines aſſumendos, poſſitque aſſumere ſine alterius coniugis licentia.

22 Quartò *eodem num. 5* Pontius dicit, aſtrictum voto religionis, ſi abſit periculum remanendi in ſæculo, & conſummandi contrahendo non peccare mortaliter contra votum; quia, vt in probatione primæ ſententiæ dictum eſt, iure ipſo conceſſum eſt bimeſtre ad traſeundum ad religionem: Ac proinde poteſt implere votum, & aliàs coniugi ignaro nullam facit iniuriam, cum vtatur iure ſuo, vt *ſuprà num. 18,* dictum eſt. Quare (ait) ſolùm erit otioſitas quædam actus, & contractus, in quo ſecluſo periculo conſummandi nulla apparet culpa mortalis. Ita etiam iiſdem verbis Perez *d. ſect. 4. n. 8.*

23 Quintò eodem *n. 5.* idem Pontius dicit, quod aſtrictus tantum voto caſtitatis contrahens cum ea, quæ ignorabat votum, & ſine conditione mutua ſeruandi caſtitatem peccat mortaliter. Rationem adducit, quia cum votum ſit caſtitatis, non religionis exponit ſe periculo violandi votum, ſi contrahit abſque animo tranſeundi ad religionem ante conſummationem. Nam matrimonium communi modo contractum eſt in ordine ad copulam, quæ illi, qui tenetur voto, non licet. At verò (ſubdit Pontius) ſi eum animum habeat, & aliàs non ſit periculum non tranſeundi ad religionem, non erit peccatum mortale contrahere cum eo animo, quia contractus matrimonij ſic celebratus non pugnat cum voto caſtitatis iuxta ſuperius tradita. Ita Pontius, & poſt eum præfatus Martinus Perez. Qui omnia, quæ ibi dicit ſumpſit ex eodem Pontio

24 Tertia, & magis communis, & longè probabilior ſententia aſſerit prædicta vota ſimplicis caſtitatis, perpetuæ religionis, aſſumendi ordines ſacros, & non nubendi omnino impedire matrimonium, & illis ligatos ineuntes matrimonij contractum peccare mortaliter, tametſi contrahant abſque animo conſummandi, vel cum intentione tranſeundi ad religionem ante conſummationem, etiam ſi votum ſit emiſſum poſt ſponſalia, ſiue is, qui voto tenetur contrahat altero coniuge ignaro, ſiue illo conſentiente, & etiam ſtatim votum emittens non conſummando. Ita Gloſſa *in dict. cap. cum in ſum, verbo, tutius, ibidem* Hoſtienſis, Butrius Io. Andreas, Præpoſitus; Item M. Antonius Cucchus. D. Bonauentura, Ricchardus, D. Sotus, Adrianus, Syluester, Roſella, Tabiena, Pet. Soto, Nauarrus, Beia, Ledeſma, Manuel, Corduba, Henriquez, Vega, quos refertnt, & ſequuntur Saytus, Azorius, Gutierez *locis ſuprà n. 17. citatis,* & Sanchez *d. diſp. 43. num. 5 & 10.* Ita idem Sanchez *de matr. lib. 7. diſp. 11 num 8 & lib. 4. ſum cap. 11. num. 4.* Auguſtinus Barboſa *ad d. cap cum in ſum. de ſponſ n. 4.* Ledeſma *de iuſtit lib. 1. cap. 41 nu* 50 Rebellus *de oblig. iuſt 2 p. 2. lib. 3. q. 17 ſect. 1.* Bonacina *de matr. q 3. p. 14. n. 7. & de præceptis decalog. diſp. 3. q. 1. p 5 §. 5. nu. 1.* Martinus Perez *d. diſp. 51.* Coninch *diſput. 14 dubitat. 5. & 7.* Caſtrus Palaus *p. 5. tr. 28 diſp. 3. pun. 4. §. 7 & 3. diſp. 4 p 2. § 1. n 13* Villalobus *p. 1. ſumm tract. 13. diff 14.* Aegidius Trullench *in decal. lib. 2 cap 1 dub. 15 n. 1.* Reginaldus *lib. 31. nu. 258. verſic ad ſecundum* Filliucius *to. 1. tr. 10. p 1. n 282.* Leandrus Diſcalceatus *d. tract. 9 d ſp 2 q. 4* & Diana *d reſo'ut. 281.* & etiam Aueiſa *d ſect. 4. verſic. Rurſus,* quando contrahens eſt adſtrictus voto religionis, vel aſſumendi ordines ſacros, vel non nubendi; & *verſic. ſi vero,* quando eſt adſtrictus voto caſtitatis, & contrahat eo animo ſecluſo conſenſu alterius coniugis, quo caſu ita ſentiunt etiam Coninch, Pontius, & Martinus Perez *locis ſuprà citatis*

Hæc ſententia, ſi contrahens ſit ligatus voto non nubendi patet ex traditis *n.* 20. agit enim directè contra votum.

Si verò contrahens cum eo animo ingrediendi religionem teneatur voto caſtitatis, aut religionis, vel ordinis aſſumendi, & ita contrahat altero coniuge ignaro, & non conſentiente, Probatur, quia facit notabilem iniuriam alteri coniugi (præſertim ſi ſit puella) quia licet poſt contractum habeat ius ingrediendi religionem, tamen ab initio contrahere cum eo animo eſt decipere coniugem in re graui (cum quilibet contrahens niſi contrarium manifeſtet, præſumatur animo conſummandi contrahere, quia ita eſt communis modus contrahendi, & conſequenter ſi ab hoc communi modo deſiſtat, contrahentem decipit (quæ ſi id ſciuiſſet, fortè non contraxiſſet; cogiturque eſſe abſque nuptiis, donec ipſe profiteatur, & ſi ingrediatur, eſſe vxorem Monachi cum ſuo dedecore, ſi profiteatur; & fortè aliud damnum incurret, quia fortaſſe putabitur deflorata, nec iam commodè iterum nubere poterit. Quare nō obſtat, quod poſt contractum matrimonium ante conſummationem liceat ingreſſus in religionem, cum ius id vtrique coniugi permittat; id enim procedit, quando vterque bona fide contraxit, quo caſu eſt vtriuſque par ius, & æqualis conditio; & illis permiſſum à iure, ne matrimonium impediat Spiritus ſancti inſtinctum, ſi fortè interea alteri eorum inſpiret propoſitum religionis; non verò ius permittit, vt ab initio quis contrahat doloſè, & cum eo animo tranſeundi ad religionem, tunc enim non ſeruatur æqualitas diſparque eſt in ipſo contractu vtriuſque intentio; quia fœmina, ſeu alter coniux, qui voto non tenetur, contrahit bona fide, & modo conſueto, & contrahens voto ligatus nullam (vt modo ſupponitur) habet neceſſitatem ita contrahendi. Et licet eo animo contrahens non faciat propriè iniuriam, & contra iuſtitiam in contrahendo, quia ſolus animus interior non facit eſſe iniuſtum contractum, qui aliàs eſt iuſtus, vt dictum eſt *n.* 18. tamen dicitur facere, & facit iniuriam contra charitatem, ſic doloſe contrahendo. Et ex hoc, quod in contrahendo non facit iniuriam contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, ſi iuſta cauſa non ſuppetebat, iuxta dicenda *infrà*, fit vt poſt contractum ante conſummationē poſſit licitè ingredi religionem, quia cum ius id concedat, non tenetur ſe tanto bono priuare ob aliquod incommo- 25

dum

Digitized by Google

dum, quod fortè alteri obueniſſet, cum iure ſuo vtatur. Ita Sanchez *d.diſp.43 num.10. verſic. ad confirmationem.* & Leſſius *d.num.50 verſic.ad confirm.* Imò ſi voto religionis tenebatur, tenebitur intrare religionem, nonobſtante tali contractu matrimonij, vt tradunt loco citato Leſſius. Sanchez *d.diſp.43. num. 9. & dixi ſuprà cap.1.n.*108. Ex quibus manet ſatisfactum primo argumento, & tertio primę ſententiæ, & replicis factis inſtantiæ contra confirmationem poſt primum argumentum eiuſdem ſententiæ primæ adductum. Ex dictis etiam infertur contra Gloſſam, Hoſtienſem, Buttium, Panormitanum, Ioannem Andream, Alexandrum de Næuo *in d.cap. commiſſum*, quos refert Sanchez *d.diſp.43.n.11.* Etiam eum, qui nullo ex præfatis votis tenetur, peccare mortaliter, ſi abſque neceſſitate, aut iuſta cauſa altero coniuge inſcio contrahat animo ingrediendi in religionem. Id enim probat ratio adducta fundata in deceptione, & iniuria alterius, quæ æqualis eſt, etiam quando non pręcedit votum. Confirmatur ab Azotio loco citato, quia matrimonium ideo contrahitur, vt compleatur, & qui contrahit, debet in animo habere matrimonium perficere, & conſummare, niſi aliundè peculiari aliquo iure, & ratione impediatur, vel ad altiorem ſtatum religionis aſſumendum à Spiritu ſancto moueatur. Et ita certè ſentiunt Recentiores *ſuprà allegati*, & in terminis Sanchez *d.n.11.* & apud eundem Ledeſma, Manuel, & alij.

26 Si autem aliquo ex præfatis tribus votis ligatus eo animo non conſummandi, ſeu ingrediendi religionem contrahat altero coniuge conſentiente, & etiam ante contractum emittente, vel ſtatim poſt contractum ſpontè, & abſque pacto in ipſo contractu inſerto (nam ſi contraherent cum conditione non conſummandi, vel cum pacto vouendi caſtitatem iam matrimonium eſſet nullum, vt *ſuprà n.19.* aduerti) vouendi. Probatur hæc eadem ſententia, quod contrahendo peccet mortaliter, ſi abſque neceſſitate, & iuſta cauſa id faciat. Primò contractus matrimonij talibus votis adſtricto per ſe loquendo parum conueniens eſt, & aliquo modo derogans dignitati talium votorum, indecens enim eſt ei, qui ſe Deo totum deuouit, dare alteri, ſeu mulieri poteſtatem in corpus ſuum ad vſum matrimonij etiam remotam, & in actu primo, per contractum autem matrimonij traditur talis poteſtas, & contrahitur obligatio ad copulam; ergo id facere abſque neceſſitate eſt peccatum graue: eo etiam animo contrahere non eſt conueniens ſacramento ipſi, quia ſic contrahens videtur illud illudere. Secundò, quia negari non poteſt, quin ſe exponat manifeſtiſſimo periculo animum mutandi, & diſiſtendi ab ingreſſu religionis, & ſic votum violandi; eidem etiam periculo violandi votum, ſi ſit caſtitatis, & aſſumendi ordinem ſacrum, ſe exponit, quia poteſt eſſe, vt non admittatur ad profeſſionem, & cogatur redire ad ſæculum, & conſummare matrimonium; quia etſi alter coniux ſcienter conſenſiſſet, vel etiam votum caſtitatis ante, vel poſt contractum matrimonij emiſiſſet, adhuc retinet ius petendi debitum coniugale, & ſi petat licet illicitè, alter cogitur reddere, vt capite primo oſtenſum eſt. Et dato etiam quod iſte non peteret debitum, aut alter non teneretur reddere, adhuc tamen moraliter loquendo cohabitando cum vxore remanet expoſitus periculo incontinentiæ; ergo ſaltem ratione huius moralis periculi talis contractus eſt illicitus, & peccatum graue.

27 Ex quibus ad argumentum ſecundum primæ ſententiæ Reſpondetur contractum matrimonij non opponi directè voto caſtitatis, &c. & enim, qui voto tenetur contrahendo cum eo animo non agere directè contra votum, agere tamen indirectè, quatenus ſe exponit morali periculo illud violandi. Et præterea licet directè non opponatur, eſt tamen indecens ei, qui voto tenetur, & voti dignitati derogat, vt dictum eſt. Ex his etiam manet ſatisfactum fundamentis Pontij, ſemper enim moraliter loquendo illis votis religionis, & caſtitatis ligatus contrahendo matrimonio ſe exponit periculo violandi votum; ac derogat voti dignitati, cum id facit abſque neceſſitate, ſecus exiſtente neceſſitate, & iuſta cauſa.

Quare aduertendũ in aliquibus caſibus licere habenti votũ caſtitatis, aut religionis cõtrahere animo firmo intrandi in religionem ante matrimonij conſummationem, vt ex notabili metu famæ propriæ, vel vitæ amittendę, niſi contraheret; vel quia aliter non poteſt ingredi religionem, qui tenetur incluſus in cubiculo, vel in carcere; vel ad euitandum magnum ſcandalum. Ita Sanchez *d. diſp.43. num. 8.* & alij Recentiores *ſuprà nu. 24. relati*: Imò ſi poſt ſponſalia quis votum caſtitatis, aut religionis feciſſet, & niſi cum ſponſa contraheret, ipſa incurreret aliquam notam infamiæ, vel proles forte ex ea ſuſcepta remaneret illegitima, tunc non ſolum poſſet, ſed & teneretur contrahere eo animo (niſi fortè prius diſpenſationem voti obtinuiſſet) matrimonium, & poſtea ante conſummationem ingredi religionem, vt ita dedecori fœminæ conſuleretur, & proles ex ea ſuſcepta legitima euaderet; id enim exigeret ratio reparandi damni. Ita poſt Henriquez, & Ledeſmam, Sanchez *d.diſp. 43.num.4.& diſp* 44.& colligitur ex tradita capite primo. 28

Ad vltimum argumentum primæ ſententiæ *n.18.* adductum, deſumptum ex cap. *commiſſam, de ſponſalibus*, Reſpondetur intellectum illius textus iuxta Doctores magis communiter eſſe, quod iuuenis, de quo ibi, qui iurauerat intra biennium ſe ducturum puellam non emiſerat religionis votum, ſed ſub biennij finem ſuſpenſo, & incerto animo fuerat contraheret ne matrimonium, an religionem ingrederetur, & ita rem totam in tempus differebat, vt conſtare videtur ex illis verbis textus; *& poſtea ſi elegerit*, quaſi nouum ſtatuiſſet, religioſorum ſtatum aſſumere; quare nec promiſſum implebat, nec ad religioſorum ordinem tranſibat, ideo quia tempus inſtabat, quo iuramentum obligabat, decreuit S.Pontifex, tutius eſſe ſtatim matrimonium contrahere ad ſeruandum ius iurandum, & euitandum periurium; quia poſt matrimonium contractum, non conſummatum intra bimeſtre à iure conceſſum deliberare poterat de ingreſſu in religionem. Ita Azorius *p.1.lib. 11.cap.5.q.5.verſic.videtur*, Sanchez *d.diſp.43 num.5. ad 1. arg & n.10.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d.cap commiſſum num.1.* Leſſius *d.loco ſuprà citato*, & Canoniſtæ *ibidem*, & alij Summiſtæ, & Theologi, quos Barboſa, & Sanchez referunt. Neque huic intellectui obſtant illa verba eiuſdem textus, *priuata lege ductus.* Nam Gloſſa *ibidem* & Hoſtienſis pro intellectu remittunt lectorem ad cap. *licet* de Regularibus, vbi ponitur ſimile verbum; & conſtat non accipi pro voto; explicant ergo Gloſſa, & Hoſtienſis *ex amore, & charitate Dei, vel ex lege*, quæ inſtinctu Spiritus ſancti imprimitur. Ita etiam Barboſa *ad d.cap.commiſſum n.5.* & Sanchez *d.diſp.43.n.10.* 29

His ad abundantiam præmiſſis, accedamus ad reſoluendas difficultates in propoſitione huius paragraphi primi contentas, & ſit:

Qui poſt votum caſtitatis abſque diſpenſatione contraxit matrimonium, an, & qua ratione impediatur petere debitum?

Dubium primum, an qui poſt ſimplex votum caſtitatis perpetuæ abſque diſpenſatione contraxit matrimonium 30

trimonium, poſſit licitè petere debitum coniugale prima vice, vel ſaltem poſt ſemel conſummatum matrimonium.

Aliqui ex antiquioribus Doctoribus, quos refert Sanchez *lib. de matr. diſp. 33. n. 5.* nempe D. Bonauentura, Gloſſa, Gaëta, & Hieronymus Mangrauiæ aſſeruere per ipſum matrimonium contractum extingui obligationem voti durante matrimonio, atque adeo poſſe licitè petere debitum eodem matrimonio durante. Primò, quod maior ſit obligatio matrimonij, quàm voti, ita quod voto caſtitatis ligatus alteri coniugi exigenti debitum tenetur reddere, vt poſtea probabitur. Secundò quia matrimonium extinguit etiam ſponſalia antecedentia de contrahendo cum alia.

31 Alij, & multò plures dixerunt peccare tantum, cum primum petit, & conſummat matrimonium, poſtea verò licitè debitum petere, ac ſi non vouiſſet caſtitatem. Ita Gloſſa, Cardinalis, Alexander de Nęno, Anchatanus Ioannes de Friburgo, Hoſtienſis, Calderinus, Gerſon, Angelus, Veracrux, Viguerius, *relati* partim ab Azorio *part. 1. lib. 15. cap. 21. q. 1.* partim à Sanchez *d. diſp. 33. n. 4.* vbi etiam fine refert Vegam, & Sà exiſtimare hanc ſententiam non eſſe improbabilem. Probatur hæc ſententia primò, quia ſemel conſummato matrimonio iam non poteſt caſtitatem ſeruare, vnde & tenetur reddere debitum iuxta infra dicenda. Secundò, quia ea videtur eſſe intentio vouentis, vt ſolum extra matrimonium caſtitas ſit obſeruanda. Quemadmodum qui poſt votum religionis abſque diſpenſatione, & culpabiliter contraxit, non tenetur ad paupertatem, & caſtitatem in voto religionis incluſa, quia vouentis intentio præſumitur eſſe, vt ſolum in religione ea obſeruet. Tertiò, quia notabilis rerum mutatio, maiorque difficultas non excogitata ab initio ſuperueniens eximit à voti obligatione, qua de cauſa, qui poſt votum caſtitatis culpabiliter contraxit matrimonium, non tenetur ante conſummationem ingredi religionem (vt infra probatur) ob magnam difficultatem ſtatus religioſi; matrimonio autem ſemel contracto longe difficilius (quod vouens ab initio non excogitauit, cum haberet animum alienum à matrimonio) caſtitatem promiſſam ſeruare abſtinēdo à debiti petitione, cum debeat cohabitare cum vxore, & cum ea in eodem lecto dormire, vnde vouens ſemper eſſet peccati periculo expoſitus. Si dicatur, mutationem, & difficultatem maiorem prouenire ex eius culpa, & etiam eſſe intrinſecam, & incluſam in ipſo voti obiecto, quod eſt abſtinere ab omni actu venereo, ad quem fortior matrimonij lex non obligat; cuiuſmodi eſt petitio, cum matrimonium ex ſui natura obliget tantum ad redditionem. Contra eſt, tum quia etiam mutatio omnis ex culpa excuſat, vt patet in eo, qui vouit ieiunare, & ſua culpa incidit in grauem infirmitatem: Et quia etſi inuincibiliter oblitus voti abſque culpa contraxit, ſi poſtea voti recordetur, non poteſt petere debitum. Tum quia vndecunque proueniat notabilis difficultas, non excogitata antea liberat à voti obligatione, & quia etiam hæc difficultas ab extrinſeco, ſcilicet à nouo ſtatu aſſumpto prouenit. Quartò, quia alioqui alteri coniugi redderetur matrimonium valde oneroſum, cum ſemper eſſet cogendus petere, maximè ſi coniux, qui caſtitatem perpetuam vouit, ſit vir.

Cæterum his non obſtantibus communis, & certa ſententia, & communi vſu comprobata, eſt per matrimonium poſt votum ſimplex caſtitatis perpetuæ non extingui obligationem voti durante matrimonio, & vouentem non poſſe abſque culpa mortali petere debitum coniugale non ſolum prima vice ante matrimonij conſummationem, ſed neque poſt matrimonium ſemel conſummatum, ita vt toties mortaliter peccet contra votum, quoties petit. Ita communiter Theologi, Canoniſtæ, & Summiſtæ, quos latiſſime refert Sanchez *d. diſp. 33 num. 5.* & omnes Doctores *ſuprà hoc cap. num. 1. relati*, Azorius *d. cap. 21. q. 3.* Sayrus *d. cap. 5.* Sanchez *d. num. 5. & lib. 4. ſum. cap. 21. n. 8.* Bonacina *d. p. 2. §. 5. n. 3.* Leſſius *d. cap. 14. n. 51.* Reginaldus *d. lib. 31. nu. 350.* Coninch *d. diſp. 33. num. 33. & diſp. 30. num. 34.* Baſilius Pontius *d. cap. 5. n. 5.* Auerſa *d. ſect. 4.* Layman *d. cap. 1.* Hurtadus *d. diſput. 10. num. 33.* Rebellus *d. q. 7. ſect. 1.* Martinus Perez *d. diſp. 51. ſect. 1. num. 3.* Caſtrus Palaus *d. §. 7. n. 2.* Villalobos *d. diffic. 53.* Aegidius Trullench. *d. dubio 25.* Leandrus Diſcalceatus *d. tract. 9. diſp. 25. quæſt. 64. & 65.* & alij Recentiores omnes. Et manifeſtè conuincit ratio, quia ſic contrahens poſt votum, ex vi voti caſtitatem, ad quam ſeruandam ante matrimonium tenebatur, ſeruare tenetur in quantum poteſt, & matrimonium, ſeu maior vis vinculi matrimonij non impedit. At vnuſquiſque coniux liber eſt quoad debiti petitionem, & ex natura matrimonij, & per ſe loquendo non obligatur petere; vt *cap. 1. num. 15.* probatum eſt; & fortior vis vinculi matrimonij coniugem ſic voto caſtitatis adſtrictum obligat ſolum ad reddendum debitum; ergo tenetur abſtinere à petitione debiti, & toties, quoties petit, peccat contra votum caſtitatis; votum enim caſtitatis includit obligationem pręcepti negatiui abſtinendi ab omni actu venereo, & ſic ſemper, & pro ſemper obligat; Vnde toties peccatur contra illud, quoties actus venereus committitur. Neque ab huiuſmodi obligatione voti eximitur, licet ob cohabitationem cum vxore grauiſſimis vrgeatur ſtimulis carnis, & periculo peccandi ſit expoſitus, vt conſtat ex traditis *ſuprà numero 10 & 11.* ſed ſolum inde ſequitur illas tentationes, & illud periculum eſſe ſufficientem cauſam in voto diſpenſandi quoad petitionem debiti, vt *ſuprà cap. 1 numero 262.* dictum eſt; non verò infringendi illud abſque diſpenſatione. Confirmatur etiam hæc ſententia ex *cap. quidem, de conuerſione coniugatorum.* vbi Alexander III. decernit de quodam, qui inuitâ vxore profeſſus eſt, quamuis profeſſio non tenuerit, teneri non exigere debitum, quod in eius poteſtate erat; & ideo quoad hoc votum tenuiſſe. Hinc

32 Ad argumenta poſita *n. 30.* ad primum reſpondetur ceſſare tantum obligationem voti, quatenus illius obſeruatio præiudicat vinculo matrimonij, quod eſt fortius, & ita ceſſare quoad redditionem debiti ab altero coniuge exacti, non autem quoad petitionem, quæ illi eſt libera, cum non teneatur cōiux debitum petere ex natura matrimonij. Ad ſecundum ſponſalia, & matrimonium ſunt obligationes factæ homini, ſicut & votum ſtrictioris religionis, & quæcunque alia, & profeſſio ſunt obligationes factæ Deo; ideo minus fortis ſuperueniente fortiori extinguitur. Votum autem, & matrimonium ſunt obligationes diuerſę rationis, ſcilicet, prima facta Deo, altera homini; & ideo illa non extinguitur, ſed per hanc ſuſpenditur, quatenus matrimonio præiudicium infert.

33 Ad primum argumentum ex poſitis *n. 31.* licet non poſſit integrè ſeruari ad euitandum præiudicium matrimonij, poteſt tamen, quatenus non præiudicat matrimonio, ſcilicet, quoad debiti petitionem, vt dictum eſt. Ad ſecundū reſpondetur vouentem abſolutè caſtitatē obligaſſe ſe ad ſeruandam caſtitatem ſibi poſſibilem; & ita manet obligatus ad non petendum, cum non cogatur petere, ſed tantum reddere ex vi matrimonij. Ad tertium, cuius magnam eſſe vim, & difficile ſolutu, fatetur Sanchez *d. cap 21. n 8.* Primò bene reſponſum eſt, difficultatem maiorem

extrinſecam

By Google

extrinſecam, & in obiecto voti non incluſam excuſate ab impletione voti, taliſque eſt ingreſſus religionis, vt ſeruetur votum caſtitatis, cum religio non claudatur in illo voto; ſecus verò eſſe quando difficultas eſt intrinſeca, & formaliter in ipſo voti obiecto incluſa, qualis eſt in voto caſtitatis abſtinere ab omni actu venereo poſſibili ſecundum vouentis ſtatum. Secundò iuxta tradita ſupra *n.* 10. *&* 11. tanta eſt excellentia continentiæ, vt pro ea ſeruanda ſuperanda ſit omnis difficultas. Periculum autem illud, cui expoſitus eſt vouens, & culpa ſua tam dictum eſt non obſtare, & illi occurri poteſt petendo diſpenſationem, cuius impetrandæ eſt legitima cauſa. Ad quartum coniux ligatus voto caſtitatis poteſt petere debitum in gratiam alterius coniugis, ne illi matrimonium oneroſum ſit, ſcilicet, quando agnoſcit eum appetere copulam, & præ verecundia, aut alia cauſa abſtinere à petitione, & quãdo id neceſſarium eſt ad eius incontinentiam euitandam, vt latè oſtenſum eſt *cap.* 1 *à n* 264 Et quando etiam matrimonium redderetur aliquantulum oneroſum, tenetur alter coniux id pati, quia id exigit natura voti ab alio coniuge liberè emiſſi.

34 Et idem dicendum de infideli poſt votum caſtitatis emiſſum contrahente matrimonium, iſte enim non poſſet petere; quia obligatio voti eſt iuris naturalis, atque adeo obligans æquè fideles, ac infideles, vt Sanchez, Perez, Trullench *locis citatis*, & alij *ſupra allegati*, & quos refert Sanchez *d diſp.* 33. *nu.* 6.

35 Idem ſi vterque coniux ante matrimonium erat voto caſtitatis ligatus, & abſque voti diſpenſatione contraxit, neutri enim licitum eſt petere debitum ob eandem rationem. Ita Doctores communiter, quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp* 33. *nu.* 8. Azorius *d c.* 21. *q.* 4. & alij recentiores *ſuprà relati*; & dictum eſt *ſuprà cap.* 1. *n.* 268. *&* 269. An verò vterque alter exigenti teneatur reddere debitum non obſtante voto caſtitatis vtriuſque, de hac difficultate actum eſt latè *ca.* 1. *à n.* 240. *& n.* 241. reſolui vtrumque teneri reddere, cum in alterum dominium ſui corporis tranſtuleſit. Et idem ſi vnus tantum coniux habeat votum caſtitatis, & petat, licet enim illicitè petat, alter reddere tenetur ob eandem rationem, vt etiam *dict. num.* 240. *&* 241. latè oſtendi.

36 Item etſi coniux voto caſtitatis adſtrictus fornicetur, non licebit alteri coniugi ſimile votum habenti petere ab eo debitũ hæc, cum obligatio abſtinendi à debiti petitione oriatur ex voto à ſe emiſſo, nõ ex aliquo dilicto proprio, vt ſic compenſatio fiat altero coniuge delinquente, vt poſt Gloſſam Sanch. *d diſp.* 33. *n.* 9 *& d cap.* 21. *nu.* 9. & colligitur manifeſte ex alijs recentioribus ſupra allegatis.

37 Quibus autem in caſibus coniux voto caſtitatis ligatus poſſit petere debitũ in gratiam alterius oſtenſum eſt *cap.* 1. *à d. n.* 264. Et an liceat alteri coniugi indicare ſuum votum, ne petat, ipſi ve id ſuadere explicatum eſt *eodem cap.* 1. *n.* 269. *&* 270. Et an ſi ambo coniuges ſint voto adſtricti poſſint mutua ſigna ſibi ipſis facientes commiſceri explicatum eſt *eodem cap n.* 268. An etiam ſi coniux votum caſtitatis habens ignoret hanc obligationem non petendi illum debeat confeſſarius admonere, reſoluendum ex traditis à me in priori tractatu de contractu matrimonij *c.* 5. §. 17. vbi de coniuge ignorante nullitatem matrimonij ob impedimentum occultum, quod Confeſſarius nouit. Si enim creditur fore, vt monitio proſit, eo quod facilis eſt aditus ad Epiſcopum, vel alium, qui ſaltem ex priuilegio poſſit diſpenſare erit admonendus à Confeſſario; ſi verò talis aditus non eſſet facilis propter abſentiam diſpenſantis, & medio tempore probabiliter creditur fore, vt coniux non abſtineret à petitione, atque ita ſæpius mortaliter peccet, non eſt admonendus, donec Confeſſarius diſpenſationem impetrauerit, vel poſſit habens poteſtatem diſpenſandi conſuli. Id totum colligitur ex traditis *dict.* §. 17.

Quid verò de eo, qui adſtrictus voto virginitatis contraxit matrimonium, an peccet contra votum ſolùm in prima petitione, primoque actu venereo, quo conſũmat matrimonium, an verò etiam toties, quoties petit, & incitat alterum cõiugem ad actum coniugalem: Si quando vouit, expreſſe noluit ſe obligare ad caſtitatem, ſed formaliter voluit ſe obligare ſolum ad abſtinendum à primo actu venereo, ſeu defloratione, per quem virginitas deperditur, ſolum in primo vſu matrimonij (ſi vſque ad illud tempus ſemper abſtituit ab omni actu venereo, ex quo ſequitur defloratio) peccat contra votum, quia amiſſa virginitate per primum actum venereum ceſſat penitus voti obligatio. Si vero vouit abſolutè abſque illa expreſſa intentione, vel dubitatur, an habuerit talem intentionem, tunc cenſetur vouiſſe caſtitatem perpetuam (vt docui in tractatu de triplici iubilei priuilegio *ſect.* 2 *caſu* 10 *num.* 4. & tradunt Doctores *ibidem citati*, Sanchez *lib.* 4 *ſumm cap.* 21. *num.* 22. *& de matr. lib.* 9. *d. diſput.* 23 *num.* 7. Villalobos *p.* 1. *ſumm tr.* 13. *diffic.* 53. *n* 5. Trullench *in decalog. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 25. *n.* 5. & alij recentiores communiter, & plures alij relati à Sanchez *d. n* 7.) & conſequenter toties peccat, quoties petit debitum; ſicut dictum eſt de coniuge ligato voto caſtitatis. 38

Ex dictis infertur coniugi ligato voto caſtitatis nõ licere delectationem partis ſenſitiuæ etiam de redditione debiti concepta ſub conditione ſi petatur, vt notaui *in to.* 2. *mor var. tit.* 1. *nu.* 1192. & latius tradit Sanchez *d. lib.* 9. *diſp.* 44. *n.* 35. peccaret enim contra votum; & ſimiliter non licere tactus niſi ad expreſſam, vel tacitam alterius petitionem; votum enim prædicta omnia excludit, vt probaui *d. n.* 1191. *& eodem tit.* 1. *num* 2023. & late etiam Sanchez *d. num.* 25. probat: vbi notat ſecus eſſe de gaudio, & complacentia, ſeu delectatione voluntatis de redditione debita ſub ea conditione ſi petatur. Id quod etiam probaui *d. tit.* 1. *eodem n.* 2023. 39

Infertur, etiam ſi coniux voto caſtitatis adſtrictus fornicetur cum alia, cum peccare peccato adulterij contra legem matrimonij, & peccato ſacrilegij contra votum, & ſi matrimonium ſoluatur morte alterius coniugis, ipſum abſque diſpenſatione non poſſe aliud matrimonium contrahere, & teneri omnino caſtitatem ſeruare, quia ceſſauit iam fortius vinculum matrimonij, quod cogebat copulæ vacare, & debitum reddere, de quo mox, & obligatio voti eſt perfecta de omnimoda caſtitate, & perpetua, cum hic agatur de voto caſtitatis ante matrimoniũ emiſſo, quidquid ſit de voto caſtitatis emiſſo poſt matrimonium abſque licentia alterius cõiugis, an ſcilicet hoc votum obliget tantum ad partialem caſtitatem, nempe ad non petendum, de qua re infra. Ita Sanchez *d. diſp.* 33. *n.* 11. *& d cap* 21. *num.* 11. Martinus Perez *d. diſp.* 51. *ſect.* 1. *num.* 7. Coninch *d. diſp.* 34. *n.* 37. Leſſius *d. cap.* 41. *nu.* 53. *fine.* Azorius *d cap.* 21 *q.* 6. Leandrus *q.* 6. 7. & recentiores *ſuprà relati*, & alij communiter quod *d. n.* 11. refert Sanchez. 40

Occaſione prædictorum, ſi quis quærat, an qui poſt emiſſum votum caſtitatis ex metu graui contraxit matrimonium, & conſummauit matrimonium poſſit poſtea petere, an ſemper teneatur abſtinere à petitione. Reſpondetur primò, ſi vero animo, & interno contraxit non peccaſſe nec mortaliter, nec venialiter; vt latius tradidi *in tract. de contractu matrimonij cap.* 12. *n.* 158. loquens in genere de matrimonio per metum inito. Et vinculum voti cum tanto diſcrimine non obligat. Reſpondetur ſecundo, tale matri- 41

monium

Digitized by Google

monium eſſe in vtroque foro nullum, vt *d. cap. 12 numero 20. & ſeqq.* probatum eſt. Reſpondetur tertio, ſi metus ſit incuſſus ad matrimonij contractum, & etiam ad conſummationem, & matrimonium contractum coram Parocho, & teſtibus, & metus ſit occultus, ſi coniux metum paſſus conſummet accedendo vero affectu maritali, & animo perficiendi matrimonium (prout in tali caſu perfici abſque noua ſolemnitate Parochi, & teſtium tradidi *dict. tractatu de contr. matrimonij cap. 5.*) nullum erit peccatum ſic conſummare non obſtante voto; quod tunc ſicut non obligat ad abſtinendum à matrimonio, ita etiam ratione metus, & tanti periculi non obligat ad abſtinendum à conſummatione, metu autem ceſſante tenebitur abſtinere à debiti petitione. Et ita etiam Sanchez *lib. 7. diſp. 5. n 3.*

Coniux voto caſtitatis perpetuæ adſtrictus ante, vel poſt matrimonium ratum, non conſummatum emiſſo, an teneatur ingredi religionem ante conſummationem, an verò poſſit licitè, & teneatur alteri coniugi exigenti reddere debitum coniugale.

Dubium ſecundum, qui habens iam votum ſimplex caſtitatis perpetuæ abſque diſpenſatione contraxit matrimonium, an poſſit, & teneatur alteri coniugi exigenti reddere debitum coniugale.

41 Certum eſt apud omnes Doctores præallegatos, & alios matrimonio ſemel iam conſummato teneri coniugem voto aſtrictum reddere debitum alteri coniugi id petenti; colligitur ex cap. *quidem*, & cap. *placet, de conuerſione coniugatorum:* Et ratio manifeſta eſt, quia voto non obſtante contrahendo tranſtulit verum corporis dominium in alterum coniugem, iſque conſequenter habet ius petendi debitum, cum habeat poteſtatem corporis alterius; ergo tenetur petenti coniugi reddere voto antecedenti non obſtante; nam maior eſt obligatio reſultans ex matrimonio, quo fit prædicta corporum actualis traditio, quam voti ſimplicis, quod meram promiſſionem importat. Ita ex Doctoribus *n. 1. relatis* Rebellus *d. q. 17. ſect. 2.* Sanchez *dict. diſp. 31 n. 1.* Pontius *d. cap. 51. num. 5.* Martinus Perez *d. diſp 51. ſect. 1.* Coninch *dict. diſput. 34. num. 37.* Leſſius *d cap. 41. n. 53.* Caſtrus Palaus *d. §. 7. n. 5.* Hurtadus *dict. diſp. 10. diff. 8 num. 31.* & alij antiqui, & recentiores.

42 Ampliatur, vt teneatur reddere debitum alteri petenti, quamuis hic alter conſcius voti cum eo contraxerit; quia ex vna parte hic alter per contractum, quamuis ab ipſo illicite contra religionem factum, verè acquiſierit dominium corporis illius, qui caſtitatem vouit; & ex altera petendo non facit contra votum illius, cum nec ipſe vouerit, neque alterius voto conſenſerit, vnde vtitur iure ſuo. Cui non obſtat inductio, ſeu cooperatio huius ad fractionem voti alterius per contractum initum; nam fractio voti non obligat poſtea ad recompenſationem, ſed ad pœnitentiam ipſum vouentem, & conſequenter multo minus obligabit cooperantem, vel inducentem. Ita in terminis Sanchez, Perez, & Hurtadus *locis* modo *citatis*, & Syluester apud Sanchez.

43 Difficultas ergo eſt, an coniux iſte voto caſtitatis perpetuæ ligatus poſſit licite conſummare matrimonium, ſeu licite reddere prima vice, per quem matrimonium conſummatur; an vero ante matrimonij conſummationem, non volente altero coniuge caſtitatem ſeruare, teneatur ingredi religionem, vt ſuum votum ſeruare poſſit.

Et non poſſe licite conſummare etiam ſolum reddendo debitum, ſed teneri ante conſummationem ingredi religionem fuit multorum ſententia. Ita S. Thomas *in 4. diſt. 38. q. 1. art. 3. q. 2. ad 3.* Scotus, Ricchardus, Paludanus, Durandus, Maior, D. Antoninus, Caiet. Syluester, Roſella, Armilla, & innumeri alij Theologi, & Summiſtæ à Sanchez *lib. 9. diſput. 34 n. 2.* Azorio, Leſſio, Sayro, Coninch, & Hurtado *locis infrà citatis relati*; & ex Doctoribus *ſuprà num. 1. relatis* Nauarrus *in man. cap. 12. n. 80.* & Azorius *p. 1. lib. 11. cap. 51. q. 2.* & ita videtur ſentire etiam Reginaldus *lib. 31. numero 351. & 352.* dum abſolute dicit hunc peccare conſummando matrimonium. Ratio eſt, quia iſte cum contracto matrimonio non teneatur illud conſummare, ſed poſſit religionem ingredi, & in ea profiteri, & ita ſuum votum ſeruare, ad id tenetur, cum nullum aliud medium ei ſuperſit ad caſtitatem ſeruandam, & hoc medium ſit ipſi moraliter poſſibile ex Dei gratia; & ſua culpa (propter quam non poſſit ſe eximere ab obligatione voti) & voluntate ſe coniecit in eum ſtatum, vt ad ſeruandam caſtitatem deberet hoc medium eligere, qui enim tenetur ad aliquem finem, tenetur quoque ad medium vnicum. Ergo tenetur ad ingreſſum religionis, & conſummando matrimonium etiam per ſolam redditionem peccabit contra votum caſtitatis; ſi dicatur hunc coniugem feciſſe votum caſtitatis, non religionis; quod, vt ſeruet, non apparet vlla lege cogi ad religioſum ſtatum aſſumendum, cum ſit graue onus difficile, & arduum vitę genus minimè in voto caſtitatis incluſum, nec ab initio voti excogitatum. Reſpondet Azorius vitam religioſam in voto caſtitatis non fuiſſe quidem expreſſe quidem, & directe promiſſam, tamen implicitè & tacitè; nam qui caſtitatem perpetuam vouet, ſeſe Deo obligat ad eam ſeruandam omni ratione, qua poteſt, contracto autem matrimonio, & non conſummato, eam poteſt religionem profitendo ſeruare; ergo ad id tenetur. Confirmatur hæc ſententia primò, quia qui clarè videt ſe non poſſe votum caſtitatis, quod emiſit, abſque ſummo periculo in ſæculo obſeruare, tenetur ingredi religionem; at id contingit in præſenti. Confirmatur ſecundò, quia alioqui ſequeretur poſſe aliquem abſque culpa poſt votum caſtitatis contrahere matrimonium, & illud conſummare; vt ſi ad euitanda grauia ſcandala contraheret animo ingrediendi religionem. Tertiò confirmatur, quia votum caſtitatis perpetuæ in ordine ad matrimonium eſt fortior voto religionis, cum illud ſemper priuet debiti petitione, hoc non, & tamen hoc reddit illicitam primam debiti redditionem, ergo etiam à fortiori votum caſtitatis.

Altera ſententia nunc temporis communis, & probabilior aſſerit nō teneri religionem ingredi, nec peccare matrimonium cōſummando ſolâ redditione debiti, etiamſi contraxerit animo ingrediendi religionē ante conſummationē. Ita præter plurimos alios, quos Azorius loco citato, Sanch. Coninch, Hurtad. locis mox citandis referunt, ex DD. *ſuprà n 1. relatis*; præfati Sanchez *d. diſp 34 n 3. & lib. 1. de matr. diſp. 43. n 9.* Sayrus *lib. 6. clauis cap. 1. dub. 2.* Coninch *d. diſp. 34 n 4.* Hurtadus *d. diſp 10. n. 32.* Item Leſſius *d. cap. 41. n. 52.* Baſilius Pontius *d. lib. 10. cap 5. num. 12.* Layman *d. cap. 1 num. 11.* Caſtrus Palaus *d. pun. 4. §. 7 num. 4.* Villalobos *d tract. 13. diff. 53.* Rebellus *dict. quaſt. 17. ſect. 1.* Martinus Perez *dict. diſput. 51. ſect. 3.* Leandrus *dict. diſput. 25. quæſt 66.* Trullench *dict. cap. 2. dub. 25.* & alij recentiores communiter. Probatur hæc ſententia, quia in voto caſtitatis ingreſſus in religionem pro eo ſeruando non comprehenditur neque ex natura rei, vt patet, neque etiam ex intentione tacita, ſeu implicita vouentis, niſi de contrario conſtet, quia cum ſtatus vitæ religioſæ ſit onus graue, & res difficillima, & 44

ardua

Digitized by Google

ardua ex natura voti caſtitatis in illo non comprehenſa, non cenſetur vouens voluiſſe ſe obligare ad religioſæ vitæ ſtatum aſſumendum etiam in eo caſu, quo abſque tali ſtatu votum ſeruare non poſſet. Confirmatur, quia vouens ad ſeruandum votum non tenetur amplecti media extraordinaria, & difficillima, vel valde difficiliora re ipſa, quam vouit; v.g. qui vouet breuem peregrinationem non obligatur ad illius impletionem, ſi poſt votum vouens tranſlatus fuiſſet in remotiſſimas prouincias, vt ſi habitans Romæ vouiſſet peregrinationem ad Virginem Lauretanam, & poſtea tranſtuliſſet domicilium in Indias, licet enim forte iſte peccauerit transferendo domicilium ante voti impletionem, tamē hoc facto non obligaretur voto, quia contrarium cenſetur nimis durum, & moraliter impoſſibile, & cōſequenter neq; implicite comprehenſū in voto. Confirmatur præterea, quia religio eſt ſtatus cōſiſtens maximè in interiore affectu, & animi promptitudine, & obligans ad multa difficilia, & conſequenter nemo ad eam cogendus eſt, niſi qui ſponte ſciens, & volens ſe ad illam obligarit; maximè, quia ſtatus religioſus, niſi ſponte ſuſcipiatur, difficiles ſolet habere exitus. Demum omiſſis alijs rationibus, de quibus Sanchez, ſatis euidenter confirmatur hæc ſententia ex deciſione Ioannis XXII. in Extrau. *Antiquæ*, in qua S. Pontifex decreuit eum, qui poſt contractum matrimonij ante conſummationem nonā vxore fuerat initiatus ſacris, in quibus votum ſolemne caſtitatis emittitur, inducendum quidem, non compellendum religionem ingredi; & ſi noluerit monitus ingredi, cogendum, vt poſt bimeſtre petēte ſponſā debitum reddat, matrimoniumque conſummet. Ex hac enim deciſione euidenter infertur à fortiori, eum, qui ante matrimonium vouet caſtitatem perpetuam non teneri ingredi religionem, vt ſeruet votum, ſed poſſe, & teneri poſt bimeſtre reddere debitum alteri coniugi petenti, ſi noluerit eligere ſtatum religioſum.

45 Idem dicendum de eo, qui poſt contractum matrimonium ratum, & non conſummatum fecerit votum caſtitatis; ſi tempore, quo vouit, non meminit, nec aduertit ſe non poſſe votum obſeruare niſi ingrediendo religionem; iſte enim non tenetur ingredi religionem, vt votum ſeruet, ſi alter noluit caſtitatem ſeruare, ſed tranſacto bimeſtri poteſt, & tenetur reddere debitum. Idque probat deciſio illa Ioannis XXII. & conuincunt tradita num. præcedenti, quia cum religioſus ſtatus ſit medium arduum, & longe difficilius, non cenſetur comprehenſus in voto caſtitatis. Ita contra Doctores ſententiæ poſitæ *num.* 43. Sanchez *d. diſp.* 34 *num.* 4. Leſſius *dict. cap.* 41. *eod. n.* 52. Coninch *dict. diſp.* 34. *num.* 36. Hurtadus *loco ſuprà citato.* Rebellus *dict quæſt.* 17 *ſect.* 2 Perez *d. ſect.* 3. & recentiores communiter, & alij à Sanchez *relati.* Quod, ſi tempore, quo vouit, meminit, & aduertit ſe non poſſe votum obſeruare, niſi eligendo ſtatum religioſum, & nihilominus id aduertens, & ſciens voluit ſe ad caſtitatem voto obligare, tūc, vt eam ſeruet, tenetur ad capeſſendū ſtatū religioſum, & peccat conſummando etiam ſolum reddendo debitū. Tunc enim præſumitur voluiſſe ſe obligare etiam ad religionem; & in hoc caſu procedit illud, quod qui adſtringit ſe ad finem, adſtringit etiam ſe ad medium, ſine quo videt finem obtineri non poſſe. Ita iidem Doctores ſuprà citati iiſdem locis: & iuxta eandem diſtinctionem ſentiendum de eo, qui poſt ſponſalia vouit caſtitatem. Vt in terminis Rebellus *d. ſect.* 2. & Perez *d. ſect.* 3. *n.* 5.

46 Ex dictis infertur contra Azorium *d. cap.* 21. *q.* 9. etiam eum, qui poſt votum aſſumendi ordines ſacros emiſſum duxit vxorem, non teneri ante conſummationem ingredi religionem, tametſi contraxerit animo ingrediendi religionē. Conſtat ex dicta deciſione Ioannis XXII. & tradunt in terminis Sanchez *d. diſp.* 34. *num.* 36. Pontius *d. cap.* 5. *num.* 15. Ledeſma, Hurtadus, Perez, Rebellus *locis ſuprà allegatis*, & Villalobos *d. tract.* 13. *diffic.* 14. *num.* 6. Id enim probant tradita in duobus præcedentibus numeris. Quid vero dicendum quando votum aſſumendi ordines ſacros emittitur poſt matrimonium ratum, & conſummatum explicatur *infrà.*

- D. Io. Angelus Boſsius, De effect. lib. contr. Matr.

Infertur quoque contra eundem Azorium *d. cap.* 21. *q.* 7. eum, qui poſt votum de non nubendo, etiam cum intentione ſeruandi perpetuam continentiam emiſſum, contraxit matrimonium, non teneri ingredi religionem ante conſummationem, & in terminis tradit Sanchez *d. diſp.* 34. *n.* 7. & ita oportet ſentiant alij DD. *n.* 44. *relati*, & à fortiori conuincunt tradita *eodem num.* 44. Ex quibus. 47

Ad rationem ſententiæ *n.* 43. poſitæ patet reſponſio ex dictis *n.* 44. ſcilicet electionem ſtatus religioſi minime concludi in voto caſtitatis, vouentemque nō teneri adhibere media extraordinaria, & difficillima. Ad primam confirmationem reſpondeo cum Sanch. & Perez, non poſſe occurrere caſum, in quo ingreſſus religionis ſit medium ſimpliciter neceſſarium ad ſeruandam caſtitatem promiſſam, cum poſſit vouens manens in ſæculo alijs medijs vti orationis, & pœnitentiarū. Quod ſi adhuc præ fragilitate tentationibus ſuccumbat, ſumat mediū petendæ diſpenſationis. Ad ſecūdam Confirmationem admittitur ſequela in caſu raro, quia bona fides in cōtractu ipſo excuſat à culpa, & obligatio iuſtitiæ poſt contractum matrimonium excuſat etiam à culpa, quando conſummat matrimonium reddendo debitum. Ad Tertiam Confirmationem reſpondetur votum caſtitatis eſſe fortius, & ſtrictius voto religionis quantum ad aliquid, ſcilicet, quoad priuandum vouentem petitione debiti; eſſe vero minus ſtrictum, quo ad obligandum ad religionis ingreſſum ob tradita *n* 43. 48

An vero coniux habens votum caſtitatis ante, vel poſt matrimonij contractum ratum, emiſſum, poſſit licite reddere debitum in primo bimeſtri, & quando alter committit adulterium, actum eſt *ſuprà cap.* 1. *n.* 273. *& tribus ſeqq.* & an etiam coniux non ligatus voto, poſſit licite reddere alteri ligato voto petenti diſcuſſum eſt *ſuprà cap* 1. *n.* 40. *&* 41. 49

Quod vero ad coniugem aſtrictum ſolo voto aſſumendi ordines magis certum eſt poſſe licitè reddere & petere illo bimeſtri, vt tradunt etiam Sanchez *d. diſp.* 44 *n.* 6. Hurtadus *n* 34. & Perez *d. diſp.* 51. *ſect.* 6 *n.* 2. Coninch *d. diſp.* 4 *nu.* 54. & Leandrus *d. diſp* 25. *q.* 70. quia hoc votum non obligat ad caſtitatem, ad quam ſolum obligat ordo ſacer ſuſceptus, & conſequenter vbi iam ſeruari non poteſt, & euenit poſt matrimonium ratum, ad nihil obligat durante eo impedimento, vt etiam dicitur *infrà numero* 58. An vero altero adulterante reuocatur votum implere explicatur *infrà.* 50

SVMMARIVM

§. II.

Qui poſt votum ſimplex religionis abſque diſpenſatione contraxit matrimonium, ante conſummationem tenetur ingredi religionem. n. 52.

Poteſt licitè reddere, & petere iam conſummato ſemel matrimonio. n. 53.

Diſſoluto matrimonio morte alterius, vel altero volente ingredi religionem, vel adulterante an teneatur religionem ingredi. n. 54. 55. 56.

idem fatebuntur omnes Doctores *relati d. cap.* 1 *n.* 275. ſi tamen reconcilientur coniuges ſtandum erit matrimonio pro vt ante adulterium, vel diuortium.

56 Idem dicendum, ſi alter coniux vellet ingredi religionem non ſolum ante, ſed etiam poſt conſummatum matrimonium; quia ſic etiam ceſſat impedimentum ingreſſus in religionem. Et ita etiam in terminis Coninch *dicta dubitatione* 7. *n.* 54.

57 Porro qui poſt indutum habitum monachalem animo perſeuerandi in religione, & mutata voluntate eundem dimiſſum contrahit matrimonium non peccat contrahendo, & poteſt licitè petere, & reddere, vt latius Sanchez *d. diſp.* 3.. *n.* 18. & 19. quia ſola aſſumptio habitus religioſi cum animo perſeuerandi abſq; profeſſione ſequuta nõ includit votũ aliquod caſtitatis, vel religionis, cum de ratione voti ſit promiſſio; nec ad obligationem voti ſufficiat ſolum propoſitum iuxta Doctores communiter: poteſt igitur iſte, qui dimiſit habitum religioſum contrahere matrimonium, & illo libere vti; vt etiam conſtat ex vſu Eccleſiæ. Plura videantur apud Sanchez.

58 Quoad eum, qui poſt votum aſſumendi ordines ſacros contraxit matrimonium ſuppoſito, quod ante conſummationem non teneatur ingredi religionem, licet peccauerit contrahendo reddens ſe inhabilem ad implendum votum, poteſt tamen licite petere, & reddere, vt probatum eſt ſupra *n.* 30. & tradunt Doctores ibidem citati Mortuá tamen vxore tenetur votum implere, quia iam poteſt, cum ceſſet impedimentum. Vt etiam Sanchez *d. diſp.* 33. *n.* 17. & alij recentiores *relati ſuprá d. n.* 50. *iiſdem locis.*

59 An vero altero coniuge adulterante, & exiſtente iuſta cauſa diuortij, vel ſequuto iuſtè diuortio, tunc iſte coniux ligatus voto aſſumendi ordines ſacros teneatur ſuſcipere Sacros ordines, affirmat Coninch *d. diſp.* 37. *n.* 54. Martinus Perez *d. diſp.* 51. *ſect.* 6. *n* 2 Palaua *d. puncto* 4. §. 8. *num.* 2. & Sanchez *d. diſp.* 33. *n* 54. eo quod tunc poſſit ordines illos ſuſcipere, & votum implere, quod per matrimonij contractum non fuit extinctum, eſſet enim impedimentum tunc, cum non teneatur ad actum coniugalem. Quamuis Sanchez, & Perez addant, hoc non eſſe ita certum, ſicut de aſtricto voto religionis, eo quod tranſitus ad religionem eſt in caſu adulterij, & diuortij permiſſus ſecundum omnes; dubium vero apud Doctores eſt, an ad ordines ſacros extra religionem tranſire liceat: poſito autem quod non teneatur ad ordinum ſacrorum ſuſceptionem poterit alteri reconciliari; imò non cenſeo improbabile, ſi dicatur abſolute eum poſſe reconciliari iuxta tradita *cap.* 5. *nu.* 275. & fauent Doctores *ibidem relati.*

60 Quod eum, qui aſtrictus voto nunquam contrahendi matrimonium, duxit vxorem abſque vlla diſpenſatione; aliqui DD. dixerunt hunc præter peccatum mortale, quod cõtrahendo committit, teneri abſtinere à debiti petitione tam ante, quã poſt conſummationem; eo quod vouens abſtinẽtiam à matrimonio ineundo, cenſeatur conſequenter vouere abſtinentiam ab illius vſu, qui matrimoniũ cõſequitur, ad quem ipſum matrimoniũ ordinatur per ſe, & cõmuniter loquendo. Ita Paludan. Supplementum Gabr. Nauarrus, & Caietanus, quos refert Sanchez *d. diſp.* 33. *n.* 21. & Sayrus *lib.* 6. *clauis cap.* 7. *dub.* 4.

61 Verùm dicendũ ſi iſte dum vouit non contrahere matrimonium, habuit in animo non ſolũ non contrahere. ſed nec cõſummare, & ita obligare ſe ad non contrahendum, & ad non conſummandũ, peccabit conſummando matrimoniũ, petendo debitũ, quia faceret directè contra votũ, licet ſemel conſũmato matrimonio poſſit licite petere, & reddere. Ita Azorius *p.* 1. *l.* 11 *c.* 21. *q.* 7. Baſilius Pont. *d. c.* 5. *n* 14. & Matt. Perez *d. diſp.* 51. *ſ.* 6. *num.* 7. ſicut è contra ſi vouens habeat in animo vouere tantum non contrahere, certum eſt non peccare conſummando, vt iidem Doctores. 62

Quod ſi vouit ſimpliciter, & abſolutè ſe non contracturum matrimoniũ nihil cogitans de conſũmatione, tunc etiam eum non poſſe licite conſummare matrimoniũ aſſerit Azorius *d. q.* 17 quia, inquit, quod tutius eſt eligi debet; & videtur voto aſtrictus ad nõ conſummandũ, quia nuptiæ ordinantur ad conſummationem, & ita videtur ſentire etiam Pontius *d. n.* 14. Sed longe verius, & probabilius eſt, tunc inito matrimonio poſſe licite conſummare petendo, & reddendo. Vt tenent Sanchez *d. diſp* 33. *n* 22. Sayrus *loco citato.* Coninch *d. diſp* 34 *n* 54. Leandrus *d. diſp.* 25. *q.* 71. Matt. Perez *d. ſect.* 6 *n.* 8. Et ratio manifeſta eſt, quia hęc duo non cõtrahere matrimoniũ, & non illud conſummare ſunt obiecta, & valde diſtincta, & non cõnexa, atq; ideo volito primo, non eſt neceſſe, volitũ ſit ſecundũ; & conſequenter, qui vouit nunquam contrahere, ea natura voti nõ ſe obligauit, vt nunquam conſummaret. Quapropter ſicut qui iurat ſe contracturum, non eo ipſo ſe conſummaturum iurat, quia poſt matrimoniũ contractũ poteſt tuta conſcientia illud non conſummare. Ita qui vouit ſe non contracturũ, non propterea vouit ſe non cõſummaturũ, quia ſunt res valde diuerſæ, nec cõtractus ipſe ita ordinatur ad conſummationẽ quin ex iuris intentione, & volũtate ipſa contrahentiũ conſummatio poſſit à contractu ſeparari. Vnde etiam nõ viget reſponſio Pontij ad exemplũ de iurante ſe contracturum matrimonium, quod non obligetur ad conſummandum, quia in contractu manet ſemper ſalua conditio, niſi voluerit tranſire ad religionem: nam etſi non in eſſet talis conditio adhuc ea viritamen non teneretur conſummare, & altero coniuge conſentiente, ſemper poſſet licite abſtinere ab vſu matrimonij Ex quibus etiam patet contra Paludanum, & alios *n* 60. allegatos ſic vouenti non eſſe vetitam petionẽ debiti tam ante quia poſt matrimonij cõſummationem; quia votum hoc non nubendi non eſt caſtitatis, ſed tantũ habet pro obiecto non contrahere matrimoniũ, quod eſt obiectũ valde diuerſum. Confirmatur ex Sanch. quia ſi tale votũ obligaret ad abſtinendũ ab vſu matrimonij, non eſſet per ſe, & primario, ſed mediate ſuppoſita abſtinentia ab ipſo matrimonio ineundo, quæ fuit primaria, & immediata voti materia, ac proinde quãdo iam materia primaria non eſt poſſibilis, quia contractum eſt matrimonium, non obligabit ad ſecundariam, ſcilicet, ad abſtinendum ab vſu matrimonij. Et ex his manet ſatisfactum fundamento Paludani, & aliorum

63 An verò ſi idem vouens rationabiliter dubitet, an ſe voluerit voto illo obligare non ſolum ad non contrahendum, ſed etiam ad non conſummandum, tunc teneatur abſtinere ab vſu matrimonij; Azorius, & Põtius affirmant, quia in eo dubio præſumendũ voluiſſe ſe obligare ad non conſummandum, cum matrimonium natura ſua ad conſummationem ordinetur, vt dictum eſt, & quia in dubio tutior pars eligẽda. Contrarium tamen, & cenſendum voluiſſe ſe obligare tantum ad non contrahendum, tenendum eſt, & ita ſentit etiam Martinus Perez & Leand *d. q.* 71. Et probatur ex doctrina vniuerſali, de qua latiſſime in *tom.* 1. *moral var.* diſſerendo de conſcientia *dubia tit.* 1. Quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis; & quamuis matrimonium per ſe cõtrahatur, vt compleatur; conſummatio tamẽ poteſt ſeparari, & ſæpe ſeparetur; ſæpeque non eo animo conſummandi contrahitur, & abſque omni culpa; atque adeo attendi debet animus, ſeu intentio vouentis, & quando de illa non conſtat, pro vouente ſtandum eſt.

64 Cæterùm mortuo coniuge tenebitur iſte vouens abſtinere ab alio matrimonio, quia votum eſt per

contractum matrimonium extinctum, ſed ſuſpenſum durante matrimonio iuxta tradita in præcedentibus de voto caſtitatis, religionis, & aſſumendi ordines. Ita etiam Sanchez alios allegans *d. diſp* 13. *n.*33 Coninch *d. diſp.*14. *n.*54. & Martinus Perez *d. diſp.*51 *ſect.*6. *n.*4. *&* 12. Vxore verò adulterante poterit ille licitè reconciliari, vt notauit Coninch, quia hoc nullo nullo modo repugnat voto.

Vota non contrahendi matrimonium, aſſumendi ſacros Ordines, & religionis ab vno coniuge emiſſa poſt matrimonium ante, vel poſt conſummationem, an, & qua ratione obligent, & impediant vſum matrimonij.

Sed quid de prædictis votis ſimplicibus non contrahendi matrimonium, aſſumendi ſacros ordines, vel religionis poſt matrimonium ratum, aut conſummatum emiſſis, an valeant, & obligationem abſtinendi matrimonij inducant.

65 Si votum ſit non contrahendi emiſſum abſque licentia alterius coniugis, cum non poſſit intelligi niſi diſſoluto præſenti matrimonio & de non contrahendo altero præſenti diſſoluto, valet, & obligat, & ita ſoluto matrimonio non poterit vouens abſque diſpenſatione tranſire ad alias nuptias, non impeditur autem petere & reddere. Ita Sanchez *d. lib* 9 *diſp.*35. *n.*16. & Baſilius Pontius *lib* 10. *d. cap.*5. *n.*18. Et idem dicendum; ſi emiſerit cum licentia alterius coniugis, vt idem Sanchez *lib* 9. *diſp.*37. *n* 6. Hoc autem votum cum non ſit in præiudicium præſentis matrimonij. ſemper eſt licitum. Sanchez *lib.*9 *diſp.*36 *n.*34.

66 Si ſermo ſit de voto aſſumendi ordines ſacros poſt matrimonium ratum, & non conſummatum, ſi vouit animo ingrediendi religionem ante conſummationem, ibique ordines ſuſcipere, votum eſt licitum, vt Sanchez *d. diſp* 36 *num.*13. & tenetur vouens ad ingreſſum, & peccat prima vice conſummando, ſiue petendo, ſiue reddendo, quia ſe reddit inhabilem ad impletionem voti iuxta tradita *ſuprà num* 52. Ita Sanchez *d. diſp.*35 *num* 14. & Baſilius Pontius *d. cap* 5. *num.*18. Si verò non vouit ingreſſum in religionem, cum ratione ſolius animi, ſeu propoſiti ingrediendi ad ingreſſum non teneatur iuxta tradita *ſuprà n.* 44. *&* 46 Sanchez *d. num.*14. dicit quod poteſt conſummare matrimonium reddendo, & petendo; cum hoc votum non obliget ad caſtitatem, nec ad religionem, ac proinde non impediat petitionem primam, & ſequentes iuxta tradita *ſuprà num* 46. *&* 58. tenebitur autem, inquit idem Sanchez, votum implere, cum ſibi licuerit, vel mortuo altero coniuge, vel illo adulterante iuxta tradita *ſuprà num.*59, de adſtricto tali voto ante matrimonij contractum; eo quod vtroque caſu votum ſit licitum, nec extinctum per vſum matrimonij, ſed ſuſpenſum. Verùm hæc admitto in caſu, quo dum poſt matrimonium tantum ratum vouit, non cogitans de ingreſſu religionis; at ſi quando vouit, tunc aduertebat non poſſe dictum votum implere niſi ingrediendo religionem; tunc teneretur ad ingreſſum, & peccaret in prima conſummatione petendo, vel reddendo; vt docet etiam Hurtadus *de matr. d. diſp.*10. *n.*35. & probant tradita *ſuprà n.* 45. Quod ſi votum aſſumendi ordines ſit factum poſt matrimonium conſummatum, vel emiſſum eſt abſque licentia coniugis animo tunc implendi, & pro tunc ſe obligandi, & eſt omninò irritum, & nullum, quia eſt de re illicita, cum ſit in præiudicium alterius coniugis, vnde etiam ſic vouens grauiter peccat, vt Sanchez *diſp.*33. *n.*35. vel emiſſum eſt pro tempore ſoluti matrimonij, aut cum alter coniux adulterans poſtea præſtet iuſtam cauſam diuortij, & eſt validum, vt de re licita, & ſancta, nec ideo peccat ſic vouens, vt Sanchez *d. diſp.*36. *n.*33. vel vouens emiſit abſolutè, non definiendo tempus, ſcilicet diſſoluto matrimonio, aut pro tempore matrimonij, & hoc caſu votum valet, & obligat pro tempore ſoluti matrimonij; quia cum poſſit hoc votum licitè fieri, non eſt præſumendum, vbi non conſtat de oppoſita intentione, illicitè factum eſſe, quia delictum non præſumitur. Et ita hoc votum obligabit etiam vxore adulterante, & præbente iuſtam diuortij cauſam, iuxta tradita *ſuprà num* 59. Et prædicta docet etiam Sanchez *d. diſp* 35. *n.*14. *&* 15. & Pontius *d. n.*18. *&* 19. Quod ſi votum aſſumendi ordines pro tempore matrimonij factum ſit de licentia vxoris, vel etiam mutuo conſenſu, & obligante ſe vxore ad continentiam per votum adhuc non obligabit, niſi ex parte vxoris adſint requiſita à iure, vt vir conſtante matrimonio poſſit ad ordines ſacros promoueri, ſcilicet vt ſit ſexagenaria, & etiam non ſit ſuſpecta incontinentiæ; de quibus Sanchez *lib* 7. *de impedimento ordinis.* Ita idem Sanchez *lib.*9. *diſp* 36. *n* 1. *& diſp* 37. *n.*7. Et ſi adſint requiſita, ſi ante promotionem viri ad ordines ipſe petat, & reddat, non peccabit contra votum ordinis ſacri, quod non impedit vſum coniugalem nondum ſuſcepto ordine. Ita etiam Sanch. *d. n* 7. peccabit autem quatenus retardat voti impletionem. Sed de hoc etiam infra.

Quoad votum religionis, ſi emiſſum ſit, ſeu à coniuge emittatur poſt matrimonium ratum, & ante conſummationem, certum eſt valere, & vouentem ante conſummationem obligari ad ingreſſum, & ad non conſummandum ſiue petendo, ſiue reddendo; eſt enim votum de re licita, & ſancta, & ante conſummationem poteſt vouens illud implere iuxta tradita in præcedentibus, ergo tenetur, &c. Et ita etiam Sanches *d. diſp.*35. *n.* 10. Pontius *d. n* 18. Martinus Perez *d. diſp* 51. *ſect.*5. *n.*1. & Coninch *d. diſp.* 34. *num.*35. Quod procedit, etiamſi vterque vouerit religionem abſque dependentia vnius ab altero, vterque enim poteſt implere votum. Ita Sanch. *diſp.*37. *n.*1. Coninch *d. diſp.*34. *n* 29. & Martinus Perez *de matr. diſp* 51. *ſect.*5. *numera* 8. 67

Si verè emittatur poſt matrimonium conſummatum animo tunc implendi, & pro tempore matrimonij ſe obligandi, eſt nullũ vt i de re illicita, cum poſt conſummationem coniugi ſit illicitus tranſitus ad religionem abſque alterius licentia. Ita Sanchez *d. diſp.* 35. *n.*12. & Pontius *d. cap* 5 *n.*19. & ſic vouens peccat grauiter, vt Sanchez *lib* 9. *diſp.*36. *n.*32. At ſi emittitur pro tempore ſoluti matrimonij, vel ſi alter adulteretur, & præſtiterit iuſtã cauſam diuortij, vel emittatur abſolutè non definiendo tempus (quo caſu præſumitur voluiſſe ſe obligare pro tempore habili ad ingreſſum iuxta tradita *n* 66.) erit licitum, & validum & conſequenter ſoluto matrimonio, vel exiſtente iuſta cauſa diuortij tenebitur ad ingreſſum; Eſt enim votum de re licita, & ſancta ita etiam Sanchez *d. diſp.* 35. *n* 12. *&* 13. *& relatm etiam lib.*7. *de matr. diſp.* 34. *n.* 10. *cum ſeqq.* Quod ſit poſt matrimonium conſummatum votum ingrediendi religionem tempore matrimonij, & tunc temporis implendum emittatur de licentia alterius coniugis, licentia nihil operatur, & addit, niſi vterque coniux decernat præſtare à iure requiſita ad ingreſſum alterius in religionem; de quibus idem Sanchez *d. lib.*7. vbi de impedimento ordinis, & voti ordinis, & Pontius *lib.* 9. *c.*11. *&* 12. Quo etiam non obſtante, ſi poſtea petat, aut reddat, non peccabit contra votum, ſed ſolum quatenus ſine cauſa votum non implet. Ita Baſilius Pontius *d c.*5. *n.* 19. & conſtat etiam ex Sanchez *d. lib.*9. *diſput.* 36. *num.*1. *& diſp.*37. *n.*5. de quo etiam *n. ſeqq.* 68

Si

Si coniuges ante matrimonij conſummationem emittant votum religionis communi conſenſu, ad quid eos obliget hoc votum, & qua ratione impediat vſum matrimonij, & quid ſi poſt conſummatum matrimonium emittatur.

Verùm ſpecialis difficultatis eſt, ſi coniuges ante matrimonij conſummationem ambo mutuo conſenſu, & pacto voueant ingredi religionẽ, ad quid teneantur, & impediatne tale votum vſum matrimonij.

69 Ad quam difficultatem Sanchez *d. lib 9 diſp 37. n. 5.* Reſpondens aſſerit præfatos cõiuges minimè peccare ſiue petendo, ſiue reddendo; ſicut peccat quando alter ſolus vouit religionem, & prima vice conſummat. Et probat aſſignans rationem diſparitatis; nam quando alter ſolus vouit religionem, vel vterque etiam de licentia alterius, non tamen communi conſenſu, & per modum pacti, tenetur vterque independenter ab altero religionem ingredi, quod præſtare non poteſt ſemel cõſummans, ac proinde mortaliter peccat, quaſi ſe impotentem reddens ad explendum votum, at quando vterq; communi conſenſu, & mutuo pacto vouit, poteſt vterque implere æque votum ſiue conſummet, ſiue ante: Nam licet antea poſſit alter ingredi religionem altero nolente, ſecus autem poſt conſumationem, & ita impotentior videatur effectus ad votum explendum; attamen ingredi non tenetur altero nolente ingredi; cum vterque per modum pacti ſe obligauerit, adeoque altero impleri nolente, alter liber eſt. Quod ſi vterq; vult ingredi poteſt æque conſummato matrimonio, ac ante cõſummationem. Nec votum religionis impedit debiti petitionem aut redditionem; quando hæc non impediũt facultatem ingrediendi, cum non ſit votum caſtitatis; ſicut nec tunc fornicando committunt illi ſacrilegium contra votum. Nec dici poteſt ſtatim voto religionis emiſſo, cum ſtatum velint mutare, abdicaſſe eos à ſe dominium, & ius corporum. Quia ſimplex promiſſio religionis non eſt abdicatio vſus coniugalis, qui voto non aduerſatur, ſed eſt promiſſio aſſumendi ſtatum,
36 in quo ei vſui ſolemni voto renunciatur. Neuter autẽ coniux, addit idem Sanchez, tenetur in eo euentu ad reddendum alteri ante conſummationem; qui non tenetur priori bimeſtri, cum ſecluſo voto ad id non teneatur; ſed nec eo bimeſtri tranſacto, quia poteſt cogere alterum, vt fidem pacti ſeruet, & religionem ingrediatur, quod ſi nolit, poteſt ſe illæſum conſeruare, vt altero inuito ingredi poſſit. Quod efficere non poſſet tranſacto eo bimeſtri eo voto abſq; communi conſenſu & pacto emiſſo, niſi ſtatim ingrederetur religionem propter iniuriam matrimonij. Si verò votum religionis, ſubdit idem Sanch. communi conſenſu ab vtroque coniuge emiſſum ſit poſt conſummatum matrimonium, tunc à fortiori, inquit, neuter peccabit petendo; nec etiam anno nouitiatus, cum ante profeſſionem neuter teneatur ad caſtitatem; etſi peccabit mortaliter ille, qui eſt in mora implendi voti, alter autem paratus implere vacat culpa; quando nec teneatur, nec poſſit ingredi altero non ingrediente: Neuter etiam in hoc caſu tenetur reddere, quia promittendo religionis ingreſſum mutuò conſenſu renunciarunt iuri exigendi, ſeque videntur mutuo ab hac obligatione abſoluiſſe, cum ad hoc, vt perpetuò abſtineant, ſtatum mutandi facultatem ſibi ipſis præfati coniuges conceſſerint; & remanente corporum dominio ab eo ſeparari poſſit ius exigendi mutuo conſenſu; ſicut ſeparatur priori bimeſtri, vel altero adulterante; poteſt enim primo bimeſtri vterq; amicabiliter petere, vel adulter ab innocente, non tamen exigere. Ita Sanchez *d. n. 5.* & ita videtur ſentire etiam Baſilius Pontius *lib. 10. cap. 5. n* 20. vbi dicit, quod ſi de licentia coniugis alter votũ religionis tunc implendum emittat poſt matrimoniũ conſummatũ, ſi poſtea petat, & reddat, non peccabit contra votum, ſed ſolum quatenus ſine cauſa votũ non implet, & alter retardat ad impletionem voti, & is, qui licentiam conceſſit, tenetur præſtare ea, quæ requiruntur, vt alter poſſit ingredi religionem conſummato iam matrimonio. & aliàs non tenebitur vouens ad religionem tranſire. Ita Pontius; idem quod Sanchez tenet Texada relatus à Diana *loco num. ſequenti citato.*

At Coninch *de ſacram. d. diſp. 34. dubitat.* 7. (quem 70
ſequuntur Caſtrus Palaus *p. 5. tract. 28. diſp. 3. pun. 4. d. §. 8. n 4.* Diana *p. 9. tract 7. reſolut. 2.* & Martinus Perez *d. diſp. 51. ſect. 5.*) reſpondet cum diſtinctione, ſcilicet, ſi vnuſquiſque coniux voueat religionem ſub conditione ſimilis voti alterius, ſcilicet, ſi alius ſimile votũ emittat; vt *voueo religionem, ſi ſic voueas ingredi religionem*; & hoc caſu dicit votum vnius non eſſe dependens ab ingreſſu alterius in religionem, ſed tantum à ſimili voto alterius; atque adeo poſito, quòd vterq; verè vouerit, & impleta ſit conditio, & conſequenter votũ tranſierit in abſolutũ, vtrumq; independenter ab altero teneri ingredi religionem eodem modo, ac ſi ſeparatim, & abſolutè vouiſſent; & conſequenter etiam vtrumq; peccare mortaliter matrimoniũ conſummando ſiue petendo, ſiue reddendo; quia ſic exponuntur manifeſto periculo votũ non exequendi; vel quia alter nolẽs religionem intrare alterum cogit ad ſecum cohabitandũ; vel quia ex copula habita redduntur impotentes ad ingreſſum, ſi forte filius concipiatur. Confirmat, quia vt omnes fatentur, ſi vterque cõtra ſeparatim, & abſolute vouiſſet ingreſſum in religionem peccaret cõſummando matrimoniũ ob rationes dictas. At vterq; eo caſu eodẽ modo ſuo voto obligatur, ac ſi ſeparatim, & abſolute vouiſſet, cũ votũ illud cõditionale impleta cõditione voti alterius trãſeat in abſolutũ, ergo eodẽ modo peccãt cõſũmado.

Si verò quilibet ex coniugibus voueat religionem 71
dependenter ab alterius ingreſſu in religionem v. g. *voueo religionem, ſi tu etiam ingrediaris*; & in hoc euentu, ait idem Coninch, coniuges non peccare contra votum conſummando communi conſenſu matrimoniũ; quia cum neuter teneatur ingredi religionem, niſi altero legitime ingrediente, neuter cõtra votum peccat faciendo aliquid, ex quo ſequatur, vt nequeat ingredi niſi altero ingrediente. Addit Coninch neutrũ etiam peccare, ſi vterque nolit ingredi, aut ſi communi conſenſu aliquid faciant, ex quo ſequatur neutrum ingredi poſſe, quia tantum efficiunt, vt deficiat conditio, ſub qua vouerant, quam non tenebantur ponere, cum ad hoc ſe non obligauerint. Ita Coninch. & poſt eum Palaus, & Martinus Perez, qui dicit iuxta hoc ſecundum membrum diſtinctionis, ſeu in hoc ſenſu intelligendam præfatam doctrinam Sanchez. Addit præterea Coninch quod quando coniuges ante conſummationem communi conſenſu vouent ingreſſum in religionem, cum id faciant ex vero deſiderio perfectionis, ac ſalutis propriæ, cenſentur id vouere priori modo, atque ita vtrumque independenter ab altero teneri ingredi religionem; nam vt vous obtineas finem à ſe intentum, ſcilicet, propriam perfectionẽ, ac ſalutem; nihil refert, an alter ingrediatur necnè. Quare non cenſetur hanc velle conſequi, poſito quod alter eam etiam obtinere velit, ſed abſolute, & alterius votum cẽſetur ſolum exigere, tum ne aliàs præter pacta matrimonialia etiam ea iuſta cauſa eum videatur deſerere; tum etiam, vt eius ſalus efficacius promoueatur; nunquam tamen poteſt cenſeri hanc ita velle, vt velit ſuam ab ea dependere, niſi id aperte exprimat. Ita Coninch.

Quando autem poſt conſummationem matrimonij vterque communi conſenſu, & mutuo pacto vouerunt religionem idem Coninch, Palaus, Diana, & Perez dicunt eadem, quæ Sanchez *ſuprà n. 69.* adducta ſcilicet, & nõ peccare vtendo matrimonio petendo, & reddendo ante profeſſionem (id tamen limitantes ſi eſſet periculum, ne vxor conciperet, atque ita redderet ſibi ingreſſum impoſſibilem propter neceſſitatem prolis, cui non poſſit ſatis proſpicere, niſi manendo in ſæculo) & neutrum teneri reddere ob rationem d. *n. 69.* adductam. Addunt in hoc euentu vouen non teneri religionem ingredi altero nolente ingredi; quia cõſummato matrimonio hoc ei non licet per ius ipſum, niſi vxor ſit ſenex, & incontinentiæ periculo minimè ſuſpecta, voueatque caſtitatem; quo caſu ſolus ille peccat, per quem ſtat, quo minus votum impleatur alius autem impotentia excuſatur; ita quod in tali caſu peccabit lethaliter ille, qui eſt in mora implendi votum, alter verò vacabit culpa, quia nec tenetur, nec poteſt ingredi altero nõ ingrediente. Ita prædicti Doctores.

73 Circa prædictam difficultatem, & prædicta noto ſequentia, nimirũ non cenſeri, nec eſſe mutuum conſenſum, quando vterque coniux ſeorſum vouit religionem, aut caſtitatem de licentia alterius independenter ab altero, & non per modum reciprocæ conuentionis, vt ſi nunc vir obtẽta vxoris licentia voueat religionem, aut caſtitatem; & eo facto petat ſimilem licentiam vxor à viro, eaque obtenta voueat, ità, vt non fuerit inter eos mutuum pactum initum: *voueo, vt voueas*; cenſetur autem mutuus conſenſus, vbi interuenit pactum mutuum vouendi. In priori enim euentu nullus adeſt contractus, nullaque conuentio; in poſteriori autem eſt *facio, vt facias*. Ita Sanchez *lib. 9. d. diſp. 37. n. 5. ex* Soto *lib 7. de iuſtitia q. 3. art. 1. verſic. argumentum autem.* Et Ludouicus Lopez *1. p. inſtruct. cap. 26. §. votum quando*; illi enim ait, votũ mutuo conſenſu emiſſum eſſe quoddam genus contractus *facio, vt facias*; iſte verò dicit adeſſe tale votum, quando vterq; coniux voueat cum hac conditione, *voueo, vt voueas*. Igitur ſi votum religionis ante matrimonij conſummationem ſit factum ab vtroque coniuge priori modo; id eſt de ſola licentia vtriuſque, & non per modum pacti, cum votum vtriuſque ſit abſolutum, & independens ab alterius voto, vterq; ſtatim obligatur, & non poteſt conſummare petendo, reddendo, vt Sanchez *dict. diſp 37 num. 5.* Coninch, Perez, & Palaus *locis ſuprà num. 70. relatis.*

Si etiam vterque faciat votum religionis cum illa conditione, & pacto: *voueo, vt voueas*, & ſit formalis, & expreſſa intentio vtriuſque, vt valor, & obligatio abſoluta voti ſit ſtatim ac alter votum religionis emiſerit, & emiſſio voti vtrique ſit nota, tunc etiam habẽt locum tradita *ſuprà n 70.* ex eodem Coninch, tunc enim impleta cõditio, ſeu poſito voto vtriuſque cum illius notitia votum euadit abſolutum ex parte vtriuſque vouentis, eſtque independens ab ingreſſu alterius in religionem.

75 Si etiam vterque vouerit religionem mutuo conſenſu cum expreſſa, & formali intentione non ſolum ſimilis voti alterius, ſed etiam ingreſſus in religionẽ, in hoc euentu procedunt tradita *n. 69.* ex Sanchez, & traditis *n. 71.* ex Coninch, Perez, & Palao. Quod autem Coninch, & Martinus Perez, ac Palaus) vt notatum eſt *num. 71.*) aſſerunt, ſcilicet neutrum peccare, ſi vterque nolit ingredi, aut ſi communi conſenſu aliquid faciant, ex quo ſequatur neutrum poſſe ingredi; non approbo, quia licet votum conditionale non obliget ad executionem ante conditionis aduentum; obligat tamen, ne vouens voluntariè impediat conditionis euentum, aut ipſa conditio culpa, fraude, vel vi eiuſdem vouentis tollatur, cum vouens finem cenſeatur vouere media neceſſaria, vt in terminis Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 40. dubit. 20.* & Sanchez *lib. 4. ſumm. cap. 22. n 11. & cap. 23. n. 28.* & ita contra Coninch expreſſe ſentiunt Sanchez, & Pontius *locis citatis*, & idem Sanchez *d. diſp. 37. n. 8.*

Quod ſi vterque vouerit religionem mutuo conſenſu, & per modum reciprocæ conuentionis abſolute, & ſine illa expreſſione ingreſſus alterius in religionem, & etiam ſine illa intentione formali; vt votum abſolute obliget poſito ſimili voto alterius; puto votum vtriuſque factum eſſe non ſolum cum dependentia à voto, ſed etiam ab ingreſſu alterius in religionem; hocq; ſenſu Sanch *diſp 37. n. 5.* intelligit hoc votũ communi conſenſu vtriuſq; coniugis, & per modum pacti, & conuentionis emiſſum, vouet enim vnuſquiſque cum reſpectu ſaltem implicito ad ingreſſum, ad huncque finem ex mutuo conſenſo, & pacto videatur vouere, vt altero ingrediente religionem, alter etiam teneatur; & è contra; & ſi aliter, & abſolute, ac ſine dependentia ingreſſus in religionem ſe vellent obligare; cum ante conſummationem matrimonij cuilibet cõiugi liceat ingreſſus in religionem abſque dependentia ab altero, vnuſquiſque ſeorſim, & abſque tali pacto, atque abſque dependentia ab alterius voto, voueret, maximè ſi id faceret deſiderio efficaci propriç ſalutis, eligeret enim medium certius, quale eſt votum omnino independens etiam à voto alterius; vterque ergo in tali voto ex mutuo conſenſu, & pacto emittendo non ſolum intendit propriam perfectionem, & ſalutem, ſed etiam habet reſpectum ad præſentem ſtatum matrimonialem, quem ratione amoris inter ipſos coniuges intercedentis non intendit deſerere, niſi altero etiam deſerente. 76

Si communi conſenſu vir voueat ordines ſacros ſuſcipiendos, & vxor caſtitatem, ad quid teneantur hi coniuges.

Ex dictis inferri poteſt, quid dicendum ſi communi conſenſu, & ex mutuo pacto vir voueat ſuſcipere ordines ſacros ſtatim, & conſtante matrimonio, vxor vero voueat continentiam; ſuppoſita enim ſententia Sanchez ſuperius tradita, quod votum continentiæ vxoris ſit omnino dependens à ſuſceptione ordinum. Dicendum cum eodem Sanchez *d. diſp. 37. n. 7.* ſi vxor non ſit ſexagenaria, vel ſit ſuſpecta de incontinẽtia; neutrum votum obligare, ſiue ſit ante matrimonium conſummatum, ſiue poſt. Vir enim de ſola licentia vxoris manentis in ſæculo cum voto continentiæ non poteſt ordines ſacros ſuſcipere, niſi ipſa vxor ſit ſexagenaria, & minime ſuſpecta de incontinentia; quare votum vt de re ſibi illicita, & impoſſibili eſt inualidum; & cõſequenter etiam votum vxoris ſeruandæ continentiæ non eſt abſolutum, ſed per modum contractus, *facio, vt facias*, atque adeo exiſtente nullo viri voto non obligat. Exiſtente autem vxore ſexagenaria, & non ſuſpecta de incontinentia, vtrumque votum valet, & obligat, cum vir ad ordines ſacros poſſit promoueri; licet ante promotionem vtriuſque liceat petere, & reddere, cum votum ordinis ſacri (vt *ſuprà numero 66. fine*) ante ordinis ſuſceptionem non impediat vſum matrimonij; votum verò continentiç vxoris non obſtet petitioni, quia non obligat, donec vir ordines ſuſceperit, vt dictum eſt. Neuter autem tenebitur reddere iuxta tradita *ſuprà n. 69. & 72.* 77

Quando

Quando communi conſenſu alter coniugum religionem; alter caſtitatem vouit, ſiue ante, ſiue poſt conſummatum matrimonium, ad quid teneantur, & qua ratione remaneant impediti vſu matrimonij.

78 Ex dictis etiam colligi poteſt, quid dicendum, ſi communi conſenſu, & per modum pacti alter coniux caſtitatem, alter religionem vouit. Perſiſtendo enim in doctrina Sanchez tradita *ſuprà n. 69. & 76.* ſi qui vouit caſtitatem, habet conditionem vt alter cum ſolo voto ipſius poſſit ingredi religionem, ſcilicet ſit ſexagenarius, nec de incontinentia ſuſpectus, quo caſu alter poteſt ingredi religionem, dicendum, ſiue ante, ſiue poſt conſummationem matrimonij emiſſum ſit tale votum ex communi conſenſu, vtrumque teneri implere ſuum votum, cum ſit licitum, & poſſibile; Neutrum autem ante ingreſſum in religionem alterius, qui illam vouit, peccare petendo, & reddendo; non ligatum voto religionis, quia ex vi talis voti ante profeſſionem non tenetur ad caſtitatem, vt ſuprà oſtenſum eſt, qui etiam per conſummationem non redditur impotentior, cum etiam poſt conſummationem poſſit altero inuito ingredi religionem: Non etiam ligatum voto caſtitatis, cum non teneatur ad votum, donec alter impleat iuxta tradita *num. praecedenti*, & *dictis numeris 69. & 76.* Quod ſecus eſſet, ſi vouendo expreſsè intendiſſet ſe ea tunc obligare independenter ab altero, de cuius voti maximè emiſſi poſt conſummationem obligatione infrà. Si verò, qui vouit caſtitatem careat illa conditione, vt cum ſolo voto ipſius continentiæ poſſit alter aſſumere ſtatum religioſum, & matrimonium nondum ſit conſummatum, ligatus voto religionis peccat primâ vice conſummans ſiue petendo, ſiue reddendo, cum ſe reddat inhabilem ad impletionem voti. Ligatus verò voto caſtitatis, cum huiuſmodi votum obliget dependenter ab impletione voti ingreſſus religionis alterius; nec debeat expectare toto vitæ curriculo vt alter impleat, dum vouens iudicio prudentis non eſt in mora adimplendi ſuum religionis votum, licitè quidem non poteſt petere, aut reddere, quia conſummato matrimonio ſe impotentem reddit ad ſeruandum votum, cum tunc non teneatur reddere; at verò ſi alter ſit iudicio prudentis in mora implendi, & admonitus nolit religionem ingredi, etſi non tenetur reddere, poteſt tamen deinceps licitè petere, & reddere; conſummato autem matrimonio, cum votum religionis nequeat impleri, illo ligatus poteſt petere, & tenetur reddere; quia illud votum poſt conſummationem non impedit vſum matrimonij, licet teneatur ad ingreſſum diſſoluto matrimonio, vel altero præſtante cauſam diuortij, cum votum non ſit extinctum, ſed ſuſpenſum, quia fuit in culpa conſummando, & ſemper antea tenebatur ad religionem. Adſtrictus autem voto caſtitatis, quamuis culpabiliter conſummauerit, poterit deinceps petere, & reddere, donec accidat caſus, in quo alter poſſit, & velit religionem ingredi; eo enim non implente, nec ipſe tenetur: Nec etiam diſſoluto matrimonio morte alterius voto religionis adſtricti, qui illud viuens non impleuit, tenebitur continere. Ita Sanchez *lib. 9. diſput. 37. num 8.* qui nonnulla addit, quæ apud ipſum videri poterunt, ſi libuerit.

SVMMARIVM

§. III.

Votum ſimplex caſtitatis ab vno coniuge ſine alterius licentia emiſſum ante matrimonij conſummationem valet, & obligat ad omnimodam caſtitatem, vt votum emiſſum ante matrimonium. n. 79.

Quid ſi poſt conſummatum matrimonium, an valeat in præiudicium vouentis, & obliget ad non petendum, & ad abſtinendum ab altero matrimonio, & quouis actu venereo extra matrimonium. n. 80. ad 84.

Præfatum votum caſtitatis poſt conſummationem abſque alterius coniugis licentia emiſſum, an ſit omninò nullum quoad non redditionem debiti, etiam quando redditio eſt voluntaria n. 85. ad 89.

Dato quod obliget ad non redditionem, quando redditio eſt voluntaria, vt altero adulterante, an vouens innocens poſſit remittere iniuriam alteri. n. 89.

Vota ſubditi de re ſibi prohibita non ſunt irrita, donec ſuperior neget conſenſum; & quid de votis coniugum, quæ alteri afferunt præiudicium. n. 86.

Votum caſtitatis ab vno coniuge poſt matrimonium ratum, vel conſummatum de alterius licentia emiſſum ad quid obliget, & an dans licentiam poſſit ab eo qui vouit petere debitum, & ille teneatur reddere n. 91. & 92.

Quid ſi vterque de conſenſu alterius ſeorſim, & non mutua voluntate, & ſine expreſſione vouendi omnimodam caſtitatem, vouerit caſtitatem. n. 93.

Si alter coniux præbuit alteri expreſsè licentiam vouendi omnimodam caſtitatem quoad petitionem, & redditionem; an, & quomodo dans licentiam poſſit exigere, & alter vouens teneatur reddere. n. 95. ad 98.

Coniux dans talem licentiam poteſt tale votum validè irritare, & poſt irritationem licitè petere, & poteſt irritatio eſſe expreſſa, vel tacita, & quæ differentia inter vtramque n. 96.

Secluſa dicta irritatione ſi is, qui dedit licentiam petit debitum, alter tenetur reddere. n. 97.

Quid ſi coniux concedendo illam licentiam renunciauerit iuri ſuo petendi, & quid ſi poſt renunciationem ab altero acceptatam is cedat renunciationi, & iterum concedat ius exigendi. n. 97. & 98.

Quando vterque coniux communi conſenſu vouit caſtitatem, vterque non poteſt licitè petere, nec tenetur reddere, & peccat mortaliter reddendo. n. 99 & 100.

Altero, vel vtroque ex dictis coniugibus fornicante non poteſt iudex eccleſiaſticus eos cogere ad cohabitandum; ſed periculo incontinentiæ conſulendum diſpenſatione n. 101.

Per fornicationem neuter liberatur ab obligatione proprij voti. ibid.

Ante diſpenſationem præfati coniuges non liberantur à mutua habitatione, & aliis obſequiis, licèt non teneantur cubare in eodem lecto, nec poſſint tam periculo incontinentiæ. ibid.

Præfatum mutuum votum caſtitatis eſt licitum; & quando in eo poſſit contingere culpa venialis n. 102.

Si præfati coniuges copulentur an ſit grauius peccatum, quàm ſi alter eorum copularetur cum ſoluto, vel ſoluta. n. 103.

Præfati coniuges, ſi ſibi inuicem remittant renunciationem iuris petendi, an teneat hæc ſacrilega remiſſio, & teneantur inuicem reddere. n. 104.

Mutuum pactum abſtinendi à petitione, & redditione debiti abſque voto caſtitatis à coniugibus initum eſt validum, & licitum, qua ratione remitti poſſit, & alter alteri debeat debitum reddere, & quid ſi illi mutuo pacto accedat iuramentum vel votum caſtitatis. n. 105. ad 109.

Quis prædicta vota caſtitatis ab vno, vel vtroque coniuge ante, vel poſt matrimonium emiſſa poſſit relaxare, vel commutare, vel inſuper diſpenſare quoad petitionem debiti remiſſiuè n. 110.

§. III.

Qua ratione impediatur vſus matrimonij ex voto continentiæ poſt contractum matrimonium emiſſo.

HViuſmodi votum poteſt eſſe ſimpliciter caſtitatis, vel non petendi debitum; & vel abſque licentia alterius coniugis, vel cum eius licentia, vel etiam communi conſenſu, & per modum pacti, vel ab vtroque coniuge emiſſum; & poteſt eſſe emiſſum ante, vel poſt matrimonium conſummatum. De his omnibus diſtinctè agendum.

Votum caſtitatis ab altero coniuge ſine licentia alterius emiſſum poſt contractum matrimonij ante, vel poſt conſummationem an ſit validum, & ad quid obliget, & quomodo impediat vſum matrimonij.

Dubium primum; Votum caſtitatis emiſſum poſt matrimonium ante, vel poſt conſummatum matrimonium ab altero coniuge ſine licentia alterius quomodo obliget in ordine ad vſum matrimonij.

79 Certum omnino videtur, ſi votum caſtitatis emittatur poſt matrimonium nondum conſummatum, & animo ingrediendi religionem, tale votum eſſe validum, & obligare ad omnimodam caſtitatem, ſicut votum abſolutum caſtitatis emiſſum ante matrimonium eo contracto ante illius conſummationem & ita etiam ad non reddendum debitum, quoties redditio eſt omnino voluntaria. Ita Sanchez *lib. 9. diſp.* 32 .23. & alij Recentiores *ſuprà n.1. relati loco infrà allegandi.* Ratio eſt euidens, quia iſte vouens benè id intendens potuit ſe obligare ad omnimodam caſtitatem, vt eam ſeruare poſſet, ſicut quando emittitur tale votum ante contractum matrimonij; idque intendit, cum abſolute vouerit caſtitatem, & vt eam ſeruare poſſet, habuit, dum vouit, animum tranſeundi ad religionem: Etſi non tenetur ingredi religionem ratione illius propoſiti voto non confirmati, vt *ſuprà num.*45 oſtenſum eſt. Tranſacto etiam priori bimeſtri poterit licitè conſummare matrimonium reddendo, nunquam tamen poterit petere ſicut *ſuprà §.1.* dictum eſt de coniuge, qui poſt votum caſtitatis contraxit matrimonium. An verò in priori bimeſtri, ante matrimonium conſummatum; etſi alter adulterans præbeat iuſtam cauſam diuortij teneatur non reddere, ita quod non poſſit renuntiare priuilegio iuris eximentis ab obligatione reddendi priori bimeſtri ante conſummationem, nec reconciliari adultero; Sanchez *d. n.* 21. Martin. Perez, *& ferè omnes alij recentiores infrà allegandi* aiunt obligari ad non reddendum in priori bimeſtri, & altero adulterante, & ita ſentiunt omnes Doctores *ſuprà c.1. n.* 273. *relati*. & ita eſt communis, & verior opinio. At iuxta Doctores *eodem c.1.n.*276. *relatos* poſſet renuntiare dicto priuilegio iuris eximentis ab obligatione reddendi in priori bimeſtri, & quando alter adulter eſt, & ita facta renuntiatione poſſet, & teneretur reddere; & ad ibi tradita remitto lectorem. Quod ſi non animo ingrediendi religionem, nec de ingreſſu cogitans promiſit caſtitatem, idem erit dicendum, quod de eo voto emiſſo poſt conſummatum matrimonium, de quo mox.

Itaque difficultas eſt, an votum caſtitatis emiſſum à coniuge poſt conſummatum matrimonium abſque alterius licentia ſit validum, & ad quid obliget.

80 Et multorum ſententia fuit non eſſe validum, & eo non obſtante ſic vouentem non ſolum poſſe & teneri reddere debitum alteri coniugi exigenti, ſed etiam poſſe petere debitum, & præſertim quando vir illud omiſit. Ita D. Thomas 4. *diſt.*32. *q. vnica art.* 4. *ad* 3 Paludanus *ibid. diſt.*38 *q.*3. *art.*5. *concl.* 4. *fine.* Emanuel Sà *ver votum n.* 16. & plures alij relati à Sanchez *d. diſp.* 35. *n.* 14. & ab Auguſtino Barboſa *collectaneo ad cap. quidam n.*6. *& ad cap. placet n.* 3. *de conuerſione coniugatorum.* Et etiam oportet, ita ſentiant Doctores infrà allegandi aſſerentes non valere votum non petendi debitum ab altero coniuge ſine alterius licentia emiſſum. Horum fundamentum eſt Primò, quia hoc eſt nimis oneroſum alteri coniugi, in illiuſque graue præiudicium cedit, maximè ſi ſit vxor, cui ob innatam verecundiam graue eſt, ſi ſemper debeat petere, quoties vſum matrimonij appetit. Secundò, quia votum rei partim licitæ, & partim illicitæ, vel partim poſſibilis, & partim impoſſibilis factum per modum vnius ad nihil obligat; vt probaui *in tom.* 1. *moral var.* tit. 1. *n* 1619. *&* 1625 In præſenti autem caſu ſub caſtitatis votum cadunt nec petere, nec reddere debitum; ac proinde, cum pars talis voti ſit de re illicita, & contra iuſtitiam, qualis eſt non reddere poſt matrimonium conſummatum, totum erit nullum, & irritum.

Communis tamen, & vera ſententia eſt tale votum eſſe validum, & obligare quantum ad non petendum debitum, ita præter quindecim alios Doctores relatos à Sanchez *d. diſp.*37. *n.*25. Henriquez *in ſum. lib.*1 *c.*15. §.8. *fine* Bartholomæus à Sancto Fauſto *in theſaur. relig. q* 228. & ex Doctoribus *hoc cap. n.* 1. *relatis* Sanchez *d. diſp. n.* 25 *cit. n.*25. Reginaldus *d. lib.*31. *n.*351. Leſſius *d. lib.* 2. *de iuſt. c.*40 *n.*100. Villalobos *d. tr.* 13. *diff.*54. Baſilius Pontius *d. lib.* 10. *c.* 1. *n.* 19. Leandrus Diſcalceatus *d. tr.* 9. *diſp.* 25. *q.* 74. Coninch *d. diſp.* 34. *n.*23. Layman *d. c.*1. *n.* 12. Fagundez *in decalog. lib.*4. *c.*7. *n.*8. Auerſa *d. ſect.*4. Hurtadus *d. diſp.*10. *diff.* 8. Caſtrus Palaus *d. punct.*8. § 87. *n.*7. & Martinus Perez *d. diſp.*51. *n.*2. & etiam Nauarrus *in man. cap.* 12. *n.* 60. tenet hoc votum obligare ad non exigendum, non autem obligare, vt vouens non poſſit amicabiliter petere. Et colligitur aperte ex *cap. quidam de conuerſ. coniugatorum* Vbi quando vir renitente vxore profeſſus eſt, decernitur profeſſionem fuiſſe irritam, obligari tamen vouentem ad votum caſtitatis in ea profeſſione emiſſum in quantum ſe potuit obligare, nempe ad non exigendum debitum; verba textus ſunt: *Votum non tenuit, alterius verò non poterit vxorem accipere, promiſit enim ſe non exigere debitum, quod in eius poteſtate erat; & ideo quoad hoc votum tenuit, non reddere autem non erat in tuis manu, ſed in mulieris poteſtate*: tum *cap. placet eod. tit.* de muliere coniugata; quæ credens virum obiiſſe profeſſa eſt, cuius verba ſunt. *licet votum eius non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus poterat ſe obligare.* Neque admitti poteſt diſtinctio Nauarri *d. n.*60. inter amicabiliter petere & exigere, vt Pontifex in illis textibus declarat veritum ſecúdum, non primũ; quem intellectum etiam admittit Henr. *lib.*12. *cap.* 2. *n.* 9. in Gloſſa *litera Z.* Nam Summus Pontifex aperte inſinuat ideo non poſſe exigere, quia quantum eſt in ſe tenetur ſeruare votum continentis quia ſe obligauit, quantum potuit, & ad id, quod eſt in ſua poteſtate; ex quo ſequitur nec poſſe benignè petere, & rogare; cum in ſua poteſtate ſit vtrumque ſcilicet, & petere, & exigere, cum ex vi matrimonij non teneatur petere; vt c. 1. oſtenſum eſt. Alios intellectus nonnulli alij afferunt ad illos textus, qui illis omnino aduerſantur, & ſufficienter Sanchez *d. n.* 25. Probatur ratione manifeſta in dictis textibus indicata. Quia coniux etiam poſt matrimonium conſummatum vouens abſolutè caſtitatem validè ſe adſtringit ad caſtitatem ſibi poſſibilem, quæ abſque præiudicio alterius coniugis obſeruari poteſt, at coniux etiam poſt conſummatum matrimonium lege 81

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem matrimonij ad petendum debitum non obligatur, ſed ad non petendum ſemper eſt liber; quia non petendo non præiudicat alteri, ſicut præiudicat non reddendo, cum alter non eſt priuatus iure exigendi, ergo eo voto manet obligatus ad hunc actum non petendi debitum. Neque verum eſt (vbi non conſtet de expreſſa intentione vouentis) votum caſtitatis abſolutum, etſi poſt matrimonium contractum, & conſummatum factum fuiſſet, emiſſum per modum vnius, & rei indiuiſibilis, ita vt coniux vouens voluerit obligare ſe ad vnam partem ſolam, ſed ad vtramque, ſcilicet ad non petendum, & non reddendum, quo caſu eſſet inualidum, vt pote de re illicita: Nam non petere, & non reddere, ſeu abſtinere à petitione, & à redditione ſunt actus diuerſi caſtitatis, & ſeparabiles; ac proinde ſi non conſtet de contraria vouentis intentione, votum licet non obliget, nec poſſit obligare ad non reddendum, quia id eſt licitum; obligabit ad alios actus caſtitatis bonos, nempe ad non petendum, ad non fornicandum, ad non contrahendum de nouo diſſoluto matrimonio; ſicut etiam obligat votum caſtitatis emiſſum ante matrimonij contractum. Regula enim generalis interpretandi votum partim de re licita, vel impoſſibili an fuerit emiſſum per modum rei indiuiduæ, an vero diuiſiuè, & per modum plurium, eſt (vt latè explicaui *præfato to.1.mor.var.tit.1.n. 1626. tum pluribus ſequentibus:*) vt ſi res promiſſa ſit indiuidua, ſcilicet commodam diuiſionem non patiens, ſeu quæ communi more, aut vſu vouentium diuidi non ſolet, tunc cenſetur obligatio per modum vnius, & votum eſt irritum ad nullam partem obligans; ſi autem diuidua ſit; & quæ non vouentium recepto & communi vſu ſolet diuidi, tunc præſumitur obligatio diuiſiue, & per modum plurium, & vouens tenetur ad partem bonam, & poſſibilem. Et vtriuſque ratio eſt ibidem adducta, ſcilicet, quia ſemper, vbi oppoſitum non conſtat, iudicanda eſt voluntas ferri in obiecta iuxta eorum naturam, & prout communiter euenit, & exempla tum rei indiuiduæ, tum diuiduæ plura ponuntur *n. 166. & pluribus ſeqq.* Non obſtat etiam illud, quod tale votum ſit oneroſum alteri coniugi. Nam primò ceſſat iſta ratio oneris, quia aliquoties poteſt iſte vouens petere in gratiam alterius coniugis & quoties in eo agnoſcit appetitum copulæ, vel fornicationis periculum, vt ſuprà *c.1.n.258. & ſeq.* latè oſtenſum eſt. Secundò, quia tametſi illud ſit oneroſum, & aliquale grauamen alteri coniugi, tenetur tamen id ſubire, cum vouens vtatur iure ſuo.

82 Igitur præfatum votum caſtitatis à coniuge poſt conſummatum matrimonium abſque licentia alterius coniugis valet quidem quatenus eſt in præiudicium ſuum, & ſic obligat ad non petendum debitum; vt probatum eſt, inualidum tamen eſt, quatenus eſt in præiudicium alterius coniugis, & ita vouens eo non obſtante tenetur reddere debitum, quoties alter coniux hoc etiam tacitè per aliqua ſigna petit, & non ſit iure petendi priuatus: vt colligitur ex præfatis textibus *cap. quidam.* & *cap. Placet.* & in hoc conueniunt omnes. Quia regula generalis eſt, vt vnus coniux non poſſit aliquid vouere in præiudicium alterius. Quid verò ſi alter coniux ſit iure petendi priuatus, putà adulterans præſtet iuſtam diuortij cauſam, explicabitur poſt duos numeros ſequentes.

83 Porro prædictum votum non ſolum obligat ad abſtinendum à petitione debiti; ſed etiam ad abſtinendum ab alijs nuptijs diſſoluto matrimonio per mortem alterius; licet ſi contraxerit, valeat matrimonium: conſtat ex dicto *cap quidem.* vbi id expreſsè habetur, & ex *d. cap. Placet.* vbi dicitur id votum eatenus obligare, in quantum coniux potuit ſe obligare; conſtat autem potuiſſe ſe obligare ad abſtinendum à ſecundis nuptijs; & ita tenent Sanchez, Leſſius, Fagundez, Coninch, Pontius, Perez, & alij recentiores *ſuprà n. 81. relati locis ibidem citatis*, & præter eos etiam Nauarrus *dict. cap. 22. num. 60. fine.* Henriquez *dict. §. 8 fine* & Paludanus 4. *diſtinct. 32 quæſt. 2. art. 1. n. 14.*

Obligat etiam idem votum iuxta præfatos omnes 84
Doctores ad abſtinentiam à quouis actu venereo extra matrimonium, quia cum ad id ſe potuerit obligare, cenſetur coniux vouens prædicto voto caſtitatis ad id ſe obligaſſe iuxta *d. cap. Placet, de conuerſione coniugatorum.*

Præfatum votum caſtitatis poſt matrimonium conſummatum emiſſum an ſit omninò nullum quoad non redditionem debiti, etiam quando eſt voluntaria.

Sed non leuis difficultas eſt, an prædictum vo- 85
tum quoad partem non reddendi debitum ſit nullum, non ſolum quando ex iure iuſtitiæ exigitur, ſed etiam quando redditio eſt voluntaria, ſcilicet, quando alter non habet ius exigendi, vt ſi adulter ſit, & ita quoad redditionem ſit prorſus, & omninò nullum.

Et Sanchez *d. diſp. 35. n. 26.* (& idem tenet *diſp. 36. n. 6.*) aſſerit huiuſmodi votum eſſe omninò nullum quoad reddendum debitum, minimèque obligare coniugem vouentem ad abſtinendum à redditione, quando eſt voluntaria propter alterius adulterium. Et ita etiam ſentiunt Fagundez *d. cap. 7. n. 8* & Sayrus *lib. 6. clauis cap. . n. 20. verſic. nec valet exemplum* Ita etiam Nauarrus *d. n. 60.* D. Bonauentura, Sotus, Caietanus, & alij ab eodem Sanchez *allegati* dum dicunt hoc votum eſſe prorſus irritum; videntur enim intelligendi quoad non reddendum debitum. Probat Sanchez ex dictis *cap. quidam*, & *cap. Placet.* in quibus clarè ſignificatur, tale votum quoad non reddendũ debitum irritũ fuiſſe; cũ *c. quidam.* ea reddatur ratio, quod non reddere non eſt in poteſtate coniugis; ac proinde obligat illum ſolum ad non petendum & abſtinendum ab alio matrimonio; ſi autem cenſeretur obligare ad non reddendum, vbi id liceret coniugi vouenti, expreſſiſſet. Et dum *d. cap quidam, dicitur: promiſit ſe non exigere debitum, quod in eius poteſtate erat, ideo quoad hoc votum tenuit*, indicatur votum non tenuiſſe quoad debiti negationem. Etſi dicatur *d. cap. Placet.* dici votum eatenus tenuiſſe, & fuiſſe obligatorium, quatenus vouens ſe potuit obligare. Reſpondet idem Sanchez id intelligi quoad non petendum debitum, vt explicatur *d. c. quidam.* Confirmat Sanch. quia quãuis potuerit ſe obligare ad non reddendum altero coniuge adulterante; quia tamen is caſus eſt rarus, vt ratione illius fiat diuortium, nec excogitatus, ideo non cenſetur promiſſus ſeorſum, ſed non reddere cadit ſub illo voto per modum vnius, cum ſit regulariter nullum, & contra iuſtitiam iuxta regulam à me dicto *tom. 1. moral. var. tit. 1 d. n. 1626.* adductam, atque adeo totum votum quoad illam partem eſt nullum & irritum. Secùs autem eſt in voto ante matrimonium, vel eius conſummationem emiſſo animo ingrediendi religionem; quia tunc tota materia fuit licita, ac proinde votum validum quoad omnimodam abſtinentiam à redditione debiti, quem valorem non amittit ex conſummatione matrimonij, vt ſuprà dictum eſt; & ideo obligat, vbi non redditio eſt licita; vt primo bimeſtri, & altero adulterante; in præſenti vero caſu materia quoad non reddendum eſt illicita.

Addit idem Sanchez *n. 27.* quod quamuis vota 86
ſubditi de re ſibi prohibita, & cætera vota coniugum

alterius

alterutri præiudicantia habeant tantam conditionem ſi ſuperior, aut alter coniux conſenſerit, ideóque irrita non ſint donec alter requiſitus neget conſenſum; votum tamen caſtitatis in coniuge nec ſub ea conditione comprehendit actum non reddendi ex Caietano, Soto, & Sayro, ac proinde non teneri vouentem alteri coniugi indicare hoc votum, vt illud approbet: imò ait, quamuis alter conſenſus poſtea approbet non teneri vouentem ad non reddendum; quia dum votum emiſit, ad id non ſe obligauit, nec poſtea nouum votum fecit, nec alterius coniugis nouus conſenſus ſuperueniens nouam obligationem inducere potuerit. *Et eod. lib 9 diſp. 5. n* 8. aſſignat rationem differentiæ inter alia vota coniugis alteri præiudicantia, & hoc votum non reddendi debitum; quia hoc eſt omnino, & directè contra fidem matrimonij; & votum de re aliena præſtanda Deo; alia verò vota, vt peregrinationis, vel nimiæ abſtinentiæ non opponuntur directè matrimonio, nec debito coniugali; ſed ſunt aliquod alterius coniugis grauamen; ac proinde valida erunt; licet integrum ſit coniugi grauato diſſentire. Hæc Sanch.

87 Oppoſitam ſententiam, & præfatum votum caſtitatis etiam quoad non reddendum, quando redditio eſt voluntaria, ſeu alter coniux non habet ius exigendi, eſſe validum. & obligare contra Sanchez ſuſtinent Leſſius *lib. 2. cap* 41 *n.* 55. Coninch *d. diſp.* 34. *num* 2. Layman *lib.* 5 *tr.* 10. *p.* 3. *cap.* 1 *n.* 11. Baſilius Pontius *d. cap.* 5. *n.* 19. Caſtrus Palaus *d.* 5. 7 *n* 7. *fine* Martinus Perez *d diſp.* 51. *ſect* 4 *n.* 8. Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. d. tr.* 9. *diſp.* 27. *q.* 75 & apud ipſum Ochogauia. Probant, quia iſte vouens obligauit ſe, quantum potuit, quia tota materia caſtitatis coniugi poſſibilis cecidit ſub eo voto, cum votum fuerit caſtitatis abſolutum: at potuit ſe obligare ad non reddendum debitum, quando redditio eſt voluntaria, ſeu quando alter committit adulterium, vel contraxit affinitatem ratione inceſtus: Ergo ſi aliter non conſtet de illius intentione, dum vouit; vere ſe obligauit ad non reddendum debitum, quando redditio eſt voluntaria; ac proinde tunc tenebitur implere votum quoad totam materiam. Confirmatur, præfatum votum comprehendere omnimodam caſtitatem, & etiam non redditionem quoties eſt voluntaria, quia ſi eius voti materia ſolum eſſet de non petendo, nulloque pacto ſe obligaret ad non reddendum debitum, ſicut tunc poteſt alteri adulteranti debitum & ita etiam poſſet altero coniuge mortuo, diſſolutóque matrimonio aliud matrimonium contrahere contra doctrinam eiuſdem Sanchez, & communem; quia etiam alio matrimonio inito poſſet idem votum implere de non petendo, ergo ſignum eſt totam materiam caſtitatis eſſe eo voto comprehenſam, quoad petitionem, quia eſt in eius tantum poteſtate; quoad non redditionem verò, quando ius alterius impeditum fuerit (vt contingit cauſa adulterij, vel affinitatis culpabiliter contractæ, vel morte alterius coniugis) quia etiam tunc eſt in eius poteſtate. Addunt Coninch, & Perez, quod præſumitur communiter ita vouiſſe, quicunque ex ſincero affectu, & amore caſtitatis eam vouit, niſi expreſſe contrarium intendat. Nam cum talis ita amet caſtitatem, vt velit ſe ad eam, quantum poteſt, ſeruandam obligare, quãdo hoc ei difficillimũ eſt ob communem vſum thori; quanto magis ſe intendit obligare, vt eam ſeruet, accedente caſu, quo hoc facilius conſequi poterit. Ex quibus Pontius, & Perez inferunt eum, qui votum caſtitatis emiſit ſiue ante, ſiue poſt conſummationem matrimonij, peccare contra votum non ſolum petendo, ſed etiam reddendo, quoties liberum eſt reddere, aut quoties alter ratione affinitatis petit illicite, & tunc ait Pontius eum duplex peccatum committere; vnum quia cooperatur illicitæ petitioni, aliud verò contra votum. 88

Fateor prædicta valdè vigere contra ſententiam Sanchez Nihilominus eidem ſententiæ etiam valdè fauet deciſio S. Pontificis *in d. cap. quidam de conuerſione coniugatorum*, in quo ex vna parte dicitur maritum, qui inuita vxore emiſerat profeſſionem, & conſequenter ſimplex votum caſtitatis, impediri mortua vxore tranſire ad alias nuptias, & ex altera parte abſolute, & ſine diſtinctione dicitur votũ illud non valuiſſe quoad non reddendum debitum, quia non reddere non erat in eius, ſed in mulieris poteſtate, valuiſſe verò quoad non exigendum, quia id erat in eius poteſtate. Et conſequenter videtur ſatis clare indicari votum illud poſt matrimonium conſummatum emiſſum fuiſſe omnino nullum quoad partem non reddendi; & diminutus fuiſſet Pontifex non explicans obligationem non reddendi in euentu, quo vouenti eſſet liberum non reddere, ſi exiſtimaſſet talem obligationem in eo voto comprehendi. Et idem oſtendit ratio à Sanchez aſſignata; ſcilicet, quod licet non reddere, quando alter habet ius exigendi; & non reddere quando alter coniux non habet ius exigendi ſint duo actus, qui ſeparari poſſunt à vouente; etſi expreſsè in voto caſtitatis poſt conſummatum matrimonium emiſſo intendat ſe obligare ad non reddendum, quando non redditio eſt voluntaria ratione carentiæ iuris exigendi alterius coniugis teneat obligatio; tamen ſecluſa hac expreſſa intentione, vbique aliter de ea non conſtet; cum libertas non reddendi conſummato iam matrimonio de raro contingat, ſitque inexcogitata, non reddere quoad vtrumque actum comprehenduntur ſub illo voto per modum vnius, ſeu illi actus non reddendi non cenſentur promiſſi ſeorſim, & per modum plurium, ſed per modum vnius, cum ſit regulariter malum, & contra iuſtitiam non reddere poſt matrimonium ſemel conſummatum (ad dignoſcendum enim votum partim rei licitæ partim illicitæ factum eſſe per modum plurium, vel per modum vnius attenditur, an materia voti ſit more vtentium, & regulariter diuidua, vel indiuidua vt *ſuprà num.* 81. dictum eſt) & conſequenter totum votum quoad illam partem non reddendi eſſe nullum. Neque inde ſequitur vouenti diſſoluto matrimonio licitum eſſe tranſire ad aliud matrimonium, quia tunc etiam poſſit ſeruare illam partem non petendi debitum. Nam illud votum non fuit non petendi debitum, quo caſu procederet ſequela; ſed fuit votum abſolutum caſtitatis, ac proinde obligans ad abſtinendum non ſolum à petitione debiti, ſed etiam ab omni alio actu venereo excepta redditione debiti ob adductas rationes; atque etiam ab ineundo alio matrimonio; cuius impedimentum eſt votum ſimplex caſtitatis perpetuæ. Quare etiam non videtur admittendum, quod Coninch, & Perez locis citatis ſubdunt, nimirum, quod coniux poſt conſummatum matrimonium emittens votum caſtitatis expreſsè ſolum intenderet eam vouere; quatenus pro eo matrimonij ſtatu eam poteſt ſeruare, nulloque modo ſe obligaret ad ſeruandam caſtitatem, quatenus repugnat præciſè redditioni debiti, etiam in eo caſu, quo redditio foret voluntaria, & ei eſſet licitum non reddere; iſte per ſe loquendo non ſolum non peccaret contra votum, ſi redderet adultero, ſed nec etiam ſi mortua coniuge aliam duceret, modo vtrumque ex intentione faciat, vt nunquam debitum petat, ſed ſolum reddat, quia, inquiunt, nullo modo vouit non reddere. Hæc enim doctrina procederet, ſi vouiſſet ſolum non petere; ſecus emiſſo voto caſtitatis perpetuæ, licet cum illa intentione, quæ regulariter tacitè ineſt in voto abſoluto caſtitatis,

quod

Digitized by Google

quod à coniuge emittitur poſt conſummatum matrimonium.

89 Addo quod dato ſub præfato voto comprehendi non redditionem debiti, quoties redditio eſt voluntaria, adhuc tamen coniux iſte vouens non teneretur non reconciliare coniugem adulterantem, ſed poſſet remittere iniuriam ſiue tacitè, ſiue expreſſe; ex quo ius recuperaret adulter, & conſequenter in eodem vouente reuiuiſceret obligatio reddendi iuxta tradita *ſuprà cap.1.n.276.* Inceſtuoſus verò, qui ob inceſtum amittit ius exigendi, nunquam recuperare poſſit ius exigendi, niſi per diſpenſationem, nec ſufficiat reconciliatio innocentis iuxta ſententiam *cap.1. n. 251.* traditam, & approbatam, poſſet tamen voto caſtitatis adſtrictus ei reddere debitum renunciando iuri ſuo non reddendi iuxta tradita *d. n.276.* ad quæ remitto Lectorem.

An votum non petendi debitum emiſſum ab altero coniuge ſine alterius licentia ſit validum.

90 Sed quid ſi alter coniux abſque alterius licentia emittat votum de non petendo debitum coniugale; an hoc votum valeat, & obliget ad non petendum; & vouens petens peccet contra votum.

Aliqui abſolutè dixerunt eſſe inualidum, eo quod ſit in graue præiudicium alterius coniugis, cui onerosum erit pro vſu matrimonij ſemper petere. Ita Armilla *v. Debitum.* Tabiena *v. matrimonium,* Suplem. Gabr. Turrecremata Carthuſianus, quos refert Sanchez *d.diſp.35.n.18.* & poſt eum Leandrus Diſcalceatus *de Sacram. tom. 2. tr. 9. diſp.73.* Alij verò dixerunt eſſe validum, ſi fiat ab vxore, inualidum ſi a marito, eo quod vxori onerosum, & verecundum ſemper petere, non autem marito: ita ſentire Victoriam *in ſum. de matr. n.280.* Sotum, & Angelum refert Sanch. *d.d.ſp 35. numero 19.*

91 Communis & vera ſententia aſſerit tale votum etſi à viro emiſſum eſſe validum. Ita multi allegati à Sanchez *d.diſp. 35. n. 21 & 25.* & ex Doctoribus *ſuprà cap.1.n.81.* relatis, in terminis Leſſius *d cap. 40. n. 99.* Sanchez *d.diſp 35 n.21.* Reginaldus *d.lib. 33.n. 352* Baſilius Pontius *d. cap 5 n.19.* Leandrus *d. q. 27.* Villalobos *d.diff 54.* & ita prorſus ſentiunt alij recentiores *d. n. 81.* relati, dum aſſerunt votum caſtitatis à coniuge ſine alterius licentia emiſſum etiam poſt conſummatum matrimonium obligare ad non petendum. Colligitur manifeſtè ex dictis *cap. quidam, & cap. placet, de conuerſ. coniug.* & ratio euidens eſt, quia huius voti materia, quæ eſt non petere debitum eſt licita, & in vouentis poteſtate conſtituta, cum neuter coniux ex lege matrimonij teneatur petere debitum; ergo erit validum, & fauet etiam D. Auguſtinus relatus *in can. ſiduci 33. q.5.* dicens: *Pro ſanctificatione perfecta Deus tibi computabit, ſi non quod tibi debetur, exigis:* Ad illud, quod tale votum eſſet onerosum alteri coniugi, iam reſponſum eſt *ſuprà n. 81.* fine; ſcilicet, vel onus eſſe ſuſtinendum, eo quod alter iure ſuo vtatur; vel coniugem tali voto adſtrictum adhuc poſſe aliquoties petere non in gratiam ſui, ſed in gratiam alterius vſque ei morem gerat; quæ petitio cenſetur redditio; ad interpretatiuam alterius petitionem, & hoc eſt quod voluerunt S.Thom. 4. *diſt. 38. q 1. art.... quæſtiuncula 2. ad. 4.* Nauarr. *in man d.c. 22 n 60.* & alij relati à Sanch *d.diſp. 35.n.20.* dum dixerunt præfatum votũ de non petendo eſſe validum quoad petitionem in fauorem, ſeu gratiam ipſius vouentis, eſſe verò inualidum quoad petitionem debiti in gratia alterius, ſeu vt alteri coniugi vouens morem gerat, quando mos gerendus eſt, vt in caſibus explicatis *ſuprà d.n.81. & c.1 n. 258. & ſiqq.* Vbi etiam *n.268* explicatur, quid ſentiendum, ſi ambo coniuges mutuo vouiſſent non petituros debitum, an vterque in gratiam alterius poſſet petere.

92 Non deſinam tamen hîc iterum aduertere, quod notaui *ſuprà cap. 1. n. 271.* votum continentiæ & non petendi debitum ordinariè cenſeri imprudenter, indiſcretè à coniugibus emiſſum, niſi ſit ex conſenſu alterius, qui vouenti permittit ſeparationem à thoro, idque ob rationes ibidem adductas, ſcilicet, & quia ſe exponit vouens periculo violandi voti, ſi cum coniuge cubet; & quia negari non poteſt, quin alteri coniugi ſæpe ſit moleſtum, & odioſum tale votum, cum deberet ſemper, vel (etiam admiſſa doctrina tradita *d. num. 259.*) vt plurimum petere, videantur dicta *eo l. n.271 & ſequent.*

An verò ſi coniux qui vouit continentiam, vel non petere debitum faciens contra votum petat debitum, alter coniux, cui votum illud ſit notum, poſſit licitè, & teneatur reddere explicatum eſt *d. cap. 1. n.240. cum pluribus ſeqq.*

An ſi votum caſtitatis ab vno coniuge poſt matrimonium ratum, vel conſummatum emiſſum ſit de licentia alterius, dans licentiam poſſit ab eo petere debitum, & ille teneatur reddere.

93 Dubium ſecundum, vtrum coniux de cuius conſenſu, & licentia alter vouit caſtitatem, poſſit debitum ab eo exigere, & ille reddere teneatur. Plures, quos Sanchez *lib 9. diſp.36 n.4.* refert, negarunt, & etiam dixerunt eſſe mortale peccatum reddere, licet aliqui velint id procedere ſolum, quando licentia eſt conceſſa ad vouendam caſtitatem perpetuam; non verò, quando ad vouendam caſtitatem ad tempus. Ita Gloſſa in *cap. chariſſimus, verbo præbuiſſe, de conuerſ. coniug.* Butrius, Abbas *ibidem*, Alexander, Abulenſis, Adrianus, Turrecremata, Paludanus, & Stunica *locis à Sanchez citatis.* Moti primò quia iſte dans licentiam, &c. Videtur ceſſiſſe iuri ſuo petendi, ſicut coniux, qui alteri dat licentiam profitendi, ſe priuat iure ſuo petendi. Secundò, quia ne licentia illa cenſeatur inutilis, & fruſtratoria debet intelligi ad emittendum votum omnimodæ caſtitatis, & ita etiam ad non reddendum (cum abſque alterius coniugis licentia poſſit coniux voto ſuo ſe obligare ad non petendum) & ita dans licentiam videtur renunciaſſe iuri ſuo petendi. Tertiò, quia vouens exactus poteſt excipere contra petentem votum ex eius licentia emiſſum. Et hanc ſententiam videtur tenere Caſtrus Palaus *p 5. tr. 28. diſp. 3. punct. 7 n.6* dum abſolutè dicit, ſi poſt conſummatum matrimonium votum caſtitatis ab vno coniuge emiſſum eſt de licentia alterius, vouentem non poſſe petere, aut reddere, quia conſentiens tacite iuri, quod habebat petendi, ceſſit. Sed fortè loquitur Palaus, quando coniux dedit licentiam expreſſe vouendi omnimodam caſtitatem, vt colligitur ex Doctoribus ab eo allegatis, de quo mox infrà.

94 Communis tamen ſententia aſſerit, coniugem, qui ſolum conſenſit, ſeu dedit licentiam alteri, vt voueat caſtitatem poſſe licitè petere debitum, & vouentem teneri reddere; ac proindè non peccare reddendo. Permultos Auctores huius ſententiæ refert Sanchez *d diſp.36. num.5.* & ex Doctoribus *ſuprà hoc cap n.1 relatis* Nauarrus *in man. cap 16. n 31.* Leſſius *d. lib. 2. cap. 40. n 95. & cap. 41. n 55.* Sanchez *d n 5.* Rebellus *de oblig. iuſt p. 2. lib. 3. ſect. 3.* Villalobos *d. tract. 13. diff. 54. n. 33.* Baſilius Pontius *d. lib. 10 c. 5. n. 20.* Layman *d. lib. 5. tr. 10. p 3. cap. 1. n. 12.* Auerſa *d. ſect. 4.* Coninch *d. diſp. 34. n. 53.* & Leandrus Diſcalceatus *d. diſp 25. q 77.* & communiter alij recentiores, Sayrus *lib. 6. clauis cap. 5. n. 16. initio*, & ego ipſe *in tractatu de triplici inb. priuilegio ſect. 2. caſu 10. n 14.* Ratio eſt, quia coniux conſentiens, ſeu dans licentiam alteri coniugi vouendi caſtitatem, niſi aliud exprimat, non cenſetur ſibi

velle

velle præiudicare, & renonciare iuri ſuo, ſed tantum, vt coniux vouens ex parte ſua ſe obliget ad continentiam. Licentia enim intelligenda, vt quàm minus noceat concedenti; & talis præſumenda eſt eius tacita intentio, dum de contrario non conſtet. Et maximè quia illa licentia adhuc operatur aliquid nimirum, tum, vt ſecundum omnes votum habeat firmitatem, & valorem (cum plures id negent de voto caſtitatis emiſſo ante, vel poſt matrimonium conſummatum altero neſciente; vt *ſuprà* notatum eſt) tum, vt coniux conſentiens non poſſit licitè ſaltem abſque iuſta cauſa irritare votum illud (vt Sanchez *d. diſp.* 36. *n.* 2. *&* 7 & Leſſius *d. n.* 95. de quo *infrà cap.* 8. *n.* 85 *& ſeq.* & *n.* 92. & 93.) tum etiam quia coniux habens votum caſtitatis ſine alterius licentia emiſſum poſſit licitè aliquoties offerre actum coniugalem alteri coniugi, ne matrimonium reddatur illi oneroſum (*vt cap.* 1. *n.* 58. probatum eſt) ſi emiſſum eſt de licentia alterius, iſte in hoc ſibi præiudicat, vt non ſit ab eo debitum poſtulandum ob prædictum grauamen, vt tradit Sanchez *d. n.* 2. & notaui *cap.* 1. *n.* 263. cum exceptione *ibidem* poſita. Diuerſum autem eſt, quando alter coniux concedit alteri licentiam profitendi in religione; nam tunc dat licentiam vt tradat poteſtatem ſui corporis alteri, atque ita cedit omnino iuri ſuo. Ex quo manet ſolutum primum argumentum prioris ſententiæ. Ad ſecundum etiam patet, qua ratione licentia non ſit inutilis, licet per eam illam dans non cenſeatur renunciaſſe iuri ſuo petendi debitum. Ad tertium etiam conſtat, non competere illam exceptionem, cum concedendo licentiam, non priuauerit ſe iure ſuo.

Ideo dicendum etiamſi vterque de conſenſu alterius ſeorſim tamen, & non mutuo conſenſu, & pacto, & ſine expreſſione vouendi omnimodam caſtitatem, vouerit caſtitatem; per talem enim licentiam neuter cenſendus eſt voluiſſe renunciare iuri ſuo, & ideo ſi dans licentiam petat, tenetur alter reddere, licet petens illicitè petat faciens contra votum. Ita in terminis Leſſius *d. cap.* 4. *n* 55. & conſtat ex traditis *cap.* 1. *n* 241. Item quando alter tantum de licentia alterius emiſit caſtitatis votum, & poſtea illicitè petit, licet Nauarrus *d. n.* 31. & alij relati à Sanchez *d. diſp.* 36. *n.* 10. dicant coniugem, qui dedit licentiam peccare reddendo debitum, quia in eius peccatum (inquit) conſentit; nihilominus longè probabilius eſt poſſe licitè, & teneri reddere, vt probatum eſt latè *d. cap.* 1. *citato n.* 241. *& pluribus ſequentibus*; & aliis allegatis docet etiam idem Sanchez *n.* 11.

Si coniux alteri conceſſit expreſſam licentiam emittendi votum abſoluta, & omnimodæ caſtitatis in petendo, & reddendo, an, & quando dans licentiam poſſit exigere, & alter teneatur reddere debitum.

95 Sed quid ſi coniux alteri coniugi vouenti dederit liberè, & voluntariè expreſſam licentiam vouendi omnimodam caſtitatem quoad petitionem, & quoad redditionem debiti. In hoc caſo eum, qui dedit licentiam, non poſſe petere debitum & conſequenter ſi petat, alterum vouentem non teneri, nec poſſe abſque violatione ſui voti caſtitatis omnimodæ reddere affirmant Philiarcus *de officio Sacerdotis to.* 1 *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *§. excipiatur* relatus à Sanchez *d. diſp.* 36. *n* 7. Coninch *d. diſp.* 34. *n.* 53. Baſilius Pontius *d. n.* 20. & Caſtrus Palaus *d. p.* 7. *n.* 6. Philiarcus probat, quod coniux ita conſentiens non coactè nec ignarus iuris ſui, ſed ſui præiudicij conſcius videtur tacitè, & ipſe voluiſſe continentiam, vt nec petere poſſit, nec ipſi petenti ſit reddendum iuxta *cap. qui vxorem* 33. *quæſt.* 5. Quæ tamen ratio nullius eſt momenti; ſpeciale enim eſt in coniuge non iuris ignaro permittere, vt alter ſolemni voto caſtitatis ligetur, vt & ipſe cenſeatur vouere continentiam, de quo loquitur *c. qui vxorem*, quia, cum tale votum ſolemne emitti nequeat altero non vouente continentiam, qui huius iuris conſcius concedit prædictam facultatem, eo ipſo videtur vouere continentiam, nè ſua licentia ſit fruſtratoria: Vt autem ſit validum ſimplex votum caſtitatis omnimodæ de licentia alterius coniugis emiſſum, non requiritur vllum votum in concedente, vt poſt Henriquez *lib.* 11. *cap.* 15 *n.* 8. Sanchez *d. diſp.* 36. *n.* 7. Probant igitur Coninch, Pontius, & Palaus, quia eo ipſo coniux cenſetur renuntiare iuri ſuo petendi, quod concedit alteri facultatem vouendi abſolutam & omnimodam caſtitatem in petendo, & reddendo, cum hoc fieri nequeat niſi vouens ſe obliget ad non reddendum debitum, & conſequenter niſi alter cedat iuri petendi, videtur per ſe petere. Quare addit Coninch tales ob periculum incontinentiæ neceſſario ſeparandos eſſe.

At Sanchez *d. diſp.* 36. *n.* 7. dicit primò ex Abbate *in dict. cap. charissimum* (quod & probabile ait Leſſius *d. n.* 95. virum, qui conceſſit talem licentiam vxori poſſe irritare validè tale votum licet illicitè, & cum mortali ſi ſine cauſa; licitè autem cum cauſa (de quo idem Sanchez *d. lib.* 9. *diſp.* 40. & ego *infrà cap* 8 *n.* 84. *& num* 92. *&* 93.) & vxorem pariter poſſe quoad obligationem non reddendi irritare culpabiliter & cum mortali abſque cauſa, ſi & ipſa iam ſemel licentiam conceſſerat, & licitè cum cauſa, (de quo idem Sanchez *d. lib.* 9. *diſp* 41.) & erit, inquit, tacita irritatio quando coniux conſcius voti de licentia à ſe emiſſi petit debitum; & ſi immemor ſit, admonetur ab altero, & admonitus perſiſtat in petitione, quæ tamen irritatio non eſt abſoluta, ſed quoad illud votum; & culpam committit quidem irritatione, at facta voti irritatione, non eſt peccatum petere; cum extincta ſit omnino voti obligatio, de quibus idem Sanchez latiùs *d. diſp.* 40. *&* 42. His ergo poſitis, inquit, idem Sanchez, ſi coniux ſiue vir, ſiue fœmina prius irritet votum illud de licentia emiſſum quoad non reddendum ſiue licitè, ſiue illicitè faciat, non peccare eum petendo debitum, & alterum teneri reddere; nam ſuppoſita irritatione ceſſat obligatio voti; ſi verò irritet tantum tacitè petendo debitum admonitus de voto eius licentia emiſſo cenſebitur irritatio pro illa vice; & ita etiam peccabit petens quatenus irritat, ſi ſine iuſta cauſa, alter verò tenebitur reddere cum pro tunc ceſſet obligatio voti.

Dicit ſecundò idem Sanchez *eod n.* 7. dato, quòd nollet coniux irritare, vel id non poſſit efficere (vt alij Doctores ſentiunt) peccare quidem mortaliter coniugem, qui contra præfatam licentiam à ſe conceſſam petit debitum, cum aduerſetur voto de licentia ſua emiſſo. Alterum verò teneri, quia dans licentiam prædictam, cum nullum interuenerit pactum, prout reperitur in voto de communi conſenſu, & per modum contractus emiſſo, ſolum cenſetur concedere, vt alter ſe obliget ad abſolutam caſtitatem ſeruandam, & ipſe tenetur religionis vinculo, ſcilicet voti de licentia ſua facti, non contrauenire; non autem abdicat à ſe ius iuſtitiæ in corpus coniugis; & conſequenter ſi petat, erit ſacrilegus contra votum, alter nihilominus tenebitur reddere tanquam rem ſuam, poſcenti: ſicut (exemplificat idem Sanchez) dum Prælatus dat facultatem religioſo ſubdito vouendi abſtinentiam, irritans ſine cauſa pecat mortaliter peccato ſacrilegij contra votum, at non abdicauit à ſe dominium per talem licentiam, ac propterea valida erit irritatio; vt ergo dans licentiam alteri vouendi omnimodam caſtitatem, nequeat deinceps petere, 96 97

& alter non teneatur reddere, requiritur, vt vltra licentiam (inquit idem Sanchez) velit abdicare à ſe omne ius iuſtitiæ, quod habet in corpus alterius; idque inſuper alteri intimet, ab eoque acceptetur, vt ſit pactum iuxta tradita *ſuprà cap.1. n.212. fine.* Et huic ſecundo dicto Sanchez valde fauet D. Bonau. *in 4. diſt. 32. in expoſit. literæ n.4.* Et fortè idem ſentit Leſſius *d. c. 40. n.96. & d. c. 41. n.55. & 56.* dum aſſerit tunc ſolum coniuges non poſſe petere, aut reddere, quando vterque vouit caſtitatem mutuo conſenſu, & per modum pacti, quia ex pacto vouendo vterque cenſetur ceſſiſſe iuri ſuo ad actum coniugalem: licet Palaus, & Coninch illum citent tamquam tenentem eorum ſententiam: & idem videtur ſentire Rebellus *loco ſuprà n. 62. citato* & à fortiori ita ſentiunt Doctores, qui etiam quando vterque coniux communi conſenſu caſtitatem vouit, aſſerunt neutrum poſſe petere, at vtrumquè teneri reddere. Quos Doctores refert Sanchez *lib.9. diſp.37. num.9.* Et ex his infertur coniugem, qui non vouit, & conceſſit licentiam alteri vouendi omnimodam caſtitatem, cedens omni iure iuſtitiæ, quod ad petendum habebat, adhuc teneri illi petenti contra votum, reddere debitũ; quia alter cum nullum inierit pactũ, nec iuri iuſtitiæ ad petendum ceſſerit, ſed tantum ſe vinculo religionis voti Deo obligauerit, ſi contra votum petat debitum, exigit quod ſuum eſt; ac proinde illi eſt reddendum, etſi illicitè petat, vt probant tradita *cap.1. à n.241.* & in his terminis idem Sanchez *d. diſp. 36. n.11.*

98 Dicit tertiò Sanchez *eod. n.7.* ſi facta præfata iuris petendi renunciatione, & abdicatione dominij, votoque emiſſo ab altero coniuge iterum coniuges concedunt ſibi ius ad petendum, & reddendum, fore quidem id ſacrilegium aduerſus votum, tenere nihilominus factum; & ſimiliter ſi coniux, qui vouit de prædicta licentia cum prædicta renunciatione alterius, remittat renunciationem, iterumque concedat ius, factum eſſe validum; & deinceps ipſum teneri reddere petenti, licet remiſſio ſit ſacrilegium contra votum. Probat; quia per votum ſimplex continentiæ non redditur vouens incapax acquirendi ius iuſtitiæ ad liberum vſum matrimonij, vt conſtat in contrahente poſt votum; ac proinde ſi coniugi obligato ex voto detur ius iuſtitiæ de facto, & ab eo de facto acceptetur, vel detur illi, qui detur illi, qui dedit licentiam à ſe abdicans, ab eoque acceptetur, tenebit factum; vt ſi quis contra votum, vel iuramentum de non vendendo, vendat, tenet venditio. Ea enim renunciatio iuris quatenus eſt in fauorem coniugis, iam ab ipſo remittitur, & quamuis peccet remittens, cum acceptauerit in obſequium Dei vouens ipſi proprium corpus; quia tamen non fit incapax acquirendi, vel tradendi dominium, remiſſio eſt valida, etſi ſacrilega contra votum; & idem ait Sanchez dicendum, quando vterque communi conſenſu (de quo *dubio ſeq.*) vouit: ita bene Sanchez: An verò factâ ſemel remiſſione, & traditione ſacrilega, alter coniux poſſit irritare votum, vt petitio ſit poſtea licita, diſputat idem Sanchez *lib.9. d. diſp. 40. n.22.* & de hoc *infrà.*

Quando vterque communi conſenſu vouit caſtitatem, an neuter poßit petere debitum, teneaturque aut poßit reddere.

99 Dubium tertium; an ſi vterque coniux communi conſenſu vouit caſtitatem, vterque impediatur omninò vſu matrimonij, ita vt neuter poſſit petere, nec etiam teneatur, aut poſſit reddere.

Aliquorum ſententia fuit, neutrum citra omne dubium poſſe petere, vtrumque tamẽ teneri reddere. Ita docuiſſe Veracrucem, P. Ledeſmam, & non improbabile putare Emanuelem Sà refert Sanchez *d. lib.9. diſp.17. n.9.* Fundamentum eſt primò; quia durante matrimonio, non obſtante voto ſemper manet dominium corporis alterius coniugis, & ſic ius iuſtitiæ ad exigendum, licet ſit peccatum contra religionem petere, ſicut quando votum factum eſt ſeorſim. Secundò, quia per votum factum de licentia alterius non cenſetur renunciatum iuri iuſtitiæ petendi; ergo nec quando votum communi conſenſu emittitur, cum votum alterius ſuperadditum non variet naturam prioris voti.

Communis ſententia tamen aſſerit neutrum poſſe petere, neutrumque teneri aut poſſe reddere abſque mortali contra votum. Ita ex Iuriſperitis, & Summiſtis, Innocentius, Ioan. Andreas, Cardinalis, Butrius, Abbas, Ancharanus, Henricus, Turrecremata, Ioan. de Friburgo, Syluester, Tabiena, Brunellus, Antonius Gomez, Vgolinus, Siunica. Ex Theologis Albertus Magnus, Abulènſis, D. Antonin. Ioannes de Neapoli, Supplem. Gabr. Sotus, Arragon, Henriquez, quos refert Sanchez *d. diſp. 37. n.10.* & ex Doctoribus *ſuprà hoc cap. n.1. relatis* Nauarrus *in man. d. cap.12. n.59. & d. cap.16. n.3.* Sanchez *d. n.10.* Leſſius, Coninch, Villalobos, Pontius, Auerſa, Caſtrus Palaus, Layman *locis ſuprà n.92. relatis*: & Leandrus Diſcalceatus nonnullos alios recentiores allegans *de Sacram. tom.2. tract.9. d. diſp.35. q.78.* Ratio eſt, quia eo ipſo, quod ex mutuo conſenſu emiſerunt votum abſolutum caſtitatis, vterque virtute cedit iuri ſuo liberans alium à ſeruitute, ergo neuter habet ius iuſtitiæ ad exigendum; & conſequenter neuter ratione matrimonij tenetur reddere, atque adeo non poteſt licitè reddere, quia voto caſtitatis obligatur abſtinere ab omni actu venereo, & ſeruare continentiam, quandocunque ſibi per matrimonium licuerit. Fauet etiam D. Auguſtinus relatus *can. quod Deo 33. q.5.* ibi *Quod Deo pari conſenſu voueratis, perſeueranter vſque in finem reddere debuiſtis; à quo propoſito ſi ille lapſus eſt, tu ſaltem inſtantiſſimè perſeuera.* Neque obſtat primum argumentum oppoſitæ ſententiæ, ad quod reſpondetur, cum duret matrimonium non obſtante illo voto vtriuſque ex communi voluntate emiſſo durare ius iuſtitiæ radicaliter, nec illud ſimpliciter renunciari (ex quo fit, vt ſi carnaliter commiſcerentur non ſit adulterium, nec fornicatio, ſed ſacrilegium, & ſi cum alio, vel alia copulentur, ſint illi coniuges vouentes adulteri) renunciari tamen ſecundum quid, & quoad vſum per illud mutuum pactum; quæ renunciatio ſufficit, vt neutri liceat petere, aut reddere; & efficit, vt etſi alter eorum petat per modum amicitiæ, ſit ſolum ſacrilegium iſta petitio, ſi tamen exigat cogens erit peccatum extra iuſtitiam, quia aduerſatur pacto à ſe inito, quamuis nec petenti amicabiliter poſſit alter reddere, & pactum remittere; quia ratione proprij voti obligatur ad non reddendum, quoties licitè poteſt non reddere. Ad ſecundum verò negatur conſequens: nam quando vterque mutuo conſenſu vouet continentiam: tunc vult vterque, & poteſt omninò ſe obligare ad ſimpliciter continendum, omnimodamque caſtitatem abſtinendo à petitione, & redditione: & cum ad hoc requiratur mutua proprij iuris renunciatio, hæc virtute includitur in tali voto: Quando vero alter tantum de licentia alterius vouet, non intendit ſe obligare ad non reddendum, cum id nequeat: nec qui licentiam dat intendit ſe obligare ad non petendum (iuxta tradita in præcedentibus) & ideo in tali actu non includitur renunciatio.

Altero, vel vtroque ex dictis coniugibus mutuo voto caſtitatis adſtrictis, an iudex Eccleſiaſticus poſſit, & teneatur illos cogere ad cohabitandum; & qua ratione incontinentiæ conſulendum, & an prædicti coniuges teneantur ad mutuam habitationem, & alia obſequia.

101 Porrò etſi vnus ex præfatis coniugibus prædicto voto mutuo adſtrictus fornicetur, alter non liberatur ab obligatione proprij voti, quæ ab obligatione alterius non ab obſeruantia voti alterius pendet; vt per ſe patet; & poſt Nauarrum *d. n.* 59. & alios notauit etiam Sanchez *d. diſp.* 37. *n.* 11. Quamuis etiam aliqui à Sanchez *d. diſp.* 37. *num.* 11. *relati* dixerint, altero ex dictis coniugibus fornicante iudicem Eccleſiaſticum ex officio poſſe, & debere eos compellere ad cohabitandum, vt incontinentiæ conſulatur: Alij verò ab eodem Sanchez ibidem allegati idem ſentiunt, ſcilicet compulſionem ad cohabitandum à iudice faciendam vtroque fornicante. Nihilominus omninò tenendum eſt, perſiſtenti voti vinculo eos non poſſe cogi ad cohabitandum, alioqui oporteret dicere, peccatum eos à voti obligatione eximere, quod eſt abſurdum; illi ergo incontinentiæ periculo alijs medijs, aut obtenta diſpenſatione ſubueniri poteſt, & debet. Ante quam diſpenſationem coniuges hi tali voto caſtitatis mutuò aſtricti, & impediti ab vſu coniugij, licet non abſoluantur à mutua habitatione alijſque obſequijs; cum illa non pendeant à debiti obligatione, vt poſt alios Sanchez *d. diſp.* 37. *n.* 14. & *eod. lib. diſp.* 5. *n.* 19. tamen non tenentur ſimul in eodem lecto cubare; tum quia ea cohabitatio ad ſolum debitum coniugale ſoluendum requiritur, quæ obligatio hic ceſſat; tum ob incontinentiæ periculum; quod vbi eſſet probabile, omnino tenerentur abſtinere ab eodem lecto; imò quia hoc periculum ſemper eſt magnum, Coninch, & alij Doctores *ſupra n.* 92. *relati* aiunt eſſe toto ſeparandos.

Præfatum votum mutuum caſtitatis eſt licitum; & quando in eo contingat culpa venialis; & an copula inter ipſos coniuges poſt dictum votum mutuum ſit grauius peccatum, quam ſi alter eorum cum ſoluta, vel ſoluto illam haberet, & qua ratione in confeſſione ſit aperienda.

102 Imò ob illud incontinentiæ periculum præfatum votum ſimplex caſtitatis mutuo vtriuſque coniugis conſenſu emiſſum non eſſe licitum, ſaltem niſi vterque ſit ſexagenarius, aut de incontinentia minimè ſuſpectus, docuerunt Gabrielis ſupplementum relatum à Sanchez *d. diſp.* 36. *n.* 16. & nonnulli Antiquiores referente Gloſſa *in c. tua* 2. *verbo Commorari, de iureiurando*; id etiam probantes tum *ex d. c. tua. & c. veniens, de regul.* vbi iuramentum tantum ſeparandi matrimonium à coniugibus factum appellatur temerarium; & non ſeruandum; tum ex *can. ſi vir, & vxor.* 27. *q.* 2. ibi; ſi vir, & vxor diuertere pro ſola religioſa *inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine Epiſcopi licentia fiat.* Cuius tamen doctrinæ oppoſitum, & tale votum abſolutè, & per ſe loquendo eſſe licitum, vtpote de bono conſilij omninò tenendum eſt, & aſſerunt communiter Canoniſtæ, & Summiſtæ relati à Sanchez *d. diſp.* 37. *n.* 17. idem Sanchez ibidem, & recentiores relati *ſuprà n.* 92. & etiam alij. Colligitur clarè ex D. Auguſtino relato *can. Quod Deo* 33. *q.* 6. & D. Gregorio relato *can. Sunt qui dicant.* 27. *q.* 2. Ratio autem eſt euidens; quia votum eſt de opere bono, & de conſilio, & per illud nulli infertur iniuria, aut præiudicium, cum coniuges cedant iuri ſuo. Quæ ceſſio ſufficit ad mutuum ſimplex votum caſtitatis, licet non ſufficiat, vt alter coniux tranſeat ad ordines ſacros, vel ad religionem; quia emiſſo voto ſimplici periculo incontinentiæ, ſi ſuperueniat, conſulitur facile obtinendo diſpenſationem, ſecus autem eſt, vbi votum eſt ſolemne: caſus autem *d. cap. tua. & cap. veniens*, eſt coniugum, qui non amore continentiæ ſeruandæ, ſed ex cauſa iniuſta, & paſſione fecerant illud iuramentum, vt Gloſſa, & alij *ibid.* Etſi autem præfatum votum de ſe eſt licitum; poteſt tamen in eo committi culpa venialis ob imprudentiam vouendi ratione periculi incontinentiæ; vt notauit etiam Sanchez *d. n.* 17. *fine.*

Quod ſi præfati coniuges poſt illud mutuum votum carnaliter ſe cognoſcant; licet hoc peccatum aliqua ratione poſſit dici grauius, quàm copula alterius eorum cum ſoluto, vel ſoluta quia eſt ſacrilegium duplici ex parte ob mutuum votum; & aliqua ratione leuius, tametſi vterque profeſſus eſſet, quia eſt copula inter veros coniuges; & ita caret malitiâ fornicationis, & adulterij retinens ſolam malitiam ſacrilegij; ſimpliciter tamen eſt leuius; quia copula cum ſoluta, vel ſoluto eſt ſacrilegium, & adulterium, quod præponderat ſacrilegio, quod in copula inter ipſos coniuges reperitur ex parte vtriuſque coniugis. Quare in confeſſione aperiendum erit copulam fuiſſe inter ipſoſmet coniuges contra mutuum votum caſtitatis, aut profeſſionem; vt ſic exprimatur circumſtantia aggrauans ſacrilegij duplici ex parte commiſſa, & minuens excuſans à fornicatione, & adulterio. Suſtinendo autem circumſtantias intra eandem ſpeciem aggrauantes etiam notabiliter non eſſe ex neceſſitate aperiendas in confeſſione, ſat erit dicere copulam fuiſſe inter ipſos coniuges contra votum caſtitatis. 103

Si coniuges, qui mutuo conſenſu vouerunt caſtitatem ſibi inuicem remittant renuntiationem iuris exigendi, an teneat remiſſio hæc ſacrilega, & teneantur inuicem reddere debitum.

An verò præfati coniuges aſtricti mutuo illo ſimplici voto caſtitatis renunciationem iuris petendi, & reddendi in eodem voto incluſam, & ad inuicem factam poſſint ſibi remittere. Dicendum poſſe validè remittere & iterum ſibi conferre poteſtatem exigendi; hácque remiſſione ſemel facta vtrumque ex conſequenti teneri alteri reddere ad priſtinam ſeruitutem redactum. Ita Sanchez *d. diſp.* 37. *n.* 15. & *diſp.* 40. *n.* 22. & *lib.* 4. *ſum. c.* 34. *n.* 17. Baſilius Pontius *lib.* 10. *c.* 17. *n.* 14. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 9. *c.* 9. *n.* 7. Leſſius *lib.* 1. *c.* 40. *dub.* 19. *n.* 96. & Caſtrus Palaus *tom.* 3. *de voti relaxatione diſp.* 2. *p.* 2. *n.* 6. Et ratio eſt clara, quia non obſtante tali voto mutuo, vterque habet proprij corporis dominium, nec impedit valorem tranſlationis in alium; cum contra tale votum matrimonium validè contrahatur. Nec talis remiſſio eſt, vel poteſt dici irritatio propriè, & per ſe (quā præfati voti coniuges nequeunt facere) ſed ſolum quaſi per accidens & indirectum. Dixi, validè. Nam licitè non poſſunt ſed remittentes tanquam voti effractores committunt ſacrilegium, vt Sanchez, Suarez, & Palaus *locis citatis*. Et notat Sanch. *d. diſp.* 37. *n.* 24. *ad* 4. multò grauius peccatum eſſe remittere in poſterum illam iuris exigendi renunciationem, quam ſi ſemel illi coniuges non præmiſſâ illa renuntiatione ſemel illicitè copulentur, ſicut grauius peccatum eſt voto adſtrictum contrahere matrimonium, quam ſemel inito matrimonio petere debitum. 104

Mutuum

Mutuum pactum non petendi, nec reddendi à coniugibus initum, an obliget, & qua ratione remitti poſſit, & alter debeat alteri reddere debitum. Et quid ſi mutuo pacto accedat iuramentum, vel votum caſtitatis.

105 Dubium tertium, an ſi coniuges ineant mutuum pactum abſtinendi ab omni actu coniugali, ſeu à petitione & redditione debiti; hoc mutuum pactum obliget. Hugo Card. *in c. ad C.* 7 ſuper illud: *niſi de conſenſu ad tempus* relatus à Sanchez *d. diſp. 37. n. 18.* dixit valere pactum non petendi; culpabile verò, & non ſeruandum pactum non reddendi. At communis ſententia aſſerit huiuſmodi mutuum pactum non exigendi, nec reddendi eſſe validum ita omnes recentiores in *prac n. 81. 91. 92. & 100 relati* & alij DD. quos Sanch. *vbi ſup. n. 19.* refert, & ſequitur. Probatur ex traditis *ſup. n. 20.* ſcilicet, quia per tale pactum nulli irrogatur iniuria, eſtq; pactum de opere conſilij, ac proinde ſicut poſſunt côiuges mutuo voto ad id obligare, ita non apparet ratio cur etiam non mutuo pacto.

106 Poterit tamen vterque coniux licitè hoc pactum remittere, & ita petere, & reddere; atque adeo non peccabunt, dum mutuo conſenſu copulentur. Ita idem Sanchez, omnis enim res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur *cap. 1. de reg. iur.* & conſequenter, cum mutuo conſenſu pactum initum ſit, nec per tale pactum ſit facta Deo obligatio continentiæ (vt in voto contingit) poterit idem pactum mutua voluntate diſſolui.

107 Si autem alter coniux nolit remittere pactum, ſed illi ſtare, non tenebitur reddere, nec alter poterit eum cogere, pacto enim acquiſiuit ius ad non reddendum, ſeu exemptus fuit ab obligatione reddendi. Excipit tamen Sanchez *d. diſp. 37. n. 21.* vnicum caſum, ſcilicet ſi videat alterum coniugem pœnitere pacti initi, & adeo ad venerem propenſum eſſe, vt negato ſibi debito probabiliter fore putet, vt in incôtinentiam labatur; tunc enim teneretur reddere non ex obligatione iuſtitiæ, ſed charitatis ad ſubueniendum periculo ruinæ alterius coniugis. Addit idem Sanchez ibidem ex eo, quod ſemel, vel iterum præfati coniuges carnaliter voluntariè commiſceantur non cenſeri eos ſibi ipſis pactum abſolutè remittere, ſed pro illa vice: ſecus quando continuè cubarent in eodem lecto ſe commiſcentes; nam tunc eſſet euidens ſignum remiſſionis.

108 Aduertendum quoque, quod ſi prædictum pactum firmatur iuramento ſolum facto in fauorem vtriuſque coniugis, vt vterque liber maneret ab obligatione reddendi; adhuc poteſt ab illis mutuò conſenſu remitti, cum vterque poſſit fauori ſuo renunciare. Si verò iuramento emiſſo intuitu pietatis, vt continentiam ad Dei cultum obſeruarent, obligabit eo modo, quo votum mutuo conſenſu editum, vt patet: Et in dubio intentionis, cum materia ipſa non reddendi, ſeu ſeruandi caſtitatem pietatem concernat, præſumendum potius emiſſum intuitu pietatis, quam ſolum in fauorem proprium, vt rectè Sanchez *dict. diſp. 37. n. 20.*

Si verò poſt prædictum pactum mutuum abſque iuramento, vel cum iuramento tantum in fauorem alterius alter, vel vterque coniux ſeorſim, & non mutuo conſenſu inter, vel voueat Deo caſtitatem ait Sanchez *d. n. 20.* quod tunc non poteſt licitè remittere pactum, licet teneat factum, ſi remittat: Quia illud votum abſolutum poſt tale pactum mutuum non petendi, nec reddendi intelligitur (non appoſitâ contraria intentione) de caſtitate plena, ac perfecta ac proinde non poterit coniux licitè remittere illud pactum, qua remiſſione facta cogatur lege matrimonij reddere; ſicut coniux innocens ligatus voto caſtitatis ante matrimonium emiſſo non poteſt licitè reconciliari coniugi adultero, ne poſtea debeat reddere debitum iuxta tradita *c. 1. n. 273* Et idem ob eandem rationem dicit, ſi ante pactum illud ſit emiſſum ab altero vel vtroque ſeorſim votum omnimodæ caſtitatis, puta cum licentia alterius cum plena facultate vouendi totalem continentiam. Verum ſicut *eod. c. 1. n. 276.* notaui iuxta probabilem opinionem, præfatus coniux innocens poteſt remittere licitè iniuriam adultero, quia non cogitur vti ſuo iure, ſuóque priuilegio; ita videtur poſſe ob eandem rationem dici in præſenti caſu licitam eſſe remiſſionem pacti. Quod ſi votum caſtitatis ſit emiſſum ſeorſim poſt matrimonium conſummatum abſque mutuo conſenſu, & ſine præfata ampla licentia, vel poſt matrimonium ante conſummationem pariter ſine tali licentia, & non animo ingrediendi religionem, tunc ait idem Sanchez quod coniux poterit licitè remittere illud pactum non reddendi manente obligatione non petendi, quia votum illud non obligat ad non reddendum etiam quando redditio eſt voluntaria iuxta tradita *ſuprà n. 85* ex eodem Sanchez. 109

Hæc quoad hoc caput tertium. Alia, quæ poſſent hîc deſiderari pertractata ſunt *ſuprà c. 1. per totum* §. 14. 110

Quis etiam poſſit ſuper prædicto voto caſtitatis ab vno vel vtroque coniuge ante, vel poſt matrimonium emiſſo diſpenſare quoad vinculum, vel quoad petitionem debiti vel illud commutare, ſiue ſit emiſſum ab vno ſine alterius conſenſu alterius non per modum pacti, ſiue mutuo conſenſu ab vtroque per modum pacti, & reciprocæ conuentionis latè explicaui in tractatu de triplici [illegible] *caſu* 20.

CAPVT IV.

DE

IMPEDIMENTO VSVS MATRIMONII EX COGNATIONE SPIRITVALI.

SVMMARIVM CAPITIS IV.

Referuntur Doctores de materia capitis agentes. n.1.

Cognatio ſpiritualis quid ſit? & quotuplex iure antiquo, & nouo, & inter quas perſonas impediat, & dirimat matrimonium. n.2. & 3.

Contrahitur inter coniuges baptizantes, vel vt Patrini leuantes filium communem, vel alterim tantum, ſecus ſi coniux leuet tantum materialiter ſine animo exercendi caeremoniam ab eccleſia inſtitutam. n.4. & 6. fine.

Oritur tantum ex Baptiſmo, & Confirmatione, non ex aliis Sacramentis, neque ex Catechiſmo ſolo, ſiue praeuio, ſiue poſt baptiſmum adhibito. n.4.

Coniux in extrema neceſſitate baptizans filium communem, vel alterius tantum coniugis, licet contrahat cognationem ſpiritualem, non priuatur iure exigendi debitum: & quando intelligatur adeſſe neceſſitatem, & praeſertim quando adeſt alius non ſacerdos. n 5.

Quid ſi in neceſſitate vt patrinus leuet in baptiſmo, aut Confirmatione, an tunc priuetur iure petendi. n.6.

Non priuatur iure petendi debitum, ſi baptizet, vel leuet ex ignorantia facti, vel iuris inuincibili, vel etiam ex ignorantia huius poenae priuationis debiti. n 7.

Ignorantia poenae delicto à lege impoſita, an excuſet delinquentem ab eadem poena. ibid.

Coniux ſciens, & extra neceſſitatem baptizans, vel leuans, &c. peccat mortaliter. n 8.

Tenetur tamen alteri coniugi exigenti reddere debitum. numero 9.

Vtrum coniux extra neceſſitatem ſcienter, & culpabiliter baptizans, vel leuans vt Patrinum filium communem, vel alterius priuetur iure petendi; referuntur tres ſententiae.

Prima affirmans. n.10. ad 13.

Quae extenditur, etiamſi id fecerit ex malitia, & animo defraudandi debitum coniugale n.14.

Non poteſt tamen praefatus coniux excludi domo, & à cura alterius coniugis. n.15.

Si vterque coniux id fecerit ſcienter, & non animo defraudandi, &c. neuter poteſt petere, nec poteſt licitè reddere. num.16.

Quid ſi vnus ſolus ex ſcientia, & de conſenſu alterius. ibidem.

Quid ſi vterque id fecerit ſcienter, & ex malitia, ſeu intentione defraudandi debitum coniugale, an tunc vterque poſſit petere, & reddere teneatur. n.17. & 18.

Secunda ſententia abſolutè negans, coniuges ob cognationem ſpiritualem inter eos ortam poſt matrimonij contractum etiam culpabiliter, & ex malitia vnius, vel vtriuſque coniugis, priuari iure exigendi debitum coniugale. n.19. 20. & 21.

Tertia ſententia aſſerens non impediri vllo modo vſum matrimonij ſiue vnus ſolus coniux, ſiue vterque poſt matrimonium cognationem ſpiritualem contraxerint ex malitia, & animo defraudandi debitum coniugale. Impediri verò quoad petitionem qui ſolus ſcienter abſque malitia, & fraude contraxit; ſi vterque ſcienter, & ſine fraude, vterque impediri quoad petitionem, & redditionem. n.22. & 23.

Suppoſita prima ſententia, an praedicta priuatio iuris petendi incurratur ipſo facto. n.22.

Habebit locum etiam in coniuge iuuene incontinentiae periculo expoſito. Id tamen erit iuſta cauſa diſpenſationis ad liberum vſum coniugij n.24.

Quis poſſit ſuper dicta cognatione quoad liberum vſum matrimonij diſpenſare. n.20.

CAPVT IV.

De impedimento vſus matrimonij quoad petitionem, & redditionem debiti prouenientε ex cognatione ſpirituali ſuperueniente coniugibus poſt matrimonium contractum.

DE hac materia Nauarrus in *man cap* 16. *n* 34 & *cap*.22. *n* 40. Gutierez *de matr. cap*.100. *n*.6. Sanchez *de matr lib*. 9. *diſp*.26. Azorius *p*.3 *lib* 3 *cap*.10. Rebellus *de oblig. iuſtitiae p* 2. *lib*.3. *q* 6. *n* 13. & *q*.18 *n* 18. Bonacina *de matr*. *q*.4. *puncto* 2. Baſilius Ponnius *de matrim. lib*.10 *cap*.6. Suarez *in* 4. *p quaeſt*.67. *de Baptiſmo artic*.8. Ægidius Coninch *de Sacram diſp*.34 *dub*.8. Martinus Peiez *de matr. diſp*.29. *ſect*.6. Reginaldus *lib*.31. *n* 291. Filbucius *tom*.1. *tract* 4. *cap*.7. *num*.161. & *tract*.10. *cap*.9. *n*.348. Paulus Layman *lib* 5. *tract*.10. *p*.4 *cap*.8. Villalobos *tom*.1. *tract*.13. *diffic*.11. Gaſpar Hurtadus *de matrim. diſp*.10. *diff*.6. Auerſa *de matrim. q*.16. *num*.2. Stephanus Bañez *de Sacram. tract*.22. *q*.2. *vbi de impedimento cognationis ſpiritualis, quaeſito* 5. Auguſtinus Barboſa *ad Decretalis, & decreta, collectaneo ad cap ſi vir* 2. *de cognatione ſpirituali*. Et *ad can peruenit ad nos*, & *can*. *Noſſe* 30. *q*.1. & alij, quos cumulant Sanchez *d diſp*.26. Gutierez *d n*.6. & Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad cap. ſi vir, n*.3.

§. I.

§. I.

Præmittuntur nonnulla certa vel ferè ab omnibus doctoribus admiſſa.

2 NOtandum primò. Cognationem ſpiritualem eſſe propinquitatem quandam perſonarum, quæ oritur iuxta iuris canonici diſpoſitionem, ſeu Eccleſiæ ſtatutum (non enim prouenit ex iure diuino) ex adminiſtratione Baptiſmi, vel Confirmationis, vel ſuſceptione baptizati, & confirmati, non autem ex adminiſtratione aliorum Sacramentorum, vt *cap. 3. de cognat. ſpirit. in 6.* Sanchez *de matr. lib. 7. diſp. 54.* Filliucius *tract. 10. cap. 5. num. 185. & 187.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. cap. 8.* Cur autem ius Canonicum, ſeu Eccleſia voluerit huiuſmodi cognationem oriri ex Baptiſmo, & Confirmatione rationem tradit S. Tho. *in 4. diſt. 42. q. 1. art. 3.* & reliqui Doctores approbant, ductam ex generatione carnali; vt enim per hanc homo accipit eſſe naturale, ita per hæc ſacramenta recipit eſſe ſpirituale; & quemadmodum duplex natiuitas reperitur in puero; vna in vtero, in qua tener & debilis formatur; altera ex vtero, quando iam roboratus ad ſuſtinenda aliqua vitæ aduerſa in lucem prodit. Ita in homine duplex natiuitas ſpiritualis, vna in baptiſmo, in qua tener velut intra vterum Eccleſiæ regeneratur, ſeu formatur: altera in Confirmatione, in qua roboratur ad ſuſtinendum pericula vitæ. Et in his ſacramentis miniſtrans eſt quaſi pater generans, & ſuſceptor, ſeu patrinus eſt quaſi mater, quæ nomine eccleſiæ, in ſuo gremio baptizatum, & Confirmatum ſuſcipit. Quare ſicut concurrentes ad generationem contrahunt cognationem naturalem, ita ad iſtius inſtar eccleſia voluit eos, qui concurrunt ad generationem ſpiritualem, quæ in his Sacramentis fit, contrahere cognationem quandam ſpiritualem: Ex aliorum verò ſacramentorum adminiſtratione noluit eccleſia oriri ſimilem cognationem, quia in illis non reperitur ratio generationis ſpiritualis, ſicut in Baptiſmo, & Confirmatione, in quibus duobus ſolis propterea dantur ſuſceptores, qui baptizatos, & confirmatos quaſi paruulos in ſuam curam, & protectionem recipiant.

3 Secundò, iuxta ius antiquum Sacrorum Canonum tres ſunt, ſeu erant ſpecies cognationis ſpiritualis impedientis, & dirimentis matrimonium. Videlicet *Paternitas* inter baptizantem, & baptizatum; & inter Confirmantem, & Confirmatum. *Compaternitas* inter baptizantem, confirmantem, Patrinos ex vna parte, & parentes baptizati, vel confirmati ex altera parte. Et transfundebatur hæc duplex cognatio à viro ad vxorem, ita vt ſi coniugatus aliquam perſonam baptizaret, confirmaret, vel patrinus eſſet, vxor eius ſimilem cognationem cum eiſdem perſonis nempe baptizato, vel confirmato, & parentibus baptizati, & confirmati contraheret; eo quod vna caro cum viro reputetur, vt habetur *cap.* Martinus *de cognat. ſpirit.* Denique *Fraternitas* inter filios carnales baptizantis, confirmantis, patrinorum ex vna parte, & ipſum baptizatum, vel confirmatum ex altera parte. De qua re *c. 1. de cogn. ſpirit.* & de hac atque de aliis *can. de eo 30. q. 1. c. veniens. d. cap.* Martinus *de cognat. ſpir. & c. 1. eod. tit. in 6.* At verò iure nouo Tridenti *ſeſſ. 24. c. 2.* ſublata eſt omninò Fraternitas, & etiam Paternitas, & Compaternitas indirecta, ita quod neuter earum ad vxores transfunditur, & conſeruata eſt ſolum Paternitas directa inter baptizantem, cum baptizato, inter confirmato, & compaternitas inter baptizantem cum patre, & matre baptizati, inter confirmantem cum parentibus confirmati, & inter Patrinos cum ipſomet baptizato, & confirmato, & cum eorum parentibus carnalibus. Quæ omnia exprimuntur *d. c. 2.* Quare hodie iuxta d. Tridentinum ios baptizatus non prohibetur ſui Baptizantis, Confirmantis, aut Patrini filiam, vel relictam vxorem ducere; ſicut & pater baptizati, vel confirmati eandem relictam viduam ducere poteſt. Sed de his latius Sanch. *d. diſp. 54.* & aliis allegatis Auguſt. Barboſa *collect. ad dict. c. 2. ſeſſ. 24.* Trident.

Tertiò igitur certum eſt (vt ex prædictis conſtat & tradunt omnes DD. *ſuprà n. 1.* relati, cognationem ſpiritualem ſuperuenire matrimonio, à coniugibuſq; contrahi, ſi vnus alterius coniugis, ſiue ex alio matrimonio, ſiue ex præſenti, ſiue etiam ex concubinatu habitum baptizet, aut dum baptizatur, aut confirmatur eum tanquam patrinus tenet. Si autem teneat in baptiſmo non vt patrinus, ſed tantum, vt facilius à baptizante abluatur, nullam contrahit cognationem ſpiritualem, vt iidem DD. relat. *n. 1.* præſertim Sanch. *d. diſp. 26. n. 4.* ſi etiam teneat in Catechiſmo ſolo, ſiue ſit baptiſmo præuius, ſiue fiat poſt baptiſmum, nullam contrahit cognationem ſpiritualem, neque impeditur petere, & reddere; quia attento iure nouo Trid. *in d. cap. 2.* cognatio ſpiritualis non oritur niſi ex Baptiſmo, & confirmatione, vt aliis allegatis tradunt Auguſt. Barboſa *collect. ad cap. 2. n. 9. de cognat. ſpirit. in 6.* & Sanch. *lib. 7. de matr. diſp. 10. n. 12.* Licet enim olim *d. c. 2. de cognat. ſpirit. in 6.* per Catechiſmum contraheretur cognatio ſpiritualis impediens, ſed non dirimens matrimonium, huiuſmodi cognatio, ſeu impedimentum fuit ſublatum *d. c. 2.* Trid. quod ibi cognationem ſpiritualem aſſignat ſolum, vt *n. præced.* explicatum eſt. 4

Quartò certum eſt, ſi coniux ex neceſſitate, quia non eſt alius, qui id præſtet, baptizet filium vtriuſque coniugis communem, vel alterius coniugis tantùm, alioqui abſque baptiſmo moriturum, licet inter ipſos oriatur cognatio ſpiritualis vt dictum eſt, quæ ſi matrimonium præcederet, ipſum dirimeret, non impediri petere, & reddere debitum, vt aperte conſtat ex can. *ad limina 30. q. 1.* vbi & redditur ratio, ſcilicet, quia non eſt æquum coniugem, qui culpæ immunis fuit, ſuæque ſatisfecit obligationi, baptizans prolem, ne in æternum periret, damnum ſentire, vt ſibi interdicatur debiti petitio, quæ interdictio eſt pœna delicti, & ita docent omnes Doctores, *num. 1. relati*, & alij communiter, quos refert Sanchez *d. diſp. 26. num. 1.* Etſi enim textus *in d. can. ad limina*, loquitur de parente baptizante in neceſſitate filium vtriuſque coniugis communem, ratio ibi adducta conuincit, textum comprehendere etiam parentem baptizantem filium alterius coniugis tantum. Idem dicendum de viro ad fidem conuerſo vxorem in infidelitate ductam baptizante in neceſſitate, vt Sanchez *poſt alios d. diſp. 26. n. 2.* Pontius *d. c. 6 n. 5.* & Martinus Perez *d. ſect. 3. n. 6.* Neceſſitas autem intelligitur quando nec Sacerdos, nec alius adeſt, qui baptizare poſſit; vt tradunt iidem Sanchez, & Pontius, & alij Doctores à Sanchez relati, & conſtat ex ratione eiuſdem textus excuſantis parentem baptizantem, quia id fecit ne infans abſque baptiſmo decederet! Quare licet dicat textus *in abſentia Sacerdotis*, ſubintelligit tamen etiam abſentiam cuiuſcunque alterius miniſtri, & exprimit Sacerdotem, quia eſt in præcepto Eccleſiaſtico, ne baptizet iure Eccleſiaſtico niſi Sacerdos. Quod ſi parens videns filij in periculo mortis præſentiſſimo verſantis neceſſitatem etiam præſentibus aliis accurreret ad baptizandum filium ſine vlla aduertentia raptus animi miſeratione, tunc non priuari iure petendi debitum, dato quod alioqui vbi eſſet culpa, priuaretur, tradunt Sanchez *dict. numero 2. fine*, Perez *d. num. 3.* Pontius *d. num. 5.* Reginaldus *d. lib. 31. n. 291.* Villalobos *d. diff. 51. n. 3.* & alij ex recentioribus. In tali enim caſu non ſolù vacat parens culpa, ſed & meretur proſpiciës animæ infantis. 5

6 Et quamuis Henriquez, & Petr. Ledeſma locis à Sancb. *d diſp.26.n.3 relatn*, & ex Doctoribus *n.1 relatn* Bonacina *d.p. 2.n. 3.* & Baſilius Pontius *d. c.6.n.6.* teneant parentem etiam in neceſſitate, & quando nullus alius adeſt, qui poſſit numere Patrini fungi, tenentem, & leuantem in baptiſmo filium communem, vel alterius coniugis contrahere impedimentum petendi debitum, quia textus *in dict cap. ad limina* loquitur de parente baptizante ob neceſſitatem; nulla autem eſt neceſſitas patrini adhibendi in baptiſmo, præſertim quandò non eſt ſolemnis, ſed priuatus. Vnde ad hunc caſum non eſt extendenda deciſio præfati textus. Nihilominus alij Doctores communiter quod de parente in neceſſitate baptizante dicit præfatus textus, extendunt, & meritò ad patrem in neceſſitate filij, quando nullus alius adeſt, qui id præſtare poſſit, fungentem munere Patrini erga filium communem, vel alterius ſolius coniugis tam in baptiſmo, quam in confirmatiooe, & ita non contrahere impedimentum petendi debitum. Ratio eſt, quia licet in baptiſmo priuato non ſit de præcepto eccleſiaſtico neceſſarius Patrinos, ſicut in baptiſmo ſolemni, & in confirmatione, tamen vt ſeruetur Sacramenti ſignificatio, præſtantius eſt, patrinum adhiberi; Ex quo infertur parentem leuantem filium proprium in baptiſmo etiam priuato nullo modo peccare, cum id facit in neceſſitate, & multò minus ſi in neceſſitate leuet, in baptiſmo ſolemni, aut in confirmatione, in quibus Patrinus eſt in præcepto, atque adeo vbi nullus adeſt, qui id præſtet, rectè facit parens id præſtando, quia munus ab eccleſia ſtatutum præſtat. Ratio autem ob quam in baptiſmo à parente collato in neceſſitate excuſetur impedimentum petendi, ſeu vſus matrimonij, eſt, quia nulla committitur culpa: ergo deciſio dicti canonia ad limina extenditur etiam ad parentem in neceſſitate leuantem filium in baptiſmo, vel confirmatione, cum vacet culpa, & priuatio iuris petendi ſit pœna delicti. Et ita in terminis tenent præter quamplurimos alios à Sanchez *d n.3.* relatos, ex Doctoribus *ſuprà n.1.* relatis Nauarrus *d cap. 16.n.35.* Suarez *d.art. 8. §. ſed hinc oritur.* Sanchez *d.n.3 & 18* Reginaldus *d.n.291.* Auerſa *d.ſect.3. §. videtur ſaltem.* Villalobos *d.diff. 51. n.3.* Hurtadus *d.diff 6 num.23.* Martinus Perez *d.diſp. 29. ſect.6.n.4.* Caſtrus Palaus *d.§.5.n.2.* & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. can ad limina num.9.* Quod ſi parens non animo Patrini, ſeu non tanquam ſuſceptor, & intendens exercere ceremoniam eccleſiæ, ſed tantum materialiter teneret infantem iacentem humi, vel in lecto, vt commodius baptizaretur, tunc iuxta omnes non incurreret priuationem iuris petendi, com nullam tunc contrahat cognationem ſpiritualem, vt *n.4.* dictum eſt.

7 Quintò certum eſt, ſi parens cooinx ſine vlla neceſſitate baptizet filium communem, vel alterius tantum coniugis ex ignorantia inuincibili facti, ſeu perſonæ putans non eſſe ſuum, vel alterius coniugis, vel ſimili ignorantia ſuſcipiat tanquam Patrinus in baptiſmo, vel confirmatione, nullo modo ei impediri vſum coniugalem, quia prohibitio petendi debitum, cum ſit pœna, ſeu ſtatuatur in pœnam, vt tradunt Sanchez *d.diſp.36.n.2. & diſp. 32.n.43.* Baſilius Pontius *d. cap. 6. n. 8. & alij recentiores præallegati*, & conſtat *ex d. can. Ad limina 30.q.1.* culpam exigit, quam excludit ignorantia inuincibilis facti & ita in terminis Sanchez *d. diſp. 32.* Pontius *d. n. 8.* Azorius, Reginaldus, Layman, Filliuccius, Hurtadus, Coninch, Villalobos, Auerſa, Caſtrus Palaus *locis ſuprà num. 1. num. præcedenti relatis.* Nauarrus *in man. cap.16.n.34.* Syluester *v. matrimonium 8. q.7.* & Suarez *in 3 p. tom. 3. quæſt. 67. artic. 8.* Et infertur *d. cap ſi vir, de cognat ſpirit.* & idem ſi baptizauerit, vel ſuſceperit ex ignorantia inuincibili iuris, nempe legis canonicæ prohibentis coniugibus adminiſtrationem baptiſmatis propriis filiis, vel alterius ipſorum, & ſuſceptionem de ſacro fonte, vel in confirmatione, quia etiam tunc deeſt culpa, ita (quidquid ſecùs ſenſerint nonnulli à Sanchez *d. diſp. 36. n.32. relatn*) idem Sanchez, *dict. diſp. 32. n.49.* Pontius *dict. cap. 6.n.8.* Martinus Perez *dict. ſect. 6. n.5.* Reginaldus *lib.31.n.298.* & Palaus *dict. §.5. num.2.* Nauarrus *d. num 34.* quando enim lex humana ponit actionem nulla alia lege prohibitam, ignorantia inuincibilis legis ſicut excuſat à culpa, ita certum eſt excuſare ab omni pœna pro vtroque foro; ita communiter Doctores. Suarez *de legibus lib.5. c.12. n.8.* Sayrus *lib.3. clau. cap. 9.n.24.* Sanchez *d.diſp.32.n.6.* Reginaldus *d.n.298.* Carolus Ant. Theſaurus *de pæn. Eccleſ. p.1.c.15. initio*, & alij à Sanchez, & Theſauro *relati.* Idem quoque probabiliter dici poteſt, ſi ex ignorantia inuincibili huius pœnæ priuationis debiti impoſitæ parentibus filios communes, vel alterius baptizarent, vel de ſacro fonte, aut in confirmatione ſuſciperent. Cum in vniuerſum ignorantia pœnæ à lege impoſitæ delicto excuſet delinquentem ab eadem pœna iuxta multorum ſententiam, quos Sanchez *d. diſp. 51. n.120.* refert; quamuis ipſe *n. 21.* contrarium teneat dicens præfactam ſententiam procedere in pœna excommunicationis, & in aliis cenſuris, atque in irregularitate ex delicto, non in reliquis pœnis, quod etiam ſentit Pontius *d.c.6. n.12.* vterque tamen probabilem putat etiam priorem ſententiam, de qua re *infrà cap. ſequenti.* Vbi etiam an ignorantia inuincibilis facti, vel iuris excuſet à pœna legis.

Sextò certum ſimiliter eſt, quod coniux, qui ſcienter & extra neceſſitatem baptizat, aut tenet tanquam Patrinus proprium filium, aut alterius coniugis peccare, vt præſupponunt omnes Doctores in præcedentibus allegati, & in terminis, qui mox allegantur. Et conſtat, quia id manifeſte prohibetur *can.1. & 2. q. 30. q 1.* quæ iura iuxta Doctorum communem, vt § *ſequenti* dicetur, quo ad pœnam ſeparationis, corriguntur *in cap ſi vir de cognat ſpirit.* non tamen quoad prohibitionem; cum ibi nulla eius mentio fiat, atque adeo manent in ſuo robore, & Abbas, Alexander de Neuo Præpoſitus *in d.cap. ſi vir.* & S.Thom. *3.p.q. 67. art. 8.* reddunt rationem, ſcilicet, quia alius debet eſſe pater carnalis, & alius ſpiritualis, ſicut alia eſt cognatio carnalis, alia ſpiritualis. Hoc autem peccatum eſſe mortale docent Sanchez *d. diſp 25. n. 5.* allegans Nauarrum; & Reginaldus *d.lib.31. n.291. fine.* & ita etiam ſentire videntur Suarez *in 3 p.q.67 art. 8. § Quocirca habere*, & Martinus Perez *d.ſect. 6. n. 5.* dum dicunt eſſe peccatum graue, & inferunt ex grauitate pœnæ in dictis canonibus iniunctæ, ſcilicet priuatione iuris exigendi coniugale debitum; quam pœnam ibi ſtaturam eſſe docent communiter DD. Addit *d. n. 5. fine* Sanchez peccare eodem modo coniugem, ſi teneat vt ſuſceptor in Baptiſmo, aut Confirmatione alium coniugem, idque colligens ex grauitate pœnæ priuationis iuris petendi debitum ab altero coniuge *d. diſp. 26. n.7. fine* cum Henriquez, & Viualdo ait ipſum incurrere ex eo, quod cognationem ſpiritualem cum illo ſua culpa contrahat. 8

Septimo deinque certum eſt, quando vnus coniugum abſque neceſſitate, & ſcienter contrahit cum altero cognationem ſpiritualem baptizando prolem communem, vel alterius tantùm coniugis, vel leuando de fonte ſacro, vel in confirmatione tanquam patrinus, licet in hoc grauiter peccet, vt dictum eſt, eum teneri ex iuſtitia reddere debitum, dum ab altero exigitur. Ita omnes præallegati Doctores, & alij, & conſtat manifeſte ex *d. cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali*, & aliis ſacris canonibus *30. q.1* Et ratio eſt euidens; quia alter non debet priuari iure ſuo ob peccatum 9

peccatum alterius: an verò poſſit reddere priori bimeſtri poſt contractum matrimonium, & ſi alter coniux ſit adulter reſoluendum ex traditis *cap. 1. numero 273. & 274.*

His præmiſſis tamquam certis, vel communiter admiſſis deueniamus ad explicationem illius quod maximè inter Canoniſtas, & Theologos controuertitur. Et ideo ſit

§. II.

Vtrum quando coniux extra neceſſitatem ſcienter, & cum culpa baptizat, aut tenet tanquam Patrinus in baptiſmo, vel confirmatione communem filium, vel alterius coniugis, priuetur iure exigendi debitum, ſeu petitione debiti coniugalis ratione illius cognationis ſpiritualis, nempe compaternitatis orta inter illum, & alterum coniugem.

Prima Sententia.

10 PRima ſententia, & communis, vel ſaltem magis communis affirmat priuati. Ita Gloſſa *in can. Noſſe, verbo non fraudentur 30. q. 1.* Hoſtienſis, Henricus, Butrius, Ioannes Andreas, Panormitanus, Alexander de Næuo *in cap. ſi vir, de cognat. ſpirituali.* Matienzo *in rubr. tit. 1.* Gloſſa *num. 143. lib. 5. nouæ recopilationis.* Turrecremata, Gæïa, Brunellus, & ex Theologis, & Summiſtis Alexander de Ales, S. Thomas, D. Bonauentura, Paludanus, ſupplem. Gabr. Nicolaus de Orbellis, D. Sotus, Ouiedus, D. Antonin. Alamanius, Victoria, P. Soto, Viguarius, Palacios, Pet. Ledeſma, Manuel, Graffius, Philiarcus, Viuald. Ludouic. Lopez, Aſtenſis, Monaldus, Io. de Fribnrgo, Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla *locis à* Sanchez *d. lib. 9. citata diſp. 26. num. 7. relatis* Et ex auctoribus *ſuprà num. 1. relatis* Nauarrus, Gutierez, Auguſtinus Barboſa, Azorius, Reginaldus, Filliuccius, Bonacina, Rebellus, Bauny, Villalobos *locis d. num. 1. relatis*, Layman *d. cap. 8. num. 8.* Ita ſentiunt etiam Comitolus *reſp. moral. lib. 1. q. 137.* & Leandrus diſcalceatus *de ſacram. p. 2. tr. 9. diſp. 35. q. 69.* Quamuis *p. 1. tract. 2. diſp. 7. q. 11.* contrariam ſententiam ſequatur, eandem ſententiam ex eo quod ſit communis Canoniſtarum, Theologorum, & Summiſtarum, vt probabiliorem aientes ab ea non eſſe facile recedendum amplexi ſunt Suarez *in 3. p. q. 67. d. art. 8. §. quocirca libere*, & Sanchez *dict. diſp. 26. citato num. 7.* licet fateantur in rigore hanc ſententiam nullo textu iuris canonici, nec quidem *in d. cap. ſi vir de cognat ſpirit*: probari; ſed potius Doctorum authoritate niti. Et hanc eandem ſententiam tenet Baſilius Pontius *lib. 10. cap. 6. num. 7.* quando coniux ſcienter, ſed non ex malitia in fraudem matrimonij baptizat, vel leuat.

11 Probant plures hanc ſententiam primò *ex can. peruenit 1. & can. ſi quis filiaſtrum 30. q. 1.* in quibus dicitur coniuges, inter quos ratione ſuſceptionis proprij filij in Baptiſmo, vel confirmatione orta eſt cognatio ſpiritualis eſſe ſeparandos. Secundo ex *can. Noſſe, ead. q.* vbi dicitur, coniuges ob huiuſmodi leuationem, ſeu ſuſceptionem de ſacto fonte non eſſe ſeparandos, ſi non facta fuerit vtriuſque conſenſu; ergo indicatur à contrario ſenſu ſi vtriuſque conſenſu accidat, fore ſeparandos, & non ad aliud, niſi vt neuter petat; ac proinde idem dicendum, quando vnus tantum id fecerit ſciens, & prudens, atque adeo culpabiliter, ſcilicet eum ob ſuam culpam priuari iure petendi. Tertio ex *can. ad limina ead. q.* vbi habetur, eum, qui filium in neceſſitate baptizauit, non eſſe à coniuge ſeparandum, quia id laudabiliter fecit, ergo iuxta eundem textum à contrario ſenſu, qui culpabiliter fecerit ſeparandus eſt toro, nempe, vt debitum non petat. Verum Suarez, & Sanchez reſpondent *præfatos canones 1. & 2. & canon Noſſe*, fuiſſe reuocatos in *d. cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali*, idem dicunt Hurtadus, Coninch, Perez, Palaus, Layman, Aueſa *locis citandis.* Imo Coninch, Perez, Hurtadus, & Palaus aiunt fuiſſe correctos in can. de eo, *eadem q. 1. & ad d. can Noſſe, & can. ad limina.* Reſpondent inſuper Coninch, Perez, & Hurtadus, quod deductio à contrario ſenſu in iure eſt inefficax, præſertim in odioſis, & ad deducendam tam grauem pœnam priuationis iuris exigendi debitum; & præſertim quia SS. Pontifices ſæpe ſua reſponſa limitant, aut eorum rationem aliquam afferunt, non quia deficiente ea limitatione, aut ratione reſponſa ipſorum non teneant, & oppoſitum ſit dicendum; ſed ſua reſponſa limitant, vt præciſe ad interrogata reſpondeant, & rationem aliquam afferunt, vt oſtendant ſua reſponſa eſſe certa.

Quartò igitur Nauarrus, Gutierez, Azorius, & Canoniſtæ, ac Summiſtæ magis communiter hanc ſententiam colligunt ex ratione *d. cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali*; ibi enim poſt deciſionem, ſi alteruter coniux filium ſuum de ſacro fonte leuauerit ſiue ignoranter ſiue ex malitia non eſſe alterutri debitum ſubtrahendum, ſubditur ratio his verbis. *Quia ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur; ſi ex malitia, eis ſua fraus patrocinari non debet.* Sed fraus tantum patrocinaretur, ſi à debito reddendo eximeretur, & nocet, prohibita ſibi debiti petitione; ergo ibi Summus Pontifex eam interdicit in pœnam culpæ, & ſic priuat iure petendi, alioqui ratio illa nullius eſſet momenti: Quare dum ibi ante allatam rationem dicitur, non eſſe debitum ſubtrahendum; ita intelligitur, ſcilicet innocenti coniugi petenti reddendum eſſe; non vero vt etiam delinquens poſſit petere. Et propter hæc etiam Sanchez *dict. diſput. 26. num. 7.* in *dicto numero 12* putat ſaltem valde probabile pœnam priuationis iuris petendi contineri in *dict. inſt. cap. ſi vir*, aduerſus coniugatos baptizantes, vel leuantes de ſacro fonte, vel in confirmatione filium communem, vel alterius coniugis; Quod ſi dicatur, ſi id voluiſſet Pontifex, expreſſe dixiſſet, vt facit *cap. fin. de eo, qui cognouit conſanguineam* agens de coniuge inceſtuoſo cum conſanguineo alterius; Reſpondet idem Sanchez *dict num. 12.* non ſemper Pontifices obſeruare eandem claritatem; atque inde opinionum diuerſitatem oriri. Si etiam dicatur quod textus *in dict. cap. ſi vir*, omnino æquiparat ſcienter, ſeu ex malitia, & ignoranter baptizantem, aut tenentem, & neutrum dicit poſſe debitum ſubtrahere, ergo loquitur de petitione & redditione, cum vtraque permittatur ignoranter baptizanti, & tenenti. Reſpondet idem Sanchez *eodem num. 12.* quod quamuis Pontifex videatur eodem modo loqui de ſcienter, & ignoranter baptizante; nihilominus diuerſitas rationis ab eo aſſignatæ videtur ſatis oſtendere diuerſitatem deciſionis. Loquens enim de ignorantia dicit, ignorantia excuſari, loquens vero de ſcienti, ait ſuam fraudem non debere ei patrocinari; Ex qua ratione videtur recte colligi (vt dictum eſt) illum priuare iure petendi, teneri autem reddere. 12

Quinto, & vltimo pro huius ſententiæ confirmatione addi poteſt, quod cum hæc cognatio ſpiritualis ante matrimonium contracta ſit impedimentum dirimens. Quando culpabiliter, & malitioſe ſuperueni matrimonio debet impedire ex parte coniugis delinquentis vſum matrimonij quoad redditionem, vt patet in affinitate ſuperueniente matrimonio; & ne delictum maneat ſine pœna 13

14 Declarat autem magis Sanchez *d.diſp.26.n.8.* hanc ſententiam, vt non ſolum coniux, qui ex certa ſcientia, ſed etiam, qui ex malitia, & in fraudem matrimonij, vt poſtea toro ſepararetur ab altero coniuge (quo caſu nonnulli ad eodem Sanchez relati fundati in illa æquiparatione *ſupra numero.* 21. poſita in ſecunda inſtantia oppoſitum tenuere, pro vt etiam tenet Baſilius Pontius *dict.lib.10.cap. 6.numero 4.*) baptizat, & tenet communem filium, aut alterius coniugis, teneatur quidem reddere, ſed non poſſit petere. Quia *dicto cap.ſi vir*, priuatio hæc petendi ſtatuitur in pœnam delicti (vt dictum eſt *num.6.*) admiſſi per coniugem id ſcienter facientem contra Eccleſiæ præceptum. Quare abſurdum videtur dicere, voluiſſe Pontificem eum coniugem à tali pœna eximere, qui magis delinquit ex malitia id efficiens. Et ita etiam ſentiunt Nauarrus, Gutierez, Auguſt. Barboſa, Villalobos & alij recentiores *n.10. relati*, & plures alij, quos *d.n.8.* refert Sanchez.

15 Qui etiam *n.10.* notat, quod quamuis coniux præfatus delinquens baptizando, vel tenendo de ſacro fonte filium communem, vel alterius coniugis debitum petere nequeat; non poteſt tamẽ excludi domo, & à cura alterius coniugis iuxta tradita *ſuprà cap.3.numero* 101. & quæ tradit idem Sanchez *lib.9.diſput.5.numero* 19.

Et prædicta quidem, ſi alter coniux tantum culpabiliter etiam ex malitia in fraudem matrimonij, vt inde ſumat occaſionem negandi debitum, baptizet, & leuet in baptiſmo, aut confirmatione filium communem, vel alterius coniugis, admittuntur ab omnibus præallegatis.

16 Sed quid ſi vterque culpabiliter baptizet, vel alter tantum altero tamen conſentiente. Sanchez *d.lib.9. diſp.28.* reiecta opinione Vincentij, & Goffredi *in d. cap.ſi vir*, & Ioannis de Friburgo, & Baſſolis, qui dixeruntabſolute in hoc euentu vtrique licere debitum exigere facta hinc inde compenſatione, ſicut quando vterque coniux eſt adulter. Reſpondet cum diſtinctione: & Primò *num* 5. dicit, ſi ambo coniuges inter ſe cognationem ſpiritualem contraxerunt culpabiliter (quia vterque ſcienter extra neceſſitatem baptizauit, vel leuauit) non tamen ex malitia, & animo defraudandi matrimonium, ſeu vt inde poſſent negare debitum, vtrumque non poſſe licite petere, neutrumque teneri, nec licite poſſe alteri debitum reddere, & ita etiam in terminis Baſilius Pontius *d. cap.6.nu* 7. & Reginaldus *lib.31.nu.293.* & hoc ait Sanchez probari *d.cap.ſi vir*. Suppoſita illius capitis communi interpretatione Doctorum, de qua *num.12.* non enim hic ratione delicti vtriuſque habet locum compenſatio, & remiſſio, vt in adulterio, vt probat idem Saochez *dict.diſput.28.num.2.* de quo etiam *ſuprà cap.1. num.* 251. & *infrà cap. ſeq.num.* 11. Et idem ait dicendum, quando vterque coniux in culpa eſt; at vnus ſolus ex malitia, & animo defraudandi coniugem illam cognationem contraxit, dicit enim in hoc caſu neutrum poſſe petere, nec etiam alteri reddere; non quia malitia, & fraus huic ſuffragetur, ſed quia culpa propria illi obeſt, priuans eum iure petendi. Idem etiam aſſerendum dicit Pontius, quando vnus ſolus coniux baptizauit, aut fuit Patrinus, ex ſcientia tamen, & conſenſu alterius coniugis, quia vterque eſt in culpa; & hoc idem aſſerit Sanchez *dict.lib 9.diſp 27.num.* 3. & latius probat argumento à contrario ſenſu. Quod tamen non caret difficultate, & contrarium loquentes de affinitate ſentiunt Hurtadus *diſp.10. diff... num.29.* & Martinus Perez *diſp.52. ſect.2.num.5.* & ratio eſt, quia id nullo iure ſtatuitur, cum textus iuris canonici præallegati loquantur tantum de ipſis parentibus baptizantibus, vel leuantibus de ſacro fonte, & argumentum à contrario ſenſu, ex quo Sanchez facit deductionem, inefficax eſt ſaltem ad inferendam pœnam, vt *ſuprà num.*11. notatum eſt.

17 Secundo *n.6.* dicit, quod ſi vterque fecit malitioſe animo alterum debito coniugali defraudandi, vtrumque quidem ius petendi amittere, & petendo peccare, at teneri alteri reddere. Probat, quia cum huiuſmodi pœna ſolo iure poſitiuo infligatur, poteſt eodem iure reſtringi, ius autẽ reſtrinxit *in d.cap.ſi vir, de cognatione ſpirituali*, vbi hunc caſum æquiparat caſui, quo per ignorantiam id factum ſit; in quo patet eos coniuges teneri reddere ſibi. Confirmat Sanchez, quia ibi ſubditur ratio, ſcilicet, quia malitia, & fraus non debent eis patrocinari, valde autem patrocinaretur, ſi ex ea malitia coniuges liberarentur obligatione reddendi. Ita etiam ſentiunt Reginaldus *d. num.293.* Pontius *d cap.6.n.4.* Nauarrus *in man. cap.16. num.34.* & plures alij *quos d.n.6. refert* Sanchez. Quod ſi opponatur, quod vbi vnus ſolus eſt nocens, ſacri canones præallegati excuſant eum à redditione, ob eam rationem, ne innocens abſque culpa iure ſuo priuetur, ergo cum vterq; eſt nocens (quod accidit cum vterq; animo defraudandi alterum debito coniugali cognationem ſpiritualem contrahit) neuter reddere tenebitur. Reſpondet idem Sanchez, eam eſſe rationem, vbi malitia, & fraus abſunt; quando autem interuenit malitia, & fraus, ratio eſt (inquit) ne ſuffragetur doloſo, ac malitioſo, vt *in dict. cap.ſi vir*, qui propterea diſpoſuit in hoc caſu vtrumque teneri reddere. Quare addit Sanchez, argumentum concluderet, niſi ius poſitiuum id impedimentum ſtatuens, priuanſque vtrumque iure petendi, diſpoſuiſſet in eo caſu teneri vtrumque reddere, ne fraus, & malitia proſint. Si quis vrgeat, quod vbi alter ſolus reus eſt, innocens non tenetur reddere, quia ille iure exigendi priuatur, (vt *cap.1.d. num.* 251. probatum eſt;) ergo idem dicẽdum de vtroque coniuge culpæ participe, cum non detur hic delictorum compenſatio, vt altero delinquente alter delinquens priſtinum exigendi ius acquirat, vt ſupradictum eſt. Reſpondet idem Sanchez negando conſequentiam, quia etſi concurrenti malitia vtriuſque alter non acquirat ius petendi, & ideo peccet petendo, ius tamen *in d.cap ſi vir*, ſtatuit debitum ſibi reddendum eſſe ob rationem traditam.

18 Verum præfatæ obiectiones ſuppoſita hac prima ſententia de priuatione iuris exigendi debitum ratione huius cognationis ſpiritualis, valde vrgent contra ſecundum dictum Sanchez, & certè ſi in caſu primi dicti eiuſdem Sanchez vterque priuatur iure petendi, & reddere tenetur, nec licite poteſt, quia vterque ob ſuam culpam, & in pœnam delicti priuatus eſt iure petẽdi, vt alijs relatis probat idem Sanchez *dict.lib.9.diſput.30.num.1.* & patet, quia vbi deeſt culpa in contractione cognationis ſpiritualis ratione neceſſitatis, vel ignorantiæ, non incurritur priuatio petendi debitum, vt ſupra dictum eſt, à fortiori dicendum videtur in caſu ſecundi dicti, cum grauius peccatum ſit ex malitia, & animo defraudandi matrimonium talem cognationem ſpiritualem contrahere. Cum ergo iuxta ſacros canones, & etiam *in dicto cap. ſi vir*, ſola carentia culpæ ſit in cauſa, vt alter coniux reus culpæ, ſiue ſolum ſciens, & videns, ſiue etiam animo defraudandi alterum coniugem debito coniugali contraxerit illam cognationem ſpiritualem cũ altero cõiuge, teneatur reddere debitum, vbi vterq; eandem cognationem culpabiliter contraxit, reddere iam non tenetur, cum vterque æque ſit iure petendi priuatus, etſi vterque peccet petendo, eo quod à iure eſt priuatus petitione, difficile creditu eſt, quod ius voluerit eos obligare ad reddendum; id enim foret

Digitized by Google

foret præbere occaſionem multiplicandi peccata inter præfatos coniuges: Neque videtur poſſe dici, quod malitia patrocinetur (hoc enim procedit quando alter vacat omni culpa) ſed tantum propria culpa vtrique verè obeſt. Quare textus in d. cap *ſi vir*, ibi *ſi ex malitia*, poteſt intelligi pro omni ſcientia, & non ſolum pro fraude, ſeu intentione illa defraudandi debitum coniugale; ita quod ibi ſumi poteſt fraus, & dolus pro modo operandi ex certa ſcientia; & dato quod ſumatur pro illa fraude, & intentione, Pontifex licet loquatur in plurali ibi: *eis ſua fraus non debet patrocinari*, non refert ſuam deciſionem ſolum ad cauſam, quando vterque ex malitia cum fraude cognationem ſpiritualem contraxit; ſed voluit, vt is coniux ſiue vir, ſiue mulier, qui extra neceſſitatem, & non laborans ignorantia baptizauit, vel leuauit de ſacro fonte filium communem, vel alterius coniugis, non ob hoc priuet alterum coniugem iure petendi, nec liberetur ab onere reddendi, vt colligitur *ex iuſtio cap.* vbi dicitur: *ſi vir, vel mulier.* ex quo non poteſt inferri, teneri reddere etiam quando vterque æqualiter eſt particeps einſdem culpæ & malitiæ, & fraudis, quia tunc vterque à iure priuatur iure petendi ob vtriuſque delictum, & ita neuter tenetur, nec poteſt reddere niſi obtenta diſpenſatione ſuper pœna illa à iure inducta.

Hæc quoad primam ſententiam.

Secunda Sententia.

19 Secunda ſententia abſolutè negat, Parentes (ſiue vnus ſolus, ſiue vterque id faciat) baptizantes, vel leuantes de ſacro Fonte, vel in Confirmatione extra neceſſitatem, & ſcienter, (ſiue ſine animo, ſiue cum animo defraudandi alterum debito coniugali) filium communem, aut alterius coniugis priuari iure exigendi debitum, licet in eo actu baptizandi, & leuandi peccent, & cognationem ſpiritualem inter ſe contrahant. Ita Gloſſa *in d. c. ſi vir, verbo Debitum, de cognatione ſpirituali, ibid.* Ancharanus, Præpoſitus, Cardinalis, & Canoniſtæ à Sanchez *d. diſp.* 26. *n.* 6. *relati*, & Durandus *in* 4. *diſt.* 42. *q.* 1. *art.* 3. ex Doctoribus *ſuprà hoc capite n.* 1. *relatis* Coninch *d. diſp.* 34. *dub.* 8. Hurtadus *diſſ.* 6. *n.* 24. Auerſa *d. ſect.* 2. § *ſaltem tamen.* Caſtrus Palaus *d.* § 5. *n.* 5. & Martinus Perez *d. ſect.* 6. *n.* 7. & *ſeqq.* Probatur hæc ſententia, quia dicta priuatio, ſeu prohibitio petendi cum ſit valde grauis pœna, non eſt aſſerenda niſi in iure ſit inducta, in nullo autem iure ſaltem perſeuerante in ſua viridi obſeruantia continetur; ergo non eſt aſſerenda; in huiuſmodi enim impedimentis, & prohibitionibus, quæ ex iure poſitiuo pendent, neque congruentiæ, neque argumenta à ſimili, aut à contrario ſenſu ſunt efficacia, ſed oportet, vt de illis conſtet in aliquo iuris textu, vel per conſequentiam omninò neceſſariam deducantur. Quando etiam omnis lex apertè ſtatuens aliquam pœnam ſit reſtringenda, quantum veritas verborum patitur reg. *odia reſtringi*, *de reg. iur in* 6. & *reg.* 49. vbi dicitur, *in pœnis eſt benignior interpretatio facienda*: & communiter omnes fatentur. Quod ergo non contineatur talis priuatio, ſeu prohibitio ſaltem hodie in iure oſtenditur; quia, quamuis iuxta Doctores communiter contineatur & in *can.* 1 & 2. 30 *q.* 1. etiam quando cognatio inculpabiliter contrahitur (in eis enim ſermo eſt de cognatione ſuperueniente matrimonio, ob quam ibi prohibetur vſus coniugalis, quidquid abſque fundamento ſecus ſentiant Baſilius Pontius *d. c.* 6. *n.* 2. & Caſtrus Palaus *d.* § 5. *n.* 5. aſſerentes in eis eſſe tantum ſermonem de cognatione ſpirituali antecedente matrimonium, & eius valorem impediente non de ſuperueniente) tamen hi canones quo ad ſeparationem à toro correcti ſunt per *cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali*, vt ſuprà dictum eſt *art.* 11. imò quoad dictam ſeparationem à toro correcti ſunt etiam canon, *Dictum eſt nobis* 4. & can. *De eo* 5. 30. *ead. q.* 1. vt notauit Coninch *d. n.* 28. Hurtadus *d. num.* 24. Caſtrus Palaus *d. n.* 5. Auerſa *vbi ſuprà* & Martinus Perez *d. ſect.* 6. *n.* 13 Ex canone verò Noſſe, & can. *ad limina eadem quæſtione*, & *etiam c. ſi vir*; quatenus ex eo deducitur prima ſententia, ſolùm à contrario ſenſu argumentum ſumunt, quod in iure non eſt efficax, maximè in pœnis extendendis, vt *num.* 11. notatum eſt. Et quod etiam ex *d. can. ad limina* ex eo, quod ibi dicitur quod qui in neceſſitate baptizauit filium ſuum, non ſit à coniuge ſeparandus, ſcilicet, quoad torum, quia id laudabiliter fecit, non deducatur efficaciter, quod quando id fecit culpabiliter, ſeparandus ſit à toro oſtendit Hurtadus, quia aliàs non ſolum non poſſet petere, ſed nec reddere innocenti. Ex præfato etiam *cap. ſi vir, de cognat. ſpirit.* iidem Doctores aiunt hanc ſententiam probari, dum ibi dicitur *ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia id fecerint, non ſunt ſeparandi, nec alter alteri debet debitum ſubtrahere, quia ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur, ſi ex malitia eis ſua fraus non debet patrocinari.* Dum enim generaliter dicitur non ſolum in caſu ignorantiæ, ſed etiam malitiæ, & conſequenter quando ſcienter & culpabiliter, tales coniuges non debere alterum alteri debitum ſubtrahere; atque adeo vtrumque tam innocentem, quàm nocentem obligari reddere, patet etiam ex conſequentia neceſſaria vtrique concedi ius petendi; & idem aiunt probari in can *de eo* 30 *q.* 1. dum dicitur *ſi autem coniuges legitimi, vnus, aut ambo ex induſtria fecerint, vt filium ſuum de fonte ſuſceperint: ſi innupti* (id eſt continentes interpretantur præfati Doctores, & alij communiter) *permanere voluerint, bonum eſt; ſin autem grauis pœnitentia inſidiatori iniungatur, & ſimul maneant.* Hic enim ſupponitur, ſeu potiùs deciditur, quod quamuis ambo ſponte, & de induſtria cognationem ſpiritualem contraxerint, poſſint ſimul permanere, ſcilicet in eadē domo, & toro cohabitare; quod falſum eſſet, ſi in pœnam peccati eſſent priuati poteſtate petendi debitum; nam alioqui cohabitatio quoad torum eſſet, incentiuum & proxima occaſio ad peccatum, quia cum neuter poſſet petere, neuter etiam poſſet reddere abſque peccato, & ſi dicatur ex Sanchez, & Pontio *d. can. de eo*, ſicut & *d. cap. ſi vir*, ſtatui, non impediri ab vſu coniugali eos, qui ex malitia, & animo defraudandi alterum debito coniugali contrahunt cognationem ſpiritualem: Hinc magis à fortiori concluditur eiſdem textibus etiam comprehendi eos, qui ſcienter abſque fraude eam contrahunt. Etenim ex fraude eam contrahere eſt maius, & peius peccatum, quàm ſcienter, abſque fraudē, vt *ſuprà* n. 18. dictum eſt.

Probatur etiam principaliter hæc ſententia à Coninch, & Perez ratione, ſcilicet, quod non poſſit rationabiliter ob tale delictum ab aliquo iure prohiberi coniugibus ius exigendi debitum, ſi aliàs coguntur ſimul manere, & vti eodem toro, vt ſtatuitur *d. can de eo*, & *d cap. ſi vir*; vel etiam ob paupertatem, vel aliam cauſam, quia ſemper eſſent expoſiti manifeſto, & euidenti periculo incontinentiæ; cum vix vnus in millibus inueniatur, qui poſſit continuò cum muliere dormire abſque manifeſto periculo incontinentiæ. Vnde facilius eſt aliquem cogere omninò continenter viuere, quàm vt cogatur continuò vti eodem toro cum coniuge, & tamen non poſſit petere debitum, quia in homine bene conſtituto, nec vllo modo frigido hoc ferè idem eſt, atque ſi iubeatur quis in media flammis verſari, & non ardere. Quocirca etiam imprudenter coniuges vouent ca- 20

ſtitatem,

ſtitatem, niſi poſſint toro ſeparari; & qui ita vouit, & non poteſt ſeparari, ordinariè ad euitandũ imminens incontinentiæ periculum tenentur diſpenſationẽ petere, *vt ſup. c. 1. & c. præc.* notatum eſt. Hæc tamen ratio videtur nimiũ probare, nã ex ea videtur poſſe inferri coniugem maximè poſt conſummationẽ non poſſe licitè, & validè vouere caſtitatẽ omnimodam, vel abſtinentiã à petitione debiti contra tradita *ſup cap. præc.* quia & hic vouens cogitur vti eodem toro cum alio coniuge, qui non vouit, nec eius voto conſenſit, vel ſe mutuo caſtitatis voto aſtrinxit. Reſpõderi ergo poteſt Eccleſiam rectè poſſe talem prohibitionẽ petẽdi debitum ob præfatum delictum imponere, vel de facto impoſuiſſe ad arcendos cõiuges ab eodem delicto; nã vbi eſt periculum incontinentiæ vel iidem coniuges ſi ambo deliquerunt, ſpontè abſtineant ab eodem toro; vel obtineant diſpẽſationẽ ad petendum debitũ, quã concedere poteſt Epiſcopus ſaltem ex conſuetudine, *vt cap ſeqq* Imò Manuel in *add. ad Bull. Cruc.* §. 11. n 17. & Villalob. *p. 1. tr. 13. d. diff.* 51. *n.* 5. aiunt etiam Confeſſarios Regulares de licentia ſuorum Prouincialiũ poſſe eandem diſpenſationem concedere, idque dicunt ea priuilegio Pij V. quo conceditur, vt Confeſſarij Regulares poſſint diſpenſare cum coniugibus inceſtuoſis ad petendum debitum, de quo priuilegio ego in tractatu de triplici iubilei priuilegio *ſect. 2. in fin. in coroll. n. 5.* nã ſi ſine diſpenſatione copularentur, eſſet impropriè inceſtus, & cum priuilegiũ ſit fauorabile animæ, extenditur à caſu in caſum, in quo militat eadẽ ratio, ita præfati DD. qui tamen addunt dictum priuilegium Pij V. eſſe viuę vocis oraculum, quod (ſi ita foret) nunc eſſet reuocatum, ſed ego *d. n. 5.* notaui, non eſſe viuæ vocis oraculum; ſed diploma conceſſum Prædicatoribus, & aliud ſimile conceſſum fuiſſe Benedictinis à Mart. V.

21 Ad quintum autem argumentum prioris ſententiæ *ſup n. 13.* adductæ (reliquis enim argumentis per iam dicta remanet ſatisfactum) reſpondetur iuxta huius ſententiæ ſecundæ auctores ex *d. n. 17.* ex eo ſolùm quod cognatio ſpiritualis eſt impedimentum dirimens, ſi ante matrimonium accidat, non ſequi etiam eſſe impedimentum vſus cõiugalis, dum matrimonio ſuperuenit, quia cum id ſit pœna grauiſſima; non eſt inducenda, & aſſerenda, niſi quatenus in iure contineatur, iam verò hodie talis pœna textu aliquo iuris non probatur, ſed potius contrarium, vt oſtendunt tradita in confirmationem huius ſententiæ. Vnde exemplum de affinitate non probat, quia de illa in iure expreſſum eſt, quod, dum ſuperuenit matrimonio, impediat vſum matrimonij, de quo *cap. ſeq.*

Et hanc ſententiã probabilem, & in praxi tutã exiſtimant etiã Suar. Sanch. Fill Laym. & alij recẽtiores.

Tertia Sententia.

22 Tertia ſententia eſt Baſ. Pontij *d. c. 6.* vbi poſt nonnulla alia tradita dicit *n. 4.* quod ſi poſt contractũ matrimonium vir, ſiue mulier baptizauerit, vel ſuſceperit filium alterius coniugis in fraudem, & malitiosè, vt inde occaſionem capiant negandi debitum coniugi prætextu cognationis ſpiritualis, neque coniux innocẽs, neque Reus malitiæ, & fraudis priuatur petitione debiti; licet alioqui delictum ſit punibile probat, quia *c. Noſſe, c. dictum. c. de eo* 30. *q.* 1. *& d. c. ſi vir, de cogn ſpirit.* ſermo eſt de vxore, & viro, qui in fraudem inter ſe cognationem ſpiritualẽ contraxerunt, & decernitur, nõ eſſe ſeparandos, & impediendos vſu coniugij, & conſequenter non impediri à petitione. Adducit etiã text. in can. *de his* 30. *q.* 1. dicens *ibid.* agi de coniuge, qui fraudulenter tenuit in confirmatione filiũ vxoris, & illud verbum d. text. *inſcienter*, non accipit pro ignorantia, vt cõmuniter interpretes; ſed de ſcientia, & induſtria, ita vt ly *in*, ſit ſeiunctũ à ly *ſcientia*, prout ait diſtinxiſſe editionẽ correctam Pariſienſem, id eſt ſi ex ſcientia, & induſtria; quod confirmat ex verbis ſequẽtibus textus, *licet peccatum ſit*, nam ſi ex ignorantia facti, vel iuris nullum eſſet peccatum; neque officere ait ſubſequẽtia, ibi, *vt dignam pœnitentiam agens Domino dicat, delicta, & ignorantias meas ne memineris*; quia inquit ignorantiæ nomine quoduis peccatũ intelligitur, ſed certè in hoc textu nullum verbũ, nec ſignum de fraude ſuſcipiẽtis. Quare iſte textus obſtaret ſequenti dicto eiuſdẽ Põtij. 23

Igitur idem Pontius *n. 7.* dicit. Quod ſi poſt contractum matrimonium alter coniux aut communẽ, aut alterius tantũ filiũ teneat ſcienter, non tamen in fraudem; aut ſimulandi animo, & ſine ſcientia alterius, is priuatur debiti petitione, quod ſi ex ſcientia vtriuſque neuter poteſt petere, neque reddere; & hoc pacto ait eſſe veram priorem ſententiam communẽ; additque habere validum fundamentum in iure. Quod ſic oſtendit, quia tàm antiqua iura, quàm recentiora definiunt hoc impedimentum petitionis debiti, & vſus coniugij nõ naſci, vel cũ in fraudẽ, vel ob neceſſitatẽ leuatur, aut baptizatur filius communis, aut alterius tantum: ergo cum exceptio firmet regulam in contrarium, euidenter colligitur, ſi vel malitia, vel neceſſitas abſit, incurri hoc impedimentum. Confirmat contra DD. ſecundæ ſententiæ, quia, ſi, ſiue fiat ſine ignorãtia, & malitia, ſiue non fiat, non priuantur debiti petitione ex hac cognitione ſpirituali contracta; nulla neceſſitas erat exprimendi caſum ignorantiæ, & malitiæ, ſiquidem in nullo caſu incurrebatur talis priuatio. Cum ergo ſpecialiter conſtituerit Pontifex in eo facto ex malitia, vel ignorãtia, clarè indicat, ſine ignorantia, & malitia incurri hoc impedimẽtum, & arceri à debiti petitione. Ita Pontius. Verùm, cum hoc Pontij argumentum habeat vim, quatenus ſumitur à contrario ſenſu, iã reiectum eſt *ſup. n. 11.* vbi tota eius vis, & vis etiam confirmationis euacuatur. Contra etiã alterum Pontij dictum eſt; quia ſi iura prædicta volunt impediri petitione debiti, & vſu coniugis, qui ſcienter tantũ ſine fraude, & malitia contrahunt inter ſe cognationem ſpiritualẽ, ergo multo magis, (*vt ſup.* dixi) iuxta eadẽ iura incurrent impedimentũ petitionis, & vſus coniugij, qui dolosè, & cũ fraude illã cognationem contrahunt; tũ quia eſt longè grauius delictũ; tũ quia alioqui ſua fraus, & dolus patrocinaretur contra prædicta iura: & è cõtra ſi qui cum malitia, & fraude fecerunt, & conſequenter maius delictũ perpetrarũt, non priuantur in dictis iuribus petitione debiti; neq; etiã qui tantũ ſciẽter, & ſine fraude, qui leuiùs peccãt.

Prædicta in hac ancipiti controuerſia, circa quam tam diuerſimodè opinati ſunt DD. libuit proponere relinquendo prudẽti lectori electionem. Licet prima ſententia ſit tutior, & ſecurior; & interpretatio tot Canoniſtarum Theolog. & Summiſt. quod ſaltem in *d. c. ſi vir*, contineatur priuatio iuris petendi debitũ ex parte coniugis, qui culpabiliter cognationẽ ſpiritualẽ cum alio contraxit; & ea ſententia admiſſa videtur omnino aſſerendum præfatam pœnã habere locũ, etiã quando alter, vel vterque cum malitia, & fraude talẽ cognationem contraxit, vt ſatis oſtendunt tradita *n. præc.* & nunc aduerſus Pontium, & *n. 18.* contra Sanch.

Suppoſita autem eadem ſententia, an priuatio iuris petendi incurratur ipſo facto in foro conſcientiæ abſque vlla iudicis ſententia, aut declaratoria conſtabit ea dicendis *cap ſeq.* de ſimili pœna ſtatuta contra coniuges, qui per inceſtum contrahunt inter ſe affinitatem. & incurri ipſo facto tradunt Gloſſa *in d. can. Noſſe, verbo non fraudentur.* 30. *q.* 1. & eſt communis DD. qui eandẽ ſententiã tenẽt quoad coniugẽ inceſtuoſũ. Habebit etiam eadẽ ſententia locũ in coniuge iuuene, & periculo incontinẽtiæ expoſito ſcienter cognationẽ ſpiritualem cum altero contrahente, vt Sanch. *lib. 9. diſp.* 27. *n. 8.* & magis conſtabit ex dicendis *cap. ſeqq. n.* 4. erit autem id iuſta cauſa diſpenſationis.

CAPVT

CAPVT V.

DE

IMPEDIMENTO VSVS CONIVGALIS, EX AFFINITATE SVPERVENIENTE.

SVMMARIVM CAPITIS V.

Referuntur Doctores tractantes de impedimento petendi, & reddendi debitum coniugale ex affinitate inter coniuges post matrimonium orta n. 1.

Alter coniux cum alterius coniugis conſanguinea, vel conſanguineo carnalem copulam habens cum eodem contrahit affinitatem: ſi copula ſit perfecta; & an ſufficiat ſola ſeminatio viri, vel etiam requiratur fœmina n. 2.

Vir cum conſanguinea vxoris in gradu, de quo infrà, habens copulam carnalem ſufficientem ad inducendam affinitatem priuatur iure exigendi debitum, nec poteſt illud petere; & idem de vxore habente ſimilem copulam cum conſanguineo viri n. 3.

Procedit, etiamſi ſit iuuenis, & expoſitus incontinentiæ periculo; & etiam ſi copula inceſtuoſa ſit occulta, & quamuis innocens ſciens inceſtum debitum coniugale reddidiſſet. n. 4. 5. & 6.

Coniux conſentiens inceſtui alterius an priuetur iure petendi. num. 7.

An coniux, qui inceſtum cum proprio conſanguineo commiſit. num. 8.

Quid ſi habeat copulam cum affine ſui coniugis. n. 9.

Quid ſi cum eo, vel cum ea, cum qua habet publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum. n. 10.

Si vterque coniux poſt contractum matrimonium ſcienter contraxit affinitatem, ſiue animo defraudandi debitum coniugale, ſiue non, an vterque maneat priuatus iure exigendi. n. 11. & 12.

Coniux poſt contractam ſcienter affinitatem cum altero petens debitum an peccet ſolum venialiter, an vere mortaliter, ſi petat abſque prævia diſpenſatione. n. 13.

Qui cum coniuge inceſtuoſo ad petendum debitum coniugale poſſint diſpenſare. n. 14.

Talis diſpenſatio poteſt obtineri altero coniuge inuito, quâ obtentâ alter tenetur reddere n. 15. & 16.

An ſine diſpenſatione poſſit coniux inceſtuoſus aliquando petere licite n. 17.

Coniux inceſtuoſus iure exigendi priuatus alteri coniugi innocenti petenti tenetur reddere debitum. n. 18.

Non poſſet autem licite reddere alteri pariter inceſtuoſo. numero 19.

Coniux, qui ob inceſtum contraxit affinitatem cum altero ante conſummationem an teneatur ingredi religionem, an vero elapſo bimeſtre poſſit licite reddere; & teneatur. n. 20.

An proprio bimeſtre. n. 21.

Quoto conſanguinitatis gradu debet eſſe alteri coniugi coniuncta perſona carnaliter cognita ab altero coniuge, vt iſte priuetur iure petendi, attento tum iure antiquo, tum iure nouo Tridentino. in cap. 4. de reform. n. 22. & trib. ſeqq.

Prædicta priuatio iuris petendi debitum orta poſt matrimonium ex affinitate proueniente ex copula inceſtuoſa an incurratur ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam. num. 25. & 26.

Huiuſmodi priuatio eſt pœna propria, & vera ibid.

Alia ſummaria vide poſt num. 26.

CAPVT V.

De impedimento vſus matrimonij, ſeu petendi & reddendi debitum coniugale ex affinitate inter coniuges poſt matrimonium orta.

DE hac materia pertractant ſcribentes in cap. 1. & cap. tranſmiſſæ, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris. Summiſtæ verbo, Debitum coniugale, & v. Matrimonium. Couarruuias de ſponſal. ib. p. 2. cap. 7. §. 2. Nauarrus in man. cap. 16. nu. 35. Toletus lib. 7. ſumm. cap. 17. Leſſius de iuſtit. lib. 4. cap. 3. dub. 11. num. 18. Sanchez lib. 9. de matr. diſp. 27. & ſeqq. Rebellus de obligat. iuſtit. p. 2. q. 18. Fagundez in decalogum lib. 6. cap. 6. num. 32. Bonacina de matr. q. 4. p. 2. & p. 16. num. 10. Azorius p. 3. lib. 3. cap. 11. q. 1. & 2. Reginaldus lib. 31. num. 292. & ſeq. Baſilius Pontius de matr. lib. 10. cap. 7. Layman lib. 5. tract. 10. p. 3. cap. 1. Fillucius tom. 1. tract. 10. cap. 9. num. 349. Hurtadus de matr. diſp. 10. diff. 7. Villalobos p. 1. tract. 13. diff. 52. Aueeſa de matr. q. 13. ſect. 3. Martinus Perez de matr. diſp. 52. Caſtrus Palaus part. 5. tract. 28. diſput. 3. pun. 4. §. 6. Stephanus Bauny de ſacram. tract. 12. de impedimento cognationis quæſt. 3. Leandrus Diſcalceatus de ſacr. to. 2. tract. 9. diſput. 25. quæſt. 59. ad 63. & alij relati à Sanchez dict. diſp. 27.

§. I.

Coniux, qui poſt contractum matrimonium carnaliter copulatur conſanguineæ, vel conſanguineo alterius coniugis ob affinitatem ratione talis copulæ inceſtuoſæ, ſuperuenientem an impediatur vſu coniugali quoad petitionem, & redditionem debiti.

CErtum eſt, ſi vnus coniugum cum alterius coniugis conſanguinea, vel cõſanguineo carnalem 1
copulam

copulam habeat, fieri affinem, ſeu conttahere affinltatem cum eodem ſuo coniuge, can. *Fraternitatu* 30. *q.* 10. & alus canonibus infra allegatis, & præallegati Doctores. Oportet aotem, vt copula ſit perfecta, & ſufficiens ad prolis generationem, qualis eſt ea, per quam ſemen viri in vas fœminæ naturale immittitur. Ita quod ad contrahendam huiuſmodi affinitatem non ſufficit ſola penetratio vaſis fœminei non emiſſo intra virili ſemine can. *extraordinaria* 35 *q.* 3. *& dict. can. fraternitatu* & conſtat ex dictis *ſuprà cap.* 1. *num* 97. & tradunt præallegati Doctores, & alij communiter, quos refert Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſput.* 64. *num.* 8. An vero ad eandem affinitatem conttahendam ſufficiat ſola ſeminatio viri in matricem fœminæ, in qua eſt ſanguis menſtruus ad generationem paratus, vel etiam requiratur ſeminatio fœminæ, ita vt ſeminum commixtio fiat; Plures, & fere æquales numero Doctores ſtant pro vtraque parte; & ſufficere viri ſeminationem aſſerunt multi Canoniſtæ, Theologi, & Summiſtæ à Sanchex *d. diſp.* 64. *num.* 21. relati, & eſſe probabilius tenent idem Sanchez *ibid.* Rebellus *de obligatione inſtit. p.* 2. *lib* 3. *q.* 25. *num.* 1. Baſilius Pontius *d. cap.* 7 *& lib.* 7. 33. *num.* 2. Bonacina *de matr. quaeſt.* 13. *p.* 12. Villalobos *p* 1. *tract.* 14. *diff* 17. *num.* 8. Leandrus Diſcalceatus *de ſacram to.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 20. *q.* 4. & plures alij recentiores, quorum aliquos citat ibidem Leandrus. Qui fundantur in eo, quod ad prolis generationem oon ſit neceſſarium ſemen fœmineum, ſed ſufficiat virile iotra vas fœminæ naturale immiſſum, ſeu receptum ex Ariſtotele *lib.* 2. *de generat animalium cap.* 2. & alus philoſophis à Sanchex *de matr. lib.* 1. *diſp.* 21. *num.* 10. *relatis.* At requiri etiam fœminæ ſeminationem tradidere tanquam valde probabile, non pauci relati à Sanchez *d. diſp.* 64. *num.* 20. & ex recentioribus Hurtadus *de matr. diſput.* 10. *diff.* 1. Auerſa *de matr. q* 17. *ſect.* 1. *verſus finem.* Caſtrus Palaus *p.* 5 *tract.* 28. *diſp.* 4. *p.* 8. *num.* 3. Martinus Perez *de matr. diſput.* 31 *ſect.* 1. *num.* 5. Diana *p.* 3. *tract* 5. *reſolut* 19. *& p.* 4. *reſolut.* 43. & alij relati à Leandro *d q.* 4. & probabilem ſententiam putat Sanchex *locis citatis, & lib.* 7. *de matr. diſp* 83. *nu.* 6. *fine.* Mouentur præfati Doctores oppoſito fundamento, ſcilicet, quia iuxta medicorum ſententiam Hippocratis, Galeni, Auicennæ, & aliorum, quos refert Sanchex *d. diſp.* 21. *num.* 11. etiam ſeminatio fœminæ eſt ad generationem neceſſaria; ſiquidem ſemen fœminæ non videtur ad aliud à natura eſſe inſtitutum; quandoquidem natura nihil faciat fruſtra; Et videmus ex maſculo, & fœmina diuerſæ naturæ, & ſpeciei produci fœtum tertiæ ſpeciei, mutuò ſe impedientibus ſeminibus. Confirmatur ex *can. lex diuina conſtitutionis* 27. *q.* 2. vbi id videtur indicari; dum dicitur quod ad affinitatem matrimonium impedientem, & dirimentem inducendam requiritur ſanguinis (id eſt ſeminis) commixtio. Hoc poſito duæ ſtatuuntur conclusiones communes. Et

Prima communis, & certiſſima cõcluſio eſt, quod vir habens cum conſanguinea ſuæ vxoris in gradu, de quo infra, copulam perfectam ad generationem aptam, & ad conſummandam, & contrahendam affinitatem ſufficientem, priuari iure exigendi debitum, neque poſſe illud petere. Conſtat ex *cap.* 1. *de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ibi: Si quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere; nec filiaſtra, nec ille vllo vnquam tempore poterunt ſe aliis matrimonio copulare* Et tradunt communiter ibi ſcribentes, & Menochius *de arbitr cent.* 6. *caſu* 102. *n.* 99. Farinacius *in praxi crim. q* 149 *num.* 29. alij ab eodem Farinacio *relati.* Sanchex *d. lib.* 9. *diſp.* 27. *num.* 1. Couarruuias, & omnes alij Doctores *ſuprà num.* 1. *relati locis ibi tem citatis.* Et licet textus *in d. cap.* 1. *& in alijs capitibus eodem tit. & alibi* loquantur de viro cognoſcente conſanguineam vxoris, nilominus idem dicendum eſt de vxore, quæ contracto matrimonio rem habet cum aliquo conſanguineo viri intra gradum infra explicandum, ſcilicet, eam priuari iure exigendi debitum, nec illud poſſe petere à viro. Sunt enim correlatiua, & militat eadem ratio, quæ eſt iniuria matrimonij, & affinitas contracta, quæ omnino in vtroque inceſtu reperitur, & etiam vtrumque delictum eſt frequentiſſimum. Ita Doctores communiter, quos Sanchex refert *lib.* 7. *diſp.* 15. *n.* 2 Idem Sanchex *ibidem, & d. cap.* 27. *num.* 1. *fine.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad cap tranſmiſſa num.* 6. *de eo, qui cognou. & omnes Doctores num.* 1. *relati,* qui loquuntur de vtroque coniuge, qui poſt matrimonium conſanguineo, vel conſanguineæ alterius carnaliter copulatur. Ad pleniorem autem intelligentiam huius concluſionis, breuiter explicando ſunt ſequentia dubia.

Primum an procedat concluſio, quando coniux cum alterius coniugis conſanguineo, vel conſanguinea rem habens eſt iuuenis, & incontinentiæ periculo expoſitus. Reſpond. affirmatiue. Ita in terminis 3
Couarruuias *loco ſuprà num.* 1. *citato* Sanchex *d diſp* 27. *num.* 8. Villalobos *allegata diffic* 52. *nu.* 1. alij relati à Couarruuia, & Sanchex, & alij *num.* 1. *allegati*; cum loquantur indiſtincte. Erit autem iuſta cauſa petendi, & obtinendi diſpenſationem ad liberum vſum matrimonij.

Secundum, an eadem concluſio procedat, ſi copula inceſtuoſa, & affinitas ex ea contracta ſit occulta. Angelus, Syluefter, & Panormitanus à Sanchez 4
d. diſp. 27 *num.* 2. *relati* dixerunt, debere aliquo modo conſtare de inceſtuoſa copula, vt impediatur petitio debiti. At impediri etiam ſi copula, & affinitas ſit omnino occulta, docent Doctores communiter, Sanchex *alios allegans d diſp.* 27. *num.* 2. Pontius, Perex, Laym. & alij omnes *num.* 1. *relati.* & aperte colligitur *ex d cap.* 1. *de eo*, qui cognou, quod indiſtincte loquitur, & non innititur ſcandalo, quod ex publico inceſtu oriri poſſet, ſed affinitati inique cum altero coniuge contractæ, vt etiam conſtat ex *cap. diſcretionem eod tit.* & affinitas æque contrahitur ex copula illa inceſtuoſa occulta, ac ſi publica eſſet; vt etiam expreſſe Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 64. *num.* 18. alij apud ipſum, & Doctores *d num.* 1. *relati* & alioqui ſi non ſufficeret copula inceſtuoſa occulta, inter coniuges huiuſmodi impedimentum foret inutile. Vnde etiam incurritur in foro conſcientiæ talis pœna priuationis iuris petendi ante omnem iudicis ſententiam, vt Sanchex *diſp.* 30. Layman *vbi ſuprà*, Perex *d. diſp.* 52 *ſect.* 6. & alij communiter; *de quo infrà latè.*

Tertium, an eadem concluſio procedat, quamuis alter coniux innocens eidem inceſtuoſo ſciens illius 5
inceſtum, debitum coniugale reddiderit. Reſpondetur, quod adhuc remanet priuatus iure petendi, & alter poteſt illi denegare debitum. Ita Couarruuias in terminis loco *ſuprà num.* 1 citato, & ita ſentiunt etiam alij omnes, & conſtabit magis ex dicendis *infrà numero* 11. & latius oſtenſum eſt *cap.* 1. *numero* 151.

Quartum an non ſolum coniux committens inceſtum cum conſanguinea, vel conſanguineo alterius, 6
ſed etiam coniux, qui ſolum alteri conſenſit, vt copulam præfatam inceſtuoſam habeat, priuetur iure petendi. Hunc etiam conſentientem priuari docuerunt D. Bonauentura, Ricchardus, Aſtenſis, Syluefter, & vterque Ledeſma à Sanchex *relati d. diſp.* 27. *num.* 3. Ita etiam ex Doctoribus *num.* 1. *relatis* ſentiunt Sanchez 6. *num.* 3. *& diſp.* 28. *num.* 2. *fine.* Baſilius Pontius *d cap.* 7. Filliuccius *d num.* 349. Villalobos *d. diff.* 52. *num.* 3 Reginaldus *d. num.* 292. & Auerſa *d. ſect.* 3. §. *inducit autem.* Nituntur textu in cap. *diſcretionem de eo, qui cognouit, ibi, ſed nec affinitas. quæ poſt contractum legitime matrimonium inter virum, & vxorem contrahitur, ei*

(ſcilicet

Digitized by Google

(*ſcilicet alteri coniugi, qui non commiſit inceſtum*) *obeſſe officere, qui huiuſmodi in quarte particeps non extitit, cum ſuo iure non debeat ſine culpa priuari*. Hinc ergo argumento à contrario ſenſu colligitur; Ius ibi velle, vt etiam alius coniux ſimiliter amittat ius petendi, quando eſt reus culpæ, & particeps inceſtus ſuo conſenſu. At contrarium, & coniugem conſentientem inceſtui non priuari iure petendi ex Doctoribus *ſuprà num. 1. relatis* tenent Hurtadus *dict. diſp. 7. allegans* Ochagauiam, & Martinus Perez *dict. diſp. 52. num. 2.* quia id nullo iure ſtatuitur expreſſe: & argumentum à contrario ſenſu, quo alij Doctores nituntur, inefficax eſt ſaltem ad inferendam pœnam (*vt cap. præcedenti* n. 11. notatum eſt) quæ cum ſit odioſa eſt ſtricte intelligenda, & non eſt extendenda. Et puto valde probabile, & tutum etiam in praxi. Vide dicta *d.* n. 11.

8 Quintum, an eadem concluſio extendatur ad coniugem, qui inceſtum cum proprijs conſanguineis commiſit, vt & is priuetur petitione debiti. Affirmarunt Mayronis, Supplementum Gabrielis à Sanchez *d. diſp. 27. n. 6. relati*. Verum etſi hic inceſtus vnius coniugis cum ſuis proprijs conſanguineis ſit grauius peccatum, quam cum conſanguineis alterius coniugis, non impedit petitionem debiti. Vt merito tradunt communiter Doctores, à Sanchez *num. 7.* allegati; & ex Doctoribus *num. 1.* relatis docent idem Sanchez *d. num. 7.* Leſſius, Fagundez, Reginaldus, Filliucius *locis ibidem citatis*. Villalobos *dict. diſp. 52. num. 2.* Pontius *d. cap. 7. num. 2.* & Martinus Perez *d. ſect. 2. numero 6.* Ius enim imponens petitionis debiti priuationem loquitur tantum de inceſtuoſo cum conſanguineis propriæ vxoris, nulluſque textus adeſt pro altera ſententia, & pœna non eſt extendenda vltra caſus in iure expreſſos, ſed potius reſtringenda, vt *num. præcedenti, & cap. præcedenti num. 11.* dictum eſt. Ratio autem cur ius impoſuerit talem pœnam ſolum coniugi inceſtuoſo cum conſanguineis alterius eſt, quia

9 per hunc producitur affinitas inter coniuges. Ex quo etiam patet non incurri dictam pœnam priuationis petitionis debiti, ſi coniux habeat copulam cum affine ſui coniugis; quia hæc non eſt inceſtuoſa, nec inducit affinitatem cum coniuge. Ita contra Manuel Sanchez *d. diſp. 27* n. 4. Pontius, Villalobos *locis citatis* Perez *d. ſect. 2. n. 7.*

10 Item patet non incurri eandem à coniuge habente copulam cum eo, vel cum ea, cum qua habet publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedimentum, puta, cum fœmina cum cuius ſorore ante præſens matrimonium contraxerat ſponſalia, quia etſi talis copula eſt inceſtuoſa; tamen ius ſtatuit impedimentum petitionis debiti ſolum coniugi inceſtuoſo cum conſanguineis alterius ita; contra Cordubam *in quaſt. lib. 1. q. 12.* Sanchez *d. diſp. 27. eodem num.* 4. Villalobos, & Perez *locis citatis*.

11 Sextum dubium. An ſi vterque coniux poſt matrimonium contrahat affinitatem, quia vterque habuit rem cum conſanguinea, vel conſanguineo alterius; remaneat vterque iure exigendi priuatus, quando id fecerunt ſcienter quidem, ſed non animo defraudandi debitum coniugale. Reſpondetur vtrumque priuari, & ita ſi vterque ſciat delictum alterius, neutrum poſſe petere, neque reddere debitum; textus enim *in d. cap. 1. de eo, qui cognou.* loquitur indefinite; neque hic locum habet compenſatio (vt late Sanchez *loco mox citando*) ſicut quando vterque eſt adulter, vt voluerunt Doctores cap *præcedenti n. 16.* loquentes de ambobus coniugibus cognationem ſpiritualem culpabiliter contrahentibus. Et ratio differentiæ eſt, quia quando de vtilitate delinquentium agitur, & in eorum fauorem ius exigendi debitum aufertur, paria delicta mutua compenſatione tolluntur, vt in adulterio contingit: ſecus vero quando non de eorum fauore agitur, ſed in delicti pœnam priuatio illius iuris ſtatuta eſt, vt in præſenti. A iure enim priuantur coniuges inceſtuoſi cum conſanguineis alterius in pœnam delicti, vt conſtat ex præfatis iuribus. Et ita in terminis Doctores, quos Sanchez refert *d. lib. 9. diſp. 28.* n. 2. & ex Doctoribus *ſuprà num. 1. relatis* idem Sanchez *dict. num. 2. & 4.* Pontius *d. cap. 7. num. 3.* Villalobos *d. diſp. 52 num. 5.* Filliucius, Auerſa, *locis citatis*, & alij recentiores *ibidem relati*. Si autem alter alterius delictum ignoraret, teneretur illi exigenti debitum reddere iuxta dicenda in ſequenti concluſione communi.

Quid vero, ſi alter tantum, vel vterque affinitatem contraxiſſet malitioſe, & animo defraudandi debitum coniugale. Sanchez *d. diſp. 28. num. 4.* vult, quod etiam in hoc caſu neuter poſſit petere, & reddere, ſi vnus tantum doloſe, & fradulenter fecit; & ſine conſenſu alterius, quia malitioſe delinquenti obeſt propria culpa priuans eum iure petendi. Si vero vterque malitioſe, & fraudulenter dicit vtrumque priuari quidem iure petendi, neque poſſe petere licite, vtrumque tamen teneri reddere, ne malitia, & fraus ſuffragetur iuxta cap. *ſi vir, de cognat. ſpirit.* & tradita ex eodem Sanchez *cap præcedenti numero* 17 licet enim præfatum caput loquatur de impedimento cognationis, extendi debet, inquit Sanchez, ad impedimentum affinitatis, in quo eadem eſt ratio. Et ita tenent etiam Reginaldus *dict. lib. 31. num* 292. & Villalobos *d. diſp. 52. numero 5.* Baſilius autem Pontius *dict. cap. 7 numero 3.* ait, quod ſi vterque malitioſe affinitatem contraxit, vt inuicem fraudentur; vterque poteſt petere, & reddere inuitatur *eodem cap. ſi vir*, iuxta ex eodem tradita *cap præcedenti numero* 22. Verum ſiue alter, ſiue ambo inceſtum committendo cum alterius conſanguineo, vel conſanguinea, idque dolo, & fraudulenter fecerint, dicendum vtrumque priuari iure petendi, neutrumque teneri reddere; quod priuati ſint iure petendi, conſtat ex *dict. textu in cap. 1. de eo, qui cognou.* loquente indiſtincte, & quia ſi ibi priuetur tali iure, qui ſolum ſcienter abſque dolo, & fraude, à fortiori etiam qui doloſe, & fraudulenter, cum is grauius peccet iuxta tradita cap. *præcedenti num. 18 & 23.* ſi ergo vterque priuatur iure petendi (quod admittit etiam Sanchez) ergo etiam neuter tenetur, nec poteſt reddere non obtenta prius diſpenſatione, cum vterque priuetur iure petendi ob vtriuſque delictum, priuatio enim petendi debitũ à iure impoſita eſt in pœnam delicti copulæ inceſtuoſæ, vt alios allegans idem Sanchez *diſp* 30. *n.* 1. vnde in contractione affinitatis abſque culpa, vt cum ignoratur conſanguinitas, vel copula fuit per vim, non incurritur talis priuatio. Neque contrarium deciditur *d cap ſi vir.* vt dictis *n* 18. & 22. oſtenſum eſt, & ita in terminis ſentit Auerſa *dict. ſect. 3 §. Quod, ſi doloſe*, & procul dubio ita ſentiunt alij recentiores *ſuprà n. 1. citati*; qui indiſtincte nulla poſita differentia inter coniuges ſcienter tantum, vel etiam malitioſe contrahunt affinitatem.

Septimum dubium, an coniux inceſtuoſus ob copulam habitam cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius coniugis, à iure priuatus, & interdictus petitione debiti, peccet mortaliter ſi illud petat abſque diſpenſatione prius obtenta. Veracruz, & Corduba à Sanchez *d. diſp. 26. n. 9.* fine relati dixerunt, non peccare lethaliter, ſi abſit contemptus. At alij communiter affirmant peccare mortaliter. Ita præter innumeros alios à Sanchez *d. num. 9.* relatos, ex Doctoribus *ſuprà numero* 1. relatis, Couarruuias *loco ibidem citato*. Nauarrus *d. num. 35.* Sanchez *d num.* 9. Rebellus q 18. *ſuprà num. 1. allegata num. 12.* Reginaldus *loco* 12 13

ibidem citato. Perez *d.diſp.52.ſect.2.n.* 8. & indicant omnes alij recentiores *ſup. n.1.allegati* Et ratio manifeſta eſt, quia petitio illa eſt contra præceptum eccleſię in re graui, & euidenter inceſtuoſa. Neque dici poteſt abrogatum eſſe hoc præceptum per non vſum. Cum quotidie experimento conſtet peti ad id à Prælatis diſpenſationem.

14 Quis vero cum huiuſmodi coniuge inceſtuoſo diſpenſare poſſit ad petendum debitum. Hanc diſpenſationem concedi poſſe ab Epiſcopo ſaltem ex conſuetudine tradunt permulti Doctores relati à Sanchez *lib.8 de matr.diſput.* 12.n 13. idem Sanchez *ibidem*. Henriquez *lib.12.ſum.cap.2.n.9.* Layman *lib.5.tract.*10. *p.3.cap.1.n.15.* & ex alijs Doctoribus ſupra *num* 1. *relatis* Couarruuias *d.cap* 7.*n.6*. Villalobos *d diff.5*. *nu* 10. & Caſtrus Palaus *d.§.6.n.5*. Quamuis Rebellus *d.q* 18. *n.15.* & alij relati à Sanchez *d diſp* 12 *n.1.* dixerint Epiſcopum non poſſe diſpenſare niſi propter periculum incontinentiæ, ſi difficilis ſit aditus ad S. Pontificem. Sed prior ſententia eſt vera, quam confirmat praxis quotidiana: Paſſim enim Epiſcopi in hoc diſpenſant. Imò etiam eandem diſpenſationem ex ſpeciali priuilegio ſedis Apoſtolicæ poſſunt concedere Regulares ſacerdotes ad confeſſiones ſæcularium approbati ex delegatione, ſeu commiſſione ſuorum Prouincialium, vt notaui in tractatu de triplici iubilei priuilegio *ſect.2.*in fine, in corollario *n.4.*& præter Doctores ibidem allegatos tradunt Rebell. *d.q.* 18 *n.16.* Villalobos *d diff.51.d.n.*18 Palaus *d.n.*5. & alij à Villalobos *citati*.

15 Poteſt autem coniux inceſtuoſus petere, & obtinere valide hanc diſpenſationem abſque conſenſu alterius coniugis innocentis, & eo etiam inuito; cum talis priuatio iuris petendi debitum à iure ſtatuta ſit ſolum in pœnam delinquentis, & nullatenus in fauorem innocentis, vt dictum eſt *cap.1.n.251.* & *hoc cap. n.11.* Et ita etiam in terminis Sanchez *lib. 9.nu.* 10. & Palaus *d.n.5*.

16 Et hac diſpenſatione obtenta recuperat inceſtuoſus ius exigendi, vt proinde alter ex capite inceſtus non poſſit illi negare debitum; per diſpenſationem enim reſtitutum eſt ſibi priſtinum exigendi ius: & ita etiam Sanchez *dict.num.*10. Layman, & Palaus *locis citatis*.

17 An autem præfatus inceſtuoſus coniux abſque diſpenſatione poſſit aliquando licitè petere in gratiam alterius tantum, late diſcuſſum eſt *ſuprà cap.1.nu.*248. *cum pluribus ſequentibus*. An etiam ſi petat, licet mortaliter peccet petendo, alter innocens poſſit licite reddere: Actum eſt *d cap.1.num.*240.241. Et an idem innocens eidem inique petenti teneatur reddere, vel poſſit negare debitum explicatum eſt *eodem capite* 1. *n.*249 *& duobus ſequentibus*.

18 Quoad eundem autem innocentem coniugem altera concluſio communis, & certa eſt; Quod illi exigenti debitum alter coniux, qui ob inceſtum cum eiuſdem innocentis cõſanguineo, vel conſanguinea poſt matrimonium commiſſum cõtraxit affinitatem, ideoque priuatus eſt iure petendi, tenetur debitum reddere, conſtat clare ex cap.*diſcretionem, de eo, qui cognouit conſang. vxor.* Ibi: *ſed nec affinitas poſt matrimonium iniquè contracta ei* (ſcilicet coniugi innocenti) *debet officere, quæ huiuſmodi iniquitatis particeps non exiſtit, cum ſuo iure non debeat ſine ſua culpa priuari*. Et idem ſeperitur *cap penult. & cap. vlt eod.tit.* & tradunt Sanchez *d.diſp* 27.*n* 1. *cæteri ſuprà n.1.relati iiſdem locis.* & *alij communiter*. Neque obſtat *can.qui dormierit* 27.*q.*2. vbi dicitur coniugi adultero, & inceſtuoſo non eſſe licitum reddere. Nam primo Gloſſa *ibidem* reddere, intelligit petere, quam expoſitionem amplectitur Sanchez *d num.1.& alij magis communiter*, ex Doctoribus *ſuprà num.1.relatis* Hurtadus *d.diff.*7. & Martinus Perez *dict. diſput.52.ſect.2.num.1.* aiunt dum textus dicit *inceſtuoſo non licere reddere*, ſenſum eſſe vxori non licere reddere inceſtuoſo, vt pote non potenti petere, ita vt ſupra particulam inceſtuoſo immediate cadat particula reddere, & non particula licere; quo ſignificet textus, non licere reddere inique petenti. Sed huic expoſitioni obſtat tradita *cap. 1. numero* 241. & 242. vbi probatum eſt, coniugem innocentem poſſe, ſi velit, licite reddere debitum coniugi inceſtuoſo. Igitur vel approbandus intellectus Gloſſæ; vel ſi dictus canon voluit, non licere reddere; fuit correctus per alios poſteriores canones prius allegatos ex *dicto tit. de eo, qui cognouit conſang. vxor*.

Non liceret vero inceſtuoſo coniugi reddere alteri coniugi, quando & iſte inceſtum ſimilem commiſiſſet; quia hic hoc caſu caret iure exigendi, & neuter poteſt ſibi remittere; vt ſupra dictum eſt, & id etiam notaui *cap.1 n* 242.*fine*. 19

Quod ſi coniux poſt matrimonium ratione inceſtus affinis alteri coniugi factus ſit ante eiuſdem matrimonij conſummationem, aliqui dixerunt eum coniugi innocenti non ſolum poſſe negare debitum pro toto tempore bimeſtri, ſed etiam teneri ingredi religionem, ne poſſit cogi ad cõſummandum matrimonium, & reddendum debitum; ac proinde reddendo prima vice, qua matrimonium conſummat, peccare mortaliter. Ingrediendo enim religionem liberat ſe ab vſu coniugij, quo ob inceſtum illum à iure priuatus eſt. Ergo cum ante conſummationem id præſtare poſſit, ad id tenetur. Verum dicendum non teneri ingredi in religionem, ſed elapſo bimeſtri poſſe licite, & teneri reddere; ſi alter innocens petat. Ita plures à Sanchez *dict.diſput.*29. *num.*2. *relati*, idem Sanchez *ibidem*, & ex alijs *Doctoribus ſuprà nu.1. relatis* Baſilius Pontius *dict.cap* 7.*num.*4. Aueria *d.ſect.3. §.*videri poteſt. Filliuccius *d cap.9.n.*349.*fine*, & idem etiam colligitur ex alijs Doctoribus *eodem numero* 1. *relatis*. Ratio eſt, tum quia priuatur iure petendi, non autem prohibetur reddere: Vnde quoad hanc partem cum liber maneat; non eſt cur ad ingreſſum in religionem obligetur, cum nec voto caſtitatis ad ſtrictus ad id teneatur, vt capite præcedenti probatum, & ſi ſit aliquod periculum incontinentiæ, facilis eſt diſpenſatio. Tum quia per affinitatem ob alterius inceſtum contractam coniux innocens non priuatur iure ſuo, dictis cap.*diſcretionem penult. & vltimo de eo: qui cognou. conſang. vxor.* & conſequenter inceſtuoſus illi reddere tenetur, nec præfati textus diſtinguunt, ſiue contracta affinitas ante, vel poſt matrimonium conſummatum; nec obligant inceſtuoſum ad religionis ingreſſum; ſed ſolum aiunt coniuges inducendos ad continentiam, quod ſi nolint, Adulterum, & inceſtuoſum debere abſtinere à petitione debiti tantum, non vero à redditione. An autem præfatus inceſtuoſus ante conſummationem matrimonij poſſit licite reddere priori bimeſtri, vel quando alter innocens adulteratus & præbet iuſtam cauſam diuortij; actum eſt late *ſuprà cap.* 5. *num.*273.*ad* 276.

* * *

Quoto

Quoto conſanguinitatis gradu debeat perſona carnaliter cognita à coniuge eſſe coniuncta alteri coniugi, vt coniux idem inceſtuoſus priuetur iure petendi debitum.

25 Porro in quoto conſanguinitatis gradu perſona carnaliter cognita à coniuge debeat eſſe coniuncta alteri coniugi, vt ille ob inceſtum priuetur iure petendi. Si ſermo ſit iuxta ius antiquum, omnes Doctores aſſerunt, eam conſanguinitatem extendi vſque ad quartum, ita quod ſi conſanguinea coniugis ab altero coniuge cognita ſit in quarto gradu illi coniuncta; coniux inceſtuoſus priuatur iure petendi. Doctores id aſſerentes late refert Sanchez *lib. 9. d. diſp.* — *n.* 2. & tradit idem Sanchez, & alij Doctores *ſuprà n. 1. relati.* Quia etſi *cap. 1. penult. & fin. de eo, qui cogn. conſang.* loquantur de coniuge inceſtuoſo cum conſanguineis alterius in primo gradu; Nihilominus ratio, cur talis pœna coniugi inceſtuoſo ſit à iure impoſita, eſt affinitas inique contracta ex eo inceſtu cum altero coniuge, vt manifeſtè conſtat *ex cap. diſcretionem*, ibi, *ſed nec affinitas, &c. de eo, qui cognou. conſ.* Quare ad eum conſanguinitatis gradum pœna debet extendi, & non reſtringi, neque vltra extendi, ex quo affinitas oritur propter copulam; hic autem eſt quartus, *cap. non debet, de conſang. & affinit.*

23 Si verò loquamur iuxta ius nouum Tridentini *in cap. 4. ſeſſ. 24. de reform.* vbi S. Synodus affinitatem ex copula fornicaria conſurgentem quatenus eſt impedimentum dirimens matrimonium poſtea contractum, ad eos tantum, qui in primo, & ſecundo gradu coniunguntur, reſtringit, in vlterioribus verò gradibus ſtatuit huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum non dirimere, cum tamen iure antiquo extendatur vſque ad quartum gradum, vt dictum eſt.

Difficultas eſt, an Concilium in *d. c.* 4. reſtringens impedimentũ inductum propter affinitatem ex fornicatione contractam ad primum, & ſecundum gradum, cenſeatur etiam ad eoſdem gradus reſtrinxiſſe impedimentum exigendi debitum à coniuge, quod inducitur ex affinitate prouenient ex copula inceſtuoſa ab altero coniuge cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius coniugis poſt contractum matrimonium habita.

Et plures, quos Sanch. *d. diſp. 27. n. 13 fine* refert, & ſequuntur Rebell. *de oblig. iuſt. p. 2. lib. 3. q. 18. n.* 12. & Comitolus *lib. 1. reſp. mor. q.* 138. exiſtimarunt non fuiſſe per Concilium ſublatum dictum impedimentum petendi; ſed adhuc coniugem poſt contractum matrimoniũ habentem copulam fornicariam cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius coniugis in quarto gradu remanere priuatum iure exigendi debitum iuxta diſpoſitionem iuris antiqui. Primò quia impedire matrimonium contrahendum, dirimereque contractũ, & impedire poſt contractum matrimonium debiti petitionem ſunt diuerſa; At Trident. *d. c. 4. ſtatuit*, ne prædicta affinitas ex copula fornicaria orta matrimonium contrahendum impediret vltra ſecundum gradum, cum ergo à iure antiquo non ſit recedendũ, niſi quatenus iure nouo expreſſum fuerit, & in iure nouo nulla quoad debiti petitionem reſtrictio inueniatur, impedimentum petendi extenditur vſque ad quartũ gradum, prout in iure antiquo. Secundò, quia coniux dum copulatur carnaliter conſanguineo, vel conſanguineæ alterius coniugis in quarto gradu committit inceſtum ob affinitatem, quæ ex tali matrimonio conſummato orta eſt circa omnes conſanguineos, vel conſanguineas alterius coniugis vſque ad quartum gradum; at prædicta pœna priuationis iuris petendi debitum eſt impoſita propter peccatum inceſtus, non propter affinitatem ſolam iuxta Gloſſam *in cap.* 1. *verbo, copulare*, de eo, *qui cogn. conſang.* Antonium Butrium *in cap. tranſmiſſæ fine eod. tit.* & alios à Sanchez *d. diſp.* 27. *n.* 13 *relatos* colligitur: ex *d. cap. tranſmiſſæ ibi, qui, & adulterio* &c. & ex eo quod ignorantia conſanguinitatis, vel coactio, & vis excuſant à præfato impedimento petitionis debiti *cap. 1. & cap. diſcretionem, eodem tit.* quia tunc non adeſt culpa inceſtus: idque ſtatuit ius, ne aliàs facilis daretur occaſio adulterandi cum conſanguineis coniugum, domum pro ratione neceſſitudinis frequentantibus.

At tenendum eſt per Tridentinum illud impedimentum petendi fuiſſe reſtrictum ad ſecundum gradum, ſicut ad ſecundum gradum idem Cõcilium reſtrinxit affinitatem contractam ex copula fornicaria quatenus eſt impedimentum matrimonij, ita Nauarrus, Gutierez, Veracrux, Ouadus, Palacios, Henriq. Viualdus, Manuel, Sà Petr. Ledeſma à Sanchez *d. n.* 14 *relati* ex Doctorib. *ſuprà n. 1. relatis*, idem Sanchez *d. n.* 41. Baſilius Pontius *d. cap. 7. n.* 5. Hurtadus *d. diſſ.* 7. Reginaldus *d. n.* 292. Villalobos *d. diff. 52. n.* 4. Martinus Perez *d. diſp. 51. ſect.* 3. Filliucius *d. n.* 349. Caſtrus Palaus *d. §. 6. n.* 2. Auerſa *d. ſect. 3. fine.* Et alij recentiores Carolus Antonius Theſaurus *de pœnis eccleſ. p. 2. verbo inceſtus pœn. n.* 4. Diana *p. 3. tract. 5. reſolut.* 19. & Auguſtinus Barboſa *collectan. ad d. cap. 4. Trid. n.* 5. vbi ait ita deciſum fuiſſe à S. Congregat. Concilij teſte Aldano *in compendio canon. deciſ. lib. 1. tit. 8. nu.* 35. & deciſionem refert Farinacius *in declarationibus ad d. cap. 4 fine*, in quo etiam affertur ratio. Verba Deciſionis ſunt. S. D. N. Gregorius XIII. *ex ſententia congregationis dixit per hoc decretum ablatum cenſeri impedimentum quoque ſuperuenientis affinitatis poſt contractum matrimonium; quia ſi impedimentum dirimens ſublatum eſt, quod maius eſt, ergo & illud quod ſolum impedit, ne is, per quem contracta eſt affinitas ſine peccato poſſit exigere debitum, quod minus eſt. Præterea Concilium ſuſtulit tertium, & quartum, ergo in omnibus.* Ita S. Congregatio. Cuius rationem ibi allatam confirmat regula illa, cui licet plus, licet minus, *de reg. iur. in* 6. Præterea impedimentum petendi debitum ſtatutum eſt ob affinitatem culpabiliter poſt matrimonium contractum, vt dixi *ſuprà n.* 22. ac proinde extenditur ad illum gradum, ſeu ad illos tantum gradus, ex quibus oritur, vt eodem *n.* 22. explicatum eſt. At iuxta Tridentinum ex copula fornicaria non oritur affinitas vltra ſecundum gradum, ergo nec tale impedimentum petendi incurritur; ſed dato etiam quod tale impedimentum à iure impoſitum eſſet propter inceſtum; poſt reſtrictionem affinitatis, quæ ex copula fornicaria conſurgit, ad ſecundum gradũ quatenus eſt impedimentum matrimonij, fornicatio cũ affine in tertio, & quarto gradu iam non eſt inceſtus, quia non eſt cenſenda cum affine habita, ſicut non cenſentur conſanguinei, qui ſunt extra quartum gradum, eo quod extra illum non eſt impedimentum cõtrahendi matrimonium. Confirmatur, quia fornicatio cum affine in tertio, & quarto gradu non habet ſpecialem malitiam irreuerentiæ, ſeu inceſtus iure naturali (quod certum eſt) neque poſt illud Tridentini Decretum iure eccleſiaſtico, quia ius eccleſiaſticum prohibens dictam copulam intuitu reuerentiæ affinibus exhibendæ ceſſauit, ceſſante prohibitione matrimonij, quod ſolum prohibetur ob indecentiam copulæ inter illos. Ex quibus manet ſoluta fundamenta alterius ſententiæ. 24

Vtrum coniux poſt matrimonium contrahens inceſtuoſam affinitatem cum altero coniuge ſit priuatus iure petendi debitum ante omnem iudicis ſententiam condemnatoriam, vel criminis declaratoriam.

25 Pro complemento huius Paragraphi explicandum eſt, an præfatus coniux inceſtuoſus cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius coniugis poſt contractum matrimonium in foro conſcientiæ incurrat priuationem iuris petendi debitum ante omnem Iudicis ſententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis. Eſſe neceſſariam aliquam iudicis ſententiam videtur voluiſſe Panormitanus. Angelus, & Sylueſter *ſuprà num.* 5. allegati, dum dixerunt debere aliquomodo conſtare de copula inceſtuoſa, vt petitio debiti impediatur. Simancus quoque *de inſtitut. cath. tit.* 9 *num.* 202. relatis à Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſput.* 30. *num.* 1. dixit incertum eſſe, an inceſtuoſus cum conſanguineis vxoris incidat ſtatim in foro conſcientiæ in hanc priuationem. Et ratio afferri poteſt, ſcilicet, quod hæc priuatio petendi debiti vere eſt pœna culpæ affinitatis inique contractæ, vt ſupra ſæpius dictum eſt, & tradunt communiter Doctores à Sanchez *dict. num.* 2. *relati*, idem Sanchez *ibidem*, omnes alij *numero* 1. *relati*. & etiam Villalobos *part.* 1. *tract.* 2. *diff.* 25. *num.* 2. quod etiam patet euidenter, quia vbi affinitas illa contrahitur ſine peccato, vt ſi ignoretur affinitas, aut vi, aut coactè habeatur copula, ea priuatio non incurritur vllo modo, vt dicitur ſequenti paragrapho, pœna autem non incurritur abſque iudicis ſententia condemnante, vel ſaltem declarante delictum, vt tradunt Doctores *à me tom.* 2. *var. moral tit.* 12. *numero* 166. allegati, idque eſſe proprium omnium pœnarum ſentire communiter Theologos, & Iuriſperitos teſtatur Sanchez *d. num.* 1.

26 At omnino dicendum eſt incurri ante omnem iudicis ſententiam, ita Doctores communiter, Caſtro, Caietanus, Angles *locis* à Sanchez *d. diſput.* 30. *num.* 2. *relatis*, omnes Doctores *ſuprà num.* 5. allegati dicentes eam priuationem in foro conſcientiæ incurri, tametſi copula inceſtuoſa ſit occulta. In terminis aiunt Sanchez *d. num.* 2. Layman, & Perez *locis ſuprà num.* 5. *relatis* Villalobos *p.* 1. *tract.* 23. *d. diff.* 52. *num.* 1. *& tract.* 2. *diff.* 25. *num.* 2. Caſtrus Palaus *p.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 2. *pun* 2. *num.* 9. Bonacina *de matr. q.* 3. *part.* 2. *num.* 22. & Leandrus Diſcalceatus *de ſacram tom.* 2. *tract.* 9. *diſp* 25. *q.* 61. Rationem autem Sanchez fatetur ſe nullum inuenire concludentem, vt hæ, & ſimiles pœnæ licet mere priuatiuæ, etiam irregularitas, excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum non indigeant iudicis ſententia, vt in foro contrahantur; & illam ſolam approbat, quod pœnæ priuatiuæ ſint, atque ita facilius in eas incidatur; ſicque vſu receptæ, & declaratæ ſint, vt nulla indigeant ſententia condemnatoria, vel declaratoria criminis; quod ait non accidere in multis aliis pœnis priuatiuis ipſo facto delinquentibus impoſitis. Verùm præter hoc quod ſit ita vſu receptum, ac declaratum, vt hæc pœna priuationis iuris petendi debiti à coniuge inceſtuoſo ipſo facto in foro conſcientiæ incurratur nulla indigeat ſententia. Vlterius probatur, quia alioqui talis pœna eſſet inutilis, lexque illam imponens nullum haberet moralem effectum, etenim nunquam, vel ſaltem valde raro huic pœnæ locus foret; cum inceſtus plerumque occultus ſit, & non deducibile ad forum externum. Pœna autem à lege impoſita ipſo facto in foro conſcientiæ obligat, quando alioqui lex remaneret inutilis, & inefficax, vt Suarez *de leg lib.* 5. *cap* 8 *numero* 9. *& cap.* 9. *numero* 6. & Villalobos *part.* 1. *tract.* 2. *dict. diff.* 15. *num.* 5. Ex quibus etiam aduertendum, quod quamuis in iuribus, in quibus ſtatuitur præfata priuatio, ſeu pœna, non habeatur particula *ipſo facto*, vel ſimilis, tamen citra controuerſiam eſſe, & omnes fateri, eſſe impoſitam ipſo facto incurrendam, quia vt dictum eſt hic, & *n.* 5. illa oritur etiam ex inceſtu occulto, qui non cadit ſub iudicium externum, & alioqui inutiliter foret ſtatuta, vt dictum eſt.

SEQVITVR SVMMARIVM CAPITIS V. & §. I.

Referuntur Doctores tractantes de illa controuerſia, an pœna legalis ipſo facto, ſeu ipſo iure impoſita obliget in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam. n. 27.

Pœnæ legales aliæ poſitiuæ ad ſui executionem requirentes hominis aliquam actionem; aliæ priuatiuæ ad ſui executionem non requirentes actionem phyſicam. n. 28.

Lex ciuilis, & eccleſiaſtica poteſt obligare in conſcientia ad vtramque pœnam ante omnem iudicis ſententiam. numero 29. *&* 30.

Pœna legalis poſitiua ipſo facto in lege iniuncta delinquenti, an in foro conſcientiæ à Reo incurratur, & ſoluenda ſit ante omnem iudicis ſententiam. Affirmatiua n. 31. *Negatiua, & communiſſima. n.* 32. *&* 33.

In pœnis ipſo facto impoſitis criminis declaratoria retrotrahitur ad diem commiſſi criminis, ſecus in pœnis ferendis per iudicem. n. 32.

Pœnæ ſunt potius temperandæ, quam augendæ, & extendendæ. n 32.

Lex humana debet eſſe humanæ fragilitati accommodata poſſibilis, nec valde difficilis. ibid.

Quem effectum habeant illa verba ipſo facto, *& ſimilia, quibus importatur pœna latæ ſententiæ. ibid.*

Pœna confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum. vel certæ pecuniæ ſoluendæ ipſo iure certis criminibus ſtatuta, an à delinquente in foro conſcientiæ ſtatim incurratur ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam. Prima ſententia abſolute affirmans amitti dominiũ, & bona tradẽda fiſco n. 34.

Secunda ſententia aſſerens amitti dominium bonorum confiſcatorum ante declaratoriam; poſſeſſionem autem iuſte retineri, nec bona fiſco tradenda niſi poſt declaratoriam. numero 33. 36. 37. *&* 38.

Tertia ſententia tenens ante declaratoriam criminis retineri iuſte poſſeſſionem, nec etiam dominium bonorum amitti. n. 39. 40. 41. 42. *&* 44.

Conciliatio prædictarum duarum ſententiarum. n. 42.

Differentia inter pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure impoſitam, & impoſitam tantum per Iudicis ſententiam ferendam. n. 45.

Filius capiens ante ſententiam iudicis declaratoriam criminis bona heretici etiam notorij iniuſte capit, & factum non tenet. n. 46.

An, & quando poſſit eſſe iuſta poſſeſſio rei abſque illius dominio. n. 37. *&* 43.

Vbi crimen eſt notorium, an ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam amiſſionis bonorum, vel certæ pecuniæ ſoluendæ ipſo facto iniunctam requiratur ſententia criminis declaratoria. Negatiua n. 47. *initio. Affirmatiua eodem. n* 47. *extenditur etiam ſi delinquens fuerit confeſſus crimen in iudicio. n.* 48.

Ad præfatam pœnam in foro conſcientiæ incurrendam non requiritur iudicis ſententia expreſſe, & formaliter condemnatoria ad pœnam, aut pœnæ declaratoriam, ſed ſufficit declaratoria criminis. n. 49. *licet regulariter cum declaratoria criminis addant iudices etiam condemnationem ad pœnam. ibid. fine.*

Si

Si lex, vel ſtatutum imponat bonorum conſiſcationem, vel pœnam pecuniariam ipſo facto, addendo abſque alia declaratione, an tunc pœna in foro conſcientiæ incurratur ante criminis declaratoriam. Affirmatiua n. 50. Negatiua. n. 51. & quid ſi lex dicat pœnam incurrendam ante ſententiam n. 52.

Sequuta ſententia condemnatoria, vel declaratoria criminis reus non tenetur ſtatim tradere bona conſiſcata ipſi fiſco, ſed poteſt expectare iudicis executionem. n. 53. licet contrarium aliqui ſentiant. ibid.

Hæreticus & alius reus criminis habentis ipſo facto annexam bonorum conſiſcationem poſt iudicis ſententiam condemnatoriam, vel criminis declaratoriam, ſi negligentia fiſci bona non petantur, non tenetur illa tradere, aut manifeſtare n. 54.

An bona conſiſcata ab huiuſmodi reo tam ante, quam poſt ſententiam poſſint licite occultari n. 55.

Quod dictum eſt de delinquente iam condemnato, quoad tradenda bona fiſco, idem dicendum de eius ſucceſſoribus vniuerſalibus & particularibus. Qui etiam talia bona poſſunt contra fiſcum præſcribere ſpatio 40. annorum, ſi fiſcus non petat per alicta n. 56.

Præfati ſucceſſores quando teneantur bona fiſco reſtituere ibid.

Quid quando iudex in ſententia præcipit reum exequi pœnam ad corporalem læſionem non pertinentem, puta ad ſoluendam pecuniam, vel bona tradenda; an teneatur exequi nulla alia iudicis executione expectata n. 57.

Quid ſi iudex præcipiat Reum exequi ex ſe pœnam corporis afflictiuam n. 58.

Reus, qui ob crimen venit per Iudicem condemnandus, vel per legem ipſo facto eſt condemnatus ad pœnam boni fortunæ à iudice legitime interrogatus, ſi neget veritatem, & falſo ſe defendat; & ideo non condemnetur, an teneatur ad reſtitutionem dictæ pœnæ, Affirmatiua num. 59. Negatiua num. 60.

Fiſcus iniuſte impeditus obtinere ſententiam criminis declaratoriam, vel condemnatoriam per falſas defenſiones non poteſt licite vti compenſatione. n. 63.

Quid ſi ageretur ad alicuius contractus reſciſſionem legibus conceſſam; & Reus falſis defenſionibus impediret. numero 64.

Reus criminis habentis annexam priuationem bonorum, an, & qua ratione ante ſententiam Iudicis liceat bona conſiſcata alienare titulo gratuito, vel oneroſo; & quod robur habeat alienatio n. 65. 66. & 67.

Alia ſummaria vide poſt n. 67.

Lex humana tam ciuilis, quam Eccleſiaſtica poteſt obligare in conſcientia ad pœnam priuatiuam & poſitiuam per eandem legem delicto ipſo iure impoſitam, nulla expectata Iudicis ſententia condemnatoria, vel criminis declaratoria.

27 Porrò huius difficultatis occaſione, & ad maiorē illius declarationem, & quia materia eſt valde vtilis; cenſui hoc loco explicandam eſſe illam famoſam cõtrouerſiam, an, & quando pœna legalis, ſeu à lege poſitiua ciuili, vel canonica, ſeu eccleſiaſtica ipſo iure, & facto cõmittenti tale delictum, vel legem tranſgredienti impoſita, & ſtatuta ſtatim à commiſſo delicto, ſeu violatione legis in foro conſcientiæ incurratur, ſeu habeat locum ita vt ante omnem iudicis, ſeu ſuperioris ſententiam condemnatoriam ad pœnam, vel declaratoriam criminis, ſeu ante omne iudicis præceptum, vel quamcunque monitionem delinquens, ſeu legem violans ſub pœna peccati mortalis debeat illā exequi, vel pati. De qua controuerſia Nauarrus *in man. cap. 23. n. 66. & 68. & in comm. de datis, & promiſſ. notabili 3.* Couaruuias *in 4. decret. cap. 6. §. 8.* Alphonſus de Caſtro *lib. 2. de poteſtate legis cap. 8. & tribus ſeqq.* Antonius Gomez *in lib. 1. Tauri num. 4. & tom. 3. var. cap. 2. num. & latius cap. 14. num. 3.* Garcias *de beneficiis part. 11. cap. 10. à num. 7.* Ioannes Valerius *de differentiis v. pœna, differentia 10.* Io. Maria Belletus *diſquiſitionum cler. part. 2. tit. de pœnis clericor. § 48. num. 4. & 5.* Molina *de iuſtit. tom. 1. diſp. 95. & duob. ſeqq.* Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 29. dub. 8.* Azorius *part. 1. lib. 5. cap. 7. & 8.* Sayrus *lib. 3. clau. dub. 5. ſcilicet à num. 23.* Sanchez *de matr. lib. 9. dict. diſput. 30. & in ſum. lib. 2. cap. 22.* Salas *de legib. diſput. 15. ſect. 1. & quatuor ſeqq.* Bonacina *de legib. diſput. 1. quæſt. 1. part. 7. §. 2.* Paulus Layman *lib. 1. tractat. 4. cap. 14.* Fagundez *in decal. lib. 8. cap. 19.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 9. num. 7. & nonnullis ſeqq.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſput. 2. part. 1.* Martinus Perez *de matr. diſput. 52. ſect. 6.* Reginaldus *lib. 3. cap. 26. quæſt. 1. ſcilicet à num. 276.* Filliuccius *to. 2. tract. 21. cap. vlt. n. 423. & 424.* Carolus Antonius Theſaurus *de pœnis eccleſiaſticis p. 1. & 2.* Villalobos *p. 1. tract. 2. diff. 15. & 16.* & alij à Garzia *vbi ſuprà,* & Iacobus à Canedo *collectaneo 2. ad decretal. n.* & ego ipſe *to. 1. moralium variorum tit. 12. à n. 166. & to. 3. tit. 6. nu. 584. & tit. 11. n. 33.*

Notandum pœnarum legum ciuilium, vel Eccleſiaſticarum duplex eſſe genus; aliæ enim ſunt mere priuatiuæ, ſeu quæ conſiſtunt integraliter in priuatione, & vt executioni mandentur, nulla opus eſt actione delinquentis, vel tertij, & tales ſunt excõmunicatio, ſuſpenſio, interdictū, irregularitas, quæ ſunt pœnæ ſpirituales item inhabilitas ad obtinēda in poſterū officia, beneficia, gradus, priuatio ſuffragij, ſiue vocis actiuæ, & paſſiuæ in ordine ad electiones, quæ ſunt pœnæ temporales, nõ ſpirituales, & ſimiles. Aliæ ſūt quæ nõ ſunt mere priuatiuæ, ſed poſitiuæ ſunt, & dicuntur, quia ad ſui executionē requirunt aliquā actionē, vel ipſius delinquentis, vel tertiæ perſonæ; licet eorū aliquæ priuēt aliquibus bonis proprijs ipſius delinquētis, vel cõmunibus; tales ſūt amiſſio, ſeu cõfiſcatio bonorū Priuatio, ſeu amiſſio officiorū, quæ delinquens poſſidet, priuatio collegij, ſeu egreſſus à collegio, vbi quis eſt, pecuniæ ſolutio, exiliū, flagellatio, ſeu mors, & membri mutilatio. Prædicta enim omnia requirunt actiones poſitiuas, quibus bona, officia, beneficia, collegium, pecuniam, patriam, vitam demittit, & à ſe abdicat, vel pœnam in ſe exequitur. 28

Notandum etiam, etſi Sotus *lib. 1. de iuſtitia q. 6. concl. 1. ad 1. 2. & 4. & lib. 4. q. 6. art.* videtur affirmare nullam pœnam præter cenſuras, & irregularitatem incurri poſſe ante iudicis ſentētiam. Nihilominus tamquam certum ſupponendū eſt, legem humanā eccleſiaſticam, & ciuilem poſſe obligare ad pœnam tā priuatiuam, nullam ad ſui executionem actionem requirentem quam poſitiuā actionem aliquam, requirentē ſubeundam in foro cõſcientiæ ante omnē iudicis ſētentiam, dūmodo non nõ ſit intolerabilis, & immoderata, ſed moderata, & humanæ cõditioni nõ admodum difficilis. Ita DD. cõmuniter, & ex præallegatis in ſpecie Alphonſus de Caſtro *d. c. 8. n. 10.* Nauarr. *locis citatis,* Sayrus *d. c. 9. n. 3.* Azorius *d. c. 7.* Suarez *d. l. 5. c. 5. n. 15. & de cenſur. diſp. 2. ſ. 2.* Salas *d. diſp. 15. ſ. 2.* Regnald. *d. l. 13. n. 178.* Villalob. *d. tr. 2. diff. 13.* Bonacina *d. §. 2. n. 8. & 9.* Caſtrus Palaus *d. diſp. 2. p. 1.* & alij, quos latè referunt Sayr. *d. c. 9. n. 24.* Salas *n. 26.* & Garzias *d. c. 10. n. 9. & 20.* & ego ipſe *to. 2. mor. var. d. tit. 12. n. 166.* quod pluribus exemplis explicant Sayr. Azorius, Salas, & Reginald. Et facit exemplum de impedimento petendi debitū, ſtatutum contra coniugē poſt contractū matrimoniū inceſtuoſum cū conſanguineis alterius cõiugis, quod ante iudicis ſentētiā in foro cõſcientiæ incurri oſtēſū eſt *ſuprà n. 16.* & tradunt DD. communiter, vt ibi notatum eſt: facit etiam exemplum pœnæ inhabilitatis ad contrahendum matrimonium cum ea, cum qua machinatus eſt mortem mariti ea concurrente;

vel cum qua commiſit adulterium fide data de matrimonio contrahendo poſt mortem coniugis; in quibus duobus caſibus præfata inhabilitas contrahitur in foro cōſcientiæ ipſo facto, licet delictum ſit occultum, ante omnem iudicis ſentētiam, vt ſentiunt DD. communiter, & conſtat ea praxi Eccleſiæ. Probatur etiam ratione, quia non minor eſt poteſtas legis, quā iudicis, nam illa eſt immediata poteſtas Principis, ſeu Reipublicæ, & hæc tantum poteſtas à Principe delegata. At iudex ſua ſententia poteſt virtute legis participatā à Principe obligare in conſcientia ad pœnam ſubeundam, vel ſoluendam, vt omnes fatentur, dummodo pœna ſit moderata, & tolerabilis; ergo etiam id poteſt Princeps immediate ſua lege. Confirmatur, id poteſt ſuo præcepto abſque lege, ergo etiam mediata lege. Qua ratione reprobatur etiam opinio Caietani 2.2.q.62.*art.* 3. *& in ſumm. v. pœna*, & nonnullorum aliorum, quos Salas *num.* 24. & Palaus *num.* 2. referunt aſſerentium legem humanam poſſe obligare ad pœnas priuatiuas nullam hominis exequutionem requirentes ante iudicis ſentētiam; nec vero ad pœnas poſitiuas, & actionem ad ſui executionem requirentes. Quæ opinio etiam reprobatur alia ratione à Suarez, & Sala adducta, ſcilicet, quia quod delinquēs exerceat circa ſe ipſum, vel rem ſuam actionem pœnalem non eſt per ſe malum, imò ex ſe potius honeſtū; ergo quod ad talem actionem per legem obligetur, nec eſt per ſe inhoneſtum, nec poteſt exiſtimari ſupra poteſtatem legiſlatiuam, ſi pœna delicti grauitatem non excedat, nec adeo acerba, & difficilis, vt præter humanam conditionem videri poſſit obligare hominem ad illam in ſe exequendam.

30 Dixi *legem eccleſiaſticam, & ciuilem*; quoniam non ſolum poteſtas eccleſiaſtica, ſed etiam poteſtas laica ſuis ſubditis leges præſcribere poteſt, quæ conſcientias eorum ad peccatum mortale obligare queat; vt contra Gerſonem 3.*p. de ſpirituali lectione* 4. Alphab. 62. & Ferdinandum Vaſquium quæſt. *illuſtrium lib.* 1. *cap* 19. tradunt communiter Theologi, & etiam Iuriſperiti, quos late referunt idem Vaſquius, & Salas de *legib. diſput.* 10. *ſect.* 1. Etenim non ſolum Eccleſiaſticis, ſed etiam laicis in officio, & dignitate poſitis, Principibus, Reipublicæ, cæteriſque ſuperioribus obedientia in conſcientia debetur iuxta D. Pauli teſtimonium, qui de obedientia Magiſtratibus debita in vniuerſum, & abſolute loquens, ait *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Rom. 13. & infrà *Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malum agit: ideoque neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* Igitur citra omne dubium poteſt Poteſtas humana tam Eccleſiaſtica, quam ſæcularis legem pœnalem, quæ illius tranſgreſſorem in foro conſcientię ad pœnam obliget abſque aliqua iudicis ſententia ſubeundā, ac perſoluendam, vel patiendā ſtatuere. Dummodo, vt dixi, ſit moderata, & humanæ conditioni non admodum difficilis, vt omnes Doctores num. præcedenti relati notarunt. Nam ſi pœna ſit acerba, & nimis grauis, non eſt expediens illam imponere, quia pauci illam exequerentur. Quod autem communitati expediens non eſt, non poteſt præcipi à legiſlatore. Ex quo fit, non poſſe legiſlatorem obligare delinquentē ad aliquam actionem efficiendam, vel omiſſionem alicuius actionis, ex qua grauiter eius vita, fama, & honor periclitaretur, quia non eſſet obligatio naturæ humanæ accommodata, neque rectæ gubernationi conueniens, vt docent vbi ſupra Suarez *num.* 12. *&* 16. Salas *nu.* 27. Reginaldus *dict. numero* 278. & Caſtrus Palaus *numero* 5.

Controuerſia ergo ardua, & grauiſſima eſt non de poſſibili, ſed de facto ſcilicet, an ſi pœna legalis à legiſlatore eccleſiaſtico, vel ſæculari delicto, ſeu delinquenti impoſita ipſo facto, & iure incurrenda, ſiue ſit priuatiua non requirens actionem phyſicam aliquam ad ſui executionem, ſiue poſitiua, & requirens aliquam actionem, vt executioni manderur, in foro conſcientiæ à delinquente, vel legem pœnalem violante, incurratur ante omnem iudicis ſententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis.

Pœna legalis poſitiua, ſeu quæ ad ſui executionem requirit aliquam actionem ipſo facto, ſeu ipſo iure delicto annexa an à delinquente incurratur, & ſoluenda ſit in foro conſcientia ante omnem Iudicis ſententiam.

Et quoad pœnam poſitiuam, ſeu quæ requirit aliquam actionē ad ſui executionem ipſo facto à tempore commiſſi delicti, vel violatæ legis incurrendam, in foro conſcientiæ incurri, & ſoluendam, ſeu ſubeundam eſſe ante iudicis ſententiam condemnantem ad pœnam, vel declarantem crimen, ſenſere Alphonſus à Caſtro *d. cap.* 8. *& de iuſta hæreticorum punitione cap.* 6. & plures alij Iuriſperiti ab eodem Caſtro, ab Antonio Gomez *d. cap.* 2 *n.* 5. Sayro *d. cap.* 9 *n.* 24. Azorio *d. cap.* 7. *q.* 1. & Sanchez *d. cap.* 22. *nu.* 6. *relati* & hanc ſententiam tenens ex Theologis Corduba *in quæſt. lib* 1. *quæſt.* 36. *§. ſed certe*, & pro eadem alios Theologos allegat Caſtro *vbi ſuprà*: Fundamentum, præter alia (quibus ex dicendis manebit ſatisfactum) eſt, quia alioqui verba illa *ipſo facto*, vel *ipſo iure* carerent omni effectu 35

At communiſſima Doctorum ſententia loquendo in vniuerſum, & abſolute de pœna, quæ ad executionem requirit hominis actionem, tenet non incurri in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam ſaltem criminis declaratoriam. Ita Gloſſa famoſa, & recepta *in can. Fraternitas* 12. *q.* 2. & ſex centum quos referunt Garzias *d. cap.* 10. *num.* 8. Farinaccius in *praxi crim. q.* 116. *n.* 20. Gomez *d. cap.* 2. *num.* 5. *& d. cap.* 14. *num.* 3. Sayrus *num.* 25. *&* 26. Azorius *dict. cap.* 7. *quæſito* 1. *& quæſito* 3. & Sanchez *dict. diſput.* 22. *num.* 7. ita quoque Vaſquius *d. cap.* 29 *num.* 19. *& de ſucceſſ. progreſſu in præfat. num.* 98. *verſic. ſimillimam.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad cap ſi quis* 1. *num.* 6. *de præſumptionibus in* 6. *& collect. ad cap. cum ſecundum leges, num.* 5. *& ſeqq de hæreticis in* 6. vbi etiam innumeros alios huius ſententiæ refert. Farinacius in *fragm. p* 2. *v. lex num.* 157. 158. *&* 164. alios Iuriſperitos late allegans & ita tenent etiam reliqui Doctores *ſuprà num.* 27. *relati.* Nauarrus *dict. cap.* 23. *num.* 66 *& d. notab.* 31. Couarruuias *d. §.* 8. *num* 10. Garzias *d. cap.* 10. *num.* 19. Belletus *d. §.* 48. *n.* 5. Azorius *vbi ſuprà* Sayrus *d cap.* 9 *n.* 36. Sanchez *d. diſp.* 30 *num.* 1. *dict. cap.* 21. *eod. nu.* 7. *& lib.* 3. *de matr. diſp.* 53. *num.* 3. Molina *d. diſp.* 95. Salas *d. diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 46. *& ſect.* 4. *n.* 55. Ioannes Valerus *dict. diff.* 20. *& diff.* 2. Reginaldus *d. lib.* 13. *n.* 284. Layman *d. cap.* 14. *nu.* 3. *&* 4. Suarez *d lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 3. *&* 4. Filliuccius *d. cap. vlt. num.* 413. *&* 424. *tract.* 40. *cap.* 6. *num.* 158. Leſſius *d. cap.* 29. *dub.* 8. *num.* 63. Fagundez *d. cap.* 19. *num.* 9. Bonacina *d. §.* 2 *num.* 9. Martinus Perez *d ſect.* 6 *num* 5. Theſaurus *d. tract. de pœn eccleſ. part.* 1. *cap.* 5. *§. Reſpondeo tertio & cap.* 28. *& duob. ſeqq.* Villalobos *d. tract* 2. *diff.* 36. *num.* 2. Sà *dict. v. pœna.* Alij plures, *qui infrà citantur, & ego ipſe locis ſuprà num.* 27. *citatis*, & communiſſimam ſententiam dicit Sanchez *d. diſp* 30. *n.* 1. *& d. diſp.* 52. *n.* 3. Rationem adduxi *in d. to.* 2. *mor. var. dicto tit.* 12 *nu.* 166. ſcilicet, quia etſi ſupremus Princeps eccleſiaſticus, vel ſæcularis id poſſit iuxta tradita n. 29. non tamen conſtat Imperatores, vel ſummos Pontifices tales leges cum tanta ſeueritate condidiſſe 32

condidiſſe, aut vſu hominum eſſe receptas, vt ad pœnam in foro conſcientiæ obligent, licet leges exprimant priuationem bonorum, officiorum, beneficiorum, & ſimilium bonorum, vel exheredationem aut tantæ pecuniæ ſoluendæ pœnam delinquenti impoſitam ipſo facto, vel ipſo iure incurri: debent namque benignè interpretari, vt non ſtatim priuent dominio, aut iure retinendi, & obligent ad tradendum bona fiſco, vel aliis, vel ad abdicandum ſe ab officio; ſed ſolum per ipſas leges pœnales eo modo latas, velle, vt poſt latam à iudice ſententiam retrotrahatur ad diem commiſſi criminis, & legis violatæ iuxta ea, quæ latè trado *d. tit* 12. *n.* 173. *quatuor ſeqq.* in quo differt à pœna legali non latæ, ſed ferendæ ſententiæ à lege delinquenti impoſita, vt dictis numeris declaro. Et huiuſmodi benigna interpretatio ſuadetur tum ex illo principio generali, quod pœnæ temperandæ potius ſunt, quam augendæ, & extendendæ, tum quia lex humana debet eſſe humanæ fragilitati accommodata, & poſſibilis, nec valdè difficilis, non eſſet autem talis, ſi huiuſmodi pœna priuationis bonorum, officiorum &c. quæ ad ſui executionem totalem, & integralem requirit actionem hominis, foret ſtatim, ac delictum committitur, debita, & exequenda à Reo nulla expectata iudicis ſententia; eſt enim valdè difficile, & ab humana natura alienum (prout etiam notant plures ex præallegatis Doctoribus) vt idem cogatur eſſe reus, & executor iuſtitiæ exequendo in ſe pœnam ſæpe grauiſſimam, & ſui criminis proditor, & accuſator, ſuppoſito, quod delictum eſſet occultum. Confirmatur, quia verba illa *ipſo facto, ipſo iure* habent ſufficientem effectum, & aliquid, & multum operantur, etiamſi ſtatim, ac committitur delictum pœna in foro conſcientiæ non liget, ſed expectanda ſit iudicis ſententia; quia lex illa verba vult, vt ſequuta ſententia criminis declaratoria pœna retrotrahatur vſque ad diem criminis (vt dictum eſt) atque adeo licet non obliget in conſcientia ante iudicis ſententiã ſaltem declaratoriam delicti ad ſubeundam pœnam & dimittendam rem, qua lex delinquentem ipſo iure priuat, vel abſtinendum ab eius vſu, tamen aliquo modo diminuit, & infirmat dominium, titulum, & ius circa talem rem, & poteſtatem vtendi illa; quæ non manet tam libera, & abſoluta, ſicut antea erat, vt latè explicaui *d. tit* 12. *n.* 172. *& ſeqq.* Secus autem quando lex non imponit pœnam ipſo facto incurrendam, ſed ſolum à iudice infligendam, vt eodem loco latè explico. Confirmatur eadem ſenteniam ex his, quæ infrà dicuntur in ſpecie confiſcationis bonorum, priuationis officiorum, & beneficiorum ipſofacto certa crimina patrantibus impoſita. Demum confirmatur, quia quando iura imponentia abſolutè priuationem bonorum delinquenti volunt inducere obligationem in conſcientia ad exequendam pœnam huiuſmodi, quæ pendet ex actione delinquentis ante iudicis ſententiam delicti declaratoriam, præter illa verba *ipſo facto*, vel *ipſo iure*; addit alia verba in lege, quæ magis, & expreſsè hanc intentionem explicant, niſi fortè lex eſſet inutilis, & inefficax, ſi obligationem in conſcientia non induceret. Quare Molina *d. diſp.* 26. *§. quod dictum.* ait pœnam priuationis, ſeu amiſſionis bonorum, officiorum, vel beneficiorum, *ipſo iure*, aut *ipſofacto* à lege ſtatutã in foro conſcientiæ nõ incurri, nec bona, officia, aut beneficia amitti, niſi verbũ aliud à legiſlatore addatur, vnde luce clarius conſtet mentem ipſius eſſe, vt abſque vlla ſententia commiſſo crimine amittantur. De nullo enim (inquit) legiſlatore præſumendum eſt voluiſſe illaqueare conſcientias ſuorum ſubditorum, eos ſolius legis vi obligando ad executionem talis pœnæ. Et idem tradit Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 2. præſertim quoad pœnas à lege ipſo iure impoſitas requirentes ad ſui executionem hominis actionem, & præcipuè inflictiuas corporis v.g. flagellationis, peregrinationis, exilij; in his enim maximè pœnis ait verum eſſe verba debere eſſe luce clariora, vt talem obligationem in conſcientia ante iudicis ſententiam inducant.

Ex quibus etiam infertur etiamſi pœna ad ſui executionem requirens hominis actionem ipſo facto, 33
ſeu ipſo iure à lege ſtatuta ſit moderata & non valdè grauis, adhuc tamen in foro conſcientiæ non ligare, neceſſe perſoluendam niſi poſt iudicis ſententiam; & vſus vniuerſaliter obtinuit; vt non debeatur ante iudicis ſententiam, & comprobat illa Canoniſtarum regula, *quod omnia iura mundi, quæ dicunt pœnam imponi ipſo iure*, vel ipſo facto debent intelligi, dummodo ſecuta ſit iudicis ſententia criminis commiſſi declaratoria. Quid verò ſi crimen ſit notorium, vel ſi lex dicat *ipſo facto ante iudicis declarationem, &c.* vel *ex tunc*; vel ſi reus legitimè interrogatus neget delictum & non potuerit condemnari; explicatur infrà in dubiis ſequentibus.

Verum pro maiori intelligentia præfatæ communiſſimæ ſententiæ, cenſui eſſe in ſpecie, & determinatis pœnis explicanda ſequentia dubia.

Pœna confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum, aut alia pecuniaria pœna ipſo iure certis criminibus annexa, an à delinquente in foro conſcientia ſtatim incurratur ante iudicis ſententiam, ſaltem criminis declaratoriam.

Primum dubium, an pœna confiſcationis, ſeu 34
amiſſionis bonorum ipſo iure ſtatuta à lege propter hæreſim, vel crimen læſæ maieſtatis, vel propter aliam cauſam in foro conſcientiæ à delinquente ſtatim incurratur, ita vt ante iudicis ſententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis delinquens amittat dominium bonorum, & illa teneatur tradere fiſco. Circa hoc dubium:

Prima ſententia abſolutè aſſerit delinquentem ſtatim à commiſſo crimine amittere dominium bonorum, & teneri in conſcientia illa fiſco tradere, nulla iudicis expectata ſententia. Ita Alphonſus à Caſtro *lib.* 2. *de poteſt. legis pœn. cap.* 10. *& de iuſta hæretic. punit. c.* 5. *&* 6. Corduba *loco ſupra num.* 31. *citato.* ita etiam Abbas, Felinus Alexander de Neuo, Ludouicus Gomez Marianus, Socinus, Gulielmus Benedictus, Paulus de Caſtro, Barbatia, Maynerius. Tiraquellus, quos ad id ex Doctoribus *ſuprà n.* 27. *relatis* referunt Antonius Gomez *variar. tom.* 3. *c.* 2. *n.* 5. *& cap. vlt. n.* 3. Couarruuias *d. §* 8. *n.* 10. Sanchez *d. cap* 22. *n.* 6. & Figundez *in decal. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 2. & alij relati à Vaſquio *de ſucceſſionum creatione in præf.* 98. *ver. ſimillimum eſt*, & in eandem ſententiam inclinat Antonius *d. cap.* 2. *num.* 5. quamuis ſibi contrarius oppoſitum teneat *c. vlt. d. n.* 3. Fundantur primò, quia hi criminoſi ſtatim à commiſſo crimine amittunt dominium rerum ſuarum, & ius poſſidendi, & adminiſtrandi, vt ſatis conſtare videtur ex *c. cum ſecundum leges, de hæreticis in* 6. *ex l. vlt. C. de bono præſcript.* & aliis iuribus, quibus confiſcatio bonorum contra hos criminoſos ipſo facto incurrenda ſtatuitur: Secundo, quia *cap.* 5. *de præſcript. in* 6. dicitur hæredes hæretici ſcientes defunctum hæreſis crimen commiſiſſe non poſſe bona eius præſcribere, quia malam fidem habent; ergo non poſſunt iuſtè bona illa poſſidere, cum ea detineant iniuſte. Tertiò quia id non poteſt expreſſius ſignificari; quam illis verbis *ipſo facto*, vel *ipſo iure* & alioqui eſſent ſuperflua & nullius momenti. Demũ quia iuxta omnium ſententiã ſequuta iudicis ſententia criminis declaratoria tenentur in conſcientia hi criminoſi tradere fiſco

bona ipſo iure confiſcata, aut pecuniam, ad quam leges ipſo facto ſoluendam condemnant; ergo hi iidem criminoſi cum ſint certi ſe crimen commiſiſſe, tamquam iam à iure addictam pœnam condemnati tenentur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem. Et ex hac ſententia ſequitur hæreticum, & quemlibet alium criminoſum læſæ maieſtatis etiam occultum, & etiam emendatum teneri ſpoliare ſe bonis, & tradere fiſco, & ita etiam teneri ſe infamare; vix enim poteſt quis ſua bona (præſertim ſi ſit mediocriter diues) offerre fiſco, quin ſe ſimul infamet, & prodat ante omnem accuſationem, & denunciationem; quæ omnia certè ſunt valde dura; vt proindè hæc ſententia communiter reprobetur, & improbabilis videatur. Igitur

35 Alia ſententia aſſerit quidem hæreticum, & quemlibet criminoſum, contra quem ſtatuta eſt pœna confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum ipſo facto, ſeu ipſo iure ſtatim ac delinquit, amittere dominium ſuorum bonorum, illudque transferre in fiſcum; nihilominus ante iudicis ſententiam condemnatoriam ad pœnam, vel declaratoriam criminis iuſtè retinere bonorum poſſeſſionem, adminiſtrationem, poſſeque illis vti, & frui cum debita moderatione, de qua *infrà*; nec teneri interim in conſcientia ſe illis ſpoliare, & ea fiſco tradere. Ita ex Iuriſperitis Couarruuias *d* §.8.*n*.8.9. *&* 10. Vaſquius *d verſic. Simillimum eſt.* Farinacius *de hæreſi q.*190 *n*.22. *&* 68. Peregrinus *de iure fiſci lib.*4 *tit.*5.*n*.8.13.*&* 15. & plures alij à Farinacio *d num.*68.*relati.* Sanchez *d.cap.*2.*n* 2. Azorio *loco mox citando.* Fagundex *d.cap.*10 *n*.5.& à me *tom.*2. *var.mor. tit.*12.*n*.165. Et ex Summiſtis, & Theologis ita ſentiunt Gabriel, Bañez, Victoria, Valentia, Caietanus, Adrianus, Sotus, Ioannes Medina, Arragon, Syluester, Tabiena, Roſella. Armilla, Angelus, ab Azorio *p.*1.*lib* 5. *d.cap.*7.*q* 1.*verſic.de hoc q.*2 *&* 3. Sala *de legib.diſp.*15.*n*.56. Sanchez *d n*.1. & Fagundez *d.n.*5 *relati.* Et ex Doctoribus *ſuprà num.*27. *relatis* Sayrus *d.cap* 9. *n*.30. *&* 36. Azorius *d. q.*2. *&* 3. Leſſius *d. cap* 29.*n*.63. *&* 64. & Villalobos *d. tr.*2.*diff.*26.*n* 6. Fillincius *tom* 2 *tract.*22. *cap.*7.*n*.230 & Palaus *tom.*1. *tract.*4. *diſp.*5.*punct.*18.*n*.2. Et quoad amiſſionem dominij eſſe communem Iuriſperitorum, & Theologorum ait Azorius *d.q.*2. & reperit Farinacius *d.n.*68.

36 Hæc ſententia quoad primam de amiſſione dominij, probatur, quia in vtroque iure ciuili, & canonico, vt conſtat ex *d cap ſecundum leges. ex d.l.vltima,* & ex alijs legibus à Sanchez *d.cap* 22.*num.*1.*relatis*, loquentibus de pœna confiſcationis bonorum ſtatuitur, vt bona Rei læſæ maieſtatis humanæ, vel diuinæ ſint ipſo facto confiſcata, quæ verba nihil ſignificare videntur, niſi bona ipſius iuris poteſtate nulla expectata ſententia eſſe fiſco applicata, & quia ſtatuta bonorum publicatione contra delinquentes datur poſt ſententiam criminis declaratoriam vindicatio bonorum delinquentis fiſco à die criminis, vt colligitur ex *l.final ff ad legem Iuliam.* vindicatio autem rei ſoli domino competit *l.in rem. ff. de rei vindic.* Secundò quia ob inceſtas nuptias, & delationem armorum ad Sarracenos delinquentes perdunt dominium bonorum ſuorum, vt præmittitur *in d.cap. cum ſecundum*; quod etiam dicitur *in l.Hiſpana. l.Regia.* 4.*tit.*2.*p*.2. prout referunt Couarruuias, & Sanchez *locis citatis.* Tertiò, quia *d.cap cum ſecundum leges*, dicitur non poſſe bona ab hæretico auferri ante ſententiam iudicis ſuper crimine hæreſis promulgatam, hoc autem eſſet fruſtra additum, ſi dominium penes hæreticum remaneret, cum certum ſit, dum dominium alicuius rei detinetur non poſſe à domino auferri, donec per ſententiam priuetur. Quartò, quia priuatio dominij eſt pœna priuatiua actione delinquentis non indigens, pœna autem priuatiua incurritur ante omnem iudicis ſententiam iuxta Doctores magis communiter.

Secunda pars eiuſdem ſententiæ, quod delinquens, ſeu Reus humanæ vel diuinæ maieſtatis retineat poſſeſſionem bonorum, quorum dominium ipſo iure amiſit, & illorum vſum donec per iudicem cauſa cognita fuerit lata ſententia delicti declaratoria, probatur ab iiſdem Doctoribus rationibus *ſuprà num.*32. adductis, ſcilicet, tum quia leges ciuiles, & Eccleſiaſticæ, quæ pœnam priuationis bonorum ipſo facto contra delinquentes ſtatuunt, ita vſu ſunt receptæ, vt ante iuridicam criminis declarationem delinquens tutò retineat poſſeſſionem, & vſum bonorum, nec illa teneatur fiſco tradere; conſuetudo autem eſt optima legum interpres; tum quia pœnæ, & odia ſunt reſtringenda, atque adeo talis pœna mitius exponenda, nempè quod ipſo iure, vel facto bona ſint addicta fiſco à die commiſſi criminis quoad dominium, & proprietatem, non verò quoad poſſeſſionem, & vſum. Tum demum, quia alioqui obligatio dictarum legum eſſet nimis dura, & difficilis, & irrationabilis, cum rationi naturali aduerſetur, vt idem ſit reus, & iudex, & vt contra ſeipſum ſententiam grauiſſimæ pœnæ exequatur; quod cum duriſſimum ſit, leges præberent manifeſtiſſimam occaſionem ſæpiſſimè delinquendi, & illaquearent conſcientias. Quintò probatur ex *d cap. cum ſecundum leges de hæreticis in* 6. dum enim ibi ſtatuitur, ne bona hæreticorum occupentur, vel in iis fiat executio ante iudicis ſententiam, clarè patet illis permitti eorundem bonorum poſſeſſionem, & vſum donec talis ſententia fuerit prolata. 37

Si opponatur videri repugnantia hæc duo, ſcilicet, quod delinquens ſit ipſo iure ante ſententiam iudicis priuatus dominio bonorum, & quod retineat iuſtam poſſeſſionem, ſeu ius legitimè poſſidendi bona, & illis vtendi, cum hoc ius in dominio ipſo fundetur. Reſpondent Doctores huius ſententiæ abſque dominio eſſe poſſe apud aliquem iuſtam poſſeſſionem, & vſum rei conſentiente eo, cuius eſt dominium. Ita enim Fratres Franciſcani habent vſum rerum conſumptibilium, non tamen dominium; & Patres interdum poſſident, & habent vſum rerum filiorum, quarum dominium ipſorum filiorum eſt. Quia licet iuſta poſſeſſio, & vſus rei regulariter proueniat ex proprio dominio illius, nihilominus poteſt etiam aliundè prouenire; atque adeo in hæretico quoque & in alio criminoſo læſæ maieſtatis poterit relinqui poſſeſſio, & aliquis vſus, & conſumptio bonorum ſine proprio dominio. Si replicetur id procedere, quando poſſeſſio, & vſus ſpecialiter conceditur, & quaſi ab extrinſeco: In præſenti autem non ita eſſe, cum nulla ſpecialis conceſſio facta ſit hæreticis, ſed eo ipſo, quod (vt conſtat ex *d cap.* cum ſecundum leges) non priuantur bonis ex natura rei, & ab intrinſeco, cenſentur habere iuſtam poſſeſſionē, & vſum talium bonorum; ac proinde habere illam ex vi dominij. Reſpondent abſque tali dominio non eſſe neceſſariā ſpecialem conceſſionē vſus & poſſeſſionis rei quaſi poſitiuè factā à fiſco, vel à lege; ſed ſatis eſſe, quod lex non auferat totum id, quod delinquens ante commiſſam hæreſim in bonis ſuis habebat; antea autem habebat dominium, poſſeſſionem, & vſum, poſtea verò lex ſolum dominium abſtulit relictis poſſeſſione, & vſu, quæ eo ipſo, quod lex non abſtulit, cenſetur reliquiſſe. 38

Ad argumenta prioris ſententiæ quatenus obſtant ſecundæ parti huius ſecundæ ſententiæ, iuxta hos Doctores ad primum Reſpondetur ex dictis, legem abſtuliſſe dominium, non verò poſſeſſionem, & vſum ante iudicis ſententiam. Ad ſecundum reſpondet Couarruuias *d.n* 10.*verſiculo ibi*, exigi ignorantiam cri- 39

minis

criminis hæreſis in hærede hæretici, vt bona d . . . . ſti præſcribantur, ſcientiamque criminis ibi app . . ri malam fidem reſpectu præſcriptionis, quæ ignorantiam requirit, non autem quod hæredes iniuſtè, & mala fide retineant bona, illaque non reſtituant ante ſententiam. Ad tertium, verba non eſſe ſuperflua, dum priuant dominio. Sed etiamſi non priuent dominio, adhuc non ſint ſuperflua oſtenſum eſt *ſuprà num* 32. & magis explicat *infrà num.* 40. Ad quartum probat tantum ipſo iure dominium auferri, non poſſeſſionem, & vſum ante dictam ſententiam declaratoriam, quæ etiam declaratoria non ſolum requiritur, vt de crimine conſtet, ſed etiam vt bona poſſint auferri ab hæretico, vt conſtat ex *dict. cap. cum ſecundum.* Quare infrà dicetur eam ſententiam requiri etiamſi crimen ſit notorium, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Hæc quoad ſecundam ſententiam.

Tertia ſententia (licet fortaſſe hæc & præcedens re ipſa non diſcrepent) quam probabiliorem exiſtimo, tenet criminoſos, ſiue hæreticos, ſiue alios, quorum bona ipſo iure per legem ciuilem, vel Eccleſiaſticam publicantur, & confiſcantur, & retinere poſſeſſionem, ac non teneri tradere fiſco bona ante iudicis ſententiam (in quo conuenit cum præcedenti quoad ſecundam illius partem,) & etiam ante eandem iudicis ſententiam non amittere eorundem bonorum dominium, ſed illud retinere, licet debilitatum, ſeu extenuatum, & infirmum, donec per ſententiam criminoſi declarentur à iudice, in quo ab eadem præcedenti ſententia, quoad primam partem differt ſaltem quo ad modum loquendi. Ita ex Iuriſperitis Archidiac. *d. cap. cum ſecundum leges*, Gutierez *canon. qq. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. à Garzia *dict. cap. n.* 10. *relati.* Anton. Gabr. *conſil.* 196. *lib.* 1. (vbi dicit nullum crimen inducere priuationem dominij ipſo iure abſque declaratione. Farinacius *in frag. p* 2. *v. lex num.* 157. alios cumulans. Gomez 3. *St manus, de catholicis inſtitutionibus tit.* 9. *q.* 157. Ioannes Valaius *de diff. in vtroque foro, v. pœna. diff.* 20. Franciſcus Becius *conſil.* 57. *ſub num.* 15. & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. cum ſecundum leges in* 4. *de hæreticis in* 6. Et ex Theologis, præter plures alios à Sanchez *in lib.* 2. *d. cap.* 22. *num.* 3. *relatos.* Sanctarellus *de hæreſi quæſt.* 1. *dub.* 1. *num.* 2. Vaſquez 12. *diſp.* 170. *toto cap.* 3. Emanuel Sà *v. hæreſis num.* 3. Beccanus *tom.* 2. *tractat.* 3. *cap.* 8. *de lege petendi q.* 4. *n.* 3. & ex relatis *ſuprà num* 27. Molina *d. diſp.* 95. *verſic. dubium verò eſt*, Salas *d diſp.* 15. *ſect.* 4. *num.* 57. *& ſeqq.* Layman *d. cap.* 14. *n.* 6. Sanchez *d. cap.* 22. *eod. n.* 3. & Fagundez *in decalog. lib.* 1. *d. cap.* 20. *n.* 10. *& duob. ſeqq.* & ex parte ita ſentit etiam Suarez *de fide diſp.* 22. *ſect.* 3.

40 Prima pars huius ſententiæ, quod ante ſententiam ſaltem criminis declaratoriam criminoſus retineat poſſeſſionem, & non teneatur bona tradere fiſco, quam tenent etiam Doctores ſecundæ ſententiæ, & eſt Doctorum *ſuprà num.* 32. relatorum, & Iuriſperitorum, & Theologorum communiſſima, vt videre eſt apud præſertim Peregrinum, Garzian, & Auguſtinum Barboſam *collect. ad d. cap cum ſecundum ſecundum leges n.* 5. *& quatuor ſeqq. de hæreticis in* 6. ſatis probatur argumentis *ſuprà d. num* 32. *&* 36 adductis, & quoad hæreticos manifeſtius patet *ex d. c cum ſecundum leges de hæreticis in* 6. vbi diſponitur, ne occupentur hæretici bona; ſeu eorum executio fiat ante ſententiam latam ſuper crimine, quod eſt manifeſtiſſimum ſignum, legem illius capitis non obligare Reũ in conſcientia ad tradenda bona fiſco ante præfatam ſententiã. Neque dicatur ibi prohibitionem fieri iudicibus non reo; Nam ſatis eſt, quod non præcipiatur præſertim in hac materia odioſa, cum pœnæ ſint reſtringendæ, non ampliandæ, vt ſuprà dictum eſt; & vſus vbique receptus iuxta ſuprà dicta, qui eſt optimus legum interpres, quando nulla alia apparet ratio, hanc partem primam ſatis confirmat Sotus etiam loco ſuprà citato, & alibi ait hanc eſſe naturam legis pœnalis vt dirigatur quidem ad ſubditos quatenus vetat, vel præcipit aliquid fieri ſed quatenus contrauenienti certam pœnam ipſo iure vel facto imponit; vt quod eo ipſo bona omnia amittat ad iudices iuſtitiæ miniſtros dirigatur, quibus imperat talis pœnæ inflictionem.

Secunda pars, quod etiam præfati criminoſi, quorum bona confiſcantur ipſo facto, retineant verum dominium bonorum, donec fuerit lata per iudicem ſententia ſuper facto, ſeu crimine; probatur per textum *in l. quæſitum eſt* 15. *ff Qui & à quibus*, ibi, *Quæſitum eſt an is, qui maieſtatis crimine reus factus eſt, manumittere poſſit, quoniam ante damnationem dominus eſt.* Secundò, quia rectè ſaluatur, ſeu verificatur bona eſſe ipſo iure confiſcata, & applicata fiſco ſtatim ac crimen committitur abſque ablatione dominij, ergo per leges imponentes ipſo facto confiſcationem, non auferetur à criminoſo dominium ante iudicis ſententiam. Conſequentia patet ex illo principio generali ſæpius repetito, quod pœna eſt reſtringenda, quantum legis verba patiuntur. Antecedens verò, ſcilicet quo ad confiſcationem non ſit neceſſaria ablatio dominij oſtenditur, tunc ex illo capite *cum ſecundum leges, de hæreticis in* 6. vbi decernitur ante ſententiam ab hæretico non poſſe auferri bona, & conſequenter dominium pœnes eundem hæreticum manere; tum *ex l. vltima, Cod. de publicana & vectig. ex l. cum ancilla, Cod. de inceſtis nuptiis, & cap. ſta quorundam, de Iudæis*; in quibus iuribus confiſcantur bona ſine ablatione dominij. Tum quia effectus confiſcationis ſaluantur permanente dominio bonorum in delinquente, vt quod bona confiſcata à die criminis ita ſint obligata fiſco vt poſt ſententiam latam fiſcus à quocunque poſſeſſore vindicare poſſit, & reſciſſio contractuum ſeu alienationum de illis bonis à die criminis fieri poſſit poſt ſententiam: hoc enim ſtare poteſt cum dominio; ſicut hypotheca obligatur creditori dominio illius manente apud debitorem hypothecantem. Et ſi bona maioratus alienentur, datur reſciſſio contractus, & bona reuocari poſſunt, licet dominium eorum ſit apud Dominum. Et ad maiorẽ explicationem, ſeu cognitionem huius rei, ſcil. quod cum dominio manente penes delinquentem per ſententiam à die criminis fiſcus reuocet bona ipſo facto confiſcationi ob delictum ſubiecta, & reſcindat, ſeu reuocet omnes alienationes bonorum poſt crimen commiſſum à delinquente, vel eius hæredibus factas. Aduertendum cum Simanca *d. tit.* 9. *num.* 141. Molina *d. verſic. Dubium.* & Sanchez *d. cap* 22. (id quod etiam notaui *tom.* 2. *mor. var. tit.* 12 *n.* 172.) quod licet verum dominium prædictorum bonorum, non transferatur in fiſcum ante ſententiam, ſed maneat pœnes delinquentem, nihilominus quia fiſcus ſtatim à commiſſo crimine acquirit ius quoddam erga ea bona; illaque eidem fiſco ita manent obligata, vt poſt ſententiam criminis declaratoriam poſſint à delinquente auferri, & omnis alienatio poſtea facta annullari; ideò ſecundùm quid delinquens amittit dominium, nempe in debito, ſub conditione, ſi feratur ſententia; & hoc modo etiam, fiſcus ſecundùm quid acquirit illud dominiũ, & poteſt dici dominus eorundem bonorum, cum habeat ius ad ea comparanda; etenim qui habeat actionem ad rem recuperandam, rem ipſam habere cenſetur, *l. qui actionem, de reg. iur.* & hoc eſt remanere pœnes delinquentem illorum bonorum dominium debilitatum, & infirmum, quia [reuocabile cum omnibus] ſuis [e]ffectibus à die commiſſi criminis à fiſco per iudicis ſententiam. Et hoc 41

Digitized by Google

hoc etiam eſt (vt puto) quod voluerunt Suarez *ſect.3.n.6.initio* Fagundez *d. cap.* 20. *n* 12. dum dominium pœnes delinquentem manere voluerunt tamen cum aliqua læſione. Et hoc pariter eſt remanere dominium attennatum, & debilitatum, & infirmum; quia per ſenreotiam iudicis retrotrahenda eſt confiſcatio ad diem commiſſi criminis; & reſcindendi contractus. & alienationes ex tunc factæ; & ſi reus fuerit defunctns, bona ſunt excutienda ab illo die; & hac ratione delinquens ante iudicis ſententiam poteſt dici quaſi priuatus dominio, quia illud retinet poſtea attenuatom, & infirmum, vt terminis etiam Vaſquez *d. diſp.*170.*c.*4. & Salas *d. diſp.* 15. *ſect.*4 *n.*64.

42 Et hac ratione fortè bæc & præcedens ſententia poſſunt conciliari, vt præcedens dicat ſtatim à crimine emiſſo bonorum delinquentis dominium transferri in fiſcum, ſcilicet, ſecundum quid, & in debito & ſub illa conditione ſi feratur ſententia, & quia fiſco ſtatim acquiritur ius ad præfata bona, quæ ſibi manent ſtatim obligata, quod præſens ſententia non negat, ſed affirmat, licet ſuſtineat penis delinquentem remanere verum dominium, infirmum tamen, & diminutum magis quam antea. Quamuis alij alio modo conciliare nitantur. Nam Simanca *vbi ſuprà num.*157. diſtinguit de dominio naturali & ciuili; & naturale ait eſſe apud delinquentem, ciuile apud fiſcũ, quam concordiã approbat Garzias *d. c.* 10. *n* 12. Couarruuias autem *d.* §.8. *n.*9. *&* 10. dicit delinquentem habere dominium in foro conſcientiæ, fiſcum in foro iudiciali: Neutra autem concordia placet Suarez, & Fagundez locis citatis; non prima Simancæ, quia illi termini, inquiunt, melius ad poſſeſſionem, quam ad dominium applicari ſolent: non altera Couarruuiæ, quia, aiunt, dominium fori iudicialis prouenit ex dominio fori interni. Propterea ipſi aliter concordant, ſcilicet, vt dominium vtile maneat apud reum quamdiu per ſententiam non condemnatur, dominium verò directum apud fiſcum. Quemadmodom Emphyteuta habet dominium vtile, dominium verò directum manet apud dominum fundi. Verùm Doctores huius tertiæ ſententiæ volunt apud delinquentem manere vtrumque dominium vtile, & directum, etſi infirmum; ita quod bonorum alienatio facta à delinquente verè in foro conſcientiæ valeat in perpetuum, ſi crimen ſit omnino occultum, nec poſſit in foro externo probari, quod non contingit in Emphyteuta.

43 Hanc eandem ſententiam contra Doctores ſecundæ ſententiæ confirmat Vaſquez, & Salas *locis citatis* tum vrgendo illam oppoſitionem, quod iuſta poſſeſſio, & legitimus vſus bonorum in præſenti materia non poſſit eſſe, ſi dominium ſit ſtatim tranſlatum in fiſcum; tum quia poſſeſſio illa bonorum in quemlibet vſum non poſſit eſſe ſine dominio. Tum quia *in d. cap. cum ſecundum leges* non fuerit facta conceſſio horum bonorum hæretico, dominio eorum fiſco applicato, neqoe hac ratione rectè defendatur fiſcum non poſſe capere bona hæretici ante ſententiam, vt ſecundæ ſententiæ Doctores volunt: Tum demum quia ſi propter ſolam conceſſionem illius capitis *cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* hæretici baberent iuſtam poſſeſſionem ſuorum bonorum, ſequeretur delinqoentes, quorum bona propter alia delicta ab hæreſi lege ciuili, vel canonica confiſcantur, non habere dominium, nec iuſtam poſſeſſionem eorum, ac proindè ante ſententiam teneri ea fiſco deferre; non quidem dominium, quia ipſis legibus ciuilibus, vel canonicis imponentibus pœnam confiſcationis ipſo facto eſſent priuati, iuxta eoſdem Doctores; non poſſeſſionem, quia nulla lege Eccleſiaſtica, aut ciuili eſſet illis conceſſa poſſeſſio. Nam dictum *cap. cum ſecundum leges* ſolum loquitur de hæreticis. ita licet latius Vaſquez *d cap.* 3. *d. ſect.* 3.

Addo pro vltima confirmatione huiuſmet ſenten- 44
tiæ, quod nullibi decernitur præſatos criminoſos, quorum bona ipſo iure publicantur, priuari ipſo facto dominio ſuorum bonorum, & dato quod lex delicto imponat priuationem bonorum, & addat etiam dominij eorundem bonorum priuationem, ſeu amiſſionem ipſo factu incurrendam, nihilominus quia illa priuatio dominij eſt pœna legalis; pœna autem huiuſmodi non habet locum in conſcientia ante condemnatoriam, vel declaratoriam, vt notaui *d. tom.2. varior. moral.* allegato *tit.12.n.*171. & in hiſmet terminis priuationis dominij tradunt Anton. Gabr. *d. conſil.* 195. Valerius *d diſſ.* 20. *n.*2. *&* 4. & Sanch. 2 *d. cap.*22.*n.*5 *fine.* Vbi etiam rectè aduertit, quod quamuis priuatio dominij ſit pœna priuatiua, quæ ſecundum ſe non indiget actione, ſeu executione; quia tamen illam conſequitur bona eſſe fiſco deferenda, iam requireret actionem, & executionem; ac proinde dato quod in pœnis legalibus merè priuatiuis, & nullam requirentibus hominis actionem ad ſui executionem, vt in foro conſcientiæ incurratur, nulla eſſet neceſſaria ſententia; eſt tamen neceſſaria in huiuſmodi priuatione iuxta tradita *num.*37. & Doctores *ibidem* allegatos, & alios communiter.

Ex dictis colligitur etiamſi impoſita pœna confi- 45
ſcationis, & amiſſionis bonorum ipſo facto incurrenda priuatio dominij, & pœna non habet effectum ante iudicis condemnationem, vel declarationem, nihilominus magnum eſſe diſcrimen inter hanc pœnam delicto ipſo iure impoſitam; & impoſitam non ipſo iure, ſed per iudicem inferendam, etſi in vtroque caſu debet expectari ſententia declaratoria, vel condemnatoria, ſeu priuatoria, vt teneatur quis in conſcientia ſua bona tradere fiſco. Nam primo cum imponitur confiſcatio, ſeu priuatio bonorum ipſo iure, ſtatim à die criminis acquirit fiſcus ius quoddam erga ipſa, eidemque fiſco ita manent obligata ea bona, quod poteſt fiſcus etiam poſt mortem delinquentis inſtare ſuper declaratione criminis commiſſi, quo probato, & facta declaratione ipſius applicantur eidem fiſco omnia delinquentis bona vnà cum fructibus extantibus, & conſumptis à die criminis perceptis; & hoc pacto bona poſſunt dici eſſe fiſci ſtatim ac crimen committitur; & hac de cauſa etiam in *cap. quicunque. §. fin de hæret. in 6.* dicitur emancipationem filiorum factam à patre hæretico fuiſſe irritam, quaſi factam de filiis, qui erant ſui iuris à die criminis; id enim dicitur non quia ante ſententiam declaratoriam criminis hæreſis, pater hæreticus poteſtatem patriam in filios amiſiſſet in conſcientia; ſed quia lata ſententia ſuper crimine vero trahitur ad diem patrati criminis, vt Valerius *d. diſſ.* 20. *n.* 4. *verſic. Nec ſupradicta.* Quamuis Sanchez, *d. lib.2. ſum. cap.* 24. *n.*7. & alij ibidem ab eo relati teneant per dictum textum filios hæretici effici ſui iuris ante omnem ſententiam, quia appellantur filij ſui iuris, & dicitur emancipationem factam à patre hæretico antequam declararetur hæreticus, eſſe nullius momenti, quaſi patria poteſtas ad eius valorem petita ceſſaret. Sed ad hoc dictum ſaluandum ſufficit illa retrotractio, vt dicit Valerius. Secundò ſi aliqua bona, & poſſeſſiones fuerunt medio tempore alienata, reſcinduntur contractus, & fiſcus recuperat bona. Tertio licet non fuerit in vita delinquentis per fiſcum lis conteſtata, nihilominus conueniuntur eius hæredes pro bonis confiſcatis. Quartò non requiritur ad reſtitutionem bonorum, & fructuum ſententia de illis expreſſè condemnatoria, vel declaratoria criminis, cui

eſt

eſt ipſo iure impoſita talis pœna, in qua propterea tacitè includitur condemnatio ad illam pœnam. Hæ autem omnia ceſſant, cum non eſt impoſita pœna ipſo iure ſed eſt per ſententiam adhuc imponenda, quia per mortem crimina finiuntur; nec hæredes tenentur ex delicto defuncti. Item valet alienatio per delinquentem ante ſententiam ſine titulo oneroſo, ſiue gratuito facta, nec reuocantur alienata, niſi appareat contrahentem fuiſſe participem fraudis, ſeu alienationem fuiſſe factam in fraudem fiſci. Item reſtituuntur ſolum fructus percepti ex bonis à die ſententiæ confiſcatoriæ bonorum, non verò percepti ante dictam ſententiam. Quæ omnia pluribus, & Doctoribus latiùs explicaui *d. tom. 1. mor. var. tract. tit. 12 num. 173. ad 177.* & tradunt Doctores ſuprà allegati, præſertim, Peregrinus, Ioannes Valerus *locis citatis*, & Sanchez, *c. 22. à* a 31. Quare in primo etiam caſu pœnæ ipſo iure impoſitæ non poteſt delinquens alienatione titulo oneroſo ſine peccato mortali, niſi moneat, & certiorem faciat emptorem ignorantem de pœna ipſo iure per ipſum commiſſa, vt Syluester *v. pœna q. 25.* Couarruuias *d. § a. 9* Sanchez *d. c. 21. n. 61.* (vbi alios allegat) & alij recentiores ſuprà allegati: In ſecundo verò caſu delinquens ante ſententiam poteſt alienare nulla præmiſſa admonitione.

46 Ex dictis etiam infertur contra Alphonſum de Caſtro, quod ſi fiſcus etiam per euidentiam facti ſciens aliquem eſſe hæreticum ante iudicis ſententiam caperet, ſeu occuparet bona illius, non ſolum peccaret contra præceptum *d. cap. cum ſecundum leges, de hæreticis in 6.* ſed etiam factum eſſet irritum, quia ante ſententiam non ſunt fiſci, ſed hæretici; & in hoc videtur fundata illa prohibitio *d. cap. cum ſecundum.* Ita Sanchez *d. cap 22. numero* 18. Sayrus *d. c. 9. n. 30.* Farinacius *de hæreſi quæſt* 190. *§. 5. num.* 5. Vaſquez *dict. cap. 5. num. 15.* Salas *d. ſect. 3. num. 62.* Palaus *d. p. 18. n. 4.* Quamuis etiam dato, quod factum teneret non inde ſequeretur hæreticum ante ſententiam teneri tradere bona fiſco. Sicut ſi is, qui ludo prohibito perdidit pecuniam, quia habet actionem ad illam recuperandam per iudicis ſententiam, illam occultè capiat à victore victus occulta compenſatione factum tenet, nec peccat ante ſententiam multorum, vt notaui *tom. 3. mor. var. tit. 3.* Et tamen victor ante iudicis ſententiam non tenetur reddere victo, quia retinet donec per iudicem priuetur, & ita in noſtris terminis Vaſquez, & Salas *locis citatis.*

Ex dictis pariter infertur debentem aliquid hæretico, vel alteri reo criminis læſæ Maieſtatis teneri ipſi ſoluere, donec condemnetur. quia ante iudicis ſententiam poſſeſſionem, & adminiſtrationem, imò etiam dominium ſuorum bonorum habet, ſequuta verò condemnatione debet ſoluere fiſco, ad quem vniuerſa hæretici bona pertinent. Et ita etiam Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 13. q. 2.* & Sanchez *d. lib. 2 ſum. c. 24. n. 8.*

Ex traditis etiam *à numero* 36. hucuſque manent ſoluta fundamenta primæ ſententiæ *numero* 53. adductæ, & etiam fundamenta ſecundæ quoad ſecundam partem. Alia autem quæ obiicit Alphonſus de Caſtro contra communem facilè ſoluuntur ex dicendis.

Quando crimen eſt notorium, an ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam amiſſionis bonorum, vel aliam pecuniariam ipſo facto delinquenti impoſitam nulla requiratur iudicis ſententia.

Proſequamur ergo reliqua, quibus præfata communiſſima ſententia, quod criminoſus ipſo iure per legem obnoxius pœnæ confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum, vel etiam pecuniæ ſoluendæ, aut alterius pœnæ ad ſui executionem requirentis hominis actionem non tenetur reſtituere bona fiſco, vel pœnam perſoluere, ſeu exequi ante iudicis ſententiam, magis declaretur igitur.

Primò eadem communiſſima ſententia limitatur vt non procedat, quando crimen eſt notorium & manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione poſſit celari; cum enim pœna ſit lata ipſo iure per legem, ſolum requiritur ſententia criminis declaratoria, vt de delicto conſtet; de eo autem ſatis conſtat, quando eſt notorium: ita ex Iuriſperitis Dominicus *in d. cap. ſecundum leges, in principio* Panormitanus, Felinus, Diaz, Gabriel, Ludouic. Gomez, Villaguttus, & Gregorius Lopez à Valero *d. diff.* 20. *numero* 4. *verſic. Et licet* & à Sanchez *d. cap 22. relati* & ex Theologis Adrianus *quodlibeto 6. art. 1. lit. t. relatus* à Fagundez *d. capite* 20. *numero* 4. 47

At etiam ſi crimen ſit notorium habere locum dictam communiſſimam, & vt præfata pœna temporalis confiſcationis bonorum, vel alia ſit perſoluenda, ſeu bona debeant tradi fiſco neceſſariam adhuc eſſe iudicis ſententiam tenent communiter Doctores, vt dicit Sylueſter *dict. verb. pœna quæſt. 25.* ita ex Iuriſperitis Clarus in *practica quæſt* 80. *in fine*, addens ab hac concluſione non recedendum eſſe in iudicando. Felinus ſibi contrarius *in cap. euidentia, & in cap. inquiſitionis, de accuſat.* Simanca *de inſtitut. Cathol. tit. 9. n. 165. & 166.* Peregrinus *dict. tit. numero* 8. Farinacius *in fragm. p. 2 v. lex num. 164. fine.* Ioannus Valerus *d. § verſic. & licet.* Et ex Summiſtis, ac Theologis Sylueſter *verb. Aſſaſinus quæſt. 5. & v. pœna, quæſt. 25.* Angelus *v. pœna num.* 3. quos non rectè Fagundez *d. c. 20. num.* 4. refert pro contraria parte, & Roſell. *v. Aſſaſinus num. 1.* Vaſquez *d. c.* 5. Suarez *d. diſp. 21. de fide ſect. 2. num* 7. & ex *relatis ſuprà num.* 27. Azorius *d. cap. 7. q* 3. Molina, *d. diſp.* 95. Salas *d. diſp. 15. ſect. 4. num. 60. fine & 62.* Sanchez *d. cap. 21. num.* 15. Fagundez *d. cap. 20. num.* 10. Caſtrus Palaus *d. punct. 18. num. 4.* & alij à Sanchez *relati*, & communiter Doctores in præcedentibus pro eadem communiſſima relati, cum loquantur indiſtinctè. Et probatur ex dictis *ſuprà, præſertim numero præcedente*, quia quantumcumque crimen ſit notorium, bona ante ſententiam Iudicis non ſunt fiſci, ſed delinquentis quoad dominium, & iuſtam poſſeſſionem, & ea fiſcus ante ſententiam iudicis non poteſt occupare, *vt d. num. præcedenti* notatum eſt, cum ea iuſtè & permittente lege poſſideat; ac proinde priuata authoritate ſpoliari nequeat *cap. in literis de reſtit. ſpol.* ergo neceſſaria eſt ſententia declaratoria criminis per quam bona applicantur, & adiudicantur fiſco vti etiam obligata, & hypothecata à die criminis. Quæ ſententia declaratoria non requiritur ſolum, vt conſtet de crimine, ſed etiam vt per iudicem tanquam per cauſam particularem auditis defenſionibus delinquentis pœna legis vniuerſalis applicetur huic caſui, vt ſuum ſortiatur effectum, vt notauit Sanchez *d. n.* 15. & Salas *d. num.* 60. Vnde licet non ſit opus accuſatore in notorio delicto *cap. euidentia, de accuſat.* eſt tamen ſemper neceſſaria iudicis ſententia, vt Gloſſa ſimilis *in d. cap. euidentia* ab aliis communiter recepta. Communiter ex traditis à me *d. tom. 2. mor. var. d. tit. 12. num.* 169. ſcilicet, quod leges imponentes confiſcationem, ſeu priuationem bonorum generaliter, & indiſtinctè loquuntur, ac proinde æque de delictis publicis, & occultis, & conſequenter ſi non obligant ſecretum delinquentem ad ſe bonis ſpoliandum, neque delinquentem publicè, & cuius delictum eſt notorium. Addo quod Reus (vt *infrà* dicitur) non tenetur ſe ſpoliare bonis, & tradere fiſco neque etiam poſt ſententiam declaratoriam, & condemnatoriam in fauorem ſed

iudicis, it,

Digitized by Google

ſufficit, vt non reſiſtat executioni, quæ per iudicem fit; ergo etiamſi crimen ſit notorium, talis pœna non debetur ante ſententiam iudicis.

Quare etiamſi delinquens fuerit confeſſus crimen
48 In iudicio, adhuc non eſt obligatus ſe bonis ſpoliare neque fiſcus poteſt ab illo ea auferre, quia ea confeſſio ſolum facit eſſe notorium delictum, non reum damnatum, & pœnam applicatam, ac proinde debet reus eſſe conuictus, & damnatus per ſententiam ſuper crimine prolatam. ita etiam contra Azorium *vbi ſuprà* Sanchez *d. cap. 22. num. 36* & Palaus *d. punct. 18. n. 3.*

Vt autem *ſuprà num. 45.* notatum eſt, ad hoc, vt in
49 delicta, quibus confiſcatio bonorum, aut alia ſimilis pœna fiſco perſoluenda eſt ipſo iure annexa, & impoſita debeatur eidem fiſco, & fiſcus poſſit bona illa capere, non requiritur iudicis ſententia expreſſe, & formaliter condemnatoria ad pœnam, aut pœnæ declaratoria, ſed ſufficit ſententia declaratoria criminis patrati, ſcilicet, qua iudex declarat hunc eſſe talis criminis Reum. Quæ tamen declaratoria criminis eo ipſo eſt tacite condemnatoria pœnæ crimini annexæ; quia enim pœna incurritur ipſo iure, hinc ſequitur, vt declarato crimine, illico pœna ſuccedat. ita præter plures alios Iuriſperitos relatos à Sanchez *d. cap. 22. num. 27.* & Valerum *loco ſuprà d. n. 45. citato* Peregrinus *de iure fiſci num 171. & d. tit 5. num. 8 cum pluribus ſequentibus*, Sanchez *d. num. 27.* Palaus *d. punct. 18. num. 3.* & indicant ferè omnes alij Doctores pro eadem communiſſima ſententia relati, qui loquuntur ſemper de ſententia iudicis criminis declaratoria, & de hac etiam tantum loquitur textus *in d. cap. cum ſecundum leges de hæret. in 6.* dum prohibet hæretici bona auferri hæretico ante ſententiam iudicis ſuper facto, ſcilicet, ſuper crimine, & ita re ipſa ſentiunt Simancas *de Cathol. inſtitut. d. tit. 9. n. 163.* & Vaſquez *d. diſp. 170. cap. 4.* vbi licet dicant nullam eſſe iudicis ſententiam tam breuem, & Laconicam, vt ſolum declaret crimen, & non condemnet Reum imò ipſo iure cenſeri nullam ſententiam, quæ cum ſit definitiua, neque abſolutionem neque condemnationem continet, vt habetur *l. Præſes, Cod. de ſent. interlocut.* vbi dicitur. *Præſes prouinciæ non ignorat diffinitiuam ſententiam, quæ condemnationem, vel abſolutionem continet, pro iuſta non haberi.* Nihilominus quando pœna eſt ipſo iure impoſita concedunt ſufficere ſententiam declaratoriam criminis; Nam vbicunque (inquiunt) iure ipſo appoſita eſt delicto pœna, ſententia illa, quæ verbis ſolum videtur declaratoria, habet etiam vim condemnatoriæ: quia dum declarat crimen lege ipſa punitum, hoc ipſo applicat ipſi legem, & pœnam, quæ per legem ſtatuta erat in vniuerſum. Ita Simancas, & Vaſquez. Et hoc idem probabile putat Salas *dict. diſp. 15 ſect. 4. num. 60. & 61.* quamuis *eodem numero 61.* dicat ſufficere ſententiam criminis declaratoriam, quando ſolum agitur de ipſo crimine, ſeu eius nota, & infamia, quia in hoc caſu dicitur formaliter condemnatoria; ſi verò agitur de bonis fiſco reddendis, ait, quod ſi ea ſola ſententia criminis declaratoria, vt aiunt prællegati Doctores: Addit tamen quod ipſe exiſtimat ſatis probabile, fiſcum ea vi illius ſententiæ ſine expreſſa, & formali condemnatione ad pœnam, non poſſe procedere ad executionem bonorum. Et etiam Simancas *d. tit 9 num. 130.* & Molina *de iuſt. tom. 1. diſp. 95. § ad ſecundum principale*, dicunt quod Inquiſitores nunquam ferunt cõtra hæreticum ſententiam criminis declaratoriam, quin ſemper addant condemnationem ad pœnam ipſo iure impoſitam. Quod etiam conſueuerunt facere cæteri iudices ferentes ſententiam contra criminoſos, quorum delictis confiſcatio, aut alia pœna pecuniaria ipſo iure eſt annexa.

Si lex pœnalis ipſo facto imponens confiſcationem, vel aliam pœnam ſimilem dicat, ad eam incurrendam non requiri iudicis declaratoriam, an etiam tunc vt in foro conſcientiæ incurratur, ſit neceſſaria iudicis ſententia ſuper crimine.

Secundò ab aliquibus limitatur eadem cõmuniſ-
ſima ſententia, vt ſi lex pœnalis verbis illis *ipſo facto*, 50
vel *ipſo iure* addat ad incurrendam pœnam confiſcationis, vel tantæ pecuniæ ſoluendæ, vel officiorum nullam requiri iudicis ſententiam, & declarationem; vt ſi lex dicat ipſo facto abſque alia declaratione cenſeatur amiſiſſe, vel vacaſſe, ſcilicet, officium, vt in Regno Caſtellæ *l. Regia 1. tit. 21. lib. 8. recopil. in Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.* & in motu proprio contra admittentes mulieres ad monaſteria, nam tunc, aiunt, pœna ipſo facto ac ſtatim committitur debitam, in conſcientia incurreretur, & deberetur, ac fiſcus poteſt capere bona confiſcata ante omnem iudicis ſententiam etiam declaratoriam criminis, quia alioqui illa verba *abſque declaratione*, nihil operarentur, eſſentque ſuperflua: & quia cum ſola criminis declaratio requiratur ad hanc pœnam, vt *n præcedenti* dictum eſt, illa per legem excluſa erit locus pœnæ, nempè confiſcationi, &c. & reus tenebitur ante ſententiam bona ipſo iure confiſcata tradere fiſco, eique aliam pœnam pecuniariam ſoluere, ac dimittere officium. Ita Syluester *v. Aſſaſinus in fine.* Tabiena *v. eodem q. vnica. nu. 3.* Corduba *loco ſuprà n. 31. citato*, Azorius *p. 1. lib 5. cap 7. num. 6.* Sayrus *lib. 3. clau. cap. 9. num. 12.* Suarez *de legib. lib 5 cap. 7. num. 7.* Villalobos *p. 1. tract. 3. diff. 25. num 6.* Bonacina *de legibus diſp. 1. quæſt. 1. p. 7. §. 16.* & Alij à Sanchez *d. cap. 22. n. 19.* & Bonacina *relati.* Etſi Sayrus, & Salas *locis citatis* loquantur de pœna priuationis beneficiorum Eccleſiaſticorum ipſo facto debito annexa cum illis verbis. *abſque declaratione.* De pœna verò confiſcationis bonorum aliud ſentire videtur Azorius, & Suarez *locis infrà num. 55. relatis.*

Cæterum etiam hæc limitatio reiicitur, & quam-
uis lex pœnalis addat ad incurrendam pœnam ipſo 51
facto impoſitam ſiue confiſcationis, ſiue aliam pœnam, præſertim cuius executio requirit actionem hominis, nullam requiri declarationem, nec ſententiam; adhuc ad eam ſubeundam, vel ſoluendam in conſcientia eſſe neceſſariam iudicis ſententiam criminis declaratoriam longe probabilius eſt, & tenent magis communiter Doctores. Ita Couarruuias *de ſponſ. p. 2. cap. 6. §. 8. num. 3 verſic. tertiò hinc.* Nauarrus *in man. cap. 23. num. 66.* Ioannes Valerus *v. pœna d. diff. 20. num. 4* Sanchez *d. cap. 22. num 20.* Salas *de legib. diſp. 15. num. 46.* Henriquez *lib. 13. cap. 56.* Emanuel Sà *v. pœna num. 1. & 3.* Adrianus *quodlib. 6. art. 1. collect. 3. lit. I. & ſeqq.* Vaſquez *d. diſp. 170. cap. 4.* Salas *d. d. 15. n. 64.* Reginaldus *lib. 13. n. 287. fine*, Leſſius *lib. 2. cap. 29. n. 64.* Filliucius *tract. 44. cap. 6.* Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. eccl. p. 1. cap. 5. verſic. amplia ſecundò.* Graſſius Gomez, Manuel, Azobedo, & à Sanchez, & Palao *relati*, & alij. Probatur, quia verba illa *abſque declaratione* poſſunt rectè intelligi de declaratione pœnæ, non de declaratione criminis; tum quia non eſt omnino certum non requiri ſententiam condemnatoriam, & declaratoriam pœnæ, vt conſtat ex traditis *num. 49.* Et ſuppoſito non eſſe neceſſariam ſententiam, & declaratoriam pœnæ expreſſam, & formalem iuxta probata *d. num. 49.* vt incurratur; adhuc lex rectè poteſt illam excludere ad maiorem claritatem, & firmitatem, quod non eſt alienum à ſtylo legum; vt in ſimili notauit Couarruuias *2. var. c. 5. num. 9.* & tradunt etiam Sanchez, & Palaus *locis citatis*

tis Cum igitur verba illa poſſint rectè intelligi de declaratione pœnæ, ita intelligi debent iuxta illud generale Principium, quod pœnæ, & odia debent potius reſtingi, quam ampliari.

54 Quod ſi lex ſolum addiderit pœnam fore incurrendam ante ſententiam, tunc longè certius eſt, eam nō deberi, niſi poſt ſententiam criminis commiſſi declaratoriam, & legem intelligi tantum de ſententia pœnæ condemnatoria, & declaratoria, non de declaratoria criminis. Ita Archidiaconus *in cap pro humani, de homic. in 6 ibidem*. Io. Andreas, Ancharanus Geminian. Franchus, Syl. Angelus, Tabiena *locis ſuprà allegatis*. Azorius *d. c. 8 allegata q. 6* & alij relati ab eodem Azorio, qui dicit eſſe communem DD. ſententiam.

Lata iudicis ſententia ad pœnam legalem condemnatoria, vel criminis declaratoria non tenetur delinquens in foro conſcientiæ ſtatim bona fiſco deferre, vel detegere, ſed poteſt expectare iudicis executionem.

55 Imò neque etiam poſt ſententiam criminis declaratoriam, aut etiam condemnatoriam ad pœnam cōfiſcationis, & priuationis bonorum, aut aliam ſimilem crimini ipſo iure annexam tenetur Reus ſtatim illa bona fiſcu deferre, & contra ſe ſententiam exequi, aut detegere, ſed poteſt expectare iudicis executionem (cui nullo modo poteſt reſiſtere) ſeu illa retinere, donec petantur, ſeu exigantur, & ab illo auferantur. Ita Couarruuias *d. §. 8 verſic. ſecundo infertur*, Simanca *d. tit. 9. n 184*. Farinacius *de hæreſi q. 19. n. 23*. Ioannes Valerus d. *diſſ. 20 n 2*. Auguſtinus Barboſa, dicens eſſe communem Doctorum, *collectaneo ad cap. ſi quis. nu. 6. de præſumptionibus*. Nauarrus, Adrianus, Reginaldus, Leſſius, Carolus Ant. Theſaurus *locis ſuprà num 51. recitatis*, Medina 12. *q. 96. ar* 4. Caietanus 2. 2. *quæſt.* 12. *ar.* 3. Azorius *dict. lib. 5. cap. 8. quæſt.* 4. Suarez *de legibus lib. 5. cap. 10. num* 10. Molina *de iuſtitia tom. 1 diſp. 66. §. Addit optime, & d. diſp 96. §. Ad ſecundum principale*. Sanchez *d. cap. 22. n* 8. Salas *d. diſp. 15. ſect 4 n. 61. & 82*. Fagundez *in decal lib. 1. d cap 20. num. 14*. Bonacina *de legib part. 1. q. 1. num. 31.* & alij Iuriſperiti, & Theologi, ac Summiſtæ à Couarruuia, Azorio, Sanchez, Sala & Barboſa *relati*; Et ego ipſe *tom. 2. var. mor. dict. tit 12. num* 168. & prius tradidit Gloſſa *in can Fraternitas 28. q 2 v. cum augmento*. Sententia enim non condemnat hos criminoſos, vt bona tradant, ſed dat fiſco actionem ea capiendi, vt & Medina *vbi ſuprà*, & Sotus *ſuprà numero 40. relatus* dixere huiuſmodi leges pœnales, quatenus præceptum continent ad ſubditos diriguntur, vt eas obſeruent, quatenus verò pœnam, ſeu mulctam adiungunt, præcipue ad iudices diriguntur, vt eam à tranſgreſſoribus exigant; quāuis etiam ſecundario ad ſubditos, vt iuſtæ executioni non reſiſtant, ſed obtemperēt. Solum ergo Reus poſt ſententiam tenetur eſſe paratus ad bona illa tradenda, quando à ſe poſtulata fuerint non reſiſtendo nec per vim, nec per fraudem, periurium, aut ſimilia; non verò ſponte tradere. Hoc enim, inquiunt Suarez, & Sanchez nimis durum eſt, vt Reus ſe ipſum ſpoliet bonis ſuis, & ſit ſuæ pœnæ executor. Contrarium tamen tenuit Corduba in *quæſtionario lib 1. q. 36 notat. 2.* dicens facta declaratione teneri hæreticos offerre bona fiſco non petenti. Item videtur ſentire Vaſquez *de legib. diſp. 172 cap. 2 num. 11.* dum dicit hoc delinquentes teneri poſt ſententiam omnia detegere; & abſolute tenet Caſtrus Palaus *to. 1. tract. 4. diſp. 5. d. puncto. 18. n. 6.* Eam adducens rationem, quia facta condemnatione iam delinquens nullum ius habet in illis bonis confiſcatis, ſed totum ius tranſlatum eſt ad fiſcum; qui propterea ea ſibi, vt propria occupat; ergo quamuis fiſcus non petat, non poterit delinquens ea retinere, & multo minus alienare, aut in proprios vſus conſumere; quia hæc eſt propria actio dominij, & poſſeſſionis, à qua iam per ſententiam eſt ſpoliatus. Neque obinde, inquit Palaus, fit obligari delinquentem ad rem nimia arduam, & difficilem; tū quia declarato delicto, & lata ſententia non eſt nimis acerbū, deferre delinquentem ſua bona fiſco; tū quia non eſt neceſſariū, vt deferat, ſed ſufficit, ſi manifeſtet bona, quæ habet, vt fiſcus poſſit ea occupare. Quod ſi facta manifeſtatione, ſubdit idem Palaus, fiſcus negligēs fuerit in illorū bonorū occupatione; iam tūc cenſebitur ex voluntate fiſci delinquēs poſſidere; quę voluntas ante manifeſtionē præſumi nō poteſt; ita Palaus. Cuius nihilominus fundamentū nō obſtat priori ſententiæ cōmuni, quam etiā Reginald. vocat certam, non tam lex ipſa pœnalis ſequuta ſententia, quam iudex ferens ſententiā criminis declaratoriam, vel condemnatoriā ad pœnam transferunt dominium in fiſcū, vt ipſe poſſit, ſi velit bona confiſcata capere, dando illi actionem capiendi, non verò obligando Reum condemnatum ad illa ex ſe tradenda, vel manifeſtanda; ac proinde dum fiſcus non petit, Reus iuſte detinet. Quod magis declaratur ratione Caietani loco citato, ſcilicet, quod reus non tenetur ex lege niſi ad pœnam, & pœna conſiſtit in patiendo, non in agendo (vnde vt dicebam ex Medina, leges pœnales quatenus pœnam imponunt præcipue ad iudices diriguntur, vt ea à tranſgreſſoribus exigant) ac proinde ſecūdum legem abſolute damnatus, aut declaratus Reus criminis tenetur quidem pœnam pati, quam lex imponit, non autem eam in ſe exequi etiam ſolum manifeſtando bona. Et certe etiam negari non poteſt rem valde difficilem eſſe, quēpiam ſpoliare ſe ſuis bonis omnibus, & exequi contra ſe ſententiam pœnæ grauiſſimæ, etiam ſi id facere deberet tantum manifeſtādo bona: quo etiam ad dictum illud Vaſquez, quod delinquentes teneantur poſt ſententiam omnia manifeſtare, Sanchez, & Fagundez *locis citatis* aiunt illum intelligendū ſi interrogentur. Et quidem, ſi pœna delicto ipſo iure annexa ſit pecuniaria, facta condemnatione, ſeu declarato delicto eam delinquentē non teneri ſoluere, niſi petatur ab eo, cui eſt ſoluenda, tradit etiam idem Palaus *to. 1 tr. 3. diſp. 2. p. 4* quia Inquit, ita habet praxis, & vſus communis. Qui tamen vſus ita etiam habet in alijs pœnis confiſcatis, & priuationis bonorum, vt notat Bonacina.

Ex quibus colligitur, ſi hæreticus, & quiuis alius criminoſus, cuius bona ob crimen ipſo facto ſunt confiſcata poſt ſententiam iudicis condemnatoriam, vel criminis declaratoriā non occultet aliqua bona; nec interrogatus neget, ſed negligentia fiſci nullo modo petantur, non teneri hæreticū, ſeu criminoſū cōdemnatū illa reſtituere, aut manifeſtare; eo quod ſuū non ſit ea tradere; vel manifeſtare nō interrogatus, aut requiſitus. Ita Ioan. Valeros *vbi ſuprà* Azorius *d. q. 44*. Fagūdez *d. c. 20. n. 16* Sanchez *d cap. 22. n. 10*. Bannes *relatus* ab eodem Sanchez. Qui addit, vt teneatur tradere, ſufficere petitionem eorū bonorū per edictum publicū, vel alio modo factā à fiſco: quod etiā Fagundez *d. n* 16. & Palaus *d. p. 18. n* 5. repetunt, & prius dixit Mol. *d. diſp. 66. immediate ante 2. concl.* 54

Addunt aliqui apud Valerom *d. diff. 20. n. 2. verſic. Hinc dicit*, à Reo poſſe licite occultari prædicta bona ſi ſine ſcādalo id facere poſſit. Quod idē Valerus dicit eſſe magnū verbū, & nonquā obliuioni tradēdū, & etiā Azorius, prout eū intelligit Sanch. *n.* 11. videtur ſentire, reū condēnatū poſſe occultare bona. & etiā quēcunque, qui ea poſſideat fiſco illa non repetente, ſecus ſi fiſcus repetat. Verba illius ſunt; *Quando poſt criminis condemnationem fiſcus bona ſibi tradenda curat, Reus in foro conſcientiæ compellitur ad ea red-* 55

denda, ita vt nihil ſibi retinere poſſit, nihil poſſit alteri dare: Imò ea bona repetente fiſco, quicumque alius ea poſſideat occultare tuta Conſcientia nequit, ſed debet in foro conſcientia fiſco reddere. At Ioannes Valerus vbi ſupra admittit poſſe à reo occultari bona ſolum ante ſententiam, ſecus vero poſt declarationem, ſeu ſententiam ſuper crimen: & poſt eandem ſententiam non poſſe licite occultari poſt Aragon, & Bannem ſentit etiam Sanchez *dict. numero* 11. eo quod aliud ſit occultare bona habendo ſe mere negatiue, quod eſt non manifeſtare, ſeu non exhibere bona, quod meram negationem importat, & hoc nulla eſt culpa, dum fiſcus non repetit edictis, vel alio modo, quia non impedit ius fiſci. Aliud occultare bona poſitiue, ſcilicet data opera abſcondere. Hoc enim eſt peccatum, quia impedit ius fiſci. Sed forte nec hoc negat Azorius; nec contrarium poteſt colligi ex præfatis verbis.

56 Quod dictum eſt de delinquente iam condemnato, idem dicendum de illius hærede, & poſſeſſore, apud quos poſt crimen commiſſum talia bona delinquentis condemnati peruenerunt, & exiſtunt. Poſſunt enim illa retinere, dum fiſcus ab eis petit per edicta publica, aut alio modo; ita Azorius *dict. q.* 4. Sanchez *dict. cap.* 22. *num.* 12. Molina *loco ſup. à n.* 54 *allegato, & diſput.* 95. §. *ad* 2. *principale.* Quibus in locis etiam addit eoſdem delinquentis condemnati ſucceſſores vniuerſales, vel ſingulares poſſe etiam ea bona præſcribere, ſi tanto tempore non petantur, quantum ad ea præſcribendum eſt neceſſarium, ſcilicet, ſi ante petitionem 40. annorum à morte hæretici condemnati ea poſſederint cum ignorantia, quod fuerint hominis in hereſim lapſi, ſecus ſi ſciuerint eſſe hominis hæretici; nam tunc fiſcus quocunque tempore poteſt ea ab illis exigere, vt ſpecialiter in fauorem fidei decernitur, cap. 2. *de hæreticis in* 6. ita idem Molina *dict. diſput.* 66. *ante ſecundam concluſionem.* Petente autem fiſco per edicta, vel alio modo ante factam legitimam præſcriptionem iidem ſucceſſores tenentur eadem reſtituere, vt præfati Doctores omnes. Quod intelligendum, ſi apud eoſdem poſſeſſores ea bona extent; aut ſi non extent, recepere mala fide, ſcilicet conſcij hæreſis, vel criminis eius, à quo bona receperunt. Quod ſi bona recepere bona fide illis non extantibus, ſolum tenentur reddere fiſco, quatenus ex eis facti ſunt locupletiores; ita Sanchez *num.* 13. aliique Doctores allegati. Et ratio eſt, quia bona tranſeunt cum illo onere, & obligatione ad fiſcum.

57 Porrò quod *ſuprà num* 53. ex communi ſententia dictum eſt, delinquentem cuius delicto annexa eſt priuatio bonorum, vel alia mulcta pecuniaria, & ſimilis per legem ipſo facto impoſita etiam poſt ſententiam iudicis criminis declaratoriam, vel etiam condemnatoriam ad eandem pœnam, non teneri tradere bona, vel ſoluere pecuniam, niſi exigatur, vel iudex exequatur ſententiam, declaratur, vt procedat quando iudex condemnat ad ſolam pœnam, vel ſolum declarat crimen eſſe commiſſum, non vero procedat ſi iudex condemnet Reum etiam ad executionem pœnæ, ſeu in ſententia præcipit Reum exequi pœnam, quæ non pertineat ad corporalem læſionem, vt ad tantam pecuniam ſoluendam, vel talia bona tradenda; iam enim delinquens iuſte condemnatus tenetur ſponte obedire, & parere ſententiæ, cum præceptum iudicis iuſte obliget in conſcientia. Ita Couarruuias *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 6. *dict.* §. 8. *num.* 10. *verſic. ſecundo infertur, & verſic. Tertio infertur, &* 1. *var. cap.* 2. *numero* 10. Nauarrus *in man. cap.* 23. *num.* 66. Io. Valerus *dict diff* 20. *numero* 4. *verſic. in foro verbo conſcientiæ.* Molina *d. diſput.* 95. *fine.* Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 10. Sanchez *dict. cap* 22. *numero* 9 Salas *d. diſput.* 15. *ſect.* 7. *numero* 82. Vaſquez *de leg. diſput.* 173. *cap.* 3. Reginaldus *d. lib.* 13. *numero* 288. Bonacina *dict.* §. 2. *numero* 31. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tr* 3. *diſput.* 2. *pun.* 4. Sayrus *lib.* 5 *clau. cap.* 9. *num.* 41. & alij à Couarruuia, Nauarro, Valero, & Sanchez *relati* Addunt tamen Couarruuias *dict. numero* 10. *dict. verſic. infertur ſecundo* & Molina, quod iudices cum reos cõdemnant ad pœnam amiſſionis bonorum temporalium, non ſolent damnare eos ad ſolutionem, ſed ſimpliciter vti condemnatione bonorum omnium, vel partis eorum ea fiſco adiudicantes: At vbi fit condemnatio ad rationem alicuius mulctæ pecuniariæ, tunc etiam reum condemnant ad eius ſolutionem.

In pœnis etiam corporis (modo non ſint notabiliter læſiuæ, vt ſui ipſius occiſio, mẽbri mutilatio, & ſimiles) afflictiuis puta verberationis, ſeu flagellorum (vt mos eſt apud religioſos, & fit in officio S. Inquiſitionis) exilius, peregrinationis, carceris, & ſimilibus, & quarum natura dictat, vt ad eas condemnatus eaſdem exequatur, non eſſe expectandam iudicis coactionem, sed delinquentem ad aliquam ex eiuſmodi pœnis damnatum, ſi ad executionem ſit condemnatur in vltima ſententia, quam appellatione, vel alio iuris remedio non poſſit infirmare, teneri illam exequi, eſt communis Doctorum ſententia: ita Couarruuias *d.* §. 8. *num.* 10. *verſic. tertio.* Ioannes Valerus *loco citato*, Nauarrus *in comm.* 4. *de reg num* 64. Azorius *part.* 1. *lib.* 5 *cap.* 8. *q.* 6. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 5 *num.* 39. Sayrus *dict cap.* 9. *num.* 41 Suarez *d. cap.* 10. Salas *d ſect.* 7. *citato n.* 82. Bonacina *d.* §. 2. *n.* 33. Reginaldus *d n.* 288. Palaus *d. pun* 4. *n.* 4. & alij à Couarruuia, Sala, Sayro, Palao, & Bonacina *relati.* Quæ tamen communis ſententia limitatur, quando carcer eſſet nimis durus, & triſtis, exilium ad locum, ſiue in loco inſalubri, peregrinatio, & alia actio pœnalis de ſe nimis moleſta, & difficilis; nam præcepta humana debent eſſe humana; inhumanum autem videtur obligari quempiam, vt ſit miniſter iudicis ad exequendum contra ſe ipſum pœnam adeo moleſtam. Ita Suarez *d. cap.* 10. *n.* 16. Salas *d n.* 82. *& n* 88. Palaus *d. puncto* 4. *n.* 5. & colligitur ex alijs præallegatis. Apud quos omnes videri poterunt cætera de pœnis corporalibus, quas ad eas damnatus à iudice iuſſus teneatur, vel non teneatur exequi: hic enim non eſt proprius locus omnia examinandi. 58

Delinquens, qui ob crimen condemnandus, vel per legem eſt ipſo facto condemnatus ad pœnam boni fortunæ, legitime à iudice interrogatus, negans veritatem, & falſo ſe defendens, an in foro conſcientia teneatur ad illam, ad quam niſi falſo ſe defenderet, damnandus erat.

Id quod reſtat explicandum, eſt, an delinquens, 59
cuius delicto ipſo iure, ſeu ipſo facto per legem impoſita eſt confiſcatio bonorum, vel alia mulcta, ſeu pœna pecuniaria, ſi legitime à iudice interrogatus de delicto à ſe commiſſo, negat veritatem, aut falſis teſtibus innocentiam probet, aut futili appellatione ſubterfugiat, ac proinde non damnetur; & fiſcus non occupet bona, nec conſequatur mulctam, teneatur reſtituere fiſco bona, vel mulctam, quæ poſita ſententia erat cõſequuturus. Et idem dubium eſt, ſi delicto non ſit ipſo iure impoſita, ſed per iudicem delinquenti inferenda. Et ſimili modo delinquens iniuſte negat veritatem, & medijs iniquis impediat, ne à iudice damnetur

Affirmant Sotus *de iuſtitia lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 9. *verſic. vnum hic autem.* Alphonſus de Caſtro *lib.* 2. *de leg. pœn. cap.* 12. §. *ex his* & Molina *de iuſtitia tom.* 1. *diſput.* 95. §. *duo ſunt hoc loco.* Probant, quia cum fiſcus per legem

gem

gem pœnam ſtatuentem ſiue ipſo iure, ſiue per iudicis ſententiam incurrendam à delinquente habeat ius ad illam pœnam, ſeu conſequenda bona, vel pecuniam poſita ſententia iudicis declaratoria criminis, vel condemnatoria ad pœnam, delinquẽs inique, & contra ordinẽ iuris ſe defendẽs, & impediens ſententiam, & ne pœna fiſco, vel alteri, cui ex lege debita à delinquente eſt, adiudicetur, iniuſte obſiſtit iuri fiſci, vel alterius, cui pœna eſt applicanda, eamq; impedit obtinere quod ſibi debitũ eſt, eſtq; iniuſta cauſa damni illius, ergo tenetur ad reſtitutionẽ iuxta cap. *ſi culpa, de iniuriis & damn. dat.* quemadmodũ etiam qui iniuſte vi, fraude, vel mendaciis eſt cauſa, vt teſtator non relinquat legatum alicui, cui volebat relinquere, vel vt Prælatus non conferat beneficium, tenetur ad reſtitutionem; quia licet nullus habeat ius, vt alter ei relinquat, vel donet, aut beneficium conferat; habet tamen ius, ne ab aliquo vi, fraude, vel mendaciis alter volens relinquere vel conferre, impediatur id facere; ac proinde ſi aliquis illum impedit, tenetur emolumentum, quod ille alius inde ſperabat, reſtituere. Ex quo infert Molina, ſi fiſco vere conſtaret crimen eſſe commiſſum, & Reum falſo, & iniuſte ſe defendiſſe, poſſe occultam facere compenſationem, modò ſcandalum ceſſet.

60 At his non obſtantibus verius, & probabilius negant alij DD. communiter. Ita Nauarrus *in man. cap.* 18. *n.* 49. plures alij à Sanchez *de matr lib.* 10. *diſp.* 8. *n.* 14. & Fagundez *loco max citando relati* & præter illos Sanchez *d. n.* 14. *& in ſum lib* 2. *cap* 22. *nu.* 22. *& duob. ſeqq.* Leſſius *lib.* 2 *cap.* 3. *num* 50. Reginaldus *lib.* 24. *nu.* 145. Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *cap* 8. *q.* 5. Vaſquez *de leg diſp.* 175. *c.* 2. *num.* 13. *&* 14, Bonacina *diſput.* 2. *de contractibus quæſt.* 8. *part. vlt.* §. 3. *numero* 6. *fine.* Fagundez *in decal. lib* 8. *cap.* 30. *numero* 3. Caſtrus Palaus *tom.* 1 *tract.* 4. *diſput.* 5 *pun.* 18 *num.* 7. Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. eccleſ. part.* 1. *cap.* 30. *verſic. Amplia quinto, & alij recentiores.* Ratio eſt, quia iniuſte impediens tũc tenetur reſtituere, quando peccat contra iuſtitiam cõmutatiuam in ordine ad illũ, cui ipſo non impediente erat lucrũ deferendum (vt contingit in eo, qui vi, fraude, vel mendaciis impedit legatum alicui relinquendum, vel beneficiũ conferendũ) At in præſenti caſu delinquens inique iudici negans veritatem, vel iniuſte ſe defendens falſis teſtibus, vel appellans à ſententia alioqui iuſta, & iniuſte obtinens, vt poſt interpoſitam appellationem reuocetur, non peccat contra iuſtitiam commutatiuam in ordine ad illum, cui erat pœna applicanda, nec vllam illi infert iniuriam. Quod oſtenditur; quia ex vna parte fiſcus, & quiuis alius actor, cui iuxta legem ſit adiudicanda pœna delinquenti impoſita, non habet directe ius ad pœnam, ſed indirecte, & per accidens, ſcilicet, mediante iudicis ſententia, quia legiſlator legem pœnalem condens, pœnamque indicens per ſe, & directe ſolum intendit concedere ius ad vindictam de delinquente ſumendam, ad bonum regimen Reipublicæ, aliorumque exemplum, & cautelam; per accidens vero, & quaſi mediate, & indirecte concedere ius actori, & fiſco ad lucrum illius pœnæ; vt ſit veluti præmiũ, quo fortius animentur ad delinquentem accuſandum, & frænum, quo homines in officio cõtineantur; ex altera vero parte idem fiſcus, ſeu actor non habet ius ad obligandum eundem delinquentem, vt veritatem fateatur ob eius vtilitatem, nempe vt ſibi pœna applicetur, ſed ad illam aperiendam tenetur propter ſolam publicam, & legalem iuſtitiam, quæ ad criminum punitionem tendit, cum iudicium publicum ſit per ſe inſtitutum ad punienda delicta, & mala præcauenda in Republica, & non ad ditandos aliquos, ſeu accuſatores ex pœnis impoſitis; Hoc enim per accidens ſe habet. Ergo delinquens iniuſte ſe defendens negando veritatem &c. peccat quidem directe aduerſus iuſtitiam publicam, & legalem, & contra ius, quod Reſpublica habet, vt id crimen puniatur, non vero contra iuſtitiam commutatiuam in ordine ad pœnam fiſco, actori, vel accuſatori applicandum. Et conſequenter non tenetur illi reſtituere emolumentum, quod non conſequitur ob non ſequutam ſententiam criminis declaratoriam, vel condemnatoriam ad præfatam pœnam, neque pœnæ amiſſio non ſequuta ſententia eſt damnum, vt notauit Azorius *loco citato*, cum non debeatur à Reo in foro conſcientiæ niſi poſt ſententiam iudicis, vt *ſuprà* latius probatum eſt.

Ad damna autem ex iniuſta defenſione ſequuta tenetur idem delinquens, nimirum ad omnes litis expenſas tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, ſeu poſt appellationem iniuſtam propoſitam factas, peccat enim contra iuſtitiam commutatiuam, quatenus eſt cauſa iniuſta talium expenſarum; proinde ante vllam ſententiam tenetur, vt Sanchez, & Fagundez *locis citatis*. 61

Et quia inique ſe præfatis modis defendens in iudicio peccat mortaliter contra iuſtitiam publicam, legalem, & punitiuam, cui malitioſum, & iniuſtum obſtaculum ponit, ne ad executionem perueniat, & mala puniantur, tenetur paratus eſſe veritatem dicere, ſi iterum legitime interrogetur, & ab iniuſta defenſione, & iniqua appellatione proſequenda ceſſare. 62

Prædicto autem modo iniuſto impedita à delinquente ſentẽtia criminis declaratoria, & condemnatoria nõ poteſt licite fiſcus, etſi certo ſciat, crimen cõmiſſum eſſe, vti occulta compenſatione, quæ iuxta DD. communiter (vt latius tradidi *in* 1. *&* 2. *to. var moral.*) non eſt licita, niſi quando debitum eſt luce meridiana clarius, quod hic non contingit ob diuerſitatem opinionum, dato etiam, quod prima ſententia Molinæ, & aliorum eſſet probabilior. Ita Sanchez *d. cap.* 22 *n.* 24. 63

Addunt Sanchez *n.* 24. & Vaſquez *d c.* 2. *fine* Quod reus iniuſte veritatem negãs, & falſis teſtibus ſe defendens tenetur reſtituere, ſi ageretur in iudicio contra eundem reum ad alicuius contractus reſciſſionem legibus conceſſam, vt ludi vltra quantitatem permiſſam, vel aliàs illiciti, vel geſti à minore, & ob Rei iniuſtam defenſionem actor non recuperaret illud ludi lucrum ſibi per ſententiam reddendum; aut minor iure ſuo deſtitueretur; quia Reus actoris ius in ſui vtilitatem, iuſtitiam iniuſte impediret. De qua re egi latius in *to.* 3. *var. mor. tit.* 3 à *n.* 198 *ad* 105. *ad* ibi dicta recurrat lector. 64

Reis criminis, cui ipſo iure eſt annexa priuatio bonorum, qua ratione ante ſententiam iudicis liceat bona alienare titulo gratuito, vel oneroſo.

Ex dictis à *n.* 35. hucuſque colligitur Reos criminis, cui ipſo iure eſt annexa confiſcatio, ſeu priuatio bonorũ ante iudicis ſentẽtiam criminis declaratoriã poſſe valide alienare bona tam titulo oneroſo, vẽditione vel permutatione, aut dãdo in dotem, &c. quã titulo gratuito, ſeu lucratiuo, donatione, mutui datione, cũ habeãt verum illorũ dominiũ; vel ſaltẽ eorũ poſſeſſione vſu, & adminiſtratione non priuẽtur, niſi poſt declaratoriam criminis. Ita omnes DD. *ſuprà n.* 55. *&* 39. & præſertim poſt Syluestrum *V. hæres* 1. *q.* 8. Angelum *v. pæna q.* 3 *allegantes* Archidiaconum, Ioann. Andream, Abbatem Bartholum & alios, Azorius *p.* 1. *lib* 5. *cap.* 7. *q* 7. Molina *tom.* 1. *d. diſput.* 95. Ioannes Valerius *v. pœna d. diff* 20. Farinacius *de hæreſi dict. quæſt.* 190. 65

*n.*72. Vaſquez *de leg diſp.*71.*cap.*1. Sanchez *d diſp.*22.*numero* 50. Suarez *de fide diſp.*21.*sect* 4.*n* 3. Reginaldus *lib.* 13.*n.*289. Fagundez *in decalog.lib.* 1.*cap.*20.*n* 19 Caſtrus Palaus *to* 1 *tract.*4.*diſp* 5 *pūcto* 19.*num* 1. Carolus Antonius Theſaurus *de pœn eccleſ p.*1.*cap.*6. *& cap.* 36. & alij Iuriſperiti à Sanchez, & Fagundez *allegati*. Non ſunt tamen huiuſmodi alienationes omninò firmæ, & ſtabiles; ſed poſſunt à fiſco per ſententiam iudicis reuocari, & reſcindi, ita quod fiſcus illa, à quocumque poſſideantur, ſententia recuperat cum omnibus fructibus perceptis à die criminis, ad quem diem retrotrahitur eadem iudicis ſententia, vt *ſuprà nu.*41. 42. *&* 45. ootaui, *& in to* 2.*moral.var.tit.*12.*n.*167. ſiue quod à die commiſſi criminis delinquēs amiſerit dominium iuxta DD. *ſuprà n.*35. *relatos*, ſiue quia licet retineat dominium ante ſententiam iudicis, iuxta DD. *ſuprà n.*35. *allegatos*, ſtatim à cōmiſſo huiuſmodi crimine, cui confiſcatio bonorum ipſo factoannexa eſt, per legem fiſco acquiritur ius, & hypocheca in omnia delinquentis bona; atque adeo cum onere tranſeunt ad quemcumque quouis titulo poſſideantur; cui iuri ex tunc acquiſito per fiſcum nullus contractus poſteà initus poteſt obſtare; ſicut nec cuiuſuis hypothecæ onus alicui rei adiectum impeditur per quamcumque alienationem. Et ita etiam præallegati Doctores, & apud eoſdem alij.

66 Si tamen titulo oneroſo alienaret, peccaret contra iuſtitiam per ſe loquendo, quia periculum infert accipientibus amittendi rem, & pretium; ſi tamen accipientes nullo exponerentur periculo; vel quia crimē eſſet ita occultū, vt non poſſet in iudicio probari; vel idem delinquens alienans, ſeu vendens, velit, & poſſit indemnem ſeruare emptorem, nullū eſſet peccatū: ſicut etiam non peccaret, ſi certiorem faceret eundē emptorem de periculo, ſeu conditione, & defectu rei venditæ; quandoquidem ſcienti, & conſentienti nulla fit iniuria. Ita Couarruuias *de ſponſ.p.*2. *cap.* 6. *d.* §. 8. *n* 9. Ioannes Valerus *d.diff* 20.*n* 3. Farinac. *d.q* 190.*n.* 82. Molina *d.diſp.*75. § *Tertium eſt.* Vaſquez *d.cap.*2. Suarez *d.ſect.*4.*n* 4. Sanchez *d.cap* 22. *n.* 61. Reginaldus *d. nu.*289.*verſic. Tertium eſt.* Theſaurus *vbi ſuprà*, & alij à Sanchez *relati* contra Saytum *lib.* 3. *Clau.cap.*9.*nu.*30. & alios ab eodem *relatos*.

67 Si vero alienaret titulo gratuito, & lucratiuo, vt vltima voluntate, vel inter viuos donando, vel mutuo dando vel etiam locando, licet Saytus *d.n.*30. Ioannes Medina, & nonnulli alij à Sanchez *d.cap.*22.*n* 63.*relati* affirment eum peccare, longe tamen verius eſt, non peccare, niſi alienauerit in fraudem fiſci (quo caſu ageretur directè contra ius fiſci, & abſque iuſta cauſa) vel probabiliter crederet ex repentina repetitione horum bonorum per fiſcum, ſi crimen fuerit detectū, imminere iacturam aliquam donatariis, aut mutuatariis præter acceptorum reſtitutionem; quod raro admodum contingere poſſe notant Molina *d.diſp.* 95. §. *ſecundum eſt*, & Sanchez *d.n.* 63. Ratio autem, cur præfatis duobus caſibus exceptis, non peccet, eſt, quia ſi crimen nō detegatur, accipiens nihil reddere tenetur; ſi detegatur, ſolū tenetur reddere, quod ſupereſt ex his, quæ accepit, aut id, in quo factus eſt ditior. Ita Molina, Sanch. *locis citatis*. Farinacius item, & Theſaurus *locis ſuprà citatis*. Reginaldus *d.n* 289. *verſic.quartum eſt*, & alij à Sanchez *relati*. Alia de hac materia Confiſcationis bonorum videantur apud Præfatos Doctores, præſertim Farinacium *de hæreſi d q* 190. Molinam *d. diſp.*95. *&* 96. Sanchez *d.lib.*1.*ſumm.à cap.*26. Reginaldum *lib.*13.*à n.*289. Fagundez *in decal d.lib.*1. *cap* 19. *& ſeqq.* & Caſtrum Palaum *to.*1.*tr.*4.*diſp.*5.*per totam.*

SEQVITVR SVMMARIVM

§. I.

*Pœna priuationis beneficij, officij, vel dignitatis, aut adminiſtrationis ipſo iure delinquenti impoſita an in foro conſcientia ſtatim incurratur à delinquente, iſque ſtatim teneatur illud dimittere non expectata iudicis ſententia. Affirmatiua n.*68. *Negatiua n.*69.

An iſte delinquens amittat ſaltem titulum, licet non poſſeſſionē beneficij, aut officij Affirmatiua n. 70. *Negatiua n.*71.

*Beneficium, vel officium an ſit dimittendum ſtatim, & ante ſententiam, ſi delictum ſit notorium. Affirmatiua n.*72. *Negatiua n.*73.

Superiori, qui commiſit delictum habens annexam priuationem officij ipſo iure, an poſſit à ſubditis ante iudicis ſententiam negari obedientia, præſertim ſi delictum ſit notorium Affirmatiua n 72. *Negatiua n.*74.

*Quando lex priuat delinquentem ipſo iure beneficio vel officio addendo illa verba abſque alia declaratione, vel monitione, an ſtatim, & ante declaratoriam criminis, delinquens amittat titulum, & teneatur dimittere. Affirmatiua n.*75 *Negatiua n.*76.

Lata ſententia criminis declaratoria delinquens poteſt retinere beneficium, donec iudex exequatur. n 77.

*Idem etiam ſi ob falſas defenſiones à iudice abſolutus fuit num.*78.

*Reus criminis irrogantis ipſo facto priuationem beneficij facit fructus ſuos, & tuta conſcientia retinet, donec beneficio priuetur. n.*79.

Poſt ſententiam priuatur beneficio, & fructibus à die commiſſi criminis perceptis, quos iudice exequente, vel præcipiente tenetur reſtituere n 80.

Quid ſi veniat priuandus beneficio per ſententiam iudicis, quos fructus præceptos tunc poſt ſententiam tenentur reſtituere. ibidem.

An poſſit lata ſententia retinere aliquid pro compenſatione ſeruitutis, & laborum eccleſiæ ante ſententiam exhibitorum. n 81.

Beneficiarius reus criminis habentis ipſo iure annexam beneficij priuationem an poſſit ante declarationem reſignare valide beneficium. n 82.

*Illud beneficium ante declaratoriam an poſſit valide impetrari, & delinquente non vocato. n.*83.

Intellectus ad cap. licet Epiſcopus, de præbendis. ibid.

Reus criminis habentis ipſo iure annexam priuationem penſionis Eccleſiaſticæ, an ante declaratoriam in foro conſcientia illam incurrat n 84.

*Priuatio Collegij, & eiuſdem Collegij priuilegiorū, & honorū per Collegij ſtatutum ipſo facto impoſita Collegæ tale delictum committenti an in foro conſcientiæ incurratur ante declaratoriam. Affirmatiua n.*85. *Negatiua n.*86.

*Pœna priuationis fructuum percipiendorum ex beneficiis, vel penſionibus eccleſiaſticis ipſo facto impoſita delinquenti an in foro conſcientia incurratur ante declaratoriam criminis. num.*87.

Clerici cōcubinarij, de quibus in Trid ſ.25.c.14. de reform. *an ipſo facto in foro conſcientia incurrant priuationem fructuum beneficiorum ſuorum ante ſententiam. ibid.*

*Quandonam pœna priuationis bonorum, beneficiorum, officiorum, vel fructuum beneficij in foro conſcientia incurratur ante iudicis ſententiam, & ex quibus verbis legis id colligatur. n.*88. *ad* 111.

Incurritur ante ſententiam ſi lex dicat delinquentem teneri in conſcientia dimittere bona, vel beneficium, vel reſtituere fructus n 88.

Habens beneficium curatum non reſidens, an in foro conſcientia amittat fructus beneficij ante ſententiam. n. 89.

*Beneficiarij omittentes horas canonicas, an fructus beneficiorum reſtituere teneantur ante ſententiam n.*90.

Prouiſi

Prouiſi de beneficiis cum cura animarum ob omiſſam fidei publicam profeſſionem an ad beneficiorum fructus reſtituendos in conſcientia teneatur ante iudicis ſententiam. numero 91. & 92.

Epiſcopi, & alij Prælati à ſede Apoſtolica ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina promoti abſque literis Apoſtolicis eccleſiarum adminiſtrationem accipientes; vel fidelitatis iuramentum non præſtantes; vel accepto pallio à S. Pontifice ſine literis traditionis diſcedentes, an amittant fructus beneficiorum; & eccleſiis ſint ipſo facto priuati ante iudicis ſententiam n. 93. & 94.

Pœna priuationis fructuum in cap. generali de elect. in 6. *ſtatuta contra Clericos non ſe opponentes præſumentibus eccleſiarum, ſeu piorum locorum vacantia bona occupare, non incurritur ante iudicis ſententiam n. 94.*

Adepti Epiſcopatum intra tres, vel ſex menſes negligentes ſuſcipere conſecrationem, an ante iudicis ſententiam amittant fructus, & ſint Epiſcopatu priuati n. 95. & 96.

Verba legis pœnalis, non abſoluatur, non poſſit abſolui niſi prius ſoluat, reſtituat, *vel niſi dimittat beneficium, an importent obligationem in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam n. 97. & ſeqq.*

Examinatores Synodales aliquid accipientes occaſione examinis, & ipſi dantes an ante iudicis ſententiam incurrant in foro conſcientiæ inhabilitatem ad beneficia, & teneantur obtenta dimittere. n. 98. & 99.

Accipientes & dantes pro iuſtitia, vel gratia obtinenda in Curia Romana an ad dati, & accepti reſtitutionem teneantur in foro conſcientiæ, ante omnem iudicis ſententiam. num 100.

Obtinentes beneficium parochiale culpabiliter non ſuſcipientes ſacerdotium intra annum iuxta cap. licet canon, de elect. *in 6. an in foro conſcientiæ ſint priuati beneficio ante criminis declaratoriam. n. 101. & 102.*

Verba, ipſo facto vacare cenſeatur, *an importent amiſſionem beneficij in foro conſcientiæ ante ſententiam, ita quod delinquens teneatur ſtatim renunciare beneficium, ſi fieri poſſit abſque infamia, & ſcandalo n. 103. & 104.*

Verba, ex tum ſit beneficio, *vel* officio priuatus, *vel* beneficium vacet, *vel* ſoluere teneatur *an importent obligationem in conſcientia ante ſententiam. n. 105.*

Verba, ſtatim poſſit alteri libere conferri, *an importent obligationem dimittendi beneficium ante ſententiam. numero 106. 109.*

Occidentes alios per aſſaſſinos, an ipſo facto, & ante ſententiam amittant beneficia. n. 106.

Quid de accipiente poſſeſſionem ſecundi beneficij incompatibilis cum primo. n. 107.

Quid de Parocho in parochiali non reſidente iuxta ius antiquum, & iuxta Trid. n. 108.

Quid de committente Simoniam confidentialem, an ante ſententiam in foro conſcientiæ incurrat priuationem beneficij, illudque teneatur dimittere n. 110. & 111.

Pœna conuentionalis à contrahentibus impoſita iniuſtè reſilienti à contractu, vel non ſoluenti debitum tali tempore an in foro conſcientia debeatur ante iudicis ſententiam. n. 113. ad. 117.

Debitor huius pœnæ conuentionalis an poſſit illam præſcribere. num. 117.

Cum quis cadit in commiſſum ſciente domino, & non petente, videtur commiſſum remitti. n. 115.

Hæres poteſt legatum præſcribere triginta annis. ibidem

Pœna à teſtatore impoſita contrauenientibus ſuæ voluntati per contrauentionem incurritur in foro conſcientia ante iudicis ſententiam. n. 118.

Alia ſummaria vide poſt. n. 118.

Qui commiſit crimen, vel delictum, propter quod lege ita ſtatuente incurrit ipſo iure pœnam priuationis beneficiorum, & officij an in foro conſcientiæ ſtatim illud amittat, & teneatur dimittere etiam ante ſententiam declaratoriam.

Dubium ſecundũ, An pœna priuationis beneficij, dignitatis, & officij publici Eccleſiaſtici, quod quis poſſidet ipſo facto, ſeu ipſo iure per legem canonicã, ſeu eccleſiaſticã crimini, ſeu delicto annexã, ſeu impoſitam à delinquente incurratur in foro cõſcientię, ita vt ſtatim amittat titulũ, & teneatur in conſcientia illud beneficium, vel officiũ dimittere, etiam ante ſententiam criminis declaratoriam. Ipſo facto autem cenſetur talis pœna impoſita, ſi lex dicat; *ipſo facto, ipſo iure, eo ipſo, prorſus, ſtatim, ex tunc amittant* &c. aut vacet, aut aliis æquiualentibus verbis, de quibus late egi in *tom 3. mor. var. tit. 5.*

Multorum ſententia affirmat. Ita Doctores *relati ſuprà n. 31.* & alij, quos Gomez, Sayr. Azorius, & Sanchez *locis eodem n. 31. citatis* allegant: Et in terminis Nauarr. *in man. cap. 23 n. 67. initio, Sayr. l. 3. clau. c. 9 n. 35.* Perez *lib. 2. ordinat. t. 9. l. vlt. in fine.* Garzias *de benef p. 11. c. 10. n. 18. 19. 20. & ſeq.* & apud eundem Abb. Felin. Flam. Pariſius, & Lorca, & apud Sayrum Sorbus. Probatur hæc ſententia; quia licet pœna latæ ſententiæ ex ipſo iure cõmiſſa priuans bonorum priuatorum dominio non obliget in cõſcientia ante declaratoriam, imò etiam executoriam, vt ſuprà late oſtenſum eſt; nihilominus in bonis cõmunibus, & iuris publici, qualia ſũt beneficia eccleſiaſtica, Dignitates, Prælaturæ, & officia publica quæcunque Dignitates, & Prælaturæ, quę magis pendent à publica poteſtate, lex ita poteſt priuare, & obligare in conſcientia delinquentem ad illa dimittenda ante ſentẽtiam (cum enim illa particulariter dependeant à lege, Eccleſia, ſeu Republica, vel Principe, à quibus conferuntur, poſſunt ab eis dari, vel auferri, vt placuerit maximè ex cauſa) & ita cenſetur obligare per illa verba priuationis directæ, *ipſo facto*, ſeu *ipſo iure*, vt patet ex ipſa ſignificatione, & vi verborum, & ſubiecta materia; & ſi aliquando dictis verbis addit lex etiam nulla expectata iudicis declaratione, id fit ad maiorem declarationem, & abundantiam inquit Garzias *numero 22.* qui plura ad hanc ſententiam confirmandum numeris ſequentibus adducit. Hinc Sayrus cum Sorbo ait, quod commiſſa pœna priuationis officiorum ob crimen patratum tenetur delinquens, vel diſpenſationem, ſeu rehabilitatem procurare cum omni diligẽtia, & ſolicitudine, vel dimittere officium ſeu renunciare, ſi tamen poſſit renuntiare ſine manifeſtatione proprij criminis, aliàs enim non teneretur cum ſui infamia dimittere iuxta communem Theologorum. 68

At ſentẽtia verior, & communis negat ſcilicet, delinquentem teneri in conſcientia vltro dimittere beneficium, vel officium ante declaratoriam criminis; aſſerẽs eundem delinquentem retinere poſſeſſionẽ, & adminiſtrationem beneficij, aut officij; imò etiam titulum, licet infirmum, & diminutum, donec lata fuerit ſententia criminis declaratoria, niſi præter illa verba *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, aliis verbis in lege additis, vel alia ratione aperte, & manifeſte conſtet aliam fuiſſe legiſlatoris mentem. Ita Innocentius, Anchàranus, Dominicus, Compoſtellanus, Alcianus, Baldus, Cagnolus, Iulius Clarus, Hieronymus Gabriel à Farinacio, Sanchez, & Fagundez *locis infrà allegatis relati.* Doctores à me relati *ſuprà numero 31. & to. 3. var. mor. tit. 6 numero 564* 69

& tit.11.numero 33. alij innumeri, quos late cumulat Garzias *d.cap.* 10.*numero* 8. *&* 9. Farinacius *de hæreſi quæſt.*189. §. 6.*numero* 80. & ex Doctoribus *ſuprà n.* 27. *relatis* Nauarrus ſibi contrarius *de com de datu & promiſſis notab* 31. Graſſius *deciſ. aur.p.*1 *lib.*2.*cap.*11. Couarruuias *d.* §. 8.*num.* 8. *& duob. ſeqq.* Molina *de iuſtitia diſp.*96. Azorius *d.lib.*5 *cap.*8.*quæſt.* 3. Sanchez *de matr. lib.* 9.*diſp.*30. *& lib.*3. *diſp.*22. *numero* 56. *& in ſum. lib.* 2. *cap.* 26.*num.*7. *& cap.*39.*num.*39. *& lib.* 6. *cap.*15.*num.* 65. *& lib.*2.*opuſc.moral.cap.* 2. *dub.*23. *num.*3. Belletus *d.* §. Leſſius *dict. cap.*29.*numero* 63. Ioannes Valerus *v pœna dicta diff.*20. Samuellius *de elect.can tractat.*2. *diſp.*7. *controuerſia* 3.*numero* 20. *&* 22. Layman *dict.cap.* 14.*num.*6. Suarez, *de legib.d.lib.*5 *cap.*8. *n.* 4. *&* 9. Salas *d.diſp.*15. *ſect.numero* 49 Vaſquez *de leg. diſp.*174.*cap.* Villalobos *d.tractat* 2. *diff.* 26. *numero* 4 Bonacina *d.* §.*numero* 11. Reginaldus *d.lib.*13. *numero* 284. Fagundez *in decalog. lib.* 8.*cap.*29. *numero* 8. *&* 9. Filiucius *tom.* 1.*tractat.* 21. *cap.*7.*num.*126. *& tom* 2. *tract.*21.*cap. vlt. d. num.* 423. *&* 424 *& tract.* 40.*cap.* 6 *num.*159. Lezana *tom.*1.*cap.* 10. *numero* 30. *& tom.*3.*v. pœna numero* 8. Peyrinis *de ſubdito tom.*1.*quæſt.*2.*cap.*2. §. 21. *concl.*3. *& tom.* 1.*priuil. in conſtit.*6. *Iulij* 2. *numero* 19. Portel. *in dub. reg v.lex num.*6. Caſtrus Palaus *d.p.*2.*numero* 3. *&* 5. Diana *p.* 2.*tract.*17. *reſolut.*67. & Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. Eccleſ. d p.*1.*cap.*24. *&* 30. & pro huius ſententiæ confirmatione faciunt tradita *ſuprà numero* 32. 36. 40. *&* 41. Probatur ergo; quia hæc pœna ad ſui executionem exigit aliquam hominis actionem poſitiuam, ergo non habet locum in foro conſcientiæ niſi ſequuta ſententia ſaltem criminis declaratoria iuxta tradita numeris citatis. Confirmatur, quia, vt quis re, quam poſſidet priuetur in pœnam criminis, oportet, vt ſententia aliqua præcedat, cum natura abhorreat, vt idem ſit agens & patiens; ac proinde lex humana videretur nimis acerba, & ſupra humanas vires, ſi cogeret ad exequendam in ſe pœnam valde grauem; Quare non cenſetur obligare cum tanto rigore ſaltem niſi exprimat, vt in conſcientia ante omnem declaratoriam quis teneatur dimittere ius, quod habet, & rem, quam poſſidet ante omnem iudicis ſententiam criminis declaratoriam: Neque ideo verba illa legis, quod delinquens ipſo iure beneficium, vel officium amittat, ſunt ſuperflua, & carent effectu; nam vt *ſuprà n.*31. 45. *&* 49. notatum eſt, efficiunt, vt ſtatim poſt ſententiam criminis declaratoriam pœna incurratur, & non requiratur ſententia condemnatoria pœnæ. Item illa verba *ipſo iure*, ſeu *ipſo facto amittant*, operantur ſicut in caſu confiſcationis, vt ſequuta ſententia criminis declaratoria retrotrahatur illius effectus ad diem comiſſi criminis; ita vt reſcindantur & ipſo iure annullentur beneficia poſt crimen facta, reſcindantur omnia acta ipſo iure dicti beneficij, vel officij tanquam ex priuata auctoritate (nam quæ ex publica poteſtate iuriſdictionis ſcilicet actu geſta ſunt, quamdiu delictum manſit occultum valent, nec caſſant per declaratoriam ſubſequutam; nam ad valorem actuum publica poteſtate geſtorum tàm in foro externo, quam interno ſufficit beneficij, ſeu officij poſſeſſio, & titulus coloratus iuxta Doctorum communem, & *l. Barbatius ff. de off. Præſid.* de quo latè egi in tract. de tripl. iubil. priuilegio) Item repetuntur omnes fructus beneficij à die commiſſi criminis percepti. Quæ omnia non haberent locum, ſi beneficij, ſeu officij amiſſio, ſeu priuatio non eſſet impoſita ipſo facto, ſed per iudicis ſententiam eſſet imponenda.

70 Dixi verò in propoſitione huius communis ſententiæ, *imo etiam titulum*, quia etſi cum lex dicit, *ipſo iure amittatur, vel vacat beneficium, aut officium*, delinquentes ante ſententiam criminis declaratoriam retineant quidem beneficij, vel officij poſſeſſionem & adminiſtrationem propter tradita numero præcedenti At verò amittere ſtatim ac delinquit titulum ipſum vt non ſit amplius dominus beneficij, tradunt Leſſius *d. cap.*27. *num.* 64. Azorius *d. q.* 3. Filiucius *d. n.*159. Sanchez *d. diſp* 22. *num.*56. *& d. cap.*26. *num.* 7. Suarez *de cenſuris diſp.*43. *ſect.* 1. *num.* 1. quatenus dicit hæreticum amittere beneficia ante ſententiam criminis declaratoriam, & pro hac eadem ſententia videntur allegari poſſe alij Doctores *ſuprà numero* 35. *relati*, aſſerentes reum criminis læſæ maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, cuius bona ipſo iure confiſcantur, amittere ante ſententiam dominium bonorum: & retinere ſolam poſſeſſionem, & adminiſtrationem. Hanc enim vim, vt ſtatim delinquens amittat titulum ipſum, videntur habere illa verba, *ipſo iure*, ſeu *ipſo facto*, *beneficium vacet*, vel *amittatur*.

Nihilominùs longe probabilius eſt, delinquentem retinere etiam titulum ipſum, & remanere Dominum beneficij, donec ſequatur ſententia criminis declaratoria; & ita ſentiunt Nauarrus *vbi ſuprà d.n.*8. Ioannes Valerus *d. diff* 10 *num.* 2. *&* 9. Salas *d.ſect.*3. *numero* 47. *verſic petes* Molina *d. diſp.*96. Vaſquez vbi *ſuprà & diſp.* 172. *numero* 10. Layman, Fagundez, & Palaus *locis citatis*, Carolus Antonius Theſaurus *locis citatis*, & idem ſentit Sanchez *dict.lib.*2.*ſum.cap.*26.*n.*32. *& d.lib.*6.*cap.*15. *numero* 65. Et videtur ita ſentire etiam *d.dub.*23. & ita ſentiunt etiam alij, quos ad id refert Garzias *d cap.*10.*n.*8. *&* 10. Et probatur ex dictis *ſuprà numero* 4. *& duobus ſequentibus* Etenim primo priuatio, ſeu amiſſo tituli ipſo facto per legem impoſita, eſt pœna legalis, quæ non habet locum in foro conſcientiæ ante ſententiam ſaltem criminis declaratoriam, *vt ſuprà numero* 44. dictum eſt; & maximè quia licet talis priuatio tituli, & dominij beneficij ſit priuatiua, quæ ſecundum ſe non egeat actione ſeu executione, quia tamen ad illam conſequi videtur beneficium, vel officium eſſe reſignandum ſuperiori, ſeu dimittendum, ex canoni mandati non poteſt abſque aliqua actione, & ita non incurritur ante omnem ſententiam declaratoriam. Secundò quia delinquens poteſt eodem modo vti beneficio, ſiue de eo diſponere ſicut antea, & aliud tolli, vt *ſuprà numero* 41. notatum eſt. Tertiò quia abſque amiſſione ipſius tituli ante ſententiam iudicis vis ſignificationis illorum verborum, *ipſo iure*, ſeu *ipſo facto, beneficiũ vacet*, ſeu *vacare cenſeatur*, vel *amittatur*, rectè ſaluatur per hoc quod non requiratur ſententia condemnatoria, aut declaratoria, pœnæ ſed tantum declaratoria criminis; & quod beneficium, ſeu officium maneat quaſi confiſcatum; quæ quaſi confiſcatio conſiſtit in illa retrotractione ſententiæ ad diem commiſſi criminis *num* 69 *fine* explicata, & hoc eſt titulum ſeu dominium remanere infirmum, & diminutum, quia reuocabile cum omnibus ſuis effectibus (qui non ſint actus poteſtatis publicæ & iuriſdictionis) à die commiſſi criminis per iudicis ſententiam. Quod non contingit, quando pœna priuationis beneficij officij publici non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ per iudicem, quæ debet eſſe condemnatoria pœnæ & non retrotrahitur ad diem criminis commiſſi, ſed effectum ſortitur ſolum à die eiuſdem ſententiæ per iudicem prolatæ, vt oſtenſum eſt *ſuprà num.* 45. *& tom.*2.*var mor.tit.* 12.*num.* 175. *&* 176. Et propter hæc dici poteſt delinquentem ſecundum quid amittere titulum beneficij, ſeu officij; & ſi hac ratione, & propter prædicta Doctores prioris ſententiæ ſolum volunt titulum ipſum ſtatim amitti à delinquente: quæſtio erit de nomine; & forte ita loquuti ſunt plures ex eiſdem. 71

Cæterum ſiue etiam titulus ipſe non amittatur, ſiue amittatur, & retinetur à delinquenti poſſeſſio, & 72

adminiſtratio

adminiſtratio, nec tenetur dimittere beneficiũ aut of-
ficiũ ante iudicis ſẽtẽtiam. vt præfata communis ſen-
tẽtia *n.49* cõprobata tenet; licet eadẽ ſẽtẽtia limitetur
ab aliquibus, vt nõ procedat quãdo delictũ eſt noto-
rium. Ita Doctores citati *ſuprà num.* ... *initio*, Carolos
Antonius Theſaurus *de pœn. eccleſ. p.1. c.7. verſic ſed ter-
tia ſententia, & cap. 28. verſic media tamen ſententia*; id
indicat Sanchez *d. diſp. 22. citato num. 56.* & pro hac ea-
dem ſenteotia ſtare videntur Doctores, qoos refert,
& ſequitur Farinacius *de hæreſi d. q. 189. num. 66.* aſſe-
rentes ab hæretico ante ſententiam iudicis declara-
toriam criminis amitti iura ſuperioritatis; & erga eum
obligationes fidelitatis, & quaſcumque alias extin-
gui, ſi hæreſis ſit notoria, vel etiam ſi ſit occulta,
poſſit probari, & fuerit probata etiam ſine ſententia.
Quare eum crimeo eſt notorium iuxta præfatos Do-
ctores (vt notat Theſaurus *d. verſic. ſed tertia ſententia*)
ſubditi poſſunt ſuperiori reo criminis habentis anne-
xam priuationem officij, & Prælaturæ, ſeu ſuperio-
ritatis ipſo facto incurrendam denegare iura & obe-
dientiam, & ſimiliter quando crimen eſt occultum, &
probari poteſt, & ipſe ſubditus excipieo, & dene-
gans iura id fecerit cum intentione recurrendi, &
probandi coram iudice competente; quamuis ſi ve-
lint, poſſint reddere vſque ad declaratoriam, ſecus
poſt declaratoriam, niſi quando ob nimiam poten-
tiam ſuperioris cogerentur non in contemptum cla-
uium eccleſiæ, ita alios allegantes Farinacius *dict.
numers 66.* & Theſaurus *dict. verſic. ſed tertia ſen-
tentia*,

73 Nihilominus aſſerendũ eſt eandem ſententiam ha-
bere locum etiam, quando delictum eſſet notorium,
ita vt nec tunc habens beneficium, vel officium reus
criminis, quod irrogat priuationem beneficij, vel
officij ipſo facto non teneatur illud dimittere ante
ſententiam, ſed retinet adhuc titulum, & dominiom
beneficij, vel illius poſſeſſionem, & adminiſtratio-
nem tuta conſcientia, dum non dator ſententia cri-
minis declaratoria. Ita Ioanoes Valerus *d. diff. 20. n. 4.
verſic. licet, & num. 6.* allegans etiam Rodriquez *in ex-
plicatione* Bollæ Croc. *in fine, circa Motam proprium pro-
hibentem ingreſſum mulierum in monaſteria nu. 31. concl. 5.*
& Innocentium *in cap. Qualiter 2. n. 10. fine, de Accuſat.*
Graff. *deciſ. aur. p. 1. cap. 11. num. 26.* Ita oportet ſentiant
Doctores *relati ſuprà num. 47.* aſſerentes reum crimi-
nis habentis annexam ipſo facto confiſcationem bo-
norum, non amittere bonorum dominium, nec te-
neri illi tradere fiſco, licet crimen ſit notorium, dum
non fertur ſenteotia criminis declaratoria. Ita etiam
ſentiunt alij Doctores *ſuprà num. 69.* allegati, dum in-
diſtincte & abſolute dicunt delinquentem non tene-
ri in conſcientia dimittere beneficium, aut officium
ante iudicis ſententiam declaratoriam. Faciunt et-
iam Innocentios, Hoſtieoſis, Ioannes Andreas, Io.
de Anania, Felinus, & Zabarella *in cap finali. verbo,
manifeſts, relati* à Farinacio *d. q. 189. n. 64.* & Sanchez *d.
cap. 14. num. 8.* indiſtincte, & abſolute affirmantes re-
quiri declaratoriam, vt obligationes tam fidelitatis,
quam aliæ quæcunque factæ ad fauorem hæretici ex-
tinguantur, & maneant liberi qui eas contraxerunt,
ſeu fecerunt. Probatur ex traditis *ſuprà d. n. 47.* ſcilicet,
quia ſententia declaratoria non requiritur ſolom, vt
conſtet de crimine, ſed etiam, vt per iudicem tan-
quam per cauſam particularem pœna legis vniuerſa-
lis ſuom ſortiatur effectum; & quia iura imponen-
tia priuationem beneficiorum, vel officiorum ge-
neraliter, & indiſtincte loquantur, & ita æque de
delictis publicis, & occultis; & conſequenter ſi non
obligant ſecretum delinquentem ad dimittendum
beneficium, vel officium; neque delinquentem,
cuius crimen eſt notorium. Confirmatur, quia
nec poſt ſententiam criminis declaratoriam ante

executionem tenetur dimittere, vt infra proba-
tur.

Et ex his Ioannes Valerus ait inferri Priorem inci- 74
dentem in aliquem caſum abſolutionis, ſeu priua-
tionis ipſo facto prioratus, etiamſi palam conſtet de
crimine, non incurrere dictam pœnam, donec per
ſuperiorem declaretur, & conſequenter tuta con-
ſcientia manere in eo, nec licere ſubditis illum expel-
lere ab adminiſtratione, & poſt Valerum idem no-
tant Diana *p. 2. tract. 17. reſolut. 67. fine* & Samuellius *d.
controuerſia 3. n. 12. verſic. ſuperiorem alicuius*. Quod eſt
valde notãdum à Religioſis, qui ſæpe ſimili prætextu
conantur ſubtrahere obedientiam ſuis ſuperioribus
delinquentibus propria authoritate, & ante omnem
ſententiam contra Superiorem latam. Confirmat il-
lationem Valerus arg. *cap. porrò de diuortiis*, & ita in ter-
minis docere Innocentium *vbi ſuprà*, & ita fuiſſe de-
claratum per FF. de Obſeruant. teſte Rodriquez
loco citato. Licet etiam plures limitent, eandem 75
ſententiam non procedere quando lex ipſo facto pri-
uans delinquentem beneficio, vel officio obtento di-
cat, *amittant*, vel *priuati ſint*, vel *vacet beneficium ipſo fa-
cto abſque alia declaratione*, vel *vlla alia monitione*; vt de-
cernitur in *extrauagante Ambitioſæ*, contra Clericos be-
neficiatos, & Prælatos inferiores Epiſcopis bona ec-
cleſiaſtica alienantes non ſeruata forma dictæ *extra-
uag.* & in *conſtitutione Sixti V. de habitu, & tonſura*, con-
tra clericos obtinentes beneficia non deferentes ha-
bitum clericalem, & tonſuram elapſo termino eis
præfixo. Et in *c. licet, in can de elect. in 6.* vbi beneficium
parochiale obtinens, ſi infrà annum ad ſacerdotium
non promoueatur, ipſo iure abſque alia monitione
priuatus beneficio; & in Conc. Lat. *ſeſſ. 5 ſub Iulio*, vbi
contra Cardinales Simoniacos in electione Papæ fer-
tur pœna priuationis beneficiorum ſub hac forma *eo
ipſo abſque alia declaratione priuatus exiſtat*. Et in *motu
proprio Pij V. contra Regulares* admittentes intra clauſtra
mulieres, ibi: *ſine alia declaratione*. Quia per illa verba
abſque alia declaratione videtur S. Pontifex ſatis ex-
plicare, eſſe ſuæ mentis, vt pœna incurratur ante om-
nem iudicis ſententiam, & alioqui eadem verba
ipſo facto, addit, eſſent ſuperflua, & ſine effectu. Ita
Rodriquez *loco ſuprà num. 73. citato*, Molina *de iuſtitia
tr. 1. d. diſp. 96. verſic. quod attinet.* Sylueſter, Corduba
Azorius. Sayrus, Suarez, Bonacina, *locis ſuprà nu. 50.
relatis*, Leſſius *lib. 2. cap. 29 num. 61.* Fagundez *d. cap. 29.
num 22.* & alij à Garzia *de benefic. p. 11. cap. 10. n. 13.* & San-
chez *lib. 2. ſum cap. 22. num. 19 relati*.

Attamen eandem communem etiam tunc proce- 76
dere, & eo pariter caſu non teneri delinquentem di-
mittere beneficium, vel officium ante ſententiam iu-
dicis, tenendum eſt. Et ita aſſerunt Couarruuias, Na-
uarrus, Ioannes Valerus, Henriquez, Leſſius, San-
chez *loca ſuprà num. 51. relatis*, idem Sanchez *citatis lib. 2.
opuſc. moral cap. 2. dub. 24 num. 2* Salas *diſp. 15. de legib. nu-
mers 46.* Vaſquez *de leg. diſp. 178 cap. 4 num. 25.* Palaus
tom 1. tract. 3 diſput. 2. part 3 §. 2. num. 10. Zerula, Vega,
Quaranta, Proſper de Auguſtino relati, Garzia *dict.
cap. 10. num. 14.* alij ab eodem Garzia *num 31. 32. & 33.
relati*; & Lezana, Peyrinis, ac Diana *locis ſuprà nu-
mero 59 citatis* Mexia relatus à Sanchez *dict. dub. 24.
& alij* quos ego allego *tom 3. mor. var. tit 6. num. 564.*
loquentes in terminis *dicta Extrauag. Ambitioſæ*. Proba-
tur ex traditis ſuprà *n. 51.* ſcilicet, quia illa verba recte
poſſunt explicari, quod nulla requiratur ſententia
declaratoria pœnæ, bene tamen criminis; & quia
non eſt omnino certum, cum pœna ipſo facto in-
currenda impoſita eſt à lege, non requiri conden-
natoriam, & declaratoriam pœnæ. Et quia lex po-
tuit excludere expreſſe ſententiam pœnæ declarato-
riam ad maiorẽ claritatem, & firmitatem. Deinque
ita conſuetudine receptũ eſt, vt traduot præfati DD.

77 Quin (quo magis eatenſio communis concluſionis *numero præcedenti & n.73.* poſita confirmatur) neque etiam lata ſententia declaratoria eriminis, & etiam pœnæ tenetur delinquens dimittere, ſtatim beneficium, aut officium, ſed poteſt retinere, donec iudex eaequatur, ſeu illi præcipiat, vt dimittat; ita in his terminis, Sanchez *d.dub.24.num.2* Theſaurus *dict. cap.28.q.3.* & faciunt omnes Doctores *ſuprà num.53.relati*, & alij relati à Garzia *d.cap. 10.num.16.* Aſſerentes hæreticum etiam poſt ſententiam latam non teneri ſtatim illam eaequi, & ſe ſpoliare bonis tradendo illa fiſco, ſed poſſe eapectare iudicis ezecutionem; idque confirmant tradita eodem *num.53.* Et præſertim facit illa ratio, quod, eum pœna conſiſtat in paſſione, non tenetur quis ipſam ſibi inferre, ſed ſat eſt, ſi iudici eaequenti pareat; & nimis durum eſt, vt Reus ſe ipſum ſpoliet bonis ſuis, ſitque ſuæ pœnæ eaecutor, vt *citato numero* 55. notatum eſt.

Et quamuis aliqui ex allegatis pro eommoni ſenteotia velint in conſeientia amitti beneficium, ſi lex dicat *ipſo iure vacet*, hoc tamen etiam non eſt admittendum, vt probant tradita *infrà numero* 183. *&* 140.

78 Inſuper eadem communis ſententia ſuprà *num.69.* poſita, & approbata procedit etiamſi delinquens delatus eſſet ad forum eaternum; & legitimè interrogatus à iudice veritatem negaſſet, & abſolutus eſſet ob eius inficiationem; vel ſi condemnatus iniuſte appellaſſet, & à iudice ſecundæ inſtaotiæ abſolutus eſſet; ita procul dubio Doctores ſuprà *n.60.* relati & confirmatur ea ibidem traditis.

Habens beneficium reus criminis irrogantis ipſo facto beneficij priuationem facit fructus ſuos, & tuta conſcientia retinet donec beneficio priuetur, poſt vero ſententiam declaratoriam, & executionem iudicis tenetur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi criminis. Et quid ſi veniat priuandus beneficio per ſententiam iudicis.

Ez dictis inferuntur ſequentia corollaria,

79 Primo infertur, beneficiarium committentem crimen, quod irrogat priuationem beneficij ipſo facto, tuta conſcientia percipere, & retinere fructus beneficij vel ſuos ante declaratoriam, & dum non priuatur beoeficio, cum, vt dictum eſt, non amittat titulum ante declaratoriam, & ita facit fructus ſuos: ita in terminis Ioannes Valerus *v. pœna d.diff.20.n.6.verſic. ſecundo infertur.* Sanchez *lib.2. ſum.cap.26. n.10.* Fagundez *in decalog.lib.8.d .cap.29.num.8.* Carolus Antooius Theſaurus de *pœn.eccleſ.p.1.cap. 30. verſic. Amplia ſecundò.* Et idem oportet ſentiant Doctores *num* 11 *relati.* Contrarium, & etiam ante declaratoriam talem beneficiarium delinquentem non facere fructus ſuos, & teneri illos reſtituere tenet Azotius *p. 1.lib.5.cap.8. citata q.3.* quod tenuiſſe etiam Ludouicum Gomez *cap.1.num.9. de reſcriptis*, teſtatur Sanchez *d. num.* 10. Motus eſt Azonus, quod licet ſit poſſeſſor bonæ fidei etiam commiſſo delicto, tamen ſtatim amittit titulum, fructus autem ſine titulo non acquiruntur, & ſicut hoc locum habet cum initio titulus non acquiritur, ita cum ob crimen titulus amittitur. Sed iam probatum eſt, non amittere titulum ante declaratoriam; verum dato etiam quod ſtatim amiſerit titulum Sanchez *d.num.10. aſſerit*, cum ante declaratoriam retineat iuſtè poſſeſſionem, adhuc etiam facere fructus ſuos, & illos non teneri reſtituere, niſi poſt declaratoriam, dicitque non eſſe ſimile, quando initio titulus fuit nullus; quia tunc nec titulus, nec poſſeſſio iuuant tanquam minus legitimam; at quando poſtea titulus ob erimen amittitur, manet legitima poſſeſſio, ac iuſtè retenta vſque ad ſententiam; quæ ſufficit ad fructus acquirendos; ſicut quando ab initio non acquiritur dominium alicuius rei, eſt ſtatim reſtituenda, at quando ſemel acquiſitum deperditur per hæreſim, aut aliud crimen, legitimæ poſſeſſionis retentio vſque ad ſententiam eacuſat à reſtitutione. Lata igitur ſententia declaratoria reus criminis habentis ipſo iure annezam beneficij priuationem; non ſolum priuatur beneficio, ſed etiam fructibus à die commiſſi criminis perceptis, quos propterea iudice eaequente, vel præcipiente tenetur reſtituere, vt dictum eſt *ſuprà numero 69.fine*, & tradunt Couarruuias, Molina *locis eodem num. 69.citatis*, Sanchez *d.num.10.* Theſaurus *vbi ſuprà*, & alij etiam Doctores *alij relati ab eodem* Sanchez, *præſertim* Diaz *in praxi crim. cap.134.numero 5 fine in nouiſſima editione.* Quod non euincit quando beneficiarius delinquens non eſt à lege ipſo iure beneficio priuatus, ſed priuandus venit per iudicis ſententiam à die criminis commiſſi perceptos; ſed tantum poſt ſententiam perceptos eaſtantes, vel non eaſtantes, vt tradunt Felinus *in d. cap. de quarto, de præſcriptionibus*, Cardinalis, & Corneus *allegati* à Diaz, & colligitur ez Couarruuia, Molina, Sanchez *locis citatis*, & fere ex omnibus alijs Doctoribus *d. num. 69. relatis* Quamuis idem Diaz *d.cap.134. citato num.* 55. & Ioannes Valerus *d. diff. 29. n. 7.* poſt Paulum de Caſtro, Burgos de Paz, Clarum, Flaminium, Pariſium, & plures alios ab eodem Diaz ad id relatos teneant (dicentes eſſe communem opinionem) etiam quando beneficiarius delinquens non eſt ipſo iure priuatus ſed venit priuandus, ſeu priuari poteſt beneficio per iudicis ſententiam, poſſe per iudicem condemnari ad reſtituendum fructus à die commiſſi delicti perceptos, vel quos percipere potuit ſiue eztent; ſiue conſumpti ſint, ſiue effectus ſit locupletior, ſiue non, & facta dicta condemnatione teneri prædictos omnes fructus reſtituere; eo quod (inquit Valerus) licet reus hoc caſu non ſit beneficio priuatus ipſo iure, ſed per ſententiam debeat priuari; & ſic habere interim ius in beneficio, quia tamen fiſcus quæſitum à die commiſſi criminis contra eum, vt poſſit eum priuari facere videtur eſſe in mala fide; & debet condemnari ad reſtitutionem fructuum à die commiſſi criminis perceptorum, & percipiendorum, & tam eaſtantium quam conſumptorum, quod ſi non fuerit eodemnatus eapreſſe ad illos fructus reſtituendos, tunc, ait Valerus, non tenetur illos in conſcientia reſtituere.

80 At hæc ſententia nullo modo placet, nec videtur admittenda, quia iuxta eam nulla eſſet differentia inter committentem crimen habens ipſo iure annezam priuationem beneficij, & inter eum, qui veniat priuandus per ſententiam, quantum ad reſtitutionem fructuum, quod eſt contra Gloſsã in *Auth.de inceſt. nupt. §.1. coll. 2. v imminere fine*; & videtur etiam contra alios Doctores communiter, aſſerentes, quando pœna priuationis bonorum eſt impoſita delinquenti ipſo iure habere locum retrotractionem ſententiæ, ad diem crimininis, non verò quando pœna non eſt latæ ſententiæ, ſed per iudicem ferendæ. Quo etiam caſu delinquens eſt bona fide, non in mala ſaltem donec iudicium contra ipſum ſuper crimine commiſſo non inchoëtur.

81 Aduertit autem Sanchez *d.cap. 26 num. 11.* & poſt eum Theſaurus *loco citato*, quod beneficiarius præfatus delinquens poſt latam ſententiam criminis declaratoriam poterit retinere aliquid pro compenſatione ſeruitutis, & laborum Eccleſiæ ante ſententiam ezhibitorum, niſi in pœnam iniquæ adminiſtrationis

ſtrationis illis priuaretur in ſententia, & niſi eſſet priuatus beneficio ob hæreſin, quia vniuerſa bona hæretici publicantur, inter quæ computantur fructus illi miniſterio debiti. Et etiam Diaz, & Valerus retēta illorum ſententia, dicunt illam non procedere in clerico delinquente priuando per iudicem beneficio qui perſeueranter inſeruierit beneficio; nam cum tali æquitas lædere videtur, vt à die tantùm propoſitæ accuſationis, vel formatæ inquiſitionis condemnetur, & non à die commiſſi criminis, quia non tenebatur dimittere beneficium, nec prodere ſeipſum. Id autem intelligit Valerus de fructibus conſumptis non de extantibus, etiamſi ſeruierit, ad horum enim etiam ante formatam inquiſitionem perceptorum reſtitutionem ait fore condemnandum reum.

Idem beneficiarius talis criminis reus ante declaratoriam an poſſit renuntiare ſeu reſignare valide beneficium.

82 Secundò infertur, eundem beneficiarium criminis, quod ipſo facto priuat beneficio, ante declaratoriam criminis poſſe validè renuntiare, ſeu reſignare beneficium, ita vt is, in cuius fauorem reſignat vere acquirat ius, vt Sanchez *d. cap.* 26. *n.* 9. poſt Azotium *p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. & Theſaurus *d. cap.* 30. *verſic.* Amplia tertiò. Lata tamen ſententia declaratoria criminis, eius effectus retrotrahitur vſque ad diem criminis commiſſi, & omninò reſcinditur reſignatio, redditúrque nullius momenti, ac ſi non fuiſſet facta, vt etiam præfati Doctores. Qua de cauſa Ioannes Valerus *d. diff.* 20. *num.* 8. Felinus *in cap. in noſtra* 38. *de reſcriptis* Diaz, Salzedo, & Penna à Sanchez *d. num.* 9. *relati*, dixerunt, quando pœna priuationis beneficij eſt ipſo iure impoſita, delinquentem non poſſe etiam ante ſententiam renunciare beneficio; & ſi renuntiet, eſſe nullius momenti, quod & Ego *t.* 2. *mor. var. tit.* 13. *num.* 177. dixi poſt Valerum, quia in foro externo talis renunciatio eſt nullius momenti propter retrotractionem ſententiæ ad diem criminis commiſſi; ſecus eſt quando pœna priuationis non eſt ipſo iure impoſita, vt latè Valerus *d. num* 8.

Eiuſdem beneficiarij delinquentis beneficium, an eo non vocato, & ante ſententiam criminis declaratoriam poſſit impetrari.

83 Tertiò inferunt Sanchez *d. cap.* 26. *n* 12. & poſt eum Theſaurus *d. cap.* 30. *verſic. Amplia* 3; beneficium delinquentis, qui in pœnam ipſo iure beneficio priuatur, poſſe eo non vocato, & nulla expectata ſententia criminis declaratoria impetrari tanquam vacans; quod idem tradunt Garzias *d cap.* 10. *n* 23. Flam. Pariſius *de reſign. benef. q.* 1. *n.* 33. *&* 37. & Filliucius *tract.* 21. *cap.* 7. *n.* 216. Id colligentes ex *cap. licet Epiſcopus, de præbendis, & dignitatibus in* 6. Vbi deciditur beneficium illius, qui iam adeptus eſt aliud incompatibile, rectè conferri poſſe irrequiſito poſſeſſore; licet poſſeſſio impetranti non poſſit dari non vocato eodem poſſeſſore. Quam deciſionem extendi ad omnes caſus, in quibus inducitur beneficij priuatio ipſo iure, tradidere Gloſſa *ibi, verbo, te non vocato*, & plures alij à Sanchez, & Garzia *allegati*, propterea aſſerentes delinquentem non poſſe priuari poſſeſſione non vocatum, ſeu inauditum. Et hoc corollarium caret difficultate, ſuppoſito quod titulus beneficij amittatur ſtatim, ac crimen committitur, quia ſic omninò vacat etiam ante ſententiam, & ita poteſt impetrari. At ſuppoſita alia ſententia magis communi, quod titulus maneat penes delinquentem, donec ſequuta fuerit ſententia declaratoria, non caret difficultate; ac proindè Lupus *allegatione* 78. *ad* 4. 9. *verſic. imò etiamſi ſciuerint*; & Lancellottus *de attentatis cap.* 5 *n* 36. à Garzia *d cap.* 10. *n.* 36. *relati*, tenent vt poſſit beneficium impetrari, ſeu alteri conferri, requiri ſententiam declaratoriam priuationis. Verum cum à die commiſſi criminis beneficium remaneat quaſi confiſcatum, vt *ſuprà num.* 71. dictum eſt, & ſententia declaratoria retrotrahatur ad eundem diem commiſſi criminis, non videtur recedendum à priori ſententia, quod poſſit validè ante dictam ſententiam impetrari; & ſolum poſſeſſio non poſſit alteri conferri delinquente non vocato, iuxta diſpoſitionem *d. cap. licet Epiſcopus.*

Penſionis Eccleſiaſticæ priuatio ipſo facto à lege impoſita, an ante declaratoriam criminis à delinquente incurratur.

Quartò infertur, pœnam priuationis penſionis eccleſiaſticis ipſo iure ſtatutam non habere locum in foro conſcientiæ ante ſententiam criminis declaratoriam, & interim donec declaratoria feratur, poſſe delinquentem percipere penſiones. Ratio eſt, quia eſt pœna priuans iure quæſito & poſſeſſo; & quia penſio eſt ius percipiendi fructus ex beneficio, & ſic titulus ſpiritualis Vt Nauarrus *conſil.* 63. *de Simonia*; & ideo cum ſit quid acceſſorium beneficio, & pars beneficij, iudicatur ſicut beneficium in materia priuationis, vt Sanchez *d lib.* 2. *ſumm cap.* 28 *n* 36. *circa medium.* Corollarium probant omnia tradita *ſuprà num.* 69. *&* 71. & etiam eſt de mente Doctorum, quibi allegantur; & tenet in terminis Ledeſma *in ſumm. p.* 2. *tract.* 7. *cap* 2. *concl.* 14. quem ad id refert, & ſequitur Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. eccleſ p.* 1 *cap.* 31. *quæſito* 1, Quamuis Garzias *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. innixus ſuo fundamento *ſuprà num.* 68. adducto teneat hanc pœnam ligare delinquentem in foro conſcientiæ ante declaratoriam; & quia etiam non requirit factum hominis ad ſui integram executionem, ſeu conſummationem. 84

Priuatio Collegij, & eiuſdem Collegij priuilegiorum, ac bonorum per collegij ſtatutum ipſo facto impoſita collega tale delictum committenti, an in foro conſcientia incurratur ante declaratoriam criminis.

Quintò infertur, quid dicendum ſit de Collega, ſeu municipe admiſſo ad Collegium, vel municipiū; 85
in quo viget ſtatutum, vt ſi Collega, vel municeps tale delictum commiſerit, ſit ipſo facto priuatus Collegio, & Collegij priuilegiis, & obligatus ſit reſtituere, quidquid à Collegio acceperit, an in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam teneatur relinquere Collegium, & accepta reſtituere; Etſi enim aliqui affirmarunt, quia Collegia, Priuilegia, & bona Collegij videantur conceſſa ſub illa conditione, & ſub ea ab ingredientibus acceptari, qua proinde non adimpleta teneri non poſſunt. Ita Sotus *lib.* 1. *de iuſtit. q.* 6. *art.* 6. *ad* 4. B. Medina 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *dub.* 2. *ad* 4. Sayrus *lib.* 2. *clau. cap.* 9. *n.* 39. Salas *de legib. diſp.* 15 *ſect.* 3 *num.* 51. Regnaldus *lib* 13. *n.* 276. & Garzias *de benef p.* 11 *cap.* 10. *num.* 36.

Nihilominus alij ex allegatis *n* 69. pro ſententia communi ibidem tradita negant teneri perſiſtere, & reſtituere ante latam ſententiam, niſi aliundè apertè conſtet mentem inſtituentis Collegij fuiſſe, vt nulla expectata ſententia Collegium amitteret. Ita Nauarrus *in man cap* 23 *n.* 63. Molina *d diſp.* 96. *verſic. de Collegā.* Azorius *p* 1. *d lib.* 3. *c.* 8 *q. vlt.* Vaſquez *de legib. diſp* 173. *c.* 1. 86

Bonacina

Booacina *d.* §.2.*n.*26. Fagundez *d.cap.*29.*n.*8. & Caſtrus Palaus *d.punct.*2.*n.*4. Ratio eſt; quia receptio ad Collegium non eſt cooditionalis, ſed abſoluta & illa amiſſio Collegij, priuatio priuilegij, & bonorum Collegij, cum priuet acquiſitis, noo acquirendis, eſt propriè pœna per tradita à Sanchez *de matr. lib.*8. *diſput.*21.*n.*77.*ad fin.* Quare nisi contrarium conſtet de meote eorum, qui ſtatuta ſuorum Collegiorum condiderunt, metienda eſt regulis aliarum pœnarum legalium temporalium, quæ non incorruntur in foro conſcieotiæ ante iudicis ſententiam, vt *d.n* 69. probatum eſt.

Pœna priuationis fructuum percipiendorum ex beneficiis, vel penſionibus Eccleſiaſticis impoſita ipſo iure taliter delinquenti an incurratur in foro conſcientia ante declaratoriam.

87 Sextò ex prædictis ad probandam eandem communem ſententiam *num.* 69. poſitam infertur pœnam priuationis fructuum ex beneficiis, vel penſionibus percipiendorum ipſo facto à lege Eccleſiaſtica impoſitam ipſo iure iocurrendam, ſi illis verbis *ipſo facto*, nil aliud addatur oſtendens priuationem ligare io conſcieotia ſtatim ac contra legem peccatur, non incurri in foro conſcientiæ ante declaratoriam. Eſt eoim pœna temporalis, & priuatiua iuris quæſiti, & poſſeſſi; quæ ooo obligat in conſcientia ante declaratoriam, vt *d.num.*69. probatum eſt, & traduot Doctores ibidem citati. Et in his Nauarrus, Manuel à Sanchez *lib.* 2. *ſum.cap.*5. *num.* 2. *relati*; idem Sanchez *ibidem*, Suarez *de cenſur. diſp.*23.*ſect.*4.*num.* 7.*fine*, & Theſaurus *de pœn.Eccleſ.p.*1.*cap.*23.*quæſt.* 1. & Doctores mox *allegandi.*

Quare licet in Concilio Tridentino *ſeſſ.*25 *cap.*14.*de reform* decernatur, quod Clerici concubinarij à ſuperioribus moniti, vt à mulieribus concubinis, & aliis ſuſpectis abſtineant, non ſe abſtinuerint, ſint ipſo facto priuati tertia parte fructuum, obuentionum ac proueotuum beneficiorum ſuorum quorumcunque, & penſiooum; quia tamen noo adduntur alia verba ſignificantia obligationem in conſcieotia, talem pœnam etſi latæ ſententiæ non obligare io conſcientia ante declaratoriam, vel condemnatoriam tradunt Farinacius *in prax crim tom.*4.*quæſt.*138.*n.* 66. *fine.* Garzias *de benef p.*11.*c.*10. *n.*190. & Carolus Ant. Theſaurus *de pœn.Eccleſ p.*1. *v.* concubioarius; lata autem declaratoria eius effectus quoad reſtitutiooem eorundem fructuum retrotrahatur ad tempus delicti. Ita Farioacius, & conſtat ex *ſuprà d.n.*69. *& ſeqq.*

Quandónam pœna priuationis bonorum, beneficiorum, officiorum, vel fructuum beneficij in foro conſcientiæ incurratur ante iudicis ſententiam; & ex quibus verbis id colligatur.

88 Reſtat modo examinare, quæ ſint verba, quæ addita illis, verbis *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, vel ſe ipſis ſignificant meotem, & voluntatem legiſlatoris eſſe, vt pœna temporalis priuationis beneficiorum, vel officiorum vel fructuum, vel aliorum bonorum incurratur, & obliget legis violatorem in conſcientia nulla expectata iudicis ſenteotia.

Et imprimis pœna legalis quælibet obligat in conſcientia ante ſenteotiam, quando alioqui foret inutilis, vt *ſuprà n.*26. dictum eſt.

Secundò, ſi io lege pœnali addatur, ſeu dicatur delinquentem teneri in conſcieotia dimittere bona vel beneficium, vel reſtituere fructus, tuoc legem pœnalem obligare ad pœoam ante omoem iudicis ſententiam, tradunt Couarruuias *de ſponſ. p.* 2. *cap.*6. §.4.*num.*10.*verſic. Tertio* Sanchez *lib.*2.*ſum.cap* 5.*n.*10. Leſſius *de iuſtit lib.*2.*cap.*29. *num.*63. Fagundez *in decalog. tom.* 2. *lib* 8. *cap.*29. *num.*13. Bonacina *de legib. diſp.*1. *quæſt* 1 *punct.*7. §.2 *numero* 14. & alij mox *allegandi*; clauſe enim non poteſt exprimi mens, & voluntas legiſlatoris obligandi non expectata iudicis ſententia. Quare hoc certum eſt; quamuis Couarruuias dicat cautè à legibus eſſe hoc ſtatutum.

An beneficia curata, &c. habentes ob non reſidentiam in foro conſcientia amittant fructus beneficiorum?

Hinc cum Concilium Tridentinum *ſeſſ.*24.*cap.*1. *de reform.* contra Clericos habentes beneficia curata, vel Canonicatus, dignitates, præbendas, aut portiones in Eccleſiis Cathedralibus, vel collegiatis, ſi vltra tempus ibi permiſſum non reſederint, ſed abfuerint abſque legitima cauſa per Epiſcopum approbata, ſtatuat pœnam priuationis fructuum per hæc verba; *Statuit Sancta Synodus eum pro rata temporu abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſequuta illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus loci erogare.* Et vi huius decreti non reſidentem teneri reſtituere fructus ante vllam ſententiam tradunt Sanchez *loco citato.* Couarruuias *var. lib.*1.*cap.*13. Auguſtinus Barboſa *collectan ad cap.*1.*Trid* 18. *& de offic. Parochi cap.*8.*num.*69. Villalobos *part.*1.*tract.* 8.*diff.*26. *num.*13.*ad* 6. Azorius *p.*2. *lib.*7.*q.*2. Sanctarellus *var. q.*4 *n.*4. Carolus Anton. Theſaurus *de pœn. eccl. p.* 2. *v. Reſidentia Epiſcopi cap.*1.*verſic. Secundo.* & plures alij *relati* à Barboſa, & Sanctarello. Qui addit ante Trident. non fuiſſe talem obligationem reſtituendi fructus ante iudicis ſententiam iuxta Syluestrum *v. Clericus* 4 *quæſt.*23.*num.*16. & Roſellam *v eodem. numero* 23. quam etiam probabilem dicit Azorius *dict. cap q.*6. eo quod iure communi non reperiatur hanc pœnam ante iudicis ſenteotiam eſſe ſolueodam, & pœnæ reſtringi debeant, non laxari, *cap. odia, de reg. iur. in* 6. 89

Beneficiarij omittentes horas canonicas an fructus beneficiorum reſtituere teneantur ante omnem ſententiam.

Sed quid ſi lex non habeat illa verba *in conſcientia*, ſed dicat, *non faciat fructus ſuos, & eos tanquam iniuſtè perceptos teneatur reſtituere*; qualibus verbis Concilium Lateraneoſe ſub Leone X. *ſeſſ.*9.§ *ſtatuimus*, & Pius V. *in ſuo Motu proprio* incipiente *ex proximo* Lateranenſi *edito* 12. *Calend. Octobr.* 1571. *relatus* à Nauarro *in man cap.*25. *numero* 122. & à Palao *tom.* 2. *tr.* 7. *diſp.* 2. *n* 1. decreuit pœnam reſtitutionis fructuum iuxta diſpoſitionem, de qua in *d. motu contra beneficiarios*, abſque legitimo impedimento non recitantes diuinum officium; ita enim dicitur; *Beneficiorum ſuorum fructus non faciant ſuos pro rata omiſſionis officij, & temporis; ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum eleemoſynas erogare tenantur.* Hoc caſo etiam licet non ſint illa verba *in conſcientia*, beneficiarium omittentem culpabiliter officium diuinum ex vi legis obligari io conſcientia ad reſtitutionem fructuum aote iudicis ſententiam affirmant communiter Doctores. Ita Sanchez *loco ſuprà citato.* Nauarrus *vbi ſuprà*, P. Nauarrus *de reſtitut lib.*2 *cap.*2.*num.*195. Paulus Squillantes *de oblig. cler p.*1.*num.*2. Garzias *de beneſic. parte* 3. *cap.*1.*numero* 12. *& duob. ſequentibus* Auguſtinus Barboſa *de Parocho cap.* 10. Leſſius *lib.*2. *cap* 34. *n.* 182. *&* 183. 90

Suarez

Suarez *lib. 4. de horis canonicis cap. 20. num. 1.* Bonacina *loco ſuprà num. 88. citato.* Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. Eccleſ. p. 2. v. Hora canonica cap. 1. verſic item,* Villalobos *p. 1. tract. 2. diff. 26. num. 13. ad 16.* Caſtrus Palaus *d. p. 7. num. 10.* Alij à Barbuſa, Garxia, Theſauro, & Palao relati, & alij recentiores communiter. Dum enim decernitur fructus eſſe reſtituendos tanquam iniuſtè perceptos, lex ſatis clare oſtendit, obligationem reſtituendi eſſe ante omnem iudicis ſententiam, quaſi beneficiarius non acquirat abſolutum dominium (lege id impediente) etiam fructuum perceptorum, niſi poſtquam officium tempori illi correſpondens recitauerit, vel abſque culpa omiſerit; ſiue Eccleſia id ſtatuerit priuando eos beneficiatios fructibus, eorumque abſoluto dominio, qui diuinum officium omiſerint per modum legis pœnalis in pœnam, & vindictam peccati; quod Eccleſia poteſt facere, vt conſtat ex traditis *ſuprà n. 89.* & ita ſtatuiſſe cenſent Sanchez, & Garzias *locis citatis*; ſiue per modum oneris, & conditionis impoſitæ beneficijs, vt qui illa habet, non poſſit fructus abſolutè ſuos facere, ſi culpabiliter preces horarias omittat. Quod etiam citra dubium ſtatuere poteſt Eccleſia; & ita ſtatuiſſe in hoc caſu aiunt Leſſius, Suarez, Theſaurus, Palaus *locis citatis*, & alij ab iiſdem Palao Theſauro, & Garzia *relati*. Quare non ſunt audiendi Medina *in ſum. lib. 1. cap. 14. §. 11.* Ludouicus Lopez *tom. 1. Inſtruct. cap. 45 & tom. 2. cap. 105.* Volentes præfatam Pij V. Conſtitutionem tamquam pœnalem in foro conſcientiæ non obligare in conſcientia ad præfatam reſtitutionem fructuum, niſi quando id iudex mandauerit; quod etiam tenuiſſe Corradum teſtatur Garzias, *d. n. 2.* Et certè ſi ad reſtitutionem in conſcientia foret expectanda iudicis ſententia, talis pœna foret omnino inutilis, cum omiſſio vt plurimum ſit ſecreta, & improbabilis in foro externo; pœna autem legalis habet locum in foro conſcientiæ ante ſententiam, quando alioqui eſſet omnino inutilis, vt *ſuprà* dictum eſt.

Prouiſi de beneficijs, quibus animarum cura eſt annexa, ob omiſſam fidei publicam profeſſionem, an ad beneficiorum fructuum reſtitutionem teneantur in conſcientia ante iudicis ſententiam

91 Quid verò ſi lex tantùm dicat, non faciant fructus ſuos. Talis eſt lex Tridentini *ſeſſ. 24 cap. 12. de reform.* vbi decernitur, vt prouiſi de beneficiis habentibus curam animarũ teneantur à die adeptæ poſſeſſionis ad minus intra duos menſes in manibus ipſius Epiſcopi vel eo impedito coram Generali eius Vicario orthodoxæ fidei publicam profeſſionem fidei facere, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros, iurent; & Prouiſi de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus non ſolum coram Epiſcopo, vel eius officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur; alioqui (ſubdit Concilium) *prædicti omnes Prouiſi fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragetur.* Per hanc ergo formam verborum iudici obligationem in foro conſcientiæ, & prouiſum ob non factam profeſſionem intra illud bimeſtre teneri reſtituere fructus nulla expectata ſententia affirmant P. Ledeſma *2. p. ſum. tract. 1. cap. 4. poſt 10. concl.* Azorius *p. 1. lib. 7. cap. 2. q. 1. verſic. quæres an ob profeſſionem.* Garzias *de benefic. p. 2. cap. 3. n. 35.* Vgolinus *de poteſt. Epiſc. cap. 50. §. 16. num. 4.* Ricciullus *de iure perſonarum lib. 1. cap. 13. num. 43.* Palaus Squillantes *de obl. Cler. p. 1. num. 98.* Layman *lib. 1. tr. 4. cap. 14. numero 5.* & Catulus Antonius Theſaurus, *de pœn. Eccleſ. p. 2. v. fidei profeſſio cap. 1. verſ. limitant etiam,* & indicat Leſſius *d. cap. 34 numero 183.* Probant Ledeſma, & Theſaurus quod non ſit lex, ſiue priuatio purè pœnalis, ſed conuentionalis, & non priuans iure perfectè acquiſito, ſed ſuò modo illo emittendi profeſſionem ſed Garzias putat eſſe pœnalem, de quo hîc eſt quæſtio, & ſuppoſito eſſe legem, ſeu priuationem pœnalem. Probatur, quia dum Tridentinum dicit quod fructus non faciat ſuos, manifeſte impedit dominiũ, & acquiſitionem fructuum; quod etiam magis confirmatur, dum ſubditur poſſeſſionem non ſuffragari; nam ſi non poſſiderent, nullatenus acquirerent fructus: ergo Concilium ad eorum tanquam rei alienæ reſtitutionem obligat in conſcientia.

Verùm licet hoc ſit probabile, contrarium tamen, & non teneri reſtituere, ſeu non obligari ad reſtituendum in foro conſcientiæ niſi poſt ſententiam condemnatoriam, tenent Nauarrus *lib. 1. conſil. 3. de ſum. Trin. in 1. edit. & conſil. 12. n. 1. de iur. iur. in 2. edit.* Rodriquez *qq. reg. tom. 2. q. 72. art. 3.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 5. citato n. 10.* Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 61. n. 28. & collect. ad d. cap. 12. Trid. cap. 33.* Trullench *in decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 8. n. 8.* & Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 4. diſp. 1. puncto 19.* Nituntur, quia decretum eſt pœnale, & priuans iure quæſito, ac proindè licet irroget pœnam ipſo iure, non obliget in conſcientiæ foro, cum id expreſsè, & in dubio lex pœnalis benignius, quoad fieri poſſit interpretanda eſt. Decretum ergo illud ſicut poteſt, ita debet interpretari, vt non faciat fructus ſuos, neque poſſeſſio ſuffragetur ad illos retinendos ſequuta ſententia declaratoria. Confirmatur cum Sanchez ex traditis *ſuprà num. 89. & 90.* in duobus enim caſibus, de quibus in dictis numeris volens Concilium obligare in foro conſcientiæ ad reſtitutionem ante iudicis declaratoriam, vel condemnatoriam, illis verbis, *fructus non faciant ſuos*, addidit alia verba. *Nec eorum conſcientia etiam declaratione non ſequuta deſinere poſſe. vt d. cap. 2. ſeſſ. 23. de reform.* Et alia, *ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in pauperum eleemoſynas erogare teneantur.* Cum ergo d. c. 12. Tridentini adhibuerit ſolum illa verba, *fructus non faciant ſuos*, ſignum eſt voluiſſe, vt ſolum poſt ſententiam intelligatur fructus eſſe reſtituendos. Et ita non obſtant adducta in contrarium. 92

Epiſcopi, & alij Prælati à Sede Apoſtolica ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimen promoti abſque literis Apoſtolicis Eccleſiarum adminiſtrationem accipientes, vel fidelitatis iuramentum non præſtantes, vel accepto pallio à S. Pontifice ſine literis traditionis diſcedentes, an amittant fructus beneficiorum, & Eccleſiis ſint priuati ipſo facto in conſcientia ante ſententiam.

Ex quibus, licet pœnam, vt non percipiant quicquam de prouentibus Eccleſiarum, aut Monaſteriorum in *Extrauag. iniuncta, de electione*, ſtatutam contra Epiſcopos, & alios Prælatos ſuperiores, necnon Abbates, & cæteros Monaſteriorum regimina exercentes, qui à ſede Apoſtolica promoti, aut conſecrati, ſiue benedicti ad commiſſas ſibi Eccleſias, & Monaſteria abſque literis Apoſtolicis accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere præſumunt; vel non præſtant ſolitum iuramentum fidelitatis, & obedientiæ; vel accepto pallio à S Pontifice ſine literis traditionis diſcedunt; licet inquam, hanc pœnam latam illis verbis *non percipiant*, incurri in foro conſcientiæ, & præfatos Prælatos ita delinquentes teneri ad illorum fructuum reſtitutionem, & etiam incurrere alias pœnas ibidem contra eoſdem Prælatos ita præſumentes ſtatutas (nempe 93

quod

quod non poſſint iuriſdictionem exercere, & quicquid per eos actuum fuerit viribus non ſubſiſtat) in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam affirmet Theſaurus, *d. v. fidei profeſſio, verſic. ex hoc.* motus ea ratione, quod iſtæ non ſint propriè pœnæ, nec priuatio iuris perfectè quæſiti, ſed imperfectè ob defectum conditionis iuxta tradita à Nauarro *in man. cap. 15. n. 118. initio*, vt quamuis titulum acquiſierint, non tamen exercitium, niſi poſita illa conditione.

94 Nihilominùs prædictas pœnas omnes dictæ extrauagantis non incurri in foro conſcientiæ niſi poſt ſententiam iudicis tenent Ioannes Valerus *de diff. v. obedientia diff. 4* & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. extrauag. iniuncta numero* 3. & ita etiam ſentire Nauarrum *in cap. accepta, de reſtit. ſpol.* refert Valerus, & faciunt Henriquez, Leſſius, & Filliucius *locis infrà allegatis*; & probatur ex traditis *ſuprà numero* 92. eſt enim lex pœnalis priuans iure quæſito, & illa verba, *non percipiant, & quid geſtum fuerit irritum ſit* rectè intelligi poſſunt poſt declaratoriam iudicis. Quare etiã pœnam priuationis, ſeu inhibitionis perceptione fructuum, ſeu prouentuum Eccleſiarum, item piorum locorum *in cap. Generali, de elect. in 6.* contra Clericos, qui earundem Eccleſiarum, ſeu piorum locorum vacantium bona occupare præſumentes, non ſe opponunt, lata his verbis: *De prouentibus Eccleſiarum ſeu locorum ipſorum aliquid percipere diſtrictius inhibemus*, non habet locum in foro conſcientiæ niſi poſt ſententiam declaratoriam, & executoriam, id quod etiam expreſſe docent Suarez *de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. fine* & alij relati à Carolo Antonio Theſauro *de pœn. Eccleſ. p. 2. verbo beneficiorum cap. 2. verſic. nota ſecundò.* vbi tamen ipſe tenet contrarium, & putat, eos, teneri abſtinere in conſcientia à tali perceptione ſub peccato mortali, ratione præcepti iniuncti illis verbis *diſtrictiùs inhibemus.* verùm cum hæc inhibitio ſit pura pœna Eccleſiaſtica priuationis fructuum, metienda eſt more aliarum, vt non habeat locum in conſcientia niſi poſt declaratoriam, & ita intelligendum illud præceptum inhibitionem continens. Nec Gloſſa ibi, *verbo, inhibemus*, quam pro ſua ſententia allegat Theſaurus id dicit.

Adepti Epiſcopatum intra tres, vel ſex menſes negligentes ſuſcipere conſecrationem an ante Iudicis ſententiam perdant fructus, & ſint Epiſcopatu priuati.

95 Quare etiam pœna decreti Concilij Tridentini *in cap. 2. ſeſſ. 23. de reformatione*, quod adepti Epiſcopatum etiamſi ſint Cardinales ſi non fuerint conſecrati intra tres menſes, *ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur*, & ſi per tres alios menſes id non egerint Eccleſiis ipſo iure ſint priuati; Etſi iuxta ſententiam præfati Theſauri *de pœn. Eccleſ. part. 2. v. Epiſcopus cap. 2. verſic. nota ſecundò, & nota tertio* & Reginaldi *lib. 13. n. 181.* quoad reſtitutionem fructuum, & etiam quo ad priuationem Epiſcopatus habeat locum in foro conſcientiæ ante ſententiam, eo quod Epiſcopatus ſit collatus ſub ea conditione, & modo & ſic non ſit pura pœna, ſeu caducitas ob defectum conditionis, ſeu modi pertinens ad formam collationis Epiſcopatus; cui ſententiæ plurimum fauet Nauarrus *d. cap. 25. cit. numero 118. initio*; & probabilem putat Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 34. numero* 103. & idem Theſaurus *verſic. nota quintò.* Confirmat ea eo, quod Vrbanus VIII. *in Breui reformationis ſacræ pœnitentiæ* prohibuit maiori Pœnitentiario, & cæteris Officialibus pœnitentiariæ ſuper pœnis præfatis Concilij Tridentini diſpenſare, ſcilicet, vt non valeant titulum reualidare, vel fructus condonare; & quoad reſtitutionem fructuum ita tenet etiam Bonacina *de legib. diſp. 1. q. 1. p. 7. §. 2. n. 18.*

Attamen, & obligationem reſtituendi fructus, & Epiſcopatus priuationem ex dilatione conſecrationis in foro conſcientiæ non habere locum niſi poſt ſententiam, tradunt Henriquez *lib. 10. cap. 23. numero vltimo in textu*, Gloſſa *lit. V. X.* Leſſius *dict. numero* 103. Suarez *de legib. lib. 5. cap. 8. numero* 13. Filliucius *de benef. tract. 41. cap. 5. numero 23. verſic. & quidem primo. primo*, & Fagundez *in decal. lib. 8. cap. 29. numero* 15. quia vtrumque ſit pœnam priuans iure quæſito, & verba illa *ſint ipſo iure priuati*; per ſe non ſignificent voluntatem legiſlatoris eſſe, vt talis pœna in foro conſcientiæ incurratur ante ſententiam declaratoriam iuxta tradita ſæpius in præcedentibus præſertim *n. 69. & 76.* & rectè intelliguntur de priuatione poſt ſententiam cum retrotractione Item illa verba: *ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur*, nil alio addito non ſufficiunt ad inducendam, vel indicandam obligationem in foro conſcientiæ ante, ſed tantum poſt ſententiam, & probant tradita *ſuprà n. 92. & 94* & quo ad priuationem Epiſcopatus, ita ſentit etiam Bonacina *loco citato* Alteram tamen ſententiam non parum corroborat breue illud Vrbani, ſi adeſt; Poteſt tamen dici prohibitionem breuis procedere in caſibus, in quibus clare conſtat Tridentinum in foro conſcientiæ ante ſententiam inducere priuationem tituli & reſtitutionem fructuum. 96

Si lex pœnalis addat, vel dicat vt delinquens non abſoluatur, ſeu non poſſit abſolui niſi prius ſoluta pœna, ſeu niſi dimittat beneficium, vel reſtituat vt Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 18. de reformatione *contra examinatores Synodales occaſione examinis aliquid recipientes; & in Extrauaganti Bonifacij VIII. & Bulla Gregorij XIII. de datis & promiſſis pro iuſtitia, & gratia contra ſic dantes, recipientes, &c. an in foro conſcientia obliget ante omnem ſententiam.*

Tertiò pœnam legalem priuationis beneficij, officij, vel fructuum &c. obligare in foro conſcientiæ ſi lex addat, vel dicat delinquentem non poſſe abſolui niſi dimittat, vel reſtituat, affirmant Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 29. numero* 63. Sayrus *lib. 3. clau. cap. 9. numero* 71. & Fagundez *in decalogum lib. 8. cap. 29. n. 13.* Vgolinus, Bonacina, & Theſaurus *locis infrà citatis.* Contrarium tamen, & etiam in hoc caſu legem pœnalem non obligare ad dimittendum beneficium, vel reſtituendos fructus perceptos in cõſcientia, niſi poſt iudicis ſẽtẽtiã declaratoriã, ita quod ly, *nõ poſſe abſolui, niſi dimiſſo beneficio*, vel *facta fructuũ reſtitutione* intelligitur, ſi fuerit delinquẽtis crimen declaratũ, tenent Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 2. p. 2. § 3. num. 20. verſ. tertio additur.* Tãnerus, & etiam Leſſius *locis infrà allegatis.* eo quod in pœnis facienda ſit benigna interpretatio, quantum fieri poteſt, & verba legis poſſunt admittere iuxta tradita in præcedentibus. Verùm pro vberiori explicatione examinandi ſunt duo ſequentes caſus. 97

98 Primus habetur in Concilio Trident *cap. 18. ſeſſ. 24. de reform.* Vbi examinatoribus ſynodalibus ſtatuitur *ne quicquam prorſus occaſione examinis, nec ante, nec poſt accipiant; alioqui Simoniæ vitium tam ipſi, quam alij dantes incurrant, à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficiis ante obtẽtis; & ad alia impoſterum inhabiles reddantur*; ita Tridentinum. Examinatores igitur contra tale decretum delinquentes aliquid accipiendo teneri beneficia dimittere etiam ante iudicis ſententiam crimi-

nis

nis declaratoriam, cum Concilium prohibeat illos abſolui, non præmiſſa dicta dimiſſione, aſſerunt Vgolinus *de ſimonia tab.1.c.48* §.7 Suar. *de relig lib.5 c.8.n.17. & tom.1 de relig. lib. de Simonia c. 58. num.* 3. Fagundez *d.cap.29. numero* 19. Bonacina *de ſimonia quæſt.7 part.2. diff.1. numero* 5. & Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. Eccleſ. part.2. V. Simonia capite quarto, verſiculo primo.*

99 At non teneri dimittere ante ſententiam declaratoriam affirmat Caſtrus Palaus *loco ſuprà citato* dicens in dictis verbis Tridentini, *abſolui nequeant niſi, &c.* ſubintelligi, ſi fuerit delictum eorum declaratum; & ita etiam eandem pœnam non eſſe vſu receptam cum tanto rigore, vt obliget in conſcientia ante ſententiam declaratoriam, & conſequenter non teneri dimittere niſi ea ſecuta docent etiam Leſſius *d.lib.2. capite* 35. *numero* 148. *fine.* & Tannerus *in tertia parte diſputatione quinta, quæſtione octaua, numero* 98. à Theſauro *relatus.*

100 Secundus caſus habetur in *Extrauaganti 1. de ſent. excomm.* quæ eſt Bonifacij VIII. & *in Bulla* Gregorij XIII. eiuſdem extrauagantis confirmatoria de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia, quam refert, & declarat Nauarrus *in Commentario de datis, & promiſſis pro iuſtitia, & gratia obtinendis,* in quibus extrauaganti, & bulla præter plures alias pœnas contra dantes, vel recipientes aliquid pro iuſtitia, vel gratia apud ſedem Apoſtolicam, ſeu in curia obtinenda latas, hæc ſecundo loco ponitur: ſcilicet, quod ab excommunicatione ibi contra præfatos ſtatuta, & Papæ reſeruata, iidem non poſſint abſolui, niſi reſtitutum fuerit pauperibus quantum quis dedit, vel accepit (ſcilicet, qui accepit reſtituent rem ipſam ſi apud eum extet, vel pretium eius, aut æquiualens, ſi fuit pecunia, qui verò dedit, ſi ei redditum fuerit, quod dedit, & iterum redditum accepit, reſtituerit pariter pauperibus, vt explicat Molina *de iuſtit. tom.2. diſp* 92. *verſic. obſeruat* Filliucius *tom 1. tract.15. num* 140. & Bonacina *de cenſuris in particulari diſput.2. quæſt.5 puncto* 32. *num.21.*) in pœnam commiſſi delicti. Hanc ergo pœnam reſtitutionis, ex eo quod prædicti non poſſint abſolui ea non præmiſſa, habere locum in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam, tradunt Nauarrus *in d.com.notab* 11 *num.*44. Filliuccius, & Bonacina *locis citatis*, & Theſaurus *d.v. ſimonia cap.*15. & idem ſentit Molina *loco citato.* Qui tamen addit, in re propoſita eum, qui beneficium abſolutionis de mandato Summi Pontificis debet impendere, conſtitui quaſi iudicem, vt pœnam executioni mandari præcipiat, antequam abſolutionem impendat; iuxta Caſtrum Palaum verò *loco ſuprà num.97. citato,* vbi reſtitutio non forat facienda ex vi iuris naturalis, ſed ſolum vt pœna commiſſi delicti in dando, vel accipiendo, reſtitutio nô eſſet obligatoria in conſcientia niſi poſt iudicis declaratoriam criminis, poſt quam declaratoriam ab illa excommunicatione non poſſet abſolui niſi reſtitutione dati, vel accepti facta. Aduertit autem Filliuccius *d.n.104. verſic. ex quibus,* hanc pœnam ſæpe à Sacra pœnitentiaria condonari.

Obtinentes beneficium Parochiale, qui ſua culpa non ſuſcipiunt ſacerdotium intra annum iuxta cap. licet canon, *an in foro conſcientiæ ſint priuati beneficio ante ſententiam criminis declaratoriam.*

101 Quartò induci à lege pœnali obligationem in conſcientia ſoluendi pœnam ipſo iure impoſitam ante ſententiam, ſi lex addat, ſeu dicat: nulla præcedenti monitione, vel abſque vlla declaratione ſit beneficio priuatus, tradunt Suarez lib.5. *de legib. cap.*8. à *num* 10 & alij Doctores *ſuprà n.76. relati.* Confirmant primò *d. n.75.* & deducunt tum ex extrauaganti *ambitioſa, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* de cuius caſu *d.n.75.* & etiam mox infrà; tum *ex cap. licet canon. de elect. in 6.* vbi decernitur, quod carens ordine Sacerdotali obtinens parochialem, ſi non ſit intra annum ſua culpa promotus ad Sacerdotium, ſit abſque vlla declaratione priuatus, verba textus ſunt, *nulla etiam præmiſſa monitione ſit præſentis conſtitutionis authoritate priuatus.* Ex vi enim huius clauſulæ non promotum intra dictum tempus ſua culpa ad Sacerdotium ante omnem iudicis ſententiam priuari beneficij dominio, & teneri in conſcientia illud dimittere, tenent Gloſſa ibi, Nauarrus *in man cap.25 num.*118. Garzias *de benef. p.11. cap.* 10. *num* 28 29. *& ſeqq.* Squillante *de obligat. cler part.1. num.10. fine.* Suarez *d.num* 10. Vaſquez *e 2. diſput.*168. *num.*4. Salas *de legib diſp.15 num.*45. Reginaldus *lib.13. num.*181. Bonacina *de leg. diſp 1. quæſt.1. p.7. §.2. num.*17. Filliuccius *tom 2. tract.21. cap. vlt num.*424. Salzedo, Gutierez, Ludouicus Lopez, Philiarcus, Rodriquez, Soto, Medina, & Vega *relati* à Garzia *d.n.29.* qui *n.28.* ait eſſe communem Doctorum in *d.cap licet.* ex quibus tamen Doctoribus Nauarrus, Salzedo, Gutierez, Lopez, Sotus, Medina, Vega, Rodriquez, Reginaldus, & Filliucius fundantur in eo, quod præfata priuatio in *d. cap. licet*, non ſit pœnalis, ſed conuentionalis, ſeu non imponatur ibi, vt pœna propriè, ſed vt conditio, ſeu modus rei traditæ, ſub qua beneficium conferatur, qua non adimpleta ſequitur ipſo facto priuatio beneficij abſque ſententia iudicis, vt cum implentur conditiones appoſitæ legatis, vel hæreditati à teſtatore præſcriptæ, vt illis non ſeruatis amittatur legatum, vel hæreditas, illis non impletis ſtatim in foro conſcientiæ perditur legatum, & hæreditas. Sed vt bene Garzias *d cap.10. n.30.* non conſtat de mente legiſlatoris in d. caſu potius, quam in aliis ſimilibus, in quibus imponitur ipſo iure priuatio beneficiorum, quod voluerit priuationem eſſe veluti conditionem; & modum rei traditæ; & verè id non videtur poſſe probari. Vaſquez verò probat in hoc caſu priuationem beneficij incurri ante ſententiam, quia ſit pœna legis naturalis, & diſpoſitio Eccleſiaſtica in *d.cap. licet*, non ſit conſtitutiua illius pœnæ, ſed tantum declaratoria legis naturalis; nam ordo Sacerdotalis (inquit) neceſſarius eſt ad officium; propter quod datur beneficium; ac proindè, qui non recipit Sacerdotium debito tempore, eo ipſo ex natura rei amittit titulum beneficij, quod *in d cap. licet* fuit declaratum. Hoc tamen fundamentum euidenter conuellunt Suarez *d. cap.8 n.10.* & Salas *d.d ſp 15. n.31. verſic. Primò probari poteſt.* tum quia aduerſatur verbis *d cap. licet*, ibi: *ſit præſentis conſtitutionis authoritate priuatus;* ex quibus apertè patet legem Eccleſiaſticam ibi non eſſe tantum declaratiuam, ſed conſtitutiuam, & effectiuam; tum quia etſi ex natura rei ſequatur ex beneficio parochiali obligatio ad Sacerdotium, ac proindè grauiter peccet, qui notabiliter differt illud ſuſcipere, non ideo tamen eſt priuatus beneficio ex natura rei, quia ſemper poteſt emendari, & retinere beneficium, ſi ordinetur iure naturali attento. Quare licet Eccleſia determinet ibi tempus recipiendi Sacerdotium, quod non erat ita certum, & determinatum; ſi tamen non addidiſſet priuationem beneficij non promoto poſt annum, iure naturali etiam poſt plures annos recipiens Sacerdotium retineret beneficij titulum, cum hoc non inueniatur contrarium legi naturali.

Igitur cum dicta priuatio beneficij ſit vera pœna Eccleſiaſtica ob commiſſionem delicti in non recipiendo Sacerdotium illo tépore à lege determinato, metienda eſt iuxta alias pœnas Eccleſiaſticas ſimiles, ac proindè aſſerendum non incurri in foro côſcien- 102

tiæ niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam, non obſtantibna illis verbis: nulla præmiſſa monitinne. Probatur ex traditis *ſuprà n.51. & 76.* & affirmat in terminis Caſtrus Palaus *loco ſuprà num. 97. citato*, Zorola *in praxi 1. part. v. beneficium* §. 4. *dict. num.* 4. Motla, & Sahag. relati à Garzia *dict. cap.* 10. *num.* 31. & 32. Ita abſque dubio ſentiunt alij Doctores ſupta dictis *numero* 51. & 76. relati.

Si lex pœnalis delinquenti imponens beneficij, vel officij priuationem, dicat, ipſo facto vacare cenſeatur; an in hoc caſu delinquens ſtatim amittat beneficium, vel officium in foro conſcientia cum obligatione illud renunciandi ante omnem ſententiam.

103 Quintò, ſi lex vtatnt verbo, vacet, vt ſi poſt quam dixit *ipſo facto*, addat, *ipſa beneficia abſque declaratione vacare cenſeantur*, vt habetur in Extrauaganti *Ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alien.* tunc ante ſententiam criminis declaratoriam in conſcientia delinquentem amittere beneficium, nec illud poſſe retinere docent in his terminis Corduba *loco ſuprà numero* 31. *citato.* Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 8. *numero* 14. & Fagundex *dict. cap.* 29. *numero* 16. dicentes id euidenter conſtare ex illis verbis, vacare cenſeantur, quia non vacat beneficium, niſi quando amittitur titulus, & dominium eius; ex vi igitur talis legis ante omnem ſententiam etiam declaratoriam amittitur beneficium, ex qoo fit, vt ſtatim oriatur obligatio in conſcientia renunciandi illud, niſi forte lex conſuetudine, & vſu non ſit recepta cum tanto rigore, vt de dicta extrauaganti Nauattus *in man. cap.* 27. *numero* 150. Caietanus *v. excomm. cap.* 75. Salas *dict. diſput.* 15. *numero* 46. & alij à me *ſuprà numero* 76. & *tom.* 3. *moral. var. tit.* 6. *numero* 564. *relati.* Aduertunt autem iidem Doctores, vt notat Salas loco mox citando, ſi in hoc, & præcedenti, & aliis caſibus, in quibus iuxta Doctores ſtatim in foro conſcientiæ ob delictum amittitur beneficium, vel officium, & conſurgit obligatio illud ante ſententiam renonciandi; ſi id fieri non poteſt abſque eo, quod homo ſe infamet, ad hoc non eſt cogendus; atque adeo ex accidenti excuſatur à tali obligatione. Similiter addit Salas, ſi neceſſe ſit cadere à ſuo ſtatu; & delinquentem in magna neceſſitate cōſtitui, ſuſpendenda eſt executio illius obligationis; & procurandum interim, vt Papa, vel Princeps reſtituat beneficium, vel officium; quod ſecreto, & ſine infamia fieri poteſt.

104 Verùm licet vtatur verbo *vacare*, modo ſupra explicato, adhuc non amitti beneficiū, nec conſurgere obligationē illud renuntiandi in cōſcientia ante, ſed tantū poſt ſentētiā iudicis declaratoriā, eſt magis cōmunis ſētētia; quia verba illa ſatis habere ſuū effectū, & operari intelliguntur, ex eo, vt pœna habeat locū. non requiritur ſentētia pœnæ condēnatoria, ſed tantum declaratoria criminis; & quia ex vi illorum verborum beneficiū, vel officiū à die delicti manet quaſi confiſcatum, & ſententia declaratoria quoad effectum retrotrahitur ad diem delicti commiſſi, vt *ſuprà n.* 71. explicatū eſt, & ita tenent omnes Doctores *ſuprà n.* 76. *relati*, qui videantur, præſertim Vaſquez. Palau. Salas *d. diſp.* 15. *n.* 45. *fine.* Vbi expreſſe illa ſola verba, *vacare cenſeantur* addita illis, *ipſo facto*, & etiam *abſque declaratione*, ait non probare amiſſionem in conſcientia magis, quam illa verba: *ipſo facto ſint beneficio priuati, abſque alia declaratione.* Quia, inquit, & recte, priuatio, & vacatio beneficij idem ſunt, quando beneficium alteri non confertur, atque adeo ſicut priuatio *ipſo facto, & ante declarationem* poteſt recte explicari, vt nulla opus ſit ſententia pœnæ condemnatoria, vel declaratoria, & vt per ſententiam declaratoriam criminis poſtea retrotrahatur ad diem criminis, ita de vacatione beneficij dicendum eſt; maxime cum ponitur (addit idem Salas) verbum *cenſeantur* (vt in d. Extrauaganti *Ambitioſæ*) quod indicat non vacare ex tunc; ſed ita ſententiam poſtea ferendam, ac ſi tunc vacaſſent.

Quando lex pœnalis priuans delinquentem officio, vel beneficio, vtens particula, ex tunc, *dicens, ex tunc ſit priuatus, vel vacet, vel ex tunc ſoluere teneatur talem mulctam, an obliget ante omnem ſententiam.*

Sextò, ſi lex pœnalis dicat ex *tunc ſit beneficio, vel officio priuatus*, vel *ex tunc* beneficium vacet, ſeu *vacare cenſeatur*, à lege induci obligationē dimittendi in cōſcientia ante omnem iudicis ſententiam tradit Suarez *de leg. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 7. & 8. quia illa particula, *ex tunc*, deſignat tempus commiſſi criminis, non tempus poſt latam à iudice ſententiam declaratoriam criminis; & quia illa particula *ex tunc*, æquiualet verbo illi, *ante declaratoriam*, nam excludit omnem futuram actionem, vel ſententiam cap. cum ſingula, ibi, *ex tunc* de præbend. in 6. Verum particula, *ex tunc*, ſolum idem ſonat, ac *ipſo facto*, vt conſtat ex traditis à me in tomo 3. *mor. var. tit.* 3. *n.* 99. & ex Doctoribus *ibidem* citatis, & ita etiam ſumitur *d. cap. cum ſingula.* Quare ſicut, verba, *ipſo facto* iuxta Doctores communiter non excludunt ſententiam criminis declaratoriam, & condemnatoriam, aut declaratoriam pœnæ, & inducant retrotractionem ad diem criminis; ita idem dicendum de particula, *ex tunc.* 105

Si lex pœnalis ipſo facto priuans beneficio eccleſiaſtico addat, vt ſtatim poſſit alteri libere conferri, an priuatio, & obligatio in conſcientia dimittendi beneficium habeat locum ante declaratoriam criminis; vbi an occidentes alios per Aſſaſſinos incurrant beneficij priuationem ante iudicis ſententiam. An ob receptionem ſecundi beneficij incompatibilis cum primo, primū in foro conſcientiæ ſit dimittendum, ante ſententiam, & ob retentionem ſit dimitendum etiā ſecundum Et an Parochus non reſidens in parochiali incurrat ipſo facto priuationem Parochiæ.

Si lex pœnalis illis verbis *ipſo facto ſit beneficio priuatus*, vel *beneficium vacare cenſeatur*, addat, *& alteri libere per illos, ad quos eorum collatio pertinet, poſſint conferri, vel conferantur*; legem tunc ante omnem ſententiam inducere priuationem, & obligare in conſcientia delinquentem ad ſtatim renunciandum beneficium, docent Corduba *lib.* 1. *queſt.* 36. Suarez *de legib. lib.* 5 *cap* 8. *num.* 15. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 39. *citato* & Fagundex *in decal lib.* 8. *cap.* 29. *numero* 13. & 18. Ponderant enim particulam illam *libere*, quæ indicat beneficium illud vacare ipſo facto ante omnem ſententiam, declaratoriam criminis, & ideo poſſe alteri conferri, non vocato poſſeſſore, nec admiſſa aliqua executione, vt exponit Gloſſa *in cap. pro humani* §. *ſacri*, Verbo *libere*, *de homicidio in* 6. Quod caput ad huius ſententiæ confirmationem ponderat Corduba. Ibi enim occidentes alios per aſſaſſinos priuantur beneficio ipſo facto, & additur, *illa libere aliis per illos, ad quos pertinet, conferantur.* Propter quæ verba idem Corduba aſſerit huius canonis priuationem incurri ante ſententiam etiam criminis declaratoriam 106

declaratoriam. Verùm præfatum canonem non inducere priuationem beneficij, nec obligare ad illud dimittendum ante ſententiam iudicis declaratoriam tenent non ſolum Vaſquez *d. diſp.* 178. *cap.* 4. & Salas *de legib. d. diſput.* 15. *num.* 30. *verſicul. octauo* ſed etiam Suarez *d. cap.* 8. *num.* 15. & Fagundez *d. cap. num.* 18. Quia (quidquid ſit de vi illorum verborum, *liberè* &c. ſi per ſe conſiderentur) in illo capite, & paragrapho additur. *Poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis ſcelus tam execrabile commiſiſſe, aliam ſententiam aduerſus eum non eſſe neceſſariam*; vult ergo ad incurrendam dictam pœnam priuationis beneficij, vt liberè, &c. vt priùs iudici conſtet de crimine, & ita requiri ſententiam iudicis declaratoriam.

107 Ad eiuſdem ſententiæ confirmationem poſſent adduci textus *in cap. dudum* § 1. *de electione cap. de multa de prabend. & dignitat. cap. licet Epiſcopus, & cap. cum ſingula* § *primo, eodem titulo in* 6. & in *extrauag. execrabilis Ioannis XXII.* in quibus textibus decernitur, vt habens dignitatem, perſonatum, officium, aliudve beneficium curatum, ſi aliud ſimile incompatibile ſit adeptus cum pacifica poſſeſſione, ipſo iure ſit primo beneficio priuatus, illudque poſſe alteri liberè conferri ab eo, ad quem ſpectat collatio. Quo caſu per adeptionem ſecundi beneficij cum primo incompatibilis ipſo iure primi beneficij titulum amitti, & incurri obligationem illud in conſcientia dimittendi ante omnem iudicis ſententiam, tradunt Henriquez *lib.* 13. *cap.* 56. § 2. *littera C. in textu*, & in Gloſſa, alios allegans Garzias *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. & *capite* 10. *numero* 33. Leſſius *libro* 2. *capite* 34. *dub.* 27. *numero* 143. Paulus Squillantes *de obligat. cleric. par.* 5. *numero* 11. Villalobos *part.* 1. *tract.* 2. *diff.* 26. *numero* 13. *ad* 6. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 13. *punct.* 2. § 6. *numero primo*, & tenent communiter ſcribentes in *d. textus*, & alij, quos latè referunt Garzias. *d. cap.* 5. & Auguſtinus Barboſa *collectaneis ad d. textus*; *de officio Epiſcopi allegat.* 62. *& collectaneo ad capit.* 4. *ſeſſion.* 7. *Trident. de reformat.* quo capite Tridentinum decernit, vt nullus plura beneficia incompatibilia Eccleſiaſtica recipiat; & ſi recipere, & retinere præſumpſerit iuxta *d. cap. de multa, deciſionem, & decreti eiuſdem Tridentini* diſpoſitionem ſit ipſo iure priuatus. Verùm neque hi textus probant eandem ſententiam, priuatio enim primi beneficij ob adeptionem alterius incompatibilis cum pacifica poſſeſſione in prædictis textibus ſtatuta non eſt pœna; cum imponatur ſine pœna recipientis, ſed ſolum ob factum ipſum, nempe ob ipſam receptionem ſecundi beneficij, ac proinde priuatio primi beneficij in dictis canonibus, & in *dict. capit.* 4. *Tridentini* eſt ſolum conditio, ſub qua ſecundum beneficium incompatibile cum primo Eccleſia vult conferri, vt expreſsè Henriquez, Villalobos, & Garzias *locis citatis*. Quia verò in *dict. capite dudum, capit. de multa. & cap. cum ſingula*, & etiam *dict. capite* 4. *Trident.* præſumentes retinere ſecundum beneficium incompatibile vnà cum primo priuantur etiam ſecundo; & hæc priuatio eſt in pœnam delicti, quod committunt retinendo primum contra ſacrorum Canonum prohibitionem, ideo, vt talis priuatio in foro conſcientiæ habeat locum, requiritur ſententia iudicis, vt tradunt Leſſius, & Squillantes *locis citatis*, & Garzias *d. cap.* 5. *n.* 7. & 94. & alij ab eodem Garzia relati; quod caret omni dubio attentis præfatis ſacris Canonibus antiquis, nam in *d. cap. dudum, & d. cap.* multa dicitur, *quod ſi retinere contenderit, ſpolietur etiam ſecundo.* & in *d. cap. cum ſingula ab vtroque penitus repellatur*, quæ verba continent ſententiam ferendam. At cum Tridentinum in *d. cap.* 4. dicat ipſo iure ſit beneficiis ipſis priuatus; Garzias *d. cap.* 5. *numero* 94. & 98. vult iuxta Tridentinum incurri eodem modo in foro conſcientiæ priuationem ſecundi, ſicut & primi, ſcilicet ante iudicis ſententiam etiam declaratoriam criminis; ſed cum priuatio ſecundi ſit pœna, & impoſita tantum illis verbis, *ipſo iure ſit priuatus*, etiam iuxta Tridentinum non incurritur in foro conſcientiæ niſi poſt declaratoriam criminis, & ita abſque dubio tenent Leſſius, & Squillantes *locis citatis* & conſtat ex traditis *ſuprà num.* 69. *& ſequentibus.* Addo Molinam *in Emporio iuris* 1. *part. titul.* 1. *quæſt.* 9. *numero* 46. & Sahagum *in cap. fin. de ſequeſtr. poſſeſſ. numero* 81. à Garzia *d. cap.* 10. *numero* 33. *relati*, tenuiſſe etiam primum beneficium, quo quis iuxta ſacros canones ipſo iure priuatus eſt, per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, in conſcientia non eſſe dimittendum ante iudicis ſententiam.

Ad eandem ſententiam confirmandam adduci poteſt textus *in cap. extirpandæ*, § *ſi verò, de præbenda*, vbi Parochus aut Parochialis, ſeu beneficiati curatum non reſidens *ipſo facto* incurrit pœnam priuationis Parochiæ; vt liberè alteri conferri poſſit. Verba textus ſunt; *alioqui illa* (ſcilicet Parochiali Eccleſia) *ſe ſciat authoritate huius decreti priuatum liberè, alij conferenda.* Quam priuationem dicto textu attento incurri ipſo facto ante monitionem, & iudicis ſententiam tenent Garzias *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *numero* 136. & alij ab eodem citati. Verùm alij, quos idem Garzias *num.* 135. refert, tenent præcedere iudicis monitionem, & ſic iudicis ſententiam. Licet modo attenta diſpoſitione Tridentini *in cap.* 1. *ſeſſ.* 23. *de reform. in fine capitis ibi, etiam vſque ad priuationem compellere.* Parochi non reſidentes citra omnem controuerſiam non incurrant dictam pœnam priuationis beneficij ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis præcedentibus citatione, & monitione, non eſſe autem neceſſarium, vt per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, & alia iuris remedia procedatur, priuſquam ad dictam priuationem deueniatur tradunt Garzias *in addit. ad d. cap.* 2. *numero* 139. & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap.* 1. *Trident. num.* 4. ex eo, quod Concilium *d. cap.* 1. hoc relinquit arbitrio Ordinarij ibi, *liberum eſſe vult ordinario*, &c. licet de iure communi requiri videretur *cap. ex tua* § 1. *de cler. non reſid.*

109 Igitur licet priuatio beneficij, vel officij ſit ipſo facto in lege ſtatuta cum illis verbis, *vt is, ad quem ſpectat collatio, poſſit illud alteri liberè conferre, & eodem poſſeſſore non vocato*, priuatio vero ſit pœna in vindictam delicti commiſſi à lege impoſita, adhuc contra ſententiam *n.* 106. poſitam tenendum eſt, non incurri, neque in foro conſcientiæ eſſe obligationem beneficij, vel officij renunciandi niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam, & non antè. Ita enim rectè intelligi poteſt. Nam quoties beneficij priuatio ſeu vacatio à lege inducta eſt ipſo iure, beneficium delinquente beneficiario non vocato etiam ante ſententiam criminis declaratoriam poteſt alteri conferri, licet beneficiarius delinquens ante declaratoriam verè non amittat integrè, ſed tantum ſecundum quid beneficij dominium nec teneatur illud renunciare, vt ſuprà *num.* 83. iunctis traditis *n.* 70. oſtenſum eſt. Quare illis verbis: *poſſit liberè conferri, &c.* additis illis *ipſo facto, vel ipſo iure ſit priuatus*, non inducitur nouus effectus; nam eos, ſed exprimitur effectus, qui tacitè continetur in illis, ipſo facto: Cum igitur in pœnis ſit facienda benignior interpretatio, & ſignificatio illorum verborum ſaluetur abſque eo, quod cenſeatur ante iudicis declaratoriam criminis à lege inducta obligatio dimittendi beneficium, ita debet intelligi. & ita procul dubio tenent alij Doctores citati *ſuprà num.* 69. 70. & 76. & etiam Sà *V. pœna num.* 1. & Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 30.

Committentes ſimoniam confidentialem, an ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam incurrant beneficiorum priuationem, & in conſcientia teneantur illa dimittere.

110 Octauò committentes ſimoniam confidentialem per Bullam Pij IV. (de qua Nauarrus *in man. cap.23.num.110*) ipſo iure priuatos beneficiis hoc verborum tenore; ſcilicet, *ſed ne quiſquam vana fiducia fretus non intendendi contra ſe iudicij in crimine perſeueret, vtque hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque prohibeatur, omnes, & ſingulos, &c. & quidquid tale admiſerint in futurum omnibus beneficiis, & officiis &c. Præſentium authoritate priuamus, & ad futurum inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus*, obligati ad renunciandu, & dimittendu beneficia in conſcientia, & ad reſtituendos fructus perceptos nulla expectata ſententia iudicis declaratoria criminis docent Nauarrus *vbi ſuprà*, Suarez *de leg. lib.5. cap. 8. num. 16.* Fagundez *d. cap.29. num.19.* Ponderant enim Suarez, & Fagundez non ſolum illa verba: *Præſentium authoritate priuamus*, quæ ſe ipſis æquiualent tantum, illis; *ipſo facto*, & excludunt ſolum ſententiam condemnatoriam pœnæ, non vero criminis declaratoriam; ſed etiam illa, *& ne quiſquam vana fiducia fretus*, &c. Quæ oſtendere videntur mentem legiſlatoris eſſe, vt pœna obliget in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam, & criminis declaratoriam; nam alioqui delinquens iam fiducia vana fretus iudicium contra ſe non eſſe intendendum, in crimine perſeuerare poteſt.

111 Verùm dicendum eſt, neque per hanc Pij IV. conſtitutionem, illo verborum tenore vrentem pœnam priuationis beneficiorum iam obtentorum habere locum in foro conſcientiæ ante criminis declaratoriam; quia id non important illa verba: *præſentium authoritate priuamus*, vt ait idem Suarez, ſed nec alia præcedentia, *ſed ne quiſquam*, &c. quia intentioni Sancti Pontificis in iiſdem verbis explicatæ ſufficienter ſatisfit, dum à die criminis beneficia manent quaſi confiſcata, & delinquens efficitur obnoxius priuationi, & non eſt opus condemnatoria, ſed tantum criminis declaratoria, vt omninò & etiam in conſcientia priuatus exiſtat. Et ita expreſsè tenent Nauarrus *conſil.91 & 92. de ſimonia in 2. edit.* Laymann *lib.4. tract.10. cap. vlt. num 76.* Azorius *p.2. lib 12 cap.21. quæſt.13.* Caſtrus Palaos *tom.1. tract.3. diſp.2. pun.2 nu.10. verſic. tertio.* Idem aſſerentes etiam de inhabilitate ad alia beneficia, ſcilicet, eum non contrahi in foro conſcientiæ ante criminis declaratoriam: Et hanc eandem ſententiam quoad priuationem beneficiorum obtentorum tenuit prius idem Suarez *tomo primo, de religione tom. 1. lib 4. de ſimonia cap.58. in fine.* Qui etiam *d. cap. num.16 fine* addit, quod priuatio beneficiorum obtentorum per dictam conſtitutionem incurratur in foro conſcientiæ ante declaratoriam, intelligendum de rigore verborum; probabile tamen eſſe, pœnam illam non eſſe in hoc ſenſu communiter receptam, & ideo fortaſſe abrogatam in hac parte eſſe per communem conſuetudinem; & de eadem conſuetudine requiri declaratoriam. Quam conſuetudinem, ſi detur, dicit etiam Fagundez loco citato, tolerari poſſe, quia reuera pœna eſt valde rigoroſa.

Pœna conuentionalis à contrahentibus impoſita iniuſtè reſilienti à contractu, vel non ſoluenti debitum tali tempore, an in foro conſcientiæ debeatur ante iudicis coactionem: & quid de de pœna à teſtatore impoſita contrauenientibus ſuæ voluntati.

Ex traditis an.69. hoc vſque licet colligi generaliter, nullam pœnam legalem priuationis, ſeu nullam priuationem iuris quæſiti, rei poſſeſſæ, quæ propriè ſit pœna à lege impoſita ob priuationem, & deteſtationem alicuius delicti (alioqui enim non erit pœna can. *Pœnitentia, de pœnit. d.3.*) de qua hic eſt controuerſia, incurri ante ſententiam criminis declaratoriam etiam in beneficiis, & officiis, tametſi dicatur, *ipſo facto, nulla declaratione præmiſſa, libereq; alteri poſſit conferri non eo dimiſſa poſſit abſolutio concedi*, & aliis verbis talis pœna ſit impoſita; quæ expreſsè, & clarè non ſignificent obligationem ad pœnam in conſcientia ante iudicis ſententiam. 112

An autem idem ſit dicendum de pœna conuentionali, quæ partium conſenſu ſtatuitur ſoluenda ab eo, qui à contractu receſſerit, vel in mora culpabili fuerit reſtituendi debiti, putà, mutui accepti, iuxta legem, *ſi pacto, C. de pactis. & c. ſignificante, de pignoribus.* Non leuis controuerſia eſt inter DD. Et procedit controuerſia, quando notū eſt, nullā eſſe iuſtam cauſā recedendi à contractu, vel differēdi ſolutionē; nam ſi dubiū eſſet, an ex iuſta cauſa recedat, vel nō, proculdubio neceſſaria eſſet iudicis ſententia. Triplex eſt ſententia. 113

Prima abſolutè aſſerit eſſe ſoluendū in conſcientia ante iudicis ſententiam, ſiue in contractu dicatur ſub tali pœna, ſiue ab ipſo facto ſit ſoluenda talis pœna. Ita Ancharanus *in cap. poſſeſſor de reg. iur.* Felinus, Decius, Vaſquius, Paludanus, P. Nauarrus à Sanchez *de matr. lib.1. diſp.37 n.2. relati.* & videtur tenere Suarez *de legib. lib.5. cap. 8. numero 9.* Quamuis etiam incliner in tertiam ſententiam. Ratio huius ſententiæ fundatur in differentia, quæ eſt inter hanc, & pœnam legalem; nam legalis eſt ſimpliciter inuoluntaria, & ex obligatione extrinſecus proueniente, non voluntariè aſſumpta; pœna conuentionalis eſt voluntaria in ſua origine; ſcilicet, ex voluntario contractu, ſeu contrahentium ſpontaneo conſenſu, poteſt autem quiſque ſe alteri obligare; & cum huiuſmodi pœnam contrahentes in contractu apponant voluntariè, videntur ſe obligare abſque dependentia à iudice. Præterea lex veluti natura ſua dicit ordinem ad iudicem, tanquam ad motorem ſuū, nam iudex eſt quaſi lex viua, pactū verò ex ſe per ipſoſmet cōtrahentes executioni mandari debet, ac proindè per ſe non requirit iudicē etiam ad executionem pœnæ; ſed ſolum quod in cōſcientia conſtet de tranſgreſſione; vel ad ſummū etiam de voluntate alterius, ac ſpontaneo modo exigētis pœnam iuxta ſententiā tertio loco ponēdā. Poſſet addi quod pœna conuētionalis ſit veluti cōditio cōtractus, conditiones autē contractus ſtatim obligant iudicis ſententia nō expectata. Verū licet ſit cōditio contractus, tamē ſtatuitur ſoluenda vt pœna propriè, ac proindè ex hoc capite non eſt metienda inſtar aliarū cōditionum, quæ ſunt merè conditiones, & proinde ex natura ſua nullam pœnæ conditionem; pœna autem propriè videtur requirere iudicis ſententiam.

Secunda ſententia tenet non deberi ante ſententiam iudicis, ſed vt ſoluenda ſit in conſcientia eſſe neceſſariam iudicis ſententiam. Ita Adrianus, Victoria, Ledeſma, Lodou. Lopez, Palacius, Bera à Sanchez, *diſp.37. n.4 relati.* idem Sanchez *ibid.* & Vaſq. *1.2. diſp.273. cap. 1.* Stephanus Bauny *de matr. & ſponſal. q 1.* & citra omne dubiū ſentit Nauarr. *in man. c.23. n.68.* 114

quamuis

quamuis allegetur à multis & præſertim à Sala loco infrà citando pro ſequenti ſententia. Reiicit enim præcedentem ſententiam præſertim his duabus rationibus: ſcilicet, tum quia nemo quamlibet iuſtus, & religioſus eam pœnã conuentionalẽ, niſi coactus ſoluit; tũ quia videtur nõ eſſe partibus eiuſmodi pœnas in ſuis cõtractibus imponẽtibus intentio, vt qui eas incurrerit, vltro ſolutionem earũ offerat, vt ſolutionem debiti principalis offerre debet, ſed vt per eas ad obſeruantiam contractuum cogantur, vt per pœnas ad legum obſeruantiam; coactio enim ſpectat ad iudiciũ: ergo Nauarrus ſentit non deberi, niſi poſt iudicis ſententiam, & etiam Leſſius *de iuſtit lib 2.cap.20. nu.* 136. dicit hanc ſententiam eſſe probabilẽ, licet putet probabiliorem ſequentem ſententiam tertiam. Probatur ergo hæc ſententia, quia intentio contrahentium, & pœnam apponentiũ, niſi aliud clarè in contractu exprimant, eſt, vt per tales pœnas cogi poſſint ad fidem ſeruandam, & teneantur ad eas ſequuta iudicia condemnatione, ſi fefellerint; cũ enim pœna propriè de natura ſua, & iuris communis diſpoſitione non ſit in conſcientia ſoluenda, niſi poſt iudicis ſentẽtiam, vt ex traditis in præcedentibus conſtat; contrahentiũ pœnam, proptie apponentium in contractu intentio in dubio iuxta iuris cõmunis pœnam imponentis modum debet intelligi, quia actus præſumitur factus ſecundũ propriam eius naturam, vt Menochius *de præſumpt lib.2.præſumpt.*10. & intentio hominis in dubio cenſetur conformis iuris communis diſpoſitioni, ſeu legibus.

115 Tertia ſententia, tria dicit. Primũ huiuſmodi pœnã conuentionalem, vt debeatur in conſcientia à nõ ſeruante ſua culpa contractũ, ſeu pactũ, nõ eſſe neceſſariã iudicis ſentẽtiam, in quo cõuenit cũ prima ſentẽtia. Secundũ, deberi ſtatim cum ab altero contrahẽte exigitur. Tertiũ antequam ab altero cõtrahente petatur, in cõſcientia non deberi, ita quod ſponte ante exactionẽ nõ ſit à reſiliente à cõtractu ſoluẽda. Ita Corneus, Vaſquius ſibi contrarius, Rebuffus, Mexia, Capia Pedilla à Sanch. *d diſp* 37.*n.*3.*relatis* Gutier. *de matr. c* 18.*n* 19.20. *&* 21. Couarruu. *de ſponſ p* 2.*cap* 6 §.8. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. caſu* 16̃. *n.* 40. Leſſ. *de iuſtit l.* 2 *c* 20.*n.* 136. Molina *de iuſtit to.*1 *diſp.*97. Sal. *de legibus diſp.*13.*n* 15. Azorius *p.*1.*l.*5.*c* 8 *q.*7. Sà *v. pœna n.*2 Baſilius Pont. *de matr. l.*12.*c.*19.*n.*5. Valerius Reginald. *l.*13.*n* 283. *& l.*25. *n.*228. Coninch *de ſacram. diſp.*22 *n* 19. Villalobos *p.*2.*tr.* 22.*diff* 9.*n* 13. Bonacina *de legib diſp.*1.*q.*1.*p.*7.§. 2. *n* 23 *& de contract diſp.*3.*q.*3 *p.*7.*n.*4. & nonnulli alij ab eodem Bonacina relati. Et ita ſentit etiam Laymann *l.* 3. *tr.*4. *c.*20.*n* 6.*fine*. Si pœna cõuentionalis in contractu mutui conuenta ſit mediocris, quam dicit in conſcientię foro ſolui debere, ſi à debitore exigatur, poſtquã debitor mutui in notabili mora culpabili fuerit. Hæc ſententia quoad primum, & ſecundum dictum probatur rationibus ad probandam primam ſententiam adductis. Confirmatur magis, quia certitudo incurſus pœnæ ob non ſeruatũ contractum, vel pactũ in contractu appoſitũ, & petitio, ſeu exactio partis, ſeu creditoria habet locũ ſententiæ iudicis, ſeu operatur in foro conſcientiæ, quod ſententia iudicis quoad pœnã legalem operatur in foro externo, & interno, & præterea debitor pœnæ cõuentionalis, quam ſponte ſibi impoſuit, conſtituitur in mora ſoluendi per interpellationẽ, ſeu petitione partis ſicut debitor pœnæ legalis per ſentẽtiã iudicis, ergo tenetur in cõſcientia ex illo tempore ante cõdemnationẽ iudicis. Hocq; valde æquũ eſt, vt parte exigẽte ſolutio pœnæ ſtatim fiat, cum debeatur ex pacto. Sicut ergo iudici iubẽti ſoluere pœnã legalẽ non licet reſiſtere, ita neque parti exigenti pœnam cõuentam denegare. Tertiũ dictũ probatur, quia videtur nimis durũ, & humanæ conditioni minimè accõmodatum, vt debitor pœnæ ſponte, & non requiſitus illam offerat & ſoluat. Et quia hæc eſt cõmunis conſuetudo, & interpretatio mentis cõtrahentiũ, vt pœnæ in cõtractibus cõuenta nõ debeatur, niſi à parte exigatur. Cõfirmat Couarruuias, quia pœna legalis etiam poſt ſententiam niſi actu petatur (ſcilicet iudex illam exequatur, vel in ſentẽtia iubeat reo, vt illam ſoluat) non debetur in conſcientia, ergo multo minus in contractibus. Quæ ratio ſatis vrget, licet Vaſquezio loco citato non probetur. Hinc Rebuffus in *procœmio conſtitut regal gloſſ.*1.*nu.*47. ait, quod quando quis cadit in cõmiſſum, ſi Dominus ſciat, & non petat, videtur commiſſum remittere, & ſic in foro cõſcientiæ dicerem (inquit) adhuc retineri poſſe; quia debitor putare poteſt, Dominum eo iure vti nolle; ſicut dicitur de hærede poſſe legatum triginta annis præſcribere; arbitratur enim legatarium illud nolle, cum non petat, teſte Archidiacono *cap. ſine poſſeſſione, de reg iur in 6 ita* Rebuffus.

Ex his tribus ſententiis ſecũda mihi videtur probabilior, vt pote iuri cõformior, imo vſu recepta (cũ nullus ſoluat huiuſmodi pœnas cõuentionales niſi per iudicẽ coactus, nec Cõfeſſarij ob id negẽt pœnitẽtibus abſolutionẽ) & probabilẽ putãt etiã Leſſ. Bonacin. & Pont. etſi pœna eſſet grauis; ita ſẽtit abſolutè etiã Layman, quæ eſt intelligẽda in dubio, ſc. quãdo expreſſis verbis cõtrahentes nõ ſe obligarunt ad pœnã ſecluſa omni iudicis ſentẽtia; & de pœna cõuentionali, quæ à cõtrahentibus ſtatuitur tantũ in pœnã receſſus à cõtractu, vel non ſolutionis tempore præſcripto ad ſoluendũ mutuũ. Nam ſi imponatur pro intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergentis, cõſtat hoc intereſſe deberi in conſcientia ab iniuſte reſiliente à cõtractu, vel non ſoluente tempore præſcripto ante omnem ſententiam, & exactionem. Vt Sanchez etiam *d. diſp.* 37. *n* 1. fine notauit, & prius Nauarrus *d.cap.*23.*n.*67. 116

Ex eadem autem ſecunda ſentẽtia, & ex tertio dicto tertiæ ſentẽtiæ infertur, Debitorẽ huiuſmodi pœnæ conuentionalis poſſe illã præſcribere, ita vt ceſſet actio illa ad pœnam, ſi ſpatio triginta annorum illa non petatur, *l. omnes C de præſcript.*30. annorum, quia poſſidens bonam fidem habet ante petitionem, cum eam offerre non teneatur iuxta præfatam ſecundam ſententiam, & tertium dictum tertiæ. Ita poſt Purpuratum, & Rebuffum Sanchez *d. diſp.* 27.*n.*5. & Gutierez *d cap.*18.*n.*21. 117

Cæterùm pœnæ à teſtatore impoſitæ hæredi, ſeu hæredibus, aut legatariis contrauenientibus ſuæ voluntati debentur ante iudicis condemnationem, & executionem, vt late tradidi in *tract. de contractu matrim. cap.*11. *num.* 587. *& cap.* 6. *num.*22. ex communi Doctorum, quos *dict num* 587. refero; & ex Doctoribus *ſuprà num* 115 *relatis* tradunt Nauarrus *d.cap.*13. *numero* 67. *& alibi*. Couarruuias *d.*§.8.*n.*17. Azorius *d q* 7. Reginaldus *lib* 13.*n.*281. & Sanchez *lib.* 7. *de matr. diſp.* 91. Rationem adduxi *d n.* 587. ſcilicet quia talis pœna non habet verè, & propriè rationem pœnæ, ſed eſt conditio, ſub qua, & non aliàs teſtator voluit inſtituere, vel legare; ac proinde ea non impleta ceſſat voluntas teſtatoris, & conſequenter ſtatim corruit hæreditas, vel legatum nulla iudicis ſententia expectata. Videantur à me tradita *d ca.* 11. *citato n* 587. *& numeris antecedentibus*. 118

SEQVITVR SVMMARIVM

§. I.

*Quæ pœnæ merè priuatiuæ incurrantur in foro conſcientiæ ante crimnis declaratoriam. n.*119. *ad* 127.

Cenſuræ omnes ipſo facto impoſita, ſeu latæ ſententiæ à delinquente

quente incurruntur ſtatim, & ante criminis declaratoriam. n. 119. & huius ratio quæ ſit. ibidem.

Item alia pœna priuatiua, vt inhabilitas ad aliquid agendum, vel recipiendum, quando aliàs quis lex, & pœna eſſet inutilis, ſi deberet expectari iudicis ſententia n. 120.

Explicatur exemplum. n. 121.

Pœna inhabilitatis ad obtinenda in poſterum beneficia, officia &c. ipſo facto à lege irrogata an in foro conſcientia à reo incurratur ante declaratoriam. Affirmatiua num. 122. & 123.

Negatiua. n. 124.

Quid ſi lex dicat ipſo facto, & abſque alia declaratione ſint inhabiles. n. 125. & 126.

Quid de inhabilitate ad teſtandum. n. 127.

Pœna priuationis vocis actiua, & paſſiua, & inhabilitas ad illam in perpetuum, vel pro vna vice ſi ſit lata ſententia an incurratur à delinquente ſtatim ante criminis declaratoriam. Affirmatiua num. 128. Negatiua numero 129. 130. & 134.

Pœna priuationis poteſtatis eligendi, de qua in cap. cum inter, de elect. in cap. de poſtulatione, in cap. cum in cunctis, de elect. in c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. in cap. fin. de exceſſu Prælat. in bulla Clementis VIII. de largit. muner. in bulla Pij V. contra admittentes mulieres intra clauſtrum; in Decreto S. Congregationis, quod Regulares non alloquantur Moniales; & in aliis decretis S. Congregationis, *non incurruntur ante criminis declaratoriam. n. 131.*

Electio facta à Capitulo, in qua tulit ſuffragium vnus elector inhabilis ad ferendum ſuffragium, ſi electio nitatur tali ſuffragio, an ſit valida. Affirmatiua num. 128. Negatiua numero 132

Quæ à perſona in pœnam inhabili fiunt ratione priuati iuris & officij, licet delictum ſit occultum non valent. numero 132.

Electio ſpectat ad ſingulares Canonicos, & ad ſingulos de Capitulo, vel vniuerſitate ratione priuati iuris. ibidem.

Reijcitur diſtinctio Sigiſmundi Capucini, & Samuelis de poteſtate eligendi inchoatiue, & completiue, vt illa ſit priuati iuris, hæc officij publici n. 133.

Si inhabilis ferat ſuffragium in electione, ante ſcrutinium poteſt obijci exceptio, & repelli ab electione. ibid. & numero 134.

Canonicus, vel ſcholaris alicuius Collegij ob crimina priuatus iure ferendi ſuffragium ſi iudice interrogatus neget veritatem, & ſuo ſuffragio impediat, ne alicui detur beneficium, ſiu Prælatura, aut Cathedra, an teneatur reſtituere. num. 135.

Ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam infamiæ iuris ipſo facto per legem ante ſtatutum latam an requiratur declaratoria criminis, vel ſufficiat delictum eſſe notorium, imò etiam delictum occultum. numero 136. & trib. ſeqq.

Infamiæ definitio, & quis dicatur infamis. numero 137.

Infamia facti aboletur per contrarium factum, & emendationem abſque ſuperioris diſpenſatione n. 139.

Quibus delictis incurratur infamia iuris. n. 140.

Infamia iuris de iure canonico non incurritur ipſo facto ex omni crimine enormi depoſitione digno ſed tantum in caſibus à iure expreſſis. n. 141.

Pœna depoſitionis, & priuationis priuilegij Clericalis in foro conſcientiæ non incurritur ante criminis declaratoriam. num. 142.

Etiam pœna priuationis ſepulturæ requirit declaratoriam, niſi delinquens decedat in ſtatu peccati mortalis num. 143. & 144.

Pœna nullitatis actus ipſo facto ſtatuta in odium delicti non habet effectum niſi poſt criminis declaratoriam. numero 145.

Limitatur vbi actus ſemel validè factus non eſt capax irritationis. n. 146.

Limitatur etiam vbi ex legis tenore conſtat de contraria mente legis latoris. n. 147.

Quæ pœna mere priuatiua incurrãtur in foro conſcientia ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam, vbi de cenſuris, irregularitate, & inhabilitate ad contrahendum matrimonium in pœnam delicti certis perſonis impoſita.

Et prædicta à *num.* 31. huc vſque de pœnis legalibus poſitiuis, & ad ſui executionem actionem hominis requirentibus ipſo facto incurrendis à lege impoſitis. Reſtat videndum de pœnis legalibus mere priuatiuis, quæ in paſſione conſiſtũt hominis actionem poſitiuam ad ſui actionem non requirentibus pariter à lege ipſo facto iniunctis, an incurrantur, & in foro conſcientiæ ligent delinquentem ante omnem iudicis ſententiam etiam criminis declaratoriam.

Et quidem pœnas eccleſiaſticas ſpirituales cenſurarum excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ipſo facto incurrendas à lege eccleſiaſtica, vel à iudice delinquẽtibus iniunctas, ſeu impoſitas, & etiam pœnam irregularitatis ſtatim ac crimen committitur incurri, & ligare in foro conſcientiæ etiam ante criminis declaratoriam, certum eſt, & docent Caietanus 2.2. *q.* 62. *ar.* 3. Sotus *lib.* 1. *de iuſt. q.* 6. *nu.* 6. Couaruuias *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 6. § 8. *num.* 16. *verſ. Nono ex præmiſſis*, Garzias *de benefic. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 9. Molina *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 96. *verſ. Vt vero*; Sanchez *de matr. lib.* 9. *diſp.* 30. *num.* 1. Suarez *de cenſur. diſp.* 2. *ſect.* 3. *à num.* 6 *ad* 12. *& diſp.* 40. *ſect.* 4. *n.* 8. *& de legib. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 5. *&* 6. Vaſq. 1.2 *diſp.* 168. *cap.* 2. Sayrus *lib.* 3. *clau. cap.* 9 *numero* 30. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 1. *num.* 21. Salas *de leg. diſp.* 15. *ſect.* 2. *numero* 23. Fagundez *in decal. lib.* 8. *cap.* 29. *numero* 3. *&* 4. reliqui DD. qui infrà allegantur, & quos allegat Garzias; & eſt doctrina communis omnium conſenſu ſine controuerſia recepta, & conſtat ex praxi totius Eccleſiæ, & ex Tridentino *ſeſſ.* 24 *cap.* 6. *de reform.* dum enim in eo concedit facultatem abſoluendi ab iſtis cenſuris, quando ſunt occultæ, abſque dubio ſupponit in foro conſcientiæ incurri, etiamſi non ſint deductæ ad forum exterius. Rationem, cur hæ pœnæ cenſurarum latæ ſententiæ, & irregularitatis incurrantur, ante criminis declaratoriam, cum cæteræ pœnæ temporales, de quibus in præcedentibus, non niſi poſt criminis declaratoriã incurrantur, Sotus vbi ſuprà ait eſſe quia per cenſuras homo fidelis non priuatur bonis proprijs, quæ iure peculiari quis poſſidet, & tradere per actionem teneatur, ſed tantum bonis communibus totius eccleſiæ; quorum Eccleſia priuanſ eſt diſpenſatrix, & ideo per ſuam legem ante omnem iudicis ſententiam priuare poteſt. Hanc tamen rationem reijciunt Sanch. Suarez, Vaſq. Salas *locis citatis*, & alij apud eoſdem; Tum quia per cenſurã non ſolũ priuatur homo proprijs bonis eccleſiæ, ſed etiã aliquibus bonis cõmunibus omnibus hominibus, vt eſt communicatio ciuilis, ſeu participatio humani cõuictus; priuatur etiã homo aliquando bonis proprijs, puta libertate ad communicandum cum alijs, & quadam habilitate, vt alij cum ipſo communicent; item quilibet fidelis ius habet recipiendi ſacramenta, & Sacerdos ius particulare celebrandi, & tamen tali iure priuantur per excommunicationẽ, & per irregularitatem. Aliam rationem afferunt Suarez, Salas, & Fagundez, nempe, quod ſit diuerſa ratio de his pœnis ſpiritualibus cenſurarum, & de temporalibus; quia cenſuræ nõ tam ſunt pœnæ vindicatiuæ, quam medicinales, vt autẽ medicina adhibeatur, nõ eſt neceſſaria ſẽtẽtia iudicis, ſed vnuſquiſ-

que

que tenetur eã aſſumere, maximè præcipiente medico ſeu DD. Aliç verò sũt vindicatiuç, & ideo maiorẽ coactionem requirũt. Hinc deducitur alia ratio (quã notat Salas) quod temporales pœnæ per ſe loquendo carent remedio; cenſuræ verò ſunt pœnæ medicinales, à quibus debet iudex omnino peccatorem abſoluere, ſi correctus, & emẽdatus fuerit. Aliam addit Suar. *d. 4.5.n.6.* quod cenſuræ inducuntur per modũ præcepti Superioris vetãtis talem actionẽ, receptionem, aut cõmunicationẽ, aut quid ſimile & ideo non ſequuntur conditiones pœnarum, ſed præceptorum, quæ obligat virtute ipſius legis abſque alia ſententia. Aliam denique ponit Salas, quod damna temporalia, qui ſenſibus, euidentia intellectus percipiuntur, magis ſunt dura, & intolerabilia, quam ſpiritualia, quæ ſola fide cognoſcuntur, aut ponderantur; ideo non mirum ſi hæc inducuntur à lege ante ſetentiam iudicia, illa verò non. Verùm neque hæ rationes vrgent, nam primò fere omnea non accommodantur irregularitati; Secundò oſtendunt tantum maiorem congruen iã, cur huiuſmodi pœnæ ſpirituales potiùs, quam temporales poſſint à lege induci ante ſententiam iudicis, non verò concludunt quod id de facto contingat ex eo ſolum, quod à lege delinquentibus imponantur illis verbis: ipſo facto vel ipſo iure, vel etiam nulla declaratione præmiſſa incurrendæ, quæ per ſe, ſi nil aliud addatur magis expreſſiuum, in pœnis, & odiis non excludunt ſententiam criminis declaratoriam. Ratio ergo nulla alia eſſe videtur, niſi quia ita vſus communis obtinuit ſeu præfatæ pœnæ ſpirituales cenſurarum, & irregularitatis ſic vſu receptæ, & declaratæ ſunt, vt ad illaa incurrendas, cum ſint latæ ſententiæ, nulla indigeant iudicis cõdemnatoria, vel declaratoria criminis, vt in terminis notarunt Sanch. Fagundez, & Lezana *locu allegatu*. Præterea pœna legalis cõſiſtens in priuationne, vel ad aliquid agendum, vel recipiendum inhabilitans ipſo facto ſeu ipſo iure impoſita incurritur in foro conſcientiæ, quando alioqui pœna, ſeu lex illam ſtatuens remaneret inutilis & inefficax, nullúmque moralem effectum haberet vt *ſuprà numera 26.* dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem relati*; & ita ſentiunt etiam *mox citandi*.

121 Quare inhabilitas ad contrahendum matrimonium abſque diſpenſatione S. Pontificis in pœnam delicti commiſſi à Sacris canonibus impoſita ei, qui cognouit conſanguineam vxori *cap. tranſmiſſa, de eo, qui cognouit conſanguineam vxor.* vel qui fide data de matrimonio contrahendo, eum aliqua adulterium commiſit; *cap. ſuper hoc. cap. ſignificaſti. cap. fin. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium*; & qui mortem intulit vxori animo, & conuentione ducendi concubinam, incurritur in foro conſcientiæ ante ſententiam iudicis, quia alioqui lex eſſet inutilis, & careret effectu, nam cum matrimonium ſemel validè contractum ſit ea natura ſua indiſſolubile, ſi dicta inhabilitas ante ſententiam non haberet locũ, & conſequenter tali inhabilitate legali nõ obſtan. matrimoniũ ante ſententiam contractum eſſet validum, lata ſententia criminis declaratoria non retrotraheretur, nec matrimonium poſſet annullari. Ideo fatendum præfatam inhabilitatem incurri ante omnem iudicis ſententiam, vt certum eſt; & ob eandem rationem in his terminis tradunt Sanchez *de matr. lib. 3. diſp. 4. n. 10. ad vltimum.* Salas *de relig. diſp. 15. n. 29.* & Caſtrus Palaus *tom. 1. tr. 3. diſp. 3 pun. 2. n. 2. & p. 7. n. 4.* & ego ipſe *tom. 1. mor. var.* tit. 3. *n. 33.* vbi cum iiſdem Sanchez in d. reſponſione ad vltimum, & Palao *d. n. 4.* dixi nullitatem, ſeu irritationem actus à lege in pœnam delicti ſtatutam habere locum, & affectum ante ſententiam, quandu actus ſemel factus incapax eſt irritationis. Quoties igitur pœna legalis eſt talis vt lata ſententia criminis declaratoria non detur retrotractio, ita vt tunc nullum poſſit pœna habere effectum, neceſſe eſt vt habeat locum, & incurratur ante iudicis ſententiam condemnantem, vel crimen declarantem.

Pœna inhabilitatis ad obtinenda in poſterum beneficia, officia, honores, adminiſtrationem, &c. ipſo facto à lege irrogata an in foro conſcientiæ à delinquente incurratur ante ſententiam criminis declaratoriam.

Difficultas ergo eſt de aliis pœnis merè priuatiuis (ſcilicet non priuantibus delinquentem re aliqua iam obtenta, & acquiſita) Eccleſiaſticis, & ſæcularibus quæ poſt iudicis ſententiam criminis declaratoriam ſemper ſortiri poſſunt effectum, vt ſunt inhabilitas (extra irregularitatem, de qua ſupra) & incapacitat ad rem aliquam in futurum, vt ad beneficium Eccleſiaſticum, vel officium, aut adminiſtrationem, honores obtinendum, ad contractua celebrandos, ad teſtandum, ad habendum ſepulturam, ad electionem actiuè, & paſſiuè, ſeu ad ferenda ſuffragia in fauorem aliorum, & vt ſuffragiis aliorum eligi poſſit, quod vocant priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, & alis ſimilibus pœnis, ſi ipſo facto à lege Eccleſiaſtica, vel ſæculari ſint contra delinquentes ſtatutæ, an incurrantur in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam. Pro maiori autem claritate ſeiungam difficultatem de inhabilitate ad obtinendum in poſterum beneficia, officia, & adminiſtrationem, à dificultate de inhabilitate ad electionem actiuè, & paſſiue, ſeu de priuatione vocis actiuæ & paſſiuæ. 122

Igitur pœnam inhabilitatis ad beneficia, officia &c. obtinenda ipſo facto incurrendam per legem Eccleſiaſticam contra tale delictum committentes ſtatutam ſtatim ac delictum committitur, incurri, & obligare in conſcientia non expectata ſententia criminis declaratoria affirmant Couarruuias *de ſponſ. p. 2. cap. 6. §. 8 numera 16. verſic. Nono ex præmiſſis*, Tiraquello *in l. ſi vnquam, verba reuertatur, numera 259. Cod. de reuocand. donat.* Garzias *de beneficiis p. 11. cap. 10. numero 9.* Caietanus 2. 2. *quaſt 62. art. 3.* Syluester *v. Aſſaſſinus*, Sotus *lib. 1. de iuſt. quaſt. 6. art. 6. poſt 4. concl. verſic. ex hoc autem.* Corduba *lib. 1. qq. q. 36 paulo poſt principium in ſolut ad 7.* Medina *cap. 2. quaſt. 96. art 4.* Arragon *2. 2. quaſt. 11. art. 3.* Rodriquez *1. tom ſum. in 2. edit. cap. 195. numero 2.* Salon. *2. 2. quaſt. 63. articul. 4. fine.* Azorius *1. p lib. 5. cap. 7. quaſt. 4.* Sayrus *lib. 3. clau. cap. 9. num. 30. 34. & 35.* Suarez *de leg. lib. 5. cap. 9. numera 2. & ſeqq.* Reginaldus *lib. 13. num. 279.* Filliucius *tom. 1. tract. 11. cap. 1. numero 21 tract. 45. cap. 13. num. 26.* Villalobos *tom. 1. tract. 2. diff. 25. numera 4.* Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 14. num. 5.* Bonacina *de legibus diſp. 1. q. 1. p. 7. §. 2. n. 9.* Alij, qui infra citantur tenentes pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ in foro conſcientiæ incurri ante ſententiam criminis declaratoriam, & plurea alij relati à Garzia, Bonacina & Suarez *d. num. 3.* dicit eſſe ſententiam Gloſſæ & communem Doctorum *in cap. cum ſingula de præb. in 6.* ibi: *Ex tunc eo ipſo efficiatur inelegibilis*, & in fine *reddantur inelegibiles*; ait enim ibi Gloſſam, & omnes intelligere illam pœnam ſtatim incurri, ita vt electio de tali perſona facta nulla ſit. Sed Gloſſa ibidem dicit collationem eſſe nullam, poteſt rectè intelligi eſſe nullam, quia non eſt firma, cum ſequuta criminis declaratoria retrotrahatur ad diem criminis commiſſi, & efficiat, vt abſque alia ſententia condemnatoria, & annullatoria collatio ſit nullius momenti, ac ſi nullo modo facta eſſet. Hanc eandem ſententiam Carolus Antonius 123

Theſaurus *de pœn. Eccleſ. p.1. cap.5. reſponſ.2. & limit.1. fine & c 26. q.4* quando inhabilitas ad beneficia, vel officia, & aliæ pœnæ merè priuatiuæ in lege ponuntur per ſe, & non ſimul cum pœna priuationis officij, vel beneficij, hoc enim caſu ait, quod obligant in conſcientia ante declaratoriã; ſecus verò ſi ponantur ſimul cum eadem pœna priuationis beneficij, vel officij. & ita videtur ſentire etiam Fagundez *in decal. lib.8 cap 29 numero 5.* dum dicit pœnas Eccleſiaſticas, vel ſæculares merè priuatiuas, inhabilitates ad beneficia, officia, ad ferenda ſuffragia &c. ipſo facto iniunctas, ſi lex in qua feruntur non procedat ad alias pœnas, ſed in verbis priuationis tantùm conſiſtat, habere vim obligandi in conſcientia ante declaratoriam; quaſi velit ſecus eſſe ſi ponantur ſimul cum pœna priuationis beneficij, vel officij. Quam diſtinctionem Theſaurus deſumpſi, ex Molina *de iuſt. tom.1. diſp. 96. verſ. Duo obſerua.* Et ita ſentire aſſerit; quia ibi loquẽs de pœna inhabilitatis ad omnia beneficia, & officia, & quæcunq; alia obtinenda à Gregor. XIII. lata in ſua cõſtitutione de datis, & promiſſis, ait, *pœnam illam inhabilitatis ad beneficia, & officia, quia & acerba admodum, & permixtim appoſita cum aliis qua vim non habent ante latam ſententiam*, non incurri ante declaratoriam. Sed cum Molina ponat duas rationes, nempè acerbitatem pœnæ; & permixtionem cum aliis, vt dicamus eum abſolute ſenſiſſe non incurri ante declaratoriam, ſufficit prima ratio acerbitatis pœnæ; & ita ab omnibus aliis Molina citatur pro contraria ſententia. Addit Theſaurus *d. quæſt. 4.* eſſe communiter receptum pœnam inhabilitatis ad officium pro illa vice, vel quoad illud numero officium obligare in foro conſcientiæ ante omnem declaratoriam.

123 Hæc ſententia probatur primò ratione Caietani à multis recepta deſumpta ex differentia inter pœnas poſitiuas, & has priuatiuas, quia enim pœnæ poſitiuæ ad ſui executionem aliqua actione indigent, & idem non debeat eſſe agens, & patiens, oportet actionem iudicis ſententiam ferentis adeſſe, quo illæ incurrantur, & obligent in foro conſcientiæ. Hæc autem ratio ceſſat in pœnis priuatiuis, quæ conſiſtunt tantum in paſſione, nullamque hominis actionem ad ſui executionem requirunt, ideoque nulla ad eas etiam in foro conſcientiæ incurrendas requiritur iudicis ſententia; hac enim ratione cenſuræ, & irregularitas abſque iudicis ſententia contrahuntur. Hanc tamen rationem reiiciunt Sotus *d. art 6 concl 2.* Caſtro *lib. 2. de leg pœn. cap. 5. §. rurſus 5. argum.* & Sanchez *d. diſp. 30. num. 4.* quia vt quis moriatur nulla eſt neceſſaria actio, ſed priuatio comeſtionis, & tamen eſt neceſſaria iudicis ſententia. Suarez *d. cap. 9. numero. 4.* & Fagundez *loco citato* aiunt rationem huius ſententiæ eſſe, quia hic effectus obligationis in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam eſt aptus fieri integre, & perfectè per ſolam legem, cum poteſtas ad id in legiſlatore non deſit, vt *ſuprà numero 29.* oſtenſum eſt; voluntas autem legiſlatoris ſufficienter explicatur per illam vocem *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, & maximè ſi addatur *abſque alia declaratione*, vel *nulla præmiſſa*; neque eſt vllum fundamentum iuridicum ad limitandum illam, præſertim, inquit Fagundez, ſi legiſlator ad nullas alias pœnas poſitiuas progrediatur. Confirmat Suarez, quia in hoc videntur hæ inhabilitates comparari cenſuris, & irregularitatibus, nec ſufficiens ratio differentiæ aſſignari poſſit, neque ex vſu aliud conſtet. Aduertunt autem iidem Doctores eum, qui incidit in huiuſmodi pœnas priuatiuas, & inhabilitates, ante ſententiã minimè teneri abſtinere ab iis, ad quæ effectus eſt ipſo facto inhabilis, quoties hoc nequit facere abſq; infamia, quia ius ad propriam famam præponderat iuri humano tales pœnas, & inhabilitates inducenti. Confirmat etiam Filliucius *d. n.27* ex vſu ſacræ pœnitentiariæ, quæ in formula abſolutionis à Simonia (cui ipſo iure annexa eſt priuatio beneficiorum obtentorum, & inhabilitas ad ea in poſterum obtinenda vt *ſuprà num. 10.* dixi) etiam addit diſpenſationem ad alia beneficia in poſterum obtinenda, atque adeo ſupponit aliàs fore ad illa inhabilem ob delictum commiſſum Simoniæ in beneficio. Prædictis tamen non obſtantibus.

Alij probabilius cenſent præfatam inhabilitatem 124
ad obtinendum in poſterum beneficia, officia, honores, adminiſtrationem, &c. ipſo facto ſeu ipſo iure à lege Eccleſiaſtica, vel ſæculari ſtatutam, licèt ſit pœna priuatiua, in foro conſcientiæ non incurri ante ſententiam criminis declaratoriam; ſiue per ſe, ſiue cum aliis pœnis poſitiuis in lege ponatur; loquuntur enim abſolute, & abſque diſtinctione. Ita Nauarrus *in comment. de datis, & promiſſis, notab. 31. numero 44. verſic. ſecundò quod, & conſil. 92. de Simonia in 2. edit.* Molina *d. diſp. 96 verſic. Duo obſerua* Sotus *lib. 4. de iuſtitia quæſt. 6. art. 3. ad finem* Ledeſma *2. p. 4. quæſt. 18 art 2. dub. vlt.* Sanchez *de matr. lib. 7. diſp. 13. numero 1. & lib. 9 d. diſp 30. numero 1. & 2 in ſum lib 2. cap 26 numero 1. c. 39. num. 32 & lib. 6. cap. 15. num. 95. & in conſilia moralib. lib 3. cap. 1. dub 52. numero 11.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 35. n 147. verſic 4.* Portell. *in dubiis reg. verbo inhabilitas num. 4.* Caſtrus Palaus *tom 1. tract. 3. diſp. 2. p. 2. numero 10. & 11.* Peyrinis *tom. 1. priuileg. in conſtit. 6. Iulij 2. numero 19. & de religioſo ſub tom. 1. quæſt. 3.* Diana *p. 1. tract. 10. reſolut. 24. & p. 3 tract. 2. reſolut. 66.* Lezana *p. 1. cap. 8. numero 33. & cap. 10. n 19. & 31. & p. 4. v. pœna num. 8.* Probatur hæc ſententia, quia cum huiuſmodi pœnæ inhabilitatis ad beneficia, &c. ſint valde graues, & magni momenti, ac proinde difficillimum, rigidum, & valdè durum, vt quis contra ſe metipſum, ſeu ex ſe, & ſpontè tam grandes pœnas exequatur, ſeu obſeruet abſtinendo à beneficiis, & officiis, ſi illi conferatur, non eſt credendum, nec dicendum à lege induci ipſo facto ante omnem iudicis ſententiam ſaltem criminis declaratoriam (ſicut ſupra de pœnis bonorum, beneficiorum, & officiorum obtentorum dictum eſt) ſolis illis verbis *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, vel etiam addito *abſque alia declaratione* (vt mox dicetur) niſi alia verba addantur clare exprimentia voluntatem legiſlatoris eſſe vt incurrantur in conſcientia ante criminis declaratoriam; lex enim debet eſſe facilis, ac hominum moribus ac fragilitati humanæ accommodata, vt ſuprà dictum eſt, & ideo in dubio ita intelligenda eſt; cum ea particula *ipſo iure*, vel *ipſo facto* ſolum importet, vt non requiratur ſententia ad pœnam condẽnatoria, ſed ſufficiat declaratoria criminis & quod hæc quoad ſuum effectum retrotrahatur ad diem criminis commiſſi, vt ſæpè in præcedentibus dictũ eſt: Et quamuis irregularitas ſit rigidior, tamen vſu receptum eſt, vt nulla iudicis ſententia requiratur ad eam incurrendam in foro conſcientiæ, ſicut nec ad incurrendas cenſuras latæ ſententiæ, vt etiam colligitur ex *d. cap. 6. ſeſſ. 24. Trident. de reform.* non ita autem receptum reperitur in pœna inhabilitatis ad beneficia, officia &c. & in aliis priuatiuis pœnis potius temporalibus, quam ſpiritualibus; immò (ex quo magis confirmatur hæc ſententia) in communi praxi receptum eſt aliam apud viros doctos, & timoratos, vt non credatur inducta obligatio in conſcientia ad tales pœnas ſubeundas, & obſeruandas, niſi præmiſſa iudicis ſententia criminis declaratoria; conſuetudo autem eſt optima legum interpres *cap. cum dilectus de conſuet.* Quod igitur dicitur de cenſuris latæ ſententiæ, & de irregularitate non habet locum in pœna inhabilitatis ad officia, &c. & aliis priuatiuis, quia in cenſuris, & irregularitate peculiare eſt, cum communi vſu ſint ita receptæ, vt non indigeant vlla

iudicis

iudicis ſententia, vt incurrantur, non autem id conſtat de aliis priuatiuis, imò conſtat de contrario, vt dictum eſt, ex quibus manent ſoluta fundamenta alterius ſententiæ. Et colligitur hanc ſententiam in praxi eſſe tutiſſimam, cum hodie videatur magis communis inter recentiores; & probabilem exiſtimant etiam Suarez *tom.2. de relig. lib.4. cap. 18. fine*, & Layman *loco ſuprà num. 121. relato*, ob eam rationem quod vſu receptum ſit, vt hæ pœnæ non obligent in conſcientia, niſi ſequuta criminis declaratoria.

125 Quam tamen ſententiam limitant aliqui, ſi prædictam inhabilitatem lex imponens illis verbis, *ipſo facto*, aut *ipſo iure*, aut *eo ipſo* addat clauſulam, & *abſque alia declaratione*, vel *ante omnem declarationem*, ſiue, *nulla etiam declaratione ſequuta*, vel *abſque vllo ſuperioris decreto*, aut *miniſterio*, aut *ſententia*. his enim verbis volunt ſatis declarari mentem legiſlatoris eſſe vt incurratur, & obliget talis pœna in foro conſcientiæ ante quamcunque criminis declaratoriam. ita præter Doctores *ſupra num. 57. relatos* Sigiſmundus Capucinus *de elect. & pot. Prælat. dub. 107. n. 4.*

126 At contrarium, & non obſtante dicta clauſula, adhuc requiri declaratoriam criminis vltra Doctores *ſuprà numero 76. allegatos* in his terminis tenent Sanchez *d. cap. 15. numero 65.* Peyrinis, Lezana, & Diana *d. reſol. 66.* Soſſa *in explicat. Bullæ Clem. VIII. de largitione munerum n. 102.* Samuellius *de elect. can. tr. 2 diſp. 7. controuerſ. 4 n. 15.* Quod probatur ex traditis *ſuprà nu. 51. & n. 67.* illa enim clauſula ſolum denotatur, non requiri declaratoriam pœnæ (quæ à lege iam ſtatuta eſt, nec poteſt alterari) non autem excluditur declaratoria criminis, qua ſolum ſequuta etiam in ſoro conſcientiæ incurritur talis pœna inhabilitatis, &c. & id probant tradita ad confirmandam hanc ſententiam & ita vſu communi receptum, cum videamus in praxi ita obſeruari, & practicari, ſi quidem apud ſæculares, & religioſos ij, qui ob aliquod delictum, contrahunt tales pœnas inhabilitatum iniunctas, etiam cum tali clauſula, non obſeruant, niſi delicto probato, & ſequuta eiuſdem delicti ſententia declaratoria.

127 Quod verò *num. 124.* dictum eſt de pœna inhabilitatis ad obtinendum beneficia, officia, adminiſtrationem &c. dicendum etiam eſt de inhabilitate ad teſtandum in pœnam alicuius delicti, pora, hæreſis ipſo facto, & ante declaratoriam incurrenda à lege impoſita, ſcilicet ante declaratoriam criminis, cui eſt annexa ipſo iure pœna inteſtabilis actiuè, & paſſiue, non incurri in foro conſcientiæ ante eiuſdem criminis, declaratoriam; de qua re late egi in *tom. 2. mor. var. tit. 12. numero 161. & duob ſeqq.* vbi refero ſententias oppoſitas, & Doctores illas tenentes. Et ad ibi tradita remitto lectorem.

Pœna priuationis vocis paſſiua, & inhabilitatis ad illam latæ ſententiæ an incurratur, & liget in foro conſcientia ante criminis declaratoriam vbi an electio in qua tulit ſuffragium excommunicatus, vel aliàs inhabilis ad ferenda ſuffragia occultus, valeat, ſi poſtea probetur excommunicatio, aut inhabilitas.

128 Quoad pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad illam latæ ſententiæ, ſeu ipſo facto, ſeu ipſo iure incurrendam in vindictam criminis à lege Eccleſiaſtica, vel ſtatuto ſæcularium ſtatutam eam à delinquente incurri & obligare in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam etiam ſolius criminis declaratoriam, & tametſi delictum ſit occultum. Rodriquez, Corduba Salon, Medina, Arragon *locis ſuprà numero 122. allegatis* idem Arragon *2.2. quæſt. 62. art. 3* & idem Salon *2.2. quæſt. 62. art. 3. controuerſ. 1.* (vbi loquitur de legibus) vel ſtatutis priuantibus voce actiua, & paſſiua in aliqua religione, vel vniuerſitate; vel Republica, Sayrus, Azorius, Reginaldus, Filliucius Villalobos, & Bonacina *locis item ſuprà d. num. 122. citatis.* Suarez pariter *cap. ſuprà eodem numero 122. citato numero 4 & ſeqq.* Coriolanus *de caſibus reſeruatis p. 2. caſu 3. num. 28.* Duardus *in bullam cœnæ lib. 3. §. 8. quæſt. 3. num. 46.* Sigiſmundus Capucinus *de elect. & poteſt. Prælatorum d. dub 107. numero 5. & ſeqq.* Sorbes *in annot. ad compendium, tit. ingredi Monaſterium Monialium, n. 12.* Vaſquez *t. 2 diſp. 168. cap 2. n. 12.* & Salas *de legibus diſp. 15. ſect. 2. numero 9.* Malderus *in 1.2. q 96. art. 4. membro 4.* quoad priuationem vocis paſſiuæ tantum, & certam ſententiam iuxta omnes eſſe ait Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. Eccleſ. p. 2. cap. 29. verſic. illud certum*: priuationem vocis actiuæ latæ ſententiæ pro vna vice, ſeu pro vno actu, ſeu quo ad hanc numero electionem obligare in conſcientia ante omnem declaratoriam quod recepit *p. 2. v elect. cap 3. § nota ſecundo, verſic. item aduerte.* & idem ait dici communiter de priuatione vocis paſſiuæ ad illum actum, ſeu pro illa electione. Etſi ego inuenio tantum Suarez, & Sigiſmundum de hoc caſu priuationis vocis actiuæ ad vnum actum tantum in ſpecie loqui, & ſentire tanquam certum in foro conſcientiæ ante criminis declaratoriam incurri, ſi ſit latæ ſententiæ, ſeu ipſo iure ſtatuta contra delinquentem, per ea, quæ mox iuxta eos tradentur. Hæc ſententia primò in vniuerſum quo ad priuationem paſſiuæ, & actiuæ vocis probatur rationibus *ſuprà n. 125.* adductis ad confirmandam ſententiam, de qua ibi. Secundò Suarez, & Sigiſmundus in ſpecie de priuatione vocis actiuæ, ſeu inhabilitate ad ferenda ſuffragia, & eligendum, quod hæc inhabilitas ipſo facto ſtatuta per legem, ex vi legis obliget in conſcientia hominem inhabilem factum ad non expectata criminis declaratoria, probant; quia alioqui illa verba, ipſo facto carerent omni effectu, & lex, & pœna eſſet inutilis, quia ſequuta ſententia declaratoria non retrotraheretur quoad eius effectum ad diem criminis annullando actum electionis poſt crimen commiſſum geſtum ante ipſam ſententiam. Quod ita oſtendunt. Nam ſi delinquentens per legem ipſo iure factus inhabilis ad ferendum ſuffragia, & ad eligendum in foro conſcientiæ retinet adhuc vocem actiuam, & eſt habilis ad eligendum, dato quod ante eandem ſententiam criminis declaratoriam ferat ſuffragium in electione; ſi crimen ſit occultum, electio erit valida, & conſequenter etiam ſuffragium ſemper validum etiam ſuperueniente ſententia criminis declaratoria, quæ non poteſt retrotrahi ad infringendam ipſam electionem ſemel validè factam; quia ferens ſuffragium in electione cum aliis de Capitulo, vel de vniuerſitate concurrit vt miniſter publica authoritate fungens (vt tradit idem Sigiſmundus *dub. 37. n. 5.* & dicit Suarez *d. cap. 9. num. 5. & 6.* & ſentit etiam Sanchez *in conſilia mor. lib. 2. cap. 1. d. dub. 51. num 11.*) Vnde etiam ſi ſit vere inhabilis, dum fert ſuffragium cum aliis, & ſit occultus, & toleratus, actus geſtus valet tanquam geſtus ratione officij publici iuxta regulam *l. Barbarius. ff de offi. præt.* & Doctores communiter: hoc autem ſuppoſito, ſententia illa criminis declaratoria erit fruſtratoria, & nullius effectus quoad illum actum à delinquente occulto ante illam geſtum; & ſic nulla differentia erit inter pœnam priuationis vocis actiuæ latæ ſententiæ, & ipſo iure à lege impoſitam, & inter impoſitam ſententiæ ferendæ, ſeu per iudicis ſententiam. Et multo magis (addunt iidem Suarez & Sigiſmundus) ſententia, pœna, & lex ipſa erit inutilis, & fruſtratoria, ſi lex pri-

uet

uet ipſo facto voce actiua, & inhabiliter ad ferendum ſuffragium quoad vnum actum tantum; nam ſi ille actus fiat (vt ordinariè contingit, ait Suarez, eo quod hæ inhabilitates vix poſſunt ſufficienter probari) ante ſententiam declaratoriam, nullum omnino effectum habebit illa ſententia declaratoria, quia iam non habet locum dicta pœna, & alia non imponitur per legem; nec videtur poſſe imponi etiam arbitrio iudicis, quia delinquens non peccauit ſic ferendo ſuffragium quia non erat inhabilis, ſed inhabilitandus. Iuxta ergo materiæ capacitatem aſſerendum, veriſimilimum eſſe intentionem legis ipſo facto talem pœnam imponentis, vt ante ſententiam in conſcientia obliget delinquentem ad illam obſeruandam, ſecluſo periculo infamiæ. Quarto ducitur probat, quia pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ addit, & officij non continet acerbitatem nimiam repugnātem humanæ naturæ; qualis eſt pœna mutilationis membri, & ſimilis; ſed eſt moderata, ac proinde ipſo facto contra delinquentes ſtatuta eos ligat in conſcientia; quia ob moderationem pœnæ non deeſt in legiſlatore poteſtas & ligandi voluntas indicatur illis verbis *ipſo facto, vel ipſo iure*.

129 Oppoſitum, & tum priuationem vocis paſſiuæ, ſeu ineligibilitatem, tum priuationem vocis actiuæ, ſeu inhabilitatem ad ferenda ſuffragia, vel ad eligendum in pœnam delicti à lege, vel ſtatuto alicuius vniuerſitatis ipſo facto, ſeu ipſo iure ſtatutam non incurri, neque ligare in foro conſcientiæ delinquentem ante iudis ſententiam criminis declaratoriam ſuſtinent abſolute Nauarrus *locis ſuprà num.* 134. *citatis, & in man. cap.* 23. *num.* 67. Sotus, & Ledeſma *locis ſuprà eodem numero* 124. *relatis.* Idem Sotus *eodem lib.* 4. *de iuſt. q.* 6 *ad.* 4. Molina *de iuſtit. d. diſp.* 96 *ibi: (Idem dicendum eſt quando quis ipſo iure ob crimen aliquod priuatus ſit iure eligendi, aut iure ſuffragium ferendi, vt Scholaſtici ob ambitum in cathedris, niſi enim ſententia ſequatur eligere poſſunt, ſuffragiumque ferre, idque habet conſuetudo vniuerſitatum:* Sanchez *d. lib.* 9 *de matr. diſp.* 30. *num.* 1. *&* 2. *d. lib.* 2. *ſumm cap.* 39. *num. vlt & lib.* 6. *cap.* 25. *d num.* 65. *& d lib.* 2 *in ſil moral cap.* 1. *dub.* 52. *n.* 11. Laymann *num.* 122. *citato verſic. Quamuis* (vbi loquitur de inhabilitate ad ferendum ſuffragium) Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 2 *p.* 2 *num.* 11. Portel, Peyrinis, & Diana *locis ſuprà num.* 124. *relatis.* Lezana *tom.* 1. *cap.* 10 *num.* 31. *& tom.* 4. *v pœna* 8. Samuellius *de elect. eau tract.* 2 *diſp.* 7 *controu.* 4. *num.* 5. *&* 15 Caſtellinus *de elect. in prælud.* 1. § 7. *num.* 20. (vbi licet loquatur expreſſe ſolum de vocis actiuæ priuatione, affert tamen rationem vniuerſalem comprehendentem etiam priuationem vocis paſſiuæ) Soſſa *in Bullam Clem. VIII. de largitione munerum numero* 120. Granadus *in cap.* 2. *contron.* 7. *tra.* 3. *p.* 1. *diſp.* 13. *ſect.* 2 *num.* 15. & alij recentiores *relati à Samuellio.* & quoad ad priuationem vocis actiuæ ita ſentit Fagundez *in decal lib.* 8 *cap.* 29. *num.* 6. & etiam Malderus *loco ſuprà num.* 128. *citato.* ob eam rationem, ne electiones omnes reddantur incertæ. Igitur probatur hæc ſententia quoad priuationem vocis actiuæ quod ante ſententiam iudicis declaratoriam criminis non incurratur, quia alioqui vix eſſet tuta electio, quod periculoſiſſimum eſſet Reipublicæ; & electus, qui nouiſſet inhabilitatem eligentis ad ferendum ſuffragium, non eſſet ſecurus in conſcientia. Ita Sotus, Sanchez *d. num.* 11. & Maldetus *loco citato.* Sed Suarez *d. cap.* 9 *num* 5. reſpondet neutrum ſequi; quia licet poſt factam electionem conſtat de inhabilitate pœnali illius, qui tulit ſuffragium, nihilominus electio fuit valida, & ſuſtinetur ob rationem numero præcedenti ex eodem Suarez adductam, ſcilicet quia erat miniſter toleratus, & publica authoritate ſuffragium tulit, & ideo acta eius tenuerunt iuxta *dict. l. Barbarius* Probatur in vniuerſum ratione adducta *ſuprà num.* 125. ex vna enim parte verba *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, ex vi ſua non induunt obligationem in foro conſcientiæ ad ſubeundam pœnam ante ſententiam criminis declaratoriam, vt *d. num.* 125. & ſæpius in præcedentibus probatum eſt: Et ex altera parte in pœnis quibuſcunque etiam merè priuatiuis facienda eſt benignior interpretatio, præſertim cum difficillimum, & durum ſit quempiam eſſe in ſe ipſum pœnæ executorem, vnde etiam vſu receptum eſt, has pœnas priuatiuas, & inhabilitates non incurri ſtatim à commiſſo crimine ſed tantum ſequuta criminis declaratoria; & qui incurrunt huiuſmodi pœnas vocis paſſiuæ, & actiuæ, niſi fuerint conuicti de crimine commiſſo, & tanquam rei per criminis declaratoriam condemnati non renunciant officia, ad quæ eliguntur, nec abſtinent à ferendis ſuffragiis neque à Confeſſariis ad talem renunciationem, & abſtinentiam compelluntur & certè durum eſſet Confeſſariis negare abſolutionem iis Reis, qui nondum ſequuta criminis declaratoria abſtinendi à ſuffragiis dandis, & recipiendis officiis firmum propoſitum non haberent. Confirmatur hæc ſententia à Samuellio Palao, & nonnullis aliis, quia hæc pœna priuationis vocis paſſiuæ, & actiuæ priuat iure quæſito, ſcilicet iure, quod quis iam habet, vt poſſit eligi. Quoties autem pœna legalis priuat iure quæſito naturali, vel ciuili vel Eccleſiaſtico (exceptis cenſuris & irregularitatibus, & aliis, de quibus ſuprà dictum eſt ex vſu recepto incurri ante ſententiam) licet ipſo facto à lege imponatur incurrenda, non obligat, in foro conſcientiæ niſi poſt declaratoriam criminis, vt Gloſſa recepta *in can Fraternitas* verbo *cum argumento* 12. *quæſt.* 2. & Doctores *omnes ſuprà numero* 32. *&* 62. Quæ omnia concludunt etiam, quando priuatio vocis actiuæ, vel paſſiuæ eſt tantum quoad vnum actum, & ita vſu etiam receptum vniuerſaliter vt etiam notat Lezana *d. v. pœna n.* 10. *fine.*

Intelligitur autem hæc ſententia, & procedunt prædicta, etiamſi pœna priuationis vocis paſſiuæ, & actiuæ lata eſſet non ſolum illis verbis *ipſo facto, &c.* Sed etiam cum clauſula, *abſque alia declaratione*, vt in his terminis tradunt Doctores *citati ſuprà num.* 126. & probant ibidem tradita, & praxis ipſa, ſeu communis vſus, quo huiuſmodi pœnæ licet latæ cum dicta clauſula, receptæ ſunt, vt minimè ante ſententiam criminis declaratoriam incurrantur in foro conſcientiæ. 130

Ex quibus infertur pœnam priuationis eligendi, de qua *in cap. cum inter, de elect. cap.* 1. *de poſtulatione cap. cum in cunctis, de elect. cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ. cap fin de exceſſib. Prælat cap. vnico* §. 1. *ne ſede vacante in* 6. Item pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, de qua in *Bulla Clem. VIII. de largit. mun in Bulla Pij V. contra Prælatos regulares admittentes mulieres intra clauſuram, in decreto S. Congregationis, quod Regulares non alloquantur moniales; in decreto de celebratione Miſſarum, in decreto de electis, & Apoſtatis, & aliis decretis S. Congregationis*, non incurri talem pœnam in foro conſcientiæ ante declaratoriam criminis, cum talis pœna in his legibus Eccleſiaſticis feratur ſolum illis verbis *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, vel *abſque alia declaratione*, & non addantur alia verba, quibus lex clarè exprimat debere incurri ante ſententiam. 131

Nunc ſatisfaciendum fundamento Suarij, & Sigiſmundi poſito *ſuprà numero* 128. reſpondetur enim negando, ſuppoſito quod inhabilitates ad eligendum non incurrantur ante declaratoriā criminis, verba, ipſo facto, carere effectu, & nullam fore differentiam ac ſi non eſſet latæ ſententiæ, ſed ferendæ per iudicem. Ad probationem reſpondetur ſuffragium datum ante criminis declaratoriam eſſe validum, ſed non firmiter, quia ſequuta ſententia declaratoria 132

per

per retrotractionem efficitur inualidum, ac nullius momenti, ac ſi non fuiſſet latum & ſic etiam ſequuta eadem criminis declaratoria electio ipſa erit, ſeu reddetur nulla, ſi innitatur tali ſuffragio; ſcilicet quia alia ſuffragia non ſint numeri ſufficientis, vt tradit Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. eccleſ. p.1.cap.6. verſic. limita & cap.29. verſic. illud eſt certum*, quo caſu, dato quod talis pœna inhabilitatis ad ferenda ſuffragia incurratur ante declaratoriam iuxta primam ſententiam electio nitens tali ſuffragio eſſet inualida, & nulla etiam ante ſententiam, vt Sotus, Ledeſma, & Maldetus *locis ſuprà num. 119. citatis* tenent, & innuit Sanchez *d. dub.52 num.11. ibi, item quia aliàs*, & ratio eſt, quia quæ à perſona in pœnam inhabili fiunt ratione priuati iuris, & officij, licet delictum ſit occultum, non valent, vt late poſt alios Garzia *de benef. p.5.cap.4. num.314. & ſeqq* Sanchez *de matr lib.3.diſp.22. num.26.* Saytus *lib.1.theſ.cap.5.num.35.* & Caſtellinus *de elect.can.cap 5.num.* 18. Electio autem, præſentatio, & collatio beneficij ſpectans ad Capitulum, vel vniuerſitatem quoad ſingulares perſonas eſt actus poteſtatis priuatæ, ſeu officij priuati; nam licet ad capitulum ipſum ſpectet ratione publici officij, tamen ad ſingulares de vniuerſitate, ſeu de Capitulo, nempe quoad ſingulares Canonicos, & proportionaliter ad Regulares pertinet ratione Canonicatus, & officij priuati, & ſpiritualis fraternitatis ſiue ea priuilegio iuris Communis, vel ſuorum ſtatutorum: vt poſt Innocentium *in cap. cum dilectus, de conſuetudine in cap. conſideramus, de electione, & in cap. conſultationibus, de iure patronatus*; Panormitanum *in dict. cap. conſultationibus num.6. & 7. & in cap. veritatis num. 47. de dolo, & contumacia & in cap. ſi vers, de ſentent. excomm.* Felinum *in cap. Rodulphus num.43. de reſcriptis*, Couarruuiam *in cap. Alma mater. 1.p §.7. num. 9.* Butrium *in cap.1. numero 16. de reſcript. in 6.* Ægidium Seluam, Rebuffum, Petrum de Rayſio, & alios tradunt Garzias *d. num.35.* Theſaurus *locis citatis*, Marius Alterius *de cenſur tom.1.lib.2.diſp.5 cap.2.col.6.verſic. Aliter dicendum, &* Caſtellinus *dict.18. & num.48.* & ſic electionem, in qua emiſit votum excommunicatus quantumuis occultus iure proprio, & priuato (ſiue Canonicus, Regularis, aut aliqui de alia vniuerſitate) non tenere ſiue ante electionem, ſiue poſt electionem probetur excommunicatio, cum iiſdem Innocentio, Panormitano, & aliis præcitatis aiunt iidem Garzias, Saytus, Alterius & Caſtellinus, qui videantur præſertim Alterius, & Caſtellinus, qui ſumpſerunt ex Panormitano, qui ſumpſit ex Innocentio.

133 Ad hanc doctrinam præfatorum Auctorum Innocentij, & aliorum, quod poteſtas Canonicorum, & aliorum de Capitulo, ſeu Collegio, aut vniuerſitate ſit iuris, ſeu officij priuati, Sigiſmundus *de elect. & pot. Prelat dub 37.nu.5. & dub.66.n.11.* & Samuellius *de elect. can.tract.2 diſp.5.controu.2.num.26. & 27.* reſpondet diſtinguendo, ſcilicet, nam vel poteſtas eligendi in Canonicis, & proportionaliter in Regularibus, & alij de quacunque vniuerſitate, aut Collegio conſideratur inchoatiue, nempe quando nondum eſt celebratum ſcrutinium, & publicata electio; & ita eſt ius ſingulare, & priuatum, & procedit doctrina dictorum Auctorum, vel conſideratur completiuè, quando videlicet celebrato ſcrutinio, celebratur quoque in actu electio & tunc eſt vniuerſale, & officium publicum, vt tradit Suarez *loco ſuprà numero 128. & de cenſur. diſp.14. ſect.2.numero* 18. quem iidem Sigiſmundus, & Samuellius ſequuntur. Quare iidem Suar. Sigiſmundus, & Samuellius, *locis citatis* dicunt, quod ſi vnus electorum, qui tulit in electione ſuffragium, ſit excommunicatus occultus (& idem de quocunque alio electore ob delictum aliquod inhabili ad eligendum, cuius inhabilitas eſt occulta) ante electionem, ſeu nōdū celebrato ſcrutinio poteſt ei obijci exceptio excōmunicationis, & inhabilitatis, & ita ſuffragium latum erit nullum, & repelletur ab electione; ſi verò talis exceptio obiciatur poſt electionem, ſeu poſt celebratum ſcrutinium, in quo conuenerit maior pars eligentium, valida eſt electio, & illius excommunicati, ſeu inhabilis occulti ſuffragium computatur in numero eligentium, tamquam & ipſe non eſſet excommunicatus, aut inhabilis, quia ratione illius publici muneris acta eius ſuſtinentur ab eccleſia, quia poteſtas eligendi in actu electionis vniuerſaliter conſideratur, & eſt ius vniuerſale, & officiū publicū. Quapropter, inquit Sigiſm. *d.n.11.* etiamſi electo conſtet aliquem ſibi ſuffragantem eſſe excommunicationis vinculo irretitum, & ratione illius dignitatem obtinuiſſet, nihilominus valida eſt electio, ſi excommunicatus erat occultus, & toleratus, quod idem ſentiunt Suarez, & Samuellius *locis citatis*. At eſſe inualidam, & nullam tenent Garzias, Saytus, Theſaurus, & Caſtellinus *locis citatis*; item *Alterius* pariter loco citato, vbi expreſſe ait, quod electio facta ab excommunicato, quantumcunque occulto iure proprio, & priuato (qualis certè eſt Canonici, Regularis, vel Collegæ concurrentis ad electionem cum aliis de Capitulo vel Collegio) non tenet, ſiue ante electionem, ſiue poſt electionem probetur excommunicatio, quod in iiſdem terminis tradunt Panormitanus *in d. cap veritatis num. 47. de dolo, & contumacia.* Innocentius, & alij *numero præcedenti relati.* Quare iidem Doctores certe non admittunt præfatam diſtinctionem poteſtatis eligendi inchoatiue, & completiuè (quæ etiam nullo iure probatur) ſed abſolute volunt eligere in Canonicis, vt ſingularibus eſſe iuris, & officij priuati. Tunc ergo electio, & collatio facta ab excommunicato occulto, & tolerato eſt valida, quando ſit ratione iuris, & officij publici; vt ſi Epiſcopus ſit excommunicatus occultus, & quatenus Epiſcopus eligat, ſeu conferat beneficium, tunc electio eſt valida, licet poſtea probetur excommunicatio, & id tantum tradit Rota *decis.* 602. *numero* 8. *decis.* 534. *numero* 3. *part.* 1. recentiorum, quas deciſiones pro ſua opinione citat Samuellius *dict. numero* 26.

Cæterum admiſſa illa diſtinctione, ad idem fundamentum Suarij, & Sigiſmundi *ſuprà numero* 126. adductum reſpondetur, adhuc verba illa, *ipſo facto*, non carere effectu, & ſaluare differentiam inter inhabilitatem ad ferenda ſuffragia latæ ſententiæ per iudicem ferendæ; quia cum eſt latæ ſententiæ, ſuffragium latum ab inhabili poteſt infirmari nondum celebrato ſcrutinio, neque completa electione, ſi ante idem ſcrutinium crimen, cui ipſo facto eſt annexa inhabilitas, obijciatur, & probetur, atque ſequatur einſdem criminis declaratoria, ſuſpenſa interim manente celebratione ſcrutinij, donec feratur eadem ſententia declaratoria; ſi aut inhabilitas foret ſententiæ per iudicem ferendæ lato ſemel ſuffragio valide, non poſſet infirmari per ſententiam, quæ non retrotrahitur, ſicut quando pœna eſt irrogata ipſo iure. 134

An verò retenta ſententia *numero* 129. comprobata, ſi elector ſiue ſcholaris alicuius Collegij, ſiue Canonicus, qui commiſit crimen aliquod, cui ipſo facto per legem, vel ſtatuta Collegij annexa eſt priuatio vocis paſſiuæ, & actiuæ, ſi interrogetur iuridicè, ſcilicet, quia laboret infamia, vel indicijs, ſi neget veritatem, ſi ſuo ſuffragio impediret, ne alicui daretur beneficium, aut Prælatum, aut Cathedra, teneretur reſtituere. Affirmant Sotus, & Ledeſma locis ſuprà citatis, & nonnulli alij ob eam rationem, quod perinde maneat priuatus iure ſuffragandi, ac ſi eſſet condemnatus; & ob aliud fundamentum *ſuprà n.*59. adductum ex eodem Soto, quod reus legitime interrogatus 135

terrogatus negans veritatem teneatur reſtituere pœnam, ad quam damnaretur, verùm cum *ſuprà num.* 60. probatum ſit tanquam probabilius, Reum iuridicè interrogatum negantem veritatem non amittere ius ſuffragandi, vt eligi poſſit, ac ſi damnaretur, quia illa priuatio eſt pœna, quæ non obligat in conſcientia niſi poſt ſententiam condemnatoriam ad eandem pœnam; & præter Doctores *d. num* 60. *relatos*, ita in his terminis Sanchez *d. dub.* 52. *numero* 14. Qui nihilominus addit etiam ſequendo hanc ſententiam, & *d. num.* 60. poſitam, quod ſi talis ſcholaris habens defectum illum interrogatus iuridicè neget veritatem contra iuſtitiam, & ob id non condemnetur; & ſuo ſuffragio impediuit à Cathedra illum, qui opponebat ei illam exceptionem, tenetur illam reſtituere; quia licet Reus iuridicè interrogatus negans veritatem nō teneatur ad pœnam ante condemnationem, tenetur tamen ad damnum inde ſubſequutum, iuxta notata *ſuprà num.* 61. & etiam ſibi reſpondiſſe doctum iuniorem à ſe conſultum teſtatur idem Sanchez, Suarez; tamen ſuppoſita ſua opinione *d. cap.* 9. *n.* 11. (quem ſequitur Sigiſmundus *d. dub.* 39. *num.* 9.) dicit talem electorem iuxta legem inhabilem, ipſo facto ad ſuffragandum etiam exiſtente crimine occulto interrogatum à iudice competente, an hoc vel illud fecerit contra ſtatuta, vel iura inhabilitantia ipſo facto teneri fateri veritatem, quia non interrogatur per ſe ad punitionem, ſed ad cauendum peccatum, & iniuriam tertij, & communitatis, ad quem effectum ſuperior habet ius interrogandi nulla præcedente infamia, & ſubditus tenetur ſimpliciter dicere veritatem *cap. fin. de cland. deſponſ.* Summiſtæ *v. impoſitio.* Nauarr. *in cap. inter verba numero* 255. *& ſeq.* & P. Sotus *relect. de ſecreto m.* 2. *q.* 2. limitat tamen quando non poſſet fateri veritatem ſine magno ſcandalo, vel infamia propria, vel inimicitia, vel alia ſimili grauiiactora.

Vbi pœna infamiæ iuris per legem, vel ſtatutum, eſt crimini annexa ipſo facto incurrenda, an ad eam incurrendam in foro conſcientiæ requiratur ſententia criminis declaratoria, vel ſufficiat delictum, vel eius notorietas; & quibus delictis incurratur.

Quid verò de infamia iuris, ſeu de pœna infamiæ à iure ciuili, vel canonico, ſeu lege Eccleſiaſtica tale delictum committentibus ipſo facto, iure impoſita, an in foro conſcientiæ incurratur, & obliget ante ſententiam criminis declaratoriam? Triplex eſt ſententia.

156 Prima ſententia aſſerit incurri ante omnem ſententiam condemnatoriam, & etiam criminis declaratoriam, licet delictum ſit occultum. Ita Barthulus, Paulus de Caſtro, Alphonſus de Caſtro, Pegna Peregrinus *de iure fiſci*, Azeuedo partim à Sanchez *in ſum. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 1. partim à Farinacio *de hæreſi q.* 189. *relati* Garzias *de benefic. p.* 7. *cap.* 8. *n.* 19. Suarez *de cenſur diſp.* 48. *ſect.* 1. *num* 16. Aragon 2. 2. *q.* 11. *art.* 3. Filiucius *tom.* 1. *tract.* 19. *cap.* 8. *num* 209. & Sigiſmundus Capucinus *de elect. & poteſt. Prælat. dub.* 86. *n.* 3. Probatur hæc ſententia primò, quia lex poteſt ita pœnam hanc infamiæ irrogare; & verba legis ſignificant id velle, cum ſit ipſo iure irrogata, ergo id operatur, vt ſtatim commiſſo delicto incurratur. Præterea, quia hæc pœna infamiæ in priuatione, non in actione conſiſtit; pœnæ autem in priuatione conſiſtentes non indigent iudicis ſententia, vt contrahantur. Procedit enim maximè, ſeu declaratur hæc ſententia, vt infamiæ pœna ipſo facto ob delictum contracta obliget in conſcientia etiam in occultis caſibus, quoad effectus infamiæ morales mere priuatiuos, vt ad abſtinendum ab Ordinibus ſuſcipiendis, à beneficio conſequendo, vel dignitate obtinenda, ab eligendo, à teſtificando, &c. Non autem quoad effectus requirentes factum hominis poſitiuum, vt quoad priuationem dignitatis iam obtentæ; tunc enim non obligaret ante ſententiam criminis declaratoriam, ita Suarez, & Filliucius, & tradunt alij à Carolo Antonio Theſauro *de pœn. eccl. p.* 1. *cap* 33. *§. Aduertendum quintò, poſt medium relati.*

Secunda ſententia tenet ad hanc infamiæ iuris pœnam incurrendam non requiri quidem iudicis ſententiam condemnantē aut declarantem crimen, ſed nec ſatis eſſe delictum, ſi ſit occultum; ſufficere verò delictum, ſi ſit notorium & publicum. ita quod eo ipſo, quod delictum ſit publicum, & notorium ſiue per ſententiam, ſiue per famam publicam, aut alio modo, tunc ſtatim incurratur infamia. Ita Nauarrus *in man. cap* 27. *num* 148. Couarruuias 3. *var. cap.* 3. *num* 2. *verſic.* ſcribit tamen. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 36. *& lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 2. Auila 7. *part. diſp.* 4. *dub.* 7. *concl.* 1. Sanchez *in conſil mor. lib* 6. *cap* 3. *dub.* 6. *num.* 12. Coninch *de ſacram diſp.* 18. *num.* 56. Laymann *lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 4. *num* 1. Hurtadus *de irregularitate diſp.* 2. *diff.* 4. *num.* 12. Caſtrus Palaus *p.* 6. *de cenſuris diſp.* 6. *p.* 10. *num.* 3. Bonacina *de cenſur. diſp.* 7. *q.* 3. *p.* 1. *num.* 2. Syluester, Angelus, Tabiena, & nonnulli alij à Palao, Sanchez *locis citatis*, Sigiſmundo *d. loco ſupra citato* & Carolo Antonio Theſauro *dict. cap.* 13. *citato §. Aduertendum quintò relati.* Probant, quia etſi infamia prouenit ex delicto ipſo, nihilominus illius manifeſtatio, & publicatio, ſeu notorietas requiritur, vt delictum infamiam irroget; infamia enim ſignificat publicam notitiam, ſeu eſſe non poteſt ſine publica notitia, ſeu opinione, cum ſit famæ & bonæ æſtimationis diminutio. & dum crimē ignotum eſt, bonum nomen delinquentis non minuit; & conſequenter ex crimine occulto infamia oriri non poteſt, interueniente autē notitia, ſeu opinione publica delicti, & delinquētis pœna ſtatim afficere debet, cum ipſo iure irrogetur. Et quod ad huiuſmodi iuris infamiam incurrendam neceſſaria ſit notorietas delicti, vel per ſententiam, vel aliunde ortam, ex confeſſione delinquentis, vel ex facti euidentia, aut publica fama expreſſè habetur *in c. vlt. de temporibus ordinationum.* 157

Tertia ſententia, quam vti probabiliorem approbo, affirmat huiuſmodi pœnam infamiæ, ſeu infamiam iuris licet ipſo iure delictu annexa non incurri in foro conſcientiæ niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam. Ita per textum *in l. furti. ff. de his qui notant infamia.* Rota apud Varallum *p.* 2. *deciſ.* 90. dicens etiam ita fuiſſe tentum in *Bononienſi teſtamentaria die* 1. *Iunij* 1551. *coram D. Auguſtino.* item Burſatus *conſil* 14. *num* 18. *& ſeq. & num.* 22. *& ſeq. lib.* 1. Nauarrus *in comment. de datis, & promiſſis pro gratia, vel iuſtitia num* 41. *verſic. ſecundo quod*, Farinacius *d. q.* 189. *num.* 56. *& in fragm. p.* 2. *v. Lex. n.* 164. Auguſtinus Barboſa *de pot. Epiſc. alleg.* 43. *num.* 14. Sayrus *de cenſur lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 3. Sanchez *de matr. lib* 7. *diſp* 13. *n.* 1. *& in ſum. lib.* 2. *d. cap.* 26. *n.* 1. *&* 2. *& cap.* 39. *n.* 32. Azorius *p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *q.* 8. *verſic. ſeptima hæreticorum* (vbi ait id apertè docere Dynum *in cap. infamibus. de reg. iur. in* 6. & Panormitanum *in cap. teſtimonium, de teſtibus & in cap. exceptionem, de exceptionibus*) Lezana *to.* 2. *v. infamia. num.* 3. Theſaurus *d. cap.* 33. *§. Aduertendum quinto, initio.* Peyrinis *to.* 2. *de Prælato q.* 2. *cap.* 5. *num.* 50. & plures alij relati à Barboſa, Peyrinis, & Theſauro, qui refert eſſe communem, & ſecundum omnia iura mundi teſte Iaſone *in l. ſi quis maior num.* 25. *C. de tranſactionib.* & conſtat ex *d. l. furti.* Et confirmant tradita in præcedentibus adductis de aliis pœnis amiſſionis bonorum, priuationis beneficiorum, inhabilitatis ad illa, & priuationis vocis paſſiuæ, & actiuæ ipſo iure irrogatis. Et Probatur

magis

Google

magis, quia hæc infamia iuris eſt pœna valde grauis, cum ſit deiectio de proprio ſtatu; ſiquidem, vt ex Summiſtis *v. fama, & v. infamia*, & Panormitano *in cap. veſtra, de cohab.* tradit Sanchez *in conſil. mor. lib. 6. d. c. 3. dub. 4. num. 1.* Infamia dicitur læſæ dignitatis qualitas, vita & moribus reprobata; ita quod homo infamis dicitur ille, cuius ſtatus, vita & moribus reprobatus eſt; eo quod infamia eſt idem, quod bonæ famæ priuatio, bona autem fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus vita, & moribus comprobatus; & ſic è contra infamia, ſeu mala fama eſt læſæ dignitatis qualitas, &c. ſumendo tamen dignitatem non pro honore publico, ſed pro potentia naturali cunctis tributa, id eſt pro vera dignitate, quæ eſt ſecundum rationem viuere. Ita Sanchez ibi addens hanc infamiæ explicationem conuenire omni infamiæ, ſcilicet, facti (quam quis facto ipſo incurrit) iuris ciuilis (quæ ex aliquo iuris ciuilis decreto ipſo facto imponitur, vel per ſententiam condemnatoriam irrogatur) & iuris Canonici, quam quis ex iuris canonici decreto incurrit, vel ad eam damnatur. Cum igitur hæc infamia ſit pœna tam grauis, nullo modo dicendum eſt ea vi legis incurri, & deliquentem in ſe ipſum debere illam exequi ante iudicis ſententiam iuxta ſæpiùs tradita in præcedentibus, prout etiam conſuetudine vniuerſali receptum eſt, prout de aliis ſimilibus pœnis licet priuatiuis in præcedentibus traditum eſt. Nec verum eſt omnes pœnas conſiſtentes in priuatione ipſo facto in lege irrogatas incurri in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam, vt ex traditis huc vſque conſtat.

138\. Non erit autem opus ſententia iudicis condemnatoria ad ipſam infamiam, cum ſupponamus eſſe à lege ipſo facto crimini annexam; ſed ſufficiet declaratoria criminis, vt Sanchez *d. cap. 26.* Farinacius, Azorius, Peyrinis *locu citatu*, & alij notant, & conſtat ex dictis de pœna confiſcationis bonorum, & amiſſionis beneficij, Inhabilitatis, &c. Quæ ſententia criminis declaratoria retrotrahetur vſque ad diem commiſſi criminis quoad effectus legales eiuſdem infamiæ, & conſequenter declarabitur talis Reus infamis, & indignus beneficio, vel officio, vel ordine &c. à tali die; & ſi à prædicto die beneficium, vel officium fuerit ei collatum, collatio irrita declarabitur; & ſi ſuſceperit ordines, declarabitur ordinatio irrita, non quidem quoad ſubſtantiam ordinationis (cum character ſit indelebilis) ſed quoad eius exercitium; id quod etiam notarunt Suarez, Filliuccius, Theſaurus, & Lezana *locu citatu*. Item irritantur omnes alij actus ante ſententiam à die commiſſi criminis geſti exceptis actis ratione publici officij, ſeu iuriſdictionis, vt iidem Doctores, & alij à Theſauro relati.

139 Aduertendum etiam, vt notant Azorius, Sanchez, Peyrinis & Lezana, quod in caſu, quo propter crimen in iure eſt impoſita pœna infamiæ, etſi non incurritur infamia iuris ante declaratoriam criminis, incurritur tamen infamia facti pariens tamen effectus infamiæ facti; quæ propterea per contrarium factum, ſcilicet per publicam, & conſtantem vitæ emendationem, nempè triennalem aboletur abſque vlla ſuperioris diſpenſatione; & ſi de hac facti infamia loquuti ſunt Doctores ſecundæ ſententiæ, non diſcordant à Doctoribus tertiæ ſententiæ.

140 Quibus autem criminibus à iure ciuili vel canonico ſit annexa pœna infamiæ ipſo facto incurrenda, habet *in l. 1. ff. de iis, qui notantur infamia*; tradunt latè Sanchez *d. lib. 6. conſil. mor. cap. 3. dub. 6.* Sayrus *de cenſur. lib. 7. cap. 11.* & Laymann *d. cap. 4. num. 1.* vbi enumerant crimen lenocinij, ſi illud quis per conſuetudinem exerceat; crimen ſponſaliorum, vel matrimonij cum duabus; crimen publici vſurarij, læſæ Maieſtatis, hoſtilis perſecutionis Cardinalium Romanæ Eccleſiæ,

D. Ioan. Angelus Boſsius, de effect. contr. Matr.

vel auxilij præſtiti, periurij promiſſoris. Ignominioſa exauctoratio militis, ſeu cum miles ſpoliatur inſignibus propter aliquod crimen; qui locauit operas ſuas, vt cum fera pugnaret, ſecus ſi abſque pretio cauſa exercendarum virium pugnet. Qui pretio accepto cum alio homine pugnat; hæreſis, ſodomia voluntaria, ſi non iure expreſſo, ſaltem ex conſuetudine, & Doctorum conſenſu; & mulierum raptus, & ad id conſilium, vel auxilium dantes. De aliis, ob quæ incurritur infamia facti, vel iuris per iudicis condemnationem, agunt iidem Sanch. Sayrus, Layman, Azorius *p. 2. lib. 6. c. 7. q. 3.* Aug. Barboſa *d. oblig. 43. à n. 25.* & alij ab iiſdem, & à Lezana *d. v. infamia n. 2. relati.*

Licet verò plures, quos allegat, & ſequitur Sayrus *de cenſur. lib. 7. cap. 12. num. 12.* exiſtimauerint iuris infamiam de iure Canonico incurri ipſo facto ex omni crimine enormi omni depoſitione digno, ſi ſit notorium & manifeſtum. Nihilominus contrarium, & non incurri in dictis caſibus infamiam iuris (ſed facti, quæ per triennalem vitæ emendationem aboletur, vt dixi) niſi in caſibus expreſſis, vt Garzias alios allegans, *p. 7. cap. 8. n. 66. & p. 11. cap. 3. n. 113 & ſeq.* Suarez *d. diſp. 48. ſect. 1. num. 12.* Auila *p. 7. diſp. 4. dub. 7.* pariter alios allegans, & alios congerens, Laymann *d. cap. 4. n. 10. verſic. dico tertiò,* 141

Pœna depoſitionis, & priuationis priuilegij Clericalis, vel ſepulturæ Eccleſiaſticæ latæ ſententiæ, an in foro conſcientiæ incurratur ante criminis declaratoriam.

Quod autem dictum eſt de infamia iuris, idem dicendum eſt de pœna priuationis priuilegij Clericalis, degradationis, ſeu depoſitionis à Clericatu ipſo facto à iure Canonico, ſeu lege Eccleſiaſtica taliter delinquentibus irrogata, ſcilicet non incurri in conſcientia ante, ſed tantum poſt declaratoriam criminis, etiam ſi crimen eſſet notorium. Cum ſit pœna grauiſſima, & etiam priuans iure proprio acquiſito. Et id etiam latè oſtendi *to. 3. mor. var. tit. 11. n. 3.* & tradunt in terminis Henriquez *lib. 14. cap. 5. num. 1. lit. F in Gloſſa.* Gonzales *ad regul. 8. Gloſſa 56. numero 126.* Bellettus *diſq. Cler. part. 2. titul. de pœnis Cler. §. 9.* Azorius *p. 3. lib. 3. cap. 19. quæſt. 5.* Suarez *de cenſur. diſput. 31. ſectione 4. numero 22.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. diſput. 46. num. 20.* & plures alij, quos *dict. num. 33.* allego, & alij quos referunt, & ſequuntur Diana *p. 1. tract. 2. reſolut. 51 verſic. Dico.* &. Carolus Antonius Theſaurus *de pœnis Eccleſ. part. 1. cap. 27. 9. Quæres an pœna prædicta.* 142

Idem dicendum de priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ pro aliquo crimine, & nõ ratione ſolius cenſuræ à lege Eccleſiaſtica ipſo facto ſtatuta (qualis ſtatuta eſt contra duellantes in Trid. *ſeſſ. 25. cap. 19.* ſtatuta in extrauag. 1. de ſepult. contra exenterantes cadauera defunctorum, vt alibi ſepeliant iuxta Bonacinam *de cenſur. in particulari diſp. 2. q. 3. p. 45. num. 8.* & Carolum Antonium Theſaurum *de pœn. Eccleſ. p. 2. v. ſepultura cap. 2. §. limita quartò* licet Suarez *de cenſur. diſp. 22. ſect. 5. n. 4.* Filliuccius & alij exiſtiment non eſſe latæ ſententiæ, ſed ferendæ per iudicem.) Ratio deducitur ex dictis in præcedentibus; quia carere ſepultura maxima pœna reputatur, vt notauit Lauarius *var. lucub. de ſepultur. titul. 2. cap. 5. numero 30, cap. 12. numero 1. & cap. 14. num. 20.* & priuat iure proprio acquiſito, ſeu poſſeſſo; ac proinde metienda eſt, vt aliæ ſimiles pœnæ, licet ipſo facto per legem irrogatæ. Et ita colligitur ex Sanchez *de matr. lib. 9. diſp. 30. n. 1 & 2. & lib. 2. ſum. cap. 39. n. 32.* quatenus dicit eſſe communem ſententiam Theologorum, & Iuriſperitorum, vt pœnæ tam poſitiuæ, quã priuatiuæ, & quę præſertim priuant iure proprio acquiſito non incurrantur ante criminis

declaratoriam; & *d num.*32. expreſsè dicit ex pœnis à Tridentino *d. cap.*19. latis contra committentes duellum ibi prohibitum, cæteras pœnas perſonales præter excommunicationem non incurri in foro conſcientiæ niſi poſt iudicis ſententiam criminis declaratoriam. Colligitur etiam ex Palao *tom* 1. *tract.*3. *diſp.* a *p* 3. *num* 12. vbi ait ſatis probabile eſſe vltra cenſuras & irregularitatem nullam aliam pœnam contrahi ipſo facto ante ſententiam declaratoriam criminis, loquendo de propria pœna, qualis eſt priuatio alicuius iuris quæſiti, ſeu incepti poſſideri, etiam ſi lex, aut ſtatutum dicat contrahi ipſo facto abſque alia declaratione, & proceſſu, quia ita habet praxis, & vſus. Ita Palaus. Colligitur etiam ex Farinacio *in fragm p* 2. *v. lex. num.*158. dum ait vniuerſaliter quod licèt lex, ſeu ſtatutum pœnam imponat ipſo iure vel ipſo facto, adhuc illa non incurritur abſque criminis declaratoria: quod idem etiam habet *num* 157. *n.*164. etiamſi lex addat, *abſque declaratoria, vel proceſſu.* Circa hanc difficultatem an pœna priuationis ſepulturæ latæ ſententiæ per ſe immediatè ſtatuta pro aliquo crimine, & non cauſa cenſuræ incurratur ante declaratoriam criminis etiam Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. eccleſ. p.*1 *cap.*41. *verſic aduerte etiam*, ait varias eſſe Doctorum ſententias.

Quare hac ſententia retenta, ſi non conſtet notoriè Reum criminis, pro quo impoſita eſt ipſo iure priuatio ſepulturæ, deceſſiſſe in ſtatu peccati mortalis; & multò magis ſi conſtiterit deceſſiſſe præmiſſa confeſſione, vel datis ſignis veræ pœnitentiæ, & nulla ſequuta fuerit criminis declaratoria, nec ſit, qui opponat crimen, nullum erit peccatum tradere illius corpus ſepulturæ Eccleſiaſticæ; nec Parochus ſepeliens incurret pœnas ſepelientium eos, qui ab Eccleſia ſunt ſepultura Eccleſiaſtica priuati; conſultiùs tamen faciet Parochus, vbi crimen eſt notorium, & publicum, & ſibi notum ſuperſedendo ſepulturæ, & deferendo rem ad Epiſcopum, vel eius Vicarium, vt ab altero eorum obtineat ſepeliendi facultatem, ſtatim incurratur etiam in foro conſcientiæ, ſi delictum ſit manifeſtum, & notorium.

144 Ad dictam enim pœnam priuationis incurrendam in conſcientia ſufficere delictum eſſe notorium, nec requiri vllam iudicis ſententiam ſentiunt Suarez, & Bonacina *locis num. præcedenti relatà.* idem Bonacina *d.q.*3. *p.*48 *n* 22. Peregrinus *de Duello q.*7. *n.*3. Modernus *in ſelectis diſp.* 36. *nu.*12. Carolus Antonius Theſaurus *d. cap.* 41. *eodem verſic. Aduerte etiam, & pluribus alijs locis à ſe ibidem citatis*, & alij agentes de prædicta pœna priuationis ſepulturæ lata contra committentes duellum, quos Auguſtinus Barboſa *collectan. ad d. cap.* 19. *Trident num.*20. *citat.* Et in hac pœna ipſo facto impoſita pro delicto (quidquid ſit in alijs) ita eſſe vſu Eccleſiæ receptum teſtantur Peregrinus, & Bonacina *locis citatis.* Qui tamen vſus videtur eſſe, quādo duellantes moriuntur in duello, nec conſtat de eorum pœnitentiâ. Addunt iidem Peregrinus, Bonacina, & Modernus, quod ſi non ſit notorium aliquem deceſſiſſe in duello, Parochus non debet illi denegare ſepulturam; quia publica pœna infligenda non ſit niſi publico peccatori. Quod ſi per teſtes ſufficienter probari poſſit duellum aiunt Parochus id ſciente ante ſepulturam debere deferre rem Epiſcopo, vel eius Vicario, qui ſummariè capta informatione ſententiam ferat.

145 Idem quoque dicendum de pœna nullitatis, ſeu irritationis actus ipſo facto à lege, vel ſtatuto impoſita, ſeu ſtatuta in odium, & vindictam alicuius delicti, ita quod ſit propriè pœna, & nullitas non inducta ſolùm ob defectum alicuius ſolemnitatis, vel conditionis intuitu ſolius boni communis; hæc enim pœna nullitatis actua non incurritur, nec habet effectum niſi poſt iudicis ſententiam declaratoriam, ſicut & aliæ pœnæ, de quibus ſuprà; vt dixi in *tom.*3. *moral. var. tit.*3. *n* 33. & in terminis tradunt Sanchez *de matr. lib.*3. *diſp.*4. *num.*9. Suarez *de legib. lib.*5. *cap.*32 *n.*2. *&* 3. Caſtrus Palaus *tom* 1. *tract.*3. *diſp.*2. *p* 10. *n.*2. *à med. n.*33. relati; & præter hos in terminis Farinacius *in prag. p.*2. *v. lex. num.*157. *&* 160. vbi alios allegat, *& num.*164. ait id procedere, etiam ſi lex, vel ſtatutum annullet actum ipſo facto addendo, & *abſque alia declaratione.* Quæ omnia conſtant ex traditis in præcedentibus.

Excipitur tamen contractus, qui ſemel validè effectus non eſt capax irritationis poſt latam criminis declaratoriam qui ſtatim irritus eſt, etſi irritatio ſit in pœnam delicti impoſita, vt notaui *dicto titul.*3. *eodem n* 33. *& hoc cap ſuprà n.*141. & tradunt Sanchez *d. diſp.* 4. *n.*10. & Palaus *d. n.*2. 146

Excipitur etiam caſus, in quo ex lege ipſa cōſtat mentem legiſlatoris eſſe, vt nullitas actus geſti in lege ipſo iure, ſeu ipſo facto impoſita delinquenti incurratur ſtatim; & ante omnem iudicis ſententiam; qualis eſt pœna nullitatis, ſeu irritationis Bullæ Gregorij XIII. contra dantes, & recipientes aliquid pro iuſtitia, vel gratia obtinenda; vbi iuſtitiæ, vel gratiæ expeditiones ſic (ſcilicet per data, & accepta) obtentas decernuntur nullius prorſus eſſe roboris, & momenti, & ſcienter illis vtentes ipſo facto excommunicantur reſeruata S. Pontifici abſolutione; ex qua excommunicationis pœna latæ ſententiæ, quæ ſupponit peccatum mortale impoſita iiſdem vtentibus ipſo iure nullis, apertè colligitur pœnam illam nullitatis in foro conſcientiæ obligare ſtatim nulla expectata ſententia; quia ſi illa pœna nullitatis ipſo iure incurſa in foro conſcientiæ non ligaret; illis expeditionibus vtens non peccaret, & ſic non incurret excommunicationē & ita in his terminis tradit Nauarrus *in comm ſuper eandem Bullam Gregorij XIII. de datis & promiſſis pro iuſtitia n* 38. *a tab* 25. & idem docent Molina, Filliucius, è Bonacina *locis ſuprà n.*100. *citatis.* 147

Et hactenus de illa controuerſia an, & quando pœna legalis ipſo facto pro aliquo delicto à lege, vel ſtatuto impoſita incurratur in foro conſcientiæ ante, vel poſt criminis declaratoriam, quam latiùs volui explicare, quia hæc materia eſt frequentiſſima. Redeamus ad materiam huius capituli propriam de impedimento vſus matrimonij ex affinitate inter coniuges poſt matrimonium orta ob copulam inceſtuoſam cum conſanguineis alterius coniugis, & ſit

---

SVMMARIVM.

§. II.

Vxor abſolutè cognita à conſanguineo viri non priuatur iure petendi debitum. n 148.

*Quid ſi metu leui committat inceſtum, & contrahat affinitatem. n.*149. *&* 150.

Si ex conſenſu, vel præcepto mariti conſentit in copulam inceſtuoſam an poſſit, & teneatur non reddere debitum eidem marito. n 150.

*Quid ſi metu graui conſenſit in copulam inceſtuoſam an tunc priuetur iure exigendi debitum. Affirmatiua n.*151. *Negatiua n.*152.

Metus grauis non excuſat à culpa in ijs, quæ ſunt intrinſecè mala. n 152.

*An excuſet ab excōmunicatione, vbi actio, cui eſt annexa excōmunicatio lata ſententia, ſit intrinſecè mala. n.*151. *&* 152.

Intellectus ad cap. ſacris de his, quæ vi. ibid.

*Chriſtiani captiui remigantes in triremibus Turcarum contra fideles coacti metu graui mortis, & ſimilis an incurrant excommunicatione in Bulla cœnæ latam contra ferentes opem infidelibus aduerſus Chriſtianos. n.*152.

Igno

Ignorantia triplex, iuris, & pœnæ. numero 153.

Ignorantia inuincibilis facti nempe conſanguinitatis, vel gradus coniugem, qui ex tali ignorantia copulam eſt conſanguinea alterius coniugis, excuſat à pœna priuationis iuris petendi debitum. n. 154.

An à tali pœna illum excuſet etiam ignorantia inuincibilis iuris eccleſiaſtici talem pœnam imponentis coniugi inceſtuoſo. Affirmatiua. n. 156. Negatiua n. 157.

An ignorantia etiam vincibilis iuris, & culpabilis iuris, & facti etiam craſſa. Negatiua num. 160. initio. Affirmatiua. ibidem.

Quid ſi ignorantia fuerit ita craſſa, vt ſit ingens temeritas. num. 162.

Quid ſi fuerit ignorantia affectata. n. 163. & 164.

Si coniux per copulam inceſtuoſam contrahens affinitatem cũ altero ſciat ius eccleſiaſticum prohibens talem copulam, & inducens affinitatem, at ignoret pœnam ipſam priuationis debiti, an hæc ignorantia excuſet à tali pœna n. 179.

Ignorantia inuincibilis facti, vel qualitatis facti, pro quo à lege humana pœna imponitur excuſat à pœna. n. 155.

Reiicitur ſententia aſſerens hoc intelligi, vbi non datur operã rei illicitæ, excepta irregularitate ex homicidio caſuali ibidem.

Reiicitur etiam ſententia limitans, ſi ignorantia ſit concomitans. ibidem.

Ignorantia facti concomitans inuincibilis non poteſt inducere reſtituendi obligationem, excommunicationem, aut irregularitatem; & qualiter nec excuſat à peccato, nec accuſat. ibidem fine.

Volens percutere Titium laicum ex errore inuincibili percutiens Caium Clericum excuſatur à cenſura ibid.

Quoties lex, vel ſtatutum prohibet, & punit actum aliàs iure naturali, aut diuino, aut antiquiori prohibitum an delinquens contra legem ſciens antiquam prohibitionem, ignorans tamen inuincibiliter nouam prohibitionem ſub cenſura aliqua, vel alia pœna lata ſententia, illam pœnam incurrat, an verò ignorantia illam excuſet à pœna, licet non à peccato. Sententia negans excuſare. n. 156. Altera ſententia. Affirmans excuſare verior. n. 158.

Regula, quod ignorantia facti non iuris excuſat, intelligitur ſecundum forum exterum, in quo ignorantia iuris communis, & publici regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet. n. 159.

Quando pœna imponitur ſcienter facienti actum ſub tali pœna prohibitum, à tali pœna excuſat ignorantia vincibilis culpabilis etiam craſſa. n. 160. idem ſi imponitur ei, qui præſumpſerit, vel auſus fuerit facere n. 161. Quid ſi fuerit ita craſſa, vt ſit ingens temeritas. n. 162. & quid ſi fuerit affectata. n. 163. & 164.

Ignorantia craſſiſſima, & quæ eſt ingens temeritas importat latiſſimam culpam, & in iure æquiparatur dolo. numero 162.

Ignorantia affectata in iure æquiparatur ſcientiæ. n. 163.

Ignorantia ſolius pœnæ cum ſcientia legis, ſeu iuris poſitiui delictum prohibentis & punientis ſi ſit inuincibilis, & inculpata, an excuſet ab eadem pœna, referuntur quinque ſententiæ. Prima negans abſolute excuſare, etiam ſi pœna ſit excommunicatio. n. 165. Secunda tenet excuſare ſolum à cenſura excommunicationis per Ordinarios lata n. 166. Tertia aſſerit excuſare etiam ab excommunicatione lata per Papam, non ab aliis cenſuris, & pœnis n. 167.

Quarta ſuſtinet excuſare ab omnibus cenſuris non ab irregularitate & aliis pœnis, ſiue lata ſiue ferenda ſententia. numero 168. præſertim ſi delinquens habuit ſcientiam pœnæ in confuſo num. 172. limitatur ſi pœna ſit admodum grauis. num. 171.

Quinta ſententia affirmat ignorantiam ſolius pœnæ excuſare ab omni cenſura. irregularitate ex delicto, & à cæteris pœnis. n. 173. 174. & 175.

Ignorans reſeruationem peccati, conſcius tamen malitiæ an poſſit ab eius à non habente facultatem in reſeruata, & quando reſeruatio [illegible]. n. 176.

L[illegible]ius, De effect. contr. Matr.

Nullitas actus ipſo facto à lege, vel ſtatuto impoſita, non ob defectum ſolemnitatis, ſed in pœnam delicti in foro conſcientiæ non incurritur ante ſententiam declaratoriam. n. 177.

Perſonæ ſimplices, idiotæ, Ruſtici, & Mulieres facilè excuſantur à cenſuris. n. 178.

Referuntur Doctores tractantes an ignorantia vincibilis iuris, vel facti excuſet à cenſuris, & aliis pœnis. numero 180.

Ignorantia iuris, & facti triplex, inuincibilis, vincibilis indirecte volita, & vincibilis directe volita, quæ dicitur affectata. n. 181.

An ignorantia vincibilis culpabilis mortaliter ſit duplex, alia non craſſa, alia vero craſſa, & ſupina ſententia affirmans omnem ignorantiam culpabilem mortaliter eſſe, & dici craſſam num. 181. ſententia ſuſtinens diuidi in craſſam, & non craſſam n. 182.

Ignorantia craſſa, & ſupina eſt illa, quæ procedit ex lata culpa; quæ tunc eſt, quando vel nulla, vel modica diligentia adhibetur. n. 182.

Ignorantia vincibilis etiam mortaliter culpabilis excuſat ab incurrendis excommunicatione, & aliis cenſuris. numero 183.

Ignorantia affectata à præfatis pœnis, & aliis non excuſat, quando pœna non imponitur facientibus ſcienter, ſed abſolute facientibus. &c. n. 184.

Neque etiam ignorantia craſſa & ſupina. n. 185. & reprobatur Stephanus Bauny diſtinguens inter ignorantiam craſſam antecedentem, & concomitantem. n. 186.

Ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis non craſſa, & ſupina, an excuſet à cenſuris, irregularitate; ex delicto, & à cæteris pœnis abſolute per legem, vel ſtatutum impoſitis referuntur quatuor ſententiæ, à n. 187. ad 191.

Prima abſolute negat excuſare ab vlla pœna. n. 187.

Secũda cenſet excuſare à ſolis cenſuris latis per Epiſcopos. n. 188.

Tertia aſſerit excuſare à cenſuris, & irregularitate, non ab aliis pœnis num. 189.

Quarta, & probabilior affirmat excuſare ab omnibus pœnis. num. 190.

Ad incurrendam irregularitatem homicidij non ſufficit leuiſſima, vel leuis culpa, ſed exigitur lata n. 191.

Obliuio, ſeu inaduertentia, aut inconſideratio in quo diſtinguatur ab ignorantia proprie num. 192.

Obliuio, ſeu inaduertentia actualis iuris, ſeu præcepti, vel facti, vel pœnæ admittit diuiſiones ignorantiæ, & excuſat eodem modo, & in iiſdem caſibus, in quibus ignorantia ipſa excuſat à culpa vel à pœna ibidem.

§. II.

Quandonam, ſeu quibus ex cauſis ab hac pœna priuationis iuris exigendi debitum coniugale excuſetur coniux, qui cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius poſt contractum matrimonium habuit carnalem copulam perfectam.

Cauſæ huiuſmodi tres aſſignãtur, vis, metus, ignorantia; quæ ſeorſim ſunt explicandæ, & examinandæ, & vxor vi abſoluta, & præciſa cognita à conſanguineo viri non priuatur iure exigendi debitum; priuatur verò, ſi ſolo metu leui inducta conſenſit in copulam inceſtuoſam.

Quoad vim præciſam. Si vxor à viri conſanguineo carnaliter cognoſcatur vi præciſa, & coactiua, ita vt ipſa non potuerit reſiſtere, certum eſt, eam non priuari iure exigendi debitum, vt habetur expreſſe *cap. diſcretionem, de eo, qui cognouit conſanguin.* qui textus licet loquatur in caſu, in quo viri conſenſu ea vis vxori illata eſt, tamẽ ratio ibidem tradita, & à DD. approbata

O 2 (ſcilicet

(ſcilicet quod affinitas iniquè contracta ei coniugi non officit, ſeu officere debet, qui iniquitatis particeps non fuit, cum iniuſtum ſit, quemquam culpę immunem ſuo priuari iure; vbi autem vis illata eſt vxori, culpa inceſtus omninò caret, & conſequenter etiam à pœna priuationis debiti exigendi eximitur) idem prorſus conuinçit, vbi abeſt mariti conſenſus, vt tradunt Doctores communiter à Sanchex *de matr. lib.9.diſp.31.n.1. relati* idem Sanchex *ibidem, & caeteri infrà allegati.* Ratio ergo vniuerſalis eſt, quod priuatio iuris petendi debitum conſtituta eſt in pœnam inceſtuoſi; eſtque verè pœna legalis; vt ſuprà *n.25.* oſtenſum eſt, ergo vbi non eſt culpa inceſtus, pœna hæc non habet locum.

149 Quoad metum. Si metu tantum leui vxor committat inceſtum, ſeu in inceſtum conſentiat, certum etiam eſt, priuari iure exigendi debitum. Quia iſte metus non excuſat à culpa etiam in his, quæ ſunt de præcepto, vt cum aliis Ricciullus *de iure perſonarum lib. 4.cap.44.num 28.* & etiam valde parum diminuit culpam, talis enim metus reputatur vanus *l.5.& 16.ff.quod metus cauſa l.metum C.eod.tit. & cap.dilectus de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*; ac proinde non debet excuſare à pœna præfata inceſtuoſi. Et ita ſentiunt DD. communiter à Sanchex *d.diſp 31.nu 2.relati*, idem Sanchez *ibidem* Reginaldus *lib.31. num.295.* Martinus Perez *de matr. diſp.52.ſect.4 n.2.* Bonacina *de matr.q.4.p.2.n.5.* & conſtat etiam ex aliis recentioribus, qui infrà citãtur.

150 Addit Sanchez *d.n.2.& n.5. fine* cum nonnullis aliis, & approbat Bonacina, quod ſi mariti conſenſu, aut præcepto id effectum eſt, vxor talem metum paſſa & inceſtuoſa non tenetur, nec poteſt debitum reddere, quia eiuſdem particeps fuit iniquitatis, in quo loquitur conſequẽter ad ea, quæ ex eodẽ ſuprà *n.7.* tradita ſunt. Contrariũ tamen dicendũ per tradita *eodem n.7.* vbi aſſeritur coniugem conſentientem inceſtui non priuari iure petendi; cum id nullibi in iure reperiatur cautum. Et ita in his terminis tenet etiam Perez *d.n.2.*

Vxor metu graui inducta conſentiens in copulam inceſtuoſam cum conſanguineo viri, an priuetur iure exigendi debitum coniugale. Vbi an metus grauis excuſet à cenſura.

151 Difficultas ergo eſt, quando vxor per copulam metu graui, & in virum conſtantẽ cadente à conſanguineo viri cognita eſt, an tunc etiam ratione metus excuſetur à præfata pœna priuationis iuris exigendi debitum an verò eodem iure priuetur. Et priuari arbitrantur Richardus, Aſtenſis, Roſella, Sylueſter; Graffius P. Ledeſma à Sanch. *d.diſp.31. numero 4. relati* idem Sanchex *ibidem* Reginaldus *loco citato* Baſilius Pontius *de matr.lib.10. cap.7.num.6.* Perez *d.ſect.4.n 4.* Probatur hæc ſententia, quia hoc caſu ceſſat ratio *dict.cap.diſcretionem, de eo, qui cogn. conſang. vx.* ſi quidem vxor, licet per metum grauem incuſſum conſentiat in copulam cum conſanguineo, nõ caret culpa, ſed peccat mortaliter peccato inceſtus; nã metus etiam grauis in his, quæ ſunt intrinſecè mala, & iure naturali prohibita, non excuſat à culpa, vt tradunt Doctores communiter tam citati, quam citandi numero ſequenti & vnuſquiſq; tenetur potius vitam exponere, quàm conſentire in peccatum, vt dicitur *c.ſacris, de his, quæ vi*; cum ergo non excuſetur à culpa mortali inceſtus, neq; etiam excuſatur à pœna priuationis iuris petendi. Confirmant iidem Doctores *ex d. cap ſacris.* vbi habetur, quod ſicut metus grauis non excuſat à culpa participantem cum excommunicato, ita etiam non excuſat ab excommunicatione ſtatuta contra participantes; ita ergo ſi vxor metu conſentiens in copulam inceſtuoſam non excuſatur à culpa inceſtus, neque etiam excuſatur à pœna priuationis iuris petendi debitum inceſtui impoſita. Quamuis enim varij ſint dicti capitis intellectus Doctorum, quos refert Ricciullus *de iure perſonarum lib. 4. de iure patron.capite 34.* Nihilominus caſu quo communicatio, ſeu participatio eſt peccatum mortale, videtur intellectus communis ex Sanchex *d.n.4.* & Ricciullo *d.c.34.n.29.* & ſuadent illa verba textus *in d.c. nempe, cum pro nulla metu debeat quis peccatum mortale incurrere*; quę verba cum ſint prolata per modum rationis, reſtringunt totam diſpoſitionem *legis non dubium, Cod.de legibus, cum aliis iuribus* à Ricciullo *allegatis.* Tiraquellus *in tract.ceſſante cauſa p.1. numero 139. & ſeqq.* & Surdus *deciſ. 152. num.17.& deciſ.n.217. numero 2.* Carpit autem Baſilius Pontius loco citato Sanchez tanquam ſibi contrarium, nempe, quod *lib. 4. de matr. diſp.2.* dixerit grauem metum non eſſe æſtimandum comparatione mali, quod eligitur, ad malum quod euitatur, ſed tantum expendi debere ubiectum metus, & ita grauem metum eſſe, quamuis eligatur peccatum, dummodo ſit graue malum ex ſe quod vitatur dicta autem *diſp. 31.* dicat non eſſe grauem metum, quamuis eligatur cõcubitus ad euitandam mortem; dicere enim debuiſſet eſſe grauem metũ, inquit Pontius (ſi conſequenter loqui voluiſſet, & ita nullum eſſe impedimentum, quod ex ea copula per metum extorta ſequitur. Sed malè & abſque ratione loquutus eſt idem Baſilius, quia ex toto diſcurſu Sanchex *d.diſp. 31.* colligi poteſt, ipſum non dixiſſe non eſſe grauem metum, quamuis eligatur copula inceſtuoſa ad euitandam mortem; ſed imò expreſſe oſtendit ſe loqui de graui metu, vt per ſe patet.

Contrarium tamen, & ex copula inceſtuoſa per 152
metum grauem, & in virum conſtantem cadentem, puta, mortis vel mutilationis membri, & ſimilis mali extorta, vxorem non incurrere pœnam præfatam priuationis exigendi debitũ coniugale tenent vti probabile Sotus *in 4. diſt.37.quæſt.vnic artic. 2.* Villalobos *p.1.tr.13.diff. 52. n. 7.* Bonacina *loco ſuprà n. 149. relato* Auerſa *de matr.diſp.17.ſect.3. §.quod ſi fœmina* Laymann *libr.5.tract.10 part.3.cap.1.num.14.* Caſtrus Palaus *tom.5. tractat 28.diſp.3.punct.4. §.6 num 3.* Et hanc ſententiam pietate plenam dicit Sanchez *d. n. 4.* Ratio eſt, quia etſi metus quantumuis grauis non excuſet à culpa in his, quæ ſunt intrinſecè mala, & iure naturali prohibita, & ſic vxor conſentiens per metum grauem copulæ inceſtuoſæ peccet mortaliter, tamen cum dicta pœna priuationis iuris petentis debitum ſit iure humano & ab eccleſia inducta, non eſt veriſimile, nec credendum tamquam pietate eccleſiæ minime conſentaneum, eandem pœnam ligare, & comprehendere etiam coniugem ita coacte committentem copulam inceſtuoſam. Quod confirmatur ratione generali; Nam valde probabile eſt, metũ grauem, & in virum conſtantem cadentem excuſare ab excõmunicatione, licet actio, cui alioqui ipſo iure eſt annexa excommunicatio, per metum extorta, ſit intrinſecè mala. Vt tradunt Nauarrus *in cap ita quorumdam not.11. à num 9. ad 19. & in man. cap.27. num.63 ad finem* Pedreza *in ſum. præcepta 7. §. 26.* Saytus *de cenſ. lib.3. cap.7. numero 8.* Suarez *de cenſur. diſput. 21. ſect. 2. numero 62.* Salas *de leg. diſput. 11. ſect.1. numera 5. fine,* & Toletus *in ſumm. lib. 1. cap. 24. circa finem.* Quibus in locis aſſerunt Chriſtianos captiuos in Turcarum, & Piratarum triremibus metu graui mortis, vel mutilationis membrorum remigantes in perniciem fidelium, puta, dum ipſi Turcæ, ſeu pyratæ diſcurrunt maria noſtra ad deprædandum, & occidendum, vel capiendum fideles, peccare quidem mortaliter ſic remigando, non incurrere tamen excommunicationem *dict. capit. ita quorundam, & in bulla cœnæ can.3.* latã cõtra opem fidelibus aduerſus Chriſtianos ferentes. Quia (inquiunt) non eſt credendum,

neque

neque veriſimile eſt, piam Matrem Eccleſiam pauperes iſtos captiuos cum tali periculo mortis ad ſui præcepti obſeruantiam adſtringere, & excommunicationis vinculo alligare velle, cum ad ſolam vitæ conſeruationem remigare cenſeantur, alioquin ab infidelibus occidendi. Neque obſtat *d. cap. ſacris*, ex quo ob multiplices, & varios intellectus Doctorum non poteſt ſumi certum argumentum ad probandum, quod vniuerſaliter incurratur cenſura, vbi actus ſub pœna cenſuræ latæ ſententiæ prohibetur ab Eccleſia, ſi fiat etiam per metum, non excuſat metus à cenſura, ſi non excuſat à culpa. De quibus variis intellectibus Ricciullus *d. cap. 14.* & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. ſacris de his quæ vi*, vbi præſertim dicit ibi metum carere defenſione, & non excuſare à culpa, & cenſura, quia in fidei odium, & legis contemptum incuſſus fuerat, ex Soto *in 4. diſtinct. 25. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 5.* & Victoria *tract. de excommun. quæſt. 12.* Alij intelligunt textum loqui ibi de leui metu, vt Roſella, & alij à Barboſa *d. collect. num. 4. relati.* Non omittendum autem plures præſtantes fideles captiuos remigantes in triremibus Turcarum contra fideles ad id metu graui mortis, vel ſimili coactos non incurrere excommunicationem, nec etiam peccare mortaliter. Ita Corduba *in ſum. q. 137.* P. Nauarrus *lib. 3. de reſtit. cap. 4. dub. 4. in noua edit. n. 52.* Azorius *p. 1. lib. 8. cap. 21. quæſt. 17.* Sanchez *d. diſp. 31. num. 6.* Perez *loco citato*, Duardus *in bullam cœnæ lib. 2. can. 4. q. 23. concl. 1.* & vltra alios à Sanchez *allegatos* Molina *de iuſt. tom. 1. diſput. 115. concluſ. 1.* vbi explicat caſum verum, in quo culpa eſſet. Idque latius explicat. Et probat Duardus *d. concluſ. 1. n. 5. cum pluribus ſeqq.* & præcipua ratio eſt, quod actus ille remigandi per ſe, eſt indifferens, & ab ipſis non ordinatur, ad cooperandum Turcis, ſeu pyratis ad perniciem fidelium, ſed exercetur ſolius vitæ propriæ conſeruandæ, ſeu mortis, vel mutilationis membri proprij euitandæ cauſa. Sed in his cum non ſint propria huius loci, non eſt diutiùs immorandum, videantur prædicti Doctores. Addo tanto in confirmationem, quod vxor in copulam inceſtuoſam ob metum grauem conſentiens excuſetur à præfata pœna priuationis iuris exigendi debitum; doctrinam illam, quod delinquens metu Principis, vel ſuperioris minantis mortem à pœna criminis ordinarij excuſatur, licet non abſoluatur ab extraordinaria, vt per Tiraquellum *de pœnis cauſa 36. numero 3. & ſeq.* Farinacium *in praxi criminali p. 3. quæſtione 97. numero 3.* Prædicta de metu.

Ignorantia in præſenti materia poteſt eſſe triplex, iuris, facti, & pœnæ; & quod ignorantia inuincibilis facti excuſet coniugem à pœna priuationis iuris petendi, ſi ex tali ignorantia cognouit carnaliter conſanguineam ſuæ vxoris.

153 Quoad ignorantiam, qua ratione excuſet inceſtuoſum à pœna priuationis iuris petendi debitum; ad id explicandum Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 32. per totam* prolixam tractationem inſtituit de ignorantia iuris, & facti excuſante à pœna legis. Sed quatenus ſpectat ad hanc particularem difficultatem pro illius explicatione præmittendum triplicem ignorantiam in hac re illic poſſe; ſcilicet, vel iuris, vel facti, vel pœnæ. Ignorantia iuris eſt, quando coniux accedens ad conſanguineam, vel conſanguineum alterius neſcit ſpecialiter vetitum eſſe acceſſum cum alterius conſanguineis. Ignorantia ſolius facti eſt, quando coniux ſciebat quidem ius illud Eccleſiaſticum prohibens acceſſum ad conſanguineos alterius, ſed ignorabat conſanguinitatem, vel gradum conſanguinitatis fœminæ, vel viri, cum quibus habita fuit copula. Ignorantia denique ſolius pœnæ eſt, quando nouit prohibitionem ab Eccleſia factam, & conſanguinitatem, atque illius gradum, nimirum conſanguineum viri, vel conſanguineam vxoris, cum qua copulam habuit, eſſe conſanguineum, vel conſanguineam in primo, vel ſecundo gradu, at ignorauit eſſe delicto illi indictam pœnam priuationis petitionis debiti. 154

Igitur ignorantiam inuincibilem facti, ſcilicet, conſanguinitatis, vel gradus conſanguinitatis excuſare à pœna priuationis iuris exigendi debitum coniugem, qui poſt matrimonium cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius habuit copulam, tanquam rem certam (quidquid ſecus falsò innixus fundamento ſentiat Ouedus *4. diſtin. 41. q. vnic. propoſit. 9.* dicens probabile eſſe priuari iure exigendi debitum coniugem, qui ignorans inuincibiliter cognouit alterius coniugis conſanguineam, quem refutat Sanchez *d. diſp. 32. num. 43.*) tradunt communiter Doctores. Ita Sotus *in 4. diſt. 37. q. vnica art. 2.* Sanchez *d. nu. 43. & 48.* Alterius *de cenſur. lib. 5. diſp. 10. cap. 4. initio.* Potiel *in dub. reg. v. ignorantia n. 31.* Reginaldus *lib. 13. n. 197.* Bonacina *de matrim. q. 4. p. 2. n. 6.* Sayrus *lib. 2. Clau. cap. 9. n. 26. verſic. Quartò infert.* Aueiſa *de matrim. diſput. 17. ſect. 3. §. Rurſus.* Villalobos *p. 1. tract. 13. diffic. 52. n. 9.* Laymann *lib. 5. tract. 10. p. 3. cap. 1. n. 14.* Caſtros Palaus *p. 5. tract. 28. diſp. 3. §. 6. num. 5. & aliis locis, qui infrà allegantur*, Leandrus diſcalceatus *de ſacram. p. 1. tract. 9. diſp. 35. quæſt. 61.* Baſilius Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 10. cap. 6. num. 9. iuncto cap. 7. num. vltimo fine.* & alij apud eoſdem. Probatur, quia hoc caſu coniux tali ignorantia laborans, licet accedendo ad non ſuam peccet contra caſtitatem, & contra iuſtitiam peccato adulterij, non tamen peccat peccato inceſtus, à quo illum excuſat talis ignorantia) cum ergo priuatio iuris petendi ſit à lege inducta in pœnam admiſſi inceſtus, vt ſæpiùs in antecedentibus dictum eſt, vbi ceſſat culpa inceſtus, ceſſabit etiam pœna ſolum ob talem culpam inducta. Confirmatur, quia *cap. 1. de eo, qui cognou. conſanguin. ibi, ſi quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere, nec*, &c. capite ſè conſtat requiri ſcientiam ad incurrendam hanc pœnam priuationis petendi debitum ob affinitatem ex copula inceſtuoſa contractum. Sicut *ex cap. ſi vir, de cognatione ſpirituali* conſtat ad contrahendam cognationem impedientem debiti petitionem, requiri ſcientiam, quod ſuſceptus in Baptiſmo, vel confirmatione ſit filius vtriuſque, vel alterius coniugis, vt capite præcedenti n. 7. notatum eſt. 155

Confirmatur magis. Quia in vniuerſum ignorantia facti, ſi ſit inuincibilis, & inculpata, quoad talem ſpeciem facti, ſeu delicti excuſat ab omni illius pœna, vt ſi quis cogitans percutere Titium laicum errans inuincibiliter circa perſonam percutiat Caium Clericum non incurrit cenſuram excommunicationis percuſſioni Clerici ipſo iure annexam, neque etiam alias pœnas percutientis Clericum, ſed ſolum pœnas percutientis hominem, vt expreſsè habetur *cap. ſi verò 2. de ſentent. ex communicat.* Ita poſt alios Sanchez *de matrimon. d. diſput. 32. num. 23.* Sayrus *dict. cap. 9. num. 24. 25. & 26.* Vaſquez *tom. 2. diſputat. 116. à num. 4. & de excommunicat. dub. 14. num. 4.* Molina *tom. 4. diſput. 53. numer. 2. & tom. 6. tractat. 5. diſputat. 71. num. 8.* Suarez *de cenſur. diſput. 25. ſection. 1. numero 4.* Coninch *de ſacrament. diſputat. 14. dub. 15. numero 97.* Bonacina *de cenſur. diſputat. 1. quæſt. 2. part. 1. numero 14.* Laymann *de cenſur. tractat. 5. part. 2. cap. 5. num. 8.* & alij recentiores, quos refert, & ſequitur Auguſtinus Barboſa *collectan. ad cap. ſi quis ſuadente. numero 50. cauſa 17. quæſtione quarta.* Et ratio eſt, quia talis ignorantia excuſat actum illum, ſeu percuſſionem à malitia, ſeu culpa ſacrilegij, pœna autem cenſuræ à iure inducta eſt propter ſacrilegium, quod committitur

in percuſſione Clerici. Et ita etiam ſi quis hominem occidit, putans ex ignorantia inuincibili illum non eſſe hominem ſed feram, ſicut excuſatur à peccato homicidij per inuincibilem ignorantiam; ita etiam excuſatur ab irregularitate, & aliis pœnis homicidij, vt Vaſquez *diſp.*125.*c.*2. Saytus *d.n.*25. & alij ab eodem Sayto relati. Hinc licet aliqui à Sanchez *d.diſp.* 34. *n.* 24. *relati*, excipiant, ſi ignorans inuincibiliter qualitatem delicti, ſeu culpæ, det operam rei illicitæ dicentes volentem percutere Titium laicum, ſi errore ductus percutiat Caium Clericum incurrere excommunicationem. Nihilominus exceptio hæc reiicienda eſt, & dicendum quoties ignorantia facti eſt inuincibilis quoad ſpeciem, ſeu qualitatem delicti excuſare ab omni illius pœna vt in propoſito exemplo ab excommunicatione, & ſi quis aliàs det operam rei illicitæ, & facto aliàs damnato, vt Sanchez *d. numero* 24. alios allegans tradit, & docent etiam alij præallegati omnes, qui exemplificant in eo, qui putans percutere hominem laicum ex errore inuincibili percutit Clericum; & id conſtat ex d. textu *ſi verò*, & conuincit ratio adducta, quia is caret culpa ſacrilegij. Addit tamen Sanchez *n* 25 excipiendam pœnam irregularitatis ex homicidio caſuali commiſſo à Clerico dante operam rei illicitæ, & ſpecialiter ſibi prohibitæ ob periculum homicidij, vel mutilationis, cui expoſita eſt. Clericus enim dans operam tali rei ſibi ſpecialiter illicitæ, & periculoſæ mortis inferendæ homini etiam adhibita omni diligentia excuſante à culpa homicidij fit irregularis morte, vel mutilatione inde ſequuta *ex cap fin. de homicidio in* 6. & tradunt communiter Doctores, vt apud Sanchez *d n.*25. Qui etiam *n.*26. contra nonnullos alios à ſe ibi relatos, vnà tamen cum Vaſquez dicta *diſp.*26. & pluribus aliis ibidem à ſe citatis extendit præfatam doctrinam etiam quando ignorantia inuincibilis facti, quo ad illius ſpeciem, & qualitatem culpæ, ſeu delicti eſt concomitans, ita quod ſi percutiens cognouiſſet eſſe Clericum adhuc percuſſiſſet, quam ait ſemper excuſare operantem ab excommunicatione, irregularitate, obligatione reſtituendi, & aliis pœnis. Quæ licet non excuſet à peccato operantem circa illud obiectum, quod ignoratur, cum talis ſit naturæ, vt cum illa maneat affectus circa idem obiectum ignorantum, excuſat tamen opus externum cum illa factum à peccato; cum ex ignorantia inuincibili deriuet, nec ex praua voluntate procedat; quia ſolum feram, aut laicum interficere intendebat.

Quare cum excommunicatio, irregularitas, & cæteræ pœnæ non incurrantur ob ſolum prauum affectum, ſiquidem Eccleſia non punit actus internos, neque etiam reſtituendi obligatio ex ſola praua voluntate, quæ non poteſt nocere, ſed ex actione ipſa externa iniuſtè oritur, immunis erit ab excommunicatione, irregularitate, aliis pœnis, & ab obligatione reſtituendi. Ex quo fit, vt falſo exiſtimans eum quem percutit eſſe Clericum, cum ſit laicus, non incurrat excommunicationem; & eum qui interficit feram, credens eſſe inimicum, non effici irregularem, quia vere percutit laicum, & occidit feram, & prauus ille affectus non ſequuto effectu externo pœnis non plectitur. Ita communiter Doctores, vt apud Sanchez *d. diſp.*32.*n.*28.

Dixi in principio *n* 154. Vel gradus conſanguinitatis, quia vt coniux excuſetur à pœna præfata priuationis iuris petendi debitum, non eſt neceſſe, vt ignoret penitus factum, ſed ſufficit, vt factum ignoretur quatenus ex eo oritur pœna, vt ſi ignoretur, eam, cum qua coniux habet copulam, eſſe in primo, vel ſecundo grado conſanguinitatis cum ſua vxore, ſed exiſtimetur eſſe in ulteriori gradu coniuncta: proinde enim eſt ignorare conſanguinitatem, ac ignorare eius gradum, cui talis pœna ſtatuitur, quia in vtroque caſu vere ignoratur factum tali pœna punitum, vt in terminis Sanchez *diſput.* 48. Reginaldus *num.*297.

Ignorantia inuincibilis iuris Eccleſiaſtici imponentis dictam pœnam priuationis iuris exigendi debitum, an à tali pœna excuſet coniugem, qui habet copulam cum conſanguinea alterius; vbi an ignorantia inuincibilis iuris humani excuſet à pœna legali, quando actus iure humano prohibitus ſub pœna, eſt etiam prohibitus lege naturali, vel diuina, vel alia antiquiori.

Quoad ignorantiam inuincibilem, & inculpatam iuris Eccleſiaſtici punientis copulam coniugis inceſtuoſam præfata pœna priuationis petitionis debiti, illam non excuſare à præfata pœna ſenſere nonnulli à Sanchez *d. diſp.*. 2. *nu.*26. *relati*, freti ea fulti doctrina, quod vbi lex humana ciuilis vel Eccleſiaſtica prohibet actionem ex ſe grauiter malam, & iure naturali, vel diuino, vel alia lege eccleſiaſtica, vel ciuili prohibitam, illamque punit aliqua pœna, ignorantia inuincibilis iuris humani eum, qui talem actionem ſecluſa lege humana grauiter malam, & ab eo cognitam facit, non excuſat à pœna eiuſdem iuris humani ignorati, exceptis cenſuris. Quam doctrinam tradunt, & tenent. Ita Bartholus in *L. cunctos populos num.* 21 *Cod de ſum. Trinitate.* Couarruuias *in cap. Alma mater p.*1. § 10 *à num* 9. Clarus *in praxi crim.* § *fin. q.*60 *num.*11. & Latius *q* 8 *num.*2. Farinacius *in praxi crim. q.*90 *num.*101. Gabiel *comm. concl lib.*1. *tit. de reg iuris concl.*6. *num* 34 Franchus *deciſ.*521 & innumeri alij Iuriſperiti relati à Farinacio *d num.*101 *& eadem q.*90. *num* 40. Sanchez *d. diſp* 32 *num.*7. & Clarus *d cap.*8. *n.*2. vbi dicit eſſe communem, qui in vniuerſum docent forenſem incurrere pœnam ſtatuti, qui actum illo prohibitum ſub certa pœna ſtatuti ignarus, efficit, ſi nouit eſſe alio iure naturali, vel communi vetitum. Et ex Theologis Scotus 4 *diſt.*6. *quæſt.*8. *in princ.* Sotus *ibid diſt.*12. *q.*1 *art.*2. *ad finem ante* 4. *concluſ.* B Ledeſma *de pœnit. vbi de excom. dub* 5. Suarez *de legib lib* 5 *cap.* 12. *& tom.*5. *in* 4. *p. diſp.*31 *ſect.* 6 *num.* 10. Salas *de leg. diſp.* 15. *ſect.* 9. *numero* 110 § *ſed hæc regula* Azorius *p.*1. *lib.*1. *c.* 15. *quæſt.*2. *Ant. la decen, u p.*2. *cap.*5 *diſp.*5. *dub.*10. *concluſ.*2. Layman *lib.*2. *tract* 5 *p* 1. *cap* 5 *num.*10. Carolus Antonius Theſaurus *d cap.*15. § *Reſpondeo tertiò.* Vbi etiam refert ita ſentire Baldellum *theol. mor. to.*1. *lib* 5. *diſp.*45. *num.*7. 8. *&* 9. & plures alij relati à Sanchez *d. diſp* 32. *num.*16. & Diana *p* 3. *tract.*5. *reſol.* 67. *& p.* 4. *tract.*2 *reſol.*36. *& reſol* 85. Qui ducuntur primò, quia ob ignorantiam legis humanæ non ceſſat cauſa pœnæ ab eadem lege humana conſtitutæ, nam lex humana non ſolum tranſgreſſionem ſuam voluntariam, ſed etiam voluntariam tranſgreſſionem legis naturalis, & diuinæ punire intendit, ne delicta maneant impunita. Secundò, quia obligatio delinquentis ad pœnam non pendet ex delinquentium, ſeu peccantium conſenſu, ſed ex authoritate Principis, ſeu legis imponentis, & conſenſu delinquentis ad delicti commiſſionem, nam qui vult antecedens, nempe delictum, vult etiam conſequens, ſcilicet pœnam. Tertiò, quia ignorantia facti non iuris excuſat, *reg. ignorantia* 13. *de reg iur in* 6. *& l. iuris. l. error. & l. reg ff de iuris, & facti ignorantia.* Excipiuntur autem cenſuræ iuxta præfatos Theologos (exceptis Scoto, Soto, & Ledeſma) quas aiunt non contrahi, quando lex Eccleſiaſtica illas ſtatuens inuincibiliter ignoratur, etiamſi actus ſit contra legem Dei, quia re-

quirunt

quirunt contumaciam ex *cap. 2. de conſtit. in 6.* quæ ceſſat, vbi lex inuincibiliter ignoratur.

157 Verùm quod dictum eſt de ignorantia inuincibili facti *ſuprà num* 154. idem dicendum eſt de ignorantia inuincibili iuris, & coniugem, qui habet copulam cum eo, vel cum ea, quem, vel quam ſcit eſſe conſanguineum, vel conſanguineam alterius coniugis in gradu primo, vel ſecundo, ſed inuincibiliter, & inculpatè ignorat legem eccleſiaſticam ſtatuentem pœnam priuationis iuris petendi debitum, excuſari, & eſſe immunem à tali pœna. Ita Sanchez *d. diſp.* 32. *n.* 49. Portel. *in d. dub. reg v. ignorantia num.* 31. & ex recentioribus *ſuprà num.* 154. *relatis.* Pontius, Bonacina, Aneſa *locis d. n.* 154. *citatis.* Reginaldus *d. lib.* 11. *num.* 298. Martinus Perez *d. ſect.* 3. *n.* 3. Villalobos *d. diff* 52. *num.* 9. & alios allegans Diana p 3. *tract.* 5. *reſol.* 12. Et probatur primò, quia ad incurrendam hanc pœnam ius canonicum *in d. cap.* 1. *de eo, qui cognouit*, requirit ſcientiam, ſeu id ſcienter fieri; & cum diſpoſitio ſit pœnalis reſtringenda eſt, vt tam facti, quam iuris ſcientia ibi requiratur, alterius enim ignorantiâ concurrente illi canoni non contrauenitur verè ſcienter. Secundò, quia coniux ſic delinquens ignorans inuincibiliter legem Eccleſiaſticam, quæ tali pœna prohibet copulam cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius coniugis, & ſtatuit inde oriri affinitatem committit quidem adulterium, ſed non inceſtum; quia illa copula ſolum vt fornicaria, & contra iuſtitiam eſt vetita iure naturali; quatenus autem cum ſui coniugis conſanguinea, vel conſanguineo, ac proinde vt inceſtuoſa ſolù iure poſitiuo eccleſiaſtico prohibita; quod affinitatem inde oriri ſtatuit; atque adeo eo ſecluſo in ea copula nulla alia culpa eſſet, præter illam, quæ reperitur in copula cum alio, vel alia non conſanguineo, vel conſanguinea; pœna autem priuationis debiti ſolo inceſtui, ex quo oritur affinitas, eſt iniuncta, *vt d. num.* 154. & alibi ſuprà dictum eſt. Ergo contra, ſicut huiuſmodi iuris ignorantia excuſatur à culpa inceſtus, ſeu à ſpecie culpæ inferentis pœnam priuationis debiti, excuſatur etiam à pœna.

158 Pro maiori confirmatione addo contra Doctores *n.* 156. relatos, quod in vniuerſum etiamſi actus ſit prohibitus lege naturali, aut diuina, aut antiquiori lege humana, quem alia lex ciuilis, vel Eccleſiaſtica poſtea prohibet, & imponit pœnam illum efficienti, legem hanc nouam imponentem pœnam inuincibiliter ignorans, & cognoſcens alia lege prohiberi illum efficiens non incurrit pœnam inuincibiliter legis ignoratæ, ſiue illa pœna ſit aliqua cenſura ipſo facto ſtatuta illum actum facienti, ſiue irregularitas, & quæuis alia pœna; ita quod ignorantia legis pœnam imponentis excuſat à pœna, licet illam ignorans inuincibiliter ſciens actum eſſe alia lege prohibitum illum efficiens peccet mortaliter. Ita vbi pœna eſt aliqua cenſura ſentiunt Clarus *d. quæſt.* 58. *n.* 7. dicens eſſe communem, ab ea in iudicando non recedendum, Azorius *d. cap* 15. *q.* 3. Salas, Suarez, Baldellus, & Theſaurus, *locis ſuprà numero* 156. *relatis*, idem Suarez *de cenſur. diſp.* 4. *ſect.* 8. Coninch *de ſacram. diſp.* 13. *dub.* 10. *num* 91. Bonacina *de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *p* 1. *n.* 7. & innumeri alij, quos late cumulat Sanchez, & ſequitur *de matr. lib.* 9. *d. diſp.* 32. *num.* 9. *&* 17. Et ſiue pœna ſit cenſura, ſiue irregularitas, & quæuis alia pœna; ita ſentiunt ex Iuriſperitis Gratus *conſil.* 49. *numero* 37. *lib.* 2. Panormitanus, Nauarrus, Butrius, Hoſtienſis, Ancharanus, Henricus, Ioannes Andreas, & Crottus à Sanchez *d. diſp.* 32. *n.* 17. *relati.* Vbi etiamſi pœnæ ſint ſpirituales, ait idem ſentire Baldum *in l.* 2. *num.* 11. *de legib.* & Maſcardum *de probat. concl.* 807. *n.* 6. Ita etiam ſentiunt plures alij Canoniſtæ ſcribentes *in c.* 2. *de conſtit. in* 6. Ex Theologis, & Summiſtis ita ſentiunt Angelus, Syluester, Tabiena, Henriquez Lopez, Corduba, Manuel, & alij relati à Sanchez *d. num.* 17. & ex recentioribus idem Sanchez *d. diſp.* 32 *numero* 9. *&* 17. Coninch *diſp.* 18. *num.* 31. Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 20. *num.* 1. Villalobos *p.* 1. *tract.* 2. *diff.* 15. Bonacina, & Reginald. *locis ſuprà allegat.* Caſtr. Palaus *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 1. *punct.* 17. *n.* 1. Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 1. *c.* 2. *q* 5. *numero* 17. Portel *in dub. regular. v. ignorantia n.* 19. Diana *p.* 3 *tract.* 5 *reſolu.* 12. *p* 4. *tract.* 2. *reſolu.* 85. *& p.* 5. *tract* 9. *reſolu.* 17. & alij recentiores ab eodem relati. Probatur primò *ex cap.* 2. *de conſtit. in* 6. vbi expreſſe dicitur *ignorantes non ligari Ordinariorum ſententiis.* & loquitur textus non de ſola excommunicationis ſententia, ſed de omnibus ſententiis Ordinariorum, cum Indefinitè dicat *à ſententiis quorumcunque Ordinariorum*, & ita intelligunt ibi Canoniſtæ, quos *d. num.* 17. refert Sanchez. Secundò, quia pœna non eſt vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit *cap.* 2. *de his, quæ fiunt à maior. part cap. ibi: nec pœna, &c. & cap felicis verſic. illud tamen, de pœnis, vbi iudex pœnam metietur ex culpa*; qui verò tranſgreditur ſcienter legem naturalem, aut diuinam, ignorans inuincibiliter legem humanam pœnalem ſuperadditam, delinquit quidem contra legem naturalem, aut diuinam, ſed non committit delictum contra legem humanam inuincibiliter ignoratam, ergo pœnas tantum iuris naturalis, & diuini incurret, non verò legis humanæ ſuperadditæ. Tertiò ius nouam pœnam facto antea prohibito indicens eſt prorſus nouum quoad pœnam, ac proindè de illo, vt de iure nouo cenſendum eſt. vt Butrius, Immola, Felinus *in d. cap.* 2. *de conſtit.* At à culpa tranſgreſſionis noui iuris excuſantur illud inuincibiliter ignorantes, ergo & à pœna eiuſdem iuris. Pluribus alijs comprobat Sanchez *d. diſp.* 32. *n* 9. Sed tota vis in hoc conſiſtit, quod vbi operans culpa caret, non eſt locus pœnæ, nam pœna decernitur propter culpam, atque adeo ceſſante culpa tanquam cauſa, ceſſare etiam debet effectus, ſiue reatus pœnæ. Qui verò legem pœnam imponentem inuincibiliter illam eſſe ignorans efficit actum ab illa prohibitum cum tali pœna, caret culpa reſpectu illius legis, cum verè ob ignorantiam inuincibilem non peccet contra eam, ſed tantum contra aliam legem, quam nouit eſſe, ergo etiam carere debet pœna illius legis, quæ tantum propter culpam contra eandem legem ſtatuta eſt: Nec eſt verum legem humanam imponere pœnam propter præciſam tranſgreſſionem voluntariam legis naturalis, aut diuinæ, niſi ſimul, concurrat voluntaria tranſgreſſio eiuſdem legis humanæ. Vt conſtat ex *d cap.* 2. *de conſtit. in* 6. *& alijs iuribus* à Sanchez *d n.* 9. *relatis*, & ex rationibus adductis.

Ex quo manet ſolutum primum argumentum *ſuprà n* 156. poſitum.

Ad ſecundum Reſpondetur regulam intelligi ſecundum forum externum in quo ignorantia iuris communis, ac publici regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet; quæ probatio difficilis eſſe ſolet; cum in animo conſiſtat, vt latè Farinacius *in fragm. p.* 2. *v. ignorantia n.* 227. ceſſat autem præſumptio, ſeu probandi obligatio, ſi de veritate conſtet; & quando præſumatur iuris ignorantia, vel ſcientia latè idem Farinacius *d. v. ignorantia à numero* 257. *cum pluribus ſeqq.* vbi *d. n.* 152. *ad* 299. quod ignorantia iuris præſumitur in milite, minore, muliere, ruſtico, & quouis homine groſſo, idiota, & illiterato, illoſque excuſat; de quo etiam idem Farinacius *in praxi crim. q.* 98. *cauſa* 11. *n.* 19. *& ſeqq.* & Maſcadus *concl.* 1285. & Sforſia *Ord. de reſtit. in integ. p.* 1. *q.* 9. 159

Ignorantia vincibilis facti, vel iuris an excuſet à tali pœna priuationis iuris petendi debitum.

160 Porrò etſi plures exiſtiment ignorantiam vincibilem facti, vel iuris non excuſare à pœna priuationis petitionis debiti coniugem, qui ex tali ignorantia culpabili aut facti aut iuris copulam habuit cum conſanguinea vxoris, culpabiliter ignorans ius imponens talem pœnam, vel culpabiliter ignorans eſſe vxoris conſanguineam, vel in ſecūdo gradu, vel cōtraxit cognationem ſpiritualem cum altero coniuge baptizando illius filium culpabiliter ignorans eſſe eius filium, vel eſſe legem imponentem talem priuationem. Ita Abulenſis, Sotus, Corduba, Gutierez, Ouedus, Henriquez, Manuel, & alij à Sanchez *de matr. lib. 9. d. diſp. 32. num. 44 relati.* Nihilominus dicendum quoque eſt ob ignorantiam vincibilem, ſeu culpabilem etiam craſſam facti, vel iuris, dummodo non ſit affectata, vel non ſit adeo craſſa, vt ſit ingens temeritas ignorare, excuſare coniugem, qui ex tali ignorantia poſt matrimonium contraxit affinitatem, vel cognationem ſpiritualem cum altero coniuge, à pœna priuationis iuris exigendi debitum coniugale, vt in his terminis Sanchez *d. diſp. 12. n 47. & 49. fine.* Baſilius Pontius *de matr. lib 10 cap 6 n* 10. Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. p. 2. tract. 9. diſp 25. q* 61. & ex Doctoribus *ſuprà n. 154 & 157. relatis* Reginaldus *d. lib. 31. n. 297.* & Martinus Perez *d ſect. 3. n. 4.* Probatur, quia ad contrahendam hanc pœnam ob affinitatem, vel cognationem ſpiritualem à coniuge contractam poſt matrimonium cum altero coniuge requiritur ſcientia, vt probatum eſt *ſuprà n. 154. & 157. ex cap. 1. de eo, qui cognou. & ex cap ſi vir, de cognat. ſpirit.* At quando lex, vel ſtatutum imponit pœnam ſcienter, vel doloſè aliquid facienti, ſeu ad incurrendam pœnam requirit ſcientiam, vel dolum, ab ea pœna excuſat ignorantia quæcumque non affectata, & quæ non adeo craſſa, vt ſit ingens temeritas, vt docent Nauarrus *in man cap. 27 n. 12. declarat. 4.* Couarr. *de ſponſ. p. 2. cap. 6. §. 8. n. 21.* Tiraquellus *de pœnis temp. cauſa 13. n. 13. & ſeqq* & in cap. *Alma mater p. 1. §. 10. n. 17. verſic eadem ſanè ratione*, & alij Iuriſperiti à Sanchez *d. diſp. 31. nu. 36. relati.* idem Sanchez *ibid.* Salas *de leg. diſp. 15. ſect. 9. num.* 114. Suarez *de leg lib. 5. cap. 11. n. 14. & de cenſur. diſp 4. ſect. 4. à n* 9. Reginaldus *d n.* 197. Baſilius Pontius, & Perez *locis ſuprà allegatis.* Bonacina *de cenſur. diſp. 1. q. 1. p. 1. n. 11. & q. 2. p. 3 n 18. & diſp 2. q. 7. p. 4. n. 8. & de cenſuris in particulari diſp. 2. p. 4 n* 8. Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 2. diſp. 1. p. 18. n. 1.* Diana *p. 3. tract. 1. reſol. 13. verſic. Notandum. & tract. 6. reſol. 7. p. 4. tract. 4. reſolut. 48. & p. 5. tract. 9. reſol. 17.* Hurtadus *de cenſ. in comm. diſſ. 21. n* 91. Durandus *in Bullam Cœnæ lib. 2. cap 1. q. 36. & q. 37.* Conioch *de ſacram. diſp. 13. dub. 11.* & plures alij à Sanchez *d. n. 36.* & Diana *ibidem relati.* Quidquid ſecus ſentiant Toletus & Alterius ab eodem Diana allegati. Quod probatur primò, quia quoties lex in delinquente requirit ſcientiam ad pœnam incurrendam, petit etiam dolum, vt Dominicus teſtatur *in cap. 15. qui. §. is verò num. 1. de ſent. excomm in* 6. Sanchez *d. n. 36.* ad dolum autem non ſufficit lata culpa, ſed illum excludit quælibet ignorantia, etiam craſſa, quæ non ſit affectata, vel non æquiparetur temeritati. Vt conſtat *ex l ſed etſi lege 5. iure. ff. de petit. hered. ex l. igitur 12. verſic. generaliter ff. de liberali cauſa. & ex l ſi quis id, quod. verſic. doli mali. ff. de iuriſd. omn. iud.* quos textus ad id ponderant Sanchez, & Tiraquellus, & expreſsè indicant dolum excludi per ignorantiam, errorem, & imperitiam quamlibet. Ita ſentiunt alij, quos refert & ſequitur Farin. *in praxi q. 90 n. 99. & 2. p fragm. crim. v ignorantia n* 161. *fine &* 166. Et ratio eſt, quia qualibet ignorantia interueniente deficit animus delinquendi. Secundò probatur, quia qualibet ignorantia data quis non verè diceretur ſcienter feciſſe, ſed ignoranter. Tertiò, quia tunc legiſlator intendit punire delictum expreſsè, & formaliter volitum præcedente illius notitia, quod non accidit, vbi adeſt ignorantia etiam craſſa; quia tunc verè non adeſt notitia illius, & ſolùm eſt virtualiter volitum. Addit Sanchez eodem *n. 36.* quod, quando lex non addit *ſcienter*, requiritur craſſa ignorantia, ne ignorans à pœna legis excuſetur, vt ipſe tradit *diſp. 32. n* 31. ergo amplius requiritur, quando addit *ſcienter*; quia alioqui fruſtra adderetur. Neque obſtat ſi dicatur, idem eſſe ſcire, & debere ſcire *l. quod te mihi 5. ff. de reb. creditis.* Nam id verum eſt quoad peccatum, etſi ex ignorantia culpabili agens contra legem peccat; at non quoad pœnas incurrendas, tunc enim non eſt idem ſcire, & debere ſcire.

Quod dictum eſt, quando lex dicit, *qui ſcienter*, &c, etiam debere dici, quando dicit, *ſi quis auſus fuerit*, tradit *d. diſp. 32 num. 37.* Sanchez cum P. Ledeſma: 161
quia audacia temeritatem importat ex Gloſſa *in d l. ſi quis in tantum. v audaciam. C. vnde vi.* Vnde audax cum præſumente iungitur *l. habita. Cod. ne filius pro patre*, ibi, *vt nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam ſcholaribus iniuriam inferre præſumat.* Idem quoque debere dici, ſi lex pœnam imponat præſumenti aliquid facere vel auſu temerario facienti aiunt idem Sanchez *n. 38.* & recentiores *citati.* Cum non verè dicatur præſumens is qui ignorantia culpabili, & craſſa efficit & quia præſumere dolum importat, & temeritatem iuxta Nauarrum *d cap 27 numero* 155. & alios ab eodem Sanchez *d. num* 39. & Diana *d. reſolu. 13. relatos*, & ita in his terminis tenent idem Nauarrus *d cap 25. n. 74.* Suarez *de cenſur. d. diſp. 4. ſect. 10. n* 4. & alij à Sanchez *d. numero 38. relati* contra Innocentium *in c cum medicinalis fine de ſent. excom.* dicentem in hoc caſu probabilem ignorantiam excuſare, craſſa autem reddere faciliorem diſpenſationem.

162 Cæterùm ſi ignorantia fuerit adeo craſſa, vt ſit ingens temeritas, hanc ignorantiam non excuſare à pœna impoſita ſcienter facienti vel præſumenti, ſeu audenti facere; vel auſu temerario facienti tradunt Nauarrus *d. num. 74* Sanchez *d. diſp. 32. numero* 39. alios allegans, Suarez *d ſect. 4. num. 5.* Bonacina *d. p. 11. citato numero 11. fine & d p. 4. numero* 4. Reginaldus *loco ſuprà citato*, Duardus *d. quæſt. 36. num. 18.* Diana *d. reſolu. 13.* & indicant Pontius, Palaus, Perez, & Leandrus *ſuprà num. 150 citatis* Etenim talis ignorantia, vt quaſi ſcientia reputatur, & conſtituit in dolo, vt tradit Butrius *in cap. 2. de conſtit n. 9.* vbi ait, in canone requirente dolum incidere laborantem ignorantia in tantum craſſa, ſeu craſſiſſima, quæ importaret latiſſimam culpam, & dolo æquipararetur; & etiam expreſſe Suarez ibidem dicit in huiuſmodi valde craſſa, & ſupina ignorantia præſumi inеſſe dolum iuxta *l 3. §. generaliter. ff. de dol. except.* Quamuis contrarium alleget Hurtadus *d diſſ. 21 n. 92* (quem approbat Diana *d. p. 5. tract. 9. reſol. 17.*) quia, inquit, quod fit, ex ignorantia, vel cum ea, quæcunque ſit, non fit ſcienter, ſeu cum dolo, quia verè fit ignoranter; & quamuis (addit) dicta ignorantia ferè æquiualeat ſcientiæ, ſeu dolo quoad incurrendam culpam, non tamen quoad pœnam, quando hæc imponitur contra ſcienter, ſeu ex dolo peccantes, & etiam cōtra eos, qui aliquid facere præſumpſerint, aut auſu temerario aliquid fecerint, cū pro eodem ſumantur, & idem ſit aliquid facere ſciēter, ſeu ex dolo; & illud facere auſu temerario, & præſumere illud facere, & illud contemnere. Ad id allegat Hurtad. etiam Vaſq. de excommunicatione *dub. 13.* Syluestrum *v. culpa. 11.* Angelum, & Tabienam *v. Dolus*: Ob quæ tamen non recedendum à

priori

priori ſententia communi, cuius fundamentum non euacuat ratio illa Hurtadi; nam iuxta iura ignorantia illa craſſiſſima habetur pro ſcientia, & conſtituit in dolo, & importat animum delinquendi contra legem.

163 Idem dicendum eſſe de ignorantia affectata, qua ſcilicet ignorans eligit neſcire, vt liberius delinquat eam nempè non excuſare ab huiuſmodi pœna legali vel ſtatutaria ciuili, vel canonica ſcientiam ac præſumptionem requirente, tradunt communiter Doctores Iuriſperiti, & Theologi. Ex Iuriſperitis I a Gloſſa *in clement.* 1. *v. ſcienter de conſang. & affin. & in cap. eos v affectata, de temp. ordinat.* Ioan. Baptiſta Coſta *in tract de facti ſcientia & ignorantia inſpect.* 81. *n.* 9. *& ſeq.* Maſcardus *de probat concl.* 879. *n* 31. Farinacius *in frag. 2 parte v. ignorantia numero* 167. & apud eundem Iaſon Felinus, Rebuffus, Gallus, Seraphinus, *de priuileg. iuram.* Tuſcus, & alij. Ex Theologis D. Antoninus, Sylueſter, Tabiena, Petr Ledeſma à Sanchez *d. diſp.* 12. *numero* 40. *relati.* idem Sanchez *ibid.* Suarez *de cenſur. diſp* 4. *d ſect.* 4 *num.* 3 Filiuccius *tom* 1 *tract* 1 *c.*8 *n.*260. *verſic ſecundum* Porte *d. v. ignorantia numero* 29. Salas *loco ſuprà n.* 160 *citato.* Perez *d. ſect.* 5. *n* 5. Reginaldus, Pontius, & Leandrus *locis ſupra* allegatis. Fundamentum eſt, quia ignorantia affectata cum ſit indirectè volita (in quo differt ab alia ignorantia vincibili etiam craſſa, & ſupina ſubſequente, vel concomitante, vt Sanchez *in ſum lib.* 1 *c.*6. *n.*6. & alij Theologi agentes de ignorantia, & patet ex ſe) in iure æquiparetur ſcientiæ *Clem.* 1. §. *non rigorem, de iudiciis vbi affectans citationis ignorantiam* habetur pro citato, Menochius *de arbitr. caſu* 316. Maſcardus *concl.* 879. *n.* 31. & cum directe, & per ſe eligatur, ideoque ſit in ſe directe volita, vt dixi; & includat ſcientiam ſaltem periculi, dubitationem, & ſuſpicionem tranſgreſſionis legis, non efficit actum inuoluntarium, nec minuit culpam, neque etiam excludit temeritatem, & præſumptionem (quæ in cauſa ſunt, vt ignorantia à pœnis excuſet) ſed potius voluntarium, & culpam auget ex S. Thoma 1. 2. *q.* 6. *art.* 6. *corpore.* & etiam ſufficit ad directam intentionem, temeritatem, & præſumptionem, quia vere propria & magna temeritas, & præſumptio eſt ex directa voluntate operari, ſcienter cum periculo agendi contra legem, per quam pœna etiam ſcienter operanti, vel præſumenti facere infertur ipſo facto, & ideo incurritur pœna; quod ſecùs eſt in ignorantia tantum indirecte voluntaria licet craſſa, & ſupina, nam in tali caſu tranſgreſſio ſemper eſt ex negligentia potiùs acquirendæ ſcientiæ, quam ex temeritate, præſumptione, aut malitia.

164 Contra hanc communem, & etiam ignorantiam affectatam excuſare à pœna impoſita contra ſcienter vel doloſè, vel temerario auſu delinquentes tenent Bonacina *locis ſuprà numero* 162. *relatis* Hurtadus *d. diſ.* 21. *numero* 91. Duardus *in d. can* 1 *quæſt* 37. Diana *d. p.* 3. *tract.* 5. *reſolu.* 13. *& tractat.* 6. *reſolu* 7. *& p.* 5. *tract.* 9. *d. reſolu.* 17. Ghillinus *v, excommunicatio numero* 21 Cæleſtinus *in compendio tract.* 5. *cap.* 5 *numero* 4. à Summa Diana v. ignorantia *num.* 7. relati, alij relati ab Hurtado *ſupra num.* 162. *citati*; & etiam Sanchez *in hac ſibi contrarius in ſum. lib.* 2. *capite.* 10. *numero* 58. vbi tenent ab excommunicatione bullæ cœnæ lata contra eos, qui ſcienter legunt, tenent, imprimunt, defendunt libros hæreticorum, excuſare ignorantiam etiam affectatam, vt ita ignorans libri authorem liberius legeret; quia, inquit, reuera non dicitur hic ſcienter legere. Nec eſt ingens temeritas, niſi quando vehementem habuit ſuſpicionem malitiæ libri, quia tunc reputabitur ſciens. Probatur ergo hæc ſententia ratione *ſuprà num.* 162. adducta ea Hurtado; quod non fiat ſcienter, & cum dolo, quod fit ex quacunque ignorantia etiam affectata; & legiſlator (inquit Bonacina) illis modis loquendi, qui *ſcienter*, vel *temerè*, vel auſu temerario, vel ex præſumptione fecerit, &c. non videtur requirere quamlibet temeritatem, præſumptionem, vel contemptum, ſed videtur exigere temeritatem, & præſumptionem prouenientem ex certà ſcientia, vel ſaltem coniunctam cum ingenti temeritate, & videtur etiam Suarez *d. num.* 10. initio admittere tanquam probabile ex ignorantia affectata operantem contra legem pœnalem requirēte ſcientiam, &c. non incurrere pœnam legis ob eam rationem; quod licet ſic operari quædam temeritas ſit, non eſt tamen directa temeritas contra legem, de qua ipſa loquitur: qua ratione vtitur etiam Duardus; probabile etiam putat Filliucius loco citato. Sed ob hæc quoque puto non eſſe in praxi recedendum à communi ſententia, quam ſatis efficaciter probat ratio illa, quod ignorantia affectata cum ſit in ſe, per ſe, & directè volita & includat ſcientiam periculi violandi legem, æquiparatur ſcientiæ, & non efficit inuoluntarium; vel ſolum voluntarium indirectum; ſed ſufficiat ad rectam intentionem, & ideo etiam ſufficit, vt ex ea operans dicatur, & ſit reuera temerarius legis violator, vt latius etiam declarat Suarez vbi ſupra.

Ad euitandam autem hæreſim, & conſequenter etiam excommunicationem hæreſi annexam, qua ratione ſufficiat etiam ignorantia affectata latè explicaui *in tractatu de triplici iubilei priuilegio ſect.* 1. *caſu* 10, §. 4. *à n.* 93 *ad* 98.

Ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam priuationis debiti coniugalis, cenſuras, irregularitatem ex delicto impoſitam, & alias pœnas, an ſufficiat ſcientia iuris pœnam imponentis; an verò requiratur etiam ſcientia ipſius pœnæ à iure, ſeu lege impoſitæ; ita quod ignorantia ſolius cenſuræ, & alterius pœnæ ab illius incurſu excuſet.

Reſtat modo videndum, an ſi coniux, qui contraxit cum altero affinitatem ob carnalem copulam habitam cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius, habuit ſcientiam facti (ſcilicet nouit eſſe coniunctum vel coniunctam in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis) & iuris (nempe nouerit talem copulam ſpecialiter à iure Eccleſiaſtico prohiberi) laborauit ignorantia pœnæ priuationis iuris petendi debitum illo iure ſtatutæ, excuſetur ab eadem pœna, necne propter ſolam illam pœnæ ignorantiam.

Huius verò difficultatis reſolutio, pendet ea reſolutione illius difficultatis, an ad incurrendas pœnas cenſurarum, irregularitatem ex delicto, & alias pœnas à lege humana ipſo facto delinquentibus ſtatutas, ſufficiat ſcientia iuris, ſeu ipſius legis prohibentis adiecta pœna contrauenientibus, an verò vltra hoc requiratur etiam ſcientia ipſius pœnæ; ita quod ſi hæc ignoretur inuincibiliter talis ignorantia inuincibilis excuſet à pœna;

Ignorantia ſolius pœnæ inuincibilis, & inculpata an excuſet à pœna.

Et prima ſententia abſolutè negat talem ignorantiam ſolius pœnæ excuſare delinquentem, ſeu violantem legem tali in pœnam ſtatuentem, ſiue illa, pœna ſit excommunicatio, aut alia cenſura, ſiue irregularitas in pœnam delicti ſolum impoſita, ſiue quæcunque alia pœna. Ita Couarruuias dicens contrariam ſententiam eſſe maximam, & pudendam oſcitantiam *in cap. Alma Mater* 1. *p.* §. 10. *num.* 10. *& ſeqq.* Baldus in

iure

cap.2.num.1. ad finem de conſtitutionibus. Clarus *in practica q.85.num.2.fine*, loquendo in puncto iuris, quamuis quoad excommunicationis pœnam dicat in iudicando non eſſe recedendum à contraria opinione, vt pote magis fauente animabus) Corduba *in queſtionario lib.2 q.25.* Auila *de cenſur p.2. cap. 5. diſp. 5. dub* 10. *concl.2.* & nonnulli alij Iuriſperiti relatia Couarruuia *d.§.10 num.* 11. vbi etiam teſtatur Scotum *in 4. diſt.* 69 *a.8.* hanc ſequi opinionem, ſaltem vbi actus lege humana cum adiectione pœnæ probibitus, eſt etiam iure diuino damnatus. Plura adducit Couarruuias ad confirmandam hanc ſententiam, & poſt eum Corduba. Præcipua autem fundamenta ſunt; primò, quod obligatio delinquentis ad pœnam non pendet ex conſenſu delinquentis in pœnam, ſed ea authoritate legis pœnam imponentis, & conſenſu ipſius delinquentis in delictum ipſum, *Inſtit. de oblig. quæ ex delicto, in principio*, vbi quod ex maleficio naſcitur obligatio, & *l. imperatores ff. de iure fiſci, ibi: Tu te huic pœna ſubdidiſti.* Et ratio eſt, quia qui vult antecedens, ſcilicet delictum, vult etiam neceſſario conſequens, nempè pœnam *l. illud ff. de acquirenda hered.* Secundò quia ſi deſideratur ſcientia pœnæ maxime, vt voluntas delinquentis, & violantis legem pœnalem feratur & conſentiat in pœnam, ſed hoc non eſt neceſſarium, nam ad pœnam (cum ſit extra nos) non deſideratur voluntas, ſicut ad culpam (cuius principium eſt intra nos, cum omne peccatum ſit voluntarium) ſed imò de ratione pœnæ eſt, vt voluntas repugnet, Tertiò, quia alioqui peccantes mortaliter ignorantes pœnam inferni eſſe debitam peccato, vt infideles, excuſarentur à pœna inferni. Demum quia multi hæretici ignorantes inuincibiliter cenſuram aliquam eſſe annexam legibus Eccleſiaſticis, illas tranſgredientes non incurrerent illas.

166 Secunda ſententia aſſerit ignorantiam tantum excommunicationis latæ per Ordinarios, ſeu per ſtatutum, aut conſtitutionem dicentes ob actum iure naturali, vel diuino, aut Pontificio, vel Concilio Generali damnatum excuſare ab illius incurſu, non autem ſi excommunicatio ſit lata à Pontifice, vel Concilio Generali ob actum contra ius naturale, vel diuinum; in alijs autem pœnis impoſitis per legem humanam quamcunque actui alias iure naturali, aut humano antiquiori prohibito ignorantiam pœnæ ſolius non excuſare ab iiſdem pœnis delinquentem. ita ſentire Abbatem, Butrium, Felinum *in cap. à nobis de ſenten. excommun.* Diedonem, Ioannem Craſſum, Adrianum, Ioannem Maiorem, & Syluestrum *ob textum in cap. 2. de conſtit. in 6.* referunt Couarruuias *d.§.10. numero 8. initio, & numero* 11. & Henriquez *lib. 13. cap. 23 numero 3. lit Z. in Gloſſa.* ita ſentit etiam Hurtadus *de cenſ. in com. diff. 22 n.94.*

167 Tertia ſententia aſſerit vniuerſaliter ignorantiam excommunicationis excuſare ab illius incurſu facientem opus cum cognitione iuris poſitiui illud prohibentis ſub excommunicatione, non autem ignorantiam aliarum cenſurarum, aut irregularitatis ex delicto, vel pœnarum. ita Sotus *in 4. diſt. 3. aliarum quæſt. vnic. art. 9. ad finem.* Henriquez *dict. num* 2. Ledeſma, & Ludouicus Lopez, quos ad id refert Sanchez *de matr. lib. 9. diſp. 32. numero* 31. Primam partem huius ſententiæ probant hi Doctores, & alij Doctores pro ſequentibus ſententiis citati, ignorantia excommunicationis excuſat à ſpeciali contumacia, & inobedientia, pro qua ſola ſtatuitur, & incurritur maior excommunicatio. Quod enim pro ſpeciali contemptu, & contumacia, ſeu inobedientia imponitur, & feratur excommunicatio maior, eſt communis Doctorum, & conſtat *ex cap. nemo Epiſc. 11. quæſt. 3.* ibi *Qui aliter non potuerunt corrigi*, & capite *ſacro, de ſent. excom.* ibi *prohibemus ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam ferat, niſi competenti monitione præmiſſa*; ablata autem cognitione excommunicationis latæ in inobedientes, & contumaces non poteſt eſſe competens monitio, , & ſpecialis contemptus, & inobedientia, ſi enim nouiſſet excõmunicationem, forſan reſipuiſſet. Præterea excommunicatio nõ ordinatur ſolum ad puniendum delictum ea ratione quia eſt commiſſum, ſed vt medicina ad emendandum, & corrigendum, ac ſuſtinendum à peccato ob timorem tam grauis pœnæ. Ergo certum videtur ad illam incurrendam requiri eiuſdem pœnæ cognitionem; alioqui non eſſet medicina, ſed tantum obeſſet, ſi etiam ignorata incurreretur. Denique quia excommunicatio eſt vltima, & grauiſſima pœna & conſequenter requirens ſummam contumaciam, & inobedientiam, & durans durante contumacia, & inobedientia, ergo ad hoc, vt incurratur, debet adeſſe non ſolum ſcientia iuris prohibentis, vel præcipientis actum aliquem adjecta ſententia excommunicationis. ſed etiam ipſius excommunicationis. Secundam partem eiuſdem ſententiæ quoad alias pœnas præter excommunicationem probant argumentis adductis ad probandam primam ſententiam.

Quarta ſententia ſuſtinet, vbi quis ſcit actionem prohibitam eſſe à lege humana, & ignorat pœnam 168
per illam legem inflictam, ignorantiam ſolius pœnæ ſi ſit inuincibilis, & inculpata excuſare à pœna excommunicationis, & cuiuſuis cenſuræ tali modo ignoratæ, non autem excuſare ab irregularitate etiam impoſita ob delictum, neque etiam cæteris pœnis ſiue latæ, ſiue ferendæ ſententiæ tametſi inuincibiliter ignoratis. Ita Suarez *de legib. lib. 5. cap. 12. num. 11. de cenſur. diſp. 4. ſect. 10. num. 18, & 22. & diſp. 40. ſect. 10. numero 9. & tom. 3. p. diſp. 31 ſect. 6.* Molina *tract. 5. diſp. 71. numero 9.* Vaſquez *tom. 4. dub. 16. de excommun.* Salas *de legib. diſp. 15. ſect. 9. numero* 113. Azotius *p. 1. lib. 1. capite 15. quæſt.* 7. Reginaldus *lib. 11. numero 298 verſic. Tertia concluſio.* Filliucius *tom. 1 tract. 11. cap. 8. num. 357. & 258.* Baſilius Pontius *de matr. lib. 10. cap. 6. num. 12.* Hurtadus *de irregular. diſputat 1. diff. 8. numero 29. & 30.* Martinus Perez *de matr. diſp. 52. ſect. 5. numero 6.* Laymann *lib. 1. tract. 4. cap. 20. numero 6. & tract. 5. p. 1. cap. 5. numero 8.* Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. tract. 9. diſp. 52. quæſt. 62.* Carolus Antonius Theſaurus *de pœn. Eccleſ. p. 1. cap. 5. reſponſo 4.* & nonnulli alij apud eoſdem.

Hæc ſententia quoad primam partem de pœna excommunicationis, & aliarum cenſurarum; probatur ex traditis numero præcedenti de ſola pœna excommunicationis; nam omnis cenſura, vt incurratur, requirit ſpecialem inobedientiam Eccleſiæ, & contumaciam, & præuiam monitionem per legem Eccleſiaſticam iuxta iura numero præcedenti allegata, quæ omnia ceſſant quidem, vbi ignoratur ipſa cenſura, licet ſciatur ius prohibens actionem ſub tali cenſura, omnis pariter cenſura non eſt inducta ſolum vt pœna ad puniendum delictum, quia commiſſum eſt, ſed etiam vt medicina ad emendandum, & ad retrahendum à peccato; ex quo clare patet requiri ſcientiam ipſius cenſuræ; nam alioqui non eſſet medicina, ſed tantum ſi contraheretur ignorata Præterea ita deciſum videtur *d. cap. 2. de conſtit. in 6.* vbi generaliter definitur ſententiis *Ordinariorum prælatis non ligari ignorantes*, vbi nomine ſententiarum intelliguntur præſertim cenſuræ, & cum decretum ſit fauorabile animabus, ibi; vt *animarum periculis obuietur*, quæ eſt ratio decreti; retenta verborum proprietate rectè intelligitur, & intelligi debet non de ſola ignorantia iuris, ſeu ſtatuti, ſed etiam de ignorantia ſententiæ ſeu cenſuræ adiunctæ. Et licet textus expreſſe loquatur de ſtatutis, ſeu legibus Ordinariorum, tamen ratio ibi adducta extendit deciſionem etiam

ad

ad leges Papæ, & Conciliorum, cum ignorantur à tranſgreſſoribus, & ignorantia pœnæ per ius commune impoſitæ ſolum videtur differre ab ignorantia illius, quæ Epiſcopali conſtitutione ſtatuitur quoad fori externi præſumptionem. in quo hæc præſumitur inuincibilis, vel ſaltem facilius præſumitur inuincibilis, quam ignorantia pœnæ communis. At in foro conſcientiæ ſi vtraque ſit inuincibilis, nulla diſcriminis ratio apparet; ac proinde ſi ignorantia excuſat ab hac, excuſabit etiam ab illa, aut à neutra; & ita textus *in d. cap. 2.* intelligi debet de vtraque ignorantia.

169 Eadem ſententia quoad ignorantiam inuincibilem irregularitatis ob legis tranſgreſſionem, & delictum ſtatutæ, & cæterarum pœnarum à cenſuris probatur, & imprimis de ignorantia irregularitatis, quia irregularitas, quando eſt pœna, non fertur, vt medicina, neque ob contumaciam, ſeu ſpecialem inobedientiam, ſed in vindictam peccati, ſeu delicti commiſſi, propter turpitudinem ſeu maculam culpæ ob quam Eccleſia criminoſum reddit inhabilem ad altaris miniſterium, ſeu ad ordines; ac proinde ſcientia eiuſdem irregularitatis, cum adeſt in delinquente ſcientia legis prohibentis actum ſub tali pœna, non requiritur ad illam incurrendam, ſed ſufficit quod tranſgreſſio legis illam imponentis, ſit lethaliter culpabilis, licet ipſa irregularitas tranſgreſſioni impoſita inuincibiliter ignoretur. Et quod abſque notitia irregularitatis factum habeat minorem contumaciam, ſeu inobedientiam reſpectu Eccleſiæ parum refert; quia abſque ea notitia habet ſufficientem contumaciam, & indecentiam. Secundò probatur in vniuerſum de ignorantia ſolius pœnæ quoad irregularitatem ipſam, & cæteras pœnas à cenſuris; quia vbi cognoſcitur prohibitio actus facta à lege, ignorantia pœnæ à lege impoſitæ, quantumcunque ſit inculpata, non excuſat à culpa legis tranſgreſſionem, vt per ſe conſtat (quia vt lex in conſcientia obliget non requiritur adiectio pœnæ; ac proinde ignorata pœna agens contra legem peccat) ergo nec excuſat à pœna, quia non ceſſante cauſa, non ceſſat effectus. Præterea illa pœnæ ignorantia ad ſummum facit vt eadem pœna non ſit voluntaria, ſed hoc ſeu quod tranſgrediens legem culpabiliter non velit pœnam, ſeu in eam non conſentiat nil refert ad incurrendam pœnam, quia de ratione pœnæ (vt *ſupra n. 165.* dictum eſt) non eſt, quod ſit voluntaria, cum pœna potius poſtulet, vt ſit inuoluntaria. Sic Deus punit æterna pœna etiam eos, qui ignorabant eam peccatis ſuis deberi talem pœnam, ab hominibus ſuſpenditur latro, etiam qui pœnam ignorabit. Confirmat Per. *vbi ſupra*, quia ex vi culpæ, ait, ita homo ſubiicitur poteſtati iudicis, vt poſſit ab illo puniri iuſta pœna vel iuxta leges, ſi in illis contineatur pœna; vel eius arbitrio, ſi ei commiſſum ſit, ſiue pœna ſit huius, ſiue alterius generis, & ſiue ſit moderata, ſiue rigoroſa, dummodo non excedat proportionem delicti; hanc enim ſolum requirit æquitas iuſtitiæ ex parte delinquentis; optio autem pœnæ iudici commiſſa eſt. ita Perez.

170 Declarant tamen Suarez, Salas, & Pontius locis citatis, id eſſe intelligendum per ſe, ac præciſè, nam ſi ignorantia pœnæ redondet in obligationem grauem tunc aiunt, quod ignorantia illa excuſat culpam, & conſequenter etiam pœnam.

171 Declarat etiam Laymann *d. c. 25. numero 6.* non procedere, ſi pœna ſit admodum grauis, & pluſquam mereatur delictum abſolute ſpectatum, vt exempli gratia, ſi Peregrinus tranſeat per regionem in qua ſub pœna grauiſſima prohibita ſit venatio ferarum; non videtur (inquit) affligendus tanta pœna ſi violet legem ſciens quidem venationem prohibitam eſſe, ſed inculpate ignorans grauitatem pœnæ cum in ſua regione, & ſpectata ipſa natura rei non ita grauiter venatores puniri ſoleant.

Addunt Reginaldus *lib. 13. num. 274.* & Carolus Antonius Theſaurus *dicto reſponſo 4. fine.* tanquam certũ ad incurrendam pœnam à lege humana ſtatutam contra facientem actum eadem lege prohibitũ non requiri ſcientiam diſtinctam, & ſpecificam illius pœnæ, ſed ſufficere confuſam cognitionem ſcilicet; quod quis æſtimet in confuſo, & in genere tranſgreſſorem talis legis; quam notitiam ait Theſaurus nunquam ſolere deeſſe in delinquente. Id probat Reginaldus à ſimili, quia vt ſeruus, inquit, mandatum aliquod ſui Domini tranſgrediens iuſte puniatur aliqua ſpeciali pœna qua Dominus ſtatuit eiuſmodi tranſgreſſionem punire non requiritur eam ipſam ſpecialem pœnam ipſi ſeruo eſſe, expreſſe declaratum ſed ſufficit propoſitam illi eſſe in confuſo v. g. dicendo, quod niſi mandatum exequatur, pœnas daturus ſit. Similiter peccans mortaliter vt iuſtè puniatur pœna inferni, non requiritur, vt id diſtinctè nouerit, ita ergo ad incurrendam pœnam lege ſtatutam ſufficere poteſt, quod ea cognoſcatur confuſe; vt cenſetur, cum generaliter ſcitur aliquid eſſe prohibitum pœna conſtituta contrauenienti; ita quod ignorantia pœnæ ſpecificæ ab eo non excuſet. ita Reginaldus *loco citato.* 172

Prædictis tamen omnibus non obſtantibus alij probabilius (& eſt quinta ſententia, cui potius adhæreo) aſſerunt in vniuerſum ignorantiam inuincibilem pœnæ à lege eccleſiaſtica, vel ciuili ſtatutæ facienti, vel non facienti talem actum, quem lex ipſa prohibet, vel præcipit ſub tali pœna excuſare præſertim in foro conſcientiæ ab eadem pœna delinquentem, qui ſcit ius humanum prohibens, vel præcipiens actum, & ſolum pœnam ipſam ignorat. Quare ſiue pœna legalis, ſeu iuris humani ſit excommunicatio, ſiue alia cenſura, ſiue irregularitas ratione ſolius delicti in pœnam ſtatuta, ſiue quæuis alia pœna, eam non incurrit delinquens, qui ſcit quidem, opus eſſe iure humano prohibitum, ignorat tamen inuincibiliter ipſam pœnam nempe cenſuram, irregularitatem, aut aliam pœnam eodem iure impoſitam. Huius ſententiæ Couarruuias *in d. cap. Alma mater d. §. 10. num. 8. verſic. contrariam aſſertionem* ait eſſe Ioannem Andream, Butrium, & Felinum *in cap. 2. de conſtit. in 6.* & Rotam *deciſ. 444. in nouis.* ita expreſſe ſentiunt Nauarrus *in man. cap. 23. num. 47.* (vbi ait hanc ſententiam in foro conſcientiæ multos pios conſulari maximè in materia cenſurarum, & irregularitatum) *& c. 27. num. 174. & d. num. 47.* D. Antoninus, Syluester, Angelus, Caietanus, Hoſtienſis, Philliarchus, Manuel, Ledeſma relati partim à Nauarro *d. num. 47.* partim à Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 32. num. 20.* idem Sanchez *ibidem num. 21.* Sayrus *de cenſur. lib. 1. cap. 18. num. 17.* Portel *in dub. reg. v. ignorantia num. 18. 20. & 22.* Aegidius Coninck *de ſacram. diſp. 18. dub. 4. num. 31.* Bonacina *de cenſur. diſp. 1. q. 2. p. 1. num. 13.* Caſtrus Palaus *to. 1. tract. 2. diſp. 1. p. 17. num. 5. 6. & 7.* Duardus *in bullam cœnæ lib. 1. cap. 2. num. 30. & 31.* Diana *p. 3. tract. 1. reſolut. 12. & reſol. 64. & p. 4. tract. 2. reſol. 85.* & nonnulli alij recentiores apud eundem. 173

Hæc ſententia quoad ignorantiam excommunicationis, & aliarum cenſurarum probatur ex traditis *ſupra num. 165. 167. & 168.* Quoad pœnam irregularitatis, quæ ſit impoſita tantum in vindictam delicti, non vero etiam ex indecentia, vel defectu ſignificationis (vt eſt irregularitas impoſita propter homicidium voluntarium) probatur primò ex *d. cap. 2. de conſtitutionibus* (quod *ſupra num. 168.* probatum eſt habere locum etiam in pœnis lege S. Pontificis vel Concilij generalis ſtatutis) vbi dicitur ignorantem 174

non

non ligari ſententiis, vbi nomine ſententiæ non intelligitur ſola excommunicatio, ſed omnis ſententia pœnalis; propoſitio enim indefinita iuris tradens regulã æquiualet vniuerſalim, vt Iuriſtæ communiter tradunt. Secundò, quia *can. propoſuiſti d.82.* conceditur venia clericis ignorantibus conſtitutionem Papæ, quæ deponebat clericos incontinentes, ergo ignorantia pœnæ à pœna per legem impoſita excuſat; & licet Pontifex illos clericos incontinentes aliqua pœna plectat, hoc non officit, hæc enim ſententia non negat delinquentem contra legem ignorantem legis pœnam non debere aliqua pœna plecti, ſed negat incurrere pœnam ipſam à lege ſtatutam. Tertiò, quia irregularitas, quæ eſt ſolum pœna delicti, ſimilis eſt valdè cenſuris, tum in eo quod delinquens in ſe illam exequi debet, vt ſupra hoc capite traditum eſt; tum quia ſolet imponi ſolum ad puniendam alicuius contumaciam, & ſingularem inobedientiam contra poteſtatem Eccleſiaſticam; vel ob grauiſſima crimina, qualis eſt impoſita iis, qui cenſura innodati exercent actum ordinis, violantibus interdictum, occidenti hominem; & quod irregularitas ſit pœna contemptus, ſeu quæ requirit contemptum, tradunt Panormitanus *in cap. paſtoralis §. verum num.15. de appellat.* Nauarrus *in cap. accepta, de reſtitut. ſpoliat. oppoſit.81. illat 9. num.35. & in cap. cum contingat cauſa 14. nullitatis, remed.2. num.7. &* Sanchez *d. diſp.32. num.17.* Ad textum autem *in cap. cum illorum, de ſent. excom.* vbi ſummus Pontifex ait poſſe diſpenſari cum percuſſore Clerici, qui poſtea ſuſcepit ordines, ſi ſuſceperit ignorans ius, ſcilicet ſe teneri ad non ſuſcipiendos ordines; Ex quo Azorius vbi ſupra infert ignorantiam non excuſaſſe ab irregularitate, de qua ibi, quia aliàs non eguiſſent diſpenſatione. Suarez *de cenſur. diſput.4. ſect.9. num.15.* & Palaus *d. num.6.* aiunt ibi ſermonem eſſe de ignorantia culpabili craſſa, quia ibi eſt ſermo de ignorantia facti proprij, nempe percuſſionis, & iuris notiſſimi, & in foro externo, vt tradunt ibidem Hoſtienſis, & Panormitanus *num.15.* in foro autem externo non præſumitur ignorantia inuincibilis, ſed craſſa; vbi agitur de ignorantia facti proprij, & iuris clari, & manifeſti; vt Suarez, & Palaus *locis citatis*, Nauarrus *d. cap.27. n.141.*

157 Eadem ſententia quoad alias pœnas à cenſuris, & irregularitate; Probatur primo ex eodem *cap.2. de conſtit. in 6.* cum generaliter dicat ignorantes non ligari ſententiis, ſcilicet pœnalibus. Secundò, quia violans legem aliquem actum prohibentem ſub tali pœna ignorando probabiliter talem pœnam minus peccat, minuſque contemnit legem, quàm ſi ſciret pœnam, ergo non meretur tam graui pœna puniri, præſertim, quam in ſe teneatur exequi. Probatur hæc ſententia ex traditis *ſuprà numero* 158. ſcilicet quod pœna non debet excedere delictum, ſeu delicti quantitati proportionari debet quantitas pœnæ, cum ergo leuius ſit delictum vbi violatur lex prohibens opus ſub grauiſſimis, & extraordinariis pœnis inuincibiliter ignoratis; minorque ſit legis contemptus, æquum non eſt, vt tranſgreſſor ſubiiciatur iiſdem pœnis, quas ignorauit, quibus ſubiicitur, qui eas non ignorauit; alioquin quantitas pœnæ non proportionaretur quantitati delicti. Tertiò probatur ratione à Nauarro (quam approbat Sanchez, & Palaus locis citatis, & probabilem putat Suarez *de cenſuris diſp 4. ſect.9. num.22.* adducta *d. num* 224. ſcilicet, quod licet ad incurrendam pœnam à lege delicto impoſitam non requiratur conſenſus delinquentis in ipſam (quia obligatio ad pœnam non nititur delinquentis conſenſu, ſed poteſtate Legiſlatoris imponentis eam) requiritur tamen conſenſus delinquentis in cauſam pœnæ, ob quam ipſi imponitur ex S. Thoma 2.1. *q. 64. art.4.* vt autem ſit conſenſus in cauſam pœnæ, non ſufficit conſenſus in cauſam materialiter ſumptam, ſcilicet in delictum ipſum, ſed debet eſſe conſenſus in cauſam formaliter, vt eſt cauſa pœnæ, quod non euenit niſi vbi delinquens ſcit, aut ſcire debet pœnam. Quando ergo violans legem ignorat inuincibiliter pœnam ſpecialem lege ſtatutam, licet conſentiat in aliquam pœnam delicto proportionatam iuxta prudentis arbitrium, quia notiſſimum vnicuique eſt omne delictum mereri aliquam pœnam; non tamen cõſentit vllo modo in ſpecialem pœnam legis, & extraordinariam neque ſecundùm ſe, neque conſentiendo in cauſam, ſeu delictum, & ideo non obligatur ad illam pœnam ſpecialem, ſed tantum ad aliquam pœnam proportionatam arbitrio prudentis, ſeu iudicis, qui poterit illum punire mitiori tamen pœna, quam ſit ſtatuta à lege. Ex hac igitur ſententia non poteſt inferri (vt notauit Nauarrus *dict. numero* 274. & poſt eum alij recentiores præallegati) violatores legum earum pœnas ſpeciales, & extraordinarias inuincibiliter ignorantes in nullas incidere pœnas: Nam incidunt in pœnam ordinariam, & mediocrem, ac delicto proportionatam, quia hæc pœna ſcita eſt, aut ſciri debet: Licet iuxta hanc ſententiam, & tradita ad eius probationem non incurrant pœnam legis violatæ ſpecialem extraordinariam, & exorbitantem, & auctam vltra delicti nudè conſiderati naturam, aut frequentiam eius, aut ob alias circumſtãtias, quia hæc iuſtè ignoratur, ſeu probabiliter ignorari poteſt. Et ex his patet reſponſio ad fundamenta quartæ ſententiæ *ſuprà numero* 169. adductæ. Secunda enim ratio ſolùm probat ignorantiã ſolius pœnæ non excuſare à pœna aliqua ordinaria per iudicem inferenda. Ad illud verò de pœna inferni, illa non eſt extraordinaria, ſed ordinaria peccati mortalis & leuior, quam peccatum mereatur; & non à delinquentes, ſed in eo exequenda. Si quis vellet ſequi quartam ſententiam quam probabilem etiam Sanchez *d. diſput.32 numero* 22. cum eodem Sanchez ibidem; ad ſecundum argumentum reſpondeat cum delictum ſit aliquanto leuius, etiam pœnam legis poſſe aliquantulum minui, cum non conſiſtat in indiuiſibili. Ad tertium dicat ſat eſſe conſentire in tranſgreſſionem iuris pœnam imponentis, vbi pœna non eſt aliqua cenſura.

Ex hac quinta ſententia infertur reſeruationem abſolutionis alicuius caſus, ſeu peccati in noua conſtitutione factam in odium eiuſdem peccati, non afficere delinquentes ignorantes talem reſeruationem, licet ſciant ſe peccare. Licet quando reſeruatiõ abſolutionis fit pro communi bono Eccleſiæ, & recta gubernatione, vt grauiora delicta ſuperioribus deferantur pro ſalubriori remedio, liget etiam ignorantes. Ita Sanchez *d. diſp 32. num.18.* Pottel. *v. ignorantia num.12.* Caſtrus Palaus *d. p.17. num.* 8. tunc autem intelligitur abſolutio peccati reſeruari ob commune bonum præciſe, quando per ſe, & ratione ſui reſeruatur nulla ſpeciali conſtitutione illud prohibente, reſeruari vero in odium peccati, quando reſeruatur conſtitutione aliqua ſpecialiter prohibitiua, & punitiua delicti, vt fecit Sixtus V. contra male promotos ad ordines; & Gregorius XIII. contra dantes, & recipientes aliquid pro gratia vel iuſtitia (ſic enim Molina *de iuſt to 1. diſp 92. verſic pœna vocat pœnam*, non poſſe præfatos dantes, & recipientes abſolui ante realem reſtitutionem) vnde in his duobus caſibus reſeruationem non incurrunt ignorantes talem pœnam, vt Sanchez, Pottel, & Palaus *locis citatis*. Quamuis contra Sanchez, & Molinam contrarium teneat Carolus Anton. Theſaur. *de pœnis eccl. q.11. reſp.5. ampl 3.* dicens, certum eſſe, ſi reſeruatio abſolutionis à cenſura ſit in odium delinquentis, & in conſequentiam pœnæ latæ alicuius cenſuræ, puta excommunicationis; 176

quod

quod ſi quis incurrit in cenſuram, incurrit etiam in reſeruationem abſolutionis conſequutiuam ad pœnam. Et ſimiliter ſi lex Canonica vetet abſolutione ante factam reſtitutionem, ait dicendum idem, eo quod hæc non ſit in pœnam, ſed pro iuſtitiæ reparatione.

177 Item infertur actus annullationem à lege ipſo iure impoſitam non ex defectu ſolemnitatis, ſed in delicti vindictam, ſeu delinquentis pœnam in foro conſcientiæ non incurri ab ignaris eiuſdem pœnæ. Ita Sanchez *dict. diſp.* 12. & Palaus *loco citato*, & prius Butrius *in d. cap.* 2. *de conſtit.* 1a 6. *n.* 1a. 9. & Patiſtus *de confidentia q.* 21 *num.* 13. vbi tamen affirmat incurri quoad forum exterius.

178 Infertur tertiò, ex hac ſententia, & ex traditis *ſuprà num.* 158. Ruſticos & idiotas, ac mulieres ſæpe, & vt plurimum poſſe excuſari à cenſuris, quia licet ſciant ſe peccare faciendo ea, quæ ſunt iure naturæ, vel diuino prohibita, & etiam ſæpe ſunt prohibita lege Eccleſiaſtica ſub cenſura aliqua, tamen ignorant inuincibiliter ius humanum, vel pœnam ipſam iure humano impoſitam.

Ignorantia inuincibilis ſolius pœnæ priuationis petitionis debiti ab hac pœna excuſat coniugem, qui poſt matrimonium cum altero contraxit cognationem ſpiritualem, vel affinitatem.

179 Infertur quartò reſolutio difficultatis initio n. 165. propoſitæ; quamuis enim aliqui putent coniugem habentem copulam cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius coniugis ſcientem ius Eccleſiaſticum talem copulam prohibēs, & ſolam pœnam priuationis petēdi debitum ignorantem etiam inuincibiliter, incurrere eandem pœnam. Ita in terminis Baſilius Pontius, Perea Leand. diſcalceatus *locis ſuprà n.* 168. *allegatis*, & Auerſa *de matr. q.* 17. *ſect.* 3. *verſi.. Rurſus.* Nihilominus iuxta præfatam quintam ſententiam, & tradita ad illam probandam dicendum tanquam probabilius non incurrere, & ideo poſſe petere debitum. Ita expreſſe Sanchez *d. diſp.* 32. n. 50. Bonacina *de matr. q.* 4 *p.* 2. *n* 6 *reſp.* 2. Portel *d. v. ignorantia n.* 31. *fine.* Caſtrus Palaus *d p* 17 *num* 8. *fine* & Diana *d part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 12. Et hanc ſententiam, & ſententiam *ſuprà num.* 157. probatam Portel. & Diana aiunt eſſe magnę cōſolationis, & notabile remedium ipſis coniugibus pœnitentibus, & Confeſſariis, quando non habent ſpecialem facultatem conceſſam ex priuilegio ad diſpenſandum in tali caſu quoad debiti petitionem, ſi ibi enim intercesſit vera ignorantia iuris, vel pœnæ præfatæ, vel ignorantia facti non eſt neceſſaria diſpenſatio. Et id intelligendum eſt, etiam ſi ignorantia talis pœnæ fuerit culpabilis, & craſſa, propter tradita *ſuprà n.* 160. cum talis pœna, vt incurratur, ſequirat ſcientiam, vt ibidem oſtenſum eſt. Quid verò ſi ignorantia eiuſdem pœnæ ſit ita craſſa, vt ſit ingens temeritas, vel affectata, reſoluendum iuxta tradita *ſuprà n.* 162. 163. *&* 164.

Ignorantia vincibilis, & culpabilis iuris, vel facti an excuſet à cenſuris, irregularitate, & à quacunque alia pœna ſpeciali à lege impoſita legem violanti; vbi an detur ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis, quæ non ſit craſſa, & ſupina.

180 At verò ignorantia vincibilis vel facti, vel iuris, imponentis cenſuram aliquam, vel aliam pœnam ſpiritualem, abſque illa clauſula, *qui ſcienter, vel auſu temerario, vel doloſe fecerint, vel præſumpſerint facere*, etiam excuſet ab incurſu cenſuræ, & alterius pœnæ ſpiritualis. De hac difficultate agunt vltra alios ab ipſis allegatos Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſput.* 32. *quæſt.* 6. *à numero* 29. Suarez *de cenſur. diſput.* 4. *ſect.* 10 Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 8. *queſtion.* 12. *à numero* 160. Gaſpar Hurtadus *de cenſur. in comm. diff* 21 Coninch *de ſacram. diſput.* 13. *dub.* 11. Sayrus *de cenſur lib.* 1 *cap.* 18. Portel *in dub. reg. v ignorantia num.* 27. Bonacina *de cenſur. diſput.* 1. *q.* 2. *p.* 1. Villalobos *in ſumm. p.* 1. *tract.* 16 *diff* 12. *numero* 6. Laymann *lib.* 1. *tract.* 4 *cap.* 20. Stephanus Bauny *de cenſur. tract.* 1. *q.* 18. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſput.* 1. *part.* 15. *& p* 18. & Diana *part* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 13. *& part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 17. Pro reſolutione: 181

Aduertendum, quamuis Doctores præfati, & alij conueniant in aſſignanda triplici ignorantia; vt ſcilicet alia ſit inuincibilis, ſeu probabilis, ſiue iuris, ſiue facti; quæ & dicitur antecedens, & omninò inuoluntaria, & eſt quæ morali diligentia ſuperari, ac tolli non poteſt, vel nunquam venit in mentem, de lege, aut facto, ſeu periculo ignorato dubitare, aut cogitare de oppoſito, vel ſi in mentem venit, tamen adhibita pro qualitate negotij diligenti inquiſitione ad cognoſcendum, ignorantia depelli; & veritatis cognitio acquiri non potuit. Et talis etiā cenſetur ignorantia, quæ nititur opinione probabili, quam quis tuto ſequi poteſt. Alia ſit vincibilis indirecte tantum volita, quæ moraliter vinci, ſuperari, & tolli, & oppoſita ſcientia, ſeu cognitio acquiri poteſt, & debet, ſed ignorans non adhibet ſufficientem diligentiam iuxta qualitatem negotij; Et dicitur culpabilis, iniuſta, & improbabilis, quia culpabiliter contrahitur; & poteſt eſſe culpabilis, vel tantum venialiter, vel quia eſt rei leuis, vel ſi eſt rei grauis, negligentia in veritate inueſtiganda eſt ita leuis, vt non ſufficiat ad hoc, vt ignorans peccet mortaliter, ſeu tantum venialiter; vel culpabilis mortaliter, quando eſt rei grauis, quam quis neceſſario ſcire debet, & adeſt grauis negligentia circa inueſtigationem veritatis; ita quod non excuſet ignorantem à peccato mortali. Alia ſit vincibilis, & mortaliter culpabilis directe volita, quam vocant affectatam; quæ non vincitur, & expellitur, quia ignorans (vt ſuprà numero 161. notatum eſt) directe, & ſtudioſe ea fine aliquo ſiue liberius viuendi, ſeu peccandi, ſiue ex alio omittit veritatem inquirere, & ſcire. Quamuis inquam Doctores in prædictis conueniant, diſcrepant tamen circa ignorantiam vincibilem indirecte tantum volitam culpabilem mortaliter; an ſcilicet hæc diuidatur, vt alia ſit culpabilis mortaliter non craſſa, neque ſupina; alia culpabilis mortaliter craſſa, & ſupina. Et hanc diſtinctionem negat Suarez *dict. ſect.* 10. *numero* 10. aſſerens omnem ignorantiam mortaliter culpabilem eſſe craſſam, ſeu ſupinam, & dicens cum Corduba *lib.* 2. *quæſt.* 12. ignorantiam vincibilem dici craſſam, quando ex deſidia, ſeu tædio addiſcendi oritur, ſumpta metaphora ex hominibus, craſſis, & pinguibus, qui deſides eſſe ſolent; ſupinam verò quando oritur ex minima ſolicitudine, ac modica ignorantiam vincendi cura, inſtar ſupine in lecto iacentium, quaſi nil de rebus curantium; Idem quod Suarez tenent Laymann *dict. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *à numero* 5. *fine* Coninch *dict. dub.* 11. *numero* 50. Gurdonus *lib.* 7. *q.* 6. ita ſentire videntur Vaſquez t. 2. *diſp.* 17 *cap.* 1 *num.* 3. & Azorius *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *queſt.* 1. Idem etiam ſentire videntur Doctores diuidentes ignorantiam vincibilem in affectatam, & craſſam, ſeu ſupinam vt Sayrus *dict. cap.* 18. *numero* 2. 4. *&* 5. Hurtadus *dict. diff.* 21. *numero* 88. & Filliuccius *dict. cap.* 8. *numero* 259. idem quod Suarez ſentire communiter alios te-

ſtatur Laymano *vbi ſuprà*. Et hunc idem ſentire videntur Iuriſperiti, quos refert, & ſequitur Farinacius *in fragm.crim. part. 2. v. ignorantia numero 162.* ibi anim aliis Iuriſperitis allegatis dicit abſolute, quod ignorantia craſſa, & ſupina eſt neſcire id, quod quis inueſtigare, & ſcire tenetur ratione officij, quod habet, quia ſic ignorans habetur pro ſciente *l. quod te, ff. ſi certum petat.* & præſumitur ſimulata ignorantia *l. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Igitur iuxta Doctores huius ſententiæ licet in ignorantia vincibili indirectè tantum volita, & non affectata culpabili mortaliter dentur gradus, ſeu detur latitudo, vt alia ſit minus craſſa propter maiorem diligentiam adhibitam ad veritatem cognoſcendam non tantum ſufficientem ad excuſandum à mortali; alia valde craſſa, & prorſus ſupina ob modicam, vel nullam diligentiam adhibitam pro veritate agnoſcenda; tamen dum neutra excuſat à mortali, vtraque dicitur, & eſt craſſa. Et contrariam ſententiam de qua mox, admittentem præfatam diuiſionem Suarez *d. ſect. 4. num 12.* ait nullo iure fundatam eſſe, nullaque ratione expli-
182 cari poſſe.

Nihilominus alij probabilius admittunt præfatam diuiſionem, dicentes dari aliquando ignorantiam non affectatam culpabilem mortaliter, quæ non eſt, nec dici poteſt craſſa, aut ſupina, aliquando verò eſſe, & dici craſſam, & ſupinam. Ita expreſſe Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 16. numero 7. & de matrim. lib. 9. dict. diſput. 32. numero 31 32. & 33* Salas 1.2. *quæſt. 6. numero* 8. *tract. 3. diſput. 4. ſect. 1. numero 6. & de leg. diſput. 15. ſect. 9. numero* 111. Auguſtinus Barboſa *collect. ad cap. 2 numero 7. de conſtit. in 6.* Bonacina *dict. part. 1. numero* 4. Portel *dict. numero* 27. Diana *part. 3. tract. 5. reſolut. 13. & part. 5. tract. 9. reſolut.* 17. vbi refert Tannerum, & Cæleſtinum, & Bonacina allegat Sotum, Auilam, & Henriquez, Sanchez *dict. numero* 7. *allegat.* Valentiam; & poſſunt allegari omnes Doctores, quos idem Sanchez *dict. diſput. 32. num. 32.* refert.

Quare iuxta hanc ſententiam ignorantia vincibilis culpabilis mortaliter non craſſa eſt, quando quis adhibet quidem aliquam diligentiam, ſed tamen non mediocrem, ſeu non neceſſariam, ac morali modo pro qualitate negotij ſufficientem ad ſciendum id, quod ſcire tenetur. Ignorantia verò craſſa, ſeu ſupina eſt, quæ oritur ex lata culpa in adhibenda diligentia. Vt colligitur ex cap. *Quæſitum, de pœnitentiis, & remiſſ.* ibi: *Si iſtis procurantibus, aut ſtudioſè, &c.* Vt poſt alios ponderat Sanchez *dict. diſput. 32. numero* 34. & tradunt tum alij Doctores, quos idem Sanchez ad id citat *dict. diſp. 32. num. 32.* tum Bauny *allegat. quæſt.* 18. & Io. Baptiſta Coſta *de facti ſcient. & ignor. inſpect. 18. vbi* (vt refert Farinacius *dict. v. ignorantia num. 161.*) dicit ignorantiam craſſam, & ſupinam eſſe illam, quando per culpam latam quis ignorat id, quod communiter omnes ſui ordinis ſciunt. Tunc verò adeſſe culpam latam quãdo nulla aut fere nulla, ſeu modica diligentia adhibetur ad cognoſcẽdũ id, quod ſcire tenetur poſtquã de illo habuit aliquam cognitionem, vel dubitationem, poſt Caſtrum *de leg. pæn. c. 14.* tradit Sanchez *d. diſp. 32. n. 33. & d. cap. 1. n. 17.* & traditionem ſequuntur alij recentiores pro hac ſententia relati, & Valentia, ac Graſſius *locis* à Sanchez *d. num. 2. citatis*; qui aiunt ignorantiam craſſam, & ſupinã procedere ex nimia, & ſumma negligentia: igitur non omnis negligentia, ſed negligentia maxima, & ſũma eſt, quæ efficit ignorantiam craſſam; & ita quidẽ omnis ignorantia craſſa eſt culpabilis mortaliter; non autem omnis ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis, quæ non excuſat à peccato, eſt craſſa, ac ſupina; nam vt ignorantia ſit vincibilis non excuſans à peccato mortali, non requiritur iam ſummam negligentia, ſed ſufficit non adhiberi diligentiam moralem pro negotij qualitate neceſſariam; cenſetur enim tranſgreſſor præcepti, qui in eo adimplendo non fuit ſummè negligens, ſi non adhibuit mediocrem diligentiam humano, ac morali modo poſſibilem, cum ad hanc diligentiam præcepta obligent, vt latius idem Sanch. *d. cap. 16. n. 7. 34. & 36.* ex quo conuincitur dari aliquam ignorantiam ex negligentia mortali procedentem, & ita mortaliter vincibilem, quæ non ſit ſumma negligentia, quæ proinde nec craſſa, nec ſupina dici debet, aut poteſt. Et ita etiam Caſtrus Palaus *d. puncto 15. n. 4.* ait ignorantiam indirectè voluntariam, in qua nulla diligentia adhibetur ad illam vincendam appellari ignorantiã craſſam, & ſupinam; in hocque ſenſu verum eſſe dicere ignorantiam craſſam, negligentiam exigere, ex *reg. 9. §. ſed facti. ff. de iuris, & facti ignorantia.* ibi: *Sed facti ignorantia ita demum cuique non nocet, ſi non ei ſumma negligentia obiiciatur.* Quamuis neget ignorantiam, in qua aliqua diligentia, etſi modica ad illam vincendam adhibita ſit, poſſe appellari craſſam, & ſupinam; quia qui (inquit) fecit aliquam diligentiam, iam non videtur procedere ex lata culpa, neque videtur integre habere animum omittendi. Sed contra ipſum eſt, quia modica diligentia poteſt ſtare cum lata culpa, quæ non excludit omnem diligentiam, ſed adeſſe cenſetur etiam quando eſt aliqualis diligentia, ſed valde modica.

His prænotatis:

Certum eſt ignorantiam iuris, vel facti vincibilem 183
tantum venialiter culpabilem, & quæ excuſat à peccato mortali tranſgreſſionem legis, excuſare non ſolum ab excommunicatione, ſed etiam ab aliis pœnis interdicti, ſuſpenſionis, & etiam irregularitatis ſtatutæ, quidquid ſentiant de interdicto, & irregularitate Caietanus, Caſtro, Corduba, Aragon, Lud. Lopez, Armilla à Sanch. *d. diſp. 32 n. 29. relati*, volentes incurri ob ſolam culpam venialem; & quidquid etiam ſenſerint de irregularitate Molina, & Megala *relati* à Diana *p. 3. tract. 6. reſol.* 51. Non enim ſolum excommunicatio maior, ſed etiam cæteræ cenſuræ, & etiam irregularitas ſunt pœnæ grauiſſimæ, vt proinde non ſit veriſimile Eccleſiam benignam, & piam Matrem velle eos incurri ob culpam leuem, cuiuſmodi eſt venialis. Ita alios cumulans Sanch. *d. n. 29.* Suar. *d. ſect. 4. n. 8.* Filliucius *d. cap. 8. num.* 262. Alij Doctores *ſuprà n. 180. relati*, & plures alios referens Diana *d. reſol* 51.

Præterea certum eſt, ignorantiam vincibilem cul- 184
pabilem mortaliter directè volitam, ſcilicet affectatam non excuſare ab incurſu cenſurarum, & irregularitatis, aut aliarum pœnarum, quæ impoſitæ ſunt abſque particula *ſcienter*, & *ſimili importante ſcientiam*. ita omnes Doctores *n. 180. ſupr. n. 163. relati*, & alij Theologi, & Summiſtæ & etiam Iuriſperiti communiter, quos refert Farinacius in *frag. crim. p. 2. d. v. ignorantia n.* 167. abſolutè & vniuerſaliter aſſerentes ignorantiam affectatam nullo pacto excuſare ignorantem. Ratio eſt, quia ſcientiæ æquiparatur, vt *d. n. 163. & ſeqq.* probatum eſt.

Tertiò communis Doctorum ſententia eſt, vbi ad 185
incurrendum cenſuras, vel irregularitatem, aut aliam pœnam ſpiritualem non requiritur ſcientia, auſus temerarius, aut præſumptio, ignorantiam craſſam, & ſupinam non excuſare ignorantem ab huiuſmodi pœnis. Ita ex Doctoribus *n. 180. relatis*, Suar. *d. ſect. 4. n. 10.* Sanchez *d. diſp. 32. num. 31. & d. lib. 1. ſum. cap. 16 numero 7.* Laymann *d. cap. 20. n. 2.* Bonacina *d. p. 1. n. 10.* Portel *loco ibidem citato*. Filliucius *d. cap. 8. n.* 261. Coninch *d. dub* 11. Palaus *d. diſp. 1. p. 18.* Hurtad. *d. diſſ. 21.* & præter hos Salas *de leg. diſp. 15. n. 111.* Auguſtinus Barboſa *de coll. ad c. 2. n. 8. de conſt. in 6.* Diana *loc. n. 181. relat.* & cæteri apud eoſdem præſertim apud Sanchez. Probatur primò ex

cap. 2.

cap.2. de conſtit.in 6. vbi apertè dicitur ignorantes oon ligari ſententiis pœnalibus, dummodo ignorantia non fuerit craſſa, aut ſupina; ergo vult textus, ligari, cum ignorantia eſt craſſa, & ſupina; & debet intelligi etiam de pœnis ſtatutis lege Papæ, vel Concilij Generalis vt *ſuprà n.168.fine.* probatum eſt, & nomine ſententiæ ibi non ſola excommunicatio, ſed omnes pœnæ ſpirituales intelliguntur, cum vniuerſaliter & indefinitè loquatur textus, *vt ſuprà n. 158. n. 168. 174. & 175.* notatum eſt. Secundò, quia ignorantia craſſa, & ſupina non ſolum non excuſat à culpa mortali, ſed etiam videtur continere quendam contemptũ legis, & pœnæ legalis ita craſsè, & ſupinè ignoratæ ob ſummã negligentiã voluntariã in acquirenda cognitione, & præſertim quando nulla fuit adhibita diligẽtia poſt habitam aliquam cognitionem, aut dubiũ; ac proinde merito non debet excuſare neque à cenſuris neque ab aliis pœnis. Confirmari etiã poteſt doctrina tradita à Farinacio *in praxi crim q 98. & 100.* ſcilicet, quod ignorantia ſaltem iuris craſſa, & ſupina, ſicut & affectata non ſolum non excuſat à culpa lata ſed neque à dolo, ex quo fit vt quodammodo æquiparetur ſcientiæ

186 Contra hanc tamen ſentit Stephanus Bauny *quæſtione 18.num.180.allegata*, vbi *dicto quarto & quinto* diſtinguit inter ignorantiam craſſam, quando eſt antecedens, & eſt concomitans: aſſerit ergo à cenſura excuſare ignorantiam etiam craſſam, quando eſt cauſa antecedens ſine qua non, violandæ legis prohibentis, aut præcipientis aliquid ſub cenſura latæ ſententiæ, ſcilicet quando ignorans eam non violaſſet ſi ſciuiſſet latam eſſe cenſuram contra transgredientem; & rationem eſſe ait, quod talis non eſt contumax, neque incorrigibilis, cum ſola monitio eum emendare, & à violatione legis retrahere potuiſſet Quando ignorantia craſſa non eſt cauſa ſine qua non ſed concomitans ſcilicet ignorans eſt ita diſpoſitus, vt etiamſi ſciuiſſet opus, quod facit eſſe prohibitum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, illud nihilominus feciſſet, dicit hanc ignorantiam non excuſare, ſed ignorantẽ incurrere cenſuram, ac ſi ſciens legẽ violaſſet: rationẽ ait eſſe, quod talis ignorans ſit verè contumax, & incorrigibilis; quia (inquit) contemnit Eccleſiam, & eius cenſuram; & de hac ignorantia craſſa concomitante aſſerit eſſe intelligendum textum *in d.cap.2. de conſtit.in 6.* Verum iſte intellectus ita reſtrictus eſt diuinatiuus, & contra ſenſum Doctorum tum ibi ſcribentium, tum aliorum qui omnes communiter textum illum intelligunt de ignorantia craſſa indiſtinctè & abſolutè & ita tam de antecedente, quam de concomitante, & quia quælibet ignorantia craſſa, & ſupina efficit, vt tranſgrediens legem illam contemnere videatur; & propterea Eccleſia non eximit illum ab incurſu cenſuræ. Addo quod ſi ignorantia antecedens excuſat, etiam concomitans excuſat per tradita *ſuprà n.155.* quia ignorantia concomitans æquè ac antecedens excuſat factum externum à peccato, vel totaliter, ſi ſit inuincibilis, vel ex parte ſi ſit vincibilis. Denique iuxta doctrinam Bauny etiam ignorantia inuincibilis concomitans non excuſaret ab excommunicatione, & aliis cenſuris; quia etiam ſic ignorans, ſi ſciuiſſet, &c. adhuc feciſſet, & ſic eſſet aeque contumax, & incorrigibilis. Contrarium tamen probatum eſt *ſuprà d.n.155.*

D.Ioan. Anglus Boſsius, de eſſe.lib. contr.Matr.

Difficultas ergo ſolum eſt de ignorantia iuris, vel facti indirectè volita mortaliter culpabili, quæ non eſt craſſa, & ſupina, an excuſet à cenſuris, irregularitate, & pœnis. Et eſt ſententia quadruplex.

Prima negat abſolutè excuſare ab vlla pœna. Ita Suarez, Laymann, Fillinccius, Coninch, Gordonus, *locis ſuprà n. 185. relatis* Villalobos *p.1. tract.16. diff.12. n. 6.* Tuntanus *de cenſur. lib. 1. diſp. 5. dub. 4* à Diana *p 5. tractat. 9. reſolut. 17. relatus*, ita ſentire Nauarrum, Couarruuiam, & Syluestrum, refert Suarez *d ſect.10. numero 8.* ita etiam tenere videtur Hurtadus *d. diff. 21.* & eſſe communiſſimam ſententiam teſtatur Gordonus; fundamentum horum Doctorum eſt, quia huiuſmodi ignorantia non excuſat à culpa mortali tranſgreſſionem legis imponentis cenſuram, vel aliam pœnam ſpecialem, ſeu non excuſat à mortali factum, propter quod à lege imponitur pœna, ergo neque excuſat à cenſura, ſeu pœna, cum hæc imponitur propter maliciam mortalem facti, ſeu tranſgreſſionis. Dicunt autem hi Doctores non obſtare *d. c 2 de conſt in 6.* ſed probare hanc ſententiam, dum dicit ignorantiam craſſam, & ſupinam non excuſare à ſententiis Ordinariorum; quia inquiunt, omnis ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis, ſcilicet, quæ non excuſat factum, ſeu tranſgreſſionem legis pœnalis à culpa mortali in iure dicitur, & eſt craſſa, & ſupina. Quod tamen *ſuprà n.182.* reprobatum eſt. 187

Secunda ſententia docet ignorantiam hanc vincibilem non craſſam, ac ſupinam non excuſantẽ à mortali excuſare à cenſuris latis per Ordinarios, & Epiſcopos, non autem à cenſuris latis per S. Pontificem vel Concilium Generale Ita Sotus *in 4.diſt 28. q 1.art. 2.§.ex his primum.* & Graffius *p.1.deciſ aur.lib.4 c 9 n.20;* & nituntur *d cap 2. de conſtit. in 6.* quia ibi dicitur ignorantiam non craſſam, & ſupinam excuſare à cenſuris Ordinariorum, non tamẽ à cenſuris, & ſententiis S.Pontificis. Verum hanc ſententiam idem Sotus ſibi contrarius *diſt 22. q.1. art.1.§. Quare diſtinctio, in fine* reiicit; & iam reprobauimus *ſuprà n.168.* & refellunt etiam Sanchez *d diſp 31. n.8. & 32.* Suarez *de cenſur. d. diſp. 4.ſect.9* Palaus *d.diſp.1.p.17.n 2.* & alij recentiores *ſuprà allegati.* Textus enim ille non excludit ſẽtentias S.Pontificis, ſed comprehendit, vel quia S.Pontifex eſt Ordinarius omniũ Ordinariorum, vel propter rationem (vt notaui *d. num.168.*) illius textus, quæ eſt, *Vt animarum periculo obuietur*, quæ ſimiliter in legibus, & ſententiis S. Pontificis militat; Imò magis, quæ minus publicantur, atque inſtius ignorantur. 188

Tertia ſententia tenet ignorantiam vincibilem mortaliter culpabilem, ad quam vincendam adhibita ſit aliqua diligentia, licet non ſufficiens pro negotij qualitate ad illam tollendam excuſare in cenſuris, & irregularitate; non vero in aliis pœnis. Ita Caſtrus Palaus *d.diſp 1.p.18.n 2.* Primam partem probat; Cenſuræ, & irregularitas ſunt pœnæ, quæ contemptum legis requirunt ex Nauarro *c a crepta, de reſtit ſpoliat. oppoſit.81. illat.9 num. 35. & in cap.cum contingat, cauſa 14. nullitatis remed 2.n7.* & tradit Sanchez *d. diſp 32 n 18. & 31.* & notatum eſt *ſuprà n 167.168. & 174.* contemptus autem non videtur adeſſe, vbi aliqua diligentia eſt adhibita; quia hæc diligentia (inquit) excuſat à dolo; cũ quælibet cauſa ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit, ab illo excuſet, vt probat Flãmma Pariſius *de conf.q.46.n.8* & ſecũdã partẽ, & quod in aliis pœnis ad illas cõtrahẽdas ſufficiat non fuiſſe adhibitã diligentiã ſufficientẽ ad excuſandã à mortali tranſgreſſionem legis, ſeu factum ipſum, probat, quia de illis nihil ſpecialiter decretum 189

reperitur niſi in pœna priuationis petitionis debiti ob cognationem ſpiritualem, vel affinitatem à coniugibus poſt matrimonium contractum; in quibus requiritur ſcientia delicti, vt ſuprà notatum eſt.

190 Quarta ſententia, cui adhæreo, abſolute affirmat ignorantiam vincibilem facti vel iuris imponentis pœnam quæ non ſit craſſa, & ſupina, licet non excuſet à mortali factum, ſeu tranſgreſſionem legis, excuſare tamen ab ea pœna ſiue ſit cenſura, ſiue irregularitas ob delictum impoſita, ſiue alia pœna ſpiritualis, aut Eccleſiaſtica. Ita expreſſe Sanchez *d. lib. 1. ſum. cap. 16. n. 7.* & latè *d. diſp. 32. n. 21.* Portel *d. v. ignorantia num. 27.* Bonacina *d. p. 1. num. 10. verſic. Addo.* Diana *locis ſuprà numero 182. citatis* Auguſtinus Barboſa *collect. ad cap. 1. n. 8. fine, de conſt. in 6.* Huius etiam ſententiæ fuiſſe ſpeculatorem, Ioannem Andream, Syluestrum, Angelum, Tabienam Petrum Ledeſmam & Henriquez aliqua ex parte probat Sanchez *d n. 31.* Hæc ſententia (quam Portel ait eſſe magnæ conſolationis; Diana *d. reſolut. 17.* dicit ex ea ſequi innumeros non incurrere cenſuras) quo ad cenſuras, & irregularitatem probatur ratione numero præcedenti adducta, quod omnes hæ pœnæ ſpirituales non incurrantur ſine conceptu legis; & contemptus ceſſat, quando ignorantia non eſt craſſa, & ſupina. Secundo in vniuerſum probatur ex *cap. 2. conſtit. in 6.* vbi vniuerſaliter decernitur excuſare ab omnibus ſententiis Ordinariorum ignorantiam, quæ non eſt craſſa, & ſupina; quod decretū comprehendit etiam leges, & ſentētias Pontificis, vt ſuprà probatum eſt; & intelligitur non ſolum de ſententia excommunicationis ſed & de omni alia pœna ſaltem ſpiritualis, vt etiam ſuprà oſtenſum eſt: Et etiam quando factum, ſeu tranſgreſſio legis aliàs damnatur per ius naturale, vel diuinum, aut aliquod humanum vniuerſalius, vt etiam *ſuprà numero* 188 probatum eſt, ergo aliqua ignorantia mortaliter culpabilis, dummodo craſſa non fuerit, & ſupina, à pœnis Eccleſiaſticis excuſat, alioqui S. Pontifex ibi nihil decerneret, in quo eſſe poſſet difficultas; nam ignorantia, quæ eſt tantùm venialiter culpabilis iuxta communem Doctorum ſententiam (vt *ſuprà numero* 183. dictum eſt) excuſat à cenſuris, & qualibet alia pœna graui, cum excuſat à peccato mortali. Confirmatur eadem ſententia, quia cum ignorātia vincibilis quæ non procedit ex culpa lata, & ex ſumma negligentia, ſeu ex omiſſione omnis diligentiæ vel ex valdè modica diligentia veritatis inquirendæ, reddat magis inuoluntarium factum contra legem, ſeu magis inuoluntariam legis tranſgreſſionem, & conſequenter etiam multum diminuat culpam facti; ſeu trangreſſionis, licet non extrahat à malitia mortali, æquum eſt, vt etiam diminuat pœnam, & ita excuſet à pœna ſpeciali legis, & faciat locum tantum alteri pœnæ proportionatæ arbitrio prudentis, ſeu iudicis. Et hæc ſententia procedit etiam quando eſt ſola ignorantia pœnæ nempè cenſuræ, vel irregularitatis, licet adſit ſcientia iuris, quod pœnam imponit; dummodo ignorantia non ſit craſſa, & ſupina. Ita in terminis Sanchez, Portel, Diana, & tenet etiam Bonacina, licet, id expreſſe *d numero* 10. non dicat. Et probatur ex modo traditis, & ex traditis, *ſuprà n. 174. & ſeqq.* atque antecedentib. ignorantia enim iuris, ſeu præcepti, nec excuſat, nec ſufficienter accuſat ad cenſuram, & aliam pœnam in iure ipſo, ſeu præcepto impoſitam, niſi iuxta modum, & qualitatem ignorantiæ ipſius cenſuræ & pœnę iuxta tradita in *prædictis n. 174. ſeqq & antecedentibus.*

Ex prædictis Sanchez *diſp. 32. n. 34.* contra Villadrigo, Syluestrum, Angelum, Roſellam, Ioannem Andream Couarruuiam, & Viualdum infert neque culpam leuiſſimam, neque leuem ſufficere ad incurrendam homicidij irregularitatem, ſed requiri, & ſufficere ſolam latam, quæ ex ignorantia, & negligentia craſſa procedit. Quod etiam vltra prædicta confirmat ex cap. *quæſitum de pœnitent. & remiſſ.* vbi S. Pontifex interrogatus, an Græci Sacerdotes, qui filios in lectis opprimebant eſſent irregulares, ſic reſpondet. *Si ſtudioſe procurantibus aut ſtudioſe negligentibus filij reperiuntur oppreſſi, ab officiis altaris debent perpetuo abſtinere:* Vbi æquiparantur procurantes, & ſtudioſe negligentes, minus apta autem videretur eſſe æquiparatio, ſi in illa ſtudioſa negligentia non eſſet lata culpa; & interueniente ſola leui culpa non poſſet rectè dici negligentia ſtudioſa; & ita de lata culpa textum intellexerunt ibi Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Butrius, Cardinalis, Panormitanus, qui reddit rationem, nempè quod videatur aliquomodo affectari delictum ex tanta negligentia commiſſum. Et etiam. M. Nauarrus, & Petrus Nauarrus, atque Henriquez ab eodem Sanchez relati docent irregularitatem ex delicto non incurri abſque lata culpa.

Obliuio, ſeu inaduertentia, ſeu inconſideratio actualis iuris. ſeu præcepti, vel facti vel pœnæ excuſat eodem modo, & in eiſdem caſibus, in quibus excuſat ignorantia à culpa, vel à pœna.

Cæterùm, quæ in præcedentibus de ignorantia iuris, & facti inuincibili, vel vincibili venialiter, vel mortaliter culpabili, craſſa, & ſupina, vel affectata dicta ſunt, quoad excuſandum, vel non excuſandum à cenſuris, irregularitate ex delicto, & ab aliis pœnis, dicenda, & intelligenda etiam ſunt de obliuione, & inaduertentia, ſeu inconſideratione actuali iuris, vel facti, vel pœnæ, quæ quædam ignorantia eſt, & ab ignorantia propria ſolum diſtinguitur, in eo, quod ignorantia habitum importat, obliuio verò ſeu inaduertentia, ſeu inconſideratio actum. Quare de ea traduntur illæmet diuiſiones, quæ de ignorantia, ſcilicet, vt alia ſit obliuio, ſeu inconſideratio inuincibilis, alia vincibilis, hæc alia venialiter culpabilis, alia culpabilis grauiter, & culpabilis grauiter alia non craſſa, alia craſſa, & ſupina & alia affectata & directè volita. Quare eodem modo ac ignorantia ſe habet, nilque differt ab ignorantia habituali quoad excuſandum à culpa, & cenſuris, & aliis pœnis Ita quod in quibus caſibus à culpa in tranſgreſſione legis, ſeu præcepti, & à cenſura, irregularitate, aut alia pœna per legem, quæ ea ignorantia violatur, ſtatuta excuſat, vel non excuſat; ignorantia iuris, vel facti. Excuſat quoque vel non excuſat obliuio, ſeu inaduertentia, aut inconſideratio actualis. Quæ omnia tradunt Sanchez *lib 1. ſum. d. c. 16. numero* 8. Azorius *p. 1. lib. 1. cap. 16 q. 3. & 4.* Suarez *de cenſuris diſp. 4. ſect.* 8. Portel *dict. v. ignorantia numero 6.* Bonacina *de cenſur. diſput. 1. quæſt. 2 p 1. numero 17.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 1. cap. 2. quæſt. 5. numero 25.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tractat. 2. diſput. 1. p. 15. num. 14. fine.* & alij tractantes qua ratione ignorantia excuſet à culpa, vel à pœna. 192

Prædicta quoad hoc caput, quia tum paulò latius tradita, quia ſunt valdè notabilia, & vſu frequentia.

CAPVT

CAPVT VI.

DE

MVTVA CONIVGVM OBLIGATIONE COHABITANDI.

SVMMARIVM CAPITIS VI.

Referuntur Doctores agentes de coniugum obligatione mutua ſimul habitandi. n. 1.

Coniuges ex natura contractus matrimonij, iure naturali, & diuino tenentur habitare in eadem domo, vti eadem menſa, & eodem lecto. n. 1. & 2.

Neuter poteſt ad longum tempus abeſſe ab altero abſque eius conſenſu ceſſante iuſta cauſa n. 3.

Nec valet conſuetudo, aut ſtatutum, vt viri diutius ſine vxore ſint. num. 4.

Ex iuſta cauſa etiam inuita vxore vir poteſt diutius abeſſe; & quæ ſit iuſta cauſa n. 6.

Vxor ſine conſenſu viri non poteſt abeſſe n. 7.

Vir ſuo arbitratu ad breue tempus poteſt abeſſe recreationis, vel deuotionis cauſa, non autem vxor viro inuito n. 8.

Longam peregrinationem vir abſque vxoris conſenſu non poteſt vouere, & ſuſcipere. n. 9.

Quid de mariti voto, & ſuſceptione peregrinationis in ſubſidium terræ ſanctæ, vel cauſa deuotionis, & an vxor maritum in tali peregrinatione teneatur ſequi. n. 10.

Quid de vxoris ſimili voto, an illi liceat abſque viri conſenſu num. 11.

Maritus in caſibus, in quibus poteſt abeſſe an teneatur vxorem ſecum proficiſci volentem deferre n. 12.

Coniux ſanus an teneatur cohabitare cum leproſo. remiſſiue. numero 13.

Excommunicatio an, & quando excuſet à cohabitatione. remiſſiue. n. 14.

De coniugum ſeruorum obligatione, quoad maritalem coniunctionem. remiſſiue, ibidem

A cohabitatione cum viro excuſat vxorem probabile periculum graue detrimenti corporalis, vel alterius grauis damni, & multo magis periculum peccandi mortaliter, vel amittendi fidem. n. 15. & duob. ſeqq.

Coniuges ex mutuo conſenſu qua ratione poſſint cohabitatione, aut thoro ſeparari, & quando lex charitatis obliget coniugem recedere à pacto ſeparationis. n. 18.

Vir an lege charitatis teneatur ad quærendam vxorem, quæ ſua temeritate ab eo receſſit. nec petit admitti. n. 19.

Vxor non poteſt ſe vendere in ancillam abſque viri conſenſu. numero 20.

Maritus inuita vxore iuxta vnam ſententiam non poteſt ſe vendere in mancipium n. 21 & 24.

Iuxta alteram ſententiam communiorem poteſt. n. 22.

Eſt mortale ſi abſque cauſa ſe vendat; & an ſit contra iuſtitiam, ſi faciat in fraudem matrimonij, atque præbeat iuſtam cauſam diuortij. ibidem.

An poſtea vir ſponte factus ſeruus vendi à Domino mittendo illum in partes longinquas; & vxor eum ſequi teneatur ibid.

Vxor conſentiens venditioni ob id non redigitur in ſeruitutem, nec ſibi præiudicat. ibid.

In Regno Hiſpaniæ non poteſt vir ſe venundare; neque tenetur vxor venditionem retractans pretium reddere n. 25.

Altero coniuge in captiuitatem ducto derelictus non tenetur eum ſequi ibid.

Ob dotem promiſſam non ſolutam maritum poſſe vxorem expellere à cohabitatione tenet vna ſententia. n. 26.

Limitatur ſi vxor fecit, quantum potuit, vel ſi nulla dos fuit promiſſa, & vxor non ſit diues, quæ poſſit dotem conſtituere. ibid. fine.

Extenditur licet dos fuerit ab extraneo promiſſa; vel ſi pars dotis tantum ſit ſoluta. ibidem.

Et poſt expulſionem poteſt vir agere, vt dos ſibi ſoluatur ibidem

Altera ſententia verior aſſerens ob dotem promiſſam non ſolutam vxorem non poſſe domo expelli, licet alimenta à marito negari poſſint. n. 27. 28. & 29. Reſpondetur ad argumenta prioris ſententiæ. n. 30 ad 34.

Iudex Eccleſiaſticus cogere poteſt, & debet maritum ad admittendam ad cohabitationem vxorem expulſam ob cauſam dotis non ſolutæ, & ſimul curare, vt dos ſoluatur. n. 28 fine.

Si non ſoluatur, maritus non debet negare alimenta vxori pauperi n. 29.

Intellectus ad cap. per veſtra, de donat. inter virum, & vxorem, *& ad* leg. finalem Cod. ad S. C. Velleian. *numero 30.*

Ob dotem promiſſam non ſolutam an maritus poſſit non traducere vxorem. Affirmatiua num. 35. Negatiua, & tenenda. num. 36.

An vxor poſſit ab habitatione, & domo expelli, quando ipſi coniuges impediti ſunt ad debitum petendum, & reddendum num. 37.

Alia Summaria vide poſt numerum. 37.

CAPVT VI.

De mutua coniugum obligatione cohabitandi.

TRactationi de mutua coniugum obligatione reddendi debitum rectè annectitur tractatio de eorundem mutua cohabitandi obligatione, cum hæc ex illa oriatur. De qua obligatione mutuæ cohabitationis Couarruuias *de ſponſ. p. 2. c. 7. initio n. 1. ad 6.* Marcus Antonius Cucchus *inſtit. maior. lib. 5. tit. 11. à n. 125.* Farinacius *in praxi crim. p. 15. quæſt. 145. à num. 257.* Gutierez *de matr. cap. 13.* Henriquez *ſumm. lib. 11 c. 16. 9. 3.* Sanchez *de matr. lib. 1. diſp. 1. & lib. 9. diſp. 4.* Rebellus *de oblig. iuſtit. p. 2 lib. 3. quæſt. 3. ſect. 1. n. 7. & lib. 5. q. 10. ſect. 4.* Reginaldus *lib. 31. à num. 302.* Coninch *de ſa-*

cram diſp 34 *n.*19. Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque forum v. vxor diff.*2 Ssytus *lib.*7. *clau. cap.*7. *n* 9. & 10. Toletus *lib.*5. *cap.*2. Baſilius Pontius *de matr. l.*11. *c* 20 Bonacina *de matr. q* 4. *p.*6. *à n* 20. Fagund. *in decalogum l.*4. *c.*7. 10. & 12. Paulus Laymann *l.*5. *tr.*10 *p.*3 *cap.*2 Hurtadus *de matr. diſp.*10. *diff.*11. *n* 52. Aueſa *de matr. q.*22. *ſ.*3. Martinus Perez *de matr. diſp.*50 *ſect.*3. Filliuccius *to.*1. *tr.*10. *cap.*9. *à n.*314. Villalobos *p.*1. *tr.*13. *diff.* 43. Stephanus Bannea *de ſacram. tr.*12, *vbi de obligationibus coniugum, initio.* Caſtrus Palaus *p* 5. *tract.*22. *diſput* 3. *p.*5. §. 1. Aegidius Trullench *in decal. lib.*4. *cap.*1. *dub.*4. & alij apud eoſdem.

§. VII.

An coniuges obligentur ad mutuam cohabitationem.

CErtiſſima concluſio eſt, coniuges ex obligatione iuſtitiæ teneri habitare ſimul in eadem domo; cũ
2 enim obligẽtur ſibi inuicem ex iuſtitia reddere debitum coniugale, mutua officia, ſeu obſequia exhibere, & cõmunem prolem honeſte educare; & hęc eſſe, ſeu præſtari nequeant, niſi eadem domo vtantur, vnáq; habitent; hinc ſequitur vt teneantur ad cohabitandũ ſimul; vt præfati DD. omnes, & alij tradunt. Quare hæc obligatio cohabitationis oritur ex natura cõtractus matrimonij, eſtq; de iure naturali & etiam diuino. Vt Doctores citati, præſertim Sanchez *d. diſput.*4. *n.*23. & 4. Valerus *d diff.*2. Auerſa, Perez, Palaus *locis citatis*, & Fagundez *d. cap.* 7. *n.*5. Non enim minor eſt obligatio cohabitandi, quàm reddendi debitum; hęc verò oritur ex natura cõtractus matrimonij, & eſt de iure naturali, & diuino; ac proinde Alexander III. *cap* 1. & 2. *de coniugio leproſorum*, hanc obligationem cohabitandi probauit ex illo Geneſ. 2. *Propter hanc relinquet homo patrem, & adhærebit vxori ſuæ; & erunt duo in carne vna.* Et ex illo Matth. 5. *omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari.* Ex quibus clare patet hanc obligationem ex ipſo iure naturæ, & diuino oriri etiam iuxta eiuſdem Pontificis ſententiam; & de adhæſione per ſimultaneam cohabitationem intelligunt illa verba Geneſis ab Adamo prolata Sanctus Thomas *ad Epheſ.* 5. *lect.* 10. & *Abulenſ. cap.*19 *Matth. quæſt.*23. Et quod oriatur ex ipſa natura contractus matrimonij, confirmatur, tum quia homini connaturalis eſt coniugalis cohabitatio, ſcilicet ex naturali propenſione, & inclinatione, tum ex Ariſtotele 8. *eth. cap* 12. ibi: *viro, & vxori ſecundum naturam amicitia videtur ineſſe* &c. tum definitione matrimonij, quod ſit coniunctio indiuiduam, & inſeparabilem vitæ coniugum conſuetudinem retinens. Tum quia ſicut natura inclinat ad maris, & fœminæ coniunctionem, & prolis propagationẽ, & ad illius honeſtam educationem, ita inclinat ad cohabitationem, nequit enim proles commodè educari, & inſtitui parentibus non cohabitantibus ob varias res, quibus indiget proles; quarum alteræ matribus, aliæ patribus propriæ eſſe cenſentur. Tum demum, quia natura ipſa coniugibus diuerſa munera impertiens ex his, quæ ad vitam humanam traducendam neceſſaria ſunt, hunc coniugalis ſocietatis ſcopum (vt notauit Sanchez) indicat eſſe naturalẽm; nam viro rebus externis, & forenſibus occupari tribuit, vxori vero domeſticis; viri etiam vti prudentioris eſt, vxorem dirigere, & gubernare domum; vxoris autem obedire, & in rebus domeſticis viro famulari, quod totum nequit dici, & ſi auntet præſtari abſque indiuidua vitæ conſuetudine.

Hæc autẽ obligatio non ſolũ eſt in eadẽ domo ha-
3 bitandi, ſed etiam ſimul in eadẽ menſa accumbendi, & in eodem lecto iacendi, vt docent Cuccus *d. n.*25. Sanchax *d. diſp.*4. *n.*2. Villalobos *d diff.* 23. & Fagundez *d. cap.*7. *numero* 6. Cum id ad perfectam coniugum vnionem exigatur, & ad mutuam amicitiam amorémque inter eoſdem coniuges fouendum, augendúmque requiratur.

Ex præfata obligatione ſequitur, vt neuter con-
iugum poſſit ab altero, eo inuito, diſcedere, & ad 4
longum, ſeu diuturnum tempus abſque iuſta cauſa, ſeu neceſſitate abeſſe citra peccatum mortale. Sanchez *d diſp.*4. *n.*12. Coninch *loco ſuprà citato.* Laymann *d. c.* 2 *n.*3. *fine.* Perez *d. ſect.*3. Fagundez *d. c.*7. *n.*7. Palaus, Auerſa, Villalobos *locis citatis*, & alij recentiores; & ita conſtat *ex cap.*1. *de coniugio leproſorum* ibi: *Cum vir, & vxor vna caro ſint, non debet alter ſine altero diutius eſſe* &c. Quandu autem cenſenda ſit diuturna abſentia arbitrio prudentis conſiderantis abſentiæ cauſis, & incontinentiæ periculo definiendum relinquitur. Gloſſa *in dict. c.* 1. *verbo diutiùs*, Menochius *de arbitr. caſu* 456. *n.*2. Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. c.*1. *n.*4. *de coniug. leproſ.* Et in his terminis Sanchez *d. n* 3. Dixi autem *Neuter*; quia quoad ius ſeruandi perpetuam ſocietatem vir, & vxor ſunt pares, vt dixi *ſuprà c.* 1. *n.*14. & tradunt etiam citati Doctores.

Neque valet ſtatutum, aut conſuetudo, vt viri diu- 5
tiùs ſine vxore ſint, Butrius Alex. de Næuo, & Præpoſitus *in d c.*1. *n.*3. Barboſa *d. collect. n.*4. & Sanchez *d. n.*12. *fine.* Et ratio eſt manifeſta, quia iuri naturali, & diuino ſuprà explicato cohabitationem coniugum præcipienti aduerſatur.

Poteſt verò vir inuita etiam vxore diu abeſſe ex iu- 6
ſta cauſa, ſeu neceſſitate diuturnam abſentiam poſtulante, nempè ob bonũ publicũ patrię, Regis, Principis ob militiã, vt ſi Princeps illũ ad bellũ conuocaret, cùm teneatur ſe præſtare Regi obedientem, & quoties viri docti, & prudentis arbitrio ad familiæ gubernationẽ, & ad rem familiarem tuendam, familiamque ipſam alendam neceſſaria iudicatur diuturna abſentia, ſi abſit propter inimicitias, quas non poſſit ita breui tempore cõponere. In his enim caſibus abſentia non debet cenſeri irrationabilis, & illicita: Nam coniuges in ipſo matrimonij contractu pollicentur ſibi mutuum obſequium, & operarum communionem quantum ad œconomiam, & propriæ domus gubernationem, & ad hoc tendit ſocietas coniugalis. Quare in huiuſmodi euentibus vxor eſt irrationabiliter inuita, & ideo vir non tenetur illi morem gerere ſubeundo bonorum iacturam, vel Principis indignationem, & ita docent Nauarrus *in man. cap.* 16 *numero* 32. *verſic.*3. Azorius *part.*2. *lib* 3. *cap.* 31. *quæſt.*19. Sayrus *libr.*6. *clau cap.*6. *num.*9. Sanchez *alios allegans d. diſp.* 4. *n.* 11. Fagundex *d cap.*7. *n.*11. Toletus, Perez, Coninch, Palaus, Auerſa, Villalobos *locis ſuprà n.*1. allegatis, Laymann, *d. cap.* 5 *n* 3. *fine.* & alij communiter.

E contra verò vxor abſque viri licentia expreſſa, 7
vel tacita abeſſe non poteſt, vt poſt Sotum 4. *diſt* 32. *quæſt. vn. art.* 3. *ad* 1. *verſic. At verò*, tradunt *locis citatis* Sanchez, Fagundex, Coninch, Laymann, Perex, & alij, quia vxor nec militiæ, nec aliis negotiis idonea eſt, nec ad eam ſpectat œconomia domus tanquam caput, ſicut ſpectat ad virum.

Cùm etiam vir ſit ſuperior, & caput mulieris po- 8
teſt breuem aliquam profectionem, & peregrinationem deuotionis cauſa efficere ſuo arbitratu etiam inuita vxore; non autem vice verſa vxor, ſi neceſſitas non exigat abſque viri conſenſu peregrinari etiam ad breue tempus poteſt. Ita Doctores allegati, præſertim Coninch Laymann Villalobos *locis citatis.* Sanchex *d. diſp.*4 *num.*15. Fagundez *d. cap.* 7. *numero* 12. Perez *d. ſect* 3 *num.*6. Palaus *dict.* §. 1. *num.*3. & Sayrus *d. cap.*5. *n* 9. Ex eo enim quod maritus eſt caput vxoris, non docet eſſe ita aſtrictum vxoris conſortio, quin

poſſit

poſſit aliquamdiu recreationis, vel deuotionis cauſa ab ea diſcedere, quod vxori, vtpote viro ſubiectæ, non permittitur; maximè cum eius ſtatum non deceat peregrinatio.

9 Longam autem peregrinationem deuotionis ſolius cauſa inuita vxore maritus non poteſt vouere & ſuſcipere ex communi eorundem Doctorum locis citatis, & aliorum tum *num. 1.* allegatorum; tum quos latè refert Sanchez *d. num. 15.* ea enim abſentia non eſt cauſa neceſſaria, vt in caſibus, de quibus *n. 6.* & eſt præiudicialis vxoris. Neque Deo placent vota, quæ cum damno alterius implenda ſunt; quale eſſet huiuſmodi votum, & peregrinatio, quæ in præiudicium debiti, & cohabitationis coniugalis ſuſciperetur. Diſplicet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſſio, qualis eſt quæ cum damno tertij efficitur. Neque obeſt, quod vxor virum diſcedentem teneatur comitari iuxta textum *in cap. vnaquaque 15. quæſt. 2.* & probabitur infra; nam id verum eſt, quando ex cauſa neceſſaria diſcedit, vel diſcedit alibi diutius moraturus, & ſequela non ſit nimis oneroſa, vel minimè conueniens fœminis, vt Suarez, Fagundez *locis infra allegatis.*

10 Excipitur tamen votum peregrinationis in ſubſidium terræ ſanctæ, *cap. ex multa §. in tanta, de voto.* vbi ex ſpeciali priuilegio in fauorem terræ ſanctæ conceditur viro, vt poſſit inuita vxore tale votum in ſubſidium terræ ſanctæ emittere, & exequi. Qui caſus, cum ſit ſpecialiſſimus ob fauorem tantum terræ ſanctæ, non poteſt illud priuilegium extendi ad votum peregrinationis cauſa deuotionis factum abſque ſubſidio, ſed debet intelligi ſolum de voto ſubſidij, vt Gloſſa *ibi, v. viri.* Syluester *v. votum 5 quæſt. 1.* Roſella *votum 2. 8.* Roderiquez, *in ſum. tom. 2. cap. 90 num. 7.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. ex multa num. 10.* Suarez *de relig. tom. 2. de voto lib. 6. cap. 4. num. 14.* Sayrus *loco num. 6. citato.* Sanchez *d. diſp. 4. num. 16. & lib. 4. ſumm. cap. 34. num. 24.* Fagundez *d. cap. 7. num. 15.* alij recentiores *ſupra num. 1. citati.* & alij à Sayro, Sanchez, & Fagundez relati; cum enim tale priuilegium ſit in præiudicium vxoris, non eſt extendendum; præſertim quia illud præiudicium ſuſtinetur ob fauorem publici boni totius Eccleſiæ (cuius fauore ſi vxor loqui nequeat virum, iuſtum eſt, vt ad tempus contineat) qui fauor ceſſat, quando peregrinatio eſt ſolius deuotionis cauſa, cum tunc adſit ſola priuata vtilitas, & ideo talis peregrinatio longa inuita vxore nó poteſt à viro inſtitui vt præfati Doctores. Notauit autem *locis citatis* Suarez, Sanchez, Barboſa *d. collect. num. 9.* idem Sanchez *lib. 4. ſumm. cap. 34. num. 24.* Fagundez *in decalogum lib. 2. cap. 34. num. 24.* & Suarez, *tom. 2. de relig. lib. 6. de votis cap. 4. num 8.* ex S. Thoma *quodlib. 4. cap. 11.* & D. Antonino *3. part. tit. cap. 22. § 1.* Virum tale votum in ſubſidium terræ ſanctæ non poſſe perſonaliter implere, ſi vxor nolit eum comitari, & ſit iuuenis, relinquaturque in periculo incontinentiæ; nec vxorem teneri illum comitari, eo quod ſit res valde oneroſa; quia ex iure naturæ tenetur vir cauere id vxoris periculum; ac proindè ſatisfaciet tunc redimendo votum. Ex quo fit, vt tale votum non ſit conſulendum viro, ſi vxor eum non poteſt ſequi, & de incontinentia timeatur, vt etiam *loco citato* notat Sayrus poſt Sylueſtrum *vbi ſupra*, & Nauarrus *in cap. 12. num. 62.* Quod autem vxor non teneatur ſequi virum ſuſcipientem peregrinationem terræ etiam ſanctæ, præſertim cauſa deuotionis, & non ſubſidij (quod docent Suarez, Sanchez locis citatis, & idem Sanchez *de matr. lib. 1. diſput. 41. num 8.* Fagundez *d. cap. 4. num. 14.* Caſtrus Paulus *d. §. 1. num. 3.* & Perez *d. ſect. 3. num. 6.*) atque adeo non poſſit vxore inuita vouere talem peregrinationem, & illam ſuſcipere ex ſola deuotione. Probatur quia vxor non tenetur ſequi virum in quacunque profectione, ſed in ea tantum, quæ eius ſtatum decet: longę vero peregrinationes nec vxores decent, nec eis ſunt conuenientes, vt præfati Doctores. Quapropter cum illud votum ſit in præiudicium vxoris, vt patet, ea in vita non poteſt fieri. Vnde cum hiſce temporibus terra illa ſit in poſſeſſione Turcarum, & vota adeundi illum locum non ſint facta ad ſubſidium terræ ſanctæ, ſed tantum ex deuotione non poterit maritus huiuſmodi votum ſine conſenſo vxoris facere; vt Sayrus loco citato: Addendum hodie non eſſe locum præfatæ exceptioni, vt notant Suarez *d. n. 8.* & Filliucius *tract. 16. cap. 9 n. 137. fine.* Poſſet tamen eſſe, ſi moueretur bellum pro recuperanda terra ſancta, vt iidem Suarez, & Filliucius

Quamuis autem etiam vxorem abſque conſenſu mariti poſſe ſimile votum peregrinationis in ſubſidiũ terræ ſanctæ facere, & exequi, ſi non ſit iuuenis, & ſuſpecta de incontinentia, & habeat talem facultatem, vt ſecum adeundo Hieroſolymam poſſit ducere milites, qui auxilio ad bellum eſſe poſſint, aſſerentur plures, quos referunt Sayrus *d. cap. 5. num. 9.* & Sanchez *d. diſput. 4. num. 17.* & Nauarrus *d. cap. 12. n. 61.* qui & illos ſequitur; quia etſi textus in *d. §. in tanta,* nil diſponit de vxore, militat tamen in ea eadem ratio, & videtur fauere caput *Quod ſuper his fine, de voto.* Nihilominus rectiùs ſentiunt alij communiter vxorem viro contradicente non poſſe tale votum emittere, aut exequi etiam attenta diſpoſitione illius textus ob diuerſitatem rationis; quæ facit, vt quod diſpoſitum eſt in viro in ſubſidium terræ ſanctæ, non ſit ad vxorem extendendum; nam mulier cum maiori commodo Eccleſiæ poteſt peregrinari; & cum illa debeat à viro regi, faciliùs illa tenetur ipſum ſequi, quàm è contra vir ipſam. Ita Syluester *d. v. votum. 5. quæſt 1* Roſella *votum 2. §. 9.* Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6 de votis cap. 4. num. 15* Sayrus, Sanchez *locis citatis* Fagundez, Perez *locis allegatis*, alij recentiores *ſupra relati* S. Thomas, Paludanus, Durandus, Suppl. Gabr. Sotus, Viguerius, Stunica, & Roderiquez *allegati* à Sanchez, & Sayro, Qui reſpondet ad textum *in d. cap. quod ſuper his. fine*; vbi dicitur de muliere, *Quod vadat per ſe, aut per alium*, quia cum ibi non exprimatur an votum in ſubſidium terræ ſanctæ de licentia viri, vel ſine emiſſum fuerit, intelligẽdus eſt eo modo, quo minus contradicat huic communi opinioni, à qua ſine textu, & ratione non videtur recedendum. 11

Virum autem in caſibus, in quibus iuxta tradita ſuprà *num. 6.* vir diu abeſſe poteſt etiam inuita vxore, debeat ſecum illam ducere, ſi ipſa velit eum ſequi. Etſi pro parte affirmatiua facit textus *in dict. cap. quod ſuper his fine, de voto.* Vbi habetur, virum in peregrinationem terræ ſanctæ abeuntẽ tenere deferre vxorem illum comitari volentem & remanere nolentem; ibi, *Vt quæ remanere noluerint, viros ſuos ſequantur.* Quæ deciſio debet procedere in quocunque alio caſu longæ viri abſentiæ neceſſariæ, & ex iuxta cauſa. Nihilominus DD. communiter aſſerunt virum non teneri vxorem ſecum ducere, ſi proficiſcatur ſtatim rediturus, aut notabiliter moram non facturus in vno loco, ſed in diuerſis ob diuerſa negotia, quia id magno impedimento eſſet, & moleſtiſſimum viro, & magnæ expenſæ eſſent faciendæ ad eandem transferendam. Quapropter tunc vxor nolens remanere, eſſet irrationabiliter inuita; teneri vero illam ſecum ducere, ſi in vno loco ſit diù habitaturus, & non ſine neceſſariæ magnæ expenſæ ad eandem transferendam; quia tunc eſſet rationabiliter inuita. Ita Sanchez *d. diſp. 9 n. 14.* (dicens in hoc ſecundo caſu intelligi d. text. in cap. quod ſuper his) Auguſtin. Barboſa *collect. ad d. cap. quod ſuper his n. 4.* Fagundez *d. cap. 7. num 12.* Caſtrus Palaus *d. §. 1. num. 5.* Perez *d. ſect. 3. n. 4.* 12

Filliuccius *d cap.9. num.315.* Auerſa *d.loco ſuprà num.1. citato*,& alij recentiores. Quoties autem maritus ad longum tempus, & iuſta cauſa eſt abſuturus moram contrahendo in eodem loco, eum teneri, ſi poſſit commodè, vxorem extrahere à proprio loco, vt ſecum cohabitet; tradunt in terminis Toletus, & Sayrus *locis num.1. citatis* & colligitur ex aliis præallegatis, & doctrina tradita.

13 An autem, & quando coniux ſanus teneatur habitare in eadem domo cum coniuge leproſo, vel habente morbum gallicum, aliúmue morbum contagioſum, explicatum eſt *ſuprà cap.1. numero* 98. *& tribus ſeqq.*

14 Quando etiam alter, vel vterque eſt excommunicatus etiam nominatim denunciatus,eos non excuſari à mutua cohabitatione, & obſequiis coniugalibus niſi in certis caſibus latè pariter explicatum eſt *ſuprà eodem cap.1. à num.*278 *ad* 295. De ſeruorum etiam obligatione quoad maritalem coniunctionem, & mutua obſequia fuſiùs actum eſt *eod cap.1. à num* 337. *ad finem.*

15 Excuſaret porrò vxorem à mutua cohabitatione cum viro, ita quod ab eo poſſet diſcedere, probabile periculum vitæ corporalis, ſicut etiam non tenetur vxor (vt latiùs *cap.* 1. probatum eſt) debitum reddere cum graui ſalutis, vel valetudinis detrimento, aut probabili periculo. Ita Sanchez *lib.1. de matrim. diſput.*4. *num.*3. alios allegans Fagundez *d.lib.*4. *cap.*1x. *num.* 14. alij ab ipſis *citati*, & cæteri Recentiores *ſuprà num.1.relati.*

16 Item excuſaret periculum alterius damni grauis temporalis, vt ſi vir ſit fur incorrigibilis,aut aliis ſceleribus deditus, atque ita vxor periculo expoſita ſit quotidie damni ſibi per miniſtros iuſtitiæ inferendi, poſſet ea viro deſerto aufugere, quo damnum illud caueat. Ita Paludanus 4 *diſt.*32. *quæſt.*1 *art.*2 *num* 7. D.Antoninus 2 *p tit.*1. *cap.*20.§.10. & Sanchez *d.lib.*9. *de matrim. diſp.*24.*num.*7. & latiùs *lib.*10 *diſp.*18.*num.*21. alios allegans ſecus ſi nullum inde vxori detrimentum eueniat, vt ibidem Sanchez, de qua re, & ſimilibus cauſis ob quas alter coniugum poteſt ab altero diuertere latius *infrà*, *parte* 4. *vbi de diuortio.*

17 Multò magis autem à cohabitatione excuſaret vxorem periculum peccandi mortaliter (vt ſi maritus vellet eam proſtituere, vel ad aliud peccatum trahere) vel amittendæ fidei, qua idem maritus cum hæreticis viueret. Vrgentiùs enim obligat præceptum vitandi peccatum, vitæque ſpiritualis, & fidei tuendæ, quam præceptum cohabitandi viro. Ita Syluester, Angelus, Tabiena, Roſella, Armilla *v. vxor* Nauarrus *in ſumm cap* 14.*num* 10. Sanchez *de matrim. lib.*1 *diſput* 41.*num* 4. Fagundez *d.cap.*1x.*num.*15 *&* 16. alij ab iiſdem *relati*, & cæteri recentiores omnes *ſuprà num.1. citati.*

18 Poſſunt etiam coniuges ex mutuo conſenſo cedere huic obligationi habitandi ſimul, & ſeparari quoad thorum, habitationem, & maritalem coniunctionem, ſi iuſta adſit cauſa ceſſionis, & ſeparationis, nullumque adſit detrimentum prolis educandæ, abſitque periculum incontinentiæ; hoc enim caſu alteri non facit iniuriam. Idque colligitur ex D.Paulo 1 *ad Corinth.*7. *Nolite fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.* & tradunt omnes Doctores *ſuprà num.1. relati.* Sanchez *d.diſp.*4 *num.*5. Filliuccius *d.cap.*9.*num* 314. Villalobos *d.diff* 43. Perez *d.ſect.*3 Fagundez *d.lib.*4.*cap* 7.*num.*7. & alij *iiſdem locis d num.1.citati.* Cauſa igitur iuſta erit, ſi non ex odio, aut indignatione, ſi ex amore continentiæ, vt Deo vacent expeditius, vel ne grauentur tam multa prole ex mutuo conſenſu ſeparentur. Dummodo id fiat (ſi ſeparatio non ſolum quoad thorum, ſed etiam quoad cohabitationem in eadem domo) abſq; detrimento prolis educandæ, vt ſi prole careant, vel ſi adſit, iam prouecta ſit. & amplius educatione non egeat, vel commodè poſſit apud alterum ex parentibus educari: Itemque abſit periculum incontinentiæ; quo exiſtente non poſſunt ſeparationi mutuò conſentire, vt colligitur ex verbis D.Pauli *loco citato*; *niſi fortè de conſenſu ad tempus*; & iterum: *reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram*: idemque notant citati Doctores. Quapropter iidem Doctores aduertunt, quod iudex Eccleſiaſticus nullo modo debet permittere coniuges iuniores ſeparatim viuere, quia plerumque periculum incontinentiæ timeri poteſt; vt etiam dixerunt Panormitanus *in cap.1. num.*7. *de coniug. leproſ. & ibidem* Alexander de Neuo *num.*6. & quamuis iudex non compelleret; lex charitatis in hoc caſu, licet ſeparatio ex mutuo conſenſu facta ſit in perpetuum, obligat coniugem, vt à pacto recedat, & alteri in hoc periculo conſtituto ſubueniat, quamuis propter illius conſenſum non violaretur iuſtitia; vt rectè docent Sanchez, Perez, & Palaus *locis citatis*,

Sicut etiam quando vxor ipſa ex propria temeritate, & ſine viri culpa graui ab ipſo receſſit, nec ſe admitti ad cohabitationem petit, licet idem vir lege iuſtitiæ non teneatur ad illam quærendam, tamen dummodo non ſit adultera (vel ſi adultera, & ipſe ſimili vitio laboret) idque abſque infamiæ nota facere poteſt, lege charitatis adſtringitur illam quærere, & ſibi reconciliare, ſi verſetur in periculo incontinentiæ; vel ſi vitam incontinentem ducat, inde ſperetur fore, vt rectè vitam inſtituat, multiſque criminibus abſtineat, quorum admittendorum periculo aliàs expoſita eſſet; quæ omnia tradit etiam Sanchez *lib.* 10. *diſp.*12. *n* 16. *initio verſic. Rurſus infertur*, poſt Syluestrum *v. matrimonium.* 10. *q.*3. 19

Et prædicta communiter admittuntur, de ſequentibus controuertitur. Et primò:

Coniuges an poſſint altero inuito ſeſe venundare, & mancipare ſeruituti.

Et primò an ſtante prædicta coniugum mutua obligatione cohabitandi, reddendi debitum, & ſibi inuicem exhibendi obſequia, tàm viro, quàm vxori interdictum ſit ſe vendere in mancipium, ſeu ſeruituti tradere altero inuito. 20

In hac difficultate certum eſt vxorem marito inuito non poſſe ſe vendere, vt tradunt communiter Canoniſtæ *in can penultim* 29. *quæſt* 2. & Theologi, quos latè cumulat Sanchez *lib* 7.*de matrim.diſput.*33.*num* 9. refert, & ſequitur. Ratio eſt, quia vltra obligationem cohabitandi, & reddendi debiti coniugalis, in qua coniuges ſunt pares, vt ſuprà dictum eſt, vxor ſubditur viro tanquàm capiti in iis, quæ ad regimen domus, & familiæ ſpectant, ac proindè de ſe ipſa abſque mariti conſenſu non poteſt diſponere, & alteri ſubiicere; atque adeo ſi ſe ipſam, marito inuito, venderet in ancillam, maritus poſſet illam à Domino repetere, & vindicare. Cum talis venditio eſſet contra iuſtitiam, vtpotè cum ſit contra rationem capitis, quæ ex natura matrimonij oritur in viro, vt notant Ledeſma, & Sanchez.

Difficultas ergo ſolum eſt de marito, in quo hæc ſubiectio reſpectu vxoris non reperitur, & non obſtante quod ipſe ſit caput, & minimè ſubiectus vxori in ſpectantibus ad domus, & familiæ gubernationem, non poſſe abſque conſenſu vxoris ſe ipſum ſeruituti mancipare; & vendere tradunt Gloſſa *in d. cap. penultim.* 29. *quæſt.*1. *v. diuortij, verſic. Item quæritur*, & ex Theologis Angles *flor. part.*1 *vbi de matrim. quæſt.*10. *de errore conditionis art.*3.*con luſ.*1. Probatur primò ex *d. can. penultim.* 29. *quæſt.* 2. vbi deciditur ſeruitutem 21

volun

voluntariam à marito abſque conſenſu vxoris contractam, eidem vxorem non officere, ob eamque non poſſe dimitti. Secundo quia vxor habet ius in corpus, & perſonam mariti, non minùs quàm maritus in corpus, & perſonam vxoris; vir enim non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, & è contra iuxta Apoſtolum; ac proindè cum ſint pares in hoc iure, ſicut vxor inuito marito non poteſt ſe alteri ſubiicere ſeruituti ſe mancipando, ita nec maritus vxore inuita. Tertiò quia aduerſatur præfatæ mutuæ obligationi cohabitationis, & redditionis debiti coniugalis, & mutuorum obſequiorum; cum his omnibus præſertim liberæ redditioni debiti ſeruitute præiudicetur notabiliter. Tandem quia in vxoris opprobrium redundat iſta ſeruitus. Quare præfata Gloſſa ibidem dicit, quod maritus, qui ſe ea inuita vendidit, poteſt repoſci ab vxore, quæ ius habet in eo, & in cuius opprobrium reſultat ſeruitus. Quod concedit etiam apud eandem Gloſſam Hugo, maximè cum ipſa tempore venditionis fuerit abſens, nec potuit proclamaſſe *argument. l. ſi præcedente, §. lucius ff. mandati.*

22 Contrarium tamen, & eſſe marito integrum ſe abſque vxoris conſenſu venundare, videtur communis opinio. Ita enim docent Archidiaconus, Bellemera, & Turrecrema *in d. can penult. 29. quæſt 2.* Sylueſter *v. matrimon. 8. quæſt. 2.* Angelus, Tabiena, Armilla *v. eodem.* Sotus *in 4. diſtinct. 3. quæſt. vnica. art. 3. concl. vnica.* Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt. 52. art. 3. concl. vnic.* Henriquex *lib. 11. cap. 10. §. 5.* D. Thomas. D. Bonauentura, Ricchardus Palud. ſupplem Gabr. D. Antoninus, Aſtenſis, Ioannes de Friburgo, Celaia, Vi-ualdus, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp. 23. num. 2.* & partim etiam refert illos ſequens Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. can. penultim. 24. quæſt. 2.* Fundamentum eſt, quod vir ſubdatur vxori in iis ſolis, quæ ad debiti redditionem pertinent, in cæteris verò ſit ſui iuris: venditio autem hæc non vergit in præiudicium debiti coniugalis; eſto etiam vir in eius fraudem ſe venundaret; tenetur tamen adhuc vir ſeruus effectus vxori ad omnia, ad quæ lex matrimonij obligat, à quibus retrahi nequit, præcepto domini iuxta tradita *cap. 1. numero 337. & 340. & ſeqq.* Non vacabit autem culpa mortali talis venditio abſque iuſta cauſa facta iuxta eoſdem Petrum Ledeſmam, Sanchez, & Barboſam, eo quod in dedecus graue vxoris, & familiæ redundet nulla iuſta cauſa præcedenti. Quod peccatum iuxta Ledeſmam erit contra iuſtitiam; quamuis id neget Sanchez, licet vir faciat in fraudem, eo quod vir iure ſuo vtatur, nec in vxoris detrimentum cedat quoad debitum coniugale, vt dictum eſt. Dicunt etiam Ledeſma, & Henriquex talem venditionem in vxoris fraudem factam præbere iuſtam diuortij cauſam; quod negant Sanchez, & Barboſa; eo quod ſolum præbeant iuſtam cauſam diuortij, adulterium corporale, vel ſpirituale, aut timor damni notabilis ob ſæuitiam, morbum contagioſum alterius coniugis, aut ſi ad peccatum trahere nitatur. Quorum nil in hoc euentu reperitur; præterquam quod vir vtitur iure ſuo abſque detrimento debiti vxoris. Addit Sanchez *num. 6.* Dominum poſſe virum venditum aliò vendendum mittere, ſi vxor poſſit eum commodè ſequi; cum per venditionem transtulerit maritus in dominum ius omne, quod ipſe habebat ſuæ libertatis; & tantum id reſeruatum eſt, quod matrimonium lædere poterat; vir autem ſine matrimonij læſione poterat domicilium mutare vxore potente eum commodè ſequi, vt probabitur *§. ſequenti*; quare eodem iure vtetur Dominus. Poſtremò iidem Barboſa, & Sanchez poſt plures alios aduertunt vxorem venditioni mariti conſentientem non redigi ob id in ſeruitutem; ſed ſolum præiudicare ſibi quoad debitum coniugale; cui præferetur obſequium domini eodem tempore petitum, niſi eidem vxori incontinentiæ immineat periculum iuxta tradita *cap. 1. n. 342. & 343.*

Porrò hæc ſententia ſic confirmata, & explicata. Ad fundamenta prioris ſententiæ Gloſſæ reſpondet Sanchez *d. diſput 23 fine.* & ad primum, textum illum ſolum probare ob talem venditionem non præiudicari vxori, vt ſit dimittenda, vel ei negandum debitum. Ad ſecundum, vxorem retinere poteſtatem, & ius in corpus viri venditi quoad vſum coniugalem, in quo vir, & vxor ſunt pares, non eſſe verò pares quoad ſubiectionem iuxta tradita *num 20. & num. præcedenti.* Ad tertium, non aduerſari, quia non præiudicat redditioni debiti vt *num præcedenti*, explicatum eſt. Ad vltimum, ſolùm probare peccare lethaliter maritum, ſe vxore inuita vendentem in mancipium, ſi faciat abſque iuſta cauſa. 23

Cæterùm prædictis non obſtantibus priori ſententiæ libentiùs adhæreo; quia mihi videtur non poſſe negari per nouam ſeruitutem ſuperuenientem, & mariti ſubiectionem notabiliter præiudicari obſequiis omnibus coniugalibus, ad quæ coniuges ipſi mutuam habent obligationem. Dura enim, & miſerabilis ſeruorum conditio propter dominorum imperium, quibus coguntur obſequi velint, nolint etiam in iis, ad quæ ratione ſeruitutis non tenentur; vnde maritus ſe ſponte vendens ſeſe exponit manifeſto periculo defraudandi ſæpiùs vxorem neceſſariis, & debitis obſequiis coniugalibus; atque adeò videtur non poſſe ſe mancipare ſeruituti eadem vxore inuita. Quam etiam facta venditione mariti, ſi dominus aliò præſertim in longinquam regionem vendendum mitteret, ſi ipſa venditioni non conſentit, putarem non teneri ſequi maritum, eo modo, quo tenetur illum ſequi, quando ipſe ſponte domicilium mutat; ſicut etiam non tenetur ſequi maritum poſt matrimonium factum vagabundum. Idque maximè ſi maritum ſequi, illi eſſet valdè oneroſum, vel opprobrio, & dedecori. 24

Et quidem in Regno Hiſpaniæ *l. regia finali titul. 5. par. 4. expreſſè* prohibitum eſt viro ſe vendere in mancipium; & venditio facta irritatur, & reſcindi ab vxore poteſt, quod procedere, etiamſi vir in fraudem matrimonij non ſe vendat; poſt Gregorium Lopez probat Sanchez *d diſput 23. num. 8.* vbi etiam cum eodem Lopez addit vxorem retractantem hanc venditionem non teneri ſoluere pretium *argum. l. 2. ff. ſi liber. ingen.* loquentis in patrono; quia retractat ob ſuum præiudicium. 25

Quod ſi alter coniux in captiuitatem ſit ductus, tunc iidem Sanchez *d. diſput. 23 num. 5.* & P. Ledeſma *loco citato* aiunt, non teneri derelictum ſequi captiuum, ſed niti totis viribus, vt quàm primum poterit, ipſum redimat, quia cum tanto incommodo, ſeu detrimento non tenetur illum ſequi.

Ob dotem promiſſam non ſolutam, an liceat marito negare vxori cohabitationem, illámque à domo ſua expellere.

Secundò controuertitur, an ob dotem ſibi promiſſam ab vxore, vel à patre non ſolutam ſuppoſito, quod huius ſolutionis defectu eandem vxorem alere non teneatur, poſſit maritus eidem vxori negare cohabitationem, eámque à domo expellere; circa quam difficultatem.

Prima ſententia abſolutè aſſerit maritum poſſe illam expellere, attento iure ciuili, & canonico. Pro hac ſententia allegatur communiter Gloſſa in *Auth.* 26

de non

de non eligendo ſecundò nubentes, v. onera, collatione 1. Quam tamen Conartuuias & Cucchus *locis infrà citatis* non tant hanc ſententiam non probare; quia ſolum dicit iniquum videri, quod vxor alatur à viro non tradita ſibi dote, iudicémque curare debere, vt dos marito tradatur; ex quibus verbis non rectè infertur, Gloſſam illam velle, vxorem poſſe à viro ex eo expelli à coniugali conſortio, & cohabitatione. Sententiam autem hanc tenent Iaſon *in § fuerat num. n 98. inſtit. de actionib.* Paulus *in l. cum dotem §. ſin autem. ff. ſoluto matrim.* Alex *in l inſulam §. vxores ff. eod.* Baldus *in cap. quemadmodum n. 8. de iure iurando.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis § ſi quis ex his num. 51 ff. de lib agnoſ.* Panotmitanus *in cap. per verſus num. 4 & 9. de donat. int. vir. & vxor. ibidem.* Palatios *notab. 3. num. 2.* Natta *conſil. 15. n. 9. lib. 1.* P. Gregorius *in Syntag. iur lib. 9. cap. 19. num. 3.* Ant. Gomez *in l. 50. Tauri n 31.* Franciſcus Marcus *decis 732. num. 42 p. 2.* Philippus Paſchalis *de virib. patria poteſtatis cap. 5. num. 4.* Neuizanus *in ſyl nupt in verbo non eſt nubendum num 46.* & ſententiam hanc tenent alij Iuriſperiti ab iiſdem à Sanchez *de matr. lib. 9. diſp. 5. num. 11.* à P. Barboſa, Auguſtino Barboſa, Couartunia, Surdo & Stephano Gratiano *locis infrà notatis relati.* Hancque ſententiam in puncto iuris communem eſſe ait Spino *in ſpeculo teſtam gloſſ 11. num. 66. fine.* Ex Summiſtis ita ſentiunt Angelus *v. dos num. 9.* Tabiena *ibid quæſt 8 num. 9.* Armilla *num. 10.* & Sà *v. Dos*, limitans quando ipſa vxor ſine culpa eſt. Probatur hæc ſententia primò tùm per textum *in l. finali Cod. ad ſen. Conſ. Velleianum* ibi: *Neque enim ferendum eſt mulierem fieri indotatam; & ſic à viro forſitan repelli.* tum per d. cap *per veſtras. de donat int vir. & vxor fine*, ibi; *Ne occaſione dotis detenta vxor à viro dimiſſa ſeu vir qui dimiſit vxorem adulterij reatum incurrat.* In his enim textibus Iuriſconſultus, & Pontifex videntur ſupponere licitum eſſe viro ob non ſolutam dotem domo vxorem expellere; eo vel maximè quod in d. cap. *per veſtras* vxor expulſa fuerat; & tamen S. Pontifex conſultus non iubet prius vxorem reſtitui, quàm præſtetur dos; cenſet ergo S. Pontifex poſſe vxorem domo expelli. Secundò, quia vir non erat eam habiturus in vxorem, niſi dos fuiſſet ſoluta, *l. pure §. ſi eum. ff. de dolis exceptione.* Sed rectè reiicit hanc rationem Surdus *de alim. tit. 7. q. 17. num. 13. ad 16.* Matrimonium enim cum ſit ſacramentum non reſcinditur, etiamſi dotes vnius partis cauſam illi dederint, cap. *veniens, de tranſact.* Gloſſ. *ibid.* & etiamſi altera pars ſit minor, & peteret reſtitutionem in integrum, vt *ibidem* Surdus & Gloſſa, & Doctoribus *in cap. ex parte, de reſtit ſpoliat.* Quare cum in matrimonio non detur retractatio ex cauſa non ſequuta, non eſt bona ratio expellendi vxorem, quia non eſſet aliter illam ducturus. Tertiò, quia vir non tenetur vxorem alere dote non ſoluta; vt in præſenti controuerſia ſupponitur, & tradit Gloſſa præallegata *in d. Auth de non eligendo ſecundò nuben.* ſed ſi non tenetur alere, neque tenetur ei habitationem præſtare; quia alimentorum nomine habitatio continetur *l. do legatis ff. de alim. & cibar. legat.* Quartò, quia dos conſtituitur ad onera matrimonij ſuſtinenda *l. pro oneribus. Cod. de iure dotium*; ac proindè ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus, ita quod dote non ſoluta non teneatur maritus ſuſtinere matrimonij onera, inter quæ non leue exiſtimatur, ferre leuitatem, loquacitatem, importunitatem, & alia mulierum vitia. Quintò, & vltimo, quia omnia iura fauent deceptis, & indigni ſunt deceptores omni fauore, cum ergo vir deceptus eſt cauſa dotis promiſſæ non ſolutæ, illi potius, quam vxori eſt fauendum, vt ſic poſſit viri ei habitationem, & alimenta negare, & ſic eam domo expellere. Aduertunt autem huius ſententiæ Doctores (vt notauit P. Barboſa *in l. 1. p. 3. n. 55. ff. ſolut. matr.*) quod ob id, ſeu huiuſmodi expulſionem, & negationem habitationis in domo propria maritus non dicatur diuertere ab vxore, in eo ſenſu, quo diuortiũ prohibetur iure diuino inter coniuges, cum in domo vxoris poſſit maritus cum ea rem habere. Limitatur autem hæc ſententia quando vxor promittens ſoluit, quantum facere poteſt. Ita P. Barboſa *in l. 1 ſolut. matr. p. 3* Surdus *de alim. tit. 7 q. 17. n. 28. & 29.* Item limitatur, ſi dos nullo modo fuerit promiſſa. Ita Brunorus, & alij *relati à* Sanchez *dict. diſp. 5. nu. 15.* ſublimitantes, ſi vxor ſit diues, & nolit dotem viro conſtituere, volentes tunc poſſe expelli. Extenditur autem eadem ſententia ſiue dos fuerit ab vxore, ſiue ab extraneo promiſſa, eo quod ratio expulſionis ſit dos non ſoluta. Ita Corneus, Ruinus, & alij, quos (hac ſententia ſuppoſita) referunt, & approbant contra nunnullos alios Surdus *d. q. 17. num 35.* & Sanchez *d. diſp. 5. n. 12.* Extendunt etiam ſi pars dotis tantum ſit ſoluta, vt tunc quidem teneatur vir ad partem correſpondentem alimentorum quæ admittunt diuiſionem; non autem ad cohabitationem, quę diuiſionem nõ admittit. Ita Corduba de Lara *loco ſuprà citato*, Gomez, & alij, *quos* (hac ſententia ſuppoſita) referunt, & ſequuntur Surdus *d. c. 17 num. 23. & ſeqq.* & Sanchez *d. diſp. 5. num. 13.* Deinque hac ſententia ſuppoſita non obſtante, quod vir ob dotem non ſolutam expulerit, poteſt adhuc agere, vt dos promiſſa ſibi ſoluatur à promittente; cum dote ſoluta ſit paratus illam admittere ad cohabitationem. Ita *in d. cap per veſtras.* Hoſtienſis, Ioan. Andr. Panormitanus, Butrius, Alexander de Neuo, Lupus, & Sanchez *d. diſp. 5 num. 14.* contra Ancharanum *in d. cap. per veſtras n. 4.* oppoſitum docentem. Hæc quoad hanc primam ſententiam.

Secundò ſententia aſſerit, quod attento iure ciuili poteſt vxor ex cauſa dotis promiſſæ non ſolutæ expelli per maritum à mutua cohabitatione *d. l. fin. Cod. ad S. C. Velleianum.* Attento tamen diſpoſitione iuris Canonici (cui in hac materia ſtandum eſt) non poteſt maritus expellere propriam vxorem propria authoritate; ſed iudicium Eccleſiæ expectare debet cap. *porrò, de diuort.* Ita Baldus Nouellus *de dote 6 p. priuil. 43. num. 3. verſic. poſſet tamen.* Cardinalis *in d. cap per veſtras in oppoſit 4.* & Lupus *ibid in notab. 3.* quos duos poſteriores tanquàm huius ſententiæ refert Stephanus Gratianus *tom. 1 cap. 65 n. 28.* Verùm ſi propter *d. l. fin C. ad Velleianum*, iure ciuili poteſt maritus dote non ſoluta expellere propria authoritate vxorem, poterit etiam iure Canonico; cum textus in dict. cap. *per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* vrgentius quàm *dict. lex finalis* videatur probare, maritum ob eam cauſam poſſe propria authoritate vxorem expellere. Ita arguit contra Baldum Nouellum P. Barboſa *dict. numero* 55. 27

Tertia igitur ſententia longe probabilior, & in praxi recepta, à qua nullo modo recedendum tam in foro interno, quam externo aſſerit abſolute ex cauſa dotis promiſſæ non ſolutę, eſto maritus poſſit vxori negare alimenta, nullo tamen modo poſſe eam expellere à domo, & mutua cohabitatione. Ita Carolus ad Alexandrum *conſil. 56. num. 10. lib. 4.* Conartuuias *de ſponſ p. 2. cap. 7. initio num. 2.* M. Antonius Cuccus *inſtit. maior. lib. 5. tit. 11. num. 127.* Spino *d gloſſ 11. n. 66.* P. Barboſa *d. nu. 55. & 56.* Cacheranus *deciſ. Pedem. 132. num. 28.* Baëza *tract. de non meliorandis filiab. cap. 32. n. 21.* Surdus *d. q. 17. num. 7. cum pluribus ſeqq.* Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp. 425. num. 6.* Ioannes Valerus *de differentiis in vtrumque forum v. vxor diff. 2.* Stephanus Gratianus *d. cap. 65 num. 24. & ſeqq.* Vrſillius ad Afflictum *deciſ. 124. num 4.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. per veſtras num. 9.* (quamuis contrarium videatur tenere *collect. ad d. l fin. num. 9. Cod ad Velleianum*, ſed ibi tantum refert Doctores vtriuſque partis) & Matienzo *in rubr.* 28

tit.

Google

tit.1. Gloſſa *1.num.91.lib 7. noua recop.* & ex Theologis Henriquez *lib.11. de matrim. cap.16.num.3.fine & cap.18. num.2.* Sanchez *de matrimon lib.9. diſp 5.num.17.* Rebellus *de oblig. inſtit. part.2. lib.5 quæſt.10.ſect.4 num.10.* Reginaldus *lib.31.num.300.* Villalubos *p.1. tract.13. diffic.44. num.2.* Fagundez *in decalog.lib.4.cap.10.num.18.* Caſtrus Palaus *p.5.tract 28.p.5. §.2.num.6.* & alij recentiores Theologi communiter. Et hoc idem ſentire Syluester *v. dos. num.21.* aiunt P.Barboſa, & Rebellus *locis citatis*, dicentes cum aſſerere maritum ob dotem non ſolutam vxorem nondum traductam ad domum ſuam non teneri traducere; ipſam verò iam traductam non poſſe propria authoritate eam expellere, ſi habeat, vnde alimenta illi præbeat; ſecus ſi non habeat, quia tunc, cum nemo ad impoſſibile teneatur, ad domum parentum eam reducere poteſt. Sanchez autem *d diſp.5.num.10.* putat Syluestrum ibi potiùs tenere primam ſententiam: ſed hoc parum refert. Probatur hæc ſententia, quia quod dos promiſſa non ſoluatur, non eſt cauſa ſufficiens ſeparationis, nihilq; ad hoc ius cohabitationis attinet, cum coniugalis cohabitationis obligatio non oriatur ex dote recepta, ſed ex ipſo matrimonij contractu, iureque naturali, & diuino, nec diſſolui poſſit hæc coniugalis ſocietas, niſi ex cauſa fornicationis, vt conſtat in *cap. gaudemus, & cap porrò, de diuortiis, & ex cap 5 Matth.* vbi Christus Dominus prohibet vxorem dimitti excepta fornicationis cauſa; & tunc etiam iudicio, ſeu authoritate Eccleſiæ dimittēda eſt vxor. *cap.plerumque, de donat. int.vir.& vxor.& d.cap. porrò*; in quo non nomeratur hæc cauſa non ſolutionis dotis inter cauſas diuortij, cum tamen omnes illæ ibi enumerentur. Sicut ergo ob non ſolutam dotem non ceſſat obligatio reddēdi debitū vxori, quia hęc oritur ex iure naturali, & diuino, & ex natura matrimonij; ita neque ob eandem cauſam ceſſat obligatio mutuæ cohabitationis. Quod etiam magis confirmatur; quia præcipuus finis cohabitationis non eſt vt vxor à viro alatur, ad quod dos conſtituitur, ſed vt mutua ſibi obſequia præſtent ad prolis generationem, & commodam educationem, vtque vir vxorem regat, & gubernet, qui finis non ceſſat non ſoluta dote, & conſequenter non ceſſabit obligatio cohabitationis. Quæ ratio, & confirmatio conuincit, nec cum iudicis auctoritate ob dictam dotem non ſolutam fieri poſſe dictam expulſionem vxoris à cohabitatione mariti; id quod etiam expreſsè docent Couarrunias, Cucchus, P.Barboſa, Spino, Gratianus, Sanchez, Ioannes Valerus, & Fagundez *locis citatis*: imò ſi maritus ex hac ſolùm cauſa dotis non ſolutæ vxorem expelleret, iudex Eccleſiaſticus etiam ex officio prædictam ſeparationem non debebit tolerare, & vterque etiam per cenſuras cogendus erit ad iterum ſimul cohabitandum iuxta eoſdem Doctores, & alios, quos Gratianus *d.cap. 65. num.24.* refert; & ita practicari aſſerit Spino *dict. numero 66. fine.*

29 Vir igitur ob dotem promiſſam non debet vxorem expellere, ſed agere, & vti ſua actione aduerſus ſocerum, vel dotem promittentem; & ſicut iudex Eccleſiaſticus ex officio non debet ſeparationem coniugum tolerare, ſed cogere eos ſimul cohabitare; ita etiam debet curare, vt dos marito ſoluatur eo modo, quo poteſt. Vt notant etiam Couarrunias, & Petrus Barboſa *locis citatis*: & hoc eſt, quod præſertim voluit Gloſſa *in Auth.de non eligendo ſecundo nub.* dum dixit iniquum videri, vt vxor alatur à viro non tradita ſibi promiſſa dote. Quod ſi promiſſor ſit adeò litigioſus, ac controuerſus, vt difficillimè dos ab eo extrahi poſſit; ad ſummum ſufficit viro denegare alimenta eidem vxori retenta cohabitatione iuxta doctrinam præfatæ Gloſſæ. Quamuis nec alimenta ſaltem iuxta æquitatem, & honeſtatem non videantur neganda, vt Valerus *d. diff. a. fine.* cuius verba libet tranſcribere. *Quis enim* (ait) *Christi Ieſu ſectator denegare poſſet vxori pauperi alimenta. maximè ſecum manenti in eadem domo, cum etiam extraneis indigentibus teneamur ſubuenire, ſi aliunde non habeant, vnde alantur. Quare neque prædictam Gloſſam in foro animæ admittendam puto; niſi quando ſuis manibus, vel aliunde poſſet acquirere alimenta. Et ſatum nimis eſſet vir, qui prædicta alimenta denegaret; cum vtique magnam inde vxori præſtaret occaſionem ad adulterium perpetrandum, vt palàm eſt.* ita Valerus. Sed de obligatione alimentorum præſtandorum infrà ſuo loco parte quarta. Vbi de obligatione mutua coniugum ſibi inuicem alimenta præſtandi.

30 Ad fundamentum autem primæ ſententiæ, quoad primum, *ad d. cap. per veſtras*, reſpondetur primò ex P. Barboſa *d. num.56.* quòd ibi vxor expulſa non petebat reſtitutionem; ſi enim eam peteret ante omnia eſſet reſtituenda per textum *in d cap.porrò, de diuortiis, & ex cap ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat* Reſpondetur ſecūdo ex Cucco, & Sanchez quod quamuis S.Pontifex ibi ſupponat poſſe quandoque de facto contingere, vt maritus ob dotem promiſſam non ſolutam expellat à domo vxorem, non tamen concedit, ſeu definit eſſe licitum, ſed ſuppoſita expulſione licet iniuſta reſpondet ad principale quæſitum de dotis cautione, præſtanda ſit, necne. Quare S. Pontifex ibi voluit prouidere, ne id ſequeretur, quod ſequutum contra ius eſſet. Ad *d.l.final. C.ad Velleianū* pariter reſpōdetur ex Carolo ad Alexandrū, Couarrunia, P. Barboſo, Cuecho, & Gratiano, ibi tātū enūciari, quod forſan poſſet accidere, nēpe, quod de facto poſſet expellere vxorē dote promiſſa non ſoluta, non tamē ibi permittitur expulſio, an teā iure licere concedit: ſæpè enim leges ciuiles, & Canonicæ auertendis, & impediendis etiam iniuriis, & omnib. quæ de facto contingere poſſunt, curam adhibent: nec ideo tamen quis niſi ſtultè dixerit eaſdem leges innuere, vt niſi auerterentur, ac impedirentur, propterea licere deberent, vt latè pluribus exemplis *d. num 127* explicat Cuccus.

31 Ad tertium, patet reſponſio ex probatione eiuſdem tertiæ concluſionis, obligatio enim alendi prouenit ex dote recepta; at obligatio cohabitandi, ſicut & reddendi debitum, & præſtandi adinuicem alia obſequia coniugalia eſt de iure naturali, & diuino prouenientes etiam ex natura matrimonij.

32 Ad quartum etiam patet ex modò dictis, nam onus ſolum alendi, & ſuſtentandi vxorem illiuſque familiam tenetur vir ſubire ex dote; ad onera vero ſimul cohabitandi, & exhibendi alia matrimonialia obſequia tenetur ex vi contractus matrimonij, in quo vxorem ſibi indiuiduam vitæ ſociam adiunxit, atque adeo ob dotem promiſſam non ſolutam non poteſt eam domo expellere, nec ei debitum negare; ſed ad ſummum poteſt eam non alere, modo tamen *ſuprà n.29.* explicato.

33 Ad quintum, reſpondetur ſubueniri marito, quod non teneatur alere vxorem dote promiſſa non ſoluta ſuo tempore, in qua eſt deceptus, non autem quoad expulſionem, vel etiam non traductionem ad domum (vt mox dicetur) cum cohabitationis obligatio oriatur ex natura contractus matrimonij, ſitque de iure naturali, & diuino nullo modo dependens à ſolutione dotis, in qua ſolum verſatur dolus.

Maritus ob dotem promiſſam non ſolutam, an poſſit non traducere vxorem ad domum propriam.

34 Sed nunquid ex cauſa dotis promiſſæ iuxta promiſſionem non ſolutæ poteritne maritus ſaltem vxorem

rem nondum ad domum traductam non traducere, donec illi dos ſoluatur. Affirmant non ſolum Doctores primæ ſententiæ ſuprà *num.* 26. poſitæ, ſed etiam Syluester *d. v dos n.* 11 Petrus Barboſa, Molina, & Rebellus *locis ſuprà n* 18 *citatis*. Et id aiunt probari argumentis adductis *d. num.* 26. neque in hoc caſu vxoris nondum traductæ procedit diſpoſitio cap. *porrò, de diuortiis*, vbi ſolum deciditur vxorem adulteram propria authoritate non poſſe à marito dimitti: & Rebellus præſertim vrget illam rationem, quod dos conſtituitur, vt maritus ipſa onera matrimonij ſubeat, ita quod ipſa dos ſit quaſi pretium prædictorum onerum &c quoſi, inquit, vt ſi ea altera parte contractus non impletur, nec ipſe maritus ea ſua præſtate teneatur onera matrimonij, & ſuſtentandæ vxoris, ac familiæ, & proinde obligari non poteſt ad eandem vxorem in domum ſuam introducendam; & hanc rationem putat demonſtrationem euidentem, vt propterea dicat ſine cauſa ab hac ſententia diſſentire Sanchez, & nonnullos alios. Sed quam vim habeat præfata ratio, quid probet, & ad ſummum ſolum alimenta poſſe in eo caſu à marito negari vxori, oſtenſum eſt in præcedentibus.

36 Ideò dicendum, quod ſicut vir vxorem iam ad domum traductam ex cauſa dotis promiſſæ non ſolutæ non poteſt ei negare cohabitationem, vt probatum eſt, ita etiam non poteſt negare ei traductionem, ſed tenetur ad eam ad domum ſuam traducendam, & cum ea habitare. Ita expreſsè Sanchez, Fagundez, Villalobos, Palaus *locis ſuprà n.* 28. *citatis*; & ita proculdubio tenent etiã Couarruuias, Cuccus, Ioannes Valerius, Spino, Gratianus, & alij *d. n.* 28. *citati*, aſſerentes ob ſimilem cauſam dotis non ſolutæ non poſſe maritum domo expellere vxorem; cum ratio adducta à Couarruuia, qua alij innituntur æquè probet maritum teneri ad traductionẽ, ſicut probat teneri ad non expulſionẽ. Probatur igitur hæc ſententia eadem ratione, & cõfirmatione ſuprà *n.* 18 adductis, ſcilicet, quod obligatio cohabitationis non pendet ea dote, ſed ea ipſa natura contractus matrimonij oritur. Cum enim ea natura eiuſdem contractus matrimonij oriatur obligatio reddendi debitum, vxorem ipſam regendi, & gubernandi, præſtandi ſibi mutua obſequia, & præſertim quoad prolis gubernationem, & honeſtam educationem, vt in præcedentibus oſtenſum eſt, & nemo negat: & ad hæc omnia neceſſaria ſit domeſtica cohabitatio, hinc fit, vt etiam obligatio cohabitationis ex ipſa contractus matrimonij natura oriatur, & ita maritus teneatur vxorem non ſolum traductam non expellere, ſed etiam non traductam in propriam domum introducere; ad idque cogi poſſit, & debeat per iudicem Eccleſiaſticum etiam per cenſuras iuxta tradita *ſuprà eodem numero* 28. *fine*, & Doctores ibidem allegatos. Qui tamen iudex curare debet, vt promiſſa dos eo modo, quo poteſt, viro à promittente ſoluatur.

An vxor poßit ab habitatione, & domo expelli, quando coniuges impediti ſunt ad petendum, & reddendum debitum coniugale.

37 Tertiò dubitare poſſet quis, cum coniuges ad debiti exactionem, & redditionem ſunt impediti, aut ratione mutui voti caſtitatis cum pacto mutuo, ſeu renunciatione iuris proprij, aut affinitatis, vel cognationis ſpiritualis contractæ, liceat viro vxorem à ſua cura & domo expellere, ſicut tenetur non petere debitum, nec reddere; cum enim obligatio cohabitãdi videatur oriri ea natura contractus matrimonij de, end[illegible] ab obligatione, ſeu obligationem debiti coniugalis; hac obligatione ceſſante, videri poteſt ceſſare & illam. Dicendum ob prædicta impedimenta vſus coniugalis neutrum ex coniugibus altero inuito quoad habitationem poſſe ſeparari, quia prædicta impedimenta ſolam copulam impediunt, non tamen mutuam obſequiorum communicationem, & cohabitationem domeſticam, & commenſalem; & Matth 5. & 19. Chriſtus Dominus ob ſolam fornicationis cauſam vxorem dimitti permiſit, non ſolum quoad debitum cõiugale, ſed etiam quoad cohabitationem. Ita poſt Gloſſam *in can. noſſe, verbo non fraudentur* 30. *q.* 1. & plures alios, Sanchez *d. diſp* 5 *n.* 19. Fagundez *in de alog. lib.* 4 *d.* 1. 10. *n.* 22. & Caſtrus Palaus *d.* §. 1 *n.* 6. Et quando ambo coniuges ſunt impediti petere, & reddere debitum, quod ante diſpenſationem non liberentur à mutua cohabitatione, & aliis obſequiis, licet non teneantur vti eodẽ lecto, imò nec poſſint cum periculo incõtinentiæ (quod ve plurimum contingit) tradidi etiam *ſuprà c.* 5 *n* 101. & notant locis citatis idem Sanchez & Fagundez poſt Turrecrematam *in can quod Deo* 33. *q.* 5. *n.* 2. vbi dicit ob votũ continentiæ vtrino coniugis conſenſu emiſſũ eximi coniuges à redditione debiti, non tamen ab aliis obligationibus matrimonij, & ſic teneri cohabitare ſimul.

SVMMARIVM

§. II.

Vxor regulariter tenetur ſequi virum domicilium mutantem, quocunque vadat, idque ſub mortali n. 38. *&* 39.

Nec poteſt contrarium conſuetudine induci. n. 40.

Non tenetur, quando nequit ſine graui detrimento corporali, vel periculo animæ. n 41.

An, vt vxor teneatur ſequi, exigatur mutationem domicilij à viro fieri ex iuſta cauſa, vel fieri poſſit ad libitum. numero 42.

Vir tenetur ſequi vxorem ex neceßitate, & iuſta cauſa domicilium mutantem, aliòve migrantem, & qua differentia ſit inter maritum, & vxorem n. 43.

Si maritus nolit mutare domicilium, neque vagari, ſed tantum aliquò ſe transferre ad tempus, an vxor debeat illum ſequi. n. 44.

Quid, quando vir ob delictum fugit, vel exulat, vel in carcere detinetur, an vxor illum ſequi debeat. Negatiua num 45.

Affirmatiua. n. 46.

An teneatur ſequi virum per orbem, & hinc indè vagabundum. nu 48 *ad* 52. *vbi diſtinguitur quando vxor ab initio contractus nouit virum eſſe vagabundum, & quando non nouit, in iſto caſu in dubio præſumitur potius ſcientia, quàm ignorantia n.* 53.

Sponſa per verba de futuro non tenetur ſequi ſponſum ſuum, quocumque vadat, & ſi mutet domicilium eſt ſufficiens cauſa diſſoluendi ſponſalia n 54.

Vxor ſortitur domicilium & forum mariti n. 55.

§. II.

Secluſo pacto vt maritus teneatur habitare in certo loco, an, & quando vxor teneatur ſequi virum aliò proficiſcentem.

Dlxi, *ſc. luſo pacto*, &c. nam de hoc pacto an, & qua ratione obliget explicatur § *ſequenti.*

Certum eſt, quod regulariter loquendo tenetur ſequi virum domicilium mutantem, quocumque vadat; conſtat ex can. *vnaquæque* 13 *q.* 2. vbi expreſsè dicitur: *vnaquæque mulier ſequatur virum ſuum ſiue in vita, ſiue in morte*, & tradunt ibidem ſcribentes, & ſcribentes in *cap.* 1. *de coniugat. leproſorum.* & cæteri Doctores Legiſtæ, Canoniſtæ, Theologi, & Summiſtæ *v. vxor.* Petrus Barboſa *in l. maritum numero* 55. *fine* 38

H. ſol

ff. ſoluto matrimonio. M. Antonius Cuccus, *lib. 5. inſtitut. maior. titul. 11. num. 148.* Rota *deciſ. 278. num. 11. part. 4. diuerſorum.* Nauarrus *in man. cap. 14. num. 2.* & ex Doctoribus *ſuprà num. 1. relatis.* Couarruuias *d. capite 7. initio num. 5.* Gutierez *dict. cap. 23. num. 1.* Farinacius *d. quaeſt. 143. num. 257.* Sanchez *lib. 1. d. diſput. 41. num. 1.* Fagundez *d. lib. 4. cap. 12. num. 7.* Layman *lib. 5. part. 3. cap. 2. num. 4.* Reginaldus *d. lib. 31. num. 310.* Rebellus, Bonacina, Villalobos, Auerſa *locis dict. num 1. citatis*, & alij Canoniſtæ, & Summiſtæ, quos referunt Farinacius, & Sanchez. Ratio deducitur ex traditis §. præcedenti, & cap. 1. ſcilicet, quia tenentur ad debiti redditionem, & ad mutua obſequia ſibi præſtanda, quæ præſtare ſibi nequeunt niſi ſimul habitent, & quia vir eſt caput mulieris Gen. 3. *Epheſ. & 1. ad Corinth. 11.* & ideo vxor eſt ſubiecta marito vt Petrus Barboſa, & Rota *locis citatis.* & Sanchez *libro 9. diſp. 4. & 5.* hinc infertur vxorem in hac habitatione teneri ſequi maritum.

39 Cum autem hæc materia ſit grauiſſima, vt per ſe patet, vxor tenetur ad hoc ſub peccato mortali, vt *locis citatis* Nauarrus, Sanchez, Gutierez, Fagundez, alij ab iiſdem *citati*, Farinacius *dicta quaeſtione 143. numero 263.* & colligitur ex alijs recentioribus.

40 Et cum hæc obligatio ſimul habitandi ſit de iure naturali, & diuino, vt probatum eſt, ſequitur, conſuetudinem, quod vxor non ſequatur virum ſuum quocunque vadat domicilij cauſa, non valere, neque prodeſſe. Gloſſa *in capite 1. verbo de conſuetudine in fine de coniugat. lepros.* Panormitanus *ibidem numero 2. notab. 3.* Farinacius *d. q. 143. num. 266.* Gutierez, Sanchez, & Fagundez *locis citatis.*

41 Limitatur tamen præfata doctrina, ſeu regula generalis, vt vxor non teneatur ſequi virum ſuum volentem mutare domicilium, quando illum ſequendo exponeretur morali periculo vitæ, vel alterius grauis detrimenti corporalis, vel animæ, ſcilicet peccandi mortaliter, vel amittendi fidem; vt ſi vir vellet vxorem trahere ad peccandum, vel ad hæreticos proficiſci, vt ibi viuant. Conſtat ex traditis *ſuprà numero 15. 16. & 17.* & tradunt Nauarrus *loco citato. & lib. 4. conſil. in vtraque edit. conſil. 2. numero 4. de diuortio* (vbi ait vxorem timentem probabiliter fore, vt necetur à viro extra territorium, non teneri ſequi virum) Farinacius *dict. quaeſt. 143. numer. 268.* Gutierez *dict. cap. 23. numero 5.* Sanchez *dict. diſput. 41. numero 4.* & Fagundez *dict. capite 12. numero 14. 15. & 16.* Vbi propterea notat, quod ſi Mercator Anglus coniugatus cum Luſitania velit vxorem in Angliam deferre, non teneretur illa illum ſequi ob periculum fidei amittendæ. Et prædicta communiter approbantur: de nonnullis dubitatur.

Si maritus velit mutare domicilium abſque cauſa, an vxor teneatur illum ſequi.

42 Et primò an vxor virum mutantem domicilium teneatur ſequi, ſiue mutet ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta, & ſiue ex neceſſitate, ſiue ſine neceſſitate. Et Alexander de Neuo *in cap. 1. num. 7. in princ. verſic. ceſſante autem neceſſitate quis matrimon. accuſ. poſſ.* ſentire videtur vxorem non teneri ſequi virum, niſi ex neceſſaria, aut iuſta cauſa mutantem domicilium, quod durum ſit obligari ad id ſine cauſa iuſta mutationis. Contrarium tamen, & teneri ſequi virum, licet nulla detur iuſta cauſa mutandi, ſed arbitratu tantum ſuo vir mutet, & modò non faciat ex turpi, aut inhoneſta cauſa, tenent communiter Doctores Bellemera, Archidiaconus, Turrecremata *in can. ſi quis neceſſitate 34. quaeſtione 2.* Panormitanus *in capit. de illis numero 4. de ſponſalib.* Gloſſa, Innocentius, Hoſtienſis, Butrius, Ancharanus *in cap. 1. de coniug. lepros.* Syluester, Angelus, Tabiena *verbo vxor.* Farinacius *dict. quaeſt. 143. num. 258.* Gutierez *d. cap. 23. num. 3.* Sanchez *d. diſp. 41. num. 5.* & Fagundez *d. cap. 12. num. 17.* & alij apud eoſdem Sanchez, & Fagundez. Probatur ex traditis ſuprà *numero 8. & num. 38.* ſcilicet, quia vir eſt caput, ipſiuſq; eſt gubernare, & conſequenter etiam eligere domicilium, non autem vxoris, quæ gubernationi viri ſubeſt; ac proindè quomodocunque vir eligat aliud domicilium, modò non ob turpem, & inhoneſtam cauſam, vxor maritum ſequi debet.

Quare licet etiam vir teneatur ſequi vxorem ex iuſta, & neceſſaria cauſa deſerentem domicilium, & in aliud migrantem, quia quoad debiti redditionem, & mutua obſequia ſunt pares, vt poſt alios Farinacius *d. q. 143. num. 260.* Sanchez *d. diſp. 41. d. nu. 5. & n. 14.* Gutierez *d. cap. 23. n. 13. & 14.* Fagundez *d. cap. 12. num. 18.* Layman, & Auerſa *locis ſuprà citatis.* Non tamen tenetur ſequi, ſi abſque iuſta cauſa, & viri licentia receſſerit, vt iidem Doctores; Henricus Boia; & Alexander de Neuo *in cap. de illis de ſponſalib.* Gloſſa, Hoſtienſis, Innocentius, Ancharanus *in cap. 1. de coniug. lepros.* quia quoad cohabitationem non ſunt pares. Nam cum vir ſit caput, poteſt quidem ipſe ſuo arbitratu eligere, & mutare domicilium, non autem vxor, quæ quoad gubernationem, & regimen eſt eidem viro ſubiecta, atque adeo niſi ex parte ipſius adſit iuſta cauſa mutandi domiciliũ, vel niſi à domicilio recedat de viri licentia, vir non tenetur eam ſequi. 43

Vxor an teneatur ſequi virum aliquò ſe transferentem tantum ad tempus ſine mutatione domicilij.

Secundò dubitatur, an vxor teneatur ſequi virum recedentem non animo mutandi domicilium, ſed redeũdi abſque vagatione de loco in locum. Angelus, Syluester, Roſella, Armilla, Tabiena *verbo vxor*, & nonnulli alij à Sanchez *d. diſp. 41. relatis*, abſolutè, & indiſtinctè aſſerunt in hoc caſu vxorem non teneri ſequi maritum. Sed dicendum ſi maritus aliò proficiſcatur non permanſurus ibi per longum tempus; & peregrinatio eſt longa, non teneri vxorem cum ſequi, iuxta tradita *ſuprà n. 10.* & Doctores *ibidem citatos*, & tradunt Doctores *mox citandi:* ſi verò abſentia ſit futura longa, ſeu per longum tempus ſit ibi moraturus, teneri eum ſequi, ſi abſque graui detrimento ſalutis poteſt; ſi maritus proficiſcatur, & moretur ex iuſta cauſa aliqua (de qua ſuprà *num. 6.*) ſecus verò ſi abſque iuſta, aut neceſſaria cauſa aliò ſe transferat. Ita quod hæc eſt differentia quando maritus mutat domicilium, & dum transfert ſe ad longum tempus ſtatim rediturus eo tempore elapſo, vt in primo caſu nulla requiratur cauſa iuxta tradita *num. 42.* in ſecundo autem caſu iuſta cauſa ſit neceſſaria; cum non deceat vxorem abſque vlla cauſa debere ſuſcipere laborem itineris longi tum eundo, tum redeundo. Ita Henricus Boic, Alexander de Neuo, & Panormitanus *in cap. de illis, de ſponſalibus* à Farinacio *dicta quaeſtione 143. numero 281.* & Sanchez *dicta diſputatione 41. numero 10. relati*, & iidem Farinacius, & Sanchez *iiſdem locis.* 44

An teneatur vxor ſequi maritum ob delictum aliò fugientem, vel bannitum, ſeu exulantem, vel coniectum in carcerem.

Tertiò dubitatur, an vxor teneatur ſequi virum extra ciuitatem, & territorium fugientem ex cauſa delicti, ſcilicet, quia fecit homicidium, vel 45

aliud graue delictum, & timens carcerari, & puniri proficiſcitur aliò; & ſimiliter virum bannitum, vel qui ob delictum à iudice miſſus eſt in exilium. Multorum ſententia eſt, non teneri eum ſequi. Ita nonnulli antiquiores relati à Gloſſa *in cap ſi quis neceſſitate v. eum ſequi 34. quæſt. 2. ibidem* Bellemera, & Archidiaconus, Ancharanus *in cap. 1. numero 4. qui matr. accuſ. poſſ.* Ioannes Lopez *in cap. per veſtras* §. 9. *numero 13. de donat. int. vir. & vx.* & plures alij Iuriſperiti à Sanchez *dict. diſput.* 41. *numero* 11. & Gutierez *dict. cap.* 23. *num.* 11. *relati.* & ex Theologis Henriquez *lib.* 11. *cap.* 10. *numero* 4. *lit. f.* in textu & Gloſſa. Probatur primò per textum in d. can *ſi quis neceſſitate*; vbi dicitur: *Si iſto caſu mariti in aliam Ducatum, ſeu Prouinciam fugientis, vxor non vult ſequi virum ſuum, innupta permaneat.* Præterea vxor innocens non debet pati incommodum culpæ viri, & ob alienum delictum puniri, & idem de viro carcerato ſua culpa ait loco
46 citato Lopez.

Contrarium, & vxorem in prædictis caſibus teneri ſequi virum ſi ſine magno incomodo ſuo poſſit, affirmarunt alij etiam à præfata Gloſſa *d. v. eum ſequi,* qui dixerunt textum in d. can. *ſi quis neceſſitate,* & in c. 1. *de coniug lepro.* fuiſſe correctos in can. *vnaquæque* 13 *q.* 2. Henricus Boic. *in cap de illis, de ſponſal. ibidem.* Alexander de Næuo *& in cap. 1. qui matr. accuſ poſſ.* vbi etiam Hoſtienſis, Panormitanus, Ioannes Andreas Melchior Kling *in lib ſecundùm Decret. in cap. quoniam frequenter* § *Porro n.* 3. *& lite non conteſt.* Hypolitus Riminald. *conſil matr.* 81. *n.* 23. & alij Iuriſperiti, quos referũt, & ſequuntur Gutierez *d n* 11. & Sanchez *d. diſp.* 41. *nu.* 12. ita etiam Laymann *lib.* 5. *p.* 3. *cap.* 1. *n* 4. Reginaldus *lib.* 31. *n* 310. & Auerſa *loco ſuprà nu.* 1. *citato.* Probatur, vxor debet ſequi viri infortunium, vt dicitur *l. ſi cum dotem.* § *ſi maritus ff. de ſolut. matr.* ibi. *Quid enim tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem eſſe?* Quare hoc non eſt puniri vxorem pro viri delicto, ſed infortunium accidit viro, eidemque pœna imponitur, ſed quia vxor iure diuino tenetur ſequi maritum ex cauſa neceſſaria, & ineuitabili aliò migrantem, per accidens id infortunium patitur, non tamen per modum pœnæ, cum ſit innocens, ſed tanquam onus, ad quod ferendum tenetur lege matrimonij. Quemadmodum ſeruus idem exilij infortunium patietur dominum exulantem comitans, non per modum pœnæ, ſed quia iure ſeruitutis tenetur dominũ ſequi. Hæc ſententia theoricè eſt probabilior; & ſecundum eandem idem dicendum de vxore ob delictum, quod non ſit adulterium, carceris euitandi aliò migrantẽ, vel in exilium miſſa, ſcilicet virum eam ſequi teneri ſecluſo magno incõmodo, cum vir, & vxor quoad obligationem cohabitandi & mutua obſequia matrimonialia ſint pares; & colligitur ex *d.* § *ſi maritus.* in praxi tamen non leuem hæc ſententia patietur difficultatem, vt plurimum, cum frequentius occurrere poſſit cauſa ob quam vxor viri, & præſertim vir vxoris præfatum infortunium ſequi non teneatur.

47 Quod autem alterum coniugem in captiuitatem ductum derelictus non teneatur ſequi, ſed illum quamprimum redimere, notatum eſt *ſuprà numero* 25.

Vxor an, & quando teneatur ſequi maritum per orbem vagabundum.

48 Quartò dubitatur, an vxor teneatur ſequi virum vagabundum, ſcilicet, qui non velit habere certum domicilium, ſed hinc indè, & de loco ad locum vagari. Et vxorem non teneri ſequi virum vagabundum aſſeruit abſolutè, & indiſtinctè Hugo relatus à Gloſſ. *in can. vnaquæque* 13. *quæſt.* 2. Verùm Doctores communiter ad dubium reſpondent cum multiplici diſtinctione.

Itaque ſi maritus tempore contractus matrimonij 49
non habebat conſuetudinem vagandi, ſed effectus eſt vagabundus poſt contractum, vel ſi erat ſolitus vagari, tunc vxor ignorauit, ſi vagatio ſit magna, & fieri à muliere non poſſit, niſi cum graui incommodo; vxor non tenetur ſequi virum ita vagabundum. Ita communiter Iuriſperiti, Gloſſa *in d. can. vnaquæque v ſequatur* ibi, *Credo quod ſi ſciret* 13 *q.* 2 Melchior Kling *loco ſuprà allegato,* Couarruuias *de ſponſal p.* 2. *c.* 7. *n.* 5. M. Antonius Cuccus *lib.* 5. *inſtit. maior. tit* 11 *nu.* 149. Mænochius *de arbitr. caſu* 469. *num.* 7. Farinacius *d q.* 143 *numero* 272. & 273. alij Iuriſperiti innumeri ab iis, & à Sanchez *dict. diſp.* 41. *num.* 6. & Gutierez *d cap.* 23. *nu.* 6. *relati.* idem Sanchez & Gutierez *locis citatis.* Fagundez *dict lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 19. Reginaldus *lib* 3 *num.* 115. Villalobos *p.* 1. *tract.* 13 *diff* 43. *num* 4. Auerſa *de matr. quæſt.* 22. *ſect.* 3. *verſic Quinto ſi vir velit,* alij recentiores *ſuprà num.* 1. *citatis,* & alij Theologi, & Summiſtæ à Sanchez & Fagundez *relati.* Grauiſſimum onus enim eſſet, vxorem nihil tale expectantem cogere cum notabili incommodo ad vagandum; quod etiam fœminam maximè dedecet. Quare potius tenetur ipſe vir à tali vagatione deſiſtere, ne vxorem deſerat, & in aliquo certo loco cum ea cohabitare. Limitatur tamen hæc cõmunis doctrina à Couarruuia. & Cucco, vt non procedat, quãdo maritus non temerariè, ſed ex iuſta aliqua cauſa vagaretur. Limitationem tamen reprobant Sanchez *n* 8. & Gutierez pariter *n.* 8. quia adhuc eſſet grauiſſimum onus cogere mulierem ad continuò vagandum; idque confirmatur ex traditis *ſuprà nu.* 10. vbi probatum eſt vxorem non teneri ſequi virum peregrinantem in ſubſidium Terræ ſanctæ, cum tamen hæc peregrinatio ſuſcipiatur ex honeſtiſſima cauſa.

Quod ſi abſque notabili incommodo, ſed facile, 50
& abſque periculo animæ poſſet, ſequi maritum ſic vagantem, tunc eam teneri illũ ſequi tradunt Farinac. *d. q.* 143 *n.* 175. Sanch. *d. diſp.* 41 *n.* 7. Gutierez *d c.* 23. *n.* 7. Baldus, Tiraquellus, & Perez *ab iiſdem relati,* & Reginaldus *loco citato.* Ex vna enim parte viget lex matrimonij præſcribens mutuam coniugum habitationẽ, qua euitantur multa adulterij pericula, & ex altera facilitas, & commoditas ſequendi virum; ac proinde nihil eſſe videtur, quod iure efficere debeat, vt ipſum non ſequatur.

Hinc etiam ſi vagatio, ſeu peregrinatio eſſet mo- 51
dica, & breuis, atque ita leuis incommodi, in iſto caſu vxorem teneri ſequi maritum, docent Tiraquellus *ad leg. connub. l.* 1. *numero* 37. Bartholus, Angelus, Aretinus, Corſetus à Menochio *dict. caſu* 469. *num.* 5. *relati.* idem Mænochius *ibidem,* Farinacius *dict. q.* 143. *num.* 283. & Sanchez alios allegans *d. diſp.* 41. *num.* 8 *fine.*

Si verò maritus erat ſolitus vagari tempore, quo 52
vxor nupſit, & id ipſa ſciuit, concludunt Doctores vxorem teneri ſequi virum ſic vagabũdum vagari ſolitum, ob eam rationẽ, quod ipſa vxor ſcienter contrahens cum vagabundo, mores eius videtur approbare, & ad hoc onus ſe obligare, Ita Gloſſa *n* 49. *citata,* Bartholus, Baldus, Alterius, Angelus, Aretinus, Corſetus, Panormitanus, Alexander de Næuo, Cardinalis, & alij Iuriſperiti, quos Menochius *d. caſu* 464. *num.* 4. Farinacius *dict. q.* 143. *num.* 269. *&* 272. Gutierez, Sanchez *locis ſuprà d. num.* 149. *relatis* latè referunt. Tiraquellus *loco num. præcedenti allegato.* Melchior Kling, Mænochius *dict. num.* 4. Couarruuias, Cucchus, Farinacius, Gotierez, Sanchez, Fagundez, Villalobos, Reginaldus, Auerſa *locis eodem n.* 49. *allegatis.* Intelligitur autem, ſi ex modo vagandi nullũ ſequeretur peccatum, ſeu peccandi periculum, quia tunc

non

non teneretur vxor maritum ſic vagantem ſequi iuxta tradita ſuprà *num.* 41. Et tradunt etiam in terminis Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 9. alios allegans, & Fagundez *loco citato*: Et ita non teneretur vxor ſequi maritum volentem vagari ex turpi, & inhoneſta cauſa. Declaratur etiam à Gloſſa in canone *ſi quis neceſſitate* 34. *quæſtione ſecunda*, & ab aliis à Sanchez *dict. num.* 9. relatis, vt procedat, ſi maritus velit vagari ex cauſa honeſta; quaſi velint, vt ſecus ſit ſi velit temerè, & ſine iuſta cauſa vagari. Sed Couarruuias, & Cucchus *locis citatis*, Sanchez *d. n.* 9. Gutierez *d. c.* 23. *n.* 10. & alij relati à Sanchez volunt vxorem, quæ nouit ab initio matrimonij conſuetudinem mariti vagandi, teneri illum ſequi, etiamſi temerè, & abſque iuſta cauſa vagetur, dummodo non ex turpi, & inhoneſta cauſa. Et ita Gloſſam illam ibi, *ex honeſta cauſa* intelligunt Sanchez, & Gutierez, ſcilicet *non ex turpi, & inhoneſta cauſa.*

53 Verum autem in dubio potius præſumenda ſit ſcientia, quàm ignorantia talis conſuetudinis mariti ab initio contractus matrimonij, Farinacius *dict. quæſt.* 14. *num* 274. dicit videri præſumendam potius ſcientiam, quam ignorantiam. Per regulam, quod vnuſquiſque præſumitur ſcire conſuetudinem illius, cum quo contrahit; & præſertim in matrimonio; in quo exactior ſit inquiſitio à contrahere volentibus, quam in aliis contractibus, & hoc idem notat Auguſtinus Barboſa *collectan. ad cap. de illis numero* 4 *fine, de ſponſalibus.*

Sponſa per verba de futuro non tenetur ſequi ſponſum, quocumque vadat.

54 Si quis quærat, an etiam ſponſa per verba de futuro teneatur ſequi ſponſum ſuum, quocunq; vadat, & vagantem. Reſpondetur negatiuè. Conſtat ex cap. *de illis, de ſponſalibus*, & docent Gloſſa *ibidem, verbo transferentes*, & cæteri ſcribentes *in d. cap. de illis.* Butrius, Panormitanus, Hoſtienſis, Henricus, & Alexander de Neuo, Tiraquellus *de iure mariti.* Gloſſa 2. *numero* 24 Farinacius *dicta quæſtione* 143. *numero* 257. & Sanchez *d. libro* 1. *de matrimon. diſput* 54. *numero* 14. vbi propterea ait hinc inferri, ſi poſt ſponſalia contracta nouit ſponſa velle ſponſum mutare domicilium, ſe in alium locum transferendo non teneri cum ipſo contrahere, ſed eſſe ſufficientem (vt ex d. c. de illis colligitur) cauſam diſſoluendi ſponſalia; cum ſit notabilis mutatio, nec ante præcognita. Neque ſponſa tanto vinculo ſit adſtricta, vt teneatur ſponſum ſequi, ſicut vxor virum.

Vxor ſortitur domicilium mariti.

55 Ex traditis huc vſque, per quæ conſtat vxorem, quoad habitationem ſecluſo alio pacto eſſe marito tamquam capiti ſubiectam, ſequitur, vt mariti domicilium ſortiatur *l. cum quadam ff. de iuriſd. omn. iudic. l. fin. §. item reſcripſerunt. Digeſt. ad municip.* & alia iura, & Doctores allegantes. Tiraquellus *ad ll. connub. l.* 1. *num.* 28. Couarruuias *de ſponſ. par.* 2. *cap* 7. *§.* 1. *numero* 6. & M. Antonius Cucchus *libro* 5 *inſtitut. maior. titul.* 11. *numero* 155. Franciſcus Molinus *de ritu nupt libro* 1. *comp.* 23. *numero* 44. Sanlengerius *reſolut. canon lib.* 1. *cap.* 120. *numero* 11. *&* 12. & eſſe communem opinionem teſtantur Couarruuias, & Cucchus. Quare vxor non tenetur reſpondere in loco priſtino, ſed in loco domicilij mariti. Tiraquellus poſt alios ibidem. Et quoad dotem acceptam reſtituendam maritus non eſt conueniendus in loco contractus (ſicut contingit in cæteris contractibus, niſi alio ſit ſolutio deſtinata, vt latè Couarruuias *dicto numero* 6.) ſed eo, vbi domicilium proprium habebit *l. exigere, Digeſt. de iure dotium.* Couarruuias, & Cucchus *locis citatis* alios allegantes. Quod idem Couarruuias ait dicendum reſpectu deciſionis litis, quæ ſuper dote, cæteriſque matrimonio connexis contigerit; vt ſit conſideranda conſuetudo, aut lex illius loci, in quo maritus tempore contractus matrimonij domicilium habebat, etiamſi matrimonium contractum fuerit in domicilio vxoris. Quare ſi diuerſæ ſint ſtatutæ leges, aut inductæ conſuetudines, quoad diuiſiones rerum matrimonio conſtante acquiſitarum, vel circa alia in loco, vbi maritus domicilium habet, à legibus domicilium vxoris; ſeruandas eſſe leges domicilij mariti, non domicilij vxoris tradit idem Couarruuias *n.* 7. Addens non referre quod maritus mutet domicilium, atque moriatur in loco mutato, adhuc enim ait habere locum præfatam communem opinionem. Et Salengerius *d. n.* 12. notat iuxta eandem communem Doctorum, quod ſi vxor litiget cum marito, etiamſi ab illo conueniatur, conuenienda eſt coram iudice ſui mariti, & in eius domicilio. Quod addit ampliari, vt procedat, etiamſi vir, & vxor ſimul non cohabitaſſent. Eam tamen communem opinionem iidem Couarruuias, & Cucchus poſt alios dicunt non habere locum, quando matrimonium contrahitur eo animo, vel pacto, vt maritus in loco domicilij vxoris habitaret; nam ſi maritus animo gerebat, vel promiſit cum vxore cohabitare eodem loco, leges illius loci erunt attendendæ, & non leges domicilij mariti. De quo pacto ſit

D. Ioan. Angelus Foſſius, de effectib. contr. Matr.

SVMMARIVM

§. III.

Pactum de commorando in aliquo certo loco in perpetuum an valeat. Negatiua, numero 56 *qua limitatur, vbi ſit fauore Eccleſiæ, & loci pij. num.* 58. *Affirmatiua, nu.* 59. *&* 60.

An poſſit quis obligari ad factum præcisè præſtandum, ita quod non ſufficiat ſoluere intereſſe n. 61.

Valet pactum, quod vir perpetuò habitet in ciuitate, ſeu domicilio vxoris n 62.

Intelligitur non ſuperueniente noua, & graui cauſa recedendi, & mutandi domicilium; ſecus ſuperueniente noua cauſa mutandi Et quæ ſit iſta cauſa. ibidem.

Si maritus ſine iuſta cauſa pactum non obſeruet, vxor non tenetur eum ſequi. numero 63. *& ſi pœna aliqua ſuit pacto adiuncta, poteſt cogi illam ſoluere. ibid.*

Poteſt etiam iudicis ope compelli, vt in loco promiſſo commoretur num. 64.

Conditio maioratibus adiecta, vt ſucceſſor teneatur in certo oppido habitare valet. n. 65.

Valet pactum de commorando in aliquo loco pro determinato tempore. n 66.

Pactum de commorando perpetuò in aliquo oppido non continet ſeruitutem, ſed ſolam aliquantulum reſtringit libertatem n 60. *&* 66.

Quid de pacto quo quis locat ſuas operas in perpetuum, vel ſe obligat carceri n. 56. *&* 66.

Quid de pacto habitandi in certo loco à teſtatore adiecto. n 56. 67. *&* 68.

Intellectus ad l. Titio centum. §. Titio centum 2. *ff. de condit. & demonſtrat. n* 56 *&* 67.

Pactum in remiſſionibus iniuriarum appoſitum, vt offenſor, vel occiſor ingrediatur aliquam ciuitatem, valet. num. 69.

Illa priuatio Ciuitatis non eſt propriè pœna, neque exilium; & ex talis pacti violatione non incurritur

pœna criminali, ſeu corporalis, ſed tantum ciuilis, & pecuniaria. ibidem.

Pœnæ corporales ſolum per iudicem imponuntur, ciuiles autem, & pecuniaria ex priuatorum conuentione imponi poſſunt. ibidem.

Pactum illud non ingrediendi in ciuitatem an apponi poſſit à Procuratore habente mandatum ad conſtituendam pacem cum offenſo, etiamſi non fuerit expreſſum in mandato. num. 70.

§. III.

Vtrum ſi ab initio matrimonij vxor cum viro pactum inierit habitandi in certo loco, vt ab eo non poſſet traduci ad alia loca, nec extrahi à ſua patria, ſeu ciuitate, valeat hoc pactum, teneatúrque vir illud in vtroque foro ſeruare; ita vt ſi idem vir voluerit mutare domicilium, vxor non teneatur eum ſequi, ſed imò vir conſtringi ad habitandum in loco, ſeu domicilio vxoris conuento poſſit.

56 PActum permanendi in perpetuum in aliquo loco ſeu aliqua ciuitate non valere, neque obligaſe ad perpetuam habitationem ibidem, eſſe communem Doctorum ſententiam tradit Couarruuias ita ſentiens *de ſponſal. p. 2. cap. 7. verſic. verùm.* vbi allegat in ſpecie Romanum *ſingul. 635.* Gloſſam *in l. 3. ff. de vſufruct. & in l. antiquitas, Cod. eodem.* Salicetum *ibidem:* ita ſentiunt Dynus, Bartholus, Balduo, Albericus *in l. Titio centum 2. de condit. & demonſt.* Palacius, Rubeus *in rubr. de donat. int. vir. & vxor.* Capuccius *deciſ. 135.* Gaillus *lib. 2. de paco cap. 2. n. 20.* & alij *relati* à Baſilio Pontio *de matr. lib. 12. cap. 20. n. 2.* Et in terminis de pacto, quod maritus teneatur habitare cum vxore in certo loco, quod non valeat, tradunt Couarruuias *loco citato,* Alexander de Neuo, Antonius Gomez, Salzedo, Azebedo à Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 40. num. 1. relati.* & ex Theologis Lopez *1. p. inſtruct. de matrim. cap. 54. fine.* Dicunt tamen Salicetus, Couarruuias & Salzedo, quod licet hoc pactum non valeat quantum ad obligationem præciſè habitandi in loco certo, valet tamen quoad hoc, vt teneatur alteri ad id, quod intereſt, ſi non habitauerit.

Fundatur hæc ſententia, quod obligatio perpetui domicilij in certo loco, vel ciuitate, vtpote libertati inimica, eſt quædam ſpecies ſeruitutis, in ſeruitutem enim redacti videntur, quibus non datur facultas recedendi *l. 2. Digeſtis de lib. hom. exhib. l. ab hoſtibus. Digeſtis de captiuit. & poſtlim. reuer.* Siquidem qui liber eſt, poteſt ire quo vult *l. penultima, Cod. de operis libertorum.* Pacta autem per quæ libertas infringitur, & ſeruitus inducitur, reprobantur, primò *d. l. Titio centum. 70. §. Titio centum 2. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi ea de cauſa deciditur, non valere conditionem legato adiectam, quod legatarius perpetuò commoraretur in certo loco, quia cótinet quandam ſeruitutem. Verba legis ſunt. *Titio centum relicta ſunt, ita vt à monumento meo non recedas, vel vt in illa Ciuitate domicilium habeat, poteſt dici non eſſe locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.* Secundò *l. nec ſi volens. & l. interrogatam. Cod. de liberali cauſa,* vbi habetur, neminem poſſe ſe efficere ſeruum, vel ancillam, ſibique libertatem adimere, & hominem liberum ad ſeruitutem non poſſe ſe obligare probat Gaillus *numero 22. per textum in l. ob æs alienum, Digeſtis de condictione & demonſtratione,* & quod liber homo non poſſit vendi, probat idem Gaillus *numero 18. per textum in l. liberi, Digeſtis de contrahenda emptione & in l. liber homo. Digeſt. de verbor. obligat.* & huius rationem affert *dicto numero 22.* quod ſeruitus morti æquiparetur *l. interdicit. ff. de condictione & demonſtratione.* Confirmatur, quia non valet operarum locatio in perpetuum, ne ſit inutilis libertas, argumento text. *in l. 3. §. ne tamen. & l. antiquitas. Cod. eodem.* vbi dicitur, non debere dari perpetuitatem abſque vſu fructu in perpetuum, ne proprietas ſit inutilis. Similiter non valet, quod ſe quis vinculis, & carceri obligaret, Gaillus *dicto capitulo 2. numero 21.* alios allegans & probans per textum *in Authent. imo à dotis debitore. Codic. de act. & obligat.* Addens rationem, quia carcer eſt ſpecies ſeruitutis, & mala habitatio *l. 2. Digeſt. de liber. hom. exhib.* Prædictum autem pactum commorandi in certo loco eſt quidam carcer.

57 Præterea tertiò probatur, quod illud pactum non obliget præciſè ad habitationem; Quia factum præciſè non obligat, & qui factum promiſit ſoluendo, quod intereſt, liberatur *l. in ſtipulationibus 54. Digeſt. de verborum oblig.* Ergo, qui promiſit commune in aliquo loco liberabitur ſoluendo intereſſe, nec poteſt præciſè ad habitandum obligari.

58 Addit tamen Gaillus *poſt Romanum ſingul. 39.* tale pactum valere fauore Eccleſiæ, putà, ſi quis ſe ad perpetuum Eccleſiæ, vel pij loci ſeruitium obliget, eo quod ſeruire Deo non ſit ſeruitus, ſed potius libertas.

59 Dicendum pactum habitandi in certo loco, aut aliqua ciuitate iam in vniuerſum appoſitum in quouis contractu; tam initum inter coniuges ab initio matrimonij, vt maritus habitet in ciuitate, vel oppido vxoris, eſſe validum, & obligare præciſè ad commorandum in illo loco. Ita magis communiter Doctores Iuriſperiti, & Theologi. Gotofredus *in d. l. Titio centum,* Alexander *ibidem in additionibus ad Bartholum.* Panormitanus *in cap. 1. qui matrimon. accuſ. poſſeſſ. ibidem* Ioannes Andreas, Præpoſitus, Ancharanus, Butrius, & Alexander de Neuo, Cardinalis Zabarella *in cap. 2. titulo eodem.* Henricus *in cap. de illis, de ſponſalibus.* Virginius Sfortius *de iure nouo vrbis condenda libro 3. capite 7. numero 20.* Nauarrus *in man. capite 14. numero 23.* Antonius Cucchus *inſtitut. maior. lib. 5. titul. 11. numero 150.* Gutierez *de matrimon. capite 23.* Farinacius *dict. quæſtione 143. numero 148.* & innumeri alij Iuriſperiti *à Virginio Sfortio,* & à Sanchez *libro 1. de matrimonio diſputatione 40. numero 2. ſiue relati.* Ex Theologis idem Sanchez *ibidem.* Fagundez *lib. 4. in decalog. cap. 12. num 8.* Baſilius Pontius *de matrimon. lib. 12. cap. 2.* Mart. Perez *de matrim. diſp. 7. ſectione 3.* Villalobos *part. 1. tractat. 12. diff. 11.* Caſtrus Palaus *part. 5. tractat. 28. diſput. 1. punct. 15. §. 1.* & alij recentiores *ſuprà hoc cap. numero 1. relati.* & ex antiquioribus Syluester, Roſella, Angelus, Tabiena, Armilla *v. vxor.* & plures alij Summiſtæ à Sanchez *relati.* Et de pacto inito inter virum, & vxorem tenet etiam Capyccius *dicta deciſione 135.*

60 Probatur primò hæc ſententia de tali pacto in vniuerſum, & in quolibet contractu; quia in contractibus poteſt quis apponere omnes conditiones, quas voluerit, modò ſint licitæ, & honeſtæ, minimè à iure naturali, vel poſitiuo reprobatæ *cap. verùm, de condition. appoſ. & l. 1. C. de pactis.* Tale eſt autem præfatum pactum morandi in certo loco, ergo præciſè eſt adimplendum. Quod tale pactum ſit licitum, nec iure naturali, aut poſitiuo humano reprobatum. Probatur, quia nullibi reperitur damnatum, ſeu prohibitum, ſed imò potiùs reperitur permiſſum, vt colligitur tum ex *textu in l. cum ſcimus Cod. de Agricolis, & cenſitis.* Vbi poteſt quis ſe efficere colonum adſcriptitium, ac ſe obligare adhærere

glebæ

glebæ perpetuò, & culturæ fundi ioſiſtere, à qua non poteſt vllo modo recedere *l.2. Lorginarior. l.ſeruos tit.eod.* Tum ea text. *in l. cum Decurionatus, Cod. de Decurionibus lib.*10. vbi babetur, quod quis poteſt ſe facere Curialem ſponte ſua: Curiales autem non poſſunt vllo modo à ſua Ciuitate diſcedere *l. ſi quis decurio l. Curiales.l. quidam, Cod. de Decurion.l.vnica,Cod. ſi curialis relict. ciuit. ex l. 2.ff.de Decurion.* ergo iuata leges ciuiles valebit pactum, ſeu conditio, aut obligatio ad habitandum perpetuò in certo loco. Quod etiam magis conſtabit ea ſolutione argumentorum contrariæ ſententiæ. Neque prohibetur etiam iure naturali; quia per tale pactum quis non efficitur ſeruus, adimitúrve libertas, ſed ea ſolum aliqualiter reſtringitur, quæ tamen reſtrictio eſt talis, vt propria voluntate quis eam poſſit ſibi licitè imponere, cum poſſit facere ea iuſta cauſa, vt patet ea *d. l. cum ſcimus*, eſto fortè à diſpoſitione, in qua præter voluntatem imponitur à iure reiicitur *d. l Titius centum.* Et licet etiam ei, qui ingenuus eſt, ſe verum ſeruum efficere *d. l. ſi non volens*; & aliis iuribus præallegatis. Et licet fortè etiam pactum Creditoris, quod ea mora ſolutionis debitor carceri mancipari poſſit, & ſimipacta non valent *d. Auth. imò à debitore*; cum valdè diſferant à pacto habitandi in certa ciuitate, importentque longè duriorem conditionem. Etſi ea hoc pactum ſe mancipandi carceri valere tradant alij, quos Gaillus *d. cap. 2.* refert, & aſſerit etiam Baſilius Pontius *d. cap.* 20.*n.*29.

61 Quod verò etiam ad factum præcisè quis obligari poſſit, vt non ſufficiat ſoluere id, quod intereſt, ſi factum non fuerit eahibitum contra tradita *ſuprà n.*57. Conſtat cum talis obligatio ſit iuri naturali conformis, & legibus humanis non repugnans, ſed approbata tum iure ciuili *l. l. iuris gentium ff. de pactis* (vbi habetur, quod quando ea voluntate paciſcentium colligitur voluiſſe obligari, ſic ſeruandum eſt, cum præcisè voluiſſe cogi non ſit contra bonos mores ciuiles vel naturales) tum iure canonico *arg textus in cap. qualiter de pactis, Studiosè,* inquit textus, *agendum eſt, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur.* Et ita tradunt Panormitanus *in cap. per tuas, de arbitris*, & Gutierez *de iuramento confirmatorio* 1 p. *cap.* 38. *num.* 5. pluribus comprobans; & quando paciſcendi intereſt factum præcisè impleri, ſatisfieri non poſſe ſolutione, ſed promittentem cogi poſſe, vt præcisè factum præſtet tradit Baldus *in l. cum precibus numero* 1. *Cod. de rer. permut.* Cum ergo, qui vult aliquem obligare, vt in aliquo loco commoretur, præcisè ad factum velit obligare, non vult ſibi pecunia ſatisfieri, quia habitationem omni pecuniæ præfert.

62 In ſpecie autem de pacto initio matrimonij ab vxore cum viro inito habitandi in oppido, ſeu Ciuitate, aut domicilio vxoris. Probatur, quia cum in aliis contractibus, dum quis rem ſuam tradit, poteſt apponere pactum non reprobatum à iure *dict. cap verùm. & d. l. 1. Cod. de pactis*, non apparet cur etiam in contractu matrimonij, per quem quis ſe ipſum tradit, non poſſit tale pactum apponere, nulla enim reperitur iuris prohibitio. Etenim *cap. Gemma mulier, de ſponſal. & l. Titia ff. de verborum obligationibus*, ſola pœna in matrimonio coniungendo, vel diſſoluendo apponi prohibetur; quæ libertati obſicit; hæc autem pœna non mutandi domicilium non officit, imò perficit matrimonij libertatem, cum apponatur, vt habitatio ſit magis indiuidua inter coniuges. Et licet vxor teneatur obedire marito in alium locum ſe transferenti, quia iure naturali viro tamquam capiti ſubdita eſt, nulla tamen apparet turpitudo contra bonos mores naturales in hoc, quod ille ſe pacto obliget ad habitandum cum ea in certo loco, quia talis obligatio ea iuſta cauſa apponi poteſt, & ſolet:

D. Ioan. Angelus Boſſius, de effectib. contr. Matr.

qualis eſſet, ſi mulier eſſet valetudinaria, & aliud cœlum ſalubrius ea, quod paciſcens eligit, non reperiatur, vel ne parentes, & conſanguineos deſerere cogatur, & procul ab eis viuere. Idem pactū etiam non adimit libertatem, ſed ſolū reſtringit, & aliquātiſper, diminuit, quæ diminuo honeſtatur ea bono, quod inde vxor, imò vterque coniux accipit ex magis indiuidua ſocietate; vnde pactum videtur conforme illi *Geneſ.* 2. Propter hanc relinquet homo patrem, & adhærebit vxori ſuæ. Prætetquam quod, vt notauit Alexander de Neuio loco ſupra citato, huiuſmodi pactum non tam ponitur ad obligandum maritum, vt habitet in certo loco, quàm ne vxor cogatur dimittere ciuitatem in qua fuit nata, nutrita: & ne ſeparetur à parentibus, & conſanguineis *l. poſſeſſioni. C. Communia vtriuſque iudic.* Quæ ſeparatio eſt valdè dura *l. liberorum. ff. de verbor. ſignific.* Aliæ confirmationes videantur apud Pontium *d. cap.* 20. Ea quibus manet probatum maritum ea vi talis pacti teneri præcisè ad habitationem, ſi vxor velit, nec poſſe ſatisfacere ſoluendo, quantum intereſt, ſi non habitauerit, vt docent locis citatis Pontius, Sanchea, & Palaus: & colligitur ea aliis, excepto Gutierez *d. cap.* 23. *num.* 16. aſſerente cum Couarruuia ſatisfacere virum in hac ſpecie ſoluendo intereſſe; quod docuerunt etiam Gregorius Lopez, Gomea, & Acebedo ab eodem Gutierea *relati.* Id tamen iam reprobatum eſt. Intelligitur verò hæc ſententia, dummodo non ſuperueniat noua, & grauis cauſa recedendi, & mutandi domicilium, putà, quia cæli temperies minùs ſalubris eſt, & eſt impedimento ſaluti, vel generationi, aut procreationi filiorum; vel ſi in eo oppido, vel ciuitate maritus capitales inimicitias contraait, vel alia ſimilis cauſa iuſta ſuperuenerit iudicis arbitrio cognoſcenda. Tunc enim etiamſi pactum iuramento firmatum ſit, licebit nihilominus marito recedere, & vxor tenebitur ſequi, non obſtante eo pacto etſi iurato; quod in eo caſu obligare non poteſt, quia iuramentum eſſet vinculum iniquitatis; ſeu de re illicita, ſi expreſsè fieret, vel extenderetur, vt pactum in eo caſu obligaret. Et facit, quod etiam ſocietas ea noua cauſa ſuperuenienti diſſolui poteſt ante tempus præfiaum; vt colligitur ea *l. ſi conuenerit*, cum duplici ſequenti, *ff. pro ſocio*; & ita docent Doctores *ſuprà* pro hac ſententia relati. Henricus, Panormitanus, Syluester, Gutierez, Farinacius, Virginius, Sfortia, Sanchez, Pontius, Fagundez, omnes alij Doctores *ibidem relati*; & alij Iuriſperiti, & Theologi, ac Summiſtæ *relati* à Virginio, & à Sanchea.

Nulla verò emergente noua cauſa, ſi maritus violet pactum, & inuita vxore à loco habitationis conuento recedat, vxor non tenetur eum ſequi, vt iidem Doctores, & alij à Sanchea *numero* 6. & Gutierea *numero* 18. *relati.* quia ſtante pacto lex diuina non obligat vxorem ſequi virum pactum frangentem. Imò ſi pœna aliqua pacto fuerit adiecta, idem maritus recedens, & pacti violator, cogetur illam ſoluere, nam cum pactum valeat, & pœna aliquo iure non reprobetur, ipſa quoque valebit. Vtrumque aſſerunt aliis relatis Gutierea *dict. cap.* 23. *numero* 16. & 18. Sanchez *dict. diſputat.* 40. *numero* 5. & Fagundez *dict. cap.* 12. *num.* 11. & 12. 63

64 Quinimo ſi maritus recedat à loco illo conuento abſque noua cauſa iuſta ſuperuenienti, eum poſſe ab vxore vindicari, vel ope iudicis compelli, vt in loco promiſſo commoretur poſt Capycium *deciſ. Neapol.* 135. Auendanam, & Laram affirmant Gutierez *dicto capite* 23. *numero* 16. & Palaus *dicto* §. 2. *numero quinto*, de qua vindicatione, & coactione ad cohabitandum *infrà* §. *ſequenti* agitur.

65 Ex dictis etiam infertur validam eſſe conditionem maioratibus appoſitam, vt ſucceſſor ſub pœna amiſſionis maioratus teneatur habitare in certo loco. eſt enim conditio honeſta, & licita, quia intereſt defuncti ad memoriam, & honorem ibi ſucceſſorem habitare, vbi domus, & familiæ origo ſuæ eſt; aliò enim migrando facilius memoria defuncti aboletur. Ita Gutierex *d. cap.23.n.20.* Sanch. *d. diſp.40.n.7.* Fagundez *d. cap.1.n.12.* Caſtrus Palaus *d. diſp 1. punct.15.§.2.n.11.* & apud eoſdem Pelaez, & Azeuedo. Quod tamen intelligendum aiunt, niſi iuſta cauſa recedendi ſuperueniat, ſicut ſupra de vxore, & viro eſt dictum. Et eſſe iuſtam cauſam recedendi poſt D. Pelaex dicunt Sanchex, & Fagundex, ſi fœmina in maioratu ſuccedat, & alienigenæ nubat, ipſiúſque viri ad ſuũ domicilium pergat, cum vxor teneatur virum ſequi. Quam tamen cauſam dictus Pelaex, & Sanchex non ſine ſcrupulo admittunt, eo quod fœmina in culpa ſit alienigenæ nubendo, ſi quidem ſic nubens tacite vult domicilium proprium deſerere, & conditionem maioratui appoſitam non exequi. Quapropter Palaus *d. n 11.* ait quod poterit maioratu priuari, ſed mulier poteſt euitare periculum cum viro ineundo pactum, vt teneatur in loco illo habitare, vt videmus fieri.

66 Infertur quoque multo magis validum eſſe pactum de habitando in certo loco non in perpetuum, ſed pro determinato tempore, quod contra Dynum *in d. l. Titio centum. § Titio centum 2.* Bartholum *ibid.* id negantes (vt Pontius *d.c.20 n.1.* refert) admittunt etiam Doctores *relati ſuprà num.56.* qui loquuntur ſolum de pacto habitandi in certo loco in perpetuum ob perpetuitatem aſſerentes continere ſpeciem ſeruitutis, & adimere libertatem. Facit etiã doctrina Baldi, Innocentij, Hoſtienſis, Butrij, & aliorum Scribentium *in cap ex reſcripto, de iuretiur.* dicentea poſſe debitorem ſe obligare etiam abſque iuramento ad permanendum in aliqua ciuitate, & ad non recedendum ex illa, niſi de licentia creditoris. Facit præterea quod quis poteſt ſe dare in obſidem, perſonam ſuam obligare ad certum locum non receſſurum, donec promiſſis ſatisfecerit, vt tradit Gallus *d.c.2.n.5. & 6.* & etiam Pontius *loco citato.*

Ex traditis etiam ad confirmandam hanc ſententiam de valore pacti habitandi in certo loco appoſiti in contractu matrimonij, vel etiam in alijs contractibus, facile eſt ſatisfacere argumentis contrariæ ſententiæ *ſuprà num.56. & 57.* adductis. Et primò in vniuerſum reſpondetur, per hoc pactum non induci ſeruitutem, ſed tantum aliquantulum reſtringi libertatem, quæ reſtrictio nullibi reperitur prohibita in iure humano, nec turpitudinem continet facta ex iuſta cauſa, & ita manet ſatisfactum argumento ſecondo ſumpto *ex l. nec ſi volens, & l. interrogatum.* Ad confirmationem ibidem adductam reſpondetur ex dictis *num. 60.* fine, pacta præfata non eſſe eiuſdem rationis, cum ex pacto viuendi in certo loco non ſequatur inutilem eſſe libertatem. Præterea negatur illa pacta eſſe inualida, vt tradunt etiam alij relati à Gallo *d cap 2.* non enim adimunt omninò libertatem, ſed ſolùm reſtringunt. Ad tertium reſpondetur aſſumptum carere veritate, vt conſtat ex traditis *ſuprà n.61.*

67 Ad primum argumentum deſumptum ex *d. l. Titio centum.* (omiſſa reſponſione Gothofredi *loco ſuprà allegato*, quod legato, & voluntate alterius vltima nõ poſſit homo ingenuus obligari in perpetuum habitare in certo loco, poſſit autem pacto, & voluntate propria, & non valere argumentum ex vno in aliud) poſt Bartholum, Cumanum, Imolam, & Paulum *in d. §. Titio centum 2.* Alexandrum de Næuo, Ioannem Lupum, Gregorium Lopez, Acoſta, & Pelaez reſpondent Gutierex *d. cap.3. n.15. verſic. Probatur etiam.* Sanchez *d diſp.40 n.2.* Pontius *d cap.20. num. 4.* & Palaus *d. §.2.* prædictam legem intelligi, quando ea conditio non recedendi à monumento, vel in certo loco commorandi impoſita eſt vana, & inutilis in nullius fauorem cadens. Pactum autem, de quo hic agitur, iuxta tradita *ſuprà num. 52.* adijcitur contractui matrimonij in fauorem maximum vxoris, vel ob ſalutem tuendam ob cœli ſalubritatem, vel ne patria deſerta inter extraneos vitam agere cogatur.

Aduertunt autem iidem Gutierex *n.21.* & Sanchez *n 8.* poſt Acoſtam *lib.2. ſelect. interp. cap.19.n.5.* duobus modis à teſtatore poſſe legato adijci onus commorandi in certo loco; vno modo, ſi teſtator leget Titio ſub conditione habitandi in certo oppido; altero modo, ſi leget, dum in tali oppido habitauerit; hoſque modos eſſe valde diuerſos; & quidem ſi leget primo modo reiecta conditione, quæ ſeruitutis ſpeciem continet, deberi legatum, quando in nullius fauorem redundat prædicta conditio iuxta *d l. Titio centum. §. Titio centum 2.* attento intellectu *num. præcedenti* explicato. Si verò leget ſecundo modo, præfatum modum non reijci, quamuis in nullius fauorem cedat, quia non inuitatur legatarius ad ſpeciem ſeruitutis, ſed ſpe lucri; vt in certo loco habitet. 68

Valet pactum, quod in remiſſionibus iniuriarum apponi ſolet, ne offenſor, vel occiſor ingrediatur in aliquam Ciuitatem.

Quæret hîc aliquis, an è contrario valeat pactum, ne quis poſſit in perpetuum ingredi aliquam ciuitatem, certúmve oppidum. Cum enim Reipublicæ expediat Ciuitates ingenuis hominibus repleri *l. fin. Cod. de indicta viduitate toll.* videtur tale pactum eſſe contra bonum publicum, & robore carere. Id quod aſſeruere *Alciatus conſil.34.n.5.lib 5.* Acharanus *conſil.75. n.3.* & alij tacitis nominibus à Baſilio Pontio *d.c.10.n. 9. relati.* Sed dicendum tale pactum omninò valere ex iuſta cauſa inductum; vt ſi offenſus ex cauſa adulterij cùm propria vxore, vel homicidij in perſonam parentis, vel filij, vel alterius grauis iniuriæ in propriam perſonam illatæ, propter quod delictum offenſor deberet puniri ſeuere à Iudice pœna capitali, vel alia grauiſſima, faciat reo, ſeu eidem offenſori remiſſionem eo pacto, ſeu conditione, vt ſemper exulat à Ciuitate, in eamque nequeat ingredi; vt quotidie videmus in ſimilibus remiſſionibus fieri iudicibus fori externi tale pactum approbantibus. Et ita docet Gamma *deciſ 63.* Pontius *loco cit.* Martinus Perez *de matr. diſp.7.ſect.3.* & Palaus *d.p.5.tract.28 diſp.1. p.15 §.2.* Nihil enim tale pactum continet contra bonos mores naturales, aut ciuiles, eſt de ſe, quam quis facere poteſt, vt eſt mutare domicilium, fit ex cauſa iuſta, vt pote, quia ita conducit ad quietem offenſi aut conſanguineorum occiſi; & etiam ad delinquentis ſecuritatem, ne oculis eorum, qui iniuriam paſſi ſunt, obuius fiat offenſor, ſeu occiſor; & etiam conducit bono publico, & quieti Reipublicæ, cui non expedit abundare hominibus liberis quomodocunque, ſed talibus, qui pacem eiuſdem Reipublicæ, non turbent; intereſt inſuper Reipublicæ, vt aliqua pœna puniatur, qui vltimo ſupplicio afficiẽdus erat, vel in perpetuum ad triremes condemnandus, niſi remiſſionem illam conditionatam ab offenſo obtinuiſſet. Non eſt etiam illa priuatio propriè pœna, vt pote, non inflicta contra voluntatem, ſed ſponte aſſumpta, neque eſt propriè exilium, & vi tranſgrediẽs ſit puniendus criminaliter; & incurrat pœnas corporales, quæ ſolum per iudicẽ, & non priuatorũ conuẽtione imponi poſſunt; & ita pœnæ criminales priores 69

deh

delicto debitæ non incurruntur ex violatione talis actus; ſed tantum debentur pœnæ ciuiles, & pecuniariæ ex pacto, ſeu conuentione, non ex delicto, iuxta d. doctrinam Bartholi *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret n. 26. ff de pactis.*

70 Vtrum verò Procurator habens mandatum offendentis ad pacem conſtituendam cum offenſo poſſit apponere pactum illud abſque ſpeciali commiſſione, & expreſſione facta in mandato. Pontius *d. cap. 20. num. 11.* dicit communem Doctorum ſententiam eſſe negatiuam. Cum agitur de re grauiſſima, ac proinde requirente ſpeciale mandatum, ipſe verò affirmat eo ductus motiuo, quod in omnibus ferè remiſſionibus hoc pactum ſolet apponi; & Procurator cenſetur habere mandatum ad ea facienda, quæ ſunt ex conſuetudine. Bartholus *in l. finali ff quæ in fraudem creditorum.* Et Procurator ad agendum poſſit conſtituere pœnam & pacta ſolita. Baldus *in l. bene à Zenone. ff de quadrien. præſcript.* At in praxi non videtur à communi negatiua recedendum, ne pactum facile ab offenſo impugnetur, & infringatur.

SVMMARIVM.

§. IV.

Quando quis coniugum abſque iuſta cauſa diuertit ab altero, is poteſt reſtitutionem petere iudicio petitorio, & poſſeſſorio. num. 71.

Poteſt etiam, & debet altero petente, qui diuertit, à iudice eccleſiaſtico per cenſuras, & etiam inuocato ſæcularis auxilio cogi ad cohabitandum n. 72.

Imò etiam à iudice laico poteſt compelli ad cohabitationem, & reddendum debitum, vbi conſtat de valore matrimonij. num. 73.

Detentor alieni coniugis pariter poteſt cenſuris compelli ad illum reſtituendum alteri coniugi. n. 74.

Poteſt filius agere contra patrem detinentem illius vxorem. ibidem.

Iure canonico an poſſit lis eſſe inter patrem, & filium. ibidem.

An maritus vxorem, & vxor maritum poſſit vindicare, ſeu repetere rei vindicatione adiecta cauſa iuris diuini, & canonici. Affirmatiua n. 75. Negatiua. n. 76. Affirmatiua approbatur. n. 77.

Iure canonico in libello non eſt neceſſe exprimere actionem, ſed ſufficit narrare ita factum eſſe. ibidem.

Vindicatio non eſt propriè actio; & quid ſit actio propriè. numero 76.

Pro reſtitutione coniugis ſeparati datur actio ex matrimonio. ibidem

Actionum formulæ de iure canonico ſunt ſublatæ. n. 78.

Vbi vir ab vxore, & vxor à viro diuertit, dantur remedia poſſeſſoria, ſeu recuperandæ poſſeſſionis. ibidem.

§. IV.

Quid remedij quando alter coniugum ſine cauſa diuertit ab altero, nec vult cohabitare, vt obligationi cohabitationis ſatisfaciat.

71 Reſpondetur primò, quando alter coniugum ſine iuſta cauſa diuertit ab altero, coniugum ſpoliatum poſſe alterius reſtitutionem petere iudicio petitorio, & poſſeſſorio, prout eſt textus in cap. *ex tranſmiſſa,* & in cap. *literas, de reſtit. ſpoliat.* & in cap. *porrò, de diuortiis.* Vbi Doctores Hypolitus, Riminaldus *conſil. matrim. diuerſ. 81 num. 15.* Monochius *recuper. rem. 1. num. 328.* Theſaurus *deciſ. 11.* Couarruuias *de ſponſal. p. 2. cap. 7. § 1. num. 9.* Surdus *de alim. tit. 7 q. 17. num. 20. 21. & 22.* Farinacius *p. 5. prax. crim. q. 14. nu. 143.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 1. cap. 22. à n. 17. ad 30.* alij apud eundem *d. n. 30.* & mox citandi.

Reſpondetur ſecundò, quod quoties alter coniugum ab altero ſine cauſa diuertit, & detrectat cum illo habitare, vt ſatisfaciat obligationi cohabitationis *§. primo. & ſequentibus* explicatæ, compelli altero petente poteſt, & debet à iudice Eccleſiaſtico per cenſuras excommunicationis, aut interdicti, & etiam brachio, ſeu auxilio (vbi cenſuris audiens non fuerit) à iudice ſæculari implorato, vt præciſe illum detrectantem cogat ad cohabitandum. Conſtat ex cap. *literas fine, de reſtit. ſpoliat.* ibi: *Ad reſtitutionem plenariam debet eccleſiaſtica cenſura compelli.* cap. 1. *fine* & cap. *non eſt, de ſponſalibus.* & tradunt Panormitanus *in d. cap. literas. fine.* Couarruuias *d. cap. 7. initio n. 1.* Cucchus *inſtit. maior. lib. 5. tit. 11. num. 125. & 126.* Farinacius *d. q. 143. numero 244. 250. & 252.* Spino, & Stephanus Gratianus *locis ſuprà num. 28. relatis.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. literas num. 12.* Villalobos *p. 1. tract. 13. diff. 43 num. 1.* Caſtrus Palaus *p. 5. tract. 28. diſp. 3. p. 5. §. 1. num. 1.* Sanchez *lib. 9. diſp. 4. num. 6.* alij recentiores *ſuprà n. 1. relati,* & Iuriſperiti communiter à Couarruuia, Farinacio & Sanchez *relati.* 72

Imò vbi de matrimonij valore non ſit controuerſia, poſſe etiam ad cohabitationem compelli per iudicem ſæcularem, eo quod quamuis ea ratione, qua matrimonium eſt ſacramentum ſit res ſpiritualis, & fori Eccleſiaſtici, qua tamen ratione eſt contractus quidam ciuilis, poſſit etiam Iudex ſæcularis coniuges ad mutuam fidem ſeruandam compellere. Tradunt Gloſſa *in d. cap. non eſt, de ſponſal. v. vxores* ibi: *Per officium iudicis* (ſcilicet laici) *vel Epiſcopi loci.* ibidem Panormitanus, & Præpoſitus, Burſatus *conſil. 507. fin. vol. 2.* Couarruuias *d. cap. 7. initio nu. 1.* Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 22. num. 24.* Sanchez *d. diſp. 4. num. 7.* Villalobos, & Palaus *locis citatis* & alij à Sanchez. Et ſicut Eccleſiaſticus poteſt compellere coniuges ad reddendum debitum cap. *ex publico, de conuerſ. coniug.* & ibi: Panormitanus *n. 3.* & Sanchez *d. n. 7. fine* & etiam id poſſe iudicem ſæcularem, vbi valor matrimonij eſt certus ob adductam rationem tradunt *iiſdem locis* Panormitanus, & Sanchez. Sed quid poſſit iudex laicus in cauſis matrimonialibus, explicabitur *parte quarta,* vbi de iudice cauſarum matrimonialium agitur. 73

Poteſt quoque iudex Eccleſiaſticus aduerſus quemlibet alieni coniugis detentorem procedere cenſuris iuxta d. cap. *non eſt vobis, de ſponſal.* vbi decernitur patrem cenſuris compellendum reſtituere filio eius vxorem ab eo iniuſtè detentam. Ad iudicem enim Eccleſiaſticum ſpectat iura matrimonij, vt pote ſacramenti defendere, vt Panormitanus *in d. cap. non eſt n. 3.* Ex quo capite conſtat poſſe filium familias agere contra patrem repetendo propriam vxorem. Nam quamuis lis inter patrem & filium prohibeatur *l. lis nulla ff. de iudiciis.* In hac tamen controuerſia, quæ ſpiritualis eſt, & ſimilibus lis permittitur inter patrem, & filium iuxta Panormitanum, Butrium, Præpoſitum *in d. cap. non eſt vobis.* Dominicum, Francum *in cap. fin. de iud. in 6.* Romanum *ſing. 615.* Couarruuiam *vbi ſuprà n. 4.* Sanchez *d. diſp. 4 n. 10* & alios communiter, vt poſt Præpoſitum teſtatur Couarruuias ibidem. Vbi non approbat Gloſſam *in d. cap. fin. de iudic. in 6.* conſtituentem regulam, quod iure canonico poſſit lis eſſe inter patrem, & filium; licet Gloſſam in hoc ſequantur Angelus, & Paulus *in d. l. lis nulla,* & *ibidem* Iacob. & etiam Solinus *in reg. 244.* eam Gloſſæ doctrinam teſtatur communiter eſſe approbatam. Et prædicta procedunt ſine controuerſia. 74

Digitized by Google

Quando vnus coniugum ſine iuſta cauſa ab altero diuertit, vel ab alio detinetur, an alter coniux poſſit illum repetere rei vindicatione.

75 Difficultas eſt, an ſtante illa obligatione coniugum cohabitationis ex iure naturali, & diuino, exque natura contractus matrimonij procedente, cum alter ab altero abſque iuſta cauſa diuertit, vel ab alio detinetur inuitus, poſſit maritus vxorem, & vxor maritum petere, & vindicare adiecta cauſa iuris canonici, & diuini, quo alter habet poteſtatem in corpus alterius ad mutuam cohabitationem, quodque eis reſpectiue tribuit hoc ius agendi. Et poſſe vindicare adiecta dicta cauſa, ita Gloſſa *in l.1. §.1.* ibidem Bartholus *de rei vindicatione*: Angelus *in §. præiudiciales inſtit. de act.* à Franciſco Molino *d.l.1. de ritu nupt. citata comparat. 22. n. 19. relati.* Panormitanus, Præpoſitus, & Alexander de Neuo *in d. cap non eſt vobis, de ſponſalibus* idem Panormitanus *in cap illud n. 18. de præſumpt.* (vbi Gloſſa ita exponere videtur textum illum, dum dicit vindicans id eſt petiteam in vxorem) Couarruuias *d. cap 7. initio n. 3.* M. Antonius Cuccus *d. tit. 11. n. 151.* Gutierez *de ſponſalib. ca. 23. n. 16.* & alij Iuriſperiti *relati à Molino d. compar 22. citats n. 9.* & ex Theologis Sanchez *d. diſp. 4. n. 9.* & Layman *lib. 5. tr. 10. p. 3. cap. 2. num. 5.* Ratio eſt, quia licet alter coniugum non habeat verum dominium alterius, quod videtur requiri ad vindicationem, tamen cum quilibet iure naturali, & diuino habeat poteſtatem corporis alterius quoad debitum coniugale; & côſequenter quoad habitationem, quilibet quoad hoc eſt ſub poteſtate alterius (etſi vxor etiam eſt ſub poteſtate viri tanquam capitis quoad gubernationem) vnde ratione huius poteſtatis vnius coniugis in alterum videtur illi competere vindicatio cauſa prædicta adiecta. Quemadmodum etiam eadem ratione Monaſterium Monachum profeſſum adiecta cauſa iuris canonici, Patrem filium, & ciuitatem ciuem vindicare tradunt Gloſſa *in d. l. 1.* Bartholus, & Angelus, Couarruuias, & Sanchez *locis citatis.*

76 Contrarium, & vnum coniugem non poſſe vindicare alterum etiam adiecta cauſa iuris &c. tenent Caldennos, & Butrius *in d. cap non eſt vobis.* Idem Butrius *in d. cap. illud, de præſumption.* Speculator, à Sanchez *relatus*, & alij tacitis nominibus, à Panormitano *in d. c. non eſt n. 6. relati* Et ex recentioribus Franciſcus Molinos *d. compar. 22. n. 20 & plurib. ſeqq* Mouentur primò, quod coniux non ſit in poteſtate alterius, ſicut filius eſt in poteſtate patris. Secundò, quod altera ſententia nullo iure probetur. Nam textus *in d. cap. illud, iuxta expoſitionem* Gloſſæ *ſuprà notatam*, non debet intelligi de rei vindicatione, ſed de petitione tantum; quo in ſenſo Molinus *n. 21.* ait vindicationem ſæpius accipi à Iuriſperitis, præcipue iure canonico in eo ſenſu ſumi, iuxta quod, inquit, non eſſe neceſſe actionis nomen in libello exprimere, ſed ſatis eſſe narrare ita factum eſſe, vt ſine alia expreſſione iudex cognoſcere poſſit, quæ actio petenti detur cap. *dilecti, de iudiciis*, & *ibidem* Canoniſtæ, Gloſſa *ibidem v. actio intentatur.* Panormitanus, Henricus, Butrius, & alij allegati ab eodem Molino, addante id expreſſe probare textum *in d. cap non eſt vobis, de ſponſalib.* illis verbis. *Nos itaque attendentes iuſtum, & honeſtum eſſe, vt viri ſuas vetant vxores*; quæ dicit innuere in matrimonij contracto ſufficere ſolam petitionem, nulla propria re vindicatione expreſſa cauſa iuris canonici. Et ita etiam repetitione Monachi idem Molinus *num. 24.* dicit non eſſe neceſſarium rei vindicationem, aut adiectam cauſam proponere, ſed ſufficere petitionem concludentem, & legitimam cap. *de his, qua vi, metus cauſ. fine*: (quem textum ait male à Couaruuia *d. n. 3.* allegati pro altera ſententia) & cap. *fin. de reg.* textum etiam *in d. §. 1. l. 1.* & Gloſſæ exempla ibi adducta non obſtare; quia de iure ciuili procedunt, quo tunc actionis, & cauſæ expreſſio neceſſaria erat ex Bartholo, & aliis *in dict. lib. 1. Cod. de edend. & in l. edita Cod. eodem.* Addit *num. 25.* admiſſo de iure canonico dari actionem, hanc non poſſe eſſe rei vindicationem, vt pote, quę non ſit proprie, & verè actio; quia actio eſt ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur *inſtit de act. in princ.* & qui rem vendicat, nihil ſibi deberi petit, ſed quod ſuum eſt reſtitui poſtulat; & quod eſt alicuius, id amplius eius fieri non poteſt *l. & an eandem §. actiones ff de except. rei iud. § ſit itaque diſcretus, inſtit. de actionib. & § etſi rem legatarij inſtit. de legatis.* Concludit ergo *n. 27.* idem Molinus in præſenti materia ſi danda eſt actio, dari actionem ex matrimonio, ſicut in cæteris contractibus in emptione, & venditione, ex empto, & vendito, in locatione, & conductione, & conducti. Prædicti Molinus.

Non videtur tamen recedendum à priori ſententia, & communi, quod in repetitione coniugis poſſit intentari, & proponi in libello rei vindicatio adiecta 77
cauſa præfata iuris naturalis, diuini, & canonici, ſeu poteſtatis in corpus alterius, &c. quę neceſſario eſt exprimenda, ad denotandam qualitatem vindicationis vt Panormitanus in d. cap. *illud n. 10. de præſumptionib.* & poſt illum Sanchez *d. n. 9. nempe*, quod vindicatio proprie non competit niſi habenti dominium verum *l. in rem initio ff. de rei vindic.* Quapropter liberas perſonas hac actione vindicare non permittitur, niſi adiecta cauſa illius iuris, quo ſunt in poteſtate petentis; per adiectionem illius cauſæ denotatur non eſſe abſolutam vindicationem, verumque dominium, ſed poteſtatem iure expreſſo competentem; ac proinde cum quilibet coniugum habeat poteſtatem in corpus alterius, vt dictum eſt, poteſt alterum vindicare, non quaſi ſeruum, aut ancillam, ſed adiecta cauſa iuris diuini, & canonici, quo ſub poteſtate eſt.

Cæterum de his (vt notat etiam Molinus d. com- 78
par. 22. n. 28.) non eſt multum curandum, cum actionum formulæ ſublatæ fuerint iure canonico; & iuxta *d. cap dilecti* ſufficiat proponere factum, ex quo iudex animaduertere poſſit, quæ actio detur *dict. cap. dilecti.* licet ſi quis voluerit, poſſit etiam in iudicio eccleſiaſtico proponere actionem. Vt Gloſſa, *dict. v. actio intentatur*, notauit. Quoties quoque vir ab vxore, aut vxor à viro propria authoritate diuertunt, pro reſtitutione ſpoliato dantur remedia poſſeſſoria, ſeu recuperandæ poſſeſſionis. Hypolitus Riminaldus, Mænochius, Theſaurus, Surdus, Farinacius, Franciſcus Molinus *locis ſup. n. 71. relatis.* De qua infra, vbi de diuortio; & an in hoc poſſeſſorio iudex laicus ſit competens (de quo Molinus *d. compar. 22. num. 59. & 60.*) *infrà parte quarta*, vbi agitur de iudice cauſarum matrimonialium.

CAPVT

CAPVT VII.

DE

VSV MATRIMONII LICITO ET ILLICITO.

SVMMARIVM. CAPITIS VII.

Referuntur Doctores de vſu matrimonij licito, & illicito. numero 1.

Refertur ſententia aſſerens, actum coniugalem nunquam exerceri ſine peccato. n. 2.

Actum coniugalem eſſe ex genere ſuo bonum, & licitum, & honeſtum, & poſſe exerceri ſine peccato eſt dogma fidei. numero 3.

In actu coniugali ſemper reperitur immunditia. & turpitudo quadam naturalis, de qua ſola loquuntur Patres, & Scriptura ſacra, dum copulam coniugalem dicunt immundam, & inquinare. num. 4.

Soluuntur argumenta prioris ſententiæ. numero 4. ſine, & numero 5.

Actus coniugalis exercitus in gratia, & cum debitis circumſtantiis, eſt meritorius gratiæ ex opere operantis n. 6.

An in ipſo actu coniugali conferatur, ſeu conferri poſſit gratia ſacramentalis & ex opere operato. n. 7 ad 12.

Poncius irrationabiliter contradicit Sancio. n. 13.

Bona matrimonij, quæ ſint n. 14.

Qui fines intrinſeci matrimonij, ad quos per ſe ordinatur, & qui extrinſeci, ad quos ordinatur à contrahentibus. n. 15.

Actus, ſeu vſus coniugalis cauſa prolis, caret omni culpa, & eſt bonus, ſi proles referatur ad Dei obſequium. numero 16. & 17.

Præfata relatio in Dei cultum non requiritur expreſſe, ſed ſufficit virtualis, & habitu, & quomodo cenſeatur adeſſe iſta virtualis intentio. n. 17.

Ad excuſandum actum coniugalem à culpa non requiritur illum referre formaliter ad prolem, ſed ſufficit virtualiter. num. 18.

Licitus, & honeſtus eſt vſus coniugij ob bonum fidei. n. 19.

Item ad conciliandum mutuum amorem inter ipſos coniuges. num. 20.

Culpa lethalis eſt exercere actum coniugalem ob finem malum mortaliter, vna tamen tantum malitia mortalis ineſt, non multiplex, ſicut cum ob talem finem contrahitur matrimonium; præter autem malitiam mortalem committitur etiam peccatum veniale. n. 21.

Quando finis actus coniugalis eſt venialis, culpa tantum venialis committitur, & duplex. n. 22.

Nunquam ex parte finis eſt mortalis actus coniugalis, niſi finis ſit mortalis n. 23.

Bono fine cœptus fit culpabilis, ſi in continuatione referatur ad finem malum n. 24.

An actus coniugalis exercitus ob bonum ſacramenti, ſeu ad repræſentandam vnionem Verbi cum carne careat culpa, vel ſit culpabilis venialiter. Referuntur ſententiæ oppoſitæ, concordantur n. 25 & duob. ſeqq.

Licita eſt petitio debiti coniugalis ob vitandum incontinentiæ periculum in altero coniuge. n. 28.

An liceat debitum petere, & vti matrimonio ad vitandam in ſe incontinentiam tanquam ob finem principalem; vna ſententia abſolutè affirmat eſſe peccatum veniale. n. 29.

Alia ſententia abſolutè docet nullum eſſe peccatum, etiamſi proles non ſit impoſſibilis. & alio facili remedio incontinentiæ periculum poſſit vitari n. 30. ad 38.

Tertia ſententia affirmat nullum eſſe peccatum, quando alio remedio facili non poteſt vitari periculum incontinentiæ; eſſe veniale peccatum, quando alio medio incontinentiæ periculo poteſt occurri n. 39. & 40.

Declaratur illud primum procedere tantum vbi deficit ſpes prolis. n. 41. Reiicitur declaratio ibidem.

Sententia Auctoris eſt, vbi nulla eſt ſpes prolis, eſſe licitam copulam, ob vitandam tam in altero, quàm in ſe incontinentiam tanquam ob finem principalem. num. 42. eſſe verò peccatum veniale, vbi eſt ſpes prolis, & principaliter intenditur vitatio incontinentiæ. n. 43.

Licitus eſt actus coniugalis exercitus in remedium incontinentiæ, etiamſi petens debitum non vexetur carnis moleſtiis, & ſufficit timere probabiliter fore vexandum. n. 36.

Vitatio incontinentiæ. ſi ſit tantum finis applicatiuus, ſeu impulſiuus ad actum coniugalem, vel minus principalis, nunquam vitioſum reddit vſum coniugij n. 13.

In actu coniugali deſiderare, vt proles non concipiatur ſine appoſitione impedimenti, an, & quale peccatum ſit, vel careat culpa. n. 44.

Contrahere matrimonium cum tali deſiderio ſitne mortale, vel veniale remiſſiue n. 45.

Petere debitum, & exercere actum coniugalem ob finem extraneum ſanitatis recuperandæ, vel tuendæ, vel alterius commodi temporalis, ſi ſit finis ſolum applicatiuus, ſeu impulſiuus, vel ſecundarius, nullum eſt peccatum. numero 46. 47.

Si ſit finis principalis ſanitas, vel commodum temporale non excluſo fine prolis vel fidei, eſſe peccatum veniale affirmat abſolute vna ſententia. n. 48.

Alia ſententia dicit non eſſe veniale, exercere actum coniugalem principaliter ob ſanitatem, vbi deeſt aliud remedium facile recuperandi, vel tuendi ſanitatem: ſecus ſi aliud remedium occurrat n. 49.

Declaratur hæc ſententia quoad primam partem, vt procedat, ſi proles ſit impoſſibilis. n. 50.

Exercere eundem actum gratia alterius commodi temporalis principaliter intenti eſt ſemper veniale iuxta eandem ſententiam n. 51.

Tertia ſententia aſſerens abſolute nullam eſſe culpam. nec venialem vti coniugio principaliter ob finem ſanitatis, vel alterius commodi temporalis n. 52. & 53.

Reſponſio ad argumenta primæ ſententiæ. n. 54.

Auctor approbat & confirmat primam ſententiam. n. 55.

Reſpondet fundamentis aliarum ſententiarum. n. 56. & 57.

Delectatio à natura, ſeu Deo operi adiuncta eſt vt condimentum ad promptius operandum; & quare ſeu ad quem finem delectatio ſenſibilis ſit à natura indita cibi, & actui coniugali. num. 58.

Delectatio non eſt à natura per ſe & principaliter intenta, ſed

vt

vt condimentum operi adiunctum, & acceſſorium n.59.

Culpa mortali non caret actus coniugalis, vbi voluptas carnalis limites matrimonij excedit, & quomodo hoc contingat n.60.

Si delectatio ſenſitiua ſit tantum finis impulſiuus, ſeu applicatiuus ad actum coniugalem, vel tantum ſecundarius, nulla eſt culpa n.61.

Quare voluptatem actui coniugali annexam, dum exercetur, acceptare vacet omni culpa. ibidem.

An ſit culpa mortalis exercere copulam coniugalem ob ſolam delectationem carnalem non excluſis poſitiue matrimonij finibus intrinſecis; affirmarunt aliqui numero 62. Contrarium certum numero 63. Explicatur illud Tobiæ 6. numero 64.

An verò ſit ſaltem culpa venialis. Negant plures per ſe loquendo, per accidens verò, & vt plurimum eſſe peccatum veniale propter vehemens deſiderium nimia, & immoderata voluptatis n.65. & 66.

At affirmat abſolutè communis ſententia qua pluribus probatur. n.67 & 68. & Reſpondetur obiectis n.69.

Reddere debitum coniugi petenti ob voluptatem carnalem, & in petitione peccanti eſt licitum & obligatorium. numero 70.

Alia Summaria vide poſt numerum.70.

CAPVT VII.

De Vſu Matrimonij licito, & illicito.

DE hac materia agunt Nauarrus *in man. cap.16. à num. 23.* Summiſtæ *v. Debitum coniugale, matrimonium, circonſtantia.* Graffiis *deciſ. aurearum lib.2.cap.82.* Ioannes Valerus *de diff. in vtr. forum v. debitum coniugale.* Toletus *lib.7.cap.20. & 21.* Azorius *p.3. lib.3. cap.31.* Manuel *tom.1 in 1. edit. cap.242.* Henriquez *lib.11. ſum.cap.15.* Sanchez *de matr.lib.9. per totum.* Reginaldus *lib.31. à num. 333. ad 353.* Rebellus *de oblig. iuſt. p.2.l.3. q.19* Baſilius Pontius *de matr. lib.10.* Bonacina *de matr. q.4. p.6.* Raphaël Aueria *de matr. diſp.20.* Ægidius Coninch *de ſacram. diſp.34.* Filliuccius *to.1. tract.10.cap. 9. à num 317.* Villalobos *p.1. ſum. tract.13. diff. 40. & 41.* Paulus Layman *tract.10.p.3. cap.4.* Fagundez *in decalog. lib. 6. c.3.* Gaſpar Hurtadus *de matr diſp.10.* Caſtrus Palaus *part.5 tract.28. diſp. 3. p.3 & 4.* Martinus Perez *de matr. diſp.49.* Stephanus Bauny *de ſacram. tract.12. vbi de recto vſu matrimonij q.1 & trib. ſeqq.* Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. part.2 tract.9. diſput.25. & alij ab iiſdem relati.*

Plura de recto, vel illicito actu coniugali diſcuſſa ſunt ſuprà *cap.1.* & quatuor ſequentibus, quæ hic non repetam, ſed lector præfata capita percurrat, in præſenti capite explicabuntur, quæ neque in præcedentibus capitibus ſunt diſcuſſa, neque in aliquo ex ſequentibus tractantur. Sit igitur

§. I.

An vſus, ſeu actus coniugalis in genere ſuo ſit licitus, & bonus tanquam actus virtutis moralis, & conſequenter etiam meritorius, ſi in gratia exerceatur, nec vitietur ex aliqua extrinſeca circumſtantia.

2 ENauitæ, Manichæi, Priſcillianiſtæ, & nonnulli alij hæretici, quos refert, & latè confutat Bellarminus *lib. vnico de matrimonio à cap. 1. vſque ad 5.* cenſuerunt omnem vſum matrimonij eſſe malum, inhoneſtum, & à diabolo: Ex Catholicis etiam nonnulli tacito nomine à D. Bonauentura *in 4 diſt. 31 a. 2 q.1.*
relati, quos ſecutus fuit Hugo in cap. *vir cum propria 13. q.3.* docuerunt in copula carnali ſaltem eſſe peccatum veniale; idque ob authoritatem quorundam Patrum (quorum dicta Bellarminus *vbi ſuprà d.lib.9 diſp.1 n.1.* Baſilius *d.l.10 .cap.1.* & Martinus Perez *d.diſp. 9 ſect.1.* referunt) qui dixerunt in ea eſſe quandam immunditiam; Quapropter etiam *Apocal.14.* de virginibus dicitur; *Hi ſunt, qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati* Quibus additur ratio, ſcilicet, quod vtens actu coniugali poſtponit bonum rationis, cuius actu tunc ſua ſponte ſe priuat, aliis bonis inferioribus, quod eſt manifeſta peruerſio debiti ordinis, ſicut cum honori, & vitæ præferuntur bona fortunæ: ad ſit ergo ibi manifeſta culpa. Præterquam quod in eodem actu coniugali inuenitur effrænata delectatio appetitus ſenſitiui, quod teſtatur erubeſcentia ipſa, quam natura dictante homo patitur in actu venereo.

Sed cenſeſt apud omnes Catholicos, ita vt oppo- 3
ſitum aſſerere ſit error in fide, & manifeſta hæreſis, actum coniugalem, ſeu vſum matrimonij eſſe ex ſe licitum, & honeſtum, ſi debite fiat, atque adeo poſſe exerceri abſque vlla culpa. Ita Bellarminus Sanchez Baſil. Perez *locis citatis.* Coninch *d.diſp.33 initio* Hurtadus *d.diſp.10. diff 1.* Leandrus *d diſp. 17.q.1* & alij *n 1. allegati*, & cæteri ſcribentes de hac materia. Et primò patet ex Geneſ.1. vbi Deus benedicit nuptiis primorũ parẽtum, illiſque earum vſum præcipit. vel commendat illis verbis, *creſcite. & multiplicamini.* & ex eo quod ad Hebræos.7. matrimonium à D Paulo dicitur *honorabile connubium, thorus immaculatus.* Secundò ex abſurdo, quia alioqui matrimonium eſſet illicitum, vt pote, ex natura ſua ordinatum ad vſum illicitum, quod eſt hæreticum. Tertiò probatur à priori; tum quia actus cõiugalis eſt vſus corporis, cuius quis habet dominium, & poteſtatem in ordine ad talem vſum; ac proindè eſt actus virtutis iuſtitiæ (vt *capite 1.* probatum eſt) cum reddatur coniugi debitum ex pacto matrimoniali, ſeu vi contractus matrimonij contractum. Tum quia actus coniugalis ſua natura ordinatur ad procreandam prolem in cultum Dei & ad conſeruandam ſpeciem hominum, ad quod ratio ipſa inclinat; ergo ex ſe, & ſuo obiecto eſt licitus, & ſi habeatur purè ex amore iuſtitiæ, vt coniugi debitum reddatur, vel ob amorem prolis in honorem Dei educandæ, de facto erit actus moraliter bonus, vt pote actus virtutis.

Quia tamen poſt peccatum originale actus, ſeu 4
vſus coniugalis habet in ſe quandam indecentiam, & immunditiam, ſeu turpitudinem naturalem, quatenus fit membris pudendis, & fœdo corporis motu, & ardore concupiſcentiæ, qua ratio ipſa quodammodo abſorbetur (de qua re latè, & eleganter Leſſius *de iuſtitia lib.4.c.2.dub.15.n.106.verſic.Tertiò. actus*) ideo à Patribus, & Scriptura vocatur immundus, & dicitur inquinare, vt *in d.loco Apocal.* licet non reperiatur in eo immundities, ſeu turpitudo moralis, ſeu culpa; nec de hac immunditie loquuntur Patr. & Scriptura, ſed de illa immunditie naturali: Ac proinde prædllegati Auctores ex Patribus, Scriptura, & illa turpitudine naturali male inferunt copulam coniugalem eſſe ſemper peccatum. Quamuis ob illum concupiſcentiæ ardorem, effrænatamve illam, & intenſam appetitus ſenſitiui delectationem ſæpè aliquod veniale habeat coniunctum (& hoc tantum probat vltima ratio *n.2.* adducta) ideoque olim acceſſuri Baſilicas Martyrum ſolebant ab ea religioſe abſtinere; ſicut etiam faciunt communicaturi: Ex eo etiam quod coniugalis copula ob ardorem concupiſcentiæ priuat aliquo modo vſu rationis, non ideo tamen inferri poteſt ineſſe deordinationem; vt dicitur in ratione *eod.n.2* adducta

non

non enim eſt peruerſio debiti ordinis, ſi quis leue aliquod detrimentum patiatur in bono potiori ob bonum inferius maximi momenti, quale eſt bonum ſpeciei, quod ex generatione conſequitur; ſicut ob indiuidui conſeruationem iuſtè intermittuntur ſomni tempore actiones ſuperioris rationis.

5 Contra præfatam doctrinam catholicam præter dicta Sanctorum Patrum, quibus innuunt in actu cõiugali reperiri immunditiam, quos dictum eſt loqui de immunditia naturali; non de morali, obiicitur dictum Origenis (quod habetur can. *connubia* 32. *q.* 2.) aientis in eum, & actu coniugali non adeſſe præſentiam Spiritus Sancti: obiicitur etiam dictum Siricij Papæ Epiſtola ad Himerium *c.* 5. appellantis matrimonium pollutioné, & illa verba D. Pauli *ad Rom.* 8. *Qui in carne ſunt, Deo placere nõ poſſunt*, applicãtis ad eos, qui matrimonio copulantur, quaſi hi Deo placere non poſſent. Sed ad dictum Origenis Bellarminus & alij Doctores præallegati reſpondent, in illo actu non adeſſe Spiritum ſanctum ſpeciali auxilio, quia ad opera naturalia licet bona (inter quæ conſtituimt opus coniugale) non exigitur peculiare auxilium Spiritus ſancti. Ad Syricium, Sanchez, Pontius, & Martinus Perez reſpondent, illum ibi non loqui de nuptiis ſacrilegè celebratis à Clericis, qui voto ſolemni ad continentiam arctabantur; reprehendit enim coniugia clericorum, qui iam in ſacris conſtituti erant, quibus perpetuò in Eccleſia Latina prohibita fuere coniugia; vnde rectè dixit Clericos viuentes in carne, hoc eſt turpiter viuentes, Deo placere non poſſe in illicitis matrimoniis. Licet enim eo tempore non eſſent irrita, nihilominus eorum vſus, cum voto caſtitatis tenerentur, erat culpabilis ratione voti; ſicut & qui coniugati aſſumpti fuerant ad ſacros ordines, peccabant accedentes denuo ad vxorem poſt emiſſum votum, non quidem contra temperantiam ſed contra religionem, quod ſufficiebat, vt tactus ille diceretur immondus, & iniquus ob violationem voti. Alias reſponſiones ad vtrumque dictum affert Pontius; quæ apud ipſum videri poterunt.

6 Ex dictis conſtat etiam, certum eſſe actum coniugalem in gratia cum debitis circumſtantiis, & fine exercitum eſſe meritorium gratiæ ex opere operantis, ſicut & cætera, vt bona opera iuſtorum debitis circumſtantiis, & fine affecta. Vt notarunt etiam præallegati Doctores, Fagundez *d. c.* 3 *n.* 1. Leandr. *d. diſp.* 25. *q.* 2. & alij.

7 Vtrum verò in ipſo actu, ſeu per ipſũ actũ coniugalẽ conferatur gratia ſacramẽtalis, & ex opere operato. Et videtur affirmare Fagund. *d. n.* 2. dũ pro ratione, quod ſit meritorius, dicit, quod eſt vſus ſacramẽti, & omne ſacramentũ rite debitè exercitũ confert gratiã, & in hoc ſenſu intellexit illum Leandrus *d. q.* 2. Sed non credo Fagundez voluiſſe hoc aſſerere, ſed loquutum eſſe de merito gratiæ ex opere operantis, & vocare actum coniugalem debite exercitum vſum ſacramenti; ſumendo ly, ſacramenti, pro gratia ſacramentali, quæ dum matrimonium celebratur, datur contrahentibus ad rectum matrimonij vſum, & ad cætera munia matrimonialia exercenda. Nam certũ eſt in actu coniugali, cum poſt celebratum matrimonij Sacramentum exercetur, in gratia & debitè exercito conferri tantum gratiam ex opere operantis, vt in aliis actibus bonis, non verò ex opere operato, cum nec ſit Sacramentum, nec pars eius eſſentialis, ſeu neceſſaria, vt in tractatu de contractu matrimonij *c.* 10. *n* 232. oſtenſum eſt. Gratia ergo ſacramentalis cõfertur ex opere operato ſolum, dum Sacramentum ipſum matrimonij per verba de præſenti celebratur. Ita Sanchez *d. diſp.* 1 *n.* 4. Baſilius Pontius *d. cap.* 1. *n.* 5. Perez *d. ſect.* 1. *n.* 4. *d. q.* 2.

8 Addit autem Sanchez, quod antiquitus, cum matrimonia clandeſtina valida erant, dum ſponſalia de futuro tranſibant per copulam in matrimonium vt dictum eſt *in tr. de contr. matr. c.* 3. *n.* 78. *& ſeqq.* in ea copula maritali affectu habita dabatur gratia ex opere operato, & quod ita docet etiam Bellarminus *d. lib. vnico de matr. c.* 5. Imò ſubdit etiam hodie poſſe copulam aliquando perficere matrimonium, quod prius erat per verba de futuro initum, vt probaui in *eod. tractatu eod. cap* 3. *num.* 154. *& cap.* 1 *n.* 58. & etiam quod prius per verba de præſenti coram Parocho, & teſtibus contractum eſt inualidè tamen ex ratione alicuius impedimenti dirimentis occulti, vel ex defectu interioris conſenſus, vt oſtendi in eodem tractatu *cap.* 5. *n.* 32. *& d. cap.* 1. *n* 155. Tunc ergo, inquit Sanchez, ſicut copula maritali affectu exercita perficit perficit matrimonij ſacramentum tanquam forma, ſeu ſignum conſenſus de præſenti expreſſiuum, ita etiam confert gratiam ex opere operato.

Quam Sanchez doctrinam Pontius (quem ſequitur Leandrus *d. q.* 2.) *d. n.* 5. innixus fundamento à me *d. cap.* 3. *citato n* 78. ex eius, & nonnullorum aliorum ſententia relato, reprobat dicens, quod iure antiquo non erat copula, quæ efficiebat ſponſalia tranſire in matrimonium, ſed conſenſus præcedens copulam ſufficientibus ſignis ante copulam explicitus, quẽ præſumit Eccleſia fuiſſe ante copulam. Quapropter, inquit, in eo conſenſu explicito, & exterius ſignificato ante copulam dabatur gratia ex opere operato, nõ in ipſa copula. Ideo addit idem Baſilius irridere nonnullos Catholicos, & merito in hac parte, quod illis venerit in mentem in ipſa copula dari gratiam ex opere operato, & ipſam copulam eſſe ſignum ſenſibile quo matrimonij Sacramentum conficeretur. 9

Cum Baſilio conuenit Perez *d. ſect.* 2. *n* 9. *&* 11. in hoc, quod per ſe, & moraliter loquendo copula cõiugalis non confert gratiam ex opere operato, aſſerens eſſe omnium Doctorum ſententiam. Idque ob fundamentum eiuſdem Baſilij ſcilicet, quod copula etiam præmiſſis ſponſalibus de ſe, & per ſe non ſit ſignum expreſſiuũ mutui cõſenſus antea aliquo ſigno externo expreſſi, & ſic matrimonij ante ea facti; ita quod ſit ſolum ſignum præſumptũ quatenus ea poſt ſponſalia habita iure cõmuni antiquo attento præſumitur prudenter, ſeu efformatur prudens iudiciũ matrimonium fuiſſe ante ipſum contractum per conſẽſum de præſenti aliquo ſigno externo explicito; Cum ergo copula coniugalis ſemper per ſe loquendo ſupponat matrimonium iam contractum, & ita ſacramẽtum perfectum, non poteſt conferre gratiam ex opere operato, quia nullo modo eſt pars ſacramenti. 10

Diſſentit autem à Baſilio idem Perez, quatenus *n.* 10. *&* 12. dicit quod copula poſt tractationem matrimonij in ſponſis de futuro poſſit eſſe ſignum externum ſufficiens matrimonij de præſenti ex peculiari conuentione (quod verum eſt iuxta tradita à me in *d. tr. de contr. matr. c.* 3 *n.* 249. *&* 250.) contrahentium; ſi de facto ita aſſumeretur à ſponſis, tunc iuxta ius antiquum per ipſam copulam fieret matrimonium validum, ſicut fit per quodcunque aliud ſignum expreſſiuum conſenſus de præſenti ex conuentione contrahentium. Hinc ergo concludit (in quo propriè diſſentit à Baſilio) quod antiquitus, & modò etiam, vbi Tridentinum non eſt receptum, cum matrimonia clandeſtina ſint valida, ſi ex conuentione contrahentium copula aſſumitur pro ſigno expreſſiuo mutui conſenſus maritalis, eſt cauſatiua gratiæ ex opere operato, non quidem tunc (quia in eo acceſſu, inquit, manifeſtum committitur peccatum mortale, cum intenteтur acceſſus adhuc ad non ſuã, & ſic adeſt obex gratiæ) ſed poſtea remota fictione, ſeu obice peccati. Quia illa copula licet præterita vnà cum conſenſu conſtituit matrimonium, & ſacramentum 11

cramentum, & cenſetur moraliter perſeuerare, & ita vt moraliter perſeuerans recedente fictione cauſat ex opere operato gratiam, ſicut contingit in cæteris ſacramentis fictè ſuſceptis, quæ recedente fictione, & moraliter perſeuerantia efficiunt gratiam ex opere operato. Et idem ait poſſe contingere, vbi receptũ eſt Tridentinum, & ſponſalia per verba de futuro fiant coram Parocho, & teſtibus, & expreſſa conuentione aſſumant contrahentes coram eodem Parocho copulam pro ſigno expreſſiuo conſenſus de præſenti. De quo egi in *d. tr. de contr. matr. cap.* 2 *n.*32. *& cap.*3 *n.*154. *&* 155. Et iuxta hanc ſuam doctrinam dicit Perez *n.*13. *&* 15. eſſe intelligendum Sanchez, ſcilicet iuxta ius antiquum copulam poſt ſponſalia exercitam, cum iam fuerit à ſponſis aſſumpta pro ſigno expreſſiuo conſenſus de præſenti efficere gratiam ex opere operato recedente fictione, quia in eo euentu eſt pars ſacramenti tanquam forma, ſeu gerens vicem formæ ſacramentalis.

12 Verum Sanchez id nunquam ſomniauit; loquitur enim de copula habita affectu maritali poſt ſponſalia ſecundum ſe, & iuris antiqui diſpoſitione attenta, & nulla præcedenti ſpeciali conuentione ſponſorum, de qua nullum verbum apud ipſum (cum tamen in re tanti momenti debuiſſet ſe explicare) & de productione gratiæ in ipſo actu copulæ eo affectu maritali habitæ. Qua autem ratione talis copula habeatur abſque peccato, explicaui in *d. tr. de contractu matrimonij d. cap.*3. *n.*78. ſcilicet, quia quatenus eſt expreſſiua taciti conſenſus de præſenti, per quem efficitur ſtatim matrimonium vt contractus, & vt ſacramentum, cenſetur præcedere ſe ipſam, vt eſt carnalis coniunctio tam inchoatiuè quàm completiue, videantur ibi tradita.

13 Immerito ergo Baſilius tacitè reprehendit Sanchez, & potius à Catholicis irrideri debent hæretici tanquam ignorantes naturam, & eſſentiam contractus matrimonij, qui conſiſtit in mutuo conſenſu de præſenti exterius expreſſ aliquo ſigno ſenſibili, vel ex natura ſua, ſeu communi vſu, & acceptione, aut iuris diſpoſitione, aut ex contrahentium conuentione expreſſa prout late explicaui in *d. tr. de contr. matr. cap.*3. & eſt communis doctrina.

Suppoſito igitur actum coniugalem, ſeu vſum matrimonij ex ſe licitum eſſe, & meritorium, ſi debitè ſcilicet cum debitis circumſtantiis fiat; agendum eſt de circumſtantiis, quibus benè, vel male exerceri poteſt; & quia finis circumſtantia in actibus humanis primum, & principalem obtinet locum; de hac primùm diſſerendum. Sit igitur

§. II.

Qua ratione ex parte finis actus coniugalis ſit licitus, vel illicitus.

14 PRæmittendum tria eſſe bona matrimonij, prout late explicaui in *altero tractatu de contractu matrimonij cap.*10. *n.*177. *cum pluribus ſeqq.* Primum bonum prolis, nempe prolis generatio, & educatio. Secundum bonum fidei, ſcilicet fidelitas in reddendo debito & negando corpus cuicumque alij. Tertium, Sacramentum, quo ſignificatur, & ipſa ratio ſacramenti, conferentis gratiam, & ipſum vinculum indiſſolubile, quod cauſat, quatenus præſertim ex ipſa eleuatione ad rationem ſacramenti Eccleſiæ facta à Chriſto Domino ſignificat indiſſolubilem v i onem, & coniunctionem Chriſti cum Eccleſia.

15 Cum etiam finis coniugum in copula maritali habenda poſſit eſſe aliquis ex finibus ad quos matrimonium ipſum ſua natura, & per ſe ordinatur, ſuntque fines matrimonij intrinſeci; vel alius finis extrinſecus, quem pariter matrimonium contrahentes ſæpe intendunt, ſupponenda ſunt tradita in *dict. tractatu de contractu matrimonij d. c.*10. *n.* 234. ſcilicet tres eſſe fines matrimonij intrinſecos, & per ſe ad quos ſua natura ordinatur, quatenus eſt contractus (omitto hîc finem illius quatenus Sacramentum Eccleſiæ ibidem explicatum, qui eſt conferre coniugibus gratiam communem ſanctificantem ad mutuum amorem, & munia matrimonialia facile, & rite obeunda, cum non faciat ad rem noſtram) Primus prolis procreatio. Secundus mutua animorum, ſeu amicabilis coniunctio ad mutuum obſequium, auxilium ſolatium, &, communicationem operum in liberis educandis, & aliis officiis ad rem familiarem rectè gerendam. Tertius remedium concupiſcentiæ inordinatæ ad fornicationem vitandam. Et quidem primi duo habent rationē finis per ſe primarij, & principalis cum ante Adæ peccatum ad id primo, & principaliter fuerit à Deo inſtitutum matrimonium. Tertia verò eſt finis ſecundarius, cum minus principaliter, & ſecundario, ac tantum poſt peccatum fuerit à Deo inſtitutum in remedium concupiſcentiæ cauſa fornicationis, quæ latius *d. cap.*3. *citato n.* 243. explicata ſunt & ab omnibus admittuntur. Fines autem matrimonij extrinſeci, ac per accidens ſunt, quos contrahentes pro libito ſibi ſtatuunt & intendunt, qui poſſunt eſſe mali, vel honeſti vt *d. num* 273. notatum eſt; Er   ita etiam in ipſo vſu coniugij coniuges poſſunt intendere finem extraneum malum, vt ſi accedant tanquam ad non ſuum, vel non ſuam, vel indifferentem, vt lucrum, corporis ſanitatem, vel aliud bonum, vt ſi fieret ad reformationem pacis cum conſanguineis alterius coniugis prius ruptæ ob ſeparationem thori, vel etiam cohabitationis. His notatis:

Explicatur quando iuxta omnes Doctores vſus coniugalis ex parte circumſtantiæ finis eſt licitus, vel illicitus.

Certum eſt apud omnes actum, ſeu vſum coniu- 16
galem ſi fiat ob prolis generationem eſſe bonum, & licitum. Cum enim iſte finis ſit præcipuus, ob quem à Deo inſtitutum eſt matrimonium, & conſequenter honeſtũ; (alioqui Deus in ordine ad finem illicitum, & malum illud inſtituiſſet) eſt etiam finis proprius, & præcipuus, ac immediatus ipſius vſus coniugalis; ac proinde recta eſt ordinatio, & valde honeſtum dirigere vſum coniugalem ad hunc finem, ad quem eſt inſtitutus, tanquam ad primarium finem ipſius.

Quia autem intentio prolis, & habendi ſucceſſo- 17
rem, licet in ſe non ſit mala, eſt tamen imperfecta, vtpote tendens in ſolam creaturam, vt actus coniugalis cum illa intentione exercitus careat culpa etiam veniali; debere prolem in Deum referri ſcilicet, intendi in obſequium Dei, ſeu ob amplificandum cultum Dei tradunt plures à Sanchez *d. lib.* 9. *diſp.*8. *numero* 2. *relati* idem Sanchez *ibidem*, & ex aliis ſupra *n.*1. *relatis*. Reginaldus *d. lib.*31. *n.*336. Villalobos *d tr.*13. *diff.*40. Filliucius *d cap.*9. *n.*317. & Leandrus *d. diſp.*25. *queſt.*11. Bonum enim ſacramenti, quod eſt ſignificatio Chriſti vnionis cũ Eccleſia, vt dictum eſt, id videtur expoſcere vt vltra intentionem boni à natura in matrimonij vſu intenti, quod eſt ſpeciei multiplicatio, ipſa referatur ad Deum, & non ſiſtatur in ſola creatura; & bono naturæ; non quod motus naturæ ſit malus, ſed quia imperfectus, niſi ad aliquod bonum Sacramenti referatur. Addunt tamen Sanchez *d n.*3. & alij Doctores *citati*, & alij ab eodem Sanchez *relati*, non oportere, vt illa intentio ſeu relatio in obſequium Dei habeatur actualiter in

ipſo

Google

ipſo vſu coniugali; ſed ſufficere, ſi habeatur virtualiter, & habitu; ad quod (vt iidem Doctores notant) ſatis eſt, ſi à principio coniuges contraxerint in hunc finem, nec habeant deinde in ipſo actu coniugali intentionem contrariam. Id quod explicauit Syluester *V. Debitum q.12. verſic.2.* dicens, vt actus coniugalis meritorius ſit, referendam eſſe prolem in Dei obſequiũ; idque eſſe verum, licet de obſequio nil cogitetur, ſed ſolum de ſucceſſore; quia (inquit) ex quo coniux eſt in gratia, nec malum finem intendit, virtute refert in Deum. Et prædicta tradit etiam Baſilius Pontius *d. lib. 10. cap.8. n.2. fine.* licet quærat occaſionem contradicendi Sancio, qui nil diuerſum ab eodem Pontio traditis dicit.

18 Similiter ad coitandum peccatum veniale non eſt neceſſe in ipſo actu coniugali intẽdi expreſsè, & formaliter ipſam prolem, ſed ſatis eſt virtute; quod contingit, dum coniux prolis immemor tamquam coniux coniugi copulatur abſque contraria intentione, ſeu excluſione eiuſdem prolis, vt poſt Palacium tradit idem Sanchez *n.4.* & poſt eum Filliuccius: Et ratio eſt, quia cum actus ille natura ſua tendat ad prolis generationem, cenſetur ipſa proles virtualiter intenta, ſi ex operantis intentione actus ad alium finem non referatur: niſi per accidens ob ſenectutem, vel ſterilitatem proles ſit impoſſibilis, ideo- ideóque intendi non poſſit vllo modo, cum nemo operans intendat ad id, quod fieri non poſſe putat.

19 Certum eſt ſecundò actum coniugalem ob finem bonæ fidei, ſeu gratia fidei ſeruandæ alteri coniugi, reddendo ei debitum habitum licitum eſſe. Quia ſic fit ad finem, ad quem conn actus matrimonij à Deo ordinatus, ſeu inſtitutus eſt, & quia eſt actus iuſtitiæ. Ita omnes, Sanchez *d. diſp.8.n.1.* Manrinus Perez, Reginaldus, Filliuccius *locu ſuprà allegatis.* Caſtrus Palaus *d. diſp.2.p.1.n.2.* Hinc

20 Certum eſt tertiò, eſſe licitum actum coniugalem, ſi fiat ad conciliandum, & conſeruandum mutuum amorem inter coniuges ipſos. Cum iſta amicabilis coniunctio coniugum ſit vnus ex præcipuis finibus, ad quos eſt per ſe ordinatum matrimonium, & etiam natura ſua tendit actus ipſe coniugalis; intelligitur autem non excluſis expreſsè bonis prolis, vel fidei iuxta tradita *n.18.*

21 Certum eſt quartò iuxta omnes eſſe peccatũ mortale, habere copulam maritalem ob finem lethaliter malum (putà, quia coniux animam fornicariam habet, & intendit accedere ad vxorem non tamquam ad vxorem, ſed tamquam ad aliam à ſe amatam, vel quia vellet eam habere, etiamſi non eſſet ſua vxor, ſed aliena) quo pacto etiam in *altero tractatu de contractu matrim. cap.10. n.144.* dixi eſſe culpam lethalem contrahere matrimonium ob finem mortaliter malum. Et ita præter Doctores *ibidem relatos* Nauarrus *in man.cap.16.n.23.* Sanchez alios allegans *d. diſp.8.n.7.* & Filliuccius *d. cap.9.n.319.* Ratio adducta eſt *d. n. 244.* ſcilicet, quia talis eſt actus, qualis eſt finis *can. cum miniſter 23. quæſt. 5.* Non erit autem hic multiplex culpa mortalis, ſicut quando contrahitur matrimonium ob ſimilem finem, vt *dict. num. 244.* explicatum eſt, ſed vna tantum culpa lethalis deſiderij obtinendi illius praui finis, atque adeo illa ſola in confeſſione explicanda, vt contingit, quando alius actus licitus in finem prauum refertur. Vnde non ita damnabilis eſt abuſus actus coniugalis ob finem peruerſum, ac abuſus ipſius matrimonij ob ſimilem finem; eo quod ille ſit res profana; matrimonium verò ſacramentum, & res ſacra, ac proindè talis abuſus matrimonij continet triplex peccatum, ſcilicet, duplex ſacrilegium, alterum indignæ ſuſceptionis, alterum abuſus ſacramenti; ordinando illud ad tam turpem finem, & tertium deſiderium illud rei prauæ, vt *dict. num. 244.* explicaui. Abuſus verò actus coniugalis ob finem prauum mortalem eſt mortale peccatum ſolum intentione talis deſiderij rei mortaliter prauæ. Præter verò culpam mortalem continet etiam culpam venialem, quæ conſiſtit in defectu, ſeu priuatione debiti finis, quæ non tranſcendit culpam venialem, vt tradit etiam Sanchez *dicta diſputatione 8. num.9.*

Certum eſt quintò, & ab omnibus admiſſum, actum coniugalem exercitum principaliter ob finem venialem eſſe culpabilem venialiter, ob eandem rationem, quod talis ſit actus, qualis finis; ita Sanchez *dicta diſputatione 8. dicto numero 9.* Filliuccius *loco citato*, & alij. Erit tamen duplex culpa venialis, altera deſiderij obtinendi illius finis venialis; altera defectus, ſeu priuationis debiti finis, quæ priuatio, vt dixi, non excedit limites culpæ venialis; quæ etiam omnino ceſſaret, quando actus coniugalis fieret minus principaliter ob finem venialem, & principaliter ob aliquod bonum matrimonij. 22

Et hinc notandum actum coniugalem ex circumſtantia finis nunquam reddi mortaliter culpabilem, niſi finis ipſe ſit mortalis; nam quando eſt alius finis, ſiue indifferens, ſiue ex obiecto bonus, ſiue malus tantum venialiter, non eſt tanta deordinatio, vt cenſenda ſit culpa mortalis, vt tradunt Petrus Soto *lect. 16. de matrimon §. quia igitur.* Sanchez *dict. diſput.8.nu.8.* & Villalobos *tract.13. diff.40. num.3.* Et ratio eſt, quia cum actus ipſe coniugalis non ſit de ſe malus, finis non poteſt illi communicare maiorem malitiam, quam in ſe habeat. 23

Aduertendum etiam actum coniugalem debito fine, atque adeo licitè cœptum, ſi in illius continuatione referatur ad finem non legitimum, fieri culpabilem ob defectum circumſtantiæ debiti finis. Ita Paludanus, D. Antoninus, Syluester, Margarita confeſſorum à Sanchez *d. diſp 8. num.6. relati.* & idem Sanchez *ibidem*, id limitantes, ſi variatio finis contingat tempore deciſionis ſeminis; quia tunc illa vehementi voluptate ratio abſorbetur, & ita debita deliberatio deficeret. 24

Et in prædictis omnes Doctores conueniunt: De ſequentibus controuertitur.

Exercere actum coniugalem ob bonum ſacramenti, ſcilicet, ad repræſentandam vnionem Verbi Diuini cum humanitate, an vacet culpa, ſitque licitum.

Et primò difficultas eſt, an ſi actus coniugalis habeatur ſolum ob bonum ſacramenti, ſcilicet ad repræſentandam, ſeu ſignificandam vnionem Diuini Verbi cum humanitate, ſit peccatum veniale. Affirmat Sanctus Thomas, Riechardus, Supplem. Gabriel *locis* à Sanchez *dict. diſput.8 numero 14 relatis.* Petrus Ledeſma *de matrimon quæſt.49 ar.5. dub.1.* Henriquez *lib. 11. cap. 15 num.5. lit. P. in comment.* Sanchez *dict. num.14.* Reginaldus *lib 31. num.136.* & Filliuccius *tract.10. cap.9. num.318.* Ratio iuxta hos Doctores eſt, quia bonum ſacramenti eſt finis extrinſecus matrimonij, & non reſpicit vſum matrimonij, quemadmodum reſpiciunt bonum fidei, & prolis; ſed tantum vinculum, & eſſentiam matrimonij. Ergo erit contra rectum ordinem matrimonio vti ob bonum ſacramenti, & non ob bonum prolis, aut fidei; quæ tamen deordinatio, inquiunt, non excedit culpam venialem, cum ſit leuis peruerſio debiti finis. Confirmatur conſequens, tum quia rectus ſacramenti ordo exigit, vt vſus ſacramenti referatur ex intentione ſuſcipientis, & miniſtrantis 25

ad finem intrinſecum, nam ad extrinſecum ſufficit inſtitueotis ordioatio: At finis intrioſecus matrimonij eſt bonum prolis, & fidei, vt *ſuprà n.15.* oſtenſum eſt; extrinſecus autem eſt ſignificatio ſacramentalis; ergo erit peruerſio ordinis, & conſequeoter culpa venialis vſum dirigere ad ſolum finem extrinſecum. Sicut debitum otdioem peruerteret, & peccaret venialiter, qui baptizaret ad ſolam Chriſti ſepulturam repræſeotandam. Tnm quia ſacramenta noo ſunt ſolum ſigna ſacra, ſed etiam ſigna practica; & principalis eorum ioſtiturio eſt ad efficieodum; & ita eis ad ſolam ſigoificatiooem vtens noo ſeruat debitum finem.

26 At oegant Gabriel 4.*diſt.3.q.vnica art.2.prop.3.* Baſilius Pontius *d.lib.1. cap.9.num.4.* Leandrus *d.diſput.25.* Probant, quia licitum eſt, vti mattimonio ad eum finem, ad quem ordinatum eſt, vt conſtat ex dictis ſuprà *n.16.18.* & 19. ſed matrimonium eſt ordinatum ad ſignificandam vnionem verbi cum humanitate, ergo licitum eſt illo vti ad illum finem. Quinimò iſte finis matrimonij, vt ſacrameotum eſt, videtur magis illius vſum honeſtare, quam finis illi conueniens, qui eſt prolis generatio, & educatio: Neque apparet ratio, cur potius debeat iotendi finis intrinſecus, qoàm extrinſecus, cum vterque ſit honeſtus, dummodò intrinſecus non excludatur neqoe expreſsè, neque tacitè, quia fiois extrinſecus oon opponitur fini intrinſeco.

27 Cæterùm hi Doctores vtriuſque ſententiæ re ipſa non ſunt diſcordes, ſed idem ſeotiuot; Nam etiam Doctores primæ ſententiæ expreſsè dicunt vſum coniugij relatum in booum ſacramenti, & ad illam ſignificationem vnionis Verbi Diuini cum carne nullomodo eſſe culpabilem, ooo excluſis aliis finibus boni prolis, aut fidei, qui fines cenſentur virtualiter ſemper intenti, eo ipſo quod intentione vtentis matrimonio expreſsè non excluduntur iuxta tradita *ſuprà n.17.*

Actus coniugalis ſi fiat primariò, & principaliter ad finem vitandi in altero coniuge, vel in ſe ipſo periculum incontinentiæ, an ſit peccatum veniale?

Secunda difficultas eſt, an vti cooiugio priocipaliter propter fioem ſecundarium matrimonij, ſcilicet, in remedium concupiſcentiæ, ſeu ad euitandam incontinentiam ſit illicitum, & peccatum.

28 Conueniunt Doctores citandi, & alij eſſe licitum, & honeſtum petere debitum ad euitaodum io altero cooiuge incontinentiæ periculum; eo quod hic vſus coniugalis ſit potius debiti redditio, quam petitio (vt *ſuprà c.1.n.258.* oſtenſom eſt) atque ita in eo inuenitur booum fidei. Confirmatur, quia præcepto charitatis tenemur vitare periculum peccandi cuiuſque proximi, quando illud facile, & ſioe magno detrimento vitare poſſumos, ergo ſi alter cooiux præſentit pericolum incontioentiæ, aut pollutionis io altero, tenetur illud vitare non ſolùm ei reddendo, ſed etiam petendo debitum; & ita oollum erit peccatum exercere actum coniugalem ad illum finem, ſed actus honeſtus, & virtutis, charitatis, & iuſtitiæ. Difficultas ergo procedit de petitione debiti, & vſu coniugali priocipaliter ob finem vitandi io ſeipſo incontinentiæ periculum, & eſt triplex ſeoteotia.

29 Prima abſolutè aſſerit eſſe peccatum veniale. Huius ſententiæ aſſertores refert latè Sanchez *lib.9. diſp. 9. n.2.* nempe Roſellam, Angelum, V. *Debitum*, Tabienani V. *matrimonium.* Magiſtrum ſententiarum, D. Bonauenturam, Scotum, Gulielmum, Rubionem, Abulenſem, Dezam, Vualdēſem, Echium, P. Sotum, Podrezam, Ludou. Lopez, Petrum Ledeſmam, Raynerum, Ioannem de Friburgo, Aſtenſem, & ex Canoniſtis Gloſſam *in can. quicquid v. adulter quæſtione 2.* Gratianum, Hoſtienſem, Butrium, Alexandrum de Neuo, Heoricum, & Dominicum. Qui moti ſunt primo illo *Pauli 1.ad Cor.7.* vbi poſt præmiſſa illa verba, vt vouſquiſque vxorem habeat ad euitandam iocontineotiam ſubdit. *Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium*: Iodulgeotia autem non conceditur vbi culpa non eſt. Et ita locum illum intelligunt D. Auguſtinus *de bono coniugij cap.10. tom.6. & alibi*, D. Gregorius, vt habetur can. *Verùm ſinis d.13.* D. Anſelmus, & Sanctus Thomas *in eum locum*; & quia Doctores huius ſeotentiæ maximè nituntur authoritate Diui Auguſtini *d.cap.10.* noto hic verba illius, quæ ſunt, *Coniugalis concubitus generandi cauſa non habet culpam, concupiſcentia verò ſatianda; ſed tamen cum coniuge propter thori fidem venialem habet culpam.* Secundò, quia finis ille euitandi in ſe incootinentiam non ſpectat ad bonum fidei, quod reſpicit ſolom redditionem. Tertiò, quia vel fit actus ex impulſu concupiſcentiæ, & ita eſt culpa venialis, vel ſine tali impulſu, & ita eſt ioordinatio, vtendo medio quo non eget. Quia cum aliis mediis ad id ordinatis poſſit mederi ſtimulis concupiſcentiæ, videtur exercere actum coniugij, ob ſolam delectationem, & ita peccat venialiter, iuxta tradita infrà.

30 Secunda ſententia ſuſtioet abſolutè oullum eſſe peccatum, etiamſi nullus alius fiois expreſsè iotendatur, ſi non excludantur. Huius ſententiæ Doctores ionumeros refert Sanchez *d.diſp.9.num 3.* Durandum, Almaioum, Maiorem, Nicolaum de Orbellis, Caietanum, Niderum, Coleiam, Philiarcum, Anglem, Sà, Pet. Ledeſmam, Palacios, & ex Iuriſperitis Tiraquellum *ad l.5. conn. num.112.* Stephanum Caietam *in repet. c. ad limina 3.qu.1.§.4.num.176.* & Vgolinum *de matrim. 10. fine.* Et ex Doctoribus *ſuprà num.1. relata*, ita ſeotiunt Nauarrus *d.cap.16. num.32. initio.* Rebellus *d.quæſt.19.num.3.* Coninch *d. diſputat.34.num.8. & ſeqq.* Layman *d. cap.4.* Baſilius Pontius *d.lib.10.cap.8.num.9.* Hurtadus *d.diſp.10 a 4. & 5.* Caſtrus Palaus *d.diſput.3. p.3.* Fagundez *d.cap.3.n.1.* Martinus Perez *d.diſp 49.ſect. 2. n.2. & 3.* Stephanus Bauny *d.q.3.aſſertione 4.* Leandrus diſcalceatus *d.diſp.25.q.15.* Aueria *d.q.21.ſect 4 verſic. abſolutè.* & Bonacina *d.p.6.n.7.* Azotius *d.cap.31.q.2. diff.1.* & idem ſentit Diana *part.3.tract.4.reſol.219.* Qui recentiores omnes, & etiam antiquiores volunt nullum eſſe peccatum vti matrimonio ad euitandam in ſe incontinentiam, etiamſi aliis remediis occurri poſſit incontinentiæ periculo. Et Maior, ac Palacios intelligunt de remediis quibuſcunque etiam facillimis, & ita videntur intelligere etiā præfati recentiores, cū abſolutè dicant eſſe licitum actum coniugalē ob illū finem euitandi in ſe incontinentiam, tametſi coniux aliis remediis carnis ſtimulos poſſit coërcere. Solum Rebell. *d.n.3.fin.* videtur excipere quando aliis facillimis remediis cōiux incōtinētiā in ſe ipſo vitare poteſt.

31 Probatur hæc ſententia primò, quia exercere actū coniugalē ad illum finē, ad quē matrimoniom inſtitutū à Deo eſt, nullā continet deordinationē, alioqui inſtitutio Dei eſſet inordinata; ſed matrimoniū à Deo eſt inſtitutū & ordinatū in remediū concupiſcētiæ inordinatæ ad finē fornicationis, & incōtinētiæ vitādæ; ergo nulla eſt inordinatio vti matrimooio in illū fioē, & cōſequēter nulla culpa. Minor cōſtat ex traditis io priori tractatu de contractu *matr.c.10.n.242.* & eſt cōmunis DD. & probatur ex illo Apoſt. *1.ad Cor.7.* ſcilic. *Reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram; Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium.* In quibus verbis D. Paulus permittit actum coniugalem in illum fioem vitandæ fornicatioois; & cooſequēter etiam colligitur diuina

lege

lege non eſſe prohibitum; alioqui D.Paulus non permiſiſſet vti matrimonio ad vitandum peccatum fornicationis, ſi fuiſſet culpa venialis; cum minus malum maioris vitandi cauſa fieri non debeat, quando vtrumque vitari poteſt. Ex quo manifeſtè infertur, nullum eſſe peccatum exercere actum coniugalem cauſa vitandæ fornicationis etiam in ſe ipſo; cũ nullum ſit peccatum niſi quod eſt alicui legi prohibenti contrariũ; permittere autem non eſt prohibere; cum ergo actus coniugalis in illum finem habitus lege diuina ſit licitus, nequit eſſe vitioſus. Quare dũ D.Paulus ait: *Hoc ſecundũ indulgentiã dico, non ſecundũ imperium,* non id ea eo, ſeu ad ſignificandũ quod actus coniugalis ad propriam incontinentiam vitandam ſit culpa venialis, ſed ſignificat eſſe minus bonum, ſeu minoris perfectionis, quàm abſtinentia à copula, vt Lyranus, Caietanus, alij interpretes, & præfati DD. omnes, & alij, qui in ſequenti ſententia citantur, explicant; ſicut quando ſubdens, *& ſi nupſerit virgo, non peccabit; ego autem vobis parco,* non ſignificat eſſe peccatũ nubere, ſed minus bonũ, ſeu minoris perfectionis, quàm cœlibatus. D. autem Auguſtinũ loco citato, & alibi, S. Thomam, & alios Patres huius ſententiæ DD. aiunt intelligendos, quos cauſa vitandæ incõtinentiæ in altero, vel in ſe abſq; prolis expreſſa intentione, ſit veniale, exercere actum coniugalem; ſi immoderatius exerceatur, ſeu peccator, addit Rebellus, vel etiam quando aliis facillimis remediis incontinentiam in ſe ipſo quis vitare poteſt.

32 Secundò, quia ſi propter alterius coniugis incontinentiam vitandã licitus eſt actus cõiugalis, ad hanc enim vrgente charitate, vt *ſuprà n.* 28 dictũ eſt, & omnes admittunt: ergo etiam propter propriam, cum ex charitate quiſque ſibi magis debeat, & magis ſibi ſit proximus, quã alteri, & maximè, quia vitare in ſe periculum fornicationis reſpicit bonum fidei, ad quod ſpectat non ſolum reddere debitum, ſed etiam abſtinere ab alieno concubitu, vt *ſuprà n.* 14. & *in altero tractatu de contr. matr. cap.* 10. *n.* 11. notatum eſt.

33 Tertiò, quia vt actus cõiugalis quamuis aliqualiter rationẽ abſorbeat, ſit licitus, ſufficit, vt referatur in aliquẽ ex finibus, ad quos eſt à Deo inſtitutus, licet ſit ſecundarius, dummodo non excludatur primarius, ſeu prolis generatio nec expreſſè, nec tacitè. Cum nulla lex ſit quæ obliget, vt in cuiuſuis rei vſu quis ſemper eius finem primarium intendat.

Quod ſi inquiant DD. ſequentis ſententiæ contra hãc, & primam probationem dicatur matrimonium, & illius vſum ordinari, & conſequenter licitè exerceri a coniugibus ad vitandam incontinentiam etiam propriam, quando aliis remediis coniux præſentiens carnis ſtimulos nequit illos ſedare, ſecus quando poteſt alio modo ab incontinentia abſtinere; cum tunc peruerſio ordinis debiti medium de ſe primò, & principaliter ordinatum ad prolis generationem, in illum alium finem referre, ſit culpa venialis.

34 Primò ad hanc diſtinctionem Reſpondent DD. huiuſmet ſententiæ nil referre, quod poſſit aliis medijs perfectioribus, & ſpiritualibus mederi concupiſcẽtiæ; quia hoc mediũ vſus cõiugalis, licet minus bonũ, tamen bonũ, & honeſtũ eſt ex ſuo genere (vt *ſuprà n.* 3. probatũ eſt) & ad eum etiam finem à Deo ordinatũ eſt, qui finis vitandæ incontinẽtiæ eſt bonus, neq; opponitur fini intrinſeco, ſeu aliis finibus matrimonij, illoſuè tacite, vel expreſſe excludit; erit ergo actus cõiugalis relatus in illũ finem bonus, & licitus, nullamq; continebit ordinis debiti peruerſionẽ, non obſtãte quod alio modo perfectiori, & etiã facillimo cõiux poſſet carnis ſtimulos coërcere, & incontinentiã vitare; quia nullus tenetur ad vitandũ peccatum per mediũ facilius, vel perfectius, ſed ſatis eſt, vt illud euitet per mediũ ex ſe licitũ, & honeſtum. Et ſi obiiciatur

fore imprudentem, qui ſumeret potionẽ amaram, aut venas ſcindi permitteret cauſa ſalutis recuperandæ, cum poſſit faciliori medio eam adipiſci. Reſpondet Pontius hoc exemplũ nullius eſſe momẽti, quia ſciſſio venæ, & potio amara non habent aliũ finem, quã reſtitutionem ſanitatis, quæ cum reſtitui poſſit facili medio, prodigalitas quædam eſſet ſanguinis, & laboris corporalis pro ſalute; matrimonium verò habet etiam alios fines bonos præter remediũ concupiſcẽtiæ, quos non excludit tacite, neque expreſſe qui in remedium concupiſcentiæ vtitur coniugio, cũ eo tempore poſſit etiã expreſſe vti ex aliis finibus intrinſecis.

Præterea contra eandem diſtinctionẽ vrgent huius ſententiæ Doctores, quod ſcrupulis ſit obnoxia; ſiquidem nemo poterit affirmare, ſe aliis mediis non poſſe ſtimulos carnis ſedare, & ad multa experimento cõprobanda aſtringerentur coniuges ob ſeruandã continentiã. Quare anxij præſertim redderentur cõiuges ſpe prolis habendæ carentes, ſi examinare deberent, nũ aliis modis, v.g. ieiuniis, aliiſue carnis afflictionibus incontinentiæ ſuæ mederi poſſint; & via vnquam in hunc finem vitandæ propriæ incontinentiæ liceret matrimonij vſus, quia fere ſemper poteſt illud periculum aliter euitari. Quin etiam vrget Coninch cõiuges carentes ſpe prolis tenerentur ſub peccato ſeparari thoro, tum quia hoc caſu eſſet præcipuum medium vitandi periculum incontinentiæ quã ipſi etiam inter ſe ſeruare tenentur; tum quia, cum tunc ſub peccato veniali tenerentur non petere, tenerentur etiam vitare præſentiſſimum periculum petendi, quale eſt cubare in eodem thoro, & idem dicendum foret quando vxor eſſet iam prægnans; tunc enim cum non poſſit intendi proles, acceſſus ad eam eſſet illicitus, licet relatus in finem vitandæ Incontinentiæ; & ita foret neceſſaria ſeparatio tori ad periculum actua coniugalis euitandum. Hæc prædicti Doctores. 35

Et iuxta hanc ſententiam foret licitũ vſum coniugalẽ exercitum in remedium concupiſcentiæ, ſeu relatum in finẽ vitandi incontinentiam etiam eo caſu, quo petens debitum carnis moleſtiis non vexaretur, quia talis finis eſt honeſtus, & ad eũ eſt matrimoniũ ordinatũ, & ſatis eſt timere probabiliter vexandum fore; Et id in terminis tradit ex Sã. 10 Leandrus *d. q.* 15. & poſt Gabrielis Supplementum 4. *diſt.* 31. *q. vnic. art.* 1. *fine* docet etiam Sanchez *d. d.ſp.* 9 *num.* 4 *fine.* cum alia media non ſupperunt ad vitandam incontinentiam ob coniugis fragilitatem. 36

Confirmari poteſt etiam hæc ſententia: quia coniuges pauperes carẽtes diuitiis ad bene alendos liberos ob euitandã incontinentiã licite poſſunt vti cõiugio optantes, vt filij nõ naſcãtur, dũmodo nihil efficiant generationẽ prolis impediens, vt tradit Sanch. *l.* 9 *diſp.* 8. *n.* 10. & traditũ eſt in *d. tr. de contract. matr. c.* 10. *n.* 165. *&* 166. ergo multo magis erit licitũ vti coniugio in illum finem abſque actuali, vel virtuali deſiderio non habendi prolem, licet expreſſe non intendatur. 37

Et ex traditis ad hanc ſententiã confirmandã facile ſatisfit argumentis primæ ſentẽtiæ. Ad primũ enim ex dicto D.Pauli, & authoritate Diui Aug. & Patrũ iã reſponſum eſt *ſuprà n.* 31. Ad ſecundum patet ex dictis *n.* 32. actum coniugalem relatũ in finem vitandæ fornicationis nõ carere bono fidei, ad quod etiã ſpectat abſtinere ab alieno, vel aliena; & quia ſatis eſt, vt vſus matrimonij referatur ad finem, ad quem eſt inſtitutum matrimonium, licet ſecundariò, & vt non careat bonis matrimonij, ſufficit, vt non excludãtur tacite, aut expreſſe. Ad tertium, impulſus, ſeu motus cõcupiſcẽtiæ præbet tantũ cauſã, vt à voluntate eligatur, & imperetur actus coniugalis ad illum ſedandum, non verò ab eo idem actus coniugalis imperatur; 38

quare eſto in ipſo motu concupiſcentiæ rationis iudicium præueniente adſit aliqua culpa ob concurſum volũtatis non plenè deliberatæ, tamen actus voluntatis, quo ipſe coniugalis imperatur ad illum corrigendum, & ſedandum nullomodo eſt culpabilis neque venialiter, cum non poſſit eſſe culpabilis neque ex fine, qui eſt vitatio peccati, concupiſcentiæ, ſeu incontinentiæ, neque ex medio, quod ex ſe licitum eſt, ſcilicet, copulari coniugi. Ad quartum eſtò aliter coërceri poſſit motus concupiſcentiæ, negatur inde ſequi actum coniugalem in illum finem fornicationis fieri ob ſolam delectationem, quia coniux non adſtringitur vti aliis mediis, vt probatum eſt iuxta vero Doctores ſequentis ſententiæ. Reſpondetur illud fore verum exiſtentibus, & ſufficientibus aliis mediis ad reſiſtendum concupiſcentiæ; ſecus vbi illis tẽtatis coniux ob ſuam fragilitatem reſiſtere nequit.

39 Tertia ſententia docet exercere actum coniugalem principaliter, ſeu expreſsè ob finem vitandi fornicationem in ſeipſo, vel aliud peccatum carnis, nullam eſſe culpam in petente, quando adhibitis aliis mediis non poteſt ſedare tentationem carnis, & vitare incontinentiam, quando verò poteſt conuenienter alio medio, eſſe peccatum veniale. Ita non pauci à Sanch. *d. diſp.* 9. *n.* 2. *relati* Paludanus, Supplementum Gabrielis, Capreolus, D. Antoninus, Veracrua, Syluester V. *debitum.* Tabiena *v. Matrimonium.* Henriquez *lib* 11. *cap.* 15. *num.* 3. *lit. Q.* Victoria, vterque Ledeſma, Margarita Confeſſorum, Manuel 1. *to ſum. cap.* 143. *num* 15. *in* 2. *edit.* & ex Iuriſperitis Gregorius Lopez, & Matienzo, idem docent Sanctius *ibid.* Reginaldus *lib* 31. *n.* 318. Filliuccius *tract.* 10 *cap.* 9. *num.* 320. Primam partem huius ſententiæ præfati Doctores aiunt probari argumentis ad ſecundam ſententiam ſtabiliendam adductis, & præſertim, quia matrimonium à Deo poſt Adæ peccatum ad illum finem ordinatum, & inſtitutum eſt; ac proinde illius vſus in eundem met finem, vtpote non contra Dei voluntatem non poteſt continere offenſam eiuſdem Dei, niſi vitietur aliqua circumſtantia, quam neceſſitas non excuſet; tunc enim erit peccatum. Hinc poſteriorem partem eiuſdem ſententiæ iidem Doctores probant, quia vbi aliis mediis incontinentia euitari poteſt, abſque neceſſitate vſus matrimonij indebitè ordinatur ad vitationem fornicationis vt ad finem primarium, & vltimum, cum tamen ſit finis ſecundarius, & mediatus nempe ordinatus in bonum fidei, vt in finem vltimum. Cum ergo in hoc caſu abſque neceſſitate actus coniugalis, qui eſt medium per ſe, & primariò, & principaliter ordinatum ad prolis generationem, & fidem ſeruãdam, referatur, vt in finem principalem, & vltimum in vitationem incontinentiæ, indebitè refertur, & committitur peruerſio ordinis venialiter culpabilis, non tamen mortalis; quia talis peruerſio finium non eſt adeo aliena à ratione, vt cenſeri debeat conſtituere peccatum mortale.

40 Declarat autem Sanch. *d. n.* 4. cum D. Antonino, & Tabiena (& idem profectò ſentiũt Filliuccius, & Reginaldus locis citatis) primam partem huius ſententię eſſe intelligendam, quando non eſt ſpes prolis concipiendæ; nam vbi proles poteſt concipi, aiunt ſemper eſſe culpam venialem in actu coniugali intẽdere primariò, & principaliter vitare incõtinentiam propter peruerſionem ordinis, dũ finis ſecũdarius præponitur poſſibili, cũ tunc nulla ſit neceſſitas intendendi principaliter vitationem fornicationis, ſicut nulla eſt ſpes prolis, & carnis tentatio aliis mediis non ſuperabilis vrget. Et ita ſentiunt etiam DD. quos in *d. tracta. n de contractu matrimonij c* 10 *nu.* 260. allego; tenentes eſſe peccatum veniale contrahere matrimonium principaliter ob finem ſecundarium, nempe vitandi incontinentiã, quando eſt poſſibilis proles ex matrim. vſu.

Ad argumentũ ſecundæ ſententiæ, quatenus huic tertiæ aduerſantur. Ad primũ reſp. Sanch. maiorẽ eſſe veram, ſi referatur ad finem primarium, & vbi is non eſt poſſibilis, ad ſecundarium, qui medio faciliori obtineri nequit, Apoſtolum verò in illa exhortatione, *Reuertimini*, &c. intelligendum, quãdo alio modo incontinẽtiæ non poteſt occurri propter nimiã coniugũ fragilitatẽ aliter via valẽtium abſtinere à coitu, quod ait denotari per illa verba: *propter incontinentiam veſtrã*, à Lyrano explicata ſcilicet, propter pronitatem ad fornicandum. *Dicto* etiam *c.* 10. *n.* 263. *ad* 1. reſpondi Apoſtolum intelligendum, dũmodo non ſit ſpes prolis concipiendæ. Ad ſecundum dicitur eſſe diuerſam rationem, quia coniux poteſt ſibi aliis mediis conſulere, & ſi velit carnis tentationi reſiſtere; non poteſt autem alteri coniugi mederi, nec ipſius conſenſũ in fornicationẽ impedire. Et licet finis vitandi incontinentiam tendat ad bonũ fidei, ſcilicet, vt alteri fides ſeruetur, tamen non eſt finis primarius, & vltimus, vt eſt bonum fidei, quod conſiſtit in reddendo debitũ. Ad tertium reſpondetur obligare legem Dei, qui inſtituit matrimonium, & illius vſum conceſſit in illum finẽ, vbi non poteſt primarius obtineri, nec finis ſecundarius faciliori modo. Ad tradita *n.* 24. reſpondetur finẽ vitandi incontinentiam actui coniugali conſtitutum vt vltimũ non habere rationẽ boni, & honeſti quoad honeſtandum ipſum actum coniugalem, quando primarius finis nempe generatio prolis eſt poſſibilis; & vbi hæc non eſt poſſibilis, alio medio periculo incõtinentiæ facilè poteſt occurri. Ad tradita *n.* 15. reſpondetur, quod dicitur de aliis mediis adhibendis, intelligendũ moraliter, & non ſcrupuloſè. Negatur etiam cætera, quæ ibi dicuntur ſequi, cum ſemper adſit obligatio reddendi debitum ob bonum fidei, & poſſit petitio eſſe licita; Nec vnus coniugum poſſit ſcire, quæ ſit pronitas ad coitum, & fragilitas alterius. Ad confirmationem *n.* 37. adductam reſpondendum iuxta tradita *d. tr. de contractu. matr. citato c.* 10. *n.* 165. & tradenda *infra.* Prædicta iuxta aliorum ſententiam. 41

Ego, vbi proles eſt impoſſibilis, approbo ſecundã ſententiam tanquã probabiliorẽ, & licitũ eſſe abſolutè matrimonij vſum, ſicut & ipſũ matrimonij contractum in eum finẽ vitandi incontinentiã Ratione adduxi *d. c.* 10. *n.* 148 ſcilicet, quia vbi finis primarius matrimonij eſt impoſſibilis, licitũ eſt intẽdere ſecundarium: Propter quã rationẽ DD. cõmuniter tenent, deficiente ſpe prolis nullũ eſſe peccatũ contrahere matrimoniũ propter finẽ illũ ſecundariũ, vt *d. n.* 148 notaui; & ſi matrimoniũ eſt licitũ in eũ finẽ relatũ, quare non etiã vſus in eundem finẽ. eſtò aliis mediis incõtinentiæ occurri poſſet. Et id ſatis confirmãt tradita *ſuprà n.* 33. ſteriles enim, & ſenes cõiugati vix poſſẽt ſcire, quando eis foret licitus actus coniugalis in illum finẽ ſecundariũ relatus. Sterilitas ergo, ſeu impotentia ad prolem in cõiugibus iuſtificat, ſeu honeſtat copulam, cum ſolo fine euitandi incontinentiam, ſicut & contractum matrimonij ob eundem finem remedij incontinentiæ, vt *dicto cap.* 10. *n.* 265. dixi 42

Si verò proles ſit poſſibilis, exiſtimo probabilius eſſe peccatum veniale in actu coniugali intẽdere primariò, & principaliter finem ſecundarium, ſicut & *d. c.* 10. *n.* 263. tenui tanquam probabilius eſſe peccatum veniale (vbi eſt poſſibilis proles) contrahere matrimonium illud ordinando principaliter ad eundem finem ſecundarium, ſcilicet in remedium incontinentiæ, idque propter inordinationem, & peruerſitatem, quæ eſt, dum quod eſt ſecundarium, & minus principale in matrimonio, & illius vſu, ſcilicet euitatio fornicationis præponitur primario, & principali, nempe generationi prolis. Et argumentis, quæ in contrarium adducunt, ſufficienter ſatisfactum eſt, *ſuprà n.* 41. *& d. cap.* 10. *n.* 259. *&* 253. 43

Quod

Quod ſi finis euitandi incontinentiam eſſet tantum applicatiuus, ſeu impulſiuus ad copulam coniugalem, vel vnicus principalis; tunc iuxta omnes nullum eſſet peccatum in eodem actu, vt etiam conſtat ex traditis à me *d.cap.*10. *num.* 149. & notauit etiam Baſilius Pontius *d.cap.*8.*n.*7.*fine.*

An peccatum ſit in actu coniugali deſiderare non concipi prolem.

44 Cæterùm occaſione confirmationis *ſuprà n.*37. adductæ explicandum eſt, an, & quale peccatum ſit in actu ipſo coniugali excludere finem prolis, ſeu optare non concipi prolem, nil tamen efficiendo prolis generationem impediens. Præpoſitus *in rubr. de ſponſ. n.* 12. *ad finem relatus* à Sanchez *lib.*9 *diſp.*8 *num* 10. dixit eſſe peccatum mortale. Sed dicendum tale deſiderium ſine appoſitione impedimenti prolis ex genere ſuo non eſſe peccatum mortale, ſed imò nec ex ſe malum, ſed poſſe eſſe bonum, & licitum, vel malum, & illicitum iuxta bonitatem, & malitiam motiui, ſeu cauſæ finalis talis deſiderij, atque adeo ſi habeatur ex cauſa defectus diuitiarum ſufficientium ad alendos filios eſſe licitum. Hæc enim eſt iuſta, & grauis cauſa cohoneſtans tale deſiderium non multiplicandi prolem. Roſella, Angelus *v. Debitum* Paludanus, D. Antoninus. Philiarcus à Sanchez *d.n.*10. *relati* Nauarrus *in man. cap.*16. *nu.* 13. idem Sanchez *ibidem.* Filliuccius *tract.* 10. *cap.* 9. *n.* 319 Coninch *lib.* 10 *c.*8.*n.*4. Stephanus Bauny *de ſacram. tract.* 12 *vbi de oblig. coniugum q.*3 *aſſert* 3. & Leandrus *d. diſp.* 15. *q* 18. Ex eo enim quod per tale deſiderium intentionaliter excludatur finis matrimonij, & ipſius actus coniugalis, non eſt peccatum mortale, quia finis præcepti non cadit ſub præcepto, & ex altera parte deſiderium illud cohoneſtatur ex illa iuſta, & graui cauſa defectus diuitiarum ad honeſte alendos filios.

45 An verò vbi eſt poſſibilis proles, ſit licitum contrahere matrimonium ipſum cum tali deſiderio, & intentione excludente finem proprium, & primarium matrimonij ob illum finem, ſeu ob illam rationem defectus diuitiarum in paupere magnos carnis ſtimulos patiente, cui moraliter aliud remedium commodum non occurrit ad vitandam incontinentiam, explicaui *d. tractatu de contractu matr. citato cap.* 10. *num.* 266. vbi reſoluo affirmatiuè, licet contrarium ſenſiſſe videatur Sanchez *dict. diſput.* 8. *citato num.* 20.

Petere debitum, & exercere actum coniugalem primariò, & principaliter ob finem extraneum, v.g. ob ſanitatem reſtaurandam, vel conſeruandam, vel aliud temporale commodum, ſitne licitum, vel veniale peccatum.

Tertia difficultas, an actus, ſeu vſus coniugalis, ſi exerceatur ob fines extrinſecos, puta, cauſa lucri, v. g. mercedis, vel hæreditatis ab altero coniuge promiſſæ, vel cauſa ſanitatis corporis recuperandæ, vel conſeruandæ, ſit licitus, an verò culpabilis venialiter.

46 Certū eſt iuxta omnes Doctores, ſi hi fines extranei non ex ſe mali, ſed vel honeſti; vel indifferentes ſint, tantum fines, ſeu cauſæ applicantes, ſeu impulſiuæ ad habendum actum coniugalem, qui ſaltem virtute referatur in finem proprium, & intrinſecum, ad quem actus ex ſui natura ordinatur, nempe in prolis generationem, eos non vitiare actū coniugalem, nullumque eſſe peccatum illum exercere ob tales fines. Vt enim tradidi in *tractatu de contractu matr. cap.* 10. *n.* 249. nullum eſt peccatum, ſed bonum eſt contrahere matrimonium ob huiuſmodi fines extraneos tanquā motiuos, & impulſiuos ad cōtrahendum; ac proinde etiā multò magis erit licitus actus cōiugalis, cuius cauſa applicans, & motiua, ſeu impulſiua ſint tales fines extranei. Rationē autem ibidem adduxi ſcilicet, quia omnes aliæ humanæ actiones, vt plurimūm pendēt ab huiuſmodi finibus vliſſimis tantū applicantibus, & mouētibus ad agendū; & propter hoc nō exiſtimātur illicitę, & culpabiles, quia ſtante illo fine, ſeu motiuo applicante, ſtat finis debitus actionis, quando nō excluditur. Quapropter talis finis dicitur potius conditio ſine qua nō, quā finis. Ita iuxta omnes excuſatur à culpa Sacerdos ad applicans ad celebrandū propter aduētū amici, vel eleemoſynā, vel aſſiſtēs horis canonicis allectus diſtributionib⁹. Videātur tradita *d. n.* 249.

47 Similiter nullum eſt peccatum, ſi in actu coniugali, ſicut & in contrahendo ipſo matrimonio (vt *d. cap. n.* 251.) fines extraneus, lucrum, ſanitas intendatur vt finis ſecūdarius, & minus principalis ipſius actus, & non ſolum vt cauſa applicans ad copulam, quia nulla prorſus inordinatio matrimonij, & eius vſus, & debiti finis. Et etiam reliquæ actiones humanæ compatiuntur huiuſmodi fines, vt notaui *d. n.* 251. & ita etiam *lib.*9. *diſp.*8. *n.*11. præter alios relatos *d. cap.* 10. *n.* 244. *& pluribus ſeqq.*

Difficultas ergo procedit, quando lucrum, aliud bonum vtile, vel ſanitas corporis à coniugibus vtētibus coniugio intenditur principaliter, ſeu vt finis principalis actus, an ſit peccatum veniale, licet non excludatur finis ipſius vſus coniugalis intrinſecus, & proprius, neque tacitè neque expreſſe.

48 Prima ſententia loquens de quocunquè fine extrinſeco, ſiue ſit lucrum, ſiue corporis ſanitas, abſolutè docet eſſe peccatum veniale vti coniugio propter talem finem primariò, & principaliter. Ita Sotus 4. *diſt.* 31. *q. vnic. art.* 4. *verſic. ſunt qui contra* (vbi loquitur de fine lucri) & verſic. Grauius autem (vbi loquitur de fine ſanitatis) & loquentes de eodem fine ſanitatis; ita ſentiunt Angelus, Sylueſter, Tabiens, *v. debitum* S. Thomas Paludanus, D. Antoninus, Raynerus, Io de Friburbo, Abulenſis, Victoria, Nider, P. Soto, Petrus Ledeſma, Margarita Confeſſorum, & nonnulli alij à Sanchez *lib.*9. *diſp* 10 *n* 1. *relati*, & ex recentioribus Franciſcus Syluius *relatus* à Diana *loco infrà citato.* Fundamentum eſt primò, quia iuxta S. Auguſtinum *loco ſuprà n.* 29. *allegato*, D. Gregorium, & alios Sactos Patres, vſus coniugij non permittitur, niſi cauſa debiti reddendi, vel prolis generandę; ſecundò; quia eſt peruerſio ordinis debiti, præponere finē extrinſecū (etiamſi ſit bonū indiuidui, vt eſt ſanitas) ad quem actus coniugij de ſui natura non ordinatur, fini intrinſeco, & proprio (qualis eſt proles, ſeu conſeruatio ſpeciei, & bonum fidei, & etiam vitatio incontinentiæ) ad quem actus coniugalis, & matrimonium ipſum de ſui natura, & Dei inſtitutione ordinatur. Ergo eſt peccatum veniale; ſicut eſſet peccatum veniale ſuſcipere baptiſmum ob ſanitatem, vel aliquod commodū temporale, cum baptiſmus nō ſit ad id, ſed ad remiſſionē peccatorū ante illū admiſſorū inſtitutus.

49 Secunda ſententia loquens de fine ſanitatis recuperandæ, vel conſeruandę reſpondet cū diſtinctione, ſcilicet, nullam eſſe culpam, ſi ad ſanitatē reſtaurandam, vel tuendam nullum aliud mediū facile occurrit, eſſe verò venialem culpam, ſi aliud mediū conueniens occurrat. Ita Henriquez *lib.*11.*c.*15.*n.*5. *in textu mixto, & litera X in commentario.* Victoria, & B. Ledeſma à Sanch. *d. diſp.* 10 *n.* 3 *relati.* & ex DD. *ſuprà n.* 1. *relatis*, idē Sanch. *d. n* 3. Manuel *d. to* 1. *ſumm. c.* 242. *n.* 20. Azorius 3. *p. lib* 3. *cap.* 31. *q.* 2. *diff* 2. Reginaldus *d. l.* 32. *n.* 157. & Filliuccius *d. tr.* 10. *c.*9 *n* 321. Primam partem probāt, quia peruerſio ordinis cōpenſatur illo bono fine ſanitatis nō recuperabilis, aut cōſeruabilis alio remedio facili,

D Ioan. Angelus Boſſius, de effectib. contr. Matr.

taliſque neceſſitas cohoneſtat actum, & finis ſanitatis intentus non excludit alios fines matrimonij proprios, & intrinſecos non intentos actu, & ea pieſſe. Imò nulla in tali caſu videtur peruerſio ordinis cum in eo fine ſanitatis includantur ſaltem remotè bona prolis, & fidei, ea ſcilicet ratione, quia vtens bona valetudine ſit aptior proli generandæ, & debito reddendo. Confirmat Reginaldus, quia talis vſus matrimonij cum ſit licitus ob bonum prolis, à fortiori erit licitus ob neceſſitatem reſtaurandæ, vel conſeruandæ propriæ ſalutis, cui plus quam bono prolis tamquam alieno quilibet tenetur conſulere. Secundam verò partem huius ſententiæ confirmat quia peruerſio debiti ordinis abſque neceſſitate excuſante, mala eſt ſaltem venialiter, idque probant argumenta primæ ſententiæ.

50 Declarat tamen Sanchez *d.n.5.* priorem partem huiuſmet ſecundæ ſententiæ intelligendam, vt nulla ſit culpa principaliter intendere ſanitatem quando nulla eſt ſpes prolis; ſecus verò tali ſpe exiſtente, nam tunc ait eſſet culpa venialis peruerſionis debiti finis, quia finis principalis poſſibilis poſtponeretur nulla vigente neceſſitate, nam ſeruato fine prolis primario, poſſet ſecundario, & concomitanter coniugij vſus referri ad ſanitatem iuxta tradita *ſuprà n. 42. & 43.* Alij verò Doctores Henriquez, Manuel, & Filliucius nullam huius declarationis mentionem faciunt, ſed abſolutè loquuntur; & Reginaldus expreſſè tenet, etiamſi ſit ſpes prolis ceſſare rationem peruerſionis interdictæ, & ita etiam ceſſare peccatum, & rationes in ſecunda ratione, & confirmatione eiuſdem primæ partis procedunt extante ſpe prolis. Et primam ex illis adducit etiam idem Sanchez.

51 Idem etiam Sanchez *d. n... fine & diſp. 8. n. 12* aſſerit abſolutè accedere ad vxorem principaliter gratia vtilis, ſeu lucri eſſe culpam venialem; & in hoc eum ſequitur Leandrus Diſcalceatus *de Sacram. tom. 2. tr. 9. diſp. 25 q. 1.* Quia eſt peruerſio ordinis præponendo finem intrinſecum, & primario ipſius actus coniugalis finem extraneum habendo illum pro primario. Ad rationem autem Palac. *q. 4. d. 31 diſp. 2.* ſententis nullam eſſe culpam, ſcilicet quod quærere ſibi vtile nemine læſo, caret culpa, Reſpondet Sanchez non vrgere, quia vtile debet quæri mediis ad id inſtitutis, quale non eſt matrimonium.

52 Tertia ſententia aſſerit abſolutè, & indiſtinctè (ſiue ſit, ſiue non ſit, ſpes prolis, & etiam ſi occurrat aliud medium ſanitatis inſtaurandæ, vel tuendæ ſanitatis) omni culpa vacare, & licitum eſſe actum coniugalem ob ſalutem corporalem recuperandã, vel conſeruandam principaliter intentam, non excluſis aliis finibus matrimonij intrinſecis, ita Palacios *loco num. præcedenti allegato*, Almainus, Maior, Celaia, Matinus de Magiſtris, & Emanuel Sà à Sanchez *d. diſp. 34. n. 2 ad id relati.* Et ex Recentioribus *hoc cap. n. 1. relatis* ita ſentiunt Rebelius *d. q. 19. n. 4.* Coninck *d. diſp. 34. n. 10.* Paulus Laymann *d. cap. 4. n. 3.* Fagundez *d. cap. 4. n. 4.* Baſilius Pontius *d. lib. 10. cap. 8. n. 9.* Auerſa *d. q. 21. ſect. 3 verſic. Tertio alius finis.* Hurtados *d. diſp. 10. n. 6.* Stephanus Bauny *d. q. 3 aſſert. 5.* Perez *d. diſp. 49. ſect. 2. n. 4* & Leandrus Diſcalceatus *d. diſp. 25. q. 16.* Iis etiam Diana *p. 3. tract. 4 reſ. 118.* & nonnulli alij Recentiores apud Leandrum; & probabilem ſententiam dicit Azorius loco citato. Et ita oportet, ſentiunt, qui putant contrahere matrimonium principaliter gratia ſanitatis, vel alterius finis, qui non ſit malus, nullum eſſe peccatum, ſed eſſe licitum, quos allegant in *alio tract. de contr. matr. cap. 10. n. 155.* apud quos, & apud Sanchez ibi *allegatum* alij. Probatur hæc ſententia, quia nulla eſt, neque oſtendi poteſt inordinatio, quod quis relicto fine rei proprio vtatur re vnum... (qualis eſt actus coniugalis) ad alium finem, ſeu effectum honeſtum, ad quem naturalem habet proportionem. Actus enim humanus (ait Rebellus) in genere moris non ita finem præcipuũ reſpicit, vt non poſſit veſtiri alio fine honeſto, præſertim cum præcipuus finis formaliter non excluditur. Cum igitur finis obtinendæ, vel tuendæ ſanitatis non ſit malus, ſed licitus, cum laudabile ſit propriam quærere ſalutem; & medium etiam, nempe, actus coniugalis, ſit licitum, & etiam conueniens, ſeu proportionatũ ad illum effectum, vt medici docent, non eſt vndè malitia etiam venialis deriuetur. Nam quod alio medio poſſit coniux vti pro reſtauratione, vel conſeruatione ſanitatis, non conuincit, culpam venialem, cum ſatis ſit vti medio ex ſe licito, & aliàs conuenienti; Neque eſt inordinatio aliqua, quod referatur actus coniugij ad alium finem præter intrinſecos, dummodo tacitè, nec expreſſè excludantur. Confirmatur hæc ſententia, quia cum matrimonium præcipuè inſtitutum ſit ad propagationem ſpeciei, videtur etiam ſecundariò inſtitutum eſſe ad conſeruationem indiuidui, ſiquidem ſpecies ſaluis indiuiduis propagari non poteſt. Confirmatur prætereа ratione *n. 49.* adducta, ſcilicet, quod hic finis ſanitatis remotè tendit in bonum prolis, & ita nulla apparet ordinis debiti peruerſio, & conſequenter nulla culpa etiam venialis.

53 Ex prædictis etiam Doctoribus Rebell. Coninch, Hurtadus, Perez, Pontius, & Auerſa expreſſè tenent non ſolum ob corporalem ſanitatem, ſed etiam ob quemcunque alium finem extrinſecum, qui non ſit malus, ſeu ob quamcunque aliam cauſam honeſtam; vt propter aliquod aliud temporale commodum, putà, lucrum, & hæreditatem, & quid ſimile principaliter intentum exerceri poſſe abſque vlla culpa, & licitè actum coniugalem: Ad id enim ſe extendit ratio primo loco adducta; & poteſt confirmari aliis rationibus, quibus iidem Doctores probant, non eſſe peccatum, ſed licitum contrahere matrimonium ob res extraneas matrimonio non malas, nempè pulchritudinem, voluptatem, diuitias, tanquam propter finem principalem, quas rationes adduxi *ind. tract. de contr. matrim. cap. 10. n. 155. & tribus ſeqq.* Declarat autem Rebellus id procedere, quando cauſa illa extrinſeca honeſta, ſeu temporale commodum eſſet non leuis momenti; quia cum res (inquit) habeat quandam turpitudinem, ſiue indecentiam naturalem (vt *ſuprà n. 4.* oſtenſum eſt) non per quamcunque cauſam cohoneſtabitur.

54 Ex quibus tam pro ſecunda, quam pro tertia ſententia adductis. Ad primum argumentum primæ ſententiæ reſpondetur primò D. Auguſtinum, & alios Patres prohibere immoderatum vſum ob alios fines extraneos; vt *ſuprà n. 41.* notatum eſt. Secundò loquutos ſolum fuiſſe de finibus, qui per ſe, & ſemper actum coniugalem cohoneſtant, non de finibus extrinſecis qui tamen etiam poſſunt eundem actum cohoneſtare iuxta tradita pro vtraque ſententia. Tertiò finē ſanitatis, &c. reduci ad bonum prolis, & fidei iuxta ſuperius tradita. Ad ſecundum iuxta vtramque ſententiam reſpondetur nullam eſſe inordinationem culpabilem, cum actus coniugalis cohoneſtetur non ſolũ ex intentione finis intrinſeci, ſed etiã extrinſeci, honeſti, & liciti Et argumentum non poteſt etiam procedere, quando nulla eſt ſpes prolis; quo caſu tantum procedit ſententia Sanchez. Ad illud de baptiſmo Azorius, & Sanchez reſpondent nullam eſſe rationem, quia inſtitutus eſt, vt recipiatur ob bonum animæ, non ob bonum corporis, aut aliud temporale commodum. Et ex his etiam, & traditis duobus numeris præcedentibus videtur ſatis conſtare ſolutio argumentorum, quæ *n. 49. 50. & 51.* adducta ſunt pro ſecunda ſententia, & peculiari ſententia Sanchez. Prædicta iuxta aliorum ſententias.

Ego

Ego ſicut in *altero tract. de contr. matr. d. c. 10. n. 239.* ſuſtinui abſolutè eſſe peccatum veniale peruerſionis debiti ordinis contrahere matrimonium ob finem extraneum, licet non malum, ſcilicet ſanitatem, diuitias, &c. tanquam ob finem principalē ipſius contractus: ita adhærendo ibidem traditis exiſtimo probabiliorem primam ſententiam, & eſſe peccatum veniale exercere actum coniugalem ob reſtaurandam, vel conſeruandam ſanitatem, aut aliud temporale commodum tamquam ob finem ipſius actus principalem ſiue ſit, ſiue non ſit ſpes prolis, & ſiue occurrat, ſiue deficiat aliud medium facile obtinendi ſanitatem, vel illud aliud temporale commodum. Et quando eſt ſpes prolis generandæ, videtur ſatis conſtare, eſſe aliquam inordinationem, & peruerſionem debiti ordinis à natura, ſeu à Deo inſtituti in matrimonio contrahendo, & illius vſu; dum vſus ipſe aſſumitur ad finem alienum, ad quem non eſt inſtitutus, & ordinatus, poſthabito fine poſſibili, ad quem eſt de ſui natura, & ex matrimonij inſtitutione ordinatus. Sed & quando non eſt ſpes prolis, vt in coniugibus ſenibus, vel ſterilibus, idem probatur, quia etiam in hoc eſt aliqualis inordinatio, & peruerſitas, vsi coniugio ad finem alienum, & extraneum, ad quem matrimonium non eſt ordinatum, cum poſſit ſemper actus coniugalis dirigi ad finem ſecundarium proprium, & intrinſecum, qui eſt remedium concupiſcentiæ, & vitare periculum incontinentiæ, in quocunque enim etiam ſene, & prouectæ ætatis ſemper poteſt eſſe aliquale periculum incontinentiæ, quia quilibet, dum viuit, niſi habeat ſpeciale priuilegium, obnoxius eſt ſtimulis carnis, ac proinde in vſu coniugij ſemper poteſt intendi principaliter remedium concupiſcentiæ Præterea poteſt ſemper principaliter intendi conſeruatio mutui amoris, ſeu amicabilis coniunctionis, ad quem finem eſt etiam per ſe primò ordinatum matrimonium. Confirmatur, quia bona matrimonij, & fines excellentes, ad quos vſus coniugalis de ſui natura, & à Deo ordinatur, ſunt, quæ cohoneſtant illius turpitudinem naturalem (*vt ſuprà num. 4. & d. tract. de contr. matr. cap. 10. num. 180.* notaui, & tradunt Doctores communiter) ergo poſthabitis dictis bonis, & finibus (licet non expreſſe, nec tacite excluſis) in actu coniugali intendere alios fines extraneos eſt aliqua inordinatio culpabilis.

56 Neque iuuat illud, quod fines præfati extranei non ſunt mali ſecundum ſe, & poſſe eſſe honeſtos, & conſequenter inculpabiles; nam id verum eſt, ſi debitè, & recto ordine intendantur, ſi verò adſit peruerſitas ordinis à natura, & à Deo intenti, & præſcripti, contrahunt malitiam moralem. Quemadmodum etiam non iuuat illud, quod actus coniugalis ſit medium licitum ad illos fines de ſe non malos; nam id quoque intelligitur ſolum ſeruato debito ordine. Non enim matrimonij contractus, illiuſue vſus eſt medium licitum ad illos fines, niſi ſeruato recto ordine finium. Ordo enim finium à natura, aut à Deo in rebus conſtitutus non eſt tantum de conſilio, ſed de præcepto (*vt d. cap. 10. n. 159. verſic. ad iterum tam rationem* dixi) & eſt obſeruandus, præ ertim in rebus grauibus, & ad fines excellentes, & magni momenti; vt ſunt Sacramenta, & matrimonium ipſum, vt eſt contractus, & illius vſus

57 Quod etiam ſpecies non poſſit propagari niſi ſaluis indiuiduis, & quod fines ſanitatis remote tendat in bonum prolis, & fidei, quia coniuges ſani aptiores ſunt ad actum coniugalem, & debiti redditionem, non excuſat à culpa peruerſionem ordinis debiti finium matrimonij, & illius vſus Finis enim proprius & immediatus à natura, & à Deo præſtitutus in his rebus grauibus eſt primariò, & principaliter intendus, & præferendus fini ſecundario, & remoto; qui etiam non eſt vllo modo finis per ſe actus coniugalis, ſed potius tantum per accidens, & ex ordinatione, & intentione ſolum operantis, licet poſſit habere naturalem proportionem, & vim ad efficiendam ſanitatem, vel illam conſeruandam. Actus enim coniugalis de ſe, & ſui natura reſpicit ſpeciem, non ipſum indiuiduum illum exercens.

Ad maiorem confirmationem, & intelligentiam prædictorum videantur tradita *dict. cap. 10. numero 254 & 259.*

An vſus coniugij ob ſolam delectationem carnalem capiendam, vel ob eandem delectationem principaliter intentam exercitus ſit peccatum, & quale.

Quartæ difficultas eſt, an petere debitum, & exercere actum coniugalem, vel ob ſolam, & præciſam delectationem ſenſitiuam capiendam, ſcilicet, cogitando tunc ſolum de ſola voluptate ſenſitiua capienda, non excluſis finibus prolis, & fidei (in hac enim difficultate ſupponitur ſemper eſſe in coniugibus illam virtualem intentionem prolis, & fidei, de qua *ſuprà num. 18.*) vel ob delectationem ipſam principaliter, ſeu tamquam ob finem principalem, & primarium ipſius actus intentum, & ſolum minus principaliter, & ſecundario propter prolis generationem, aut aliud bonum matrimonij, ad quod per ſe, & principaliter ordinatur matrimonij contractus, & illius vſus, ſit licitum, vel peccatum, & quale. 58

Ex traditis à me *to. 3. moral. variorum tit. 12. num. 10. & 21.* & ex Doctoribus, qui infrà allegantur, præſertim Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 11. num. 6.* & Martino Perez *eod. tract. diſput. 18 ſect. 7. numero 9.* Notandum delectationem à natura, ſeu à Deo eſſe operi adiunctam quaſi quoddam condimentum, vt auidiùs, & promptius operibus virtutis, vel ad indiuiduorum, ac ſpeciei conſeruationem neceſſariis homines vacarent; ſic delectatio guſtus ex cibis à natura, ſeu authore naturæ comeſtioni adiuncta eſt, & ordinata tamquam ad finem, vt indiuiduū nutriatur, & conſeruetur; Et ſimiliter delectatio actui venereo adiuncta eſt, & tamquam ad finem ordinata ad bonum conſeruationis, & perpetuitatis ſpeciei; quo enim homines facilius vacarent generationis, quæ ad multiplicationem generis eſt neceſſaria, & ne ob actum turpem eadem generatio euitaretur, hanc voluptatem operi venereo Deus indidit. Quæ omnia prius tradidere Ariſtoteles *3. Eth. cap. 11.* agens de moderandis delectationibus circa guſtum, & tactum. D. Auguſtinus *de bono coniugali cap. 16. & lib. de morib. eccl. cap. 21.* D. Clemens Alexandrinus *2. pedag. cap. 10.* & alij Patres, & Doctores, quos allego *dict. tit. 12. numero 21.*

Ex hoc autem, quod delectatio iuxta Ariſtotelem, & Sanctos Patres citatos, & alios communiter non eſt à natura, ſeu authore naturæ per ſe, & principaliter intenta, ſed eſt ſolum veluti condimentum actui ſeu operi adiunctum, & acceſſorium, ſequitur manifeſtè eam non deberi directè, & principaliter, & propter ſe appeti, ſed ſolum tanquam acceſſorium fini principali, ſeu operi, ob quem à natura, ſeu Deo prouiſa eſt; alioqui erit, & committetur inordinatio, & conſequenter peccatum; Cum ſit abuſus rei quærere, & exercere actum propter delectationem illi adiunctam abſque ordine ad finem, propter quem adiuncta eſt. His notatis: 59

Certum eſt iuxta omnes Doctores, ſi taliter ſit coniux affectus erga delectationem, vt eam, dum accedit ad alterum coniugem, ſit paratus quærere in quo-

uis thoro, & ad accedendum, etiamſi non eſſet ſuus, vel ſua, ſi actu ita proponat, eſſe peccatum mortale, Quia iſta delectatio excedit limites coniugij, & ita accedens ad ſuam coniugem habet animum fornicandi, qui licet ſit conditionalis, non excuſatur à culpa mortali, cum ſit verè contra ſextum decalogi præceptum. Dixi, *ſi actu ita proponat*; nam ſi nil cogitat de acceſſu fornicario ſola habitualis inclinatio non eſt peccatum, neque illud ponit, quia no habitibus ſed actibus meremur, aut demeremur: Et ita etiam poſt alios à ſe citatos Sanchez *d. diſp.* 11. *n* 3 Regnaldus *lib.* 31. *n.* 358.

61 Certum quoque eſt, ſi delectatio ſenſibilis in actu coniugali ſit ſolum finis impulſiuus, ſeu applicatiuus, ad actum vel ſolum finis ſecundarius, & minus principalis actus, principaliter autem intendatur proles aut aliud bonum matrimonij intrinſecum, nulla erit culpa, nec venialis vt conſtat ex dictis *ſuprà n.* 46. *&* 47. *& in tractatu de contract. matrimonij cap.* 10. *n.* 249. *&* 251. Nulla enim hinc oritur inordinatio debiti finis, nec peccatum veniale eſt intendere delectationem actui coniugali adiunctam ſubordinate, ſeu in ordine ad finem principalem actus; cum enim vt *ſuprà num.* 58. dictum eſt, natura actui coniugali adiunxerit delectationem propter honeſti finis *eodem n.* 58. explicati neceſſitatem, nulla eſt culpa illam appetere ob illum finem, ad quem eſt à natura ordinata. Quare quod Altiſiodorenſis *lib.* 4. *ſum. tract.* 9. *q.* 2. & nonnulli alij ex antiquioribus tacitis nominibus *relati* à D. Bonauentura 4. *diſt.* 33. *q.* 3. dixerunt, nempe, peccare venialiter coniuges, qui copulantur ob finem prolis, non propter delectationem, ſi accepient delectationem illi actui connexam, omninò reijciendum eſt; cum verè nulla ſit culpa frui illa delectatione actui à natura annexa (vt dictum eſt) ob finis honeſti neceſſitatem. Et iuxta Ariſtotelem 10. *Eth.* delectatio, cum ex ſe ſit indifferens; ſcilicet nec bona, nec mala, bonitatem, vel malitiam ſortitur; cum ergo actus coniugalis ob finem prolis exercitus ſit bonus, & licitus, etiam delectatio actum conſequens erit bona, & licita: Id quod tradunt Doctores communiter, quos refert Sanchez *lib.* 9. *diſp* 11. *num.* 6. idem *ibidem* Villalobos *tract.* 13 *diff.* 40. *num.* 2. *& alij*, qui infrà citantur. Neque eſt ſimile de eo, qui concionatur recto fine, & tamen peccat venialiter, ſi admittit gloriam vanam; Nam vana gloria eſt in ſe mala; & omninò reſpuenda; non verò delectatio eſt ex ſe praua, vtpote à natura ordinata ad finem honeſtum, & etiam conſequens neceſſariò ex actu illo honeſto, & bono.

62 Licet etiam aliqui antiquiores aſſeruerint eſſe peccatum mortale exercere actum coniugalem præcisè, vel principaliter propter delectationem ipſam veneream. Vt Franciſcus Maironus *in* 4. *diſt* 26. Hugo in *can. origo* 32. *q.* 4. & nonnulli alij à Sanchez *d. diſp.* 11. *num* 1. *relati.* Qui ad id aſſerendum moti ſunt, primò illo Tobiæ 6. vbi Angelus Tobiæ iuniori recuſanti nuptias cum Sara, eo quod, qui illam duxerant in ipſa prima nocte mortui eſſent, hæc dicit. *Hi namque, qui coniugium ita ſuſcipiunt vt Deum à ſe, & ſua mente excludant; & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos.* Quibus verbis indicatur peccatum mortale eſſe accedere ad vxorem, vel contrahere matrimonium delectationis gratia. Secundò ex dict. can. *origo*, vbi ex D. Hieronymo habetur. *Adulter eſt in ſuam vxorem amator ardentior.* & ex can. *liberorum* 32. *q.* 4. vbi ex eodem D. Hieronymo habetur. *liberorum in matrimonio opera conceſſa ſunt, voluptates autem, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnata ſunt.* Cum igitur talis copula ſit damnata, & vt adulterina, erit mortalis. Tertiò, quia coniuges ſic referendo actum coniugalem præcisè in ſolam delectationem volunt frui creatura conſtituentes in ea vltimum finem, cum non referant in Deum, ſed in ſolam delectationem, quæ etiam ſuper alias hoc habet proprium, quod ita mentem abſorbet, vt non relinquat hominem liberum, quo illam in Deum referat.

Nihilominus his non obſtantibus, certum etiam videtur non eſſe peccatum mortale, cum expreſsè, vel tacitè aliunde fines matrimonij non excluduntur, ſed manet virtualis illa intentio prolis, & fidei. Ita Doctores communiter, quos refert Sanchez *d. diſp* 11. *num.* 4. idem Sanchez *ibidem*, Baſilius Pontius *de matr. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 11. Et alij, qui infrà allegantur, aſſerentes eſſe vel nullam culpam, vel ſolum venialem. Ratio eſt, quia quando delectatio in actu coniugali intenta non tranſgreditur limites matrimonij, ſed quæritur tantum virtute vinculi matrimonij, nec maior, ſeu amplior procuratur, quam natura adiunxerit eidem actui coniugali, vt eſſet incitamentum ad vacandum eidem actui pro multiplicatione ſpeciei, & ſolam interuenit inordinatio, ſeu peruerſio finis, dum intenditur vt finis, quod eſt medium, vel primariò, & principaliter, quod tantum ſecundariò, & conſequenter ſe habet ad copulam coniugalem. Illa finis peruerſio, non apparet tantopere aliena à ratione, vt cenſeri debeat, aut poſſit diuinam amicitiam diſſoluere, ſeu grauiter Deum offendere; vt patet etiam in eſu ciborum, & in vſu ornamentorum, & ſimilibus. Et certè in continuo ſalutis æternæ periculo verſarentur homines, ſi ob ſolam finis peruerſionem circa delectationes, quæ ex vſu, auditu, olfactu, guſtu, tactu, & veſtibus, ſeu ornamentis corporis abſque alia inordinatione culpa lethalis committeretur. Neque obſtant *num. praeced.* adducta in contrarium. Nam 63

Ad illud Tobiæ reſpondetur, ibi ſermonem eſſe de his qui delectationem veneream pro vltimo fine habent iuxta tradita *n.* 60. qui ſcilicet tanto impetu feruntur in delectationem, vt ex affectu ſuo eodem modo delectarentur cum quauis; item ſermo eſt de illis, qui in ſola delectatione ſiſtentes finem generationis, & prolis excludunt, ob quam rationem etiam D. Auguſtinus *lib.* 2. *de moribus Manichæorum cap.* 18. reprehendit matrimonia eorundem Manichæorum, ſcilicet, quia liberorum procreationem excludebant, ſolam delectationem ſectantes. Et de his coniugibus finem prolis excludentibus in actu coniugali, & ſolam voluptatem quærentibus loquitur etiam D. Chryſoſtomus *hom* 22. *in Geneſ* ibi: *Non enim ob deſiderium procreandorum*, &c. & idem indicat comparatio illa cum equis, & mulis; Nam equus, vt ait Ariſtoteles *lib.* 6. *de hiſtoria animalium*, eſt ſalaciſſimum animal, tam mas, quam fæmina, & impudicitiæ ſymbolum. Mula etiam cum ſit animal intemperans, tamen eſt ſterile, vt prodigium habeatur mulæ partus, vt ſcribit Plinius *lib.* 8 *capite* 44. Eodem modo reſpondendum ad can. *Origo*, & can. *liberorum*; ſcilicet ibi damnari actum coniugalem in quo coniux habet pro vltimo fine voluptatem, vel paratus ad accedendum quamuis non eſſet ſua, ac proinde more adulteri in concubinam, vel excludens finem generationis, & prolis. Vnico verbo intelliguntur præfati reatus, vbi voluptas matrimonij terminos excedit. Ad tertium reſpondetur illam delectationem, cum non excedat limites matrimonij, quia non indifferenter quæritur, ſed in actu coniugali ratione vinculi matrimonij, in habitu referri in Deum, nec in ea conſtitui vltimum finem; non enim ita abſorbet rationem, quin habitu referatur in Deum; eo enim ipſo, quod copulantur, virtute copulæ ordinatur ad finem matrimonij principalē, ſcilicet prolem, vel fidem, & ita habitu refertur in Deum. 64

Difficultas

Digitized by Google

65 Difficultas ergo ſolum eſt, an exercere actum coniugalem ob delectationem præciſè nil cogitando de finibus matrimonij propriis; vel principaliter ob delectationem, & ſecundariò, ac minus principaliter propter finem prolis, vel fidei ſeruandæ, aut alium finem matrimonij proprium, & intrinſecum ſit ſaltem culpa venialis. Et multorum ſententia eſt, per ſe loquendo nullam eſſe culpam neque venialem. Ita Almainus *in 4. diſt. 31. q. vnica.* ibidem Maior *q. vnic. concl. 7.* Celaya *q. vnica.* Palacio, & Veracrua à Sanchez *d. diſp. 11. n. 4 relati.* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 23. n. 25. & diſp. 2. n. 14. & diſp. 3 n. 1.* Diana *p. 3. tract. 4. n. 215. & tract. 5. reſol. 6.* Ægidius Trullench *in decalog. lib. 3. cap. 2. dub 1. n. 7.* Et ex Doctoribus *hoc cap num. 1. relatis.* Baſilius Pontius *de matrim. lib. 1. cap. 21. n. 7. & ſeq.* Hurtadus *d. diſp 10. n 6. & 7.* Auerſa *d. q 21 ſect. 3. verſ. Admitti tamen poteſt.* Caſtrus Palaus *d. tract 28. diſp. 1. p 10. & diſp 3. p. 3. n. 3. fine.* Martinus Perez *de matrim. diſp. 18. ſect. 7. n 9. & diſp. 49. ſect. 2. n. 5.* & Leandrus *d. tract. 9. diſputat. 25. queſt. 17.* Probatur hæc ſententia, quia delectatio ſequens ex operatione bona, & licita, eſt bona, & licita, & appetibilis (vt *ſuprà n 61.* dictum eſt ex ſententia Ariſtotelis) ſed vſus coniugij, etiamſi in eo coniuges cogitent de ſola voluptate, dum non excluditur, ſed adeſt virtualis intentio prolis, & fidei, eſt bonus, honeſtus, & licitus, vtpote ex ſe actus iuſtitiæ, & per ſe ad finem honeſtum ordinatus, ergo etiam delectatio inde ſequens eſt bona, & licita; ita nullum peccatum eſt illam moderatam appetere, & intendere ſolum de ipſa cogitando. Confirmatur primò, quia coniuges non tenentur actu ſemper cogitare de prole, ac de fide. Secundò ſequeretur ſenes, ſteriles, & prægnantes in actu coniugali ſemper peccare. Tertiò, quia hoc eſt bonum ſaltem ſecundarium naturale, vel annexum matrimonio, ergo per ſe, non excludendo tamen alios fines actui contrarios expeti poteſt. Quartò in cibi ſumptione licitum eſt appetere delectationem comeſtioni à natura adiunctam, vt cibus auidius appetatur ob indiuidui conſeruationem; ergo etiam in actu coniugali licitum eſt appetere per ſe delectationem actui à natura inditam vt condimentum, vt actus ipſe auidius appetatur ob ſpeciei multiplicationem, nulla enim aſſignari poteſt diſparitas. Quintò, quia ſi in tali delectatione ex ſe eſſet culpa venialis quantumuis minima, etiam ipſe actus coniugalis ex ſe habens annexam illam delectationem eſſet illicitus, & conſequenter etiam matrimonij contractus, qui ad prædictum actum coniugalem ordinatur propter prolis generationem, cum nulla poſſit eſſe obligatio ad culpam venialem, vt ſuprà dictum eſt. Ergo dicta delectatio carnalis ex ſe verè eſt licita, ſicut & ipſe actus coniugalis. Si dicatur ſolum bonum honeſtum, quod naturæ rationali conforme eſt, poſſe eſſe finem operationis humanæ, & conſtituere actum virtutis, non autem bonum delectabile, quod eſt naturæ ſenſitiuæ conſonum, qualis eſt delectatio carnalis. Reſpondet Ioannes Sancius in præſenti conuerti hos duos fines, cum honeſtum ſit capere delectationem in re, quam quis poteſt licitè operari; nam operans propter delectationem, operatur ſimul ob honeſtum finem ex parte operis, licet ex parte ſua, ſcilicet operantis operetur propter finem delectabilem; Vnde, inquit idem Sancius, quando communiter dicitur, quod, vt quis operetur virtuosè, debeat operari propter finem honeſtum, id debet intelligi, quod finis honeſtus ſit finis operis, aut operantis. Si etiam dicatur appetendo præciſè delectationem carnalem peruerti ordinem finium à natura, & à Deo in actu coniugali, ſicut & in matrimonio conſtitutũ, cum delectatio ſit adiuncta actui, vt condimentũ actus non propter ſe. Reſpondet idẽ Sancius huiuſmodi ordinẽ finium ſolum eſſe præſcriptum de conſilio; non de præcepto, & conſequenter peruerſionem finis intendendo vt primum finem, qui eſt acceſſorius, & ſecundarius, inducere tantum actum minus perfectum, non verò culpabilem, vt latius explicaui in *altero tractatu de contractu matrimonij capite 10. num. 126.* Imò Perez reſpondet nullam eſſe inordinationem vacare actui coniugali ob capiendam delectationem carnalem eidem actui annexam, quia finis iſte, nempe, delectatio, eſt licitus, & honeſtus, & medium ſcilicet, ipſe actus coniugalis, eſt licitum; & nulla inordinatio eſt, quod referatur actus coniugij ad alium finem ex ſe honeſtum præter fines intrinſecos dummodo poſitiue non excludantur.

Dictum autem in propoſitione huius ſententiæ, *per ſe loquendo nullum eſſe*, &c. quia per accidens inquiunt Doctores huius ſententiæ, poteſt interuenire culpa venialis, vt ſi actus coniugalis fiat cum vehementi affectione, & exceſſu, nempe ob capiendam nimiam delectationem, ſeu ex affectu, & deſiderio nimiæ delectationis. Immo Pontius, Perez, & Leandrus aiunt vt plurimum & moraliter loquendo in actu coniugij ineſſe culpam venialem propter vehementiã voluptatis; & nimium voluptatis exceſſum, quia fere ſemper à coniugibus in vſu coniugij intenditur, & procuratur exceſſus carnalis voluptatis Et ob hanc cauſam idem Pontius, Perez, & Leandrus aiunt D. Auguſtinum *lib de bono coniug. c. 6. & alibi.* ſæpe affirmare, in vſu coniugij eſſe venialem culpam; Et eodem modo aiunt intelligenda dicta Sanctorum Patrum Fulgentij, Chryſoſtomi, & Baſilij, quæ expendit idem Baſilius Pontius *d cap. 21. n 9.* Almainus etiam Hurtadus, & alij ſuprà allegati dicunt D. Auguſtinum *d. c. 6.* debere intelligi, quando actus coniugalis gratia concupiſcentiæ, & delectationis exercitus ſit ob capiendam nimiam delectationem, & immoderatam, ſeu intelligendum eſſe potius antecedenter, quam concomitanter, id eſt, ratione paſſionis, ex qua conſurgit talis vſus, quæ vt plurimum ſolet eſſe immoderata. 66

Hiis tamen non obſtantibus, aliorum ſententia, & communis, vel ſaltem magis communis (& quam longè probabiliorem exiſtimo) aſſerit eſſe peccatum veniale in actu coniugali intendere præciſe ſolam delectationem carnalem, vel illam principaliter, licet poſitiuè non excludantur alij fines intrinſeci eiuſdem actus. Ita quadraginta tres Auctores, & omnes Claſſici, partim Theologi, partim Summiſtæ, & partim Iuriſperiti, quos refert Sanchez *d. diſp 11. n. 4.* & præter illos Auguſtinus Barboſa *collectan. ad d. can. origo n. 1.* Ioannes Valerus *de differentiis v. Debitum coniugale different. vnica.* Et ex Doctoribus *ſupra n. 1. relatis,* Sanchez *d diſp 11. citata num. 1.* Azorius *d p. 3. lib. 3. cap. 31. q. 2. diff. 3.* Rebellus *d. q. 19. n. 5.* Valerius Reginaldus *d. lib. 31. n. 340.* Paulus Layman *lib. 5 tract. 10. p. 3. cap. 4. n. 4.* Coninch *d. diſp. 34. n. 12.* Bonacina *d. p. 6. n. 7.* Filliucius *d. cap. 9. n. 322.* Fagundez *d. cap. 3. n. 5.* & Stephanus Bauny *tract ſuprà dicto num 1. allegato q. 3 aſſert. 5. & q. 5 fine.* Et prorſus ſentit D. Auguſtinus *d. cap. 6. de bono coniug.* dum abſolutè ait: *Quod coniugalis concubitus generandi cauſa non habet culpam, concupiſcentia verò ſatianda, ſed tamen cum coniuge propter fidem thori venialem habet culpam.* Quem locum ita abſolutè abſque vlla limitatione exceſſus, ſeu nimiæ voluptatis coniunctæ; ſeu quia vt plurimum propter vehementiam delectationis in eo actu culpa venialis inſit; intelligunt Doctores, ita quod S. Doctor velit per ſe, & intrinſecè eſſe peccatum veniale exercere copulam coniugalem ob ſolam delectationem capiendam; indicans rationem, ſcilicet ordinis peruerſionem, dum vſus coniugalis, qui à natura, & authore naturæ per ſe, 67

&

& primario ordinatus eſt ad prolem ſuſcipiendam ab operante ordinetur ad voluptatem. Et quod talis ſit mens D. Auguſtini, confirmo ex traditis *in dict. tom.3 mor. var. tit.* 12 *n.*21. vbi notaui eundem D. Auguſtinum *lib. de morib. Eccleſiæ cap.* 21 *aſſerere* eſſe peccatum intemperantiæ cibum ſumere ob præciſam delectationem guſtus, & non principaliter ad vitæ neceſſitatem. Idem tradit S. Auguſtinus alibi, præſertim *lib.5. contra Iulianum cap* 7. *fine tom.*7. Idem clare D. Gregorius relatus in can. *vir cum propria* 33. *q.* 4. ibi: *Oportet itaque legitimam eſſe carnis copulam, vt cauſa prolis ſit non voluptatis;* quid clarius? Idem D. Anſelmus *in illud D. Pauli ad Cor.*7. *Hoc autem ſecundum indulgentiam dico* Idem iis ferè verbis, quibus D. Gregorius eſt vſus D. Chryſoſtomus *hom.*11 *ad Epheſ. & hom* 5. *in* 1 *ad Theſſ.* D. Fulgentius *epiſt.*1. *cap.*3. & Clem. Alexandr. *Stromatum* 2. qui Patres abſque violentia non poſſunt accipi iuxta intellectum *num præcedenti*, ex ſententia Pontij & aliorum adductum. Pro hac eadem ſententia rectè allegari poſſunt idem Clemens *lib.*2. *pædag.* D. Baſilius *hom. de legendis cum fructu libris gentilium*, & Macaronius *in diſputatione de temperantia*, docentes culpam eſſe, comedere principaliter propter gulæ voluptatem, vt *d. tit.*12. *eod. n.*21. notaui.

68 Probatur autem hæc ſententia ex traditis tùm *d. tit.*12 *n* 10. & 21. tùm *in tract. de contract. matr. cap.*10. *num.*259. Probatur, inquam, quia quid inordinatum eſt, & rectæ rationi oppoſitum, id quod eſt natura ſua medium, & acceſſorium, efficere finem, vel finem primarium, ſeu rem principalem; Natura, ſeu author naturæ delectationem eandem actui coniugali indidit ob bonum prolis ad ſpeciei propagationem; & conſeruationem tanquam propter finem, non verò propter ſe, & ſenſus voluptatem, vt *ſuprà num.* 58. prænotatum eſt, & tradunt omnes; Ergo exercere actum coniugalem ob ſolam præciſam voluptatem nil cogitando etiam antecedenter de prole, vel alio fine intrinſeco matrimonij, vel ob ipſam delectationem principaliter continet inordinationem, ſeu aduerſatur ordini rationis; & conſequenter non caret culpa veniali, licet abſit culpa mortalis, cum talis voluptas quæratur ratione vinculi matrimonij, nec limites matrimonij excedat iuxta tradita *n* 63. Quare falſum eſt ordinem finium in huiuſmodi rebus grauibus, & magni momenti à natura, ſeu authore naturæ conſtitutum eſſe ſolum de conſilio, & non de præcepto, vt latiùs explico *d. c.*10. *tractatus de contractu matrimonij citato num.* 259. Præterea bonitas (vt Rebellus, Fagundez, & Coninch in ſpecie) delectationis ſenſitiuæ præciſè non cohoneſtat actum de ſe ſordidum, & ferè rationem abſorbentē; ac proindè opus eſt honeſta alia cauſa, & certè cum voluptas carnalis ita rationis vſum obturet, & ſit valde brutalis, videtur negari non poſſe indigna, quæ per ſe appetatur; & conſequenter illam præciſè, vel vt finem principalem intendere in actu coniugali, eſt aliqua inordinatio rectæ rationi oppoſita, & conſequenter culpa venialis. Demum finis operationis virtuoſæ non poteſt eſſe delectatio ſenſibilis, ſeu bonum delectabile, quod eſt naturæ ſenſitiuæ; ſed honeſtas, ſeu bonum honeſtum, quod naturæ rationali eſt conſonum. Neque verum eſt in re noſtra connecti hos fines, ſcilicet, vt etiam delectabile, ſit honeſtum, vt dicebat Sancius; niſi delectatio ipſa intendatur, & appetatur, debito ordine ſeruato; neque vt honeſtum ſit capere delectationem ex opere, ſufficit opus ipſum de ſe ordinari ad finē honeſtum, nec ab operante excludi; ſed in ipſis finibus etiam ex parte ipſius operantis requiritur ordinatio finem operis, iuxta ordinem à natura eidem operi conſtitutum. In præſenti ergo caſo illa ordinatio in finem ex parte operis, ſeu actus coniugalis ſolum tollit culpam mortalem, non verò impedit venialem. Vt ergo delectatio carnalis licite intendatur, & appetatur per actum coniugalem, non debet intendi vt finis, ſed vt medium, & quid acceſſorium quia ſic debite, & prout à natura illi actui indita eſt, quæritur. Et virtus temperantiæ non inclinat ad percipiendam delectationem niſi debito modo. Quare

Ad fundamentum præcedentis ſententiæ reſpondetur delectationem illam eſſe bonam, & appetibilem ſi debite, ſeu debito modo intendatur, & appetatur: non enim tantum malum eſt appetere delectationem in ſe turpem ſed etiam quæ bona, & honeſta eſſe poteſt, ſi modo indebito appetatur, ſeu procuretur; quod vero ſemper adſit intentio virtualis prolis, vel fidei, hoc tantum operatur, vt non ſit culpa lethalis, quia ſic non excedit terminos matrimonij. Quod etiam dicit Perez, actum coniugalem eſſe medium licitum ad capiendam delectationem carnalem ei adiunctam verum eſt, ſi aſſumatur, vt medium debito modo, ſeu ordine ſeruato; ſecus ſi cum peruerſione ordinis à natura conſtituti matrimonio, & eius vſui; vt dixi etiam *ſuprà n.* 56. & *d. cap* 10 *numero* 259. Ad primam Confirmationem reſpondetur ſaltem antecedenter teneri coniuges cogitare de aliquo fine intrinſeco matrimonij, ad quem tanquam, ad bonum proprium ordinatur, ne matrimoniũ & actus coniugalis, ſicut in tali actu, & in quacumque operatione tenentur operari propter debitum finem à natura, vel Deo conſtitutũ, etſi in ipſa copula nil ampliùs de illo fine actu cogitent. Ad ſecundam, ſenes, ſteriles, ac prægnantes poſſunt ſēper intendere aliquē finem proprium, & intrinſecũ matrimonij, & actus coniugalis, vt *ſuprà n* 5.. explicatum eſt. Ad tertiam, probat nullum eſſe peccatum ſi delectatio appetatur non propter ſe præciſè, tanquam propter finem principalem, ſed vt quid acceſſorium & minus principaliter. Ad quartam, etiā delectatio in comeſtione ciborum eſt culpa venialis, ſi appetatur propter ſe, & quis comedat ob ſolam guſtus voluptatem tamquam ob finem principalem, vt latè probaui *d. tom.*3. *mor. var. tit.*12. *allegato numero* 21. Et præter Doctores ibidem citatos tradit etiam Laymano *d n* 4. Ad quintam, verum eſt delectationem actui coniugali annexam non eſſe ex ſe malam, ſed bonam & licitam ac honeſtam, dummodo capiatur ſeruato ordine conſtituto à Deo, qui illam eidem actui adiunxit non propter ſe, ſed vt condimentum, & quid acceſſorium. 69

An verò quando coniux exigens debitum ob delectationem peccet, alter licitè reddat & teneatur reddere, actum eſt *ſuprà cap.*1 *n.*234. vbi affirmatiuè reſpondi, & tenent Doctores ibidem citati, & alij communiter, quos Sanchez *dict. diſput.* 11. *num.*7. refert.

Vtrum verò vti cibis calidis, aut vnguentis, muſco, & aliis medicamentis, ſeu aliis mediis ad excitandam libidinem, & accendendam magis voluptatem, & quis potentior fiat ad copulam, & ſæpius coire poſſit, ſit peccatum. Hoſtienſis, & nonnulli alij *relati* à Sanchez *d. diſp.*11. *num.*1. dixerunt eſſe peccatum mortale. Sed dicendum primò eſſe veniale ſi fiat ſolius libidinis cauſa; quod etiam notaui *ſuprà cap.*1. *n.*133. & tradunt Sanchez *d diſp.*11. *num.*5. & alij recentiores *d num.*133. *relati*; idque propter exceſſum, & intemperantiam voluptatis, & finem ſatiandæ libidinis. Dicendum ſecundò non eſſe mortale. Ita iidem, Doctores, quia ex vna parte libido illa non excedit terminos matrimonij; & ex altera media illa non ſunt illicita. Dicendum tertiò, ſi non fiat ob maiorem carnis voluptatem, ſed bono fine fiat, nullam eſſe culpam, vt explicaui *d. cap.*1. *n.*132. & tradunt Doctores *ibidem relati*.

SVMMA

SVMMARIVM

§. III.

In diebus feſtis quantumuis ſolemnibus, rogationum & ieiuniorum reddere debitum coniugale eſt licitum, & obligatorium. num 80.

In iiſdem diebus exigere debitum non eſt mortale peccatum, tametſi petatur cauſa voluptatis. n. 81.

Sententia aſſerens abſolute eſſe peccatum veniale n 82.

Sententia aſſerens eſſe veniale tantum exigere in feſtis ſolemnioribus. n. 83 & quæ ſint ſolemniora ibidem

Sententia affirmans nullum eſſe peccatum iiſdem diebus vti coniugio etiam petendo ſecluſo contemptu. n 84.

Iuxta omnes conuenientiſſimum eſt præfatis diebus præſertim ſolemnioribus abſtinere ab vſu matrimonij. n 85.

Pariter ſecundum omnes eſt peccatum mortale petere, & cedere in contemptum diei feſti. n. 86.

Intellectus ad canones 33. q. . n. 87.

Ad quid obliget præceptum de feſtis colendis ibidem.

Non eſt peccatum mortale exigere debitum coniugale eo die, que capienda eſt Eucharistia, ſeu communicare copulam coniugalem eodem die, ſeu nocte præcedenti habitam. numero 88.

Oza qua de cauſa ob tactum arcæ ſit à Deo percuſſus, & occiſus. num. 89.

Communicare poſt copulam coniugalem eo die, vel nocte antecedente habitam eſſe culpam venialem abſolutè, & indiſtincte aſſerit vna ſententia. num. 91. exceptis quibuſdam caſibus. num. 92.

Alia ſententia oppoſita abſolute docet nullum eſſe peccatum etiam non vrgente neceſſitate. n 93. 94. & 95.

Tertia ſententia tenet poſt copulam ob honeſtum finem recipere Eucharistiam non eſſe ullo modo peccatum, eſſe verò peccatum veniale exigentis communicantis, ſi copula petita, & habita fuit cauſa voluptatis carnalis. n. 96. 97. 98. Exceptis quibuſdam caſibus, in quibus iuſta adeſt cauſa communicandi poſt talem copulam. Et quæ ſint hæc cauſæ. numero 99 & 100.

Sententia auctoris. num. 101.

Coniux eo die Euchariſtiam ſumpturus non eximitur ob id ab obligatione reddendi debitum. n. 102.

Vxor communicatura, à qua vir debitum coniugale exigit, an, & quando de congruentia poſſit, & debeat blande illum admonere, & hortari, vt deſiſtat ibidem.

Poſt redditionem poteſt abſque vlla culpa eo die communicare; & quid ſi ſentiat ſe diſtractum, & non facile auertere mentem à cogitatione de præterita voluptate. ibidem.

Satisfit argumentis primæ ſententiæ. n. 103.

Satisfit argumentis ſecundæ ſententiæ. 104.

Poſt pollutionem inuoluntariam nocte præcedente habitam an ſit veniale communicare, vel ſaltem de conſilio ſit abſtinendum eo die à communione. num. 94. & 103, verſic. ad ſecundum.

Irreuerentia venialis eſt accedere ad Euchariſtiam cum mente diſtracta ad carnalia. n. 104.

Ea, quæ ad debitum modum recipiendi Euchariſtiam, & ad reuerentiam erga illam ſpectant partim ſunt præſcripta à lege eccleſiaſtica, partim dictantur à recta ratione, ſeu lumine intellectus agnoſcentis dignitatem tanti ſacramenti. ibidem

Doctrina Ioannis Sancij, & nonnullorum aliorum aſſerentium non eſſe peccatum veniale irreuerentiæ, & ſacrilegij ſi quis criminis mortalis non conſcius præmiſit ſacramentalem confeſſionem, recipiat S. Euchariſtiam cum actuali voluntaria diſtractione mentis ad inutilia, & vana, vel cum actuali affectu obiecti illiciti venialiter, ſeu peccati venialis commiſſi, vel committendi n. 105.

Reiicitur præfata doctrina. & probatur ad ſacram communionem requiri de præcepto non ſolum reuerentiam externam, ſed etiam internam animæ; & quæ ad dictam reuerentiam internam ſpectent, & quod ad euitandum veniale communicando non ſufficit ſola carentia culpæ mortalis. num. 106.

Qui accedit ad S. Euchariſtiam cum voluntaria actuali mentis euagatione, vel affectu actuali ad venialia peccat peccato veniali irreuerentiæ, & ſacrilegij iuxta Doctores communiter, & aſſeritur ratio n 107.

Si peccata venialia ſint multa vel aliquo modo grauia, illis non deteſtatis & emendationis propoſito non concepto accedere ad Euchariſtiam eſt peccatum veniale. n. 108.

Cum aliquo peccato veniali habituali præſertim non ex grauibus ſine dolore accedere ad Euchariſtiam qua ratione non ſit peccatum veniale irreuerentiæ n. 109.

Satisfit argumentis Ioannis Sancij. n. 110. & 11.

Duplex dignitas, & indignitas qua quis poteſt accedere ad S. Euchariſtiam, & quæ ſit vtraque. ibidem.

Verba D. Pauli de diſpoſitione ad Euchariſtiam, ſcilicet Probet ſe ipſum homo, &c. *Patres intelligunt non ſolum de probatione ſimpliciter neceſſaria auferendo mortalia ſed etiam de purgatione à venialibus præſertim grauioribus. num. 111. fine.*

Conſulendum eſt coniugibus communicanturis, vt ob reuerentiam Euchariſtiæ ſaltem nocte antecedente abſtineant à copula num. 112.

Dato quod copulam habuerint, non eſſe conſulendum, vt eo die à communione abſtineant, ſed conſulendum potius tamquam quod melius, vt communicent, docet Ioannes Sancius n. 12 113.

Iuxta eundem Ioannem Sancium ei, qui antecedente nocte pollutionem voluntariam, vel fornicationem commiſit, ſi poſt præmiſſam confeſſionem velit communicare, non eſt diſſuadendum, ſed ſuadendum n 115.

Idem docet eſſe inualidum votum coniugis de non communicando in die habita copula n 116.

Iuxta communem Doctorum & ſanctorum Patrum ſententiam regulariter loquendo laudabile, & conuenientiſſimum atque conſulendum, vt coniuges die habita copula abſtineant à communione illam in alium diem differentes. numero 11.

Ratio huius communis ſententiæ. n 118.

In vſu ſeu receptione ſacramentorum non ſolum attendi debet vtilitas propria & priuata, ſed & reuerentia illis debita; vt inde dignoſcatur, an laudabilis ſit vſus, & conſulendus, & explicatur exemplis n 119.

Quis fructus gratiæ correſpondeat actui reuerentiæ, qua Deo exhibetur abſtinendo à communione, ne minus decenter, & cum defectu debiti decoris, & congruæ honeſtatis S. Euchariſtia ſumatur. ibid.

Copioſior fructus percipi poteſt ex vnica communione cum congrua reuerentia, feruenti deuotione & exacta præparatione facta, quàm ex duabus minus decenter, & abſque præparatione factis ibidem.

Satisfit fundamentis Ioannis Sancij. ibidem.

Votum abſtinendi à communione in die copula habita regulariter obligat n. 121.

Aliquando poteſt eſſe laudabile & conſulendum, vt coniux eodem die habita copula coniugalis communicet n. 21.

Maior cauſa, & ratio indecentiæ requiritur ad abſtinendum ſæpius poſt copulam coniugalem, vel pollutionem inuoluntariam, quam ad ſemel, vel iterum relinquendam communionem, aut celebrationem miſſæ n. 122.

Caſu, quo culpa eſt, accedere ad Euchariſtiam cauendam poſt copulam vel pollutionem, quanta, ſeu quæ mora temporis requiratur. & ſufficiat, vt ceſſet impedimentum indecentia, & abſque culpa poſſit Euchariſtia recipi, referuntur variæ ſententiæ. & ponitur reſolutio n. 123.

Quo die, vel in cuius antecedente nocte quis pollutionem voluntariam, vel fornicationem commiſit ſaltem ex congruitate. & decentia debet abſtinere a communione. Secluſa alia cauſa tunc communicandi n. 24.

Eo die communicare aliqui dixerunt eſſe mortale, licet fuerit

præmiſſa

præmiſſa peccati patrati confeſſio, qui reprobantur. numero 125.
Alij docuerunt eſſe peccatum veniale. n. 126.
Poſt pollutionem inuoluntariam regulariter neque de conſilio eſt abſtinendum à communione. num. 127.
Poſt ſuſceptam Euchariſtiam in eodem die an ſit licitum, vel ſaltem veniale exigere debitum. n. 128. & 129.
Poſt partum quoad vſum coniugij non eſt neceſſariò expectandum purificationis tempus iuxta legem antiquam. n. 130.

§. III.

Quando ſit, nec ne ex parte temporis illicitus actus coniugalis?

71 PRimò quæri poteſt, an peccatum ſit, & quale exercere actum coniugalem ante factas publicas denunciationes, dum contingit matrimonium celebrati illis, vel culpabiliter, vel Ordinarij conceſſione nondum præmiſſis, de qua difficultate egi in *priori tract. de contractu matrimonij cap. 8. §. 2.* & ad ibi tradita recurrer lector.

72 Quæri poteſt ſecundò, an, & quale peccatum ſit, vti coniugio ante benedictiones nuptiarum. Et de hac etiam difficultare egi in *d. tractatu cap. 9. §. 4.*

73 Quæri tertiò poteſt, an ſit illicita copula coniugalis tempore feriarum, in quibus ſolemnis benedictio nuptiarum prohibita eſt. Et de hoc etiam egi in *d. tractatu d. cap. 9. §. 17. n. 69.*

74 Quæri poteſt quartò, an in priori bimeſtri ante conſummationem licitè peti poſſit debitum, & reddendum ſit. Et de hac materia actum eſt *ſuprà cap. 1. §. 5.*

75 Quæri poteſt quintò, an quando alter, vel vterque coniux eſt excommunicatus, licitus ſit vſus coniugij. Et de hac quæſtione late actum *ſuprà cap. 1. §. 15.*

76 Quæri poteſt ſextò, an ſit illicitus actus coniugalis tempore, quo notabiliter noceret ſaluti. Et de hoc *ſuprà d. c. 5 §. 9. n. 169.*

77 Septimò, an quando eſt periculum infectionis liceat coniugi ſano vſus coniugij. De hoc *ſuprà eod. c. 5. n. 195.*

78 Octauò, an illicitus ſit actus coniugalis, quando inde proles damnum pateretur, & præſertim quando mater, vel nutrix lactat prolem. De hac difficultate *ſuprà d cap. 1. §. 11.*

79 Nono, an tempore amentiæ alterius coniugis ſit licitus concubitus coniugalis. De hoc *ſuprà eodem c. 1. §. 16. n. 200.*

De prædictis ergo omnibus, cum iam ſint pertractata, hîc nil agendum, ſed de ſequentibus. Igitur

Vtrum in diebus feſtis rogationum, & ieiuniorum actus coniugalis ſit illicitus.

80 Decimò dubitatur, an in diebus Dominicis, & aliis feſtis, & ſacris præſertim ſolemnioribus, rogationum, ſeu publicarum ſupplicationum, & ieiuniorum illicitus ſit actus coniugalis; & peccatum ſit in illis petere debitum coniugale; Reddere enim debitum eſt licitum, & obligatorium quouis tempore, & quocunque die quantumuis ſolemni, & ſacro publicæ proceſſionis, orationis, & ieiuniorum exigatur, vt *cap. 1. n. 48.* traditum eſt, & docent omnes recentiores qui infra allegantur, & alij communiter quos Sanchez *lib. 9. diſp. 12. num. 7.* refert; vbi & refert nonnullos aſſerentes coniugi petenti cauſa libidinis in diebus *feſtis* præſertim ſolemnioribus, vt in Paſchate, &c. non eſſe reddendum. Cum enim debitum ſit reddendum ex iuſtitia, etiamſi alter peccet petendo ob circumſtantiam actui coniugali extrinſecam, vt *d. cap. 1.* latius probatum eſt, ſola circumſtantia temporis non poteſt redditionem impedire. Quo verò ad actum coniugalem reſpectu petentis ſunt ſequentes ſententiæ.

81 Prima ſententia affirmat, eſſe peccatum lethale illis diebus exigere debitum coniugale cauſa libidinis ſatiandæ. Ita plures, quos Sanchez *d. diſp. 12. n. 2.* & Auguſtinus Barboſa *collect. ad can. quotieſcumque 33. q. 4.* allegant; vbi verò petitur cauſa prolis, aut vitandæ incontinentiæ, aliqui aiunt nullam eſſe culpam alij eſſe venialem. Hæc ſententia fundatur primo, quia dicta 33. q. 4. multi canones extant, quibus dicitur diebus ſacris proceſſionis, & ieiuniorum eſſe abſtinendum à copula coniugali can. *quotieſcumque* can. *Fratres.* can. *ſi cauſa*; & can. *Chriſtiano*: qui canones ſunt ex Diuis Hieronymo, Auguſtino, & Ambroſio deſumpti. Et can. *propoſuiſti d. 82.* vbi ex D. Paulo 1. ad Cor. ſic habetur. Nam ſic Paulus ad Cor. ſcribit dicens: *Abſtinete vos ad tempus vt expeditius vacetis orationi, & hoc vtique laicis præcepit.* Secundò, quia copula coniugalis in luco ſacro habita eſt mortalis, quia contra reuerentiam loco ſacro debitá, ergo & habita in diebus ſacris, vtique aduerſus reuerentię debitæ ipſis diebus ſacris. Confirmatur hæc ſententia exemplo, quod refertur à D. Greg. 1. *dial.* vbi ſcribit, fœminam à dæmone arreptam eſſe, quia poſt copulam coniugalem publicis proceſſionibus interfuit.

82 Secunda ſententia abſolute, & indiſtinctè aſſerit eſſe culpam venialem debiti petitionem in diebus ſacris rogationum, & ieiuniorum. Ita Magiſter ſententiarum, Albertus Magnus, Durandus, Paludanus & plures alij Theologi, nec non Summiſtæ, & etiam Iuriſperiti, quos late refert Sanchez *d. diſp. 12. n. 3. fine.* & poſt eum Auguſtinus Barboſa *loco ſuprà allegato.* Monentur primò ſacris canonibus numero præcedenti allegatis. Secundò quoad dies feſtos, quod actus coniugalis aduerſetur reuerentiæ diebus ſacris debitæ, quibus vacandum eſt actibus ſacris, & quia, cum diebus feſtis orationi inſtitutis vacandum ſit Deo; contra rationem, vt pote contra finem feſtorum eſt vacare actui coniugali quo ob vehementem delectationem mens perturbatur, & à diuinis abſtrahitur, illiſque minus apta efficitur. Tertiò, quoad dies rogationum, & ieiuniorum, quia ab Eccleſia præſcribuntur, vt caro maceretur, & voluptate etiam licita priuetur; ergo obligatio ſaltem ſub veniali eſt abſtinendi in illis diebus à vehementi delectatione, qualis in actu coniugali reperitur.

83 Tertia ſententia tenet eſſe veniale peccatum petere debitum diebus feſtis ſolemnioribus, vt Natalis, Chriſti Domini, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Feria quinta & ſexta maioris hebomadæ, & etiam ea tota. Ita Sotus, Ledeſma, Henriquez, à Sanchez *d. diſp. 12, n. 4.* & Rebellus *de oblig. iuſtit. p. 2. lib. 3. q. 19. n. 6.* Probatur præſertim à Rebello, quia veneri vacare præfatis diebus ſine rationabili cauſa id exigente aliqua inordinatio apparet contra Ordinem quem dictat prudentia, & poſtulat temperantiæ, ac religionis virtus, apponendo ſibi, & ſuo coniugi impedimentum tantæ diſtractionis, & hebetudinis ad Deũ, prout oporter tali tẽpore vacãdũ. Cum ea delectatio totũ animũ abſorbeat; & etiã ſit tẽpus amplexãdi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus, vt Sap. Eccl. 3.

84 Quarta ſententia docet ſolum eſſe conſilium illis diebus ab vſu coniugali abſtinere, ac proinde licitum eſſe, & vacare omni culpa iiſdem diebus debitum coniugale exigere. Ita Gloſſa *in d. can. propoſuiſti. v. præcepit in d. Fratres, & in d. can. ſi cauſa, v. conceſſũ, & in d. can. Chriſtiano, verbo non licet, & verbo à licitis*, Scotus, Richardus, Maior, Baſſolis, Nicolaus Orbellis, Caietanus, Roſella, Armilla, Angelus; vterque Ledeſma, & plures alij à Sanch. *d. diſp. 12. n. 5. relati.* Auguſt. Barboſa *collect.*

collect. ad d. can. quotieſcunque 33. *quaſt.* 4. & ex Recentioribus *hoc cap. nu.* 1. *relatis* Azorius *d. cap.* 31. *quaſt.* 7. Sanchez *d. num.* 5. Reginaldus *d. lib.* 31 *num.* 346. Coninch *d. diſput.* 34 *num.* 75. Manuel *d. cap.* 242 *num.* 18. Fillincius *d. cap.* 9. *num.* 225. Auerſa *d. quaſt.* 21. *ſect.* 6. *verſiculo ſecundo circa tempus.* Bonacina *d. p.* 6. *num* 28. Martinus Perez *d. diſput.* 49. *ſectione* 3. *numero* 3. Baſilius Pontius *d. lib.* 9. *cap.* 9. Hurtadus *d. diſput* 10. *numero* 9. Leandrus diſcalceatus *d. diſput.* 25. *queſt.* 10. Villalobos *d. tract.* 13. *diff.* 41. *num.* 2. Caſtrus Palaus *d. diſp.* 3. *part.* 4. §. 4. *num.* 5. Et Stephanus Bauny *d. tract.* 12. *quaſt.* 1. *quaſito ſecundo.* Et hanc ſententiam ego quoque approbo. & illius ratio eſt, quia nullibi in iure expreſsè reperitur in illis diebus prohibitus actus coniugalis, neque etiam prohibetur ex vi præcepti feſti, vel ieiunij, quia non impedit fieri id, quod in dictis diebus feſtis, rogationum, & ieiuniorum fieri præcipitur. Nam præceptum diuinum de colendis feſtis prohibet ſolùm operationes externas ſeruiles; qualis non eſt exigere debitum, & actus coniugalis. Et in diebus rogationum tãtùm præcipiuntur orationes, & in diebus ieiuniorum tantum abſtinentia à pluribus comeſtionibus, & à cibis vetitis. Vnde illa, quæ abſolutè illis diebus ſacris, rogationum, & ieiuniorum ſub præceptum cadunt, coniuges, etſi vtantur coniugio, poſſunt implere, quamuis non cum tanta decentia, & fructu, atque Eccleſia vellet; ſed hæc non cadunt ſub præceptum, ſicut nec finis præcepti, nempè, vt liberiùs Deo vacetur, vt caro maceretur, ita vt ſpiritui obediat, cadit ſub præceptum, vt tradunt communiter Doctores, & latius probaui in tractatu de ſcrupulis & in moralibus variis vbi de conſcientia ſcrupuloſa. Nulla ergo erit culpa vacare actui coniugali dictis diebus, niſi aliundè concurrat circumſtantia vitians, cum non poſſit eſſe culpabilis, cuius nulla eſt prohibitio. Nam Canones *ſuprà num.* 81. adducti loquuntur tantum de conſilio, & tradunt prællegatæ Gloſſæ; & illud verbum, *præcepit, in d. can. perſuaſit*, Gloſſa ibi ait capi, pro *perſuaſit*. & illud verbum *non licet, in d. can. Chriſtians*, Gloſſa dicit capi *non licere*, pro *non expedire*. Addit Azorius, & poſt eum Pontius, & Perez, quod ſi antiquitus fuerit aliqua Eccleſiaſtica prohibitio; iam illa omninò euanuit; ac proindè ceſſante ea prohibitione, iam etiam ceſſauit ea obligatio, & durat ſolum conſilium tanquam de re perfectiori, & de decentia. Vnde etiam pauciſſimi ſe accuſant hac de re, & rariſſimi etiam ſunt Confeſſores quamuis doctiſſimi, qui de hoc pœnitentes interrogent, quod etiam ſignum eſt nullum eſſe peccatum.

85 Cæterùm iuxta omnes conuenientiſſimam eſt diebus feſtis, aut ieiunij præſertim ſolemnioribus ab vſu coniugij abſtinere. Quia tunc decet Chriſtianum orationibus, & piis operibus vacare, à quibus impedit vſus matrimonij, cùm valdè diſtrahat mentem à ſpiritualibus, & diuinis, & voluptati immergat; & ex hoc in illis diebus nonnihil indecentiæ habere videtur, quamuis ratione ſui non ſit prohibitus. Hocque tantum inſinuant ſancti Patres in dictis Canonibus, & alibi, dum dicunt fideles tunc debere abſtinere ab actu coniugij, vel illius vſum non licere; exaggerando enim loquuntur, aiuntque non licere id, quod non decet; quod vel inde patet; quia dicunt fideles etiam à licitis abſtinere debere; vt rectè obſeruauit Coninch. Hoc etiam tantum probat ratio Rebelli *nu* 63. adducta ſcilicet illis diebus præſertim ſolemnioribus abſtinendum ab actu coniugali ex decentia, & honeſtate, vt coniuges liberius orationi, & diuinis aſſiſtant.

86 Sicut etiam apud omnes compertum eſt, eſſe culpam mortalem petere, & reddere in contemptum diei feſti, vt poſt alios notauit Sanchez *dicta diſputatione* 12. *numero* 6. dicens tunc futurum contemptum, quando exigens debitum eliceret hunc actum, *non abſtinerem modò, licet Deus præcepiſſet*; vel ſi coniux exigeret, quo feſtum ipſum parui penderet; qui contemptus ſaperet hæreſim.

Nunc ad primum primæ ſententiæ iam patet reſponſio ex traditis ex intellectu dictorum Canonum, & dictorum ſanctorum Patrum. Ad ſecundum eſt diſparitas, locus enim conſecratur ad ſola opera ſacra, & polluitur copula coniugali, quod in tempore ſacro non inuenitur, & ideo non fit contra reuerentiam, quæ de præcepto debeatur tempori ſacro. Ad confirmationem, ea fœmina non propter copulam fuit punita, ſed quia conſcientia erronea exiſtimans illicitum eſſe poſt copulam intereſſe diuinis, contra conſcientiam interfuit, ex Sancto Thoma 4. *d.* 32. *quaſtione vnica, articulo quinto, quaſtiuncula ſecunda ad* 1. Ad primum ſecundæ ſententiæ, iam reſponſum eſt. Item ad ſecundum, & tertium patet ex traditis ad confirmandam quartam ſententiam, vacare enim orationi, & carnis macerationi, eſt finis præcepti, qui ſub præcepto non cadit. Quare licet actus coniugalis vtpotè hebetans mentem cauſet aliquam diſtractionem, vt non ita benè vacetur orationi & aliis ſpiritualibus, non eſt tamen veniale apponere hoc impedimentum diſtractionis; quia præceptum de colendis feſtis ſolum obligat ad abſtinendum ab operibus ſeruilibus, & iſtius præcepti finis eſt, vt mens Deo vacet; poteſt autem quis ceſſare à prædictis operib., & ſeruare præceptum, licet Deo non vacet; & conſequenter non peccare contra præceptum de Deo colendo; quia, vt dictum eſt, finis præcepti non cadit ſub præcepto.

An eo die, quo Euchariſtia ſumenda eſt; vel nocte antecedente ſit illicitus actus coniugalis, ſeu an peccatum ſit ſuſcipere Euchariſtiam eodem die copulæ coniugalis habita.

88 Vndecimò dubitatur. Vtrum eo die, quo ſacramentum Euchariſtiæ ſumendum eſt, vel nocte antecedente illicitus, vel licitus ſit vſus coniugalis præſertim ex parte petentis debitum intentione communicandi eodem die, ſeu quod idem eſt, an ſit culpa recipere ſacramentum Euchariſtiæ poſt copulam coniugalem, eodem die, vel nocte antecedente habitam.

Certum eſt (quidquid ſecus Alexander de Næuo *rubr. de ſponſal numero* 28. à Sanchez *lib* 9. *diſp.* 13. *numero* 1. *relatus*, nonnulli alij tacitis nominibus *relati* à Fagundez *de præceptis Eccleſ. præcepto* 3. *libro* 3. *capite* 6. *numero* 19. ſentiunt) non eſſe peccatum mortale, neque etiam ex parte illius coniugis, qui exegit debitum, ſumere ſacram Euchariſtiam poſt copulam coniugalem eo die, vel nocte antecedenti habitam. ita Sanchez, & Fagundez *iiſdem locis*, & omnes Doctores, qui *infrà* citantur; qui etiam aſſerunt poſt pollutionem mortalem, vel fornicationem, aut adulterium recipere Euchariſtiam poſt peccati admiſſi confeſſionem ſacramentalem, & peccati remiſſionem non eſſe culpam mortalem; ac proindè multo certius eſt in præſenti caſu non admitti mortalem culpam. Ratio vniuerſalis eſt, quia nihil impedit ſacram communionem niſi peccatum mortale, aut excommunicatio, vſus autem coniugij eſt de ſe licitus, & honeſtus, & ad ſummum cum habetur intra terminos matrimonij poteſt eſſe ſolum culpa venialis ex defectu alicuius circumſtantiæ iuxta tradita in præcedentibus.

89 Neque obſtat, ſi dicatur Ozam 1. *Regum.* 6. ideo percuſſum, & occiſum fuiſſe à Deo ob tactũ Arcæ, quia

præcedenti nocte cognouerat vxorem, vt aiunt Lyranus, Sanctus, & Vincentius Ferrerius *ſerm. 4. de corp. Chriſt.* Bernard. Buſt. 2. *p. roſarij ſerm.* 16. & Ant. Molinus *in tract. de ſacerd. tract* 2. *cap.* 9. § 2. Ex hoc enim inferunt commercium coniug. reddere ineptos coniuges ad cõmunionem, ſicut reddebat olim ad tractanda ſacra, & edẽdos panes propoſitionis. Non obſtat, inquam, nam reſpondetur nõ eam fuiſſe cauſam percuſſionis Ozæ, ſed vel quia cũ ſacerdos minimè eſſet temerè arcam tetigit, quod ſolis ſacerdotibus permittebatur, vt D. Thomas 4. *diſp.* 19. *q.* 2. *quæſtiuncula* 3. *ad* 5. vel quia cum impoſitũ eſſet præceptum Leuitis humeris arcam portare, id contempſit Oza boues Arcæ oneri ſubiiciendo, vt D. Ambroſius *relatus à Vincentio Ferrerio ſerm. de Euchariſtia*, & Maior *in* 4. *diſt.* 9. *q.* 1. *art.* 3 *contra ſecundam concluſ.* vel quod modica reuerentia, & quaſi rem profanam Arcam tetigerit, vt Abulenſis 2. *Reg.* 6 *q.* 10.

90 Non obſtant etiam teſtimonium D. Gregorij *in c. cum propria* 33. *q.* 4. & D. Hieronymi *in cap. ſciatis eadem q.* 4. vt infrà explicatur; neque etiam teſtimoniũ eiuſdem Hieronymi in apologia contra Iouinianum; nam ibi ita ait. *Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem vt fideles communicent omnibus diebus etiam poſt coitum coniugalem, quod nec lando, nec reprehendo.*

Difficultas ergo ſolum eſt, an debitum petere ea die, qua petens ſumpturus eſt Euchariſtiam, ſeu communicare poſt copulam coniugalem eo die habitam ſit culpa venialis reſpectu petentis.

91 Et multorum ſententia fuit abſolutè, & indiſtinctè aſſerentium eſſe culpam venialem recipere Euchariſtiam poſt copulam coniugalem eo die, vel nocte antecedenti habitam. ita ex Theologis, Sotus *in* 4. *diſt.* 32 *q. vnic. a.* 3 *poſt.* 2. *concluſ.* (vbi tenet eſſe veniale etiam reſpectu coniugis reddentis) Alter Sotus *lect.* 16. *de matr. §. ſequuntur circumſtantiæ.* Caietanus *v. communio cap.* 1 *de quatuor requiſitis ex parte ſumentis, requiſito* 4. Victoria *in ſum. de matr. num.* 28. Alenſis, Mayronius, Abulenſis, Nicolaus Ploue, Medina, Veracrux, Lud. Lopez, Bart. Ledeſma, P. Ledeſma, Viualdus, ex Summiſtis, Tabiena *v. communicare*, Armilla *v. eodem*, & ex Iuriſperitis Gloſſa *in can. ſciatis v. debemus* 33 *q.* 4. & *in can propoſuiſti v. præcepit diſt.* 82. à Sanchez *dict. diſp.* 15. *num.* 2. *relat.* & præter hoc Nauarrus *in man. cap.* 21. *num.* 51. *fine* Tuletus *lib.* 7. *cap.* 28 *num.* 4. Emanuel Sà *v. debitum coniugale num* 19. Manuel *in ſum. part.* 1. *cap.* 65. *num.* 2. (dicens, id verum, licet actus coniugalis habitus fuerit meritorius) quamuis *cap.* 241. *num.* 18. videatur iudicare ſolum de honeſtate teneri coniuges abſtinere à communione poſt copulam nocte præcedente habitam. Rebellus *p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *num.* 6. & Fagundez *de præceptis eccleſiæ præcepto* 3. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 16. Mouentur primò auctoritatibus Sanctorum tum D. Hieronymi *in d. can. ſciatis* 33 *q.* 4. (vbi ait, *Quicunque vxori debitum reddit, vacare non poteſt orationi nec de carnibus agni comedere debet. Et ſi panes propoſitionis*, ſubdit idem Hieronymus, *ab iis, qui vxorem tetigerunt, comedi non poterant, quantò magis panis, qui de cælo deſcendit non poteſt ab his, qui coniugalibus paulo ante hæſerunt amplexibus violari, atque contingi: non quod nuptias condemnemus, hæc enim non dicimus, ſed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debemus*) & in apologia ad Pammachium pro libris contra Iouinianum, *vbi illorum conſcientiam*, inquit, *conuenio, qui eodem die poſt coitum communicant.* Et in lib. 1. contra Iouinianum vbi dicit, ad munditiam corporis Chriſti omnem coitum eſſe immundum. Tum D. Auguſtini *in ſerm.* 226. *de tempore, Dominica* 10. *poſt Pentecoſten ſerm.* 2. vbi: *Ille bonus Chriſtianus eſt, qui quoties ſolemnitates veniunt, vt ſecurus communicet, ante plures dies caſtitatem cum propria vxore cuſtodit, vt ſecura, & ſincera conſcientia ad altare Domini caſto corpore, & mundo corde præſumat accedere.* Et etiam alibi docuit abſtinendum ab vſu coniugij, quoties communicandum eſt, vt *ſerm.* 216. & 244. Tum Concilij Elibertini *in can. omnis homo de conſecr. diſt.* 2. Cabillonenſis *anni.* 813. *cap.* 46. S. Eligij *hom.* 16. & Thodulphi Aurelianenſis Epiſcopi *epiſtola ad Conpresbyteros*, volentium ante ſacram communionem tribus, quatuor, aut octo diebus abſtinẽdum ab vxore. Secundò, quia actus coniugalis licet licitus affert quandam indecentiam ad recipiendam Euchariſtiam eodem die, nam etiam actus condemnandi latronem, vel homicidam ad necem eſt licitus, & meritorius, & tamen quia affert indecẽtiam, quæ adeſt ad repræſentandum Chriſti manſuetudinem, arcet ab altari. Tertiò, quia cum ea delectatio totam animam abſorbeat, efficit hominẽ diſtractum, illumque reddit parum diſpoſitum ad res diuinas tractandas. Quæ ratio procedere videtur, etiamſi actus coniugalis habitus fuerit non cauſa voluptatis ſolius, atque adeo nec culpabiliter venialiter, ſed etiam cũ debito fine, puta, prolis, vel vitandæ incontinentiæ gratia principaliter. Nam eadem mentis diſtractio, & ineptitudo, ſeu hebetudo ad ſpiritualia prouenit ex vtroque concubitu. Demum, quia copula coniugalis habet in ſe quandam naturalem indecentiam, turpitudinem, atque immunditiam fœdantem corpus, *vt ſuprà n.* 4. dictum eſt, ergo contra reuerẽtiam ſacramento Euchariſtiæ debitam erit eodem die, & paulo poſt habitam coniugalem copulam accedere ad illam ſumendam, ſicut contra eandem reuerentiam eſſet ſordido, ac minus decenti habitu ad eandem accedere, & conſequenter erit ſaltem culpa venialis ille acceſſus.

Hæc tamen ſententia eſt intelligenda, niſi aliqua adſit neceſſitas, aut cauſa vrgens ſumendi Euchariſtiã eodem die copulæ coniugalis habitæ, puta, euitandi infamiæ notam, lucrandi iubilei, vel obtinendæ indulgentiæ, & alia ſimilis, iuxta ea, quæ infra in explicatione tertiæ ſententiæ traduntur. 92

Ex oppoſito plurium aliorum Doctorum eſt ſententia aſſerentium abſolutè nullum eſſe peccatũ, nec veniale ad Euchariſtiam accedere ipſo die habitæ cõiugalis copulę, ſcilicet, etiam ſi habita ex nimia cõcupiſcentia, & voluptatis carnis capiendæ gratia. Ita Baſſolis 4. *diſt.* 32 *q. vnic. art.* 3. Angelus *Euchariſtia* 3 *n.* 30. dicens id procedere licet, concubitus non careret culpa veniali. Victoria ſibi contrarius *in ſum. vbi de Euchariſtia num.* 81 *fine*, Capua relatus à Sanchez *d. diſp.* 15. *num.* 3 vbi etiam addit huic ſententiæ fauere Nauarrum *loco ſuprà num.* 91 *citato* & Philiarcum *to.* 1. *lib.* 3. *cap.* 27. *fine* dum dicunt de honeſtate ſola debere coniuges abſtinere, nec peccare ſaltem plus quam venialiter; ſed Nauarrus non habet illam particulam *ſaltem*, nam dicit, *non tamen peccant plus quam venialiter communicando, iuxta communem, quam tenet Caietanus*, quibus verbis indicat ſe ſequi opinionem Caietani, & ſic peccare venialiter coniuges poſt habitam copulam eodem die copulæ communicando. Philiarcus autem dicit de honeſtate communicare non debẽr, nõ tamen peccaret vel ſolum venialiter; quibus verbis nõ determinat, quid ipſe ſentiat circa culpam venialem. Videtur tamen admittere ſaltem tanquam probabile nullo modo peccare. Hanc eandem ſententiã ex recentioribus tenent Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.* 23. Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. p.* 2 *tr.* 7 *diſp.* 6. *q.* 4. ita etiam Baſilius Pontius *de matr. lib.* 10. *cap.* 9 *n.* 2. Hurtadus *de matr. diſp.* 10. *n.* 9 Bonacina *de ſacram. diſp.* 4. *q.* 6 *p.* 2. *n.* 3. & Caſtrus Palaus *p.* 4. *tract.* 21. *diſp. vnic. pun.* 13. *n.* 3. qui omnes dicunt coniuges die habitæ copulæ nõ ex neceſſitate, ſed ex decentia, & honeſtate, ac cõgruitate impediri Euchariſtiam recipere, ſeu debere à communione abſtinere, idq; ob immunditiã corporalẽ, & mentis diſtractionẽ, quæ ex vſu cõiugij

excitati

Google

excitari plerumque ſolet. Pro hac eadem Leandrus allegat Coninch *de ſacram. q. 80. art. 7.* vbi tamen *n. 25.* apertè cõtrarium docet, ſic enim habet, *ſequitur quartò eum, qui nocte præcedente communionem ſolum voluptatis cauſa petit debitum, peccare venialiter. Tum quia indecens eſt tali tempore eiuſmodi voluptati indulgere. Tum quia ad communionem maxima requiritur deuotio, & puritas affectus, quam talis voluptas funditus euertit; & ad omnem pietatem hominem reddit inhabilem. Quare talibus communiter ſuadendum, vt tunc communionem differant, quia ſæpe ad hoc ſub veniali tenentur: niſi forte magna deuotio præteritam culpam abſtergat, vide* Suarez *ſuprà*, & Sanchez *lib. 9 de matr. diſput. 13.* Ex quibus patet manifeſtè Coninch non tenere hanc ſententiam, ſed contrariam, quam etiam tenent Suarez, & Sanchez, quos etiam ſequi videtur, dum ad illos remittit lectorem; licet probabilem etiam putent hanc eandem ſententiam.

94 Probatur primò, quia nulla, nec leuis irreuerentia irrogatur Euchariſtiæ, nec vlla reperitur prohibitio communicandi in hoc caſu. Secundò, quia poſt pollutionem inuoluntariam nocte antecedente habitam nullum eſt peccatum recipere Euchariſtiam; cum illa pollutio careat culpa, ergo etiam nullum peccatum erit illam recipere poſt copulam coniugalem, quæ eſt actus licitus, & caret etiam culpa veniali licet habita gratia voluptatis carnalis iuxta tradita *ſuprà num 65.* Antecedens videtur eſſe S. Thomæ *3. p. quæſt. 80 art. 7.* tradunt Couarruuias *in Clem. ſi furioſus, de homicidio p. 3. initio num. 7.* Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep. 3. lib. 3. d. cap 6. num. 6.* Suarez *in 3 p q. 68. ſect. 2. §.* ex hoc enim, & cenſetur communis, & verior ſententia, de qua Doctores agentes de diſpoſitione ex parte corporis ad Euchariſtiam recipiendam; præſertim multi alij ex recentioribus, qui ſuprà, & infrà allegantur. Confirmatur, quia licet in eo actu coniugali interueniat aliqua inordinatio venialis, ea non eſt talis vt ad impediendam receptionem Euchariſtiæ ſufficiat.

95 Hinc tertiò probat Ioannes Sancius *dicta diſputatione 23. numero 30.* non ſolùm poſt copulam coniugalem eo die habitam etiam cauſa voluptatis, ſed etiam poſt voluntariam pollutionem, aut fornicationem nocte antecedente habitam præmiſſa peccati legitima confeſſione licitum eſſe citra omnem culpam etiam venialem ſuſcipere Euchariſtiam, tametſi non inſtet neceſſitas præcepti communicandi, aut defendendi honorem, aut ſpecialis deuotio communicandi tunc. Probat, inquam, quia ſolum peccatum mortale non ritè confeſſum, eſt impedimentum Euchariſtiæ ita quod ſolùm ille, qui peccati lethalis conſcius eſt, & non præmittit ſacramentalem confeſſionem indignè Corpus Chriſti recipit, & è contrà, qui nullius peccati mortalis ſibi conſcius eſt, vel ſi conſcius per confeſſionem ſacramentalem ſe priùs probat, ſanctè, & dignè recipit eandem ſacram Euchariſtiam, vt conſtat ex Tridentino *ſeſſione decimatertia, capite ſeptimo* ergo poſt copulam coniugalem alioqui licitam, vel licet etiam eſſet venialiter culpabilis, quia gratia voluptatis habita, & poſt copulam fornicariam eodem die habitam, remiſſa prius per confeſſionem ſacramentalem culpa, accipere Euchariſtiam, nullum erit peccatum, neque veniale; nam ſi veniale eſſet ſic accedere, actio eſſet intrinſecè mala, & ſic non accederet ſanctè, & dignè, quod dicto Concilio Tridentino videtur manifeſtè aduerſari. Ita Sancius, addens non obſtare diſtractionem, licet habeatur cum cauſa, à qua ortum habuit, ſi per pœnitentiam interrupta; & diſtractio peccatum non ſit, dum facit quis quantum in ſe eſt, ad illam expellendam.

96 Tertia ſententia cum diſtinctione reſoluit propoſitam difficultatem. Primò enim dicit, ſi petitio debiti, ſeu copula coniugalis ea die, qua ſacramentum Euchariſtiæ ſumendum eſt, vel nocte antecedente facta, ſeu habita eſt ob finem honeſtum, nempe, vel cauſa prolis accipiendæ, quæ hoc potius, quam alio tempore ob ſingularem corporis diſpoſitionem ſperatur concipienda; vel vt debitum redderetur, vel ad euitandam in ſe, vel in altero coniuge incontinentiæ periculum, nullam eſſe culpam, nec venialem eodem die accedere ad Euchariſtiam; relinquendumque eſſe coniugem ſuo iudicio, vt communicet, aut abſtineat iuxta rationem impedimenti, vel ſpiritualis affectus; quem in ſe ſenſerit. Secundò dicit, ſi exactio debiti fuit facta, ſeu copula habita ex nimia concupiſcentia, & voluptatis carnalis gratia eſſe culpam venialem eo die habitæ talis copulæ ſacram Euchariſtiam ſuſcipere.

Hanc ſententiam quoad primum præſertim in terminis copulæ habitæ gratia prolis ſuſcipiendæ, vel 97
reddendi debiti, aſſerunt cõmuniter Doctores, quos latè refert Sanchez *d. diſp. 13. nu. 5. & 12.* & quoties copula ob eundem, vel alium finem honeſtum petita, & habita fuit. Idem aſſerunt Maior, & Gerſon à Sanchez *eadem diſp. 13. nu. 6. relati.* idem Sanchez *dictis n. 5. & 12.* Suarez *in 3. p. to. 3. diſp 68 ſect. 2. ad finem* Coninch *d q. 80. art. 7. num. 44.* Reginaldus *lib. 29 n. 117. & lib. 31. n. 345.* Villalobos *to. 1. ſum. tract. 13. diff. 41 n. 3.* Layman *l. 5. tract. 4 cap. 6. n. 15. verſic. cæterum.* Fagundez (qui in hoc ſibi videtur contrarius) *in decal lib. 6. cap 3 numero 51 verſic. Secunda*, Martinus Perez *de matrimonio diſp. 49 ſect. 3. n. 9.* Filliuccius *to. 1. tract. 10. cap. 9. n. 324.* Scortia *de ſacrificio miſſæ lib. 2. cap. 7. num* 4. Auguſtinus Barboſa, *collect. ad can. ſciatis 33 q 4.* & Stephanus Baunes *tom. 1. tract. 4. de Euchariſtia, vbi de ſuſcipientibus Euchariſtiam quæſt. 6.* Et conſtat ex D. Gregorio *relato in d. can. vir cum propria 33. quæſt. 4.* cuius verba ſunt: *ſi quis ſua coniuge non cupidine voluptatis captus ſed ſolummodo liberorum creandorum gratia vtitur, ipſe profecto de ingreſſu Eccleſiæ, ſeu de ſumendo corporis Dominici, ſanguiniſque myſterio ſuo eſt relinquendus iudicio, quia à nobis prohiberi non debet accipere.* vbi Gloſſa *V. prohiberi* accipit pro diſſuaderi. Ratio autem eſt, quia tunc actus nullo modo eſt malus, & licet habeat annexam carnalem voluptatem, & corporalem immunditiam; tamen rectus eſt, & à Deo intentus finis ſobolis, continentiæ, & ſeruandæ fidei præponderat, & omnem indecentiam abſtergit, maximè cum non ita mens abſorbeatur, cum finis rectus intenditur. Et licet in copulæ progreſſu, inquit Sanchex, immiſceretur aliqua culpa venialis ſeruato debito fine, cum adhuc bonus finis præponderet, & compenſet, & difficillimum ſit in medio ignis non ardere, ob talem culpam venialem non eſt coniux à communione arcendus.

Eandem verò ſententiam, quoad ſecundum di- 98
ctum præter Doctores pro prima ſententia relatos tenent S. Thomas *3 p. q 80. art. 7. ad ſecundum.* Albertus Magnus *in 4. diſt. 12.* Alenſis, D. Bonauentura *ibidem.* Maior *4. diſt 9.* Gabriel D. Antoninus, Roſella, Syluester, Turrecremata, vterque Ledeſma, Lopez, Bera, Coccus, *relati à* Sanchez *d diſp. 13 nu. 7.* Io. Valeros *de differentiis v. debitum coniugale*, idem Sanchez *ibidem.* Suarez, Reginaldus, Filliuccius, Layman, Villalobos, Scortia *locis ſuprà citatis.* Coninch *d. q 80. nu. 45.* Perez *d. ſect. 1. nu. 10* Fagundex *d cap. 6. num. 51. initio.* Bauny *d. q. 6. verſic. an autem.* Diana *p. 3. tract. 6. reſolut. 71.* Azorius *p. 3. lib. 3. cap. 31. q. 7. diff. 2.* & ita ſentire videtur etiam Io. Lugo *de Euchariſtia diſputatione 15. ſect. 1. n. 13.* & ita ſentire ſanctos Patres *ſuprà n. 91 relatos*, & alios communiter docentes abſtinendum à communione poſt habitam eo die, ſeu nocte antecedente copulam coniugalem, & D. Greg. *in d. can. vir cũ propria,*

verbis præallegatis, aſſerunt iidem Doctores, præſertim Suarez, Sanchez, Perez, & Scortia. Fundamentum, ſeu ratio iuxta hos Doctores eſt, quod talis voluptas quæſita in actu coniugali illius cauſa habito nimium mentem hebetat, & abſorbet, & auocat à diuinis, parumque aptam efficit ad recolenda diuina myſteria, & recordatio ſui eã fœdat, & detinet, ſeu impedit, ne queat facile de Deo cogitare, illumque amare; & ita priuat attentione, deuotione, & puritate affectus ad ſacram Euchariſtiam recipiendam requiſita, & conſequenter, cum in hoc caſu deficiat bonum prolis, vel fidei compenſans, & auferens indecentiam; ſic accedere ad ſacram Euchariſtiam erit venialis culpa contra præceptum diuinum, diſpoſitionem, attẽtionem, deuotionem puritatem affectus in cõmunicaturo requirens, & eam indecẽtiam non cõpenſatã alio bono prohibens. Nec, inquit Bauny, videtur poſſe negari eſſe reprehenſibile diuina myſteria animo curis ſæcularibus, vel voluptatis præteritæ titillationib. adhuc impedito tractare, & ea ſumere: ſancta enim ſanctè, ſcilicet attentè, deuotè, & pura mẽte tractanda eſſe omnes clamãt. Quia verò talis indecẽtia nõ eſt quid grauiter culpabile, culpa ſolum venialis committitur.

99 Addunt tamen iidem DD. poſſe eſſe aliquas cauſas, quæ indecentiam illam reſarciant, ſeu tollant, aut minuant, & conſequenter nulla ſit culpa, accedere tunc ad Euchariſtiam, cauſæ autem ſunt hæ. Prima feſti magna celebritas, ſeu ſolẽnitas, in qua pietas ſuadeat, decentiſſimũmque ſit Euchariſtiam ſumere. Secunda ſi dies ſit Iubilei, ſeu indulgẽtiæ exigentis cõmunionem, qua comparetur, & eo die elapſo ſine cõmunione obtineri non poſſit. Tertia ſpecialis, & magna deuotio, & inclinatio, ac præparatio ad ſacram communionem. Quarta metus ſcandali, aut notæ infamiæ, ſeu ſuſpicionis culpæ grauis admiſſæ in aliis ex omiſſione communionis concipiendæ; puta ſi fœmina, vel vir habeat conſuetudinem frequenter confitendi, & quoties confitentur, ſumendi Euchariſtiam, & famulæ, vel famuli comitantes notarent poſt confeſſionem peractam à communione abſtinere. Quinta ſi inſtaret neceſſitas præcepti communicandi.

100 Cum etiam in receptione Euchariſtiæ poſt talem copulam coniugalem gratia voluptatis habitam non adſit culpa mortalis, ſed tantum venialis iuxta præfatos DD. & etiam ambiguum ſit adeſſe culpam venialem, eam adeſſe negantibus DD. *n. 93. allegatis* aduertit Sanch. *d. diſp. 13. n. 8.* non nimis rem hanc conſtringendam, nec vrgentiſſimam cauſam requiri, ſed mediocrem ſufficere, quò coniux communicans à veniali culpa excuſetur.

101 Et hæc ſententia ſic explicata probabiliſſima eſt, licet etiam non diſpliceat ſecunda ſentẽtia, ſi coniux qui nocte antecedente communionem ſumendã voluptatis carnalis cauſa debitũ exegit, culpæ præteritæ doleat, & morali diligẽtia curet purgare affectum, & exuere præteritæ voluptatis recordationẽ, applicãdo mentem cogitationi diuinorũ, ſeſeque ad deuotionẽ, & affectionẽ erga tantũ ſacramentũ excitando peculiari attẽtione, vt quãtũ fieri ex parte ſua poterit, purè, & ſanctè ad illud ſumẽdũ accedat. Teſtimonia enim Patrum poſſunt rectè intelligi de abſtinẽtia tantũ ex decẽtia, & honeſtate iuxta tradita *ſuprà n. 85.* & quando coniux ſaltẽ mediocri diligẽtia conatus eſt diſtractionẽ mẽtis tollere, ſi adhuc permaneat eſt inuolũtaria, & indecentia cõpenſatur dolore præteritæ culpæ, & diligentia replendi mentẽ cogitationib. ſanctis, & piis deſideriis, vnde ceſſat ratio ad conſtituendã tertiam ſententiam quoad ſecundum dictum adductã.

102 Ex quibus, cum petere debitum eo die Euchariſtiæ ſumendæ, ſeu poſt copulã coniugalem eo die habitam ad Euchariſtiam accedere vel nullũ ſit peccatũ, vel ſolum veniale; cõſtat coniugẽ exactũ non debere abſtinere à debiti redditione, nec ab obligatione reddendi eximi, eo quod illo die recepturus ſit Euchariſtiam, cum redditio ſit actus iuſtitiæ, ſcilicet debitus ex obligatione, vt lege iuſtitiæ, nec inuenitur ius aliquod hunc actum excipiens; & ita in terminis præter DD. *ſuprà cap. 1. n. 48. relatos* docent alij DD. à Sanch. *d. diſp. 13. n. 9. relati*, & Recentiores in præcedentibus allegati, præſertim idem Sanch *ibid.* Layman *d. c. 6. n. 16.* Suarez *d. ſect. 2. ad fin.* Bauny *d. q. 6.* Caſtrus Palaus *d. p. 13. n. 4.* Qui etiã rectè aduertunt, quod licet vxor exacta communionem receptura licitè, & laudabiliter poſſet (vt etiam *d. n. 48.* notaui) blandè, & precibus nõ importunis conari maritum petentem auertere, ad id tamen non tenetur: Imò ſi vxor frequenter communicet, puta Dominicis, & feſtiuis diebus, aiũt ne ſimplici petitioni vllo modo reſiſtat, ſed ſtatim annuat, ne marito moleſta ſit, neuè illius in ſe amorẽ minuat, & occaſionem præbeat frequentem communionem prohibendi, quod ſi rarius, & ſingulis tãtum menſib. Euchariſtiã ſumere ſit ſolita; tunc dicunt decens eſſe maritum debitum petentẽ admonere, & blandè rogare, vt à petitione deſiſtat ob reuerentiã ſacramenti ſuſcipiendi; at ipſo ægrè ferente reddat; quia nõ propter hoc impeditur cõmunicare, vt *ſuprà nu. 97.* dictũ eſt, cum exerceat actum diuinæ, & naturali legi conformem; ſolùm conabitur maiori, qua poterit deuotione ad ſacram communionem accedere, ſperans diuinam gratiam abfuturam non eſſe. Quod ſi animo nimis eſſet diſſipata, nec poſſet mentem colligere, & abdicare à recordatione præteritæ titillationis, ideoque minus eſſet præparata ad Euchariſtiam benè, ac religioſè ſuſcipiendam, decenter, & honeſtè faceret, ſi ab ex illo die abſtineret, idq; illi conſulendum foret, niſi iuſta ratione cogatur, iuxta Layman. & Bauny *loco cit.* & Coninch *d. q. 80. art. 3. n. 44.* Vbi idem dicit de coniuge, qui eodem die communionis ſumendæ, ſeu nocte antecedente petiit debitum ob honeſtum finem prolis ſuſcipiendæ, vel continentiæ ſeruandæ, ſcilicet decere, vt abſtineat eo die à communione, ſi affectum purgare nequeat, & mentis euagationem, & indiſpoſitionem, & indiſpoſitum ſe ſentiat. De qua re *infrà*.

Nunc reſpondendum argumentis primæ ſententiæ, quatenus aduerſatur primo dicto tertiæ (licet fortè Doctores pro eadem ſententia locuti ſint iuxta ſecundum dictum eiuſdem tertiæ ſententiæ) & argumentis ſecundæ ſententiæ quatenus aduerſatur ſecundo dicto eiuſdem tertiæ ſententiæ. 103

Ad primũ ergo primæ ſententiæ *n. 91.* adductũ, deſumptũ ex Patribus, & Conciliis reſpondetur PP. & Concilia intelligi de honeſtate, & decentia, & ſic de Conſilio, quia accedere ad Euchariſtiã non multum poſt actum coniugalem videtur habere nonnihil indecentiæ, licet abſolutè non ſit prohibitum vlla lege; ad dictum etiã D. Hieron. *in d. can. ſciatis*, in ſpecie reſpondet D. Thom. *in 4. diſt. 12. q. vn. art. 1. ad 1.* ipſum ibi loqui de Eccleſiæ miniſtris cõiugatis, quales ſũt Græci, quibus interdictum eſt celebrare die, qua ad vxores accedunt. Ad ſecundum reſpõdetur afferre indecentiam materialem, non moralem, ſicut & immunditia eum actum comitans, ſeu conſequens eſt tantũ corporalis, & materialis, quæ ex ſe non impedit receptionem Euchariſtiæ, alioqui neque etiam ex iuſta ratione, & vrgente neceſſitate liceret coniugibus cõmunicare die habitæ copulæ, miniſtros autem altaris Eccleſiæ ob illam indecentiam voluit arcere à miniſterio altaris propter maximam illius muneris dignitatem; quemadmodum etiam ipſis coniugium prohibuit. Ad tertiũ probat ſecundum dictum eiuſdem tertiæ ſententiæ, non enim eadem eſt ratio ſecundi dicti, tum quia tunc honeſtus finis prolis, debiti reddendi, vel ſeruandæ continentiæ compenſat,

& tollit,

& tollit, aut minuit indecentiam; tum quia non ſequitur tunc tanta mentis euagatio, & affectio, ad opera carnis, & ita facilior eſt bona diſpoſitio ad S. Euchariſtiam capiendam. Ad quartum, probat ad ſummum de conſilio, & ea decentia, & honeſtate eo die copulæ coniugalis abſtinendum à communione ceſſante alia iuſta ratione, ſeu cauſa tunc communicandi; non verò ex neceſſitate, & aliquo præcepto naturali, vel diuino, cum illa immunditia ſit merè materialis, non moralis, ſecus in accedente ſordido, ac minus decenti habitu, quia adeſſet etiam indecentia moralis.

Ad ſecundum ſecundæ ſententiæ, de quo *num* 94. omiſſa aliquorum reſponſione, quos Fagundez *d. precept 3 lib.3.cap.6.n.6.* aſſerentium eſſe peccatum veniale communicare poſt pollutionem etiam inculpabilem nocte præcedenti habitam, reſpondetur eſſe diuerſam rationem; quia illa eſt inuoluntaria; & eius effectus non multum permanet, nec valdè mentem perturbat. Actus verò coniugalis eſt voluntarius, atque adeo magis mentem abſorbet, & à ſpiritualib. auocat. An verò aliquando etiam poſt pollutionem inuoluntariam inculpabilem, vel culpabilem tantum venialiter deceat à communione pro tunc abſtinere, vbi iuſta cauſa non cogat tūc recipere Euchariſtiam: explicant præallegati Doctores; & quando poſſet præſumi prouenire à dæmone ad impediēdam communionem, non eſſet abſtinendum; Quando ex aliis cauſis, ſi illam paſſus ſe ſentiret notabiliter hebetē, & per cogitationes reflexum ad carnalia, nec mentem poſſet facile purgare; tunc ob reuerentiam ſacramenti deceret differre in alium diem, ſecus ſi non ſentiret ſe magis hebetem, nec ad carnalia per cogitationes reflexum, vt notaui *tom 1. mor. var. tit.1.n* 1261.

104 Ad primum ſecundæ ſententiæ *ibid. num.* 94. adductum ex traditis *num* 98. patet aliquam irreuerentiam contra Sanctam Euchariſtiam committi, dum mente diſtracta ad carnalia, & præteritæ voluptatis recordatione immunda ad illam, atque adeo non cum diſpoſitione tanto ſacramento debita acceditur. Ad illud, quod nulla reperitur prohibitio, verum eſt iuris poſitiui, & Eccleſiaſtici; adeſt tamen prohibitio iuris, ſeu præcepti naturalis, & diuini diſpoſitionem attentionem, & deuotionem, in communicaturo requirens. Non enim omnia, quæ ad debitum modum recipiendi Euchariſtiam, & ad reuerentiam erga illam ſpectant ab Eccleſia præſcripta, & ſtatuta ſunt; ſed quædam Eccleſia præſcripſit, vt ieiunium naturale; & alius ritus determinatus, quædam dictantur ab ipſo lumine naturali intellectus ſuppoſita excellentia, & dignitate tanti ſacramenti, ad quod accedendum eſt. Et ſicut modeſtia, & reuerentia externa, quando acceditur ad idem ſacramentum, eſt neceſſaria ad debitum modum accedendi, ita quod ſi quis accederet loquendo vana, aut corporis geſtus contra modeſtiæ virtutes exercens, eſſet peccatum veniale contra reuerentiam debitam ſacramento, vt ipſe Ioannes Sancius *d. diſput. 23. num.* 20. cum Ludouico de Sancto Ioanne *in ſumm. tractat. de Euchariſtia quæſt. 7. art. 5.* Ledeſma, & Marſilla tradit. Quia etſi de ea non extat expreſſa lex eccleſiaſtica, vel diuina poſitiua, nihilominus dictatur à lumine naturali intellectus, & ſubintelligitur præcepta in ipſa inſtitutione ſacramenti, vt cibi ſpiritualis à fidelibus ritè, & ſanctè recipiendi. Ita etiam debitum reuerentiæ internæ in accedendo ad idem ſacramentum dictatur à lumine naturali intellectus, & ſubintelligitur præceptum in eadem ſacramenti inſtitutione; ad quam internam reuerentiam ſicut pertinet præparare mentem internam bonis cogitationibus, & deſideriis; ſic poteſt ad eam pertinere aliquando mundare animum ab aliquibus reliquiis turpium cogitationum, aſſumendo aliquid temporis, quo id ſaltem mediocri diligentia præſtari poſſit.

An ſacram Euchariſtiam recipere cum actuali diſtractione mentis ad vana, & inutilia, aut cum actuali delectatione, ſeu affectu obiecti venialiter illiciti ſit ſpeciale peccatum veniale irreuerentiæ, & ſacrilegij; anque nulla fiat irreuerentia contra ſacramentum Euchariſtiæ, ſi quis in ſtatu gratiæ, & poſt confeſſionem mortalium illud recipiat abſque alia præparatione.

Hinc reiicienda prorſus eſt doctrina, quam (& fortè ea fuit vnum ex capitibus, propter quæ eius liber fuit ſuſpenſus, donec corrigeretur) tradit Ioannes Sancius *in ſelectis diſp* 22. *n* 9. & *d. diſp. 23. n* 21. & 32. vbi poſtquam dixit eſſe quidem veniale peccatum accedere ad Sanctam Euchariſtiam cum peccato veniali directè oppoſito ad naturam actus ſuſcipiendi, ſcilicet, ſi ob vanam gloriam quis communicet, aut ſi accedat cum irreuerentia exteriori, putà loquendo vana, vel corporis geſtus minus modeſtos exercendo; ducet nullum eſſe peccatum, neque veniale nouum contra ſacramenti reuerentiam, ſeu contra diſpoſitionem ad recipiendam S. Euchariſtiam requiſitam accedere ad illam cum actuali voluntaria diſtractione, & euagatione mentis ad obiecta temporalia, vana, & venialiter mala, & etiam cum actuali cogitatione, & voluntate committendi peccatum aliquod veniale mendacij, aut detractionis, aut leuis vindictæ, aut cum actuali delectatione de re venialiter mala, dicens tunc quidem committi peccatum veniale cogitationis vanæ, aut leuiter ex obiecto malæ, aut mendacij, aut iræ, vel delectationis malæ in re leui; præter hoc autem peccatum veniale nullum aliud committi ſic accedendo ad S. Communionē. Quam doctrinam tradunt etiam Vaſq *de Euchariſtia diſp.* 207. *c.2.* & Sà V *Euchariſtia*; Et Sancius primò illā (& eodē ſuo modo Vaſq.) probat, quia per hæc venialia nō impeditur effectus principalis cōmunionis, qui eſt augmentū gratiæ ſanctificantis, ergo nulla fit irreuerentia etiā ſacramento, aliàs illa irreuerētia leuis in ſacra cōmunione ſine fundamēto excogitaretur. Quod verò impediatur feruor, aut ſpiritualis dulcedo, aut alius effectus, qui nō ſit præcipuus, nō cōuincit eſſe peccatū veniale; Quia fideles non tenentur ad procurandum omnē effectū, quē Euchariſtia poteſt cauſare. Secūdò præcipuè quoad diſtractionem mentis voluntariam probat Sancius *d. n.* 32. nō eſſe ſpeciale peccatū veniale irreuerentiæ cū tali diſtractione mētis communicare; quia non eſt eadē ratio, inquit, de cōmunione, ac de oratione; qui enim diſtractus, & abſq; vlla attētione interna orat, peccat venialiter præter peccatū, in quo eſt, quia attentio eſt de ſubſtātia orationis; cū enim ſit loquutio ad Deū, attētè loqui debemus, aliàs irreuerentia fieret ei, cū quo loquimur. At ſuſcipere Euchariſtiam, cum non ſit locutio, ſed manducatio, non requirit ſub præcepto attentionem, bene tamen ſub conſilio, nec iniuria fit cibo, ſi diſtractè ſumatur. ita Ioannes Sancius. Quæ repetit *part. 3. tract. 4. reſol. 31.* Poteſt etiam tertio probari ratione eiuſdem Sancij ſuprà *n.* 95. adducta, & ab eo latius explicata, ſcilicet, quod iuxta Trid. *d. c.* 7. explicās illud Apoſtoli; *Probet autē ſe ipſum homo, &c.* ille dignè, & ſanctè ſuſpicit, qui nullius eſt criminis mortalis conſcius, & ſi erat per confeſſionem ſacramentalem prius ſe probauit, & remiſſionem obtinuit; qui autem ſanctè, & dignè communicat, nullam irrogat ſacramento iniuriam; licet conſultius, & honeſtius faceret accedendo 105

cum maiori ſanctitate, & dignitate, qua poſſet, & ſic cum deuotione, & attentione actuali ad myſte-
106 rium, quod tractatur.

Reijcienda, inquam, eſt præfata doctrina; Nam ſi non ſolum de conſilio, ſed etiam de præcepto ad ſuſcipiendam Euchariſtiam requiritur debitus modus reuerentiæ externæ, ita quod peccatum veniale irreuerentiæ, & ſacrilegij committit, qui illud cum irreuerentia exteriori vana loquendo, vel geſtus corporis immodeſtos exercendo, aut cum habitu ſordido, aut facie laruata ſuſcipit; licet de hoc non ſit ius aliquod eccleſiaſticum, aut diuinum poſitiuum, quia id præceptum ſubintelligitur in ipſa ſacramenti inſtitutione, & recta ratio dictat ad hoc ſacramentum accedendum eſſe illa corporis compoſitione quoad actus, geſtus, habitum, quæ oſtendat reuerentiam, & externam deuotionem ſacramento tantæ ſanctitatis, & dignitatis debitam, vt ſupradictum eſt, & tradunt Reginaldus *lib.* 29 *num.* 112. & Ioannes Lugo *de Euchariſtia diſp.* 14. *ſect.* 4. *diſp.* 15 *ſect.* 1. & alij *infrà allegati*, & admittit idem Sancius *d. diſp.* 13. *num.* 20. cum alijs. Ita & non minus non ſolum de conſilio, ſed de præcepto eſt, ad accedendum ad Sacramentum Euchariſtiæ requiri reuerentiam interiorem mentis, & animæ, cum id non minus, immo magis dictet recta ratio, ſeu lumen intellectus agnoſcentis excellentiam, & dignitatem tanti ſacramenti, cum maioris cultus Dei ſit reuerentia interior animæ, quam exterior corporis, ſicut anima præſtat corpori, & reuerentia exterior conſiſtens in compoſitione corporis quoad actus, & geſtus exteriores, & habitos debeat eſſe talis, quæ interiorem animæ reuerentiam, & deuotionem oſtendat, idque etiam à lumine intellectus, ſeu recta ratione dictatur, vt notat loco citato Reginaldus. Ad reuerentiam autem internam pertinet (vt dixi) præparare mentem internam bonis, & pijs cogitationibus, & deſiderijs, & conſequenter excludere cogitationes vanas de re mala, imò etiam de rebus ex ſe indifferentibus, & non affici ſaltem actu delectationibus vanis, & malis, ſeu de obiecto malo licet leuiter, vel indifferenti, & conſequenter cum voluntarijs cogitationibus vanis, & talibus delectationibus, aut deſiderijs de re mala licet tantum leuiter accedere ad S. Euchariſtiam præter peccatum diſtractionis vanæ, & prauæ delectationis, ſeu deſiderij de re mala facienda v.g. mendacij, vel iræ aut detractionis accedere ad Euchariſtiam erit ſpeciale peccatum cuiuſdam irreuerentiæ ac ſacrilegij contra dignitatem tanti Sacramenti. Omnes enim dignitatis ſacramenti cognitionem habentes etiam alioqui rudes nedum Theologi fatentur non ſolum de conſilio, ſed etiam de præcepto ſaltem ſub veniali ad S. Communionem requiri aliqualem præparationem propter reuerentiam debitam tanto ſacramento, cui reuerentiæ certe aduerſatur modus ille accedendi ſine attentione, & deuotione interna, ſicut & ſine deuotione, & modeſtia externa. Quare, ſi dum quis non flexis genibus, nec diſcoperto, nec abſtinendo à vano colloquio, ſed ambulando capite coopetto, confabulando vellet communicare, tunc adeſt culpabilis defectus reuerentiæ, & diſpoſitionis debitæ, committiturque peccatum veniale irreuerentiæ, & ſacrilegij ſic communicando: ita proculdubio fatendum eſt, (& neſcio qua ratione quis poſſit negare) ſi quis cum voluntaria cogitatione, & delectatione de actu coniugali præterito, ſeu complacentia in voluptate carnali habita in actu coniugali præterito; aut cum voluntaria diſtractione ad negotia ſecularia, & cogitatione de rebus vanis, & etiam malis, etſi non grauiter, & actuali deſiderio illas exequendi, ad Sacram Euchariſtiam accedat, tunc adeſſe culpabilem defectum illum reuerentiæ, & diſpoſitionis debitæ, committique peccatum irreuerentiæ, & ſacrilegij. Quis etiam excuſabit ab omni culpa, & à peccato irreuerentiæ eum, qui ſtatim poſt vana cum alijs colloquia, vel etiam detractoria, vel à ludo ſurgens, vel ab actu coniugali recedens immediate Euchariſtiam reciperet, & deinde ſtatim ad eadem colloquia ad ludum, ad tactus, & amplexus venereos cum coniuge rediret? Negari abſque dubio non poteſt, quod res ſacræ, vt ſunt præcipue omnia ſacramenta, & maxime Euchariſtia, propter ſuam dignitatem exigant peculiarem reuerentiam in eorum vſu, & receptione. Et ſi ad orandum, ſeu & recitandum preces ſacras, & loquendum cum Deo requiratur de præcepto interna attentio, & deuotio, aliqualiſue præparatio, qua mens auocetur ab externis, & ad Deum eleuetur. Quanto magis aliqua præparatio interna neceſſaria eſt ad diuiniſſimã Euchariſtiam: ac proinde ad illam accedere cum diſtractione voluntaria actuali ad res profanas etiam ex obiecto non malas, & illicitas, ſed tantum indifferentes erit defectus reuerentiæ, & peccatum veniale irreuerentiæ, & multò grauior irreuerentia erit accedere cum actuali voluntaria cogitatione, & amore obiecti illiciti, etſi tantum venialiter mali. Quibus etiam in caſibus voluntariæ diſtractionis, ſeu cogitationis rerum profanarum, aut obiectorum ex ſe venialiter illicitorum, aut actualis amoris illorum, ſeu complacentiæ in illis ad Euchariſtiam ſic accedendo non ſolum committitur peccatum veniale irreuerentiæ, & ſacrilegij contra religionem, ſed etiam ipſa communio, ſeu receptio ſacramenti efficitur venialiter mala, ſeu venialiter vitiatur, vt notat Ioannes Lugo *ſect.* 2. *num.* 48. & prius docuit Marſilius *in* 4. *q.* 6. *num* 4. *concl.* 3. *relatus* à Palao *de Euchariſtia diſp. vnica p.* 11. *num.* 3. Quia ſuſceptio Euchariſtiæ cum tali voluntaria indiſpoſitione ex parte intellectus, & ex parte voluntatis, & cum peccato veniali, de quo, quis actu cogitat, & ſibi complacet, non poteſt omnino placere Deo, ſed imò illi eſt aliqualiter ingrata, & conſequenter peccaminoſa, vt idem Marſilius, & Palaus *d. p.* 11. *num.* 6. etſi Deo non ſit ingrata abſolutè (inquit idem Palaus contra eundem Marſilium aſſerentem ob talem indiſpoſitionem communionem non cauſare effectum gratiæ principalem) & ſecundum ſe; ac proinde (ſi nil aliud obſtet) eius efficacia ex opere operato non impeditur, quo ad effectum principalem gratiæ ſanctificantis; etſi impediatur efficacia ex opere operantis habere, & effectus feruoris, & ſpiritualis dulcedinis. Non igitur ſufficit, quod fidelis ſit abſque conſcientia peccati mortalis, atque adeo ſacramentum poſſit conferre effectum gratiæ, vt in acceſſu ad illud euitetur omnis culpa venialis, eiuſque ſuſceptio ſit ſimpliciter, & omnibus modis bona, & honeſta, ſeu non peccaminoſa hic, & nunc, ſed fatendum eſt ex cauſa indiſpoſitionis, & ex defectu præparationis, & deuotionis committi peccatum veniale ſacrilegij, ipſamque ſuſceptionem ſacramenti eſſe peccatum veniale propter defectum debitæ reuerentiæ. Quod etiam confirmat Ioannes Lugo alio exemplo; nam ſi quis quotidie, inquit, & ſingulis horis diei ter, aut quater Euchariſtiam acciperet, etiam ſecluſa prohibitione eccleſiæ communicandi bis eadem die, frequentia illa proculdubio contineret irreuerentiam. Quamuis minus rectè, & contra communem ſenſum idem Ioannes Sancius *diſp.* 22. *num.* 15. dicat, quod ſi non eſſet præceptum illud Eccleſiæ melius eſſet pluries in die communicare. Ex quo infero iuxta eum etiam centies, & millies eſſe communicare, quàm abſtinere vnico momento, in quo quis poſſet Euchariſtiam recipere; quod certe ſine irreuerentia, irriſione, & contemptu tanti ſacramenti fieri poſſet:

107 Et quod accedens ad Sacram Euchariſtiam cum voluntaria diſtractione ad res vanas, & inutiles; aut delectatione rei profanæ, aut obiecti tametſi leuiter illiciti, ſeu cum actuali affectu, & propoſito peccati venialis præter hoc peccatum committat etiam ſpeciale peccatum irreuerentiæ & ſacrilegij, eo quod accedat ſine debita deuotione, & reuerentia, colligitur ex D. Thoma 3. *p. q.* 79. *art.* 8. & in terminis Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 66. *ſect.* 1. Reginaldus *lib.* 29. *n.* 99. Filliucius *tom.* 1 *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 106. Layman *lib.* 5. *tr.* 4. *cap* 6. *num* 3. Caſtrus Palaus *d. p.* 11. *n* 6. Villalobos *p.* 1. *tract.* 6. *diff.* 36. a 2. Ioannes Lugo *d diſp.* 4. *ſect.* 2. *& d. diſp* 15 *ſect.* 1. Stephanus Baunes *de Sacramentis tract.* 5. *vbi de ſuſcipiente Euchariſtiam q* 22 *dub.* 4. Et procul dubio ita ſentiunt *Doctores ſuprà n.* 91. *& n.* 98. *relati.* Quibus in caſibus, ſicut quando communio fit ob vanam gloriam, vel cum irreuerentia exteriori, Suarez, Filliucius, Lugo, & alij aiunt peccatum illud veniale voluntariæ diſtractionis, & vanæ cogitationis, aut actualis affectus, ſeu propoſiti peccati venialis eſſe circumſtantiam actus communicandi illum etiã efficiens venialiter malum, ſeu peccaminoſum, & aliqualiter Deo ingratum. Addunt rationem, quia eſt contra reuerentiam Euchariſtiæ Sacramento debitam, illud ſuſcipere cum re, ſeu circumſtantia, quæ eius fini, & inſtitutioni aduerſatur; id autem facit, qui cum actuali euagatione mentis voluntaria, aut actuali affectu venialium, vel committendo aliquod veniale ſumit Euchariſtiam. Nam Sacramenti Euchariſtiæ ſecundarius finis, & effectus eſt animam ſumentis cœleſti conſolatione, & ſacra quadam voluptate, & conſolatione replere per modum cibi ſpiritualis, & etiam venialia remittere; venialia autem peccata hunc effectum impediunt, hoc ipſo quod actualem charitatis feruorem, & deuotionem directè impediunt, aut minuunt, & de ipſis voluntas actualem habet complacentiam. Ergo peccata venialia, quæ actu committuntur inter ſumptionem Euchariſtiæ aliquo modo repugnant eius fini, & inſtitutioni; & conſequenter efficiunt, vt minus dignè, & reuerenter ſuſcipiatur; & etiam minus fructuoſe quoad effectum gratiæ ſanctificantis, cuius augmentum tanto copioſius infunditur, quanto melius homo diſpoſitus eſt. Quæ ratio deſumpta eſt ex D. Thoma 3. *p. q.* 79. *art.* 8. vbi ita habet. *Effectus huius ſacramenti non ſolum eſt adeptio habitualis gratiæ ſed etiam quædam actualis refectio ſpiritualis dulcedinis, quæ quidem impeditur ſi aliquis accedant ad hoc ſacramentum per peccata venialia mente diſtractus.* Ex quo colligitur eundem S. Thomam eſſe huius ſententiæ. Huius ſententiæ etiam procul dubio fuerunt D. Auguſtinus *relatus in can. quatidie, de conſecrat. d.* 2. vbi: *Si habet,* (inquit) *voluntatem peccandi, grauari magis dico Euchariſtiæ perceptione, quam purificari;* loquitur enim de eo, vt patet ex ipſo canone, quem capitalia peccata non grauant. Tum D. Anſelmus in 1. *ad Cor.* 11. vbi manifeſtè indicat eum, qui ex conſuetudine multa venialia committit, & ſentit ſe grauatum eorum conſcientia, ideoque indiſpoſitum, ſine dolore eorum accedit ad S. Euchariſtiam capiendam, peccare venialiter (id quod expreſsè etiam tradunt Suarez, Reginaldus, Layman, Filliucius, & Villalobos *locis ſuprà citatis*, & Ioannes Lugo *d. ſect.* 2. *n.* 32.) verba D. Anſelmi ſunt. *Indignè accedit, qui vel aliquod graue peccatum, vel multa leuia commiſit, & non eſt confeſſus.* Hoc enim ſaltem de indignitate veniali reſpectu venialium intelligendum eſt.

108 Ex quo etiam patet, ſi peccata venialia ſint multa, vel aliquo modo grauia, & nulla pœnitentia vel emendationis propoſitum concipitur, efficere vt ſit peccatum veniale cum ipſis recipere Euchariſtiam, ipſaque communio ſit peccaminoſa venialiter, vt iidem DD. Suar. & cæteri *alleg. loc. cit.* aſſerunt, quia animam aliquo modo ſordidam, & maculatã reddũt, & quaſi quodam pondere grauant, & actualem deuotionem impediunt, ac proinde ſunt cauſa vt ſacra Euchariſtia minus reuerenter ſuſcipiatur, minuſque fructuoſe, ponunt obicem aliquibus eiuſdem Euchariſtiæ effectibus, vt eorum remiſſioni, & feruori charitatis. Quapropter priùſquam ad Euchariſtiam accedatur per pœnitentiam, & actualem deuotionem ſunt purgandæ huiuſmodi ſordes veniales multiplicatæ vel aliquanto graues, vt anima præparetur ad dignam receptionem, ad quod ſignificandum Chriſtus videtur (vt notat Lugo *vbi ſuprà*) lauiſſe diſcipulorum pedes, antequam illis Euchariſtiam daret; in lotione enim pedum ſignificata eſt purgatio, & munditia affectuum venialium, vt conſtat ex textu Euangelico. Porrò hæc præparatio, & diligentia ad purgandam animam à venialibus non eſt neceſſaria, nec ſufficit eadem in omnibus; ſed requiritur, & ſufficit iuxta ſymbolorum conditionem & capacitatem; minor in puero, & ruſtico, & perſona ſimplici; maior in viris maiorem & perfectiorem cognitionem ſacramenti, & ſacrorum myſteriorum habentibus, vt in Sacerdote, & adhuc maior in viro religioſo, vel monacho contẽplationi dedito. Attenta ſemper multiplicitate eorundem venialium, vel eorum grauitate, ſeu tali eorum ſpecie, vt Lugo vbi ſupra, vbi idem dicit de gratiarum actione; cum enim aliqua poſt communionem gratiarum actio requiratur, ſicut ante requiritur aliqua præparatio, vt dictum eſt, huiuſmodi gratiarum actio non in eadem menſura ab omnibus exigitur, ſed pro ſingulorum conditione, & capacitate.

Cæterùm vbi peccata venialia habitualia non ſunt multa, vel valde grauia; cum aliquo peccato veniali habituali, licet ſine dolore, & propoſito emendationis de eo, ſiue quia non recordatur, ſiue quia ob humanam fragilitatem aliquam non poteſt facile auertere voluntatem ab eo leui affectu, ſuſcipere S. Euchariſtiam non eſſe peccatum veniale irreuerentiæ, & defectus debitæ diſpoſitionis tradunt locis citatis Suarez, Reginaldus, & Filliucius, & indicant Layman, Ioannes Lugo *d. ſect.* 2. & Coninck *q.* 79. *art.* 9. ſi alioqui procuret accedere cum amore, reuerentia, & deuotione, ac diſcuſſione conſcientiæ ſi à longo tempore non ſit confeſſus, & nullum aliud interueniat impedimentum ſiue cenſuræ, ſiue prohibitionis Prælati, ſiue ſcandali. Ratio eſt, tum quia culpa huiuſmodi in habitu non eſt circumſtantia actus; tum quia ab hominibus attenta eorum fragilitate exigenda non eſt maior diſpoſitio alioqui ſoli ſanctiſſimi viri ad ſacram Euchariſtiam poſſent accedere abſque peccato. 109

Ex quibus ad primum argumentum Sancij *n.* 105. adductum reſpondetur ex dictis *n.* 106. *&* 107. ad euitandam culpam venialem in ſuſceptione Euchariſtiæ non ſufficere ſolam diſpoſitionem animæ neceſſariam ad augmentum gratiæ ſanctificantis; & venialia actualia repugnare fini ſecundario inſtitutionis eiuſdem Euchariſtiæ, & conſequenter irreuerentiam aliquam ſacramento irrogari ad illud accedendo cum iiſdem peccatis actualibus venialibus; vt latius explicatum eſt; non enim irreuerentia contra ſacramentum committitur, ſolum accedendo cum circumſtantia impediente effectum gratiæ ſanctificantis, qui eſt primarius finis Euchariſtiæ ſed etiam accedendo cum circumſtantia impediente effectum eiuſdem Euchariſtiæ ſecundarium; ſolum intereſt, quod in primo caſu committitur reuerentia mortalis, in poſteriori tantum venialis. Ad ſecundum patet etiam ex dictis, quod ſicut ad recitandas preces ſacras, & ad orandum requiritur aliqua interna 110

Præparatio, attentio, & deuotio, qua mens ab externis auocetur, & ad Deum eleuetur, ita multo magis ad recipienda ſacramenta, præſertim Euchariſtiam, cum ſint res ſacræ, & ſanctæ, Euchariſtia continet fontem omnis Sanctitatis, & communio non ſit quæcunque manducatio, ſed cibi ſpiritualis, viui, & ſanctiſſimi; & ſi argumentum ex ipſa manducatione deſumptum probaret, conuinceret etiam ad communionem non eſſe neceſſariam vllam externam reuerentiam. Nam ad manducationem parum refert, quod qui manducat, id faciat ſtans, capite cooperto, confabulando, & geſtibus virtuti modeſtiæ repugnantibus.

110 Ad tertium argumentum *eodem n.10. & ſuprà n.95.* adductum, reſpondetur duplicem eſſe indignitatem reſpectu ſumptionis ſacræ Euchriſtiæ, & receptionis cuiuſuis ſacramenti, alteram grauem, quæ impedit omninò effectum ſacramenti ex opere operato; alteram leuem, quæ non tollit effectum gratiæ ſanctificantis ex opere operato, ſed copioſiorem fructum gratiæ, & effectus ſecondarios, & prima indignitas dicitur indignitas ſimpliciter, & repugnat grauiter præcepto naturali, & diuino, & etiam eccleſiaſtico de accedendo in ſtatu gratiæ ad fontem ſanctitatis, & ad ſacramentum, quod non ad primam gratiam; ſed ad augmentum gratiæ conferendum per ſe primo inſtitutum eſt. Altera dicitur indignitas ſecundum quid, quæ leuiter repugnat præcepto virtutis religionis, & naturali, ſeu diuino de tractandis myſterijs ſacris, ſacramentiſque recipiendis præſertim Euchariſtia ſumenda cum debita reuerentia, cui reuerentiæ opponitur irreuerentia illa, quæ conſiſtit in acceſſu ad communicandum, vel celebrandum abſque vlla præparatione, aut oratione præuia, cum mente diſtracta ad vana, & inutilia, aut cum actuali affectu obiecti venialiter illiciti; ſicut enim in alijs præceptis ad virtutem charitatis, vel iuſtitiæ, vel religionis, vel caſtitatis obligatio non conſiſtit in indiuiſibili, ſed datur obligatio grauis, & obligatio leuis, ita oportet omnes fateri (& oppoſitum niſi temere aſſeri poteſt) quod reuerentia Euchariſtæ ſacramento debita non conſiſtit in indiuiſibili, ſed aliqua præcipitur graui obligatione, aliqua obligatione leui, ac proinde poſſit in eius ſuſceptione peccari grauiter, quando irreuerentia eſt grauis oppoſita effectui principali, & etiam leuiter, quando irreuerentia in receptione illius eſt leuis; puta accedendo abſque vlla præparatione, vel præuia oratione, cum mentis euagatione ad vana, & affectu actuali peccati venialis, vel cum exteriori immodeſtia capite cooperto, aut loquendo vana.

Neque D. Paulus 1. *ad Cor.* 11. illis verbis: *Probet autem ſe ipſum homo*, &c. & Tridentinum *d. cap.* 7. *ſeſſ.* 13. eiuſdem D. Pauli dicto innixum, dum aiunt eum, qui caret indignitate illa graui, ſcilicet conſcientia peccati mortalis digne accedere, excludunt alia requiſita, vt euitetur indignitas leuis, quæ ſunt indebitus modus, & reuerentia tanto ſacramento conueniens ad quam ſpectat aliqua interna præparatio, & deuotio, & attentio mentis ad ſpiritualia, vt ſupra explicatum eſt. & ſicut D. Paulus, & Tridentinum non excludunt debitum accedendi cum modeſtia, & reuerentia externa, vt ipſe Sancius, & Vaſquez fatentur, quia reuerentia illa externa ſubintelligitur, dum quis vult de eo pane cæleſti edere: ſic profecto neque debitum reuerentiæ internæ, vt etiam ſupradictum eſt. Addo aliquos Patres, nempe, Chryſoſtomum, Ambroſium (vt refert Cornelius à lapide *ind. cap.* 11. *ep.* 1. *ad Corinth.*) & etiam Anſelmum (vt teſtatur Ioan. Lugo *de Euchariſtia d. diſp.* 15. *ſect.* 1 *num.* 7.) intelligere illud verbum, Probet, non ſolum de probatione ſimpliciter neceſſaria auferendo mortalia, ſed etiam de probatione ſecūdū quid, ſcilicet, de purgatione à venialibus, & eorū radicibus, & præſertim de illis, quæ afferunt irreuerentiam contra tantū ſacramentū, & impediunt copioſiorem fructum, & effectum eiuſdem ſacramenti ſecundarium ſupra explicatum. Prædicta paulo latius ſum proſequutus, quia exiſtimaui Ioannis Sancij doctrinam derogare reuerentiæ ſacramento admirabili debitæ, & etiam eſſe pernicioſam fidelibus, quos facile poteſt reddere negligentiores in præmittenda conuenienti præparatione, & diſpoſitione, antequam ad id ſacramentum accedant. Sed redeundo ad rem noſtram.

Quo die, vel in cuius antecedenti nocte coniuges habuerunt copulam coniugalem, an ſit laudabile, & conſulendum, vt abſtineant à ſacra communione, differendo illam in alium diem, an verò potius ſit illis conſulendum, vt eadem die communicent.

Videndum remanet, an laudabile, decentiæ, & honeſtati conueniens ſit ob ſacramenti reuerentiam, quo die, vel nocte antecedente coniuges copulam carnalem exercuerunt tam petendo, quam reddendo etiam ob aliquem finem honeſtum ex explicatis *ſuprà num.* 69. abſtinere à communione, illamque in alteram diem differre, idque à Confeſſarij, proinde pœnitentibus conſulendum, niſi aliqua ex iuſtis cauſis *ſuprà n.* 99. traditis eodem die communicandum eſſe ſuadeat, vel cogat.

Et Ioannes Sancius *allegata diſp.* 23. *n* 11. 13. *& ſeqq.* duo dicit. Verum ante copulam habitam ſanum quidem conſilium eſſe, ideo conſulendum eſſe coniugibus ſumpturis ſacram Euchariſtiam, vt ob reuerentiam Euchariſtiæ ſuſcipiendæ eo die, ſeu ſaltem nocte antecedente diem ſumptionis Euchariſtiæ à copula cõiugali abſtineant; ſicut etiam ſanum conſilium eſt, vt pridie Euchariſtiæ ſumendæ abſtineat homo à ludo licito, vel à cibo, & alias mortificationes exerceat, vt dignius Euchariſtiam ſumat. Alterum, ſi non abſtinuerint, ſeu poſt habitam copulam coniugalem etiam voluptatis carnalis gratia non eſſe expediens, nec conſulendum coniugibus, vt ob reuerentiam Euchariſtiam non ſumant, quia id minus bonum eſt, vt pote conſilium de minori bono; ſed potius è contra illis conſulendum, vt communicent, quia id maius, & excellentius bonum eſt. 111

Primum dictum probat, quia quamuis habere copulam coniugalem ante ſumptam Euchariſtiam ſit actus virtutis; tamen excellentior actus virtutis exercetur abſtinendo ob reuerentiam Euchariſtiæ, quam non abſtinendo à copula, quando Euchariſtia foret ſumenda. Abſtinens enim ob reuerentiam, actum excellentis religionis exercet, non abſtinens vero, iuſtitiæ, ſi debitum coniugale exigeretur, aut religionis inferioris, ſi cauſa finis matrimonij ſcilicet procreandi prolem copulæ vacaret.

Secundum dictum probat, quia qui poſt habitam copulam coniugalem ab Euchariſtia capienda abſtinet reuerentiæ cauſa, licet quidem actum religionis exerceat, impedit tamen actum excellentioris religionis, ſcilicet realem ſuſceptionem Euchariſtiæ. Cum enim propter quod vnumquodque tale, & illud magis; & deſiderium ſuſcipiendi Euchariſtiam ſit propter realem ſuſceptionem; ſit ſi deſiderium illius eſt actus religionis, perfectiorem actum fore realem ſuſceptionem. Si dicatur hæc vera per ſe loquendo, ex accidenti verò contrarium euenire poſſe, & ita rectius agere coniugem poſt copulam eo die habitam ab Euchariſtia abſtinere, quam non abſtinere. Vrget Sancius, quia ſi ſuſcipere Euchariſtiam poſt copulam 112

Iam nullum eſt peccatum, vt ſupponitur; & ex alia parte perfectior actus virtutis eſt realis ſuſceptio, quã illius deſiderium, non erit ſalubrius conſilium non agere, quod in ſe eſt perfectius.

Secundo probat, quia conſilium vt ſalubrius illi
114 adhærenti, debet afferre illi maius bonum ex Suarez *de religioſo ſtatu lib.1.cap.7.num.7.* & maiora bona, imò maxima proueniunt ex communione, quibus abſtinens ab ea priuatur. Nam ſuſcipere Euchariſtiam adhuc poſt habitam eo die, vel nocte antecedente copulam coniugalem, etiam ob voluptatem carnalem cauſat ſuſcipienti gratiam ſacramentalem, remiſſionem venialium, præſtat auxilia congrua ad vincendas tentationes, ſedat paſſiones, & incentiua carnis; ac ſanitatem corporis ex ſe adducit, dum moderatur omnium calorem, qui poſſet libidinem excitare, ex quo corpus reducitur ad optimum temperamentum, à temperamento autem conſtat valetudinem corporis depẽdere. Denique viam parat ad omnes virtutes acquirendas, humilitatem, affabilitatem, temperantiam, miſericordiam. Abſtinens autem ob reuerentiam Euchariſtiæ ſolum comparat meritum reuerentiæ. Si dicatur eum, qui habuit copulam, poſſe poſtea præfata bona conſequi communicando die ſequenti, vltra meritum reuerentiæ ob abſtinentiam eo die copulæ acquiſitum. Vrget Sancius, ſi coniux velit die habitæ copulæ communicare, & etiam die ſequenti non apparere rationem, ob quam debeat defraudari. Neque hinc rectè inferri; ait idem Sancius *num.27.* dari occaſionem coniugibus non abſtinendi à copula pridiè ſuſceptionis ſacramẽti quia, cum ſint ſecuri, quod nec etiam contra conſilium agunt, communicando poſt habitam copulam, contemnent abſtinentiam. Nam qui abſtinet, ſubdit idem Sancius *num.28.* vt Euchariſtiam ſuſcipiat, duplex meritum ſibi comparat, & reuerentiæ, & realis ſuſceptionis; nec contemnent coniuges abſtinere à copula, quia licet non defraudentur Euchariſtia, tamen defraudantur merito, quod ex reuerentia reportarent, ſi abſtinuiſſent, quod, inquit, maximum eſt. Ait etiam *num.37. & 38.* teſtimonia Hieronymi, & aliorum Patrum, & Conciliorum, de quibus *ſuprà n.91.* & etiam teſtimonium D. Pauli 1 *ad Corinth.7.* & teſtimonia Patrum relata in ſacris canonibus *ſuprà num.81. adductis* intelligi, ſeu loqui iuxta primum dictum eiuſdem Sancij, ſolumque probare eſſe conſulendum coniugibus, vt abſtineant à copula ante Euchariſtiæ ſuſceptionem ad illam ſuſcipiendam; dato tamen quod illam iam habuerint; non eſſe conſulendos, vt ab illa abſtineant, neque id docere *dictis numero 91.* citatos; neque Concilia præſertim Elibertinum. Et in ſpecie ad illud Hieronymi *in cap. ſciatis* de panibus propoſitionis, ait, quod ibi non intendit in omnibus proportionem ſeruare inter Euchariſtiam, & panes propoſitionis, quod ſicut illi nõ manducabantur de facto; ita de facto non aſſumatur Euchariſtia poſt copulam; ſolum ſeruatur, inquit proportio, quod ſicut illi de facto non manducabantur habita copula; ſic curent coniuges vitare copulam, vt de facto reuerentius Euchariſtiam ſuſcipiant. Et hanc ſententiam Sancij amplexus eſt Leandrus diſcalceatus *de ſacram.p.2.tract.7.diſp.6.q.5.* quando copula fuit habita cauſa prolis, & vel alterius honeſti finis, indicans ſe contrarium ſentire vbi copula fuiſſet exercita ob carnalem voluptatem; fundatur enim in reſponſo D. Gregorij *relato in can vir. cum propria 33.q.4.* & in expoſitione Gloſſa *ibid.* quod reſponſum cum expoſitione eiuſdem Gloſſæ relatum eſt *ſuprà num.97.*

115 Præterea (quod longe maius eſt) idem Ioannes Sancius *d.diſp.23.num.40.* ob eandem rationem num. præcedenti adductam, ſcilicet, quia ex communione quis maxima bona comparat, aſſerit, etiam eum quis voluntariam pollutionem, aut fornicationem in nocte præcedenti commiſit, ſi die ſequenti confiteatur, & velit Euchariſtiam recipere nulla ad id vrgente cauſæ exiſtente, non eſſe diſſuadendum, ſed potius illi conſulendum, vt communicet.

Denique ex eadem ratione, & alia *num. 113.* poſita idem Sancius *num.40.* infert, inualidum eſſe votum coniugis de non communicando die habitæ copulæ: 116
Cum enim ſit melius, inquit, communicare die copulæ, quam abſtinere; ſit materiam voti non eſſe abſtinentiam à communione; & licet abſtinentiæ à communione ob reuerentiam ſit actus virtutis, cum tamen ſit perfectioris actus impeditiuus, inepta eſt materia ad votum. Prædicta omnia, & alia (ſcilicet quod conſilium ſit cum diſtractione mentis actuali ad inutilia, & vana accedere ad Euchariſtiam, ſuppoſito, quod communicaturus nolit mentis diſtractionem expellere) iam refutata tradit Io. Sancius *d. diſp.13.* quæ omnia etiam refert Diana *p.3 tract.6.reſol. 31.* ſubdens an ſint probabilia, remittere ſe iudicio aliorum, ſe autem ſequi contrariam ſententiam, ſcilicet eſſe coniugibus conſulendum poſt habitam copulam nocte ſaltem antecedente, non recipere Euchariſtiam.

Igitur contra præfatam doctrinam Ioannis Sancij 117
ſtat communis ſententia Doctorum aſſerentium regulariter loquendo, & niſi alia iuſta cauſa ex traditis *ſuprà num.99.* vel ſimili oppoſitum manifeſte ſuadeat, laudabile, decentiſſimum, & decori, ac reuerentiæ erga ſacramentum congruens, & conuenientiſſimum, atque conſulendum, vt coniuges à ſumptione Euchariſtiæ abſtineant eo die in quo, vel in cuius ſaltem antecedenti nocte copulam habuerunt ſiue petendo, ſiue reddendo; & maxime quando copula habita ſit carnalis voluptatis gratia principaliter. Ita in terminis Viguerius *inſtitut. cap. 16.§.3.verſic. 22. relatus* à Lugo *loco infrà citato.* Salazar *in tract. de frequentia communionis cap 9.§.1. & ſeqq. relatus* à Diana *d. reſol.71.* idem Diana *ibidem* Fagundez *de præceptis eccleſiæ præcept.3.lib.3. cap.6.num.16 & 20.* & ex Doctoribus *ſuprà n.97. & 98. relatis*, S. Thom. Albertus Magnus, Maior *locis d.nu.98.relatis.* Suarez *d.diſp.66.ſect.2.* Sanchez *d.diſp.13. num.4.* Scortia *d.cap.7.num.4.* alij autem intrinſece. Coninch *d q.80.art. 7.num.44. & 45.* Martinus Perez *d.diſp.49 ſect.3. num.8.* Reginaldus *d. lib 29. num.117. & lib.31.num.345.* Villalobos *tract.13.d.diff.41. num.3.* Stephanus Bauny *allegata q.10.concl. 2.* Ioannes Lugo *de Euchariſtia allegata diſp. 15.ſect. 2. num. 24.* ex Doctoribus *ſuprà n.93 allegatis* Baſilius Pontius, Hurtadus, Bonacina, Caſtius Palaus *locis citatis.* expreſſè docentes coniuges die habitæ copulæ ex decentia, & honeſtate debere abſtinere à S. Communione; idem docent Victoria, Soto, & Henriquez *relati à* Scortia *vbi ſuprà.* Idem à fortiori ſentiunt omnes Doctores *ſuprà num.91.relati*, abſolute aſſerentes eſſe peccatum veniale communicare eodem die habitæ copulæ; & relati *num. 98.* docentes eſſe veniale communicare poſt copulam eo die, vel antecedenti nocte habitam ob voluptatem carnalem. Et ita profectò ſentiunt Sancti Patres *ſuprà num.91 relati*; præſertim, & apertiſſimè D. Hieronymus *in d. can. ſciatis 33. q.4.* & in Apolog. ad Pammachium, & S. Gregorius in reſponſo relato in can. *vir cum propria 33. q. 4. ſuprà num.97.* adducto. Diuus enim Hieronymus in vtroque loco loquitur de coniuge, qui habuit copulam; quem eodem die vult debere abſtinere ab eſu agni, ſeu receptione Euchariſtię reputans ſaltem non conuenire reuerentiæ debitæ tanto ſacramento, vt paulo poſt ab amplexibus coniugalibus accedant ad oſculum Chriſti Domini per receptionem S. Euchariſtiæ, & exemplum quod ſicut panes propoſitionis

non

Digitized by Google

non poterant comedi ab iis, qui vxores cognouerant, ita multo minus poſt congreſſum coniugalem debet comedi panis cæleſtis, id manifeſte conuincit, licet de abſtinentia à panibus eſſet in lege ſcripta præceptum obligans ſub mortali, quod non adeſt de abſtinentia à communione poſt copulam coniugalem, ſed Diuus Hieronymus arguit à ſimili ad oſtendendum ſaltem honeſtatem, & congruentiá poſt talem copulam abſtinendi à ſuſceptione Eucharistiæ ob reuerentiam tanti ſacramenti, & immerito prorſus, & contra ſenſum verborum eiuſdem D. Hieronymi Ioannes Sancius ait, ſeu interpretatur, vt velit ſolum eſſe conſulendum coniugibus; vt abſtineant à copula ante Euchariſtiæ ſuſceptionem ad illam decentius ſuſcipiendam, non autem dicere, ſed conſulere vt habita copula pro eo die à communione abſtineant; hæc enim interpretatio idem eſt ac dicere album eſſe nigrum. Cum D. Hieronymus non potuiſſet clarius explicare, ſe loqui de abſtinentia ab Euchariſtia poſt coniugalem copulam exercitam, & amplexus cum coniuge habitos. Similiter Sanctus Gregorius in dicto reſponſo relato *in d. can. vir cum propria* dum dicit, eum, qui ſua coniuge voluptatis cauſa vtitur, prohiberi recipere S. Euchariſtiam, non poteſt rectè intelligi, vt tantum velit conſulendum, vt coniuges abſtineant à copula ante ſuſceptionem, cum clariſſimè dicat poſt copulam habitam abſtinendum ab ipſa receptione Euchariſtiæ; Reliqui etiam Patres *d. n. 91. relati*, & Concilia Elibertinum & Cabillonenſe, ideo volunt immediatè ante diem Euchariſtiæ ſumendæ coniuges debere à copula coniugali abſtinere, quia reputarunt non decere honeſtati, decori, & reuerentiæ tanto Sacramento debitæ regulariter minus conuenire, ſi poſt talem copulam eo die, vel ſaltem antecedente nocte habitam ad illud ſuſcipiendum accedatur; Et certe ſi decentia, decorum, honeſtas, & reuerentia qua conuenit Sacram Euchariſtiam ſumere ſuadet, vt coniuges communicaturi abſtineant à copula coniugali nocte antecedente communionem, vt dicunt Patres, & Concilia, & ipſe Sancius; ergo poſt copulam habitam eadem ratio decentiæ, & honeſtatis, & reuerentiæ erga Sacramentum dictat eſſe ſuadendum vt abſtineant à communione: conſilium enim abſtinentiæ à copula ideo eſt ſanum, & laudabile, quia ordinatur ad ipſam honeſtatem ſeruandam, & reuerentiam exhibendam, ſeu indecentiam vitandam in ipſa communione. Et ita hîc habet locum regula ab eodem Sancio adducta, propter vnumquodque tale, & illud magis. Cum ergo hæc ſit communis Theologorum, & etiam Sanctorum Patrum, & Conciliorum ſententia, theoricè, & practice tenenda eſt; præſertim cum fundamenta Ioannis Sancij non ſint talia, quæ potuerint à Sanctis Patribus, & Theologis pro hac ſententia allegatis ignorari, aut eorum vis nequiuerit dignoſci.

118 Ratio huius ſententiæ eſt, tum quia ob maculam, ſeu fœditatem, aut immunditiam corporis, quæ actũ coniugalem conſequitur, licet non culpabilem, non videtur decens, decori, & honeſtati congruum ſtatim corpore ita materialiter ſordido, & fœdo accedere ad capiendum Sacramentum fontem munditiæ, & puritatis continens; ſicut non decet ſordido habitu, vel facie exterius luto ſordida, niſi prius abluatur, & purgetur. Tum præcipuè, quia ad ſacram Communionem, vt ſupra probatum eſt, requiritur præparatio iuxta capacitatem communicantis, attentio, ſeu cogitatio de ſpiritualibus, & deuotio, atque affectus puritas; actum autem coniugalem, & voluptatem carnalem, quæ in ipſo percipitur, conſequitur regulariter mentis diſtractio, & euagatio ad carnalia, & hebetudo ad ſpiritualia; nec enim facile eſt animum corporis voluptatibus irretitum & affectum, aut earum recordatione, ſeu memoria adhuc plenum, vt par eſt, cogitare de ſpiritualibus, & de Deo eiuſque cultui ſpectantibus, illiſque affici. Et conſequenter remanet minus aptus ad ſuſcipiendam Euchariſtiam, ea reuerentia, quam decet habere fidelem ad illam capiendam accedentem. Et quamuis hæc ratio vrgeat magis, quando copula coniugalis eſt habita ob ſolam carnalem voluptatem, probat tamen etiam, quando habita eſt cauſa prolis, vel reddendi debiti, aut incontinentiæ eoitandæ, cum in quacumque copula interecedat non ſolum corporis immunditia ſed etiam voluptas carnalis, cuius memoriam, & affectum non eſt ita facile exuere, vt mens libera maneat ad cogitanda diuina & excitandos pios affectus erga Deum, & concernentia eius cultum. Decet ergo interponere aliquod tempus differendo communionem in alium diem, vt interim diluatur corporalis immunditia contracta & animus purgetur à reliquiis turpium cogitationum, eiſque expulſis mens ſeſe colligat, ad priſtinamque tranquilitatem redeat, fiatque apta, & expedita ad cogitanda, & tractanda ſpiritualia.

119 Prætera contra Sancium probatur eadem ſententia, quia in vſu ſacramentorum non ſemper attendenda eſt ſola vtilitas, ſeu conſiderandus ſolus fructus, qui ex opere operato percipitur, ſed etiam decentia, decor, honeſtas, ac reuerentia tali vſui conueniens, vt ſi hæc deſint, omitti ſaltem de conſilio debeat vſus ſacramenti. Ecce ſi quis carens mortali centies, ac milies in die pœnitentiæ ſacramento vteretur cum debito dolore confitendo aliquod veniale de nouo commiſſum, vel confitendo peccata mortalia aliàs ritè confeſſa, & remiſſa, ſemper reciperet gratiam ſacramenti ex opere operato; & tamen quis dicet eſſe laudabile, & conſulendum quempiam millies; vel centies in die confiteri? omnes certe diſſuadebunt, & fatebuntur non decere, nec honeſtati, decori, & reuerentiæ erga ſacramentum congruere. Similiter ſecloſo Eccleſiæ præcepto de ſemel tantum in die communicãdo, ſi quis ſingulis horis diei, imo ſingulis quadrantibus cuiuſlibet horæ in ſtatu gratiæ Euchariſtiam reciperet ſemper gratiam ex opere operato conſequeretur; nullus tamen dicet talem frequentiam conſulendam fore, ſed diſſuadendam, quia honeſtati, & decori non conueniret, irreuerentiamque quandam contineret, vt *ſuprà num. 106.* fine notatum eſt. Item ſi coniuges ſtatim, & immediate poſt habitam coniugalem copulam ſiue ob honeſtum finem, ſiue ob voluptatem abſque vlla præparatione & cogitatione de diuinis, & affectu actuali ad Deũ accedant ad capiendam Euchariſtiam, conſequentur effectum ea opere operato, ſi nullius criminis mortalis ſint conſcij; & tamen quis negabit hoc eſſe contra decentiam, decorem, honeſtatem, & reuerentiam ſacramenti; & non debuiſſe talibus coniugibus ſuaderi, vt tunc non communicent. Et idem dici poteſt de eo qui de ludo ſurgens accederet ad eandem Euchariſtiam ſuſcipiendam. Reuerentia igitur ſacramenti, ob quam Deus maxime colitur præferenda eſt vſui ſimplici ſacramenti, licet ex abſtinentia vſus non obtineatur fructus ſacramenti: & vbi quis habens deſiderium ſacramenti, & agnoſcens ſe hîc, & nunc non eſſe bene diſpoſitum, ne poſſe ea, qua decet honeſtate illam ſuſcipere ob illius reuerentiam abſtinet à ſuſcipienda Euchariſtia, differendo ſuſceptionem in alium diem, habet duplex meritum deſiderij, ſeu communionis ſpiritualis, & reuerentiæ quæ eſt actus ſpecialis Religionis; cui duplici merito poteſt correſpondere maior fructus gratiæ, quam eſſet, qui perciperetur ex communione ſine decore, & honeſtate

tanti

tanti ſacramenti vſui conuenienti facta; & etiam in alio die communicando cum maiori, & intenſiori deſiderio, deuotione, & exacta præparatione facile poteſt conſequi tantum gratiæ ex opere operantis, ſeu ratione perfectæ, & maioris diſpoſitionis, quod non ſolum adæquet, ſed & excedat gratiam, quam recepiſſet in duplici communione facta minus decenter, & reuerenter, & abſque vlla, vel cum modica præparatione, & diſpoſitione. Neque enim quis ob ſeruandum decorem, & honeſtatem, & exhibendam congruam reuerentiam Sacramento Euchariſtiæ deſiderans illam ſuſcipere ab ea hodie abſtinet differendo in proximum, vel in alium diem communionem, impedit actum perfectioris religionis nam in tali caſu ſuſcipere actu Euchariſtiam ob defectum debitæ decoris, honeſtatis, & reuerentiæ qua conuenit fidelem ad illam accedere, non poteſt dici actus perfectior religionis, & cultus Dei. Secus quando Euchariſtia abſque tali defectu, & cum congruenti modo honeſtatis, & reuerentiæ actu recipitur, quia tunc concurrunt omnia requiſita efficientia actum perfectiorem. Ex quibus manet in terminis ſolutum primum argumentum Ioannis Sancij. Ad ſecundum etiam ex traditis reſpondetur primo in vſu ſacramentorum, quoad illum conſulendum, & perſuadendum non attendi debere ſolam vtilitatem ſuſcipientis, ſeu ſolum fructum ex opere operato qui ex vſu poteſt recipi, ſed & potius reuerentia, qua conuenit illis vti, vt ſuprà tot exemplis explicatum eſt, vt propterea non ſit ſanum conſilium ſuadere ad vſũ ſacramentorũ, cum deficit congruens reuerẽtia; reuerentia enim erga Deũ, & ſacra myſteria præferenda eſt priuatæ vtilitati: Reſpondetur ſecundo pariter ex dictis non minus ſalubre eſſe coniugi qui ob proximè præcedentis copulæ coniugalis corporalem immunditiam, & reliquias turpes mentem occupantes, vt ſeruet decentiam, & honeſtatem, & decorem rebus ſacris, reuerentiam tanto ſacramento congruam hodie ab eo ſuſcipiendo abſtinet, alioqui id deſiderans differendo illius ſumptionem in proximum vel alium diem, vt ritè ad illud ſuſcipiendum, qua decet honeſtate, ſeſe diſponat, ſiquidem hodie conſequitur gratiam merito deſiderij, & reuerentiæ correſpondentem, qui facile poteſt excedere, gratiam, quam ex opere operato cauſaret communio abſque conuenienti præparatione, diſpoſitione, & non ſeruata decentia, & honeſtate atque abſque conuenienti reuerentia ſacramenti facta, & communicando cras bene diſpoſitus, & præparatus per ſanctas cogitationes, & pios affectus conſequitur fructum operi operato, & operi operantis, ſeu perfectæ & dignæ diſpoſitioni reſpondentem; vt ſuprà dictum eſt.

120 Ex quibus etiam infertur contra eundem Sancium regulariter obligare votum coniugum abſtinendi à communione die habitæ copulæ, cum abſolutè non ſit melius, aut maioris obſequij Dei communicare eodie, quam abſtinere ob reuerentiam erga tantum ſacramentum, vt *ſuprà* explicatum eſt.

121 Dixi autem in propoſitione huius ſententiæ communis *regulariter loquendo*, &c. quia poteſt contingere, vt poſt habitam copulam coniugalem, præſertim ob finem honeſtum prolis, vel reddendi debiti coniux non afficiatur eiuſmodi voluptate, nec maneat in eo vel memoria, vel delectatio ſenſibilis, quæ mentem à ſpiritualibus auocet, & reddat minus aptam, vt ſe ſe deuotè præparet ad diuina myſteria, & vacet orationi; hoc enim caſu ſi coniux ſe ſentiat inclinatũ ad ſuſcipiendam Euchariſtiam, & congrua præparatione, & deuotione ſeſe diſponat; cum ceſſet indecentia, & ratio irreuerentiæ, laudabilius, & conſultius erit communicare, quam abſtinere.

Aduertendum etiam maiorem cauſam, & rationem indecentiæ requiri ad abſtinendum ſæpius poſt copulam coniugalem, vel etiam pollutionem inuoluntariam, quam ad ſemel, vel iterum relinquendam communionem, vel miſſam (ſi Sacerdos paſſus ſit inuoluntariam pollutionem) quia defectus ille reuerentiæ, ſeu ſui indecentia excuſatur ob neceſſitatem virium ſpiritualim cui noceret frequens illa abſtinentia; & ideo ſicut in aliis materiis, & hîc; & in iſta minuitur irreuerentia, quando neceſſitas cogit ad aliud ſubtrahendum de debito cultu, & irreuerentia, vt rectè Lugo *d. diſp. 15. n. 13.* 122

Quantum autem temporis interuallum debeat intercedere inter copulam coniugalem, & Euchariſtiæ ſumptionem vt decenter ſumatur, & abſque culpa veniali; ſuppoſita ſententia quod ſit culpa venialis, cõmunicare proximè poſt copulam, vt cum ob ſolam voluptatem habetur, latius explicat Sanchez *lib. 9. d. diſp. 15. n. 14. & 15.* varias de hac mora temporis referens ſententias, ſupponens moram illam trium aut quatuor, vel octo dierum à Concilio Eliberitano & Cabilonenſi, Auguſtino, & aliis Patribus *ſuprà n. 91.* relatis præſcriptam non eſſe neceſſariam, ſed ad ſummum tantum ſub conſilio: & quidam aſſignant ſpatium 24 horarum. Alij dixerunt ſufficere vt copula non contingat intra eundem diem naturalem, putà ſi accidat ante mediam noctem, & non poſt, vel circa mediam noctem. Alij magis communiter aiunt copulam impedire communionem, quando nocte præcedenti habita eſt. Verius eſt non poſſe certam temporis moram præſcribi, vt idem Sanchez *d. n. 15.* Suarez *tom. 3. in 3. p. diſp. 68. ſect. 2. §. ſecundò dicendum*, & Ioannes Lugo *d. diſp. 15. n. 9.* inquiunt, ſi quidem mentis diſtractio, & hebetudo mentis ad ſpiritualia ex copula coniugali, vel ex pollutione voluntaria, vel inuoluntaria, aut fornicatione proueniens, quæ præcipuè eſt impedimentum Euchariſtiæ ſumendæ, ab aliis tardius, ab aliis citius prout magis, vel minus voluptatibus carnalibus ſunt affecti, expellitur, mensque voluptatis præteritæ memoria purgatur, & redacitur ad priſtinam tranquillitatem, & propterea illa regula videtur ſtatuenda, vt quam diu mentis illa euagatio, & memoria præteritæ titillationis, ſeu voluptatis perſeueret, duret indecentia, ceſſante autem illa, ceſſet etiam indecentia, & impedimentum. Regulariter autem elapſo à copula 24. horarum ſpacio, aut etiam ſi nocte præcedenti non ſit habita copula, ait idem Sanchez ob id non eſſe abſtinendum ab Euchariſtia; quod tunc moraliter non cenſetur præſens nec tamdiu mentis euagatio durare ſolet. Et ſi addit idem Sanchez, & alij præallegati minor mora ſufficit in iis; qui facilius ſe colligunt, maior autem in iis, qui ex ſuorum mentis euagatione, ac ita voluptatibus carnalibus affecti, & rebus ſecularibus implicati, vt nunquam vel non facile ad ſe redeant, in omnibus autem prudens Confeſſarius ad præſcribendam moram debet principaliter attendere, an reliquiæ illius copulæ, vel pollutionis maneant adhuc, nec ne. 123

Poſt pollutionem voluntariam, vel fornicationem nocte antecedente habitam, an ſit eo abſtinendum à communione differendo illam in alium diem.

Denique ex traditis in præcedentibus multo magis conuincitur contra præfatum Ioannem Sancium ei, qui pollutionem voluntariam, aut fornicationem nocte præcedente commiſit, etiamſi patrati confeſſionem fecerit, non eſſe conſulendum, vt eodem die communicaſſet, ſed potius diſſuadendum lo- 124

quendo

Digitized by Google

quondo regulariter, & niſi alia cauſa iuſta ex traditis *ſuprà num.* 99. ſuadeat eodem die Sacram Euchariſtiam ſumere, aut communio nequeat commodè in diem ſequentem differri. ita communiter Doctores, S. Thomas *in* 4. *diſt.* 9. *q.* 1. *art* 4. *& in* 3. *p. q.* 80. *art.* 7. D. Bonauentura *in* 4. *diſt.* 10. *q. vlt.* Paludanus *d. diſt.* 9 *art.* 10. Sotus *d. diſt.* 12. *q* 1 *art.* 7. Gabriel *in can. lect.* 10 *&* 20. Abulenſis *in c.* 4. *Matth q.* 6. Vigucrius *de Euchar. verſic.* 12. *litera* D. Victorie *de Euchar. n* 81. Adrienus *q. de Euchar q.* 4. Syluester *v. Euchariſtia* 3. *q.* 10. Caietanus *v. communicare, ad finem.* Nauarrus *in man. c.* 21. *numero* 51. Suarez *in* 3. *p. to.* 3. *diſp.* 68. *ſect.* 2. Azorius *p.* 8. *lib.* 19. *cap.* 31. Sanchez *d. diſp.* 13. *n.* 14. *&* 15. Reginaldus *lib.* 29. *n.* 115. Coninch *de ſacram. q.* 70 *art.* 7. Fagundez *de præceptis Eccleſ. præcept.* 3. *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 9. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 1. Laymann *lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 6. *n.* 23. Ioannes Lugo *de Euch diſp* 15. *ſect.* 1, *n.* 10. Scortia *de Miſſæ ſacrif. lib.* 2. *cap.* 7. *n* 4. Caſtrus Palaus *p.* 4. *tract.* 21. *diſp. vnic. num* 2. Hurtadus *de Euchar. diſp.* 9. *diff.* 13. Bonacina *de ſacramentis diſp.* 4. *q.* 5. *p.* 2. *n.* 3. Auguſtinus Barboſa *ad Tridentinum collectan. ad cap.* 7. *ſeſſ.* 23. *num.* 33. Omnes Doctores *ſuprà num.* 91. 98. *&* 117. & innumeri, quos Sanchez, Scortia, Barboſa, & Bonacina referunt; qui omnes docent talem, qui ſe nocte antecedente pollui, vel fornicatus eſt, etiam poſt præmiſſam confeſſionem ſaltem ex congruitate, & decentia debere in alium diem (niſi aliqua ſpecialis cauſa communicandi tunc occurrat) differre, tum ob humilitatẽ, tum vt deuotius, & feruentius accedat, cum carnis voluptas non leuiter deuotionem impediat, vt ſuprà dictum eſt. Et hoc quod eo die à communione abſtineat, addit Laymann, quod Confeſſarius conſideratis circumſtantiis ei præcipere poteſt; & quandoque debet, vt peccati ſui grauitatem magis agnoſcat, & in poſterum caueat.

125 Immò nonnulli ex citatis, & etiam à Scortia *dicto numero* 4. & Fagundez *dicto capite* 6. *numero* 7. relati tenuerunt talem peccare mortaliter ſi poſt voluntariam pollutionem, vel fornicationem intra diem naturalem 24. horarum communicet, vel celebret, non obſtante quod fuerit confeſſus peccatum; quod tamen falſum eſt, vt tradunt communiter Doctores, quos iidem Scortia, & Fagundez allegant, & alij communiter, præſertim præallegati, & conſtat ex Tridentino *dicto capite* 7. *ſeſſ.* 13. pollutio enim voluntaria, aut fornicatio poſt patrati peccati confeſſionem quoad culpam mortalem non magis impedit communionem, quam quodlibet aliud peccatum mortale, homicidij, hæreſis, &c. poſt quod tamen rite per confeſſionem deletum non eſt peccatum recipere ſacram Euchariſtiam.

126 Alij ex præcitatis Doctoribus ſentiunt eſſe peccatum veniale communicare eodem die, in cuius præcedenti nocte accidit voluntaria pollutio ſecluſa iuſta cauſa ad communionem cogens. Ita ex præcitatis Sotus, Caietanus, Nauarrus, Bonacina, Barboſa, Fagundez, Henriquez; id aſſerentes tum propter corporis, & vaſis immunditiam culpabilẽ: ſicut enim indecẽs eſt, vt pollutus accedat ad conuiuium Principis, ita turpiter agere videtur pollutus peccato carnis ad tam Sanctum, & Auguſtum Sacramentum accedens; tum propter aliqualem irreuerentiam tanti ſacramenti, ſeu quæ irrogatur Chriſto Domino caſtitatis, & puritatis auctori, qui maxime à peccatis carnalibus abhorret; tum quia huiuſmodi peccata, & voluptates valde auocant mentem à diuinis, nec permittere ſolent vt S. Euchariſtia ea deuotione recipiatur, qua capienda eſt.

127 Poſt pollutionem verò inuoluntariam, cum macula in corpore relicta non ſit culpabilis, nec multum mentem diſtrahet, & diſtractio ipſa ſit inuoluntaria etiam radicaliter, & originaliter, & ſæpe proueniet à Dæmone ad impedienda ſpiritualia, regulariter neque de conſilio abſtinendum eſt à communione, vel celebratione, vt tradunt Fagundez *d. cap.* 5. *n* 6. & alij Recentiores *num.* 124. *relati.* Dixi, *regulariter*; quia videndum eſt, an aliquando maneat pollutio inuoluntaria in effectibus, ſcilicet in diſtractione mentis, in cogitationibus importunis, & ſimilibus, mentemque ad voluptatem carnalem relinquat reflexam. Si ita maneat, & non ſit ſuſpicio eam à dæmone excitatam, conſilium erit differre communionem in alium diem, ſi fieri poſſit, vt dictum eſt *ſuprà num.* 103. Si non maneat, vt frequentius accidit, vel parum, nulla eſt ratio abſtinendi à communione, vel celebratione, quod tamen iudicio prudentis Confeſſarij relinquitur, qui in hoc caſu ſemper debet inclinare magis, vt homo communicet, quàm non, vt loco citato Fagundez, & etiam ex alijs colligitur. Quod autem Patres Carthuſiani noctu paſſi pollutionem inuoluntariam abſtineant à communione, & celebratione, nec ad gradus altaris accedant iuxta eorum ſtatuta, exceptis diebus Natiuitatis, Paſchæ, Pentecoſtes, & die ordinationis, id non arguit eſſe peccatum communicare, vel celebrare poſt talem pollutionem inuoluntariam, id enim ſtatuerunt ad exercitium humilitatis, quaſi agnoſcentes culpam, vbi non eſt culpa, & ob maiorem reuerentiam ſacramenti. Vnde non rectè Sotus 4 *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 7. reprehendit tale ſtatutum; vt etiam notauit Ioannes Lugo *d. diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 10.

An poſt ſuſceptam Euchariſtiam in eodem die ſit licitum, vel ſaltem veniale exigere debitum, præſertim voluptatis carnalis capiendæ cauſa.

Duodecimò dubitatur, an in eodem die poſt ſumptam Euchariſtiam ſit licitum non ſolum reddere debitum (quod eſt certum cum ſit actus iuſtitiæ) ſed etiam petere debitum coniugale. Certum eſt non eſſe culpam mortalem, venialem autem eſſe docuerunt Angelus *V. Euchar.* 3. *fine*, Vinaldus *p.* 1. *candelabr. vbi de matr. n.* 163. Beia *p.* 1. *reſp. caſu* 8. Paludanus 4. *diſt.* 9. *q.* 3. *art.* 2. *concl.* 3. *n.* 14. D. Antoninus, Syluester, Turrecremata, & alij à Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 13. *num.* 16. *relati.* Ex quibus Paludanus limitat, ſi petatur debitum cauſa prolis, videtur enim aliqua irreuerentia erga ſacramentum, ſicut & poſt copulam eodem die ſumere Euchariſtiam. 128

Cæterùm, nullam eſſe culpam, nec venialem (intellige dummodo non fiat ſtatim poſt communionem, & ſpeciebus conſecratis nondum corruptis; ſed poſt tantum temporis, vt certum non ſit ſpecies eſſe corruptas, & non appareat, copulam fieri in contemptum) poſt ſuſceptam Euchariſtiam eodem die exigere debitum ſentiunt Tabiena *v. communicare quæſt.* 37. §. 43. Nauarrus *d. cap.* 21. *num.* 51. Victoria *de Euchar. num.* 18. Sanchez *d. diſp.* 13. *n.* 17. Reginaldus *lib.* 29. *num.* 117. Filliucius *tract.* 19. *cap.* 9. *n.* 324. Leandrus Diſcalceatus, *de ſacram. p.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 6. *q.* 6. Diana *p.* 6. *tract.* 6. *reſolut.* 14. & apud eum Megala. Ratio eſt, quia ex parte nulla eſt lex prohibens, & ex altera etiam non reperitur indecentia, ſicut in acceſſu ad communionem poſt copulam eo die habitam, ſiue in acceſſu ad coniugem cum intentione communicandi eodem die. Omnes tamen aiunt eſſe optimum conſilium ob Euchariſtiæ reuerentiam abſtinere à copula eo die. 129

Poſt

Poſt partum quo ad vſum coniugij non eſt neceſſario expectandum purificationis tempus iuxta legem antiquam. Leuit.12.

132 Demun de nonnullis aliis dubitatur, nempe an liceat actus coniogalis tempore menſtrui, prægnationis, & puerperij, de quibus infra in capitulo de obligatione parentum erga prolem in facto eſſe nondum editam in lucem. Hic ſolum aduertam certum eſſe coniuges poſt partum, quoad vſum coniugalem non teneri obſeruare tempus purificationis lege antiqua Leuit. 12. præſcriptum; ſcilicet, vt mulier maſculum pariens abſtineat 40. diebus ab ingreſſu Eccleſiæ, fœminam verò octuaginta, quo etiam tempore videbatur pariter vſus coniugij interdictus, quia durabat adhuc corporalis immunditia, donec eo elapo purificaretur; cum enim hoc præceptũ eſſet cæremoniale, iam extinctum eſt. Quare ſicut modo non tenetur mulier eo tempore abſtinere ab ingreſſu Eccleſiæ cap. vnic. *de purificatione poſt partum*; ita neque ab actu coniugali, vt Abulenſis *in cap. 5. Matth. q.* 244. & alij Doctores communiter à Sanchez *lib. 9. diſp. 22. num.* 8. *relati.* Difficultas ſolum eſt, & an licitus ſit vſus coniugij ſtatim poſt partum, dum verò, & à parte rei durat corporalis immunditia. De qua difficultate *infrà dicto cap.*

SVMMARIVM

§. IV.

Per homicidium, effuſionem ſanguinis iniurioſam, effuſionem ſeminis humani voluntariam, ſi fiant in Eccleſiis, & locis ſacris polluitur Eccleſia ex ſtatuto Eccleſiaſtico; & adducuntur textus n.131.

Aliquæ actiones, quibus polluitur locus ſacer ibi factæ ex ſui natura non ſunt ſacrilegium, ſed ex ſolo Eccleſiaſtico ſtatuto prohibente, & ſtatuente per illas ſacrum locum pollui; & tales ſunt ſepultura excommunicati denuntiati, infidelis, ſeu pagani. n 133.

Si Eccleſia ſtatuiſſet ſolum violari eccleſiam per talem ſepulturam & per effuſionem ſanguinis, & ſeminis humani non facta illarum actionum prohibitione, an facta in loco ſacro eſſent ſacrilegia ibidem.

Ab Eccleſia alia ſunt ſimpliciter, & abſolutè prohibita fieri in loco ſacro; alia ſunt prohibita ſolum in ordine ad violationem loci ſacri, vt indigeat reconciliatione, ſi ibi fiant. ibidem fine.

Omnia peccata ſaltem externa, & etiam actus coniugalis, facta in Eccleſia, ſeu loco ſacro ex loci ſacri circumſtantia natura ſua, & lege naturali attenta habent malitiam ſacrilegij mortalem, vel venialem, iuxta vnam ſententiam. num.134.135. & quando habeant malitiam mortalem n.132.

Contraria ſententia aſſerens habere malitiam ſacrilegij ex ſola prohibitione eccleſiæ.n.136. 137.138.

Peccata facta in loco ſacro habent aliquam maiorem grauitatem intra eandem ſpeciem, ſicut & peccata commiſſa in die feſto ſunt grauiora ſine mutatione ſpeciei. num. 139.

Reſponſio ad argumenta prioris ſententiæ. numero 140. ad 144.

Sententia abſolute aſſerens copulam coniugalem neque etiam iure Eccleſiaſtico eſſe prohibitam fieri in loco ſacro, neque illum polluere.n.145.

Alia ſententia oppoſita tenens eſſe ſemper prohibitam, & ſacrilegium, polluere eccleſiam, ſeu locum ſacrum. numero 146.

Tertia ſententia docens eſſe iure eccleſiaſtico prohibitam, & ſacrilegium, & polluere locum ſacrum ſi fiant in eo abſque neceſſitate, & iuſta cauſa, ſecus ſi ex vrgenti neceſſitate, inſtante aliqua cauſa. n. 147. & ſeqq.

Iuſta cauſa an ſit tantum morale periculum incontinentiæ, & pollutionis, an verò etiam ſola diuturna incluſio in loco ſacro abſque facultate habendi copulam in alio loco. numero 151. & 152.

Incluſio ad breue tempus non eſt iuſta cauſa n.153.

Longum, aut breue tempus in hac materia quodnam debeat dici. num. 154.

Copula coniugalis extra caſum neceſſitatis in loco ſacro habita occulte an ſit ſacrilegium, an verò, vt ſit ſacrilega debeat eſſe publica, & notoria numero 156. 157.

Eccleſia, ſeu locus ſacer actu non polluitur, vt egeat reconciliatione, niſi occiſio vel effuſio ſanguinis, aut ſeminis peccaminoſa in ea facta ſit publica.n 158.

Quæ publicitas requiratur, an requiratur ſententia iudicis declaratoria criminis.n.159.

Crimina, quibus polluitur Eccleſia, vt illam polluant, debent committi intra eccleſiam, ſecus ſi extra Eccleſiam, vel in aliquo loco, qui non ſit pars eccleſiæ, & quæ loca ſint, vel non ſint pars eccleſiæ late explicatur. num. 160. & duobus ſeqq.

Eccleſiæ nomine intelligitur conſecrata, vel benedicta; ſecus ſi non ſit ſaltem benedicta n.163.

An cogitationes, deſideria, confabulationes, nutus, aſpectus, tactus inhoneſti in loco ſacro ſiue inter coniuges, ſiue inter ſolutos ſint ſacrilegi. numero 164. 165. & 166.

§. IV.

Quandonam actus coniugalis ſit necne illicitus ex parte, ſeu ratione loci.

EX circumſtantia loci duobus in caſibus poteſt eſſe illicita copula, primiùm habeatur in loco publico, de quo latè *ſuprà cap.1. num. 110. & duobus ſeqq.* vbi etiam de oſculis, amplexibus, & tactibus impudicis in publico habitis. Secũdus ſi exerceantur in loco ſacro. Hic igitur agendum eſt de ſecundo caſu. Et ſupponendum effuſionem ſanguinis humani iniurioſam, & etiam effuſionem ſeminis humani voluntariã & peccaminoſam in Eccleſiis, ſeu locis ſacris ſpeciali præcepto eccleſiaſtico eſſe prohibitam ab Eccleſia, quæ ſtatuit per huiuſmodi effuſionem ſanguinis, vel ſeminis eccleſiam benedictam, vel conſecratam pollui, ita vt indigeat reconciliatione, ſeu noua benedictione, aut conſecratione, vt diuina officia ibi poſſint celebrari. Ita cap. vnico, *de conſecrat. Eccleſ. in* 6. can. *ſi motum*, can. *Eccleſiis*, *de conſecrat. d.1.* cap. *ſi eccleſia*, *finale*, *de conſecrat.* cap. *ſignificaſti*, *de adulteriis.* cap. *tuarum*, *de Priuilegiis.* & cap. *propoſuiſti*, *de conſecrat. eccleſ.* in quibus duobus poſtremis capitibus de ſola effuſione ſanguinis, atque de homicidio ſermo eſt. 131

Vtrum actiones, quibus eccleſia benedicta, aut conſecrata polluitur, & aliæ actiones; quæ factæ in loco ſacro ſunt ſacrilegia, habeant malitiam ſacrilegij de ſe, & iure natura; an verò ſolum ex eccleſiaſtica prohibitione.

Hoc ſuppoſito controuertitur inter Doctores (cuius controuerſiæ reſolutio facit ad reſolutionem alterius difficultatis, an copula coniugalis in loco ſacro habita ſit culpabilis, & an mortaliter) an actiones peccaminoſæ, & aliæ actiones; quibus

D.Ioan. Angelus Boſſius, De effect. contr. Matr.

T

quibus ex ſtatuto Eccleſiæ Eccleſia benedicta, aut conſecrata polluitur factæ in eccleſia, ſeu loco ſacro ſuppoſita benedictione, aut conſecratione loci, illiuſque deputatione ad miſſas, & alia diuina officia ibi celebranda, habeant ſpecialem malitiam ſacrilegij ex ſe ſuique natura, ſeu naturali lege, ſecluſa quacunque alia eccleſiæ prohibitione; Eo quod ipſæmet actiones ſint in ſe turpes, & repugnantes eccleſiæ, ſeu loci ſacri ſanctitati, ac proindè recta ratio, ſeu lumen naturale dictet per ipſas loco ſacro, & ad diuina deputato irrogari irreuerentiam: An verò ſint ſacrilegia, ſeu habeant malitiam ſacrilegij ex prohibitione Eccleſiæ, & in quantum illis eccleſia polluitur ex eccleſiaſtico ſtatuto. Quod eſt idem ac quærere, an præfatæ actiones ſint prohibitæ ſtatuto eccleſiaſtico, quia factæ in Eccleſia ex ſui natura ſunt malæ, & ſacrilegæ, an verò ſint ſacrilegia factæ in Eccleſia, quia prohibita ſunt per eccleſiam in cultum, & reuerentiam loci ſacri, quam illis actionibus ſtatuit pollui.

133 Suarez *to.1.de relig. lib. 3. de reuerentia debita locis ſacris*, de hac materia latè agit, & *cap. 2. à num. 10. ad* 16. docet certum eſſe, actionem ſepeliendi excommunicatum vitandum, vel paganum in eccleſia eſſe ſacrilegium ſolum ex prohibitione eccleſiæ, quæ in cap. *conſuluiſti, de conſecratione eccleſiæ*, ſtatuit pollui eccleſiam per ſepulturam excommunicati vitandi & in can. *Eccleſiam 12. de conſecrat. d. 1.* ſtatuit pollui Eccleſiam per ſepulturam pagani. Poſſent enim illa cadauera titulo miſericordiæ in loco ſacro ſepeliri abſque vllo peccato, ſicut abſque peccato ſepelitur interdictus, vel ſuſpenſus, vel occultus peccator, vel excommunicatus non denunciatus. Igitur illa corpora ſepelire in eccleſia erit ſacrilegium, quia ab Eccleſia ob ſpecialem rationem ſibi bene viſam, de qua idem Suarez d. cap. 2. *num. 11. &* 12. prohibitum ob cultum, & reuerētiam loci ſacri, & ſic intuitu religionis. Nam Eccleſia præcipiendo, vel prohibendo aliquem actū intuitu alicuius virtutis, facit materiam illius virtutis, ita vt tranſgreſſio præcepti affirmatiui, vel negatiui ſit peccatum contra illam virtutem, intuitu cuius Eccleſia actum præcepit, vel prohibet, vt late explicaui *in to. 3. moral. var. in titulo 9. de ieiunio Eccleſiaſtico*, & tradunt Suarez *d. cap. 2. & ſeqq.* Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 15. num. 5.* & Baſilius Pontius *de matr. lib. 10. cap. 10. num. 10. &* 11. & ita etiam quod homicidium, effuſio ſanguinis humani iniurioſa, & pollutio humani ſeminis voluntaria ſi fiat in loco ſacro non ſint ſacrilegia ex natura ſua, ſunt tamen ſacrilegia ex prohibitione Eccleſiæ facta ob cultum, & reuerentiam loci ſacri, & propterea intuitu religionis. Quam prohibitionem ab Eccleſia intelligi factam quatenus ius eccleſiaſticum in textibus *numero* 131. allegatis peculiariter voluit, & ſtatuit Deo tribui cultum per immunitatem, & ceſſationem ab huiuſmodi actionibus, & illis, at non aliis violari, ſeu profanari locum ſacrum, ita vt reconciliatione, ſeu noua benedictione, aut conſecratione indigeat; docent Sanchez *d. diſput. 15. num. 4.* Fagundez *de præceptis eccl. præc. 2. lib. 4. cap. 4. num. 19.* & indicat Baſilius *d. num. 10. &* Caietanus 2. 2. *q. 99. ad 5. dubium* ab eodem Baſilio *relatus*. Probat Sanchez, quia illi textus prohibitionis mentionem non faciunt, ſed ſolum ſtatuunt Eccleſias ſanguinis, aut ſeminis effuſione violari, ex quo colligitur prohibitionem, & totam rationem ſpecialis malitiæ, & ſacrilegij quoad prædictas actiones, quibus locus ſacer violatur eſſe, quia ex ſtatuto eccleſiaſtico eccleſiam violant. At Suarez *dict. cap. 2. numero 7. &* 8. ait, quod ſi eccleſia ſolum ſtatuiſſet illis actibus violari Eccleſiam, nulla ſuppoſita alia prohibitione munū cultus Dei, & reuerentiæ loci ſacri, illæ actiones ex vi iuris poſitiui eccleſiaſtici non eſſent peccatum mortale, & ſacrilegium ex eo ſolum, quod polluant Eccleſiam; quia, inquit, *dict. num.* 8. valde dubium eſt, an propter ſolum effectum polluendi eccleſiam actus ille tam prauus fiat, ſecluſa eius actus prohibitione. Sicut addit, ſi eccleſia non prohibeat aliquem actum, ſed tantum ſtatuat, vt qui illum fecerit, fiat irregularis, non ſequitur peccare tunc mortaliter, qui facit illum actum, vt conſtat in omnibus actibus criminalis iudicij, per quos incurritur irregularitas ex defectu lenitatis, quæ non facit illos eſſe peccaminoſos in laicis. Et ita etiam niſi illi actus eſſent per ſe interdicti clericis, iuxta multos non peccarent grauiter exercendo illos propter ſolum periculum irregularitatis; licet id, inquit, ſit magis incertum, cum clerici fortaſſe teneantur ratione ſui muneris irregularitatem vitare. Eodem igitur modo, ſubdit Suarez, cum hæc pollutio Eccleſiæ non ſit verè macula in illa, ſolum impedimentum quoddam morale per Eccleſiam poſitum, vt in tali Eccleſia non poſſint diuina officia celebrari, donec purificetur, efficere actum per quem tale impedimentum introducitur, non eſſet mortale peccatum ratione huius impedimenti, & quaſi nocumenti illati eccleſiæ, ſi actus in ſe non eſſet prius ab Eccleſia prohibitus intuitu cultus Dei. Vult ergo Suarez attento iure poſitiuo præfatas actiones in Eccleſia factas, quibus Eccleſia polluitur, eſſe peccatum mortale, ſacrilegium ex ſola prohibitione iuris eccleſiaſtici, & effectum illum moralem polluendi Eccleſiam adiunctum eodem iure eccleſiaſtico fuiſſe veluti in pœnam, & ad modum cenſuræ, ita quod Eccleſia prohibuerit actiones illas fieri in Eccleſia ſub tali pœna, ſcilicet vt ſi fierent, eccleſia remaneret polluta, & reconſecratione indigeret; ac proinde non eſſe malas, & ſacrilegas, quia polluunt eccleſiam, ſed polluere eccleſiam, quia ob prohibitionem ſunt malæ, & ſacrilegæ. Et licet (aduertit idem Suarez *num. 9.*) iura, quæ de violatione Eccleſiæ in præfatis caſibus loquuntur, non præmittant expreſſam prohibitionem efficiendi talem actum in Eccleſia, illam tamen ſine dubio ſupponunt. Et imò neque ille effectus violationis, ſeu pollutionis Eccleſiæ per eoſdem actus in præfatis textibus inſtituitur, ſed ſupponitur, & ex illius ſuppoſitione aliquid ordinatur. vt d. can. *ſi motum* dicitur, *ſi homicidio, aut adulterio eccleſia violata fuerit diligentiſſimè expurgetur; & denuò conſecretur.* Vbi ſupponitur inſtituta violatio, & de remedio decernitur, & in can. *Eccleſiis, ſequenti* ſimiliter dicitur: *Eccleſias conſecrandas non eſſe iterum conſecrandas, niſi exuſtæ, vel ſanguinis, aut ſeminis effuſione pollutæ fuerint.* Eodemq; modo loquuntur cap. *propoſuiſti*. cap. *ſi aqua* cap. *ſi eccleſia, de conſecr. eccl.* & d. c. *vnicum eodem tit. in 6.* Igitur ante dicta iura decretalium, & dictos canones decretorum oportet fateri prohibitas fuiſſe iure eccleſiaſtico præfatas actiones in Eccleſia, ſeu loco ſacro ſub illa pœna, ſeu illo grauamine, & quaſi cenſura, ſeu adiuncto illo effectu violationis, ſcilicet, vt ſi fierent in Eccleſia, ipſa eccleſia maneret polluta. Qui effectus violationis, ſi non fuiſſet adiunctus, ad malitiam ſacrilegij adhuc ſufficeret ſola eccleſiæ prohibitio, ſicut ſufficit in furto ſacrilego, in iocis, ſeu ludis, in comeſſationibus, placito, ſeu ſtrepitu iudiciali, confabulationibus, ſeu negotiationibus, extractione delinquentis ex loco ſacro, ſeditione, qui actus facti in Eccleſia, quia ſpecialiter iure eccleſiaſtico prohibiti ſunt ibi fieri, licet ſine adiunctione illius effectus pollutionis eccleſiæ. De quibus idem Suarez *dict. lib. 3. & ſeqq.* ita Suarez *loco citato*. Sed re ipſa fortè non diſſentiunt Sanchez, & alij Doctores, qui dum aiunt totam rationem malitiæ ſacrilegij in actionibus locum ſacrum polluētibus eſſe,

quia

quia eccleſiam violant, non negant ipſas actiones eſſe de Eccleſia prohibitas, aut ea prohibitione in reuerentiam loci ſacri non prouenire ſpecialem malitiam ſacrilegij. Sed volunt, & ſentiunt iuxta textus *num.* 131. allegatos eſſe prohibitas ſolum in ordine ad violationem loci. Aliqua enim Eccleſia abſolutè prohibet fieri in eccleſia in illius reuerentiam; vt ſunt ludi, confabolationes, placita, mercatus, extractiones delinquentium: at verò alia prohibuit Eccleſia fieri in loco ſacro non niſi in ordine ad violationem loci ſacri volens ſi fiant Eccleſiam pollui, vt ſacra fieri in ea non poſſint, niſi recõcilietur; ac proindè hæc facta in Eccleſia ſunt, ſeu dicuntur rectè ſacrilegia ſolum quatenus violant Eccleſiam; è contra alia abſolute prohibita ſine ordine ad violationem, ſunt peccata ſpecialia ſacrilegij, quatenus ſimpliciter ab eccleſia prohibita in reuerentiam loci ſacri.

Difficultas ergo eſt de aliis tribus actionibus, quibus Eccleſia, ſeu locus ſacer polluitur, nempe homicidio, vulneratione, ſeu effuſione ſanguinis iniurioſa, & effuſione ſeminis voluntaria per pollutionem, aut fornicationem, an ea natura rei, ſeu ipſo iure naturæ iniurioſæ ſint, & repugnantes loco ſacro, ſuppoſita eius ſanctitate, ſeu conſecratione, & deputatione ad diuina ibi celebranda, & ita ſint ea ſui natura ſacrilegia, an verò ſint ſacrilegia, ea eo ſolum, quia modo ſupra explicato prohibitæ ſunt in cultum, & reuerentiam loci ſacri.

134 Et vna ſententia aſſerit eſſe ſacrilegia, ſeu habere malitiam ſacrilegij ex ſui natura, & independenter ab Eccleſiæ prohibitione ob propriam turpitudinem, & repugnantiam cum loci ſanctitate, & ita eſſe prohibitas ab Eccleſia, quia in ſe ſunt ſacrilegia, dũ fiunt in Eccleſia, ſeu loco ſacro. ita Suarez *to.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 81. *num.* 4. *§. Tertiò violatur Eccleſia.* poſt relatam ſecundam opinionem *verſic. quod vt verum fatear.* & latius *dict. lib.* 3. *de reuerentia debita locis ſacris cap.* 7. *iunctis cap.* 1. *&* 2. & prius docuerunt Syluester *verſic. confeſſio* 1. *quæſt.* 10. Corduba *in ſumm. quæſt.* 190. Ioannes Medina *Cod. de confeſſ. quæſt. de circunſtantia loci ſacri*, *quos dict. cap.* 5. *numero* 6. refert idem Suarez, addens pro hac eadem ſententia poſſe allegari D. Antoninum 3 *part. tit.* 14. *cap.* 19. §. 7. quatenus ibi ea ſententia Diui Thomæ ait circumſtantiam trahere peccatum in aliud genus, quando habet ſpecialem repugnantiam ad aliud præceptum diuinæ legis; ſicut furtum, inquit, ratione loci ſacri habet ſpecialem malitiam ſacrilegij; quia repugnat præcepto, quod eſt de veneratione ſacrorum, quod præceptum non eſt eccleſiæ, ſed naturalis, ac diuinæ legis. Suarez probat primò *dict. cap.* 7. *numero* 1. *in fine* quia ſicut in hac materia datur ſacrilegium, quia prohibitum; ita non apparet ratio, cur non poſſit etiam dari ſacrilegium prohibitum, quia de ſe, & ſecundùm rectam rationem ſit tale, quia ea ſe indecens, & continens irreuerentiam loci ſacri, & repugnans loci ſanctitati. Secundò probat *num.* 2. quia ſecluſa eccleſiæ prohibitione, attenta ſola loci ſanctitate habere actum coniugalem (qui non eſt malus ſi fiat in loco conuenienti) eſt indecentiſſimum, & de ſe continens irreuerentiam, & deordinationem reſpectu loci ſacri: Ita quod iuxta multos Doctores, qui infra allegantur, etiamſi fiat in loco ſacro ea vrgenti neceſſitate eſt peccatum mortale ſacrilegij, & eccleſia polluitur; quod non alia ratione aſſeri poterit, niſi quia actus ille ea ſe habet indecentiam, & inordinationem intrinſecam, ſi fiat in loco ſacro ob ſuam turpitudinem; ſicut etiam ea ſe indecentiſſimum, & turpiſſimum eſt abſque neceſſitate exonerate ventrum in loco ſacro: Vnde à fortiori ea ſe erit ſacrilegium homicidium, vulneratio, & quæcunque effuſio voluntaria humani ſeminis, ſi fiunt in loco ſacro, & eccleſia illis voluit pollui eccleſiam, quia ex ſe ſunt ſacrilegia. Tertiò probat *numero* 5. quia Diuus Paulus 1. *Corinth.* 11. dum reprehendit eos, qui in templo manducabant, & bibebant communi modo, ſignificat eſſe irreuerentiam eccleſiæ in illa manducare, & bibere communi, & ordinario modo nihil diſcernendo inter illam, & profanum locum; eſt ergo hoc irreligioſum ea natura rei abſque prohibitione iuris poſitiui. Quod idem videntur ſentire Sancti Patres ab eodem Suarez *d. cap.* 3. *num.* 7. relati, D. Thomas *in dict. cap.* 11. *primæ ad Corinth.* Chryſoſtomus *in eundem locum homil.* 27. *ibidem* D. Ambroſius, D. Anſelmus, & D. Hieronymus, & D. Baſilius *in reg. breui reg.* 310. qui omnes ea illo D. Pauli aiunt irreuerenter comedi carnales epulas in Eccleſia, & in eadem agi ea, quæ domi ſunt agenda; & conſequenter ſentiunt ea natura rei, & ea fine, ac conſecratione eccleſiæ illicitum eſſe in ea præfatas actiones communes efficere, etiamſi alioqui peccata non ſint; ac proinde multo magis hoc dicent de omnibus peccatis externis. Quartò eodem cap. 7. *dict. numero* 5. probat, quia vaſibus diuino cultui dicatis vti ad profanos vſus ſacrilegium eſt ſecluſa omni eccleſiæ prohibitione, quod videtur colligi ex illo Dan. 5. vbi Balthaſar punitus fuit ob hanc ſacrorum vaſorum profanationem; ergo à fortiori eſt ſacrilegium ea ſui natura vti loco ſacro, ad vſus turpes, & inhoneſtos. Quintò ibidem probat, quia Chriſtus Dominus vendentes, & ementes columbas eiecit è templo tamquam illius profanatores, & quia iuxta Sanctos Patres factum illud reputauit ſacrilegium eo modo, quo tunc fiebat, licet nulla eſſet de ea re prohibitio iuris poſitiui: Ergo à fortiori tamquam ſacrilegos eieciſſet, peierantes, murmurantes, & luxuriantes, ſi ibi offendiſſet. Sunt ergo omnes hæ actiones ſacrilegia ſecluſa omni lege poſitiua. Sexto eodem *numero* 5. probat, quia canere in eccleſia laſciua, aut vana, aut pulſare in cythara, vel organo ſonos profanos ſacrilegium eſt, quia loco ſacro iniuria fit, dum in loco dicato ad Dei laudem profana hæc fiunt, vnde ad illam ſacrilegij ſpeciem ſpectant, quo ſacro loco iniuria fit, vt docuit Caietanus 2. 2. *quæſt.* 91. *art.* 1. §. *inter hæc, circa finem*; ergo eadem ratione omnes actiones, quæ ea natura rei, vel diuina officia de ſe impediunt, vel habent indecentiam in illo loco habent ſpecialem malitiam ſacrilegij, ſi in illo fiant, quamuis non ſemper mortalem, ſed frequenter venialem, niſi ſpecialis prohibitio Eccleſiæ interueniat, vel tam fœda, & turpis ſit actio, vt prudenti iudicio grauem iniuriam loci ſacri continere cenſeatur. Septimò, & vltimò probatur ea eodem Suarez, quia ſicut ſi in odium furti fulminaretur excommunicatio contra furantes, ratio malitiæ furti non eſſet excommunicatio, ſed quia furtum eſt in ſe malum; ita etiam ex eo quod Eccleſia ſtatuit locum ſacrum pollui per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis, ratio malitiæ ſacrilegij non eſt ipſa pollutio, ſed actus indecentiæ, & repugnantia cum loci ſanctitate. ita Suarez *dict. cap.* 7. *à num.* 1. *ad* 6.

Ex quibus poſtea infert omne peccatum externum in loco ſacro commiſſum habere inde aliquam malitiam ſacrilegij venialem, vel mortalem, prout (ſecluſa eccleſiæ prohibitione) leuis, vel notabilis irreuerentia, ſeu oppoſitio puritati, & ſanctitati loci ſacri in ipſo actu apparuerit; internum autem peccatum non contrahere malitiam aliquam ſacrilegij ex circumſtantia loci ſacri; quia interna peccata non videntur inferre iniuriam loco ſacro, vt pote inſenſibilia: Addit etiam non omnia peccata externa, etſi mortalia ſint, mortalia eſſe in ratione ſacrilegij; ſed illa tantum, quæ ſpecialem deformitatem, 135

& repugnantiam cum loco ſacro, ſeu eius ſanctitate habent; quæ autem hæc ſint d.cap. 7. *num.* 11. *fine*, prudentis arbitrio, ſeu iudicio relinquit; addens tamen eſſe optimum ſignum ad diſcernendum eſſe notabilem deformitatem, & graue ſacrilegium, quando graue ſcandalum generat, ſecus è contra; quia licet, inquit, malitia ſcandali videatur diuerſa, & per accidens, tamen indicat propriam malitiam, quando ſub illa mouet actus ad ſcandalum, & ita etiam in præſenti, quia qui in templo operatur actus turpes, & luxurioſos, oſcula, tactus, &c. non ſolum apprehenduntur, vt luxurioſi, ac leues, ſed etiam, vt irreligioſi, & in locum ſacrum iniurioſi, & ſub ea ratione grauiter offendunt populum; & conſequenter ſignum eſt, ſub ea etiam ratione grauiter offendere Deum, & eius templum. Prædicta omnia Suarez, & ſatis probabiliter. Quibus tamen non obſtantibus:

136 Altera ſententia, & magis communis aſſerit nullũ actum, ſeu peccatum in Eccleſia commiſſum ex ſui natura, & ſecluſo iure poſitiuo eccleſiaſtico habere ſpecialem malitiam ſacrilegij in confeſſione explicandam, niſi ex formali intentione operantis efficiatur in contemptũ loci ſacri; ac proinde homicidiũ, vulnerationem, ſeu effuſionem ſanguinis iniurioſam, & effuſionem ſeminis humani voluntariam, ſi fiunt in loco, ſacro, eſſe ſacrilegia ex ſola poſitiua lege eccleſiæ prohibẽtis, ne talis actus in loco ſacro fiant in loci reuerentiam, ita vt ſi fiãt, Eccleſiam polluant. Et ſimiliter alios actus, qui facti in Eccleſia, ſortiuntur malitiam ſacrilegij (de quibus Suarez *d.lib.3.cap.3. 4. 5. 6. & 8. & ſuprà nu.133.circa finem*, nempe, ludos, placita, mercatus, & alios actus ibi enumeratos) factos in eccleſia eſſe ſacrilegia ex eo tantum, quia iure eccleſiaſtico ibi fieri pariter in reuerentiam loci prohibentur abſolute, & abſque adiunctione illius effectus pollutionis, ſeu violationis. Ita Caietanus 2.2.q.99.*ad 5. dubium. & to.1.opuſc.tract.31. qui eſt 17. reſponſum in 12. dub.* 2. Sotus *lib.2.de inſtit.q.4.art.4.§ ſed eu.* Victoria, Nauarrus, Gutierez *l.6.* à Suarez *d.lib.3.cap.3.num.3.* Sanchez *d.diſp.15.num.2.* Pontius *d.cap.10.nu.9.* & Caſtrus Palaus *to. 2.tract.11.de decimus q vnic p.1.num.7.* Valentia, Vaſquez ab iiſdem Sanchez, Pontio, & Palao *relati.* Azorius *p 3.cap.31.q.3.* Paludanus, Ricchardus Supplem. Gabr. Quadus, M. Ant. Cuccus B. Ledeſma, Nider, Anglea floribus, Henriquez, P. Ledeſma Manuel, Carneado à Sanchez *allegati.* iidem Sanchez, Pontius, Palaus *locis allegatis.* Fagundez *de præcept. Eccleſiæ part.2.lib.4.cap.4.num.19.* Martinus Perez *de matr. diſput.49.ſect.5.num.* 2. & fere omnes alij recentiores, qui infra allegantur, præſertim qui tenent homicidium, vel vulnerationem, ſeu ſanguinis effuſionem, pollutionem voluntariam, & fornicationem, ſi fiant in Eccleſia, ſeu loco ſacro occulte non eſſe ſacrilegia. Probatur hæc ſententia primò à priori, quia ſecluſo iure poſitiuo eccleſiaſtico peccata in Eccleſia commiſſa, in tantum poſſunt habere ſpecialem malitiam ſacrilegij, quatenus habent ſpecialem irreuerentiam cum loco ſacro, vt ſacer eſt, aut cum eius deputatione, ſeu conſecratione, & benedictione; ſeu conſecrationi, & benedictioni opponuntur (directè enim agere contra ſanctitatem loci, vt propriè ſacrilegium ſit, inquit Caietanus locis citatis, in eo conſiſtit, quod eſt voluntate incurrere in illud, ad cuius contrarium ineſt ſanctitas loco, vt v.g. ſi quis extrahit violenter aliquam à loco ſacro, facit contra illud ad quod eſt ſanctitas, ſcilicet, ne extrahatur quis violenter ab illo. Et ſimiliter cum templa conſecrentur, & ſanctificentur, ad effectum, vt diuina ibi celebrentur, illud peccatum erit contra loci ſacri ſanctitatem, per quod ſacra, ad quæ locus ille deputatus eſt, impediuntur per ablationem conſecrationis aut benedictionis; atque adeo illud peccatum, ſeu ille actus tantum, qui fit in Eccleſia, erit ſacrilegium ex circumſtantia loci, quod conſecrationem, & benedictionem Eccleſiæ deſtruit, ſeu aufert) At nullum peccatum ex iure naturæ ſecluſa lege poſitiua opponitur conſecrationi, aut benedictioni, ſeu ſanctificationi loci, illamue aufert; cũ illam tollat ſolum, quia lex poſitiua eccleſiaſtica ſtatuit; ſicut etiam extractio violẽta alicuius ab Eccleſia opponitur ſanctitati Eccleſiæ, ſolum quia ad effectum immunitatis conſecratur, & lex poſitiua ſtatuit, ne quis ex loco cõſecrato violenter extraheretur. Ergo ex natura rei nullũ eſt ſpeciale peccatum ſacrilegij ob loci ſacri circunſtantiam ſecluſa prohibitione iuris poſitiui. Si dicatur opponi fini cõſecrationis, qui eſt, vt ibi Deus laudetur, & honoretur, cui fini ſe opponit, qui ibidem Deum peccatis externis ſaltem inhonorat. Reficitur hæc inſtantia, quia inde non infertur eſſe ſpeciale ſacrilegium; tum quia laudare Deum in Eccleſia non eſt ſpeciale præceptum; & dato eſſe ſpeciale præceptum, non eſt ſpeciale præceptum laudandi tota die: tum quia non videtur ſpeciale præceptum ex conſecratione loci illum non offendendi. Sicut quamuis dies feſti inſtituti ſint ad Deum laudandum, & honorandum, non eſt ſpeciale præceptum cõtra feſtorum obſeruationem, ſi quis Deum aliquo peccato offendat (vt docent idem Suarez *d.to. 1. de relig.lib.2. de diebus feſtis cap. 18. numero 3.* Fagundez *de præcept. eccl.præc.1. lib. 1. cap. 9 numero 2. & ſeqq.* & alij Recentiores communiter ab eodem Fagundez *relati.*) Alioqui omnia peccata die feſto commiſſa haberent ſpecialem malitiam ſacrilegij; qui opponerentur fini intento in obſeruatione feſtorum, quod eſt contra præfatam communem Doctorum præſertim recentiorum. Ergo peccata tam externa, quam interna commiſſa in Eccleſia eſto ſint contra finem per conſecrationem intentum, non habent ſpecialem malitiam ſacrilegij: Nam ad rationem ſacrilegij debent eſſe ſpecialiter ob loci ſacri reuerentiam prohibita.

Secundo eadem ſententia probatur ratione à poſteriori, de qua Suarez *dict. tr. 1.lib.3.de reuerentia locis ſacris debita cap.3.num. 4. & 5.* Sanchez, Fagundez, Pontius, & Palaus *locis ſuprà allegatis*, ſcilicet, quia non omnia peccata facta in loco ſacro ſunt ſacrilegia, ergo quod aliqua ſint ſacrilegia, & non alia, non poteſt prouenire niſi ex eccleſiæ prohibitione ſecluſa intentione formali directa, & ſacrilega operantis illa in Eccleſiæ contemptum efficientis. Antecedens conſtat; nam ſcribere in eccleſia epiſtolam continentem turpia, vel mandatum occidendi aliquem, vel aliam culpam mortalem, non eſt ſacrilegium, vt admittit idem Suarez; Item in eccleſia detrahere, decipere proximum, dicere mendacium etiam pernicioſum, falſo iurare, dare alicui alapam, fuſte percutere non eſt ſacrilegium; item hæreſis, odium Dei, quæ ſunt grauiora peccata quàm pollutio voluntaria, aut fornicatio, admiſſa in eccleſia non habent ſpecialem deformitatem ſacrilegij ratione loci: Item etſi maiorem indecentiam, quam actus coniugalis, qui de ſe eſt licitus, & meritorius, habeant tactus, amplexus turpes, verba inhoneſta, ſollicitatio fœminæ, cogitationis voluntariæ turpiſſimæ, contrectatio pudendi alicuius animalis, & tamen copula coniugalis in Eccleſia extra neceſſitatem habita iuxta communem, vel magis communem ſententiam eſt ſacrilegium, tactus verò, amplexus impudici, & cæteræ actiones enumeratæ, ſi fiant in Eccleſia non ſunt ſacrilegia, vt infra probatur; conſequentia ſupra poſita probatur, quia ſi homicidium, effuſio ſanguinis, 137

&

& ſeminis humani non ex prohibitione eccleſiæ, ſed ex natura ſua ob indecentiam, quam in locũ ſacrum cõmittere videntur, eſſent ſacrilegia, & quia per illa iniuria loco ſacro infertur. etiam ob eandẽ rationẽ indecentiæ, & iniuriæ cætera peccata, ſupra enumerata facta in loco ſacro eſſent ſacrilegia, & tametſi eſſent peccata interna. Nam quod locus ſacer ſit ſenſibilis nil referre videtur ad tollendam indecentiam, quia conſecratio eſt ſpiritualis, & illi conſecrationi videtur indecentia aduerſari, & inferri iniuria, dum talis locus eligitur ad prauas cogitationes; & ad alios actus internos malos. Quapropter Syluester *verſic. confeſſio* 1. *quæſtion* 10. tenuit deſideria, & cogitationes turpes in Eccleſia habita eſſe ſacrilegia. Quod ſi concedatur omnia illa peccata ob loci ſacri circumſtantiam eſſe ſacrilegia; oportebit etiam concedere omnia peccata, niſi peccata ipſa ex ſui natura ſint leuia, & venialia eſſe ſacrilegia; & ſic cum in loco ſacro committitur peccatum mortale, ſemper etiam eſſe mortale in ratione ſacrilegij; quia graue eſt committere mortale peccatum in loco ad peccatorum veniam poſtulandam, Deumque honorandum deſtinatô. Communiter autem omnes non exiſtimant omnia mortalia commiſſa in eccleſia, eſſe mortalia ſacrilegia; & ipſe Suarex etiam docet aliqua eſſe mortalia, aliqua verò venialia tantum ſacrilegia, quia non videntur, inquit, grauem iniuriam loci ſacri continere; ſed cum difficillimum ſit determinare quæ grauem irreuerentiam contineant, quæ non, & materia præcepti debeat eſſe liquida, & clara, hinc (infert Palaus) efficitur ſola illa peccata ob loci ſacri circumſtantiam eſſe ſacrilegia, quæ ſpeciali præcepto poſitiuo ob reuerentiam loci ſacri prohibita ſint.

138 Ex dictis cõſtat, cur peccata multò grauiora, quàm effuſio ſanguinis iniurioſa, & effuſio ſeminis peccaminoſa, vt hæreſis, deſperatio, odium Dei &c. & tactus impudici, ac verba inhoneſta, quæ locô ſacro ſpectata illius decẽtia, & reuerentia magis aduerſantur, quàm copula coniugalis; ſi admittantur in Eccleſia non ſint ſacrilegia; ſit autem effuſio ſanguinis iniurioſa, & etiam actus coniugalis iuxta communiorẽ ſententiam; ratio enim eſt, quia quod aliquis actus de ſe malus, vel ex obiecto bonus factus in Eccleſia ſit ſacrilegium pendet ex iure poſitiuo eccleſiaſtico; quod non tam attendit ſępe ad grauitatem peccati, quam ad alias indecentias, & rationes extrinſecas conſiderabiles iudicio prudentium.

139 Vtrum verò peccata facta in loco ſacro habeant aliquam maiorem grauitatem tamen intra eandem ſpeciem? Habere, ſicuti peccata commiſſa in die feſto grauiora ſunt commiſſis die feriato ſine mutatione ſpeciei neceſſario confitendæ, tradunt Caietanus 1.2.*q*.7.& 2.2.*q*.99.*ad* 1.*dub*. Nauarrus *in ſumm. cap.* 6. *n*.11.& 12. Victoria *in ſum de confeſſ. concl.* 95.& 96. Sanchex *d. diſp*.15.*n*.22. Fagundez *de præcept. eccl. præc.* 2.*lib*.4. *cap.* 4 *num*.10. Caſtrua Palaua *dict. part* 1.*num*.7.*fine*, & alij apud eundem, & Fagundez *dict. num.* 10. dicit eſſe indecentiam maximam, & circumſtantiam notabiliter aggrauantem in eccleſia, vel cœmiterio repræſentare comœdias nimis laſciuas, mercatum facere, triturare ſegetes, comprimere vuas. Sed de his plura apud eundem Fagundez. Hac poſteriori ſententia ita explicata, fundamentis prioris ſententiæ *n* 134. adductis ſatiſfit, vt ſequitur.

140 Ad primum reſpondetur etiam in hoc genere dari ſacrilegium ex natura rei, ſeu lege naturæ ante omnem eccleſiæ prohibitionem, nempe contemptum loci ſacri. Deinde non eſt neceſſe in omni peccatorum genere dari aliqua mala; quia prohibita, alia prohibita, quia mala. Si quidem in abſtinentia à carnibus nonnullis diebus, in ieiunijs, & in pluribus alijs, quæ ex ſolo iure poſitiuo eccleſiaſtico pendent, non poſſunt aſſignari aliqua prohibita, quia mala,

Ad ſecundum. Plures (vt *infrà* dicitur) tenent, 141
actum coniugalem etiam ſine neceſſitate habitum in templo non eſſe peccatum, nec ex prohibitione iuris poſitiui; alij verò aſſerunt eſſe peccatum ſolum ex prohibitione iuris poſitiui; quod in *textibus nu.* 131. *adductis* illum prohibuit in ordine ad violationem eccleſiæ; & ex hoc, quod licet copula coniugalis de ſe licita, & meritoria ſit, nihilominus, ſi in loco ſacro habeatur, eſt ſacrilegium, & per illam polluitur eccleſia, ſi publicata fuerit. Doctores poſterioris ſententiæ contra Suarex inferunt, quod non ex turpitudine & indecentia actionis redditur ſacrilegium, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ, quæ illam prohibuit, & voluit tribui Deo ſpecialem cultum per immunitatẽ horum actuum in loco ſacro. Ad illud de exoneratione ventris Baſilius Pontius reſpondet exonerare in eccleſia ventrem leuandæ naturæ gratia non eſſe ſacrilegium, præſumi autem eſſe, quia præſumitur factum in contemptum, quando ſine vrgente neceſſitate fit, ſicut blaſphemus, qui in imaginem expueret, præſumeretur hæreticus, quamuis reuera poſſit eſſe ſine hæreſi. At Caſtrua Palaus ad idem ſecundũ argumentũ reſpondet admittendo, & affirmando vtramque actionem ſcilicet copulam coniugalẽ, & exonerationem ventris in Eccleſia abſq; neceſſitate, eſſe ſacrilegium; quia tales actiones exercena locũ ſacrũ vilipendit; nam eum, ac ſi vile cubiculũ, & beſtiarũ ſtabulũ, pertractat; ſi enim quis pedibus imaginem conculcaret, citra omne dubiũ iuxta omniũ æſtimationẽ graue ſacrilegiũ cõmitteret; quia irreuerenter, & turpiter ſancta pertractat, ſic de loco ſacro dicendum videtur, inquit Palaus, addens inde non fieri, ad alia peccata murmurationis blaſphemiæ, teſtimonij falſi eſſe doctrinam extendendam; quia hæc non vidẽtur locum ſacrum irreuerenter pertractare, quia non aſſumitur locus ſacer, vt medium ad illas exercendas; ſicut aſſumitur in actionibus turpibus, & inhoneſtis; & idem videri dicendum ſubdit idem Palaus de conuiuantibus in templo, & mercaturam exercentibus ex propoſito, ſcilicet, eſſe actiones locum ſacrum contemnentes, vel ſaltem ſic præſumi, eaque de cauſa è templo expelli. Verùm hæc reſponſio deſtruit ipſam poſteriorem ſententiam, & probat priorem ſententiam Soarij, & eſt contra ſenſum omnium aliorum Doctorum. Qui pro eadem ſententia ſunt allegati; & non apparet ratio, cur blaſphemia, dare alapas, & ſimilia facta in eccleſia non eſſent ſacrilegium, nam etiam qui tales actiones efficit in templo videretur templum contemnere, & irreuerenter tractare. Dicendum ergo iuxta Doctores poſterioris ſententiæ per copulam coniugalem, & exonerationem ventris, comeſſationes, & mercatum (ſi abſit intentio contemnendi ex parte operantis) non contemni locum ſacrum, vt ſacer eſt, quia ex ſe non opponuntur conſecrationi, neque illam tollunt, vt *ſuprà num.* 136. dictum eſt; & qui actus opponuntur, vel tollunt, id habent tantum ex eccleſiaſtica conſtitutione, iuxta tradita *eodem num.* 136. & *num.* 137. Pedibus verò conculcans imaginem Chriſti Domini, vel alicuius ſancti committit ſacrilegium, quia iniuriam irrogat prototypo in imagine repræſentato; & etiam ipſi imagini ob repræſentationem prototypi ſanctæ, cum omnia ſancta habeant præceptum naturale ſanctè tractandi & non contemnendi, contra quod peccat pedibus imaginem ſacram conculcans, & vilipendens, in quo reperitur expreſſus contemptus.

Ad tertium Reſpondet Pontius primò à D. Paulo 142

damnari comeſſationes in Eccleſia ratione contemptus, quam præ ſe ferebant, ſeu qui in epulantibus ibi præſumebatur, vt explicat idem Paulus dicens, *aut eccleſiam Dei contemnitis*, &c. ideo etiam à Sanctis Patribus damnari. Secundò reſpondet à temporibus Apoſtolorum fuiſſe præceptum eccleſiaſticum non conuiuandi profanè in Eccleſia ob illius reuerētiam; quod & poſteriorum Pontificum, & Conciliorum decretis confirmatum eſt; ac proinde erat ſacrilegium ex prohibitione tamen eccleſiæ reſultans.

143 Ad quartum reſpondet idem Pontius, Balthaſar indigne tractando Vaſa ſacra, illiſque abutendo ad vſus profanos peccaſſe contra ſupradictum præceptum naturale ſanctè tractāda ſancta; hinc tamen nil colligi contra poſteriorem ſententiam; quæ non negat poſſe contra reuerentiam Eccleſiæ, ſeu loci ſacri peccari, cum in contemptum religionis, & conſecrationis fit aliquid in eccleſia, eo verò cōtemptu ſecluſo non eſſe ſpeciale peccatum ſacrilegij ex iure naturali abſque prohibitione eccleſiaſtica. Et eodam modo reſpondet ad quintum, fuit enim nimius exceſſus cum contemptu cultus diuini, & religionis, quo etiam ingredientes templum ad orandum impediebātur vacare orationi, & diuinis; ſiquidem mercatus ille fiebat cum ſtrepitu maximo; & menſæ ibi erant numulariorum, ac trapezitarum dantium, & accipientium pecunias creditò, & ad cambia.

Ad ſextum reſpondetur ex dictis peccata, ſeu opera facta in eccleſia eſſe ſacrilegia ex ſpeciali prohibitione Eccleſiæ facta intuitu religionis, & cultus Dei, inque templi reuerentiam.

144 Ad ſeptimum, quando fertur excōmunicatio contra furantes, furtum non prohibetur intuitu alterius virtutis à iuſtitia, qua iure naturali prohibetur, ſed ſolum additur pœna illa, & ideo in eo ſupponitur tota malitia, neque ob excommunicationem ſortitur malitiam ſpecie diuerſam. Effuſio verò ſanguinis, & effuſio ſeminis ab eccleſia intuitu religionis prohibentur fieri in loco ſacro tantum in ordine ad violationem, & ideo ſunt ſacrilegium ex ſola prohibitione eccleſiaſtica, & poteſt dici ipſam violationem eſſe rationem maliæ ſacrilegij, quia prohibitio ab Eccleſia facta eſt tantum in ordine ad violationem; cum alia ſint prohibita abſolutè in eccleſia in reuerentiam loci ſacri, in quibus etiam ratio malitiæ ſacrilegij eſt ſola ipſa Eccleſiaſtica prohibitio, ſine tali ordine ad violationem.

Et prædicta quoad præfatam poſteriorem ſententiam, cui vt pote communi, vel magis communi tamquam probabiliori adhæreo, exiſtimans tamen eſſe valde probabilem priorem ſententiam: reſtat videndum:

An, & quando copula coniugalis ex eccleſiaſtica conſtitutione ſit prohibita fieri in eccleſia ſeu loco ſacro, polluátque locum ſacrum.

An, & quando ſaltem ex iure poſitiuo eccleſiaſtico copula coniugalis habita in eccleſia, ſeu loco ſacro benedicto, aut conſecrato ſit peccatum, & ſacrilegium mortale, & eccleſia, ſeu locus ſacer polluatur. Circa hanc difficultatem triplex eſt ſententia.

145 Prima abſolutè, & indiſtinctè aſſerit eſſe peccatū mortale, & ſacrilegium tam ex parte petentis, quàm ex parte reddentis; & per illam pollui eccleſiam, ſi ſit publica, vel poſtea publicetur; ita quod nulla neceſſitas etiam vitandi incontinentiam, vel longa temporis manſio in Eccleſia ratione obſidionis excuſet talem copulam à culpa ſacrilegij mortiferi. Ita Paludanus 4 *diſt.* 18. *q.* 8. *art.* 4. Caietanus *in ſumm. v. matrimonium cap. vlt. verſic. ſextum caput*, Nauarrus *in man. c.* 16. *n.* 32. Graffius 2 *p. deciſ. cap.* 48. *n.* 26. Valentia *to.* 4. *diſp.* 19. *generali q.* 6. *p.* 2. §. 7. D. Antonin. Armilla, Tabiena, Angles, Henriq. P. Ledeſma, Victoria, Viuald. Salzedo, & nonnulli alij à Sanch. *lib.* 9. *diſp.* 15. *n.* 4. & à Fagund, *de præcept. Eccl. præc.* 1. *lib.* 3 *cap.* 14. *nu.* 4. *& in decalog. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 9. *relati*, & ita videtur ſentire etiam Azorius *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26 *n.* 13. *verſic. ſecundo modo polluitur. part.* 3. *l.* 3. *c.* 13. *q.* 3. vbi abſolute dicit illicitum eſſe actum coniugalem in loco ſacro.

Probatur hæc ſententia, coniuges tenentur ad continētiam ex magna abſentia etiam per multos annos, vt cū vir ob mercaturam, vel rem militarem iuſte abeſt. Ergo multò magis ex reuerētia debita loco ſacro, maximè quia per copulam coniugalem fit magna, & notabilis iniuria loco ſacro, in eo, ad quod ſacer eſt, fuit enim ſacer ad diuina officia, & ſacra myſteria in eo peragenda, non ad hos vſus fœdos. Confirmatur eadem ſententia ex iuribus *n.* 131. adductis, nam d. can. *Eccleſia, de conſ. d.* 1. & d. cap. *fin. de conſecr.* & in nonnullis alijs textibus ibi citatis abſolutè dicitur pollui eccleſiam per ſanguinis, & ſeminis humani effuſionē voluntariam; & ibi non diſtinguitur de copula licita de ſe, aut illicita; & vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *l. de pretio ff. de publiciana actione.* Et hanc eandem ſententiam, ſi copula coniugalis ſit publica, & notoria (ad quod aiunt ſufficere coniuges publice in eodem lecto cubare) tenēt Sotus 4. *diſt.* 32. *q. vnic. art.* 3. *poſt.* 3. *concl verſic. hanc autem*, Vega, Lud. Lopez, Carneado, & Capua à Sanchez *d. diſp.* 15. *n.* 5. *relati* & ſecus ſi fuerit occulta, nam tunc nolunt eſſe peccatum mortale, licet non explicent an ſaltem ſit veniale Et eſſe mortale ſacrilegium copulam coniugalē habitam in loco ſacro, ſi fiat publice etiam ab euitandam incontinentiam, tenet etiam Rebellus *de oblig. iuſt. p.* 2. *lib.* 3 *quæſt.* 19. *n.* 7. *&* 9.

Secūda ſententia prædictę oppoſita docet abſolute nullum committi peccatū, ſi ſcandalum abſit, nec eccleſiam violari per copulam cōiugalem in loco ſacro habitam, etiamſi abſq; vlla neceſſitate habeatur. 146
Ita Roſella *v. conſecratio* 1. *n.* 9. Baſilius Pontius *l.* 10. *c.* 10. *n.* 13. Hurtad. *de matr. diſp.* 10. *diff.* 4. & Martinus Perez *de matr. diſp.* 44. *ſect.* 4. *n.* 7. Probant Baſilius, Hurtadus, & Perez, quia copula coniugalis habita in loco ſacro non eſt mala, & illicita ex ſe, vbi *ſuprà n.* 136. *& ſeqq.* probatum eſt; ſed neque ex prohibitione eccleſiæ; ergo non eſt ſacrilegium, etiam habita extra neceſſitatem, nec polluit locum ſacrum. Quod non ſit mala, & illicita ex eccleſiæ prohibitione oſtenditur, quia eſſe non poteſt mala ea eccleſiaſtica prohibitione, niſi quatenus ſit prohibita in ordine ad violationem, ſeu quatenus ius eccleſiaſticum ſtatuerit etiam per talem copulam alioqui licitam eccleſiam pollui; at nullibi talis eſt prohibitio, nec iura decernens eccleſiam pollui per copulam coniugalem Per hanc enim copulam non pollui Eccleſiam, vt indigeat reconciliatione docuerunt Gloſſa *in can. eccleſiis, de conſecr. d.* 1. *verbo ſemine. ibidem* Hugo, Laurentius, & Gandalupus, Archidiaconus *in cap. vn. de conſecr.* in 6. Henricus *in cap. fin. numero* 3. *eodem tit.* Garſon *in* 2 *in comp. Theol. tract. de ſacram. matr.* Roſella *loco citato*, & nonnulli alij *relati* à Sayro *de cenſur. lib.* 5. *cap.* 16. *numero* 19. Id forte verum eſſe dicit Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 3. *verſic. tit. quanto* Fundamentum eſt, quia neque ex textibus *dict. num.* 131. allegatis, neque ex alio iure probari poteſt per concubitum coniugalem pollui eccleſiam; & quidem non ex cap. *ſignificaſti, de adulteriis.* & can. *ſi motum, de conſecr. d.* 1. quia in his duobus textibus fit mentio tantum copulæ adulterinæ; ſed neque ex cap. *fin. de conſecrat* cuius verba ſunt: *Si eccleſia non conſecrata cuiuſcunque fuerit ſemine, aut ſanguinis effuſione polluta.* aut ex can. *eccleſiis d.* 1. vbi ſic dicitur

dicitur: *Eccleſiis ſemel Deo conſecratis non debet conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſta, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſque ſemine polluta fuerint.* In his enim textibus non conſtat eſſe ſermonem de effuſione ſeminis per actum coniugalem; quia ad veritatem dictorum verborum ſufficit effuſio ſeminis per actum non coniugalem illicita contra caſtitatem, cuiuſcunque ſit ſiue fœminæ, ſiue viri, ſiue Clerici, ſiue non Clerici. Cum ergo alibi non conſtet, actum coniugalem in Eccleſia eſſe prohibitum intuitu reuerentiæ Eccleſiæ, non eſt dicendum eo pollui Eccleſiam, & conſequenter non eſſe peccatum, ſeu ſacrilegium. Quod confirmat Pontius, & Hurtadus à ſimili ſcilicet, quia nec ſanguinis effuſio eſt, & licita polluit Eccleſiam, nec habet ſpecialem malitiam ſacrilegij.

147 Tertia ſententia communis, vel ſaltem magis communis, cui vti probabiliori adhæreo, duo dicit. Primum actum coniugalem in Eccleſia petendo, & reddendo, ſi ſine iuſta cauſa, & extra neceſſitatem fiat, eſſe ſemper ſacrilegium mortale, & per ipſum pollui Eccleſiam iuxta modum, qui infrà explicabitur. Secundum non eſſe ſacrilegium, nec vllum peccatum, neque per ipſum pollui Eccleſiam, ſi fiat ex neceſſitate, & iuſta cauſa, quæ quando ſit, explicatur *infrà*. Ita Alenſis, Albertus Magnus, Ricchardus, Sotus, Maior, Supplem. Mayronis, Guillermus, Braſſolis, Nicolaus de Orbellis, Ouadus, Palacius, Ioa. de Friburgo, Ledeſma, Aſtẽſis, Caſtrus, Monaldus, Turrecremata, Nider, Alcozer, Margarita Confeſſorũ P. Ledeſma, B. Ledeſma, Victoria à Sanch. *d. diſp.* 15 *n.* 12. *relati*, Syluester V. *conſecratio* 2. §. 5. Couarr. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 7. §. 1. *n.* 3. Henriq. *lib.* 11. *c.* 16. *n.* 4. Sanch. *d. diſp.* 15. *n.* 8. & 12. Sayrus *lib.* 5. *de cenſur. cap.* 16. *n.* 19. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſput.* 81. *ſect.* 4. §. *Tertiò violatur verſic. Tertia opinio.* Rebellus *de oblig. iuſtit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *n.* 7. & 8. Leſſius *de iuſtit. lib.* 4. *cap.* 3. *de ſpeciebus luxuriæ dub.* 10. *n.* 85. Toletus *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 9. Fagundez *de præcept. Eccl. præcep.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 26. & *ſeqq.* & *præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 21. & 22. Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 5. *nu.* 8. *verſic. Tertiò per illicitam copulam.* Coninch *de ſacram q* 83. *art.* 3. *nu.* 231. Reginaldus *lib.* 22. *n.* 33. & *lib.* 31. *n.* 144. Villalobos *p.* 1. *tract.* 8. *diff.* 24. *n.* 6. & *tract.* 13. *diff.* 41. *n.* 5. Caſtrus Palaus *to.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 1. *p.* 1. *num.* 1. *fine.* Filliuccius *to.* 1. *tract.* 10 *cap.* 9. *n.* 327. Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg.* 28. *n.* 47. & 48. & *collect. ad cap. ſignificaſti num.* 3. *de adulteriis*, cæteri Recentiores, & plures à Barboſa, Sanchez, & aliis Doctoribus citatis *allegati* & hanc ſententiam quoad vtrumque dictum tunc etiam Rebellus *d. quæſt.* 19. *num.* 7. & 8. quando copula coniugalis habetur occultè, non quando publicè *n.* 9. vult ſemper eſſe peccatum mortale ſacrilegij, & per eam Eccleſiam pollui, & egere reconciliatione.

148 Primum dictum, eſſe ſacrilegium mortale, ſi abſq; neceſſitate, & iuſta cauſa copula coniugalis habeatur in loco ſacro, multi ex Doctoribus citatis probant, quod talis copula, licet aliàs licita, in loco tamen ſacro facta ob indecentiam actus eſt iniurioſa loco ſacro, & contra reuerentiam ei debitam, videtúrque continere vilipendium, & contemptum loci ſacri, qui ad hoc vt diuina officia ibi celebrentur, non vt fœdi actus exerceantur, conſecratur, & benedicitur. Cæterum iuxta ſententiam *ſuprà n.* 136. & 137. traditam probatur, quia talis copula in Eccleſia eſt contra reuerentiam loco ſacro debitam, intuitu cuius ius Eccleſiaſticum prohibuit illam ibi fieri in ordine ad loci ſacri violationem, ſeu ſtatuit per illam violari, & pollui Eccleſiam conſecratam, aut benedictam. Et quod Eccleſia conſecrata, aut benedicta polluatur per concubitum coniugalem præter prællegatos Doctores tradunt Gloſſa *in cap. vnico v. ſeminis, de conſecrat. in* 6. *ibidem* Dominicus, Francus, Angelus, Tabiena, Diaz Salzedo, Gregorius Lopez, Lælius de Zanchis, Cuccus, & innumeri alij à Sanch. *d. diſp.* 15. *num.* 7. Sayro, Barboſa, & Fagundez *relati.* & Auila *de cenſur. p.* 2. *diſp.* 7. *dub.* 7. *verſic. ſecundum eſt.* Et eſt communis ſententia Canoniſtarum, Theologorum, ac Summiſtarum. Et probatur, quia *d. cap. final. de conſecrat.* & *d. can. Eccleſiis conſecr. d.* 1. *abſolutè*, & indiſtinctè dicitur Eccleſiam pollui per effuſionem ſeminis voluntariam, & conſtat ex verbis textuum *n.* 140 *relatis.* & idem dicitur *d. c. vnico. de conſecr. in* 6. cum effuſione ergo ſub ſeminis voluntaria contineatur effuſio per actum coniugalem, ex textibus ſatis clarè conſtat per actum coniugalem pollui Eccleſiam, & confirmatur illa regula, quod vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *d. l. de pretio ff. de public. actione*; atque adeo cum in dictis textibus non diſtinguatur de copula de ſe licita; vtraque comprehenditur. Si ergo actus coniugalis ex ſtatuto Eccleſiæ polluit Eccleſiam, oportet fateri eſſe in reuerentiam loci ſacri ibidem fieri prohibitum, & conſequenter ſi fiat, eſſe ſacrilegium mortale ſaltem ex prohibitione Eccleſiæ factæ intuitu reuerentiæ loci ſacri, & ſic intuitu religionis. Textus autem *in d. cap. ſignificaſti, de adulteriis. in d. can. ſi motum, de conſecrat. d.* 1. non obſtant; quia non definiunt ob ſolum adulterium violari Eccleſiam, ſed loquuntur in caſu ſpeciali; alioqui probarent per ſimplicem fornicationem. Non obſtat etiam illud à Pontio, & Hurtado adductum, quod per ſanguinis effuſionem iuſtam, & licitam non polluatur locus ſacer. Nam imò (ex quo magis confirmatur pollui per actum coniugalem) etiam effuſio ſanguinis iuſta, quæ fieret per iudicem ſuſpendendo reum damnatum in Eccleſia, vel ibidem detruncãdo caput, illam pollueret, vt tradunt Gloſſa *in d. cap. vnicum v. ſanguinis, de conſecrat. in* 6. Emanuel Sà V. *Eccleſia numero* 13. Sayrus *d. cap.* 16. *num* 13. Suarez *d. ſect.* 4. *initio*, Sanchez, & Reginaldus *vbi ſuprà.* Fagundez *d. cap.* 14. *num.* 9. & *d. cap.* 4. *num.* 17. & *in decalog. lib.* 6. *d. cap.* 3. *nu* 4. Auguſtinus Barboſa *collect. ad cap. propoſuiſti num.* 4. *de conſecrat.* & alij à Sayro, & Barboſa *relati*, & communiter Doctores, quia in dictis textibus abſolutè, & indiſtinctè dicitur pollui Eccleſiam per effuſionem ſanguinis, ſub qua rectè comprehenditur, quæ fit per occiſionem authoritate iudicis factam. Neque obſtat, quod non polluatur Eccleſia, ſi iudex mittat ſagittam, & percutiat perturbatorem Reipublicæ in Eccleſia exiſtentem, quam aliter capere non poteſt, vt aiunt Sà *loco citato*, Henriquez *d. n* 4. *fine*, & Auilà *d. diſp.* 7. *dub.* 1. *verſic. ſecunda concluſio*, & Barboſa *d. nu.* 4. nam huiuſmodi occiſio, & ob iuſtam defenſionem, per quam non polluitur Eccleſia iuxta Doctores communiter. Quanquam Fagundez *d. cap.* 3 *d nu.* 4. etiam in hoc caſu teneat pollui Eccleſiam. Non obſtat etiam quod homicidium per iudicem factum non ſit iniurioſum: Nam vt ſit ſacrilegium mortale ſufficit quod ſit ab Eccleſia prohibitum in reuerentiam loci ſacri in ordine ad violationem, ſcilicet, decernendo, vt per talem actum locus ſacer pollueretur. Aliter reſpondet Suarez, & poſt eum Fagundez, & Barboſa, nempe illud homicidium eſſe iniurioſum Reo, qui quantumuis iuſtè ad mortem damnatus habet ius, vt in loco ſacro vim non patiatur; & quia licet ei iniuria ſimpliciter non fieret; fit tamen loco ſacro; & quod ſatis eſt, vt Eccleſia violetur; vt ſi quis in Eccleſia ſe ipſum interficiat, polluta manebit Eccleſia, inquiunt, & docent etiam Syluester, Nauarrus, & Graffius à Fagundez *relati*; nam etiamſi propriè ſibi iniuriam non inferat, infert tamen illam Deo, & Eccleſiæ, quæ reſponſio rectè concludit ſuppoſita prohibitione Eccleſiæ, & illius ſtatuto, per effuſionem ſanguinis voluntariam, & homicidium pollui Eccleſiam, vel ſuppoſita ſententia, quod tale homi-

Digitized by Google

cidium ſit de ſe ſacrilegium ob indecentiam, & irreuerentiam, quam ſecluſa etiam prohibitione iuris poſitiui contineat in ordine ad locum ſacrum.

149 Dixi verò copulam coniugalem in loco ſacro eſſe mortale ſacrilegium non ſolum petendo, ſed etiam reddendo; nam licet quando actus coniugalis eſt illicitus ſolum ex circumſtantia ſe tenente ex parte ſolius exigentis debitum, non ſit peccatum reddere, vt *ſuprà cap.1. n.235.* Nihilominus quando eſt illicitus ex circũſtantia ſe tenente ex parte ipſius actus, tunc etiam reddere, eſt peccatum, ſicut & petere, vt *d.c.8. n.228.* probatum eſt, circũſtantia autẽ loci ſacri tenet ſe ex parte ipſius actus coniugalis; cũ enim actus cõiugalis violet locũ ſacrũ, impediátq; in eo diuina celebrari, donec recõcilietur, & ſic directè ſanctitati loci opponatur, & cõpleatur tam ex petitione, quã ex redditione, ea loci circunſtantia æquè ſe habet ad petitionem, vtraque enim violat illam, & conſequenter vitiat vtrumque actum tam petionis quam redditionis, & vtrumque coniugem æquè afficit, & obligat ſub lethali, & ideo tam petitio, quam redditio eſt peccatum mortale ſacrilegij. Ita Doctores omnes *ſuprà num.*147. *allegati*, & alij communiter à Sanchez *d.diſpat.15.numero* 8. & Fagundez *d.cap.* 14. *numero* 23. *relati* contra nonnullos ab eodem Sanchez *dict.num.* 8.*poſt medium relatos*, qui non rectè aſſeruerunt petentem in loco ſacro peccare quidem, at alterum coniugem teneri reddere, niſi bono modo poſſit petentem inducere, vt deſiſtat. Quorum opinio ex dictis manet reiecta, & etiam ex eo, quod ſicut exigenti debitum in loco publico alter non poteſt licitè reddere, *vt ſuprà numero* 111. probatum eſt; ita neque exigenti in loco ſacro, quia in vtroque caſu debitum exigitur in loco non opportuno.

150 Secundum dictum eiuſdem tertiæ ſententiæ, quod nullum ſit peccatum, ſeu ſacrilegium, neque Eccleſia polluatur, ſi ibi habeatur copula coniugalis ex neceſſitate vigente, & iuſta cauſa, putà, ſi diu, vel longo tempore coniuges maneant incluſi in loco ſacro ratione belli, vel concuſſionis militaris, & alteri eorum immineret periculum incontinentiæ, nec alibi adſit opportunitas coniugalis copulæ habendæ probatur, quia in hoc euentu neceſſitas irreuerentiam excuſat, & non eſt credendum, nec vllo modo cenſeri debet, actum coniugalem eſſe vetitum ob loci ſacri extrinſecam decentiam; hoc enim eſſet nimis durum, nec congruum indulgentiæ Apoſtoli 1. *ad Corinth. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt orationi vacetis, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.* Et ſicut cætera præcepta Eccleſiæ in caſu magnæ neceſſitatis deobligant; ita cenſendum de hoc præcepto abſtinendi à copula coniugali in loco ſacro. Et ſicut etiam excuſatur à ſacrilegio homicidium in loco ſacro cum debito moderamine ob iuſtam defenſionem factum ad tuendam vitam temporalem, nec per illud Eccleſia polluitur, vt tradunt ſcribentes in textus *ſuprà numero* 131. adductis, & alij communiter; ſic, & multo magis excuſabitur copula inter coniuges diù obſeſſos, & incluſos in loco ſacro ad vitandum periculum incontinentiæ, & ad tuendam vitam ſpiritualem; ac proindè etiam ſi poſtea publicè conſtet de tali copula, ſi conſtet etiam de cauſa iuſta, non egebit locus purificatione, ſeu reconſecratione. Et prædictam excuſationem à ſacrilegio in hoc euentu neceſſitatis Suarez *dict.tom.1. de religione dict.lib.3.de reuerentia debita locis ſacris c.7.n.3.* rectè ait procedere, dato quod extra caſum neceſſitatis copula coniugalis in loco ſacro de ſe, & iure naturali eſſet peccaminoſa, & ſacrilegiũ, quia etiam interdum ob neceſſitatem, inquit, ceſſat obligatio legis naturalis; quando ex circunſtantiis materia ipſa moraliter mutatur; & ita in præſenti data illa opinione, de qua *ſuprà numero* 134. nam copula ſine vrgente neceſſitate facta in loco ſacro contineret virtualem contemptum eius, ideoque non fieret ſine irreuerentia loci ſacri; at quando interueniente neceſſitate ad vitandum periculum morale pollutionis ſit cum reuerentia, & timore Dei; tunc ceſſat contemptus, & irreuerentia; quia quod neceſſitate fit ad ſubueniendum animæ periculu, non cenſetur moraliter fieri cum irreuerentia loci ſacri; ſed imò potius coniuges videntur locum ſacrum reuereri, quam illi iniuriam facere; ac proinde tunc ceſſat non ſolum deformitas in ordine ad prohibitionem iuris poſitiui; ſed etiam deformitas naturalis, ſeu in ordine ad ius naturale. Quare in hoc euentu etiam ſi copula coniugalis ſit publica, quantum moraliter de tali actu publicè conſtare poteſt, vt ſi publice coniuges habeant torum communem, per eam non polluitur eccleſia iuxta præfatos Doctores communiter, quia cum tam omnino occultè, quam publicè (ſcilicet eo modo, vt de ea conſtare poſſit) facta ex præfata iuſta cauſa ſit licita, & carens omni culpa, non debet, nec poteſt per eam polluí eccleſia; nec ex præallegatis textibus poteſt colligi contrarium. Vnde non eſt approbanda ſententia Soti, Rebelli, & aliorum, quos allegam *ſuprà numero* 145. *fine*, aſſerentium, quantumque in coniugibus obſeſſis in loco ſacro, ac diuturnum periculum incontinentiæ vrgeat, ſi copula fiat publicè, vt quia publicè cubent in eodem lecto, copulam eſſe ſacrilegam, & pollui Eccleſiam. Nihilominus, vt notat etiam Leſſius, danda eſt opera, vt quam occultiſſimè fiat propter ſcandalum.

Vtrum verò iuſta cauſa excuſandi à ſacrilegio, & Eccleſiæ pollutione copulam coniugalem in eccleſia ſeu loco ſacro exercitam, cum coniuges ibi diù detinentur obſeſſi, vt alius locus illis liber maneat, ſit ſolum periculum præſens incontinentiæ in eorum altero, quod ſolo actu coniugali euitari queat, an verò cenſeatur ſemper iuſta cauſa, quod longa, & diuturna ſit obſeſſio coniugum in eodem loco ſacro ſine opportunitate alterius loci. 151 Aliqui videntur velle ſolum rationem ſalutis animæ, & periculi moralis imminentis incontinentiæ excuſare, atque adeo non excuſari copulam à ſacrilegio, ſi habeatur cauſa prolis, vel fouendi amorem mutuum, & multo magis ſi ob delectationem ſenſitiuam. Ita Toletus, & Rebellus *locis citatis.* Syluester *v. debitum coniugale numero* 5. *v.conſecratio* 2 *num.* 2. Ouadus, Margarita Confeſſorum, & alij à Sanchez *dict. diſput.* 15.*numero* 12 *citati*, qui mentionem faciunt de ſolo periculo incontinentiæ, & ſalutis animæ, iuxta quorum ſententiam, ſi nullum ſit actuale periculum incontinentiæ, non erit licita copula, eo quod in tali loco teneantur abſtinere, quantum poſſunt; & hanc ſententiam probabilem putat Leſſius *dict.cap.*3 *numerò* 86. & abſolutè tenet Fagundez *in decalog. lib. 6. dict. cap. 3.numero* 12. *verſic. item longa*, in hominibus politioribus, & in negotiatoribus, qui diù abeſſe ſolent, quos citra periculum incontinentiæ, & pollutionis in ſe, vel altero coniuge, ait non videri licite petere, cum huiuſmodi homines continentiæ aſſueti ſint, ſecus verò inquit, in hominibus rudibus, qui non tam facile continentiæ aſſueti ſunt. Hoc autem intelligitur de petente iuxta eoſdem DD. non de reddente, cũ diuturna eſt obſeſſio, reddens enim facilius excuſari poteſt, cũ neſciat alterius diſpoſitionem.

At alij (& eſt probabilius) putant iuſtam cauſam

eſſe longam, & diuturnam obſeſſionem in loco ſacro, ita vt coniugibus ad alia loca non pateat egreſſus, quo maritaliter copulentur, & hoc ſufficere, vt copula maritalis in loco ſacro ſit licita, nec per eam polluatur Eccleſia, docent Petrus Ledeſma *1.p.quæſt.24.art.3.dub.7.caſu* 2. B.Ledeſma *dubit.12 de pœnis*. Suarez, Azorius, Sayrus, Reginaldus, Leſſius, Cooinch, Filliuccius, Villalobos *locis ſuprà num.147. relatis*, alij à Sanchez *dicta diſputatione 15. numero 13.relati*, & etiam Fagundez *de præcept. Eccleſ præcept.1.lib.1.cap.14. numero 26.& præcep.1.lib.4.cap.4.num.23.* Ratio, cur ſola diuturna obſeſſio in loco ſacro abſque alio incontinentiæ præſenti periculo excuſet à culpa, & ſacrilegio copulam coniugalem in eo loco habitam, eſt, quia ratio illa ſolius periculi incontinentiæ in praxi eſt res intricata, & perplexa, & grauiſſimis ſcrupulis vrgerentur coniuges, & maximo, ac euidenti periculo lethaliter peccandi exponerentur, ſi tenerentur diſcutere, an cum copulari volunt, periculum incontinentiæ patiantur, & præterea attenta humana fragilitate, & moraliter loquendo ſemper cenſeri poteſt in coniugibus adeſſe incontinentiæ periculum, vnde duriſſimum eſſet, velle Eccleſiam obligare coniuges ſolùm propter decentiam extrinſecam loci ſacri ad abſtinendum à copula coniugali alioqui de ſe licita in ea diuturna obſidione in loco ſacro ſtante illo morali periculo, cui Eccleſia (ne videatur offendiculum infirmis tendere) præſumitur nolle dare occaſionem ſtatuendo per talem copulam violari locum ſacrum, ſed potius compatiendo fidelium infirmitati noluiſſe ſtatutum violationis ad hunc caſum extendi. Et quamuis tale periculum incontinentiæ deſit in aliquibus coniugibus particularibus, non eſt tamen dicendum peccare illos coniuges mortaliter, in quibus idem periculum incontinentiæ deeſt, quia leges, & præcepta ad ea, quæ frequenter, & ordinario modo accidunt, attendunt; nec credendum eſt, Eccleſiæ præcepta cũ tanto rigore obligare. Quare iuxta eoſdem Doctores, & præſertim Sanchez, & Fagũdez, & alios à Sanchez *d.n.13.relatos* in eo caſu diuturno incluſionis coniugum in loco ſacro licita eſt copula inter ipſos in omnibus caſibus, in quibus extra Eccleſiam licitum eſt illã habere; & ſic ad fouendum mutuum amorem, ad prolem ſuſcipiendam, & etiam cauſa ſanitatis, vel lucri comparandi (ſuppoſita ſentẽtia, quod etiã in hoc caſu ſit licita, de qua iam ſuprà §.1.) ſi vero habeatur ob delectationem tantum ſenſitiuam erit ſolũ veniale peccatũ; quia extra locũ ſacrũ ob hunc ſolũ finẽ habere, eſt tantũ veniale iuxta tradita eodẽ §.1. & ita etiam habita cauſa ſanitatis, vel lucri tẽporalis, non poterit eſſe niſi in culpa venialis; cũ extra locũ ſacrũ habita ob eũ finẽ, ſi eſt culpabilis, non excedat malitiã venialẽ. Addunt Sanch. *d.n.13.fine* Leſſius *d n.86* & Fagũdez *d.c.4.n.22.* quãdo incluſio coniugũ in loco ſacro putatur certò, vel probabiliter futura diuturna, & longa, eoſdẽ cõiuges non tantũ in fine, aut medio illius tẽporis, ſed etiã ſtatim, & in principio poſſe licitè vti cõiugio, cũ nõ ſit maior ratio de vno tẽpore quã de alio; & iam adſit præſens cauſa; & quia tenere dicimus, quæ ſtatim, & ſine dubio poſſidere incipimus; nec cogendi ſunt coniuges expectare tẽpus elapsũ, cum id videretur valde durũ; & alioqui poſt habitã ſemel copulã, tenerentur expectare morã aliquam tẽporis, vt iterũ copularentur; quia breui tẽpore poſt copulam facile eſt abſtinere, & ita nimiis ſcrupulis, & offendiculis obijcerentur coniuges, & non fragilitati illorum conſuleretur.

153 Quod ſi coniuges exiſtant in Eccleſia, ſeu loco ſacro breui tempore; quod iuxta omnes eſt tale, ſi dormiãt vna, aut altera nocte in Eccleſia, ibi v.g. voti cauſa manentes, coëundo cõmittunt ſacrilegiũ mortale, quia facili negotio poſsũt abſtinere breui illo tẽpore. ita Suar. *d.ſect.4.§.Tertiò violatur, verſ.tertia opinio.* Sanchez *d.diſp.15 n.12.* Fagundez *d.c.14.* qui alios citat; & indicant omnes alij Doctores *num 127.relati.*

154 Longum verò tempus, aut breue quodnam in hac materia debeat dici; multi ex Doctoribus *d.n.147 allegati* non explicãt: Suarez *loc.cit.* & P.Ledeſma *ſum ſacram c.10.de Euchar.* loquentes de breui tẽpore ponũt præfatum exemplũ ſi vna vel altera nocte intra Eccleſiam habitent, & dormiant, quo videtur ſentire tẽpus longum, ſeu ſufficiens ad excuſandam copulã coniugalem in Eccleſia habitã à culpa, & ſacrilegio eſſe ſpatium trium dierum, aut trium noctium; quãuis Sanch. *d diſp.15.n.12.fine*, putet non eſſe intentionis eorum, vt exiſtiment etiã quinq; aut ſex dies reputari longũ tẽpus, quia, inquit, non eſt difficile ſex diebus cõtinere: Quare ipſe attenta cõmuni hominũ fragilitate exiſtimat vnum menſẽ eſſe longũ tẽpus; addens tamen ſe vix credere fore, vt caſus iſte eueniat; quia ſemper in Eccleſiis ſunt cubicula adhærẽtia, & Turres, quæ loci ſacri nomine in hac materia nõ cõprehendũtur; vnde ad ea loca coniuges, quoad actũ coniugalem poſſunt confugere. At Fagũdez *d c.14 n.27.* vti probabilius tenet ſufficere trium dierũ, vel noctium ſpatium attẽta hominũ fragilitate; nã ita procliues, inquit, poſsũt eſſe cõiuges ad copulã, aut ita rudes, aut etiã ita iuuenes, vt irrationabile videatur eos velle obligare ad cõtinẽtiã vnius mẽſis; ſufficit ergo tunc ſpatiũ duorũ, vel triũ dierũ, aut noctiũ iuxta opinionẽ, ait, Soarij, quib. elapſis iam non obligabuntur ad prædictã continentiã obſeruandã in loco ſacro, cum ſint (addit) in proxima quadã occaſione, & veluti tẽtatione, & in morali etiã impoſſibilitate, cõſideratis omnibus circumſtãtiis, ad ſe cõtinendũ. Nec obſtat (ſubdit) quod abſẽte altero coniuge tenetur alter abſtinere per duos, vel per tres menſes, vel annos, & per lõgiſſimum tẽpus, quia (reſpõdet) id ideo euenit, quia abſente altero, nõ eſt alter in proxima occaſione, & morali veluti tentatione ad copulam maritalẽ; vt per ſe patet. Verum etiã attenta hominũ cuiuſcũq; ſtatus, & cõditionis fragilitate exiſtimarẽ in hoc genere lõgum tẽpus nõ eſſe, niſi excederet ſpatiũ ſaltẽ octo dierum, nõ enim videtur difficile, & durum, vt à copula ob reuerentiam loci ſacri debeant abſtinere coniuges, licet ſimul cohabitantes: cum etiam ſæpe longiori tempore cohabitantes extra locum ſacrũ, ob infirmitatẽ alterius, vel periculum morbi contrahendi, vel inferendi damnũ proli; & ob alias cauſas cogãtur ab actu cõiugali abſtinere.

155 Aduertunt autẽ Suar. *d.ſect.4.citata §.Tertiò violatur, opinione tertia.* Sanchez *d.ſp 15.d.13.num 12.circa medium* & Fagundez *d.c.14.n 28.* quod dictum eſt in caſu diuturnæ obſidionis, ſeu incluſionis in locu ſacro eſſe ibi licitam copulam coniugalem, procedere non ſolum vbi vterque coniux eſſet in Eccleſia obſeſſus, ſed etiam vbi alter tantum maneret incluſus, ſeu obſeſſus, poſſet enim licitè haberi copula altero intra Eccleſiam adeunte, quia eadem eſt ratio, & probant rationes *ſuprà n.150. & 151.* adductæ.

Copula coniugalis extra caſum neceſſitatis habita in loco ſacro, an tunc ſolùm ſit ſacrilegium; quando eſt publica, & notoria; an verò etiam quando occultè ſit.

156 Sed dubitatur, an copula coniugalis etiã extra caſum incluſionis diuturnæ, & periculũ incontinentiæ, ſi in loco ſacro fiat occultè, non ſit peccatum, neque habeat malitiam ſacrilegij. ſuppoſita ſententia, quod ſolùm ex Eccleſiæ prohibitione, & non de ſui natura ſit illicita in loco ſacro; & ſimiliter ſi effuſio ſeminis de ſe illicita, & per pollutionem, vel fornicationem in loco ſacro occultè facta pariter careat malitia ſacrilegij;

legij, ſuppoſita ſimiliter ſententia quod de ſe non habeat repugnantiam cum ſacro loco, ſed ex ſola Eccleſiæ prohibitione; iuxta tradita *ſuprà n.136. & ſeqq.*

Prima ſententia tenet quamcumque effuſionem ſeminis ſiue de ſe illicitam, ſiue de ſe licitam (vt eſt ea, quæ ex actu coniugali ſequitur) in Eccleſia, ſeu loco ſacro factam occultè; ſeu ſi ſit occulta ex loci circumſtantia non habere peculiarem malitiam ſacrilegij, ſed ſolùm quando delictum, ſeu factum eſt publicum, ſeu publicè commiſſum in eodem loco ſacro. Ita Sotus 4.d.32. *quæſt. vnica art.3. poſt tertiam concluſionem. verſic. hanc autem*, Angles floribus, Manuel, Vega, Ludouicus Lopez, Carneado à Sanchez *lib.9. diſp.15. num.10. relati.* Vaſquez 1.2. *diſp.98. num.6.* Baſilius Pontius *de matrim. lib.10. num.15.* Martinus Perez, *de matrim. d.q.49. ſect.4. num.9.* Hurtadus *de matrim. diſp.10. diff.4 fine.* Leſſius *lib.4. cap.3. num.88. verſic. adde*, & Fagundez *de præcept. Eccl præcept.2. lib.4. cap.4. num.32.* qui duo poſteriores loquuntur tantum de copula coniugali occultè habita in loco ſacro, à Pontio, & Hurtado allegatur Azorius *p.1. lib.10. cap.26. quæſt.15.* vbi id non dicit, ſed expreſsè contrarium docet *part.1. lib.3. cap.31. quæſt.6.* ab iiſdem etiam, & à Perez allegantur Toletus, Victorellus, Sayrus, Coninch, qui tamen ſolum dicunt per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis Eccleſiam non cenſeri pollutam, nec indigere purificatione, niſi quando de effuſione conſtet publicè, nempe vel per confeſſionem rei in iudicio, aut euidentia facti, quæ in multorum notitiam deuenerit. Probatur hæc ſententia, quia effuſio ſeminis ex ſui natura illicita, vel aliàs de ſe licita facta in loco ſacro non eſt ſacrilegium ob loci circumſtantiam, niſi quantum ex iure Eccleſiaſtico prohibita eſt in ordine ad loci ſacri violationem, ſeu quatenus ex iure Eccleſiaſtico locus ſacer illa profanatur, & violatur, & tollitur conſecratio, & benedictio; ita quod tota deformitas ſacrilegij deſumitur ex loci ſacri pollutione, & violatione, iuxta ſententiam *ſuprà num.136. & ſeqq.* traditam, & probatam; effuſio autem ſeminis, ſicut & ſanguinis occulta non polluit Eccleſiam, nec impedit ibi celebrario diuina, ſed tantum publica iuxta Doctores omnes; ergo illa effuſio occulta non opponitur Eccleſiæ præcepto illam prohibente in reuerentiam loci ſacri, & conſequenter non eſt ſacrilegium.

157 Altera ſententia (quam longè probabiliorem reor) docet effuſionem ſeminis tam per actum de ſe illicitum, quam aliàs de ſe licitum (excepto caſu diuturnæ incluſionis in Eccleſia & periculi incontinentiæ) non ſolum publicam, ſed etiam occultam in locu ſacro factam eſſe ſacrilegium mortale. Ita Paludanus, D. Antoninus, Adrianus, Tabiena, Nauarrus à Sanchez *d. diſp.15. num.11. relati.* idem Sanchez ibidem, Suarez, *de relig. tom.1. lib.3. de reuerentia locis ſacris debita d. cap.7. num.4.* Azorius *d.p.3. lib.3. cap.31. q.6.* Auguſtinus Barboſa *de offic. Epiſc. d. alleg.18. n.49.* Rebellus *p.2. lib.3. d q.19. num.7.* Fagundez *de præcept. Eccl. præc.1. lib.3. cap.14. numero 31. & præcept.2. lib.4. cap.4. numero 19.* (vbi ait, effuſionem ſeminis humani voluntariam, & peccaminoſam in Eccleſia, & loco ſacro eſſe ſacrilegium, ſiue ſit publica, ſiue ſecreta, ſiue inter coniuges, ſiue inter ſolutos, ſiue intra vas naturale, ſiue extra, hancque rationem, ſeu originem ſacrilegij oriri ex ſolo Eccleſiæ ſtatuto.) Reginaldus *lib.32. n 33.* Caſtrus Palaus *p.2. tract.11. diſp. vnic. puncto 1.* Et ita abſque dubio ſentit Villalobos *tract.8. diff.24. & tract.13. diff.41. num.5.* & puto idem ſentire communiter alios Doctores in præcedentibus allegatis. Ratio eſt; quia licet dum effuſio ſanguinis iniurioſa, & effuſio ſeminis humani illicita de ſe, vel aliàs licitè ſequuta in Eccleſia eſt occulta, nó remaneat, ſeu nó ſit reputanda actu polluta, vt indigeat recócilíatione, ad hoc vt ibi diuina celebrētur, tamen Eccleſia ſuo præcepto non prohibet tantum publicam effuſionem ſanguinis, & ſeminis humani, ſed ſimpliciter effuſionem ſanguinis humani iniurioſam, & ſeminis humani emiſſionem voluntariam maximè illicitam per pollutionem, aut fornicationem in ordine ad violationem loci ſacri, & ideo per occultam effuſionem ſanguinis, vel ſeminis humani radicaliter, ſeu originaliter ex natura facti, & à parte rei, ſeu in actu exercito polluitur Eccleſia, ita quod abſque nouo actu, nouáque culpa incipit Eccleſia eſſe polluta, indigétque purificatione, vt ibi celebrari poſſint diuina, ſtatim ac effuſio illa occulta fit publica, ſeu de ea conſtet per publicam partis confeſſionem, vel ſufficientem famam, vt conſtat ex *d. cap. ſignificaſti, de adulteriis*, ibi enim adulterium ſacerdotis intra Eccleſiam occultè contigit; tamen quia ex pòſt facto per confeſſionem mulieris adulteræ publicè factam de crimine conſtiti, præcepit Alexander III. vt Eccleſia reconciliaretur, id quod fieri non debuiſſet, niſi à principio dum adulterium fuit patratum intra Eccleſiam, polluta eadem Eccleſia ex natura facti, & à parte rei, & in actu exercito facta fuiſſet, nam confeſſio criminis, & populi notitia de eo ſuperueniens non violauit Eccleſiam, ſed potius violatam oſtendit. Ergo à principio actus ille effuſionis ſeminis adulterinæ (& idem dicendum de quacunque alia emiſſione illicita, & de actu coniugali) fuit culpabilis contra Eccleſiæ præceptum, ſeu prohibitionem, & ſic ſacrilegium, quia culpa non pendet ex futuro euentu, nimirum an effuſio illa illicita, vel aliàs de ſe licita aliquando ſit futura publica, nec ne, ſed ipſe actus effuſionis de ſe polluit ſufficienter, & conſequenter eſt contra ſpecialē prohibitionē Eccleſię, & ſacrilegium.

Per homicidium, & effuſionem ſanguinis, aut ſeminis peccaminoſam Eccleſia, ſeu locus ſacer actu non polluitur, nec eget reconciliatione, niſi crimen publicè innoteſcat, & qua publicitas requiratur.

Igitur ad maiorem prædictorum explicationem aduertendum quod licet per occultam ſanguinis humani effuſionem iniurioſam, vel voluntariam ſeminis humani emiſſionem ſecretam intra Eccleſiam factā ex natura facti, & à parte rei radicaliter, & in actu exercito Eccleſia polluatur; tamen per eam Eccleſia in actu ſignato non polluitur, ſeu non remanet, nec reputatur acta polluta, vt indigeat purificatione, ſed ad hoc, vt actu polluta reputetur, ſeu cenſeatur, & egeat reconciliatione, vt ibi diuina celebrari poſſint requiritur, vt fiat publica, ſeu publicè innoteſcat, & ſtatim ac fit notoria, & publica, ſeu de illa publicè conſtat, abſque alio nouo actu, & peccato Eccleſia polluta manet, & cenſetur, egetque reconciliatione, ſeu reconſecratione, aut noua benedictione. Vnde poteſt contingere quod effuſio ſanguinis, vel ſeminis criminoſa, & ſacrilega ab hinc octo diebus ſit facta, & hodie incipiat impedire diuina officia, & non ante; vt ſi facta tunc videntibus duobus, aut tribus, & vſque nunc tacentibus, nunc autem incipientibus publicare, ita vt fama factum publicum fiat, ex nunc enim incipit impedire diuina officia, & non ex tunc; quia ex nunc ſolum crimen ſacrilegium eſt publicum. Et quod, vt Eccleſia per homicidium, effuſionem ſanguinis iniurioſam, aut effuſionem ſeminis humani intra eam ſequuta cenſeatur actu polluta, egens reconciliatione, requiratur, quod delictum ſit, vel fiat publicum, ſeu de eo publicè innoteſcat, & conſtet, tradunt communiter Doctores. Gloſſa *in capite vnico, v. Pollui, de conſecrat. in 6.* Nauarrus, Syluester, Sotus, Paludanus, Graſſius, Gregorius Lopez, Henriquez, 158

tiquez,

ſiquex, Toletus, quos referunt Sayrus *lib.5.theſ.cap.16. num.10.* & Fagundez *de precept.Eccl.precept.1 lib.13.cap.14.num.31.* idem Sayrus *ibidem*. Fagundez *d.num.31. & precept.2. lib.4.cap.4.num.24* Suarez *loco num.præcedenti allegato.& tom.3. in 3.p.diſp.83.ſect.4.§.ſecundò dubitari ſolet.* Auguſtinus Barboſa *d.allegat 28. num.37.* Sanchez *d.num.11.* Villalobos *d.tract 8.diff.24 num.3.* Reginaldos *vbi ſuprà* Coninch *de ſacram.q.83.num.239.* Auctores *ſuprà num.156.relat* & alij apud Fagundez, & Barboſa.& conſtat ex *d.cap.ſignificaſti,de adulteriis* vbi mulier publicè fuerat confeſſa adulterium, quod in Eccleſia commiſit; & rectè Suarez *d §.2.&c.* aduertit ex mente communi Doctorum hoc generaliter intelligendum in quocunque crimine occulto ex iis, quibus Eccleſia polluitur, per quod in quantum tale eſt, minimè debet Eccleſia cenſeri polluta, licet Doctores frequentius aſſumant exemplum effuſionis ſeminis, quia illa frequentius occultè fieri ſolet. Ratio autem cur requiratur delicti notitia publica, vt impediantur diuina officia, & Eccleſia reputetur polluta, & egens reconciliatione, eſt primò iuxta Gloſſam, & Suarez, quia Eccleſia non iudicat de occultis; ſecundò iuxta eundem Suarez, & Coninch, quia non eſt conueniens cuncta delicta prodere reconciliando; & quia alioqui ſequerentur magna incommoda, putà, ſi ſacerdos ob occultam pollutionem, quæ ſibi in Eccleſia contigit, deberet abſtinere à celebrando in tali Eccleſia: vel ſi ſolus Parochus ſciret delictum; ſiquidem hæreret perplexus: quia non poſſet abſque turbatione abſtinere à celebratione in ea Eccleſia, nec poſſet curare, vt reconciliaretur, quia non poteſt probare factum illud negantibus reis, nec etiam poſſet liberè in ea celebrare ſicut antea, cum poſſet ſemper dubitare, an hic, & nunc foret ſufficiens neceſſitas celebrandi in ea Eccleſia polluta. Tertiò iuxta Coninch, & Fagundez, quia ſicut ob occulta crimina non poteſt iniungi publica pœnitentia, nè delinquens iniuriosè diffametur; ita nec debuit Eccleſia velle, vt locus ſacer, ob ſimilia delicta impediretur, ne ibi celebrari poſſent diuina, & reconciliari deberet; quia eadem diffamatio ſequeretur. Deniq; iuxta Gloſſam, & Coninch, quia cum locus ſacer, & ſanctus in ſe non polluatur, nec amittat ſanctitatem (quæ enim ſunt ſancta, coinquinari non poſſunt *can.vltim.15. q.vltima.verſic.de cohabit. Cleric. & mala mulieris*) ſed polluatur quoad opinionem hominum, ſicut reuerentia eiſdem locis ſacris debita in opinione hominum conſiſtit; vt Eccleſia cenſeretur polluta, & reconciliatione indigeret, oportuit delictum hominibus innoteſcere, & de eo publicè conſtare; ſicut etiam quia fama conſiſtit in opinione hominum, non fiunt homines de facto per crimina infames, niſi crimina innoteſcant.

159 Quæ autem, & quanta publicitas facti, ſeu peccati requiratur, vt Eccleſia cenſeatur polluta, ita vt purificatione, ſeu recōſecratione, aut noua benedictione egeat. Cōmuniter cōueniūt præallegati DD. vt debitū dicatur publicū ad hūc effectum, non ſufficere quod duo, vel tres delictum intra Eccleſiam commiſſum ſciant, & taceant; ſed requiri eam publicitatem, quæ reſultat vel ex confeſſione partium, ſeu delinquentiū in iudicio; vel ex euidentia facti, & ex publica fama, ita quod delictum ſit maiori parti Parochiæ, vel viciniæ, vel ex legitima teſtium depoſitione; vel ex aliis iuridicis indiciis poſtea exortis talibus æquiualeant, & moralem certitudinem inducere poſſint. Euidentia autem facti, ſeu peccati vt Suarez *allegato §.* Sanch. *d.diſp 15 n 10.* & Fagund. *z.d.c 14.n.33.* non eſt ita intelligenda, vt neceſſe ſit factum ipſum videri publicè ab omnibus (hoc enim non eſt neceſſarium, nec moraliter loquendo eſt poſſibile) ſat ergo eſt, quod notitia illa communiter, vel in plebe, vel in Parochia habeatur; vt ſi publicè conſtet virum, & vxorem in Eccleſia dormire in eodem lecto, id (vt Sotus, *loco ſuprà n.245. citato* Suar. Sanch. Rebellus, & Fagundez *locis allegatis* Villalobos *d.tr.8.diff.24.cit.n 5.* & alij ex præallegatis) ſufficeret, vt Eccleſia polluta cenſeretur; ſi extra caſū neceſſitatis *ſuprà n.150. ad 155.* explicatum id contingeret. Imò nonnulli aſſeruerunt poſt extrauagātem. Ad euitanda Martini V. (iuxta quā non tenemur ratione cenſuræ abſtinere à diuinis, & euitare excommunicatos, niſi poſt iudicis declarationē in particulari, aut niſi ſint publici Clerici percuſſores) nō ſufficere quamcunque notitiam delicti, nec Eccleſiā cenſeri pollutā niſi poſt ſententiam iudicis, qua declaretur Eccleſiam illam eſſe pollutam, eo quod illa pœna Eccleſiæ pollutionis, inquiunt, ſit veluti quædam cēſura, & inſtar pœnæ interdicti Eccleſiæ, interdictū verò eſt cēſura. Ita Penna *3.p q.64.* à Sanch. *vbi ſuprà relatus*, & probabile putant idem Sanch. *ibid.* Villalobos. *d.n.5 fine.* & Fagūdez *d.c.14.n.34.* ſed id diſplicet Auguſt. Barboſæ *d alleg 28.n.39.* & rem incertā aiunt etiam Suar. Fagundez, & Villalob. quia hæc pollutio à cenſuris, de quibus in d. Extrauagāti agitur, longè differt, ac proindè ad illam extendi non debet, ſine lege iuxta vulgarem regulam, *quæ à iure de reg iur. in 6.* Quare idem Barboſa addit, quod conſultè faciet Parochus, ſi cum primum aliquod delictum, quibus polluitur Eccleſia, incœperit fieri publicum, ad Epiſcopū negotium deferat; qui præhabita inquiſitione, & commiſſione determinabit, an Eccleſia ſit reputanda polluta, egeátque reconciliatione, ſi que interim in ipſa à diuinis Officiis abſtinendum. Verum de prædictis, de quantitate effuſionis ſanguinis, vel ſeminis, & de aliis requiſitis, aut per homicidiū cenſeatur Eccleſia polluta, ſi in ea fiāt, videantur præallegati DD. præſertim Barboſa, Sayrus, Suar, Fagūdez, Villalob. Coninch, & Caſtrus Palaus.

Crimina, quibus polluitur Eccleſia, cum in ea fiunt, & ſunt publica, vt illam polluant, debent committi intra Eccleſiam; ſecus ſi extra Eccleſiam vel in aliquo loco, qui non ſit pars Eccleſiæ; & quæ loca ſint, vel non ſint pars Eccleſiæ.

Cæterùm cùm homicidium, vulneratio, ſeu effuſio 160
ſanguinis iniurioſa, vel effuſio ſeminis voluntaria, & peccaminoſa licet publica non polluant Eccleſiam, niſi fiant intra eandem Eccleſiam; nam ſi extra Eccleſiam contingant, nulla fit iniuria loco ſacro, & cōſequenter violatus cenſeri non debet. Hinc Eccleſia non polluitur, ſi quis occidatur, vel effuſio ſanguinis, aut ſeminis fiat ſupra tectum Eccleſiæ, vel infrà, ſeu ſubtus Eccleſiam in aliqua cauerna, ſeu ſpelunca, vel in aliqua camera ad latus Eccleſiæ adhærente, vel in turri cymbalorum, vel in ſacriſtia, vel in tribunis ex aduerſu aræ maximæ, aut in aliquo corpore Eccleſiæ ab vtroque latere, ad ſacrum audiendum, ædificatæ, ſeu ex quibus principes, qui domos cōiunctas Eccleſiis habent, ſolent audire Miſſam; cum ſint vel veluti quædā Cameræ Eccleſiæ adhærentes; aut in porta Eccleſiæ, ſi extra limina, ſeu clauſurā Eccleſiæ crimen committatur, cum limē diuidat ſacrū à profano loco; aut in Confeſſionariis extra corpus Eccleſiæ exiſtentibus. Prædicta enim omnia non veniunt nomine Eccleſię, nec ſunt pars illius, cū ab ipſa Eccleſia tecto, vel pariete, aut aliquo alio intermedio ſeparētur, nec ſint deputata ad diuina officia celebranda. Ita Gloſſa *in c. vnicum, v ſanguinis. de conſecrat in 6.* Nauar. *in man c 16. n.31.verſ.4 & c.27. à n 256* Graffius *in deciſ. aur 1.p c 18. à n.23.* Sayrus *lib 5.de cenſur.c.16 n.8* Suar. *to 3 in 3.p diſp. 83.ſect.4.* Marius Alterius *de cenſur to 2 d ſp.1.de interdict. c.1. verſ requiritur.* Sanch. *lib.9.diſp.15. à n 26.* Aug. Barboſa *de pot. Epiſc.alleg.28.n.45.* Fagundez *de precep Eccleſ.*

præ.

præc.1. lib.13. cap.14. à n.37. & præcept.2. lib.4. c.4. n.33. & in decal. lib.6 c.3. n.16. Baſilius Pontius *de matr. lib.10. c.10. n.3.* Villalobos *tract.8. diff.24.* & alij, quos latè Barboſa, Sanchez, & Fagundez. Quod autem dictum eſt de homicidio, &c. contingentibus ſupra tectum Eccleſiæ, intelligitur etiam ſi dicta crimina fiant in intertecto, ſeu illa capacitate, quæ eſt inter fornicem Eccleſiæ, ſeu tabulatum, quia capacitas illa eſt verè extra ipſam Eccleſiam, vtpote diuiſa ab Eccleſia illa fornice, ſeu illo tabulato. Ita Fagũdez *n.32.* non intelligitur autem ſi ſupra tectum Eccleſiæ eſſet aliqua Capella eiuſdem Eccleſię, ad quam ingreſſus pateat per ipſam Eccleſiam, quia talis nõ eſt diuiſa ab Eccleſia, ſed reputatur vnum Eccleſiæ corpus. Ita Sanchez *nu 26.* & Fagundez *n.39.* Qui etiam addunt, quod licet, ſi extra Eccleſiæ parietes habeatur copula, vel ex ipſis parietibus à parte exteriori ſuſpenderetur homo, non pollueretur Eccleſia, nec ſacrilegium eſſet, quod etiã aiunt alij ab ipſis relati; tamen ſi pars illa exterior eſſet cœmiterium Eccleſiæ, eſſet ſacrilegium, & violaretur ipſum cœmiterium; cum & ipſum cœmiterium ab Epiſcopo benedictum ad corpora ſepelienda reputetur locus ſacer, & ita polluitur eodem modo, quo Eccleſia; vt conſtat ex *d. cap. vnic. de conſecra in 6.* & tradunt Gloſſa *ibid V. pollutio* Baſilius Pontius *d.c 10. n 6.* & cum aliis Sanch. *d. diſp 15 n.40.* Fagundez *d. cap. 14. n.18. & 51.* Quod etiam dictum eſt de crimine contingente ſubtus Eccleſiam, intelligitur, dummodo cauernæ, ſeu ſpeluncæ non ſint loca deputata ad fideliũ ſepulturas, vel ad diuina celebranda, ad quæ pateat aditus per Eccleſiam; nam tunc dicuntur ſpectare ad Eccleſiæ corpus. Ita Sanch. *n.27.* Fagundez *n.39. & d. n.16* & Pontius, *nu.3.* Quare omnes ſepulturæ concauæ, quæ intra Eccleſiam inſeruiunt, & ſunt deputatæ ad res ſacras, nempe ad ſepeliendos mortuos cenſentur vnum corpus cum Eccleſia, & ibi factum dicitur factum in Eccleſia. Quod etiam dictum eſt de confeſſionariis extra corpus Eccleſiæ, procedit, non ſolũ ſi ſint extra Eccleſiæ parietem totaliter. Sed etiam ſi ſint intra ipſius parietis concauum; & pariete aliquo ab Eccleſia diuidantur, aut panno cerato, aut tabulato immobili (quæ pariter æquiparantur) & ſolùm per crates, & foramina confeſſiones audiantur, tunc enim ſi copula, aut pollutio habeatur, ab ea parte, in qua Confeſſarius audit Confeſſiones, non committitur ſacrilegium, nec polluitur Eccleſia; quia cellula illa Confeſſarij eo tabulato, aut diuiſione habetur pro loco ab ipſa Eccleſia diſtincto, ex textu *in d. ca. vnic. de conſecrat. in 6. ibid. Non vnum, ſed plura cœmiteria eſſe noſcuntur, quæ quamuis ſibi cohærentia, pariete tamen medio ſeiungantur.* Ita Baſilius Pontius *d. n.3.* & alios allegantes Fagundez *n.44. & d. n 16.* & Sanch *n.34.* vbi ait ſecus fore, ſi cellula Confeſſarij non diuideretur ab Eccleſia pariete, aut lineo cerato immobili, ſed tantum velo, quod complicari, & explicari poteſt, aut tabula nexa ferreis vncis, vulgò gangheri, vel arpioni, quia hæc facilè mobilia fixo parieti non æquiparantur. Quod ſi copula, vel pollutio in dictis Confeſſionariis intra concauum parietis Eccleſiæ exiſtentib. committeretur, ab ea parte Eccleſiæ, in qua mulieres peccata cõfitentur, tunc Sãch. & Fagund. aiunt citra dubium fore ſacrilegium, & pollui Eccleſiam, quia cenſetur illa pars ſpectare ad corpus Eccleſiæ; negat Põtius dicens locũ illũ, in quẽ ingrediũtur mulieres, & confitẽtur, nõ eſſe locũ ſacrũ, eo quod non pertineat ad corpus Eccleſiæ, quod diuinis Officiis deputatum eſt, quamuis per portã, quæ reſpicit corpus Eccleſiæ ſit aditus ad eas cellulas; & allegat prædicta verba *d. c. vnic de conſecr. in 6.* ſed non eſt recedẽdũ ab alia ſententia, quæ & eſt cõmunis, vt idem Pontius fatetur; quia cum nil immobile diuidat cellulã confitentiũ ab Eccleſia, verè ſunt in Eccleſia, vt pars illius, & cũ pariex diuidens ipſas cellulas confitentiũ à cellula Cõfeſſarij ſit veluti limes diuidens Eccleſiã, & ſacrũ à profano, cellulæ ipſæ confitentiũ dici debent pars Eccleſiæ licet deſtinatæ tantũ ad audiendas Confeſſiones, nõ ad diuina Officia in eis celebranda. Alioqui etiã cellula Confeſſarij intra dictũ parietis concauũ formata pariete, aut aliquo alio immobili interiecto diuideretur ab Eccleſia, ad illãque per Eccleſiã tantũ eſſet ingreſſus, imò ſi totũ Confeſſionale duabus, vel trib. cellulis conſtans ex ligno fabricatum eſſet totũ in Eccleſia prope parietẽ, vel colũnã Eccleſiæ, ſi in cellula Confeſſarij, vel confitentium fieret pollutio, vel copula, non eſſet ſacrilegium, nec pollueretur Eccleſia, quod nemo dicet; & in tali caſu pollui expreſsè aiunt Sanchez, & Fagundez.

Quid verò ſi crimen polluens Eccleſiam cõmittatur in choro. Si chorus ſit intra Eccleſiæ ſolũ ſcabellis diſtinctus, vt cõmuniter conſueuit, certũ eſt eſſe locũ ſacrum, & ita pollui. Si verò eſt locus à terra eleuatus pariete arcubus, & colũnis, vt fit in multis monaſteriis, pręſertim Monialium. Cum videatur pars diuerſa ab Eccleſia, ſicut eſt Camera Eccleſiæ adhærens; aut Tribuna, tunc nõ pollui per copulam, vel pollutionẽ ibi factã abſolutè affirmat Pontius *n 3* & videtur probabile. Fagundez tamen *n.45. & d. n.16.* & Sanch *d. n. 33.* putant nomine Eccleſiæ talem chorum comprehendi; quia intra ipſummet Eccleſiæ ambitum eiſdem parietibus interclusus continetur, ad eademque diuina officia deſtinatus eſt. 161

Locum autem Organorũ conſtitutum in quadam chori parte, quia eſt intra Eccleſiam, & quia etiã ille ſonus eſt cãtus Eccleſiaſticus, & pars quædam diuini cultus, cenſeri locũ ſacrũ, & partem eiuſdẽ Eccleſiæ, docet idem Sanch. *d. n.33.* & approbat Fagundez *d. n. 46.* Et multò magis dicendũ eſt, Propylęa circũducta intrinſecus per templi ſũmitatem, vulgò *ly cornicciont* ad Eccleſiam pertinere, quia ſunt intra illius corpus, vt patet, & tradunt iidem Sanchez *n.32.* & Fagundez *num.32.* Ideoque effuſio ſanguinis iniurioſa, & effuſio ſeminis peccaminoſa ibi facta eſt ſacrilega, & violat Eccleſiam. 162

Vt per præfata crimina Eccleſia polluatur, egeatq; reconciliatione, ſat eſt, quod ſit benedicta, & non requiritur, vt ſit conſecrata, ſi nec benedicta, non polluitur.

Eccleſiæ prætetea, ſeu loci ſacri nomine in hoc propoſito eius violationis, & profanationis per homicidium, effuſionẽ ſanguinis, & cæteras actiones, quibus polluitur, intelligitur ea, quæ conſecrata eſt, vel ſpecialiter benedicta, & deputata, vt ibi diuina fiant officia; ante enim hanc cõſecrationem, vel benedictionẽ non eſt locus ſacer. Quare non requiritur ad hoc, vt polluta maneat, quod ſit cõſecrata, ſicut per contrarium ſi non ſit ſaltem benedicta, non polluitur, nec polluitur, nec recõciliatione indiget, quamuis ibi diuina officia fuerint celebrata, veluti in priuatis Oratoriis. Quæ omnia deducuntur ex *cap. vlt. de conſecra.* & tradunt communiter DD. Gloſſa in *d. ca. vlt. v. non conſecrata,* Nauarr. Sotus, Angles, Henriq. Manuel Graffius, Sà à Sanch *d. diſp.15. n.24. relati.* Sayrus *de cenſur. lib. 5. c.16. num.9.* idem Sanch. *d. n 24. & ſeqq.* Fagundez *de præc. Eccl. p.1. lib.3 c.14. n 37. & ſeqq. & in decal. lib.6 ca.3, n. 15.* Auila *de cenſur p.5. diſp.7.* Suarez *to.3. in 3. p diſp 83 ſect. 4.* Baſilius Pontius *d. lib.10. c.10. nu.5.6. & 7.* Aug. Barboſa *d. alleg.28 nu.22. & 23. & collect. ad c. tuarum n.10. de priuileg.* alij recentiores *ſuprà allegati,* & alij apud præallegatos. Qui DD. præſertim Auila *loco citat.* Sanch. *n.23. & 42.* Fagundez *n.53.* Pontius *n.6.* & Aug. Barboſa *locis citatis,* & alij à Fagundez *d. n.54. allegati* docent, exemplisq; oſtendunt, quoad immunitatẽ Eccleſiarũ 163

(vt

(vt ſcilicet violenta extractio reorum non liceat) laxiorem eſſe loci ſacri interpretationẽ, quam quoad violationem loci ſacri; quia, vt Eccleſia gaudeat priuilegio immunitatis ſufficit quod erecta, & ibi diuina celebrata ſint ex authoritate Epiſcopi, ſeu ſuperioris, licet conſecrata, aut, benedicta non fuerit; vt videtur colligi *ex cap penul. de immun. Eccleſiarum*; vt verò violetur, oportet, vt ſit conſecrata, vel ſpecialiter benedicta, ſed hoc de re & quæ Eccleſia veniat nomine loci ſacri, quoad hunc effectum violationis, & de multis aliis late agunt præfati Doctores *locis citatis*, præſertim Sanchez, Fagundez, & Poonius, qui poterunt videri.

Vtrum cogitationes, deſideria, confabulationes, nutus, fictiones, aſpectus, tactus inhoneſta, & turpia in loco ſacro ſiue inter coniuges, ſiue inter ſolutos habeant malitiam ſacrilegij?

164 Vtrum verò etiam cogitationes, deſideria, confabulationes, nutus, aſpectus, tactus turpes, oculorum intorſiones, fictioneſque ſiue inter ſolutos, ſiue inter coniuges abſque copula, & periculo pollutionis in ipſo loco ſacro ſint ſacrilegia ex loci circumſtantia, atque adeo loci ſacri circumſtantia neceſſariò ſit in cõfeſſione aperienda. Quoad deſideria difficultas procedit, ſi quis exiſtens in Eccleſia deſideret copulã fornicariã, aut coniugalem exercendã extra Eccleſiam; nam ſiue exiſtens in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam, ſi deſideret fornicationem, vel actum coniugalẽ complendam, & exercendam intra Eccleſiam, certum eſt, quod ſicut ipſa copula exercita in Eccleſia eſt ſacrilega, ita etiam ſacrilegum eſt deſiderium illius in eadẽ Eccleſia complendæ, cum deſiderium habeat eandem ſpecie malitiam, quam habet illius obiectum. Ita etiam Nauarrus *in cap. conſideret in principio. n.21. de pœnit. d.5. & in man. c.6 n.12.* Suarez *de pœnit. diſp.22. ſect.4.n.20.* Sanchez *de matr. lib.9.d.diſp.15.n.18.* Fagundez *de præcept. Eccleſ præcept.2.lib.4.c.4 n.27.* & alij apud Sanchez.

165 Circa hanc difficultatem diuerſimodè ſentiunt Doctores Syluester *v. Confeſſio 1.q 10.n 11.* docuit prædicta omnia etiam turpes cogitationes, & deſideria fornicationum etiam complendarũ extra Eccleſiam eſſe ſacrilegia, & ſic in confeſſione explicandam eſſe loci circumſtantiam. Corduba *in ſum.q.190.* & Suarez *loc. ſup. n 134.* aiunt peccata omnia externa præſertim turpia ſacta in Eccleſia habere ſpeciem ſacrilegij venialis, vel mortalis iuxta grauem, vel leuem repugnãtiam cum loco ſacro iuxta tradita *n.135.* interna verò, vt cogitationes, & deſideria negant eſſe ſacrilega ob loci ſacri circumſtantiam, vt *d.n.135.* notatum eſt. Alij aiunt non eſſe ſacrilegia neque etiam aſpectus, & cõfabulationes, tenent tamen eſſe ſacrilegia actus, ſeu tactus impudicos per partes pudendas, & inhoneſtas. Ita Lopez *1.p inſtr.c.3.* Manuel *tom.2.c.107. n.1. in 1. edit.* à Sanch. *d.d.15.n.17. relati.* Quorum fundamentũ eſt, quia tactus eiuſdem malitiæ quoad ſpeciem ſunt cum copula, aut pollutione vt *tom.2.mor.var.tit.1 p.3.* vbi de conſcientia ſcrupuloſa probaui: Vnde cum copula etiam coniugalis facta in Eccleſia extra neceſſitatem, & pollutio habeant malitiam ſacrilegij, habebunt etiam tactus ipſi. Eandem ſententiam tenent P. Ledeſma *in ſum ſact. de pœn. c.19. circa loci circumſtantiã.* Addens tamen quoad verba inhoneſta, ſi altiori, & contentiori voce proferantur, eſſe ſacrilegium neceſſariò confitendũ eo quod ſanctitati loci repugnẽt.

166 Verùm iuxta tradita à n.136. ad.144. dicendum eſt, neque cogitationes, neque deſideria extra Eccleſiam complenda, neque confabulationes, ſeu verba turpia, neque nutus, aut aſpectus, aut oculorum intorſiones, ſeu fictiones, neque tactus quantumcunque turpes in loco ſacro abſque pollutionis periculo ſiue fiant inter coniuges, ſiue inter ſolutos, habere circũſtantiam ſacrilegij neceſſariò in confeſſione aperiendam. Et ita docent Caietanus *opuſc. tom.1. tract.17. reſp.12. dub.2.* Nauarrus *locis ſuprà n.164. citatis.* Vaſquez, Ponnius, Caſtrus Palaus *locis ſuprà n.136. relatis.* Sanchez *d. diſp.15.n.18 ad 22.* Fagundez *d. c.4.n.26.28. & tribus ſeqq. & in decalog. lib 6.cap.3 n.13.* Ratio deducitur ex traditis *ſuprà n.136. & ſeqq.* ſcilicet, quod tunc loci ſacri circumſtantia ſacrilegium conſtituit, & in confeſſione aperienda eſt, quando actus in eo exercitus repugnat directè ſanctitati, aut immunitati loci, nempe illis ad quæ locus ſanctificatus, & conſecratus, aut benedictus eſt, vt ſi impediat poſſe ibi ſacrum celebrari, mortuos ſepeliri, diuina exerceri, aut ab eo loco immunitatem auferat, aut ſecuritatem rerum ibi ad cuſtodiam depoſitarum; ſed prædictis omnibus actibus, etiamſi ſint tactus quantumuis turpes, & in partibus inhoneſtis, non violatur eccleſia, cũ ceſſat pollutio, & eius periculum; & conſequenter prædictis actibus, & tactibus non impediuntur diuina officia, non mortuorum ſepulturæ; atque adeo non ſunt ſacrilegi, nec loci circumſtantia eſt in confeſſione neceſſariò explicanda; & licet aliquam irreuerentiam contineant, illa non mutat ſpeciem, ſeu non trahit actum ad ſpeciem ſacrilegij, cum non violetur locus ſacer, ſed ſolum aggrauant intra eandem ſpeciem, vt *ſuprà n.139.* notatum eſt, & non notabiliter, ſed leuiter; vt ait Sanchez *d. diſp.15 n.2.* Ad illud autem quod tactus ſunt eiuſdem malitiæ cum copula, aut pollutione, ſi ordinatur ad copulam, vel pollutionem intra Eccleſiam habent malitiam copulæ, & pollutionis in loco ſacro factæ, & ita malitiam ſacrilegij, vt *n.164.* dictum eſt, ſi verò non ordinentur ad copulam; aut pollutionem cum loci circumſtantia, habent tantam malitiam propriam contra caſtitatem. Et de his ſatis.

SVMMARIVM

§. V.

Doctores agentes an, & quando copula coniugalis ex parte modi ſit illicita, vel licita. n.167.

Peruerſio, ſeu variatio modi concubandi, ſecluſo periculo pollutionis extra vas naturale vxoris, & ſecluſo ſcandalo non eſt peccatum mortale n.168.

Si fiat abſque vlla neceſſitate, & iuſta cauſa eſt peccatum veniale. n.169.

Nulla erit culpa ſi non cauſa maioris delectationis, ſed ex neceſſitate, & iuſta cauſa fiat, & quæ ſit iuſta cauſa. n.170.

Si experimento conſtet ex tali modo coëundi ſemen effundi extra vas fœmineum, vel iam receptum non retineri eſſet mortale peccatum ſic coire. n.171.

Quid ſi non ex tali modo, ſeu ſitu, ſed ex morbo temporali illa ſeminis expulſio, ſeu non retentio procederet, & alio ſitu præſertim naturali retineretur. ibidem.

Quid ſi aliqua tantum pars ſeminis elabatur extra vas naturale, alia retenta n.172.

Quid ſi coniuges eo modo coëundi crederent non ita certò futuram prolis generationem. n.173.

Peccatum mortale eſt ex parte vtriuſque habere copulam ſodomiticam cum vxore etiam ipſa conſentiente. n.174.

Item peccatum mortale eſt ſe præparare ad copulam naturalem, & legitimam mittendo membrum virile in vas præpoſterum vxoris. ibid.

Tale peccatum habebit etiam malitiam iniuſtitiæ, ſeu iniuriã factæ vxori, ſi fiat contra eius voluntatem, & erit iuſta cauſa diuortij ibid.

Refricare mẽbro virili ſuperficie tenus vas præpoſterũ vxoris,

vel illis os, aut illud in os immittere ad copulam poſtea legitimam habendam an ſit peccatum mortale, an verò tantum veniale n.175.

Abuſus vxoris contra naturam ſiue ſodomiæ, ſiue mollitiei habet ſpecialem malitiam adulterij ex parte vtriuſque coniugis, ſi etiam vxor conſentiat. n.176.

Eſt peccatum grauius abuſu ſimili inter ſolutos. n.177.

Vterque in confeſſione tenetur explicare ſe habuiſſe coitum contra naturam cum propria, vel proprio coniuge. n.178.

Talis abuſus vxoris contra eius voluptatem habet etiam malitiam iniuſtitiæ in confeſſione explicandam, & eſt iuſta cauſa diuortij. n 179.

Coniugibus an licitum ſit vti cibis calidis, & aliis ſimilibus incitamentis, vt ſe excitent ad copulam n 180.

An ſe excitare ad copulam coniugalē cogitatione, & delectatione ſolius pulchritudinis alterius viri, aut fœminæ. ibid.

§. V.

An, & quando actus coniugalis ſit illicitus ex parte modi concubandi.

167 DE hac materia Sanchez *lib. 9. diſp.16.* Rebellus *de oblig. iuſt. p.2 lib.3. q.19. n.11.* Villalobos *p. 1 tr.13. diff.41. & tract.40. diff.19.* Bonacina *de matr q 4. p.13.* Baſilius Pontius *lib.10. c.11.* Fagundez *in decalog. lib.6. cap.3. n. 24.25.26. & 27.* Aueria *de matr q.21 ſect. 5.* Coninch *de ſacram. diſp.34 dub.9.* Caſtrus Palaus *p.3. vbi de matr. diſp.19 diff.5.* Martinus Perez *de matr. diſp. 49. ſect. 7.* alij Doctores quos allego *ſuprà cap.1. n 228. 230. & 231. & tom.3. mor. var. tit.11. d.4. & 17.* & ego ipſe *locis prææallegatis.* Quapropter locis præallegatis à me diſcuſſa, & explicata hic tantum indicabo.

168 Igitur primò. Peruerſio in modo concubandi (vt ſi vir ſit ſuccubus, vxor incuba, vel copula fiat auersè, ſeu præpoſterè, aut ſedendo, vel ſtando) ſecluſo periculo pollutionis extra vas naturale vxoris, & ſublato ſcandalo, non eſt peccatum mortale. Ita Doctores proxime citati, & alij quos *ſuprà cap.1. n.231. & d. tit.11. n.4.* allego. Ea ſe enim illa peruerſio, ſeu variatio modi naturalis (qui eſt, vt fœmina ſit ſuccuba, & vir incubus, & iſte modus dicitur, & eſt naturalis, quia aptior eſt effuſioni ſeminis virilis, & receptioni in vas fœmineum, & congruentior rerum naturæ; cum vir agens, & fœmina ſit patiens, ac proinde omnis deuiatio ab hoc modo aduerſatur aliqualiter naturæ, & eo magis, quo fini huius ſitus contrarius eſt) ratione ſolius indecentiæ non eſt grauis inordinatio, non eſt enim regulariter ex ſe impeditiua generationis, quia non impedit ſeminis infuſionem intra vas fœminæ, nam ſemen non recipitur in fœmineam matricem per infuſionem, ſeu deſcenſum, ſed per attractionem eiuſdem matricis, eo quod in ea ſit virtus naturalis ſemen attrahens, ſicut in ſtomacho reſpectu cibi, vt docet Ariſtotel. *lib. 2. de generat. anim. cap.4.* Sanchez & alij *ſuprà allegati.* Quod confirmatur exemplo relato à S.Th. *quodlib. 6. art. 18.* illius fœminæ, quæ cum in eodem lecto cum ſuo patre accubaret, ab ipſo ſemen in ſomnis emiſſum attraxit, grauidaque inde affecta eſt. Et idem accidiſſe in balneis, in quibus erat ſemen à viro deciſum, graues Doctores referunt. Cum ergo peruerſio, ſeu variatio modi naturalis coëundi non contineat grauem indecentiam, nec generationi obſtet, non eſt cenſenda grauiter inordinata, & mortalis; & licet fiat maioris voluptatis ſenſualis capiandæ gratia; tamen cum huiuſmodi delectatio quæratur intra limites matrimonij, erit ſolum culpa venialis, iuxta tradita *ſuprà hoc cap.§.1.*

169 Secundò præfata peruerſio, ſeu variatio modi naturalis coëundi, ſi fiat abſque vlla neceſſitate, eſt culpa venialis, non ſolum ob vehementem appetitum, ſeu inordinatam delectationis concupiſcentiam, vt vult Pontius, ſed etiam ratione ſolius indecentiæ, & turpitudinis actus, vtpote aduerſans ordini naturali, ſeu à natura requiſito in actu coniugali iuxta traditam n. *præcedenti.* Idquod etiam probaui *ſuprà cap.1. d n.231.* & tradunt Doctores ibidem relati, & alij, quos *tom.3. mor. tit.11 n.4.* refero: & Sanchez, & alij *ſuprà n.167. allegati.* An verò coniugi abſque neceſſitate exigenti modo indebito abſque periculo pollutionis extra vas fœmineum, liceat poſſit licite, & teneatur reddere *ſuprà d.c.1. n.228. & 231.* explicatum eſt.

170 Tertiò eadem variatio modi naturalis carebit etiam culpa, ſi fiat à coniugibus non cauſa maioris voluptatis, ſed ex neceſſitate ſeu iuſta cauſa, ſcilicet, ad euitandum periculum abortus, ſi vxor ſit prægnans, vel ob ægritudinem, vel corporis ſpecialem conſtitutionem putà viri pinguedinem, ratione cuius non poſſet modo naturali, vel niſi cum notabili difficultate, ſeu incommodo haberi copula coniugalis. Id probaui *ſuprà c.1. dict. n.228 & 231. & d. tom.3. mor. var. tit.11. d.n.5.* tradunt DD. *locis cit. allegati*, & alij *ſuprà n.167. relati.*

171 Quartò ſi ſit morale periculum effundendi ſemen extra vas fœminæ, vel ſemen iam receptum eiiciendi foras ratione modi extraordinarij concumbendi putà, quia experimento conſtaret in tali modo extraordinario coëundi regulariter, & ſæpe, aut fere ſemper fœminā ratione ſuæ debilis complexionis, vel temperamēti nimiæ humiditatis, vel laxitatis fœminei vaſis non retinere, ſed effundere, tunc eſſet peccatū mortale, habere copulā coniugalē tali modo, cū naturaliter aut alio modo retineatur ſemen. Ita Sanch. Pontius, Fagund. Hurtad. Palaus Perez, & alij *ſuprà n.167. relati.* alij *relati ſuprà c.1. n.231. & d. tit. 21. n.5.* & omnes, talis enim modus concubitus eſt contra finē generationis. Quare in tali caſu, nec mulier coniugi ſic exigenti debitū, tenetur reddere debitū, ſed imò reddendo peccaret mortaliter, quia talis concubitus eſt prohibitus & malus ex circumſtantia ſe tenente ex parte ipſius actus, vtpote repugnante fini generationis prolis; & perinde eſt, ac ſi vir peteret, vt vxor cooperaretur ad pollutionem. Vnde etiam nullus timor grauis reddētem excuſat, conſtat ex traditis *c.1. n. 228.* & docent Sanch. *d. diſp.16. n.8.* Fagund. *d.c.3 n.27.* Aueria *d. ſect.5. § ſecundò non.* Pontius *d.c.11. n.4. d ſect.7. n.15* & alij apud Fagund. & Sanch. Qui *d.n.5* circa mediū aduertit talē modū coëundi carere culpa mortali, ſi effuſio illa ſeminis non ex ipſo concumbendi modo, ſed aliquo morbo contingeret; quia tunc ſitus non eſt in cauſa effuſionis, & præter intentionem coniugum dantiū operam rei licitæ euenit; nec impedimentum retinendi eſt perpetuum. At Palaus *d. n. 1. fine*, putat eſſe mortale, tametſi ea expulſio, ſeu non retentio ſeminis procedat ea aliqua infirmitate temporali fœminæ, quæ ſemen retinere poteſt ſeruato naturali modo cōcubitus, quod & ego puto verum: ſed fortè Sanchez non loquitur in hoc caſu, ſed quando etiam ſeruato ſitu naturali fœmina ex infirmitate temporali non retinet ſemen.

Aduertēdū etiā nō eſſe peccatū mortale variationē modi naturalis coëundi, ſi ex ea aliqua tātū pars ſeminis elabatur, dūmodo alia pars retineatur; quia iuxta medicorū doctrinā matrix nō retinet totū ſemē à viro eiaculatū, ſed ſolet aliquando eā ſolā partē retinere, quæ ad generationē ſufficiens eſt, reliqua expulſa. Ita Sanch *d.n.5.* Pont. *d c.11. n.1.* Perez *d. ſect.7. n.12.* Hurtad. *d. diff 5.* Palaus *d.§. n.1.* & Auerſa *loco citato.*

172 Qui etiam addunt non eſſe peccatū mortale, licet coniuges ſcirent, ſeu crederent eo concūbendi modo nō ita certò futurā prolis generationē, dūmodo non eſſet animus impediendi prolem. Cuius rei rationē eā afferunt, quia non tenētur certiorē modum ad prolē concipiendam eligere; ſicut nec tenentur vti mediis aliquibus

aliquibus faciliori conceptioni deſeruientibus, ſed ſuæ obligationi ſatisfaciunt, ſi nihil efficiant, quo conceptioni obſtetur, & vtantur medio conuenienti.

174 Quintò non ſolum eſt peccatum mortale Sodomiæ, cū vir habet copulam cum vxore ſodomiticam & in vaſe præpoſtero illam conſummat, quo caſu etiam vxor conſentiens eodem modo peccat (vt aſſeret tom apud ſupra allegatos Doctores, & apud omnes, quorum multos Sanchez *lib.9. diſp.17. n.* 3. allegat, alios allego ego *tom.3. mor. var. d. tit* 11. quidquid aliqui tacitis nominibus relati ab Abulenſe *in cap.5. Math.q.224.* omnino falſo dicentes non eſſe peccatum in vxore patienti, ob eam rationem, quod non habeat ſui corporis poteſtatem, ſed vir; quod tamen intelligitur de poteſtate vtendi corpore vxoris modo debito, & in ordine ad prolis generationem, non verò contra finem eiuſdem generationis) ſed etiam ſi volens legitime copulari, & conſummare intra vas debitum vxoris, quo ſe excitet, vel præparet ad copulam, vel maioris voluptatis gratia inchoēt copulam ſodomiticam immittendo membrū in vas. Quod tradidi *tom.3. var. mor. d. tit.* 11. *n* 69. Et contra Nauarrum, & Onadum (aſſerentes eſſe tantum veniale neceſſe ueri virum confiteri circumſtantiam ſodomiæ) tradunt Sanchez *d. diſp.* 49 *ſect.8.n.2.* Filliucius *tom. 1. tract.10. cap* 9. *n* 239. Bonacina *d. q.4. p.11. n* 12. Fagundez *d. cap* 3 *n.* 8 Perez *d. diſp.* 9. *ſect.8. n* 2. Caſtrus Palaus *d* §.3 *n.* 4. §.1. *n* . Baſilius Pontius *lib.* 10. *cap* 11. *n* 5. Diana *p* 2. *tract.17. reſolut* 37. & Leandrus Diſcalceatus *de ſacram. p* 1. *tract.9. diſp.* 25. *q* 36. & Auerſa *d. ſect.5. §. primò non eſt.* Et Rationem adduxi *d. num.*69. & tradunt iidem Doctores, ſcilicet, quia ſic vir vtitur vaſe illegitimo, & ille tactus nec ex ſe, & natura ſua neceſſario tangentis recta, & bene ordinata intentione poteſt ad naturalem copulam referri, quia eſt contra naturam, & modus improportionatus ad copulam naturalem, & ad alterius ordinis luxuriæ ordinem tendens, ac proindè eſt ſemper peccatum mortale, & graue contra eandem naturam, eſtque ſodomia inchoata, ac proinde ea neceſſitate in confeſſione explicandus. Et grauius peccatum eſſet, ſi præfatus tactus fieret contra voluntatem, haberet enim malitiam iniuriæ vxori factæ, propter quam poſſet petere diuortium, vt dixi *d. tit.* 11. *eodem n.*69. aliis allegatis.

175 Quod ſi vir ſuperficie tenus circa vas præpoſterum vxoris membrum virile refricaret, vel circa illius os, aut in os immitteret ad copulam legitimam habendam abſque pollutionis periculo, tunc fore tantum peccatum veniale ad inſtar actuum impudicorum, qui inter coniuges ſecluſo pollutionis periculo fiunt, licet grauius, tradunt locis citatis Sanchez, Filliucius, & Perez quia, inquit Sanchez, os ipſum non eſt vas ordinatum ad copulam ſodomiticam, nec intra vas præpoſterum ad eam tendens virile membrum immittitur, ſed ſolum ſuperficiem eius externam tangat. At Fagundez *d. cap.3. num* 19 (quem ſequuntur Diana *p.3. tract.4. reſolut.* 204. *& p.5. tract.7. reſol.7.* Leandrus Diſcalceatus *d. diſp* 25. *q.* 37. *&* 38. & ſequi videtur etiam Steph. Bauny *de ſacr. tr.12. vbi de oblig. coniugum verſ. Tertiò eſt*) in vtroque caſu putat eſſe peccatū mortale. Quia, inquit, neutrum membrum, ſeu neutram partem natura ordinauit ad copulam legitimam, nec proximè, nec remotè, ſicut ordinauit manus, crura, & ſimilia, & quia periculum eſt, ne pruritu irritatus in eam partem ſemen effundat; & quia immittere membrum virile in os ſit inaudita ſpecies luxuriæ, & plus quàm contra naturam, ſi licet dicere, adſitque proximum periculum pollutionis in ore: Et tandem, quia natura ſimiles libidinis modos horret etiam inter ipſos coniuges, cum nec inter bruta animantia fiant. Et refricationem membri virilis in præpoſteri vaſis ſuperficie eſſe peccatum mortale tenet etiam Palaus *d. n. 6.* ob eam rationem quod etiam talis tactus cenſeudus ſit ſodomiticæ copulæ inchoatio; quia ex ſe, & ſpectata eius natura, ſicut & ipſius vaſis penetratio ad ipſam refertur, quam relationem non tollit (ait) intentio agentis; & idem ſentit Pontius *d. n. 5. fine*; cum verò os fœminæ, ſicut & eius crura, aliæque corporis partes tangendæ aſſumuntur ad excitandam naturam, tunc idem Palaus dicit nō eſſe peccatum mortale, quia (inquit) ſpectata coniugum conditione, & frequenti vſu, & conſuetudine ſe cognoſcendi, illis partibus vtuntur, vt maiori cum voluptate copulam coniugalem habeant. Verùm vtraque ſententia licet videatur probabilis, tamen eſt nimia rigoroſa, & Confeſſarij communiter non conſueuerunt damnare tamquam reos culpæ mortalis coniuges, qui ſolum ſuperficie tenus tangunt vas præpoſterum ad excitandum ſe ad copulam legitimam, quod frequentius ſolet contingere, nam oris refricatio rarius inter coniuges accidit; quare à priori ſententia in vtroque caſu ſecluſo pollutionis periculo (quod præcisè ratione tactus illarum partium, ſi diu non duret, ſed breui tantum mora, non eſt morale, & proximum) puto non eſſe à priori ſententia recedendum; ſunt tamen à Confeſſariis reprehendendi coniuges tactus libidinoſos in præfatis partibus habentes, vt abſtineant.

Aduertendum autem abuſum vxoris contra natu- 176
ram ſiue ſodomiæ, ſiue mollitiei vltra malitiā peccati contra naturam, habere etiam ſpecialem malitiam adulterij, ſeu aduerſus fidem datam in matrimonio tam ex parte viri, quàm ex parte vxoris conſentientis, vt notaui *in d. tom.3. mor. var. tit.*11 *n.*32. & tradunt Sanchez *lib* 9. *diſp.*18. *n.*4. Azorius *p.3. lib.3. c.* 20. *fine ibidem allegati*, nonnulli alij à Sanchez *allegati*, & præter hos Salas 1.2. *tract.3. diſp.* 6. *ſect.*6. Baſilius Pontius *lib.* 10. *d. cap.21. n.6. fine* & Caſtrus Palaus *to.5. de ſponſ. diſp.3. p.* 4. §... *n.*16. Ratio iuxta eoſdem Doctores, & *d. n.*32. adducta, eſt, quia vterque facit contra bonum fidei, ad quod pertinet, vt vterque coniux ſeruet alteri ſuum corpus caſtè; per talem autem abuſum neuter ſeruat alteri corpus ſuum caſtè; per matrimonium enim coniuges non tradunt ſibi inuicem corpora ad talem actum contra naturam, ſed ad ſolum actum naturalem, & legitimum, & generationi aptum; cui traditioni, & conſequenter bono fidei præfatus abuſus eſt contrarius, cum non ſit vſus coniugis, vt coniugis; & ideo dicitur, & eſt thori coniugalis violatio, perinde ac acceſſus ad alienam mulierem, atque adeo verum adulterium. Nam iuxta D. Ambroſium relatum *in can. nemo d.* 32. *q* 4. *Adulterium non eſt ſolum cum aliena peccare muliere, ſed omne id, quod non habet poteſtatem coniugij.* Neque obſtat conſenſus vtriuſque coniugis, cum non habeant poteſtatem ad talem actum, ſicut nec ad ſimilem actum cum alieno coniuge; ſicut enim poteſtatem non habent, vt alieno coniugi, vel alteri ſoluto commiſceantur carnaliter, ſic nec ad ſe indebite cognoſcendum.

Ex quibus infertur huiuſmodi abuſum vxoris ab- 177
ſolute, & ſimpliciter loquendo eſſe grauius peccatū abuſu ſimili inter ſolutos, vt notauit etiam Sanch. *n.*3. & tradunt D. Auguſtinus *relatus in can. adulterij* 32. *q* 4. & communiter alij ab eodem Sanchez relati, & alij *n. præced. citati.* Nam inter ſolutus habet ſolū malitiā contra naturā; inter coniuges etiā ſpecialē malitiā adulterij, vt probatum eſt. Secundum quid autem eſt leuis, quia inter ſolutos eſt peccatū quoad modū, & ſubſtātiam, cū inter ſolutos nulla detur in corpus poteſtas; inter coniuges ipſos verò eſt ſolū quoad modū.

Infertur etiā vtrūq; coniugē teneri in cōfeſſione explicare vtrāq; circūſtantiā contra naturā, & adulterij, dicendū in ſpecie ſe habuiſſe coitum contra naturam

cum proprio, vel propria coniuge, vt etiam iidem Sanchez, Pontius, & Palaus aduertunt, & tradit etiam Filliucius *tom. 1. tract. 10. cap. 9. numero 332. fine.* Nam ſi diceret cum coniuge, ſeu coniugato, aut coniugatis in genere, confiteretur plura peccata, quam commiſit, ſiquidem vltra violationem fidei ſeu matrimonij ſignificaret violationem matrimonij alterius coniugis, & iniuſtitiam aduerſus alterum vel alteram coniugem. Nec ſatisfaceret dicendo feciſſe cum conſenſu viri alienæ vxoris cognitæ, vel vxoris alieni viri, à quo cognita eſt, cum neuter poſſet conſentire; quia oporteret etiam explicare conſenſum proprij, vel propriæ coniugis, ne denegatur falſo iniuſtitia aduerſus illum, vel illam, & vtroque conſenſu explicato plura peccata, quam fecit, fateretur quia fateretur cooperationem conſenſus alieni viri, vel vxoris, & proprij, vel propriæ coniugis, cum tamen ſoli propriæ vxoris, vel proprij viri peccato cooperatus, vel cooperata ſit. Si autem diceret abuſum fuiſſe cum ſoluta, vel ſoluto non explicaret violationem fidei ab vxore propria vel proprio viro factam, cuius ipſe, vel ipſa particeps fuit; tenetur ergo vterque declarare, cum propria, vel proprio coniuge peccatum commiſſum eſſe.

179 Infertur tertiò, abuſum præfatum vxoris contra naturam ipſa renitente vltra malitiam contra naturam, & adulterij habere etiam malitiam iniuſtitiæ ſeu iniuriæ factæ eidem vxori, cùm vir ratione matrimonij non habeat ius vtendi vaſe indebito vxoris, nec illius corpore ad actum pollutionis extra vas legitimum, vt tradit Sanchez *lib. 10 c. 6.* & annotaui *allegato tit. 11. num. 68.* vbi etiam cum eodem Sanchez *d. diſp. 4. num. 6. & 7.* & aliis dixi eſſe ſufficientem cauſam diuortij, & *eod. tit. 11. n. 32.* paulo poſt initium aliis allegatis dixi eundem abuſum vxoris in vaſe præpoſtero obnoxium eſſe pœnæ, motus à lege communi, vel ſtatutaria decretæ contra committentes crimen Sodomiæ.

Nonnulla alia de ſeminis effuſione extra vas naturale vxoris, & effuſione vtriuſque non ſimultanea, de interruptione actus coniugalis inchoati, & retinendo ſemine, traduntur infra cap. de obligatione parentum erga prolem in fieri.

An liceat coniugibus ſeſe excitare ad copulam irritamentis ciborum, & cogitatione, ac delectatione pulchritudinis alterius viri, vel fœminæ.

180 Vtrum verò coniugibus liceat vti vbis calidis, & aliis ſimilibus irritamentis, vt ſe magis excitent ad copulam, & potentiores fiant ad illam habendam, latè explicatum eſt *ſuprà cap 1 n. 132. & 133.* vbi dictum eſt, coniugibus licere vti talibus cibis, & irritamentis, modò ordinentur ad copulam gratia ſuſcipiendæ prolis, euitandæ incontinentiæ in quolibet coniuge, procurandæ ſalutis corporis, aut propter alium quemcunque finem honeſtum, qui ab illis intendi poteſt, veluti ad fouendum amorem coniugalem, aut quid ſimile; ſi verò talia ciborum irritamenta adhibeantur ſolius libidinis cauſa, eſſe tantum peccatum veniale; modò abſit pollutionis voluntariæ periculum. Horumque ratio *dictis numeris 132. & 133.* adducta eſt, ibi videnda; & etiam ibidem allegantur Doctores prædicta aſſerentes.

An verò cogitatione, & delectatione pulchritudinis ſolius alterius viri, aut fœminæ licitè vti poſſint coniuges, vt ad actum coniugalem excitentur? dico ſolius pulchritudinis, quia abſque dubio eſſet culpa mortalis, ſi coniux in actu coniugali, vel ad excitandum ſe ad actum coniugalem delectetur in pulchritudine alterius viri, vel fœminæ carnaliter dilectorum, cum ſit delectatio moroſa in obiecto lethaliter malo, vt poſt alios Sanchez *lib. 9. diſp 4 n. 6.* Si ergo delectatio ſit in ſola pulchritudine viri, aut fœminæ, idem Sanchez ibidem aſſerit non eſſe culpam lethalem, cum in nullum turpe obiectum delectatio feratur (non ſecus ac ſi in cogitatione arboris pulchræ quis delectaretur) & ad honeſtum finem, nempe actum coniugalem habendum dirigatur. Sed id ſpeculatiuè poſſet admitti, in praxi vero vix poteſt contingere abſque delectatione carnali alterius viri vel fœminæ. Ac proinde merito idem Sanchez addit hoc nulli permittendum; ſed valde diſſuadendum ratione periculi.

SVMMARIVM
§. VI.

Quando poſt matrimonium ratum, aut conſummatum vir factus eſt impotens ad penetrandum vas vxoris, & intra illud ſeminandi, vel vxor ipſa effecta eſt ita arcta, vt nequeat ſemen recipere, idque certo conſtat, & deſperatum eſt, vt poſſit perfectam copulam habere, non eſt illis licita, copula, nec incitatio ad illam. numero 181.

Inter eoſdem coniuges affectos perpetuo impotentes, qua ratione liceant tactus turpes, oſcula, & amplexus. n. 182.

Si non conſtet de perpetua impotentia, ſed ſit aliqua ſpes habendi copulam perfectam, & ſeminandi intra vas, illis licitum eſt conari ad copulam n. 183.

Quantum temporis ſpatium requiratur, & ſufficiat ad experientiam huiuſmodi. n. 184.

Quid ſi vir perſuadeat fore, vt illa vice non poſſit penetrare vas, & permanet dubium de perpetuitate impotentiæ. n. 185.

Si vxor ſolum non poſſit ſemen intra vas receptum retinere, nec ſit ſpes retinendi, an tunc ſit illicita copula. n. 186.

Si vir poſt matrimonium effectus ſit Eunuchus per abſciſſionē vtriuſque teſticuli an licita ſit copula. n. 187. & 188.

Senes inepti ad generationem valide contrahunt matrimonium, & eiſdem coniugatis licita eſt copula. n. 189.

Si ita ſint debiles, vt omninò deficiat potentia ad perfectam copulam, illicitum eſt eis copulari. n. 190.

Steriles valide contrahunt matrimoniū, & illo vtūtur. n. 191.

Tactus turpes, & alij actus impudici, ſecluſo pollutionis periculo, licent coniugatis in ordine ad copulam coniugalem habendam numero 192. Declaratur de quibus tactibus & qui poſt copulam ſint reprehendendi. n. 193.

Tactus turpes inter coniuges cauſa ſolius voluptatis venereæ ſecluſo pollutionis periculo, ſunt culpa venialis n. 194.

Item quando referuntur ad maiorem voluptatem in ipſa copula coniugali. n. 195.

Si habeantur cauſa ſolius voluptatis abſque ordine ad copulam, etſi abſit pollutionis periculum an ſint peccatum mortale. Affirmatiua. n. 196. Negatiua nu. 197. & 98.

Tactus turpes, &c. qua ratione ſint liciti, vel illiciti inter coniuges, quibus ob aliquam circumſtantiam extrinſecam, ſeu impedimentum morale, vel phyſicum vel præceptum Eccleſiaſticum non licet habere copulā coniugalē n. 199. & 200.

Coniugibus ligatis voto caſtitatis abſoluto non licent. n. 201. Secus ſi ligati ſunt tantum voto non petendi debitū n. 201.

Liceantnè coniugi dubio de valore matrimonij n. 203.

Coniugatus erga ſe ipſum exercens tactus turpes ob ſolam veneream voluptatem in abſentia alterius coniugis, vel abſque animo habendi copulam cum præſente, an peccet mortaliter n. 204 & tribus ſeqq.

Tactus turpes inter coniuges, in quibus præuidetur tantum commotio carnis & ſpirituum generationi deſeruientium & diſtillatio humoris, qui non eſt verum ſemen abſque periculo pollutionis, non ſunt mortales, imò carent omni culpa, ſi ob finem honeſtum exerceantur. n. 208.

Si

Si habentur cum periculo pollutionis regulariter ſunt culpa mortalis num. 209.

Tactus inter coniuges, ſi cum periculo pollutionis in alterutro habeantur ex iuſta cauſa v.g. ad inſtaurandum, vel fouendum mutuum amorem an excuſentur à mortali in petente. ſi non ſint impudici, & turpes: Affirmatiua. n. 219. *&* 213. *Negatiua. n.* 212.

In coniuge reddente an ſint ſemper liciti. Affirmatiua n. 211. *&* 215. *Negatiua. n.* 212.

Tactus impudici, & turpes, & valde ad effuſionem ſeminis excitantes inter coniuges cum periculo pollutionis ſemper ſunt peccata lethalia. n. 210.

Aſpectus, & verba turpia cum delectatione venerea ſufficiente ad peccatum mortale inter ſolutos etiam inter coniuges non excuſantur à peccato mortali exiſtente morali periculo pollutionis in alterutro ibidem fine.

Delectatio moroſa ſolius voluntatis de copula maritali cogitata ſecluſo periculo pollutionis non eſt peccatum mortale in coniugibus, viduis, & ſponſis de futuro. numero 214.

Delectatio moroſa appetitus ſenſitiui de copula maritali habita, vel habenda in coniugato ſecluſo periculo pollutionis an ſit peccatum mortale. n 215. 216. *&* 217.

De delectatione moroſa venerea appetitus ſenſitiui de copula maritali cogitata in viduis, & ſponſis de futuro, & de venereis inter ſolutes, atque de inuoluntaria pollutione remiſſiue. n. 218.

§. VI.

De nonnullis aliis venereis inter coniuges, an, & quando ſint illicita.

HIc agendum de venereis inter coniuges factos impotentes ad copulam poſt matrimonium valide contractum, & de internis delectationibus, & actibus externis venereis eorundem coniugum circa ſe ipſos.

An, quando vir poſt matrimonium factus eſt impotens ad penetrandum vas vxoris, vel vxor ita arcta effecta eſt, vt ſemen nequeat recipere vel receptum retinere, poſſint licite copulari, vel tactibus ſe incitare ad copulam.

181 Et dubium primum eſt, an quando vir poſt matrimonium ratum, & conſummatum ſuperuenit impotentia talis, vt intra vas naturale vxoris ſeminare non poſſit, vel ex imbecillitate naturæ, alióve morbo, vel quouis alio modo, aut quia virilia illi amputata ſunt, vel quia in illis habet foramen à parte ſuperiori; quo vrina, & ſemen exeunt; & ſimiliter an quando poſt verum matrimonium ratum, & conſummatum vxor ita arcta affecta eſt morbo, aut maleficio, vt ſemen virile intra vas recipere non poſſit ita quod deſperata ſit ſeminatio intra vas, licita ſit inter eos copula, cum illo periculo effuſionis ſeminis extra vas fœmineum, & an etiam licitum ſit illis cum eodem periculo ſe tactibus ad eam excitare. Communiter negant Doctores, ita Caietanus, Sotus, Ludouic. Lopez, Rodriquez, & Maior à Sanchez *lib. 9. diſp* 17 *num.* 20. Fagundez *in decalog lib. 6. cap.* 3. *numero* 42. relati, Sanchez, & Fagundez *iiſdem locis.* Filliucius *tom. 1. tract. 10. cap. .. num* 132. Coninch *de ſacram. diſp* 34. *dub. 11. num* 115. Laymann *lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 11 n.* 4. Martinus Perez *de matr. diſp.* 54 *ſect* 3. *n* 2. Bonacina *de matr. queſt.* 4. *parte* 6. *n* 17. *&* 18. & Aueria *q. 21. ſect.* 8. *verſic. Quarto dubitarunt aliqui.* Ratio autem eſt, quia copula inter coniuges ſolum eſt permiſſa, & licita intra legitimum vas; & in ordine ad hanc naturalem copulam, licita quoque ſunt irritamenta tactuum; vbi ergo copula eſt impoſſibilis, nec illa, nec tactus ad illam licebunt.

Inter hos autem coniuges ita effectus perpetuò 182
impotentes ad legitimam copulam licitos eſſe tactus venereos etiam per pudenda ſecluſo periculo pollutionis, & in eorum delectatione conſiſtendo, ſi fiant ob honeſtum finem, puta ad fouendum mutuum amorem, vel ad carnis concupiſcentiam ſedandam docent Sanchez *d. diſp* 17. *n. 21. & lib. 7. diſp* 23. *num* 36. Fagundez *d. cap* 3. *num.* 43. Filliucius, Coninch, Laymann, Perez, & Aueria. *locis citatis.* Et Ratio eſt, quia ſunt vere coniuges per legitimum matrimonium & intendunt honeſtum finem, quo illos tactus honeſtare poſſunt, ſcilicet fouere mutuum amorem, vel ſedare concupiſcentiam; ergo licet copula ſit illis impoſſibilis, licite poſſunt vti tactibus, qui ſunt liciti aliis coniugibus potentibus ad copulam, qui aliquo impedimento phyſico, vel morali ad tempus eam nequeunt habere; de qua re infra. Et ob eandem rationem, quia inter ipſos intercedit verum matrimonium, quando fœmina poſt matrimonium contractum reperitur arcta; vt tamen illi per inciſionem abſque graui periculo ſubueniri poteſt (quo caſu *ſuprà cap. 1. n* 186 *& ſeqq.* oſtenſum eſt matrimonium eſſe validum) & fœmina non vlt admittere inciſionem, poſſe coniuges huiuſmodi tactus habere tradunt non ſolum Sanchez & Fagundez *locis citatis*, ſed etiam Angles, Ludouicus Lopez, Manuel, Vega, & Canedo ab iis relati. Villalobos *tom.* 1. *tr. 14. diff.* 18. *numero* 17. Quæ omnia magis confirmantur ex his, quæ infra traduntur abſolute de oſculis, amplexibus, & tactibus inter coniuges. Ex præfato autem fundamento infertur eoſdem tactus inter præfatos coniuges licitos eſſe, etiamſi impotentia poſt matrimonium ratum, & nondum conſummatum ſuperuenerit ſecluſo ſemper periculo pollutionis; ſunt enim veri coniuges, & tactus poſſunt ordinari ad præfatos fines honeſtos. Contrarium videtur generaliter ſentire Stephanus Bauny *de ſacramentis tr.* 12. *vbi de obligationibus coniugum quæſt.* 5. dum dicit in præfatis tactibus ſemper eſſe morale periculum pollutionis: & oſcula, amplexus, & tactus inter coniuges non ordinata ad legitimam copulam, ad quam de ſe, & à natura ordinantur, ſed ſiſtendo tantum in illorum ſenſitiua delectatione nunquam carere culpa. Vtrumque tamen minus verum eſt, & contra communem Doctorum, vt conſtat ex traditis *infrà.* Vbi explicatur etiam quando ſint peccata venialia.

Cæterùm ſi non conſtet certò de omnimoda im- 183
potentia ad legitimam, & naturalem copulam, ſi ſit probabilis ſpes illam perficiendi, & ſeminandi intra vas naturale, quamdiu ſupereſt talis ſpes licitum erit coniugibus ad id conari, & tactibus ad id ſe incitare, quamuis per accidens, & præter intentionem ſemen extra vas effundatur, ita Sanchez alios immunetos referens *d. diſp.* 17. *num.* 23. Fagundez *d. cap* 3 *num.* 45. Filliucius, Bonacina, & Laymann, *locis ſuprà n.* 181. *citatis.* Probat Sanchez, tum quia coniux ille dat operam rei licitæ procurans copulam ſibi poſſibilem & permiſſam; & ſic vtitur iure ſuo, & præter intentionem ſequitur extra vas talis effuſio. Tum quia *in cap. laudabilem, de frigid. & malef.* conceditur coniugibus triennalis experientia ad cognoſcendum, ſi impotentia ſit perpetua, & tamen illo ſpatio aut ſemper, aut fere ſemper extra vas vxoris effunditur ſemẽ, ſi impotentia ex illius arctitudine proueniat. Tum demum quia poſt matrimonium contractum in dubio potentiæ an ſit, vel non ſit perpetua, deturque, vel non detur, coniuges habent ius perſeuerandi in matrimonio & inueſtigandi impedimentum; quod fieri non poteſt conuenienter, niſi vſu coniugali, vt *ſup. c. 2. n.* 13. oſtẽſũ eſt. Ergo etiã in præſẽti caſu licebit;

vbi valor matrimonij eſt certus, quia poſt legitimam conſummationem, vel poſtquam conſtitit certò matrimonium eſſe validum, ſuperuenit dubium, an potentia ſeminandi intra vas ſit perpetua, vel non ſit.

184 Ad huiuſmodi autem experientiam faciendam quamdiu ſupereſt ſpes probabilis ſeminandi intra vas nullum tempus præſcribitur, ſed licitum eſt copulam ſpe illa probabili permanente, vt Sanchez poſt alios *n.6.* & Laymano *loco citato.* Ceſſante autem ea probabilitate, & remanente omnibus circumſtantiis conſideratis dubio formali de perpetuitate triennale ſpatium permittitur, & ſufficit iuxta determinationem in dicto capite *laudabilem*, vt aiunt Sanchez *d.n.16.* & Fagundez *d. num.* 45. Quamuis ibi ſermo ſit vbi dubium eſt de impotentia ſuperuenienti, nihilominus, cum vtrobique dubitetur de impotentiæ perpetuitate, in priori caſo ad diſſoluendum omnino matrimonium, in poſteriori autem ſolum quoad copulam; rectè triennale ſpatium in eo capite præſcriptum ad experiendum, an impotentia ſit perpetua, vel temporalis, ſufficiet in vtroque caſu.

185 Aduertit autem Sanchez *n.* 23. quod quamuis in præfato caſu in quo non conſtat impotentiam eſſe perpetuam, ſibi vir perſuadeat fore vt illa vice, qua conatur ad copulam, non poſſit intra vas ſeminare, poteſt nihilominus depoſita conſcientia accedere ad vxorem, & quia nequit eſſe certus; ſi quidem fieri poterit, vt præ voluptate coitus membrum vires aſſumat erigaturque, atque ita penetrare poſſit vas, & intra effundere; & quia alioqui frequenter id ſibi perſuadebit, licet potens tandem ſit intra ſeminare; & ita grauiſſimis vrgebitur ſcrupulis; ac in magnas anguſtias redigetur, ſi tunc ſibi non liceat conatus ad copulam.

186 An verò ſi ſolum fœmina non poſſet ſemen intra vas receptum retinere, ſed prorſus nulla parte retenta expelleret, nec ſpes retinendi ſupereſſet, tunc etiam inter coniuges eſſet illicita copula. Affirmat Fagundez *d. cap.* 2. *n.* 43. & prima fronte videri ita dicendum, vt notat Sanchez *d.diſp.* 16. *n.* 24. quod perinde ſit ſemen intra vas non recipere, ac receptum non retinere, cum in vtroque caſu matrimonium ſuo fruſtretur fine. Ipſe vero cum Manuele, Vega, & Ludouico Lopez cenſet ob id non eſſe illicitum coniugij vſum, ſed licitum ſicut in coniugibus vere potentibus. Et ratio eſt, quia perfecta copula coniugalis habetur intra vas; & per accidens contingit ſeminis legitime recepti effuſio. Et quia ſæpe matrix retinet neceſſarium ſemen ad generationem ſuperfluo expulſo, vt notatum eſt *n.*182. & ita ſentit etiam Bonacina *d p.6.n.*18.

Si vir poſt matrimonium contractum effectus ſit Eunuchus, an tunc ſit licita copula: & an liceat copula coniugibus decrepitis ineptis ad generationem, & coniugibus ſterilibus.

187 Dubium ſecundum, an quando poſt matrimonium ratum, vel conſummatum ſuperuenit impotentia non quidem penetrandi vas fœmineum, ſed ſolum effundendi verum ſemen, ſcilicet quia contracto matrimonio vir effectus eſt Eunuchus per abſciſſionem vtriuſque teſticuli, licitus ſit his coniugibus vſus matrimonij petendo, & reddendo. Eunuchi enim quamuis membrum virile erigant, quendam tamen humorem tantum aqueum emittunt, non verum ſemen, nec eiuſdem rationis cum vero ſemine, vt tradunt communiter Doctores agentes de impedimento impotentiæ, & præſertim Sanchez Medicis allegatis *lib.7. d. matr. diſp.* 92. *n.*17. Quo ſuppoſito P. Ledeſma *de matr. q.*58. *n.*1. *dub.* 4. *circa ſolutionem ad vltimum* à Sanchez *relatus* renuit huiuſmodi coniugibus non eſſe licitum copulam ob eam rationem, quod cum fœmina verum ſemen emittat, id debito generationis fine fruſtraretur deficiente virili ſemine vero. Addit confirmationem, quia quando vir poteſt ſeminare intra vas illicita eſt copula, vt ſuprà dictum eſt, quia virile ſemen extra vas effuſum fraudatur contra naturam debito fine; ergo etiam in hoc caſu illicita erit copula, cum ſemen fœmineum ſuo fine fraudetur, ſiquidem vtrumque ſemen ad generationem natura ordinauit. Et ita ſentire videntur Butrius, Præpoſitus, & Alexander de Næuo in *cap.* 2. *de frigid. & malef.* dum aiunt, quando vir caſtratur poſt matrimonium, illud non diſſolui, ſed teneri vxorem quoad alia obſequia.

At Sanchez *d. diſp.*102. *num.*7. tenet licitam eſſe copulam in huiuſmodi coniugibus ſiue petant, ſiue reddant. Ratio eſt, quia vir poſt matrimonium vtroque teſticulo orbatus iure ſuo vtitur, dum vacat actui coniugij, quem matrimonium permiſit; & per accidens contingit, quod ſemen verum non emittatur; atque adeo perinde eſt, ac ſi viro conſtaret præ morbo ſemen corruptum eſſe, vel ſterile, vel copula fieret prope tempus partus, in quo non eſt poſſibilis generatio; & tamen in his caſibus non eſt illicita copula, ſicut & in ſenibus impotentibus ad generationem, non tamen ad ſeminandum intra vas, de quibus mox. Non ergo licitæ copulæ obſtat defectus veri ſeminis ad generandum apti, cum ſint veri coniuges: Neque eſt ſimile de copula, per quam ſeminatur extra vas fœmineum; cum ea non ſit coniugalis, nec iure matrimonij innitatur, qualis eſt ea, quæ ſit intra vas. Poſſunt etiam talem copulam habere ob honeſtum finem, nempe ad fouendum mutuum amorem, vel ad ſedandum concupiſcentiæ ardorem. 188

Si autem poſt matrimonium ſuperueniat tantum impotentia ad generationem prolis, vt contingit in ſenibus maximè decrepitis, qui licet poſſint habere perfectum actum coniugalem, & verum ſemen intra vas fœmineum emittere, ratione tamen grauioſæ ætatis careat proxima generandi potentia. De his, ſicut certum eſt, quod non obſtante huiuſmodi impotentia ad generationem prolis poſſunt validè contrahere matrimonium, vt Doctores agentes de impedimento dirimente impotentiæ tradunt communiter, & præſertim alijs allegatis Sanchez *dict. diſp.*92. *num.*19. & tribus ſequentibus, ita certum eſt apud omnes Doctores eiſdem ſenibus licet decrepitis ad generationem prolis impotentibus, potentibus tamen intra vas fœmineum ſeminare licitam eſſe copulam coniugalem; cum ſint veri coniuges, & in iiſdem non ceſſet finis ſecundarius, qui eſt remedium concupiſcentiæ, ſeu concupiſcentiæ ardorem ſedare; & poſſunt etiam ordinare copulam ad fouendum mutuum amorem. Ita in terminis Sanchez *d. lib.*7. *diſp.*202. *n.*7. & *lib.*9. *d. diſp.*17. *num.*23. & apud eundem Gaieta *repetit. in can. ad limina* 30. *q.*1. idem tradunt Toletus *lib.*5. *cap.*12. & *ibidem* Victorellus *in addit.* 189

Quod ſi ob graueſcentem ætatem ſenes iam legitimè coniugati deficeret omninò potentia ad perfectam copulam coniugalem, ſeu ad ſeminandum intra vas, & conſtet huiuſmodi impotentiam eſſe perpetuam, tunc eis licerent quidem tactus citra pollutionis periculum iuxta tradita *ſuprà num.*181. & tradit in terminis Sanchez *d. diſp.*17. *n.*13. non autem erit licita copula cum eo periculo effundendi ſemen extra vas, iuxta tradita *ſuprà numero* 181. & etiam in terminis notat Sanchez *d.n.*23. Nam etiam vbi in ſenibus 190

ſenibus vices eſſent ita fractæ, vt nulla arte medicinæ, aut alia iuuari queant ad habendam perfectam copulam cum ſeminatione intra vas, eſſent inhabiles ad contrahendum validè matrimonium, vt poſt alios Sanchez *d.lib.7 diſp.92.num.23.* & Victorellus *loco citato*. Si antem non eſſet deſperatum omninò, ſed adeſſet aliqua ſpes ſeminandi intra vas, licita erit copula cum eo periculo iuxta tradita *n.183.* & ita etiam in terminis Sanchez *d.diſp.17. n.23.* & Bonacina *d.p.6. n.17. & 18.*

191 De coniugibus ſterilibus quoque cum ſint potentes ad copulam perfectam cum ſeminatione intra vas, & in eis obtineri poſſit finis matrimonij ſecundarius, ſcilicet, ardorem concupiſcentiæ ſedare, nulla eſt difficultas, quod licitè poſſint coire, ſicut etiam ob eandem rationem poſſunt validè matrimonium contrahere iuxta Doctores communiter, quos allegat, & ſequitur Sanchez *d.diſp.92. n. 26.* & tradunt etiam communiter recentiores agentes de impedimento impotentiæ.

Tactus, oſcula, amplexus, aſpectus, & verba turpia an, & quando inter coniuges ſint licita, vel illicita.

Dubium tertium, an, & quando tactus, oſcula, amplexus, aſpectus, & verba turpia inter coniuges ſint licita, vel illicita.

192 Certum eſt apud omnes tactus turpes etiam per partes inboneſtas, & alios actus impudicos, & delectationem ſenſibilem, quæ ipſis percipitur ſecluſo pollutionis periculo, licere coniugaris, ſi habetur in ordine ad copulam coniugalem habendam, ſeu vt ſe illis incitent ad copulam coniugalem habendam; ad quam natura ſua ordinantur: Ita Theologi antiqui, & Summiſtæ, quos Sanchex *lib. 9. diſp. 44. num.8.* Fagundez *in decalogum lib. 9. cap. 5. numero 12.* allegant; idem Sanchex *ibidem*, Fagundez *ibidem, & lib.6. cap.3. numero 3.* Azorius *p. 3. lib. 3. cap. 25. quæſt.2.* Rebellus *p.2. lib.3. quæſt.19. numero 20.* Reginaldus *lib. 22. num.6.* Coninch *de ſacram diſp.34 dub.11.* Villalobos *parte 1. tract.13. diff.42.* Filliucius *tom.1. tract. 10. cap.9. numero 155.* Hurtadus *de matr. diſp. 10. diff. 5.* Bonacina *de matr. quæſt. 4. parte 9. numero 6.* Stephanus Bauny *de ſacram tract. 12. vbi de obligationibus coniugum quæſt. 5.* Auerſa *de matrimon. quæſt. 21. ſect. 8.* Martinus Perez *de matrimon diſp. 54. ſect. 2.* Paulus Laymann *lib. 3. ſect. 4. numero 12.* Caſtrus Palans *tom.5. tract. 28. diſp. 3. p. 4. §. 2.* & alij Recentiores, qui infrà allegantur. Ratio eſt, quia ſicut copula coniugalis cum debito fine coniugibus eſt licita, ita illis licere debent media, quæ ad ipſam tanquam ad finem per ſe referuntur, cuiuſmodi ſunt præfati tactus, qui à natura ordinantur ad copulam coniugalem vti ad finem, ob quem in ipſa voluptatem conſtituit; licitum eſt enim iuuare naturam ad actum rationi conſonum, & honeſtum (qualis eſt copula coniugalis) mediis ſua natura ad illum ordinatis. Et idem dicendum, ſi tales tactus ſecluſo pollutionis periculo inter coniuges habeantur ob quemcumque alium finem honeſtum, puta ad fouendum mutuum amorem, vel ad ſedandam carnis tentationem, vt in terminis Fagundez, & Perez, & conſtat ex traditis *ſuprà n.182.* & tradunt Doctores *ibidem allegati.*

193 Intelligitur hæc communis doctrina de tactibus, qui communi modo ſolent haberi inter coniuges volentes ſe carnaliter coniungere, nam ſi tactus ſint valde fœdi, extraordinarij, & improportionati ad actum coniugalem, vt ſunt vel membro virili fricare ſuperficie tenus vxoris præpoſterùm, vel os illius, vel in os immittere, vel oſcula in partibus pudendis, tunc impudicitia ſeu libido eſt, quæ ſaltem eſt culpa venialis; & in primo quidem oſtenſum eſt *ſuprà num. 175.* vbi etiam referuntur Doctores ſentientes talem intemperantiam eſſe peccatum mortale: In altero vero caſu ſcilicet cum oſculis circa pudenda ſe coniuges ad copulam excitant, licèt Stephanus Bauny *d.q.5 verſic. Tertiò* videatur ſentire eſſe culpam mortalem. Filliucius tamen *to.2. tract.30. c.10. n.195.* & Fagundez *d. lib.6. cap.3. n.17. verſic. ſi tamen* ſentiunt non excedere culpam venialem, & ita procul dubio oportet ſentiant Sanchex, & Perez *ſuprà dicto numero 175. citati.* Addit Fagundex, quod pariter non auderet condemnare niſi grauis culpæ venialis maritum, qui poſt copulam cum vxore, & ſeminationem intra vas factam lingua ſua vxoris pudenda adlamberet. Cæterùm licet præfati tactus ita fœdi & oſcula circa pudenda non ſint inter coniugatos cenſenda peccata mortalia pollutionis periculo ſecluſo extra vas fœmineum, tamen vt dixi *d. n. 175.* & admonet etiam Filliucius *loco citato* increpandi ſunt, qui id faciunt, tanquam operis arguentis animum nimis mollem, & libidini deditum.

Tactus turpes, amplexus, & oſcula inter coniugatos, ſi ſecluſo pollutionis periculo fiant ſolius voluptatis ſenſibilis, quæ ex ipſis percipitur, cauſa, ſine vlla relatione ad copulam coniugalem, aut ad alium finem honeſtum eſſe ſaltem peccata venialia tradunt communiter Doctores. Sanchex alios allegans *d. diſp.44. numero 12.* Fagundex *d. cap. 5. numero 19. & dict. cap. 5. numero 13.* Reginaldus, Coninch, Hurtadus, Rebellus, Laymann, Perez, Auerſa, Filliucius *locis ſuprà numero 192. allegatis.* & ego etiam *tom. 2. mor. var. tital. 1. §. 59. numero 2191.* Sicut enim copula ipſa coniugalis habita non ad finem honeſtum prolis, ſedandæ concupiſcentiæ, vel fouendi mutuum amorem, ſed ſolius voluptatis cauſa non caret culpa venialis, ſuprà hoc capite probatum eſt, ita etiam tactus inter ipſos ſolius voluptatis ſenſibilis cauſa habiti erunt ſaltem peccata venialia, cum non aſſumantur in ordine ad finem, ad quem à natura ſunt deſtinati, & ſint ſaltem ſuperfluitas quædam inordinata. 194

Hinc addunt Sanchex *d. diſp 44. numero 8.* Paludanum, D. Antoninum, Syluestrum, Sotum, & P. Ledeſmam allegans, & Perez *d. ſect. 2. n. 2.* etiam quando tactus illi referuntur ad maiorem voluptatem in ipſa copula coniugali captandam, eſſe culpam venialem. Quia voluptas illa eſt nimia; & copula ipſa coniugalis ad eum finem ordinata, & ob illum exercita, eſt culpa venialis, vt dictum eſt; & conſequenter tales erunt, & ipſi tactus. Difficultas ergo primò eſt, an quando dicti tactus turpes inter ipſos coniuges fiunt tantum ob capiendam voluptatem ſenſitiuam in ipſis repertam cum intentione non perueniendi ad copulam ſecluſo etiam periculo pollutionis extra vas fœmineum ſint culpa mortalis. 195

Et eſſe mortale peccatum docuerunt D. Antoninus, Syluester, Margarita Confeſſorum, Humada à Sanchez *d. diſp.44. numero 11. relati*, & ex Recentioribus Stephanus Bauny *dict. quæſt. 5.* Probat Bauny, quia omnis voluptas venerea, quæ ex tactibus, & oſculis contingit, ſicut ipſimet tactus, & oſcula libidinoſa à natura inſtituta, & ordinata eſt ad copulam inter marem, & fœminam, & hac mediante ad procreationem prolis, ergo ſiſtere & conquieſcere in ipſamet voluptate nullo modo nec actu neque virtualiter intendendo copulam ipſam eſt peccatum mortale, quia ipſa voluptas, & iidem tactus fruſtrantur, ſeu priuantur ſuo fine, ſeu à ſuo fine extrahuntur, ad quem de ſe deſtinantur. Quod ſi ſine intentione non perueniendi ad copulam actuali, vel habituali, licet actu, & formaliter ad 196

Digitized by Google

copulam non referrent, tactus turpes inter ſe haberent coniuges eo loco, & tempore, in quo poſſent, ſi vellent exercere actum coniugalem, quem tamen nec volunt, nec nolunt, ſed ſunt indifferentes; tunc idem Bauny ait eiuſmodi tactus, & oſcula non eſſe peccatum mortale, nec veniale propter rationem *ſuprà n.1.q.2.* adductam.

197 At alij Doctores communiter tenent contrarium & etiamſi præfati tactus, & oſcula habeantur à coniugibus cum intentione actuali, vel habituali non perueniendi ad copulam, ſed ob præciſam voluptatem non eſſe peccatum mortale. Ita Roſella, Angelus, Armilla, Caietanus, Abulenſis, Victoria, Sotus, Graffius, Medina, Bartholomæus Ledeſmus, & plures alij à Sanchez *d.diſp.44. numero 12. relati.* & ex Recentioribus Vaſquez *in 1.2. diſp. 115. cap. 2.* Sanchez *d. n. 12.* Fagundez *d. lib. 6. cap. 3. n. 39. & lib 9. cap.... numero 13.* Villalobos, Hurtadus, Reginaldus, Filliucius, Auerſa, Rebellus, Perez, Laymannn, & Caſtrus Palaus *locis ſuprà num 192. citatis* & Ego *locis ſuprà num. 194. allegato.* Ratio eſt, quia voluptas ſenſibilis in dictis tactibus, & oſculis reperta non quæritur omnino extra matrimonium, ſed in ipſo, quia quæritur in tactibus ſua natura ordinatis ad actum coniugalem, atque adeo ſicut matrimonium excuſat à mortali voluptatem quæſitam in copula ipſa coniugali, vt ſuprà hoc capite probatum eſt: ita etiam excuſabit à mortali voluptatem veneream in dictis tactibus quæſitam vt pote coniugalem; erit tamen peccatum veniale propter inordinationem debiti finis, vt *num.* 194. dictum eſt.

198 Quod autem eſt dictum de tactibus, & oſculis, idem, & multo magis dicendum eſt de aſpectibus, & verbis turpibus inter eoſdem coniuges abſque pollutionis periculo, nunquam enim ſunt peccata mortalia, ſed carebunt omni culpa, ſi referantur ad incitandum ſe ad copulam; erunt vero veniale peccatum, ſi ob ſolam voluptatem habeantur in iis enim eſt eadem ratio, quæ in tactibus, & matrimonium has omnes voluptates excuſat à mortali, vt præfati Doctores innuunt, & in terminis Sanchez *d. diſp. 44. n. 13.* Coninch *d. dub. 11. num. 114.* & Perez *d. ſect 2. n. 7.*

199 Quod etiam *ſuprà numero* 192. dictum eſt, nempe tactus, oſcula, amplexus licere coniugatis ob finem honeſtum fouendi mutuum amorem, vel ſedandi carnis tentationem; & pariter quod dictum eſt *n.* 194. & 197. eoſdem tactus turpes inter coniuges eſſe tantum veniale, ſi fiant ob ſolam voluptatem in ipſis repertam ſecluſo pollutionis periculo, procedit non ſolum, quando ipſi coniuges ſeſe tangentes poſſunt ſi volunt phyſicè, & moraliter ſeu licite habere copulam coniugalem, ſed etiam quando ob aliquod impedimentum vel morale; puta propter notabile periculum valetudinis, vel propter periculũ abortus, vel phyſicum, ſcilicet propter impotentiã coëundi ſuperuenientẽ matrimonio eis non licet copulam coniugalẽ habere: in hoc enim caſu etiam licitos, vel ſi cauſa voluptatis tantum fiant illicitos ſolum venialiter eſſe inter coniuges, tactus, oſcula amplexus, verba turpia, & delectationem ex illis captam, etiamſi inde inſurgat alteratio, & commotio membri pudendi, & ſpirituum generationi inſeruientium, dummodo abſit periculum pollutionis; perinde ac ſi non eſſet talis extrinſeca circumſtantia ſeu impedimentum copulæ phyſicum, aut morale, vt dictum eſt *ſuprà numero* 182. & contra nonnullos ibidem allegatos latius tradidi *tom. 1. mor. var tit. 1 §. 59 num. 2191. & 2192.* & tenent Doctores *ibidem allegati*, & Doctores *ſuprà hoc cap. n. 182. relati*, & ex Doctoribus *ſuprà num. 192. relatis*, in iis terminis docent Sanchez *d. diſp. 44. num. 20.* Coninch *d. diſp. 34. numero 115.* Fagundez *d. lib. 9. cap. 6. n. 2.* Auerſa *d. ſect. 8. verſic. ſeptimo ſi copula.* Martinus Perez *d. diſp. 54. ſect. 3.* Filliucius *d. cap. 9. n 355.* & Villalobos *d. diff. 42.* Ratio autem (vt dixi *d. §. 59 n. 2192.* & afferunt etiam præallegati Doctores) eſt, quia tactus, amplexus, oſcula, & delectatio, quæ inde capitur de ſe, & ea natura ſua ordinantur ad copulam coniugalem; quæ tunc ex ſe, & ex ſua natura coniugibus eſt licita, & ſolum per accidens eſt, quod non exerceatur, vel exerceri poſſit, cum ergo eadem copula tunc per ſe ſit licita, & prohibita vel impoſſibilis ſolum per accidens, & ab extrinſeco, liciti etiam erunt tactus oſcula, & delectatio inde ſequens, vt pote de ſe ad actum coniugalem tanquam ad finem tendentia, nec poſt dici prohiberi tactus, & delectationem in caſu prædicti impedimenti moralis, vel phyſici, ſicut prohibetur ipſa copula, quia ex ipſis non poteſt ſequi damnum coniugis, vel prolis, vel fruſtrari finis copulæ, ſicut ſequeretur ex ipſa copula. Igitur tactus poterunt excuſari à veniali, ſi non ob delectationem ſolam, ſed vel ad ſedandam carnis tentationem vel ad fouendum mutuum amorem abſque pollutionis periculo exerceantur; erunt verò venialis culpa ſi ob ſolam delectationem ſecluſo eodem pollutionis periculo habeantur iuxta tradita ſuprà *n.* 192. & 193. & *d. §. 59. numero* 2192. & tradunt præallegati Doctores, & alij *d. n.* 2192. *citati.*

Et quamuis quando copula coniugalis eſt coniugibus prohibita aliquo præcepto Eccleſiaſtico, vt ſi coniux contraxit affinitatem ſpiritualem cum altero coniuge, vel ſi vterque contraxit, & ita ſit priuatus iure petendi, Auerſa *d. ſect. 8. verſic. Quintò, admittit*, dicat tunc eiſdem coniugibus reddi illicito etiam tactus, quam huiuſmodi diſpoſitionibus (loquit) cointelligunt tactus cum copula, nihilominus in hoc etiam caſu idem dicendum eſt, & tactus eſſe licitos, ſi ob finem honeſtum fiant, & ſolum veniales, ſi ob ſolam voluptatem ſecluſo pollutionis periculo, id quod tenui *d. §. 59. citato numero* 2192. Fagundez *d cap. 6. n. 4.* Filliucius, & Perez *locis in præcedenti allegatis.* Et ratio eſt, quia adhuc impedimentum eſt extrinſecum, & arcens à copula in pœnam delicti admiſſi (vt ſuprà *c 5. n 25. & 26.* oſtenſũ eſt) & cum ſit res pœnalis, non debet extendi ad tactus; & delectationem ſolam, vt ſimiliter illa prohibeat. 200

Quod ſi coniux eſſet ligatus voto caſtitatis abſoluto etiam ſine alterius coniugis conſenſu emiſſo, tunc ei & copula, & tactus, & omnis delectatio venerea ſpontanea forent prohibita, vt dictum eſt *ſuprà cap. 3. num. 39.* & tradidi *d. tom. 2. mor. var. citato §. 59. numero* 2192. & docent Auctores *ibidem citati.* Sanchez *d. diſp. 44 num. 26.* Vaſquez *1. 2. diſp. 112. n. 11.* Fagundez *d. lib 9. cap. 6. num. 7.* Coninch *d. diſp. 34. citato dub. 11.* Perez *diſp. 54 ſect 3.* Villalobos *d diff. 42.* Filliucius *d. c. 9. n. 350.* Auerſa *d ſect 8. verſic. ſextò aliquis*, & alij communiter, quia votum caſtitatis abſolutum excludit omnem voluptatem veneream externam, & internam, vt pote caſtitati aduerſantem. Quare huic coniugi permittitur tantum id, ad quod lege matrimonij ex iuſtitia tenetur, nempe ad redditionem debiti, quando ſolus ipſe ſine ſine, ſiue cum conſenſu alterius vouit abſolute caſtitatem, quod ſi vterque coniux de communi conſenſu vouit caſtitatem, tunc nec redditio, nec petitio eis permittitur lege matrimonij iuxta tradita *ſuprà cap. 3. §. 3.* & conſequenter vterque tenetur integre ſeruare caſtitatem, & abſtinere ab omnibus actibus venereis, qui illi aduerſantur, vt etiam Sanchez, & alij recentiores ſuprà allegati tradunt. 201

Si verò alter coniux, vel vterque ſimul vouiſſet ſolum non petere debitum, tactus, oſcula, amplexus, 102

xus, & delectatio ex iis capta eis licerent ob honeſtum finem, quia illi voto non aduerſantur, quod ſolum debiti petitionem interdicit; & ex alia parte hæc omnia ſunt illis licita ratione matrimonij, carentque omni culpa, ſi fiant ob honeſtum finem, veniale autem peccatum, ſi ſolum cauſa voluptatis venereæ exerceantur abſque pollutionis periculo. Et ita etiam tradunt Sanchez, Filliucius, Fagundez, Perez, locis allegatis.

203 In dubio autem de valore matrimonij, an delectatio partis ſeoſitiuæ, & tactus venerei liceant coniugi dubitanti, late explicaui in *tom. 1 mor. var. tit. 5.* §. 51. *num.* 2023. & etiam *ſuprà cap. 2. num.* 52. notaui & etiam explicant Sanchez *diſp.* 44. *n.* 24. Fagundez *d. cap. 9 num. 5. & 6* Perez *d. diſp.* 54. *ſect.* 3. *n.* 8. D. Auerſa *d. ſect. 8. verſic. Octauo.* Iuxta quos, & tradita *d. n.* 2023. certum eſt, quoties alteri coniugi copula eſt illicita ratione *dub. 9.* de valore matrimonij, ita vt non poſſit licite petere, licet poſſit, & teneatur reddere, illicitos pariter eſſe tactus, ita vt idem dubitans non poſſit eos petere, ſiue ea ſe exercere, ſed ſolum ad petitionem alterius, cum de iis ſit eadem ratio ac de copula. Cætera de hac re videantur *d. n.* 2023. aut apud præfatos Doctores, præſertim Sanchez.

Coniugatus erga ſe ipſum exercens tactus turpes ob ſolam voluptatem in abſentia coniugis, vel abſque animo coëundi cum altero coniuge præſente, an peccet mortaliter.

204 Difficultas ſecunda eſt, an ſi coniugatus erga ſe ipſum tantum exerceat tactus turpes ob ſolam voluptatem veneream, & non coëundi cauſa, ſiue alter coniux ſit præſens, ſiue abſens, & abſit periculum pollutionis, ſit peccatum mortale. Conueniunt omnes Doctores infrà citati vnicuique coniugi licitos eſſe tactus in ſe ipſo in ordine ad copulam mox habendam cum altero coniuge, vt conſtat ex traditis *ſuprà n.* 192. Quare etiam in abſentia alterius coniugis, ſi idem abſens ſperetur proximè venturus, prædicti tactus in ſe ipſo carent omni culpa, ſi exerceantur animo copulam habendi cum illo, quia coniux cenſetur quaſi in præſentia exercere, & ad coitũ coniugalem ſe præparare. Vt Vaſquez 1. 2. *diſp.* 123 *num.* 4. Auerſa *d. ſect. 8. Tertiò* & Palaus *d. diſp. 5. p* 4. §. 2. *numero* 4. Difficultas ergo procedit ſolum ſi prædicti tactus turpes habeantur in ſe ipſo abſque animo copulæ coniugalis ſola cauſa percipiendæ voluptatis ſenſibilis in abſentia alterius coniugis, vel eo præſente, cum quo non liceat habere copulam coniugalem ob impedimentum morale, vel phyſicum iuxta tradita *ſuprà num.* 199.

205 Et prima ſententia tenet eſſe culpam mortalem, ſed ſolum venialem; ita ex Doctoribus *ſuprà num.* 192. *relatis* Sanch. *lib. 9. d. diſp.* 44. *n.* 16. Caſtrus Palaus *d* §. 2. *n.* 5. Hurtadus *d. diſp.* 10. *num.* 47. Martinus Perez *d. diſp* 54. *ſect.* 2. *num* 6. Ochagauia *tract.* 5. *de matr. q* 12. ab Hurtado *relatus*, & huius etiam ſententiæ Sanchez notat eſſe Paludanum 4. *diſt.* 23. *quæſt.* 1. *art.* 2 *n.* 37. & Ludouicus Lopez 1. *p. inſtruct. cap.* 87. *fine.* vbi dicunt eſſe mortalem huiuſmodi tactum, quando adeſt pollutionis periculum, ac proinde extra hunc caſum non videtur damnare de mortali. Ratio iuxta eoſdem Doctores eſt, quia etiam illi tactus, licet ab agente poſſint referri ad copulam illicitam, tamen natura ſua ordinantur, vel referri poſſunt ad actum coniugalem (vt conſtat ex dictis numero præcedenti) & quamuis actu ad illum non referantur (quia coniux eos tactus experiens non intendit illam, vel eſt impoſſibilis ob alterius abſentiam, aut aliquid aliud extrinſecum impedimentum) tamen à ſua natura, ſeu ab illa relatione, aut ſuo ordine ex intẽtione agentis non extrahuntur. Per accidens enim contingunt non actualis relatio coniugalis, quæ naturæ ordinem ſeu relationem intrinſecam illorum tactuum non mutent. Confirmatur dupliciter primo, quia ſicut ex matrimonio prouenit honeſtas actus coniugalis, ſic & tactuum, qui copulæ deſeruire poſſunt, licet per accidens non deſeruiant. Secundò, quia etiam delectatio moroſa copulæ cum coniuge abſente non eſt culpa mortalis, quia ſua natura referri poteſt ad copulam coniugalem, tametſi actu non dirigatur, vt probaui allegato *tom. 1. mor. var.* §. 59. *n.* 2191. & tradunt Sanchez *d. diſp.* 44 *n.* 3. Martinus Perez *d. diſp.* 54. *ſect.* 1. & alij magis communiter tum antiqui tum recentiores à Sanchez *d. n. 3. & à me d. n* 2191 *& in præcedentibus* relati. Quare iidem Doctores aiunt falſum eſſe, vt tactus illi ſint coniugales, requiri vt habeantur cum coniuge; nam ſufficit vt ad coniugium præſens ſua natura deſeruire, & ordinari poſſint, nec ab hac natura ex intentione illis viventis deuient.

Altera ſententia aſſerit eſſe mortalem culpam. ita Armilla *v. impudicitia numero* 3. Vaſquez *dict. diſp.* 123. *numero* 4. Salas *in* 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *numero* 129. Neotericus in *ſelectis diſp.* 21. *numero* 26. Paulus Layman *loco ſuprà numero* 192. *citato*, Auerſa *loco ſuprà num.* 204. *allegato*, Diana *p. 2 tract.* 17. *reſolut.* 37. *p. 3. tract.* 4 *reſol* 215. Ioannes de la Cruz *in directorio p.* 1. *præcep.* 6. *artic.* 9. *dub* 12. à Diana *relatus*, Monteſinus 1. 2. *q.* 74. *art.* 8. *quæſt* 5. ab Auerſa *relatus*. Horum fundamentum eſt; quod coniux non habet per ſe ius in proprium corpus in ordine ad vſum veneris, ſed tantum in corpus conſortis, & in corpus ſuum ſolum per accidens, vt poſſit habere vſum venereum, ſeu copulam cum altero coniuge, ergo cum vtitur proprio corpore ad vſum aliquem venereum illud tangendo turpiter extra præfatum caſum copulæ cum altero coniuge habendæ, tactus eſt per ſe illicitus, vt pote, qui tunc per ſe ordinatur ad pollutionem, ſeu deciſionem ſeminis extra vas, & ita eſt peccatum mollitiei inchoatum. Quare licet ille tactus ſit per ſe indifferens ad illicitam, & licitam copulam ſeu deciſionem ſeminis; tamen in illo caſu copulæ non habendæ vel impoſſibilis, non eſt amplius indifferens, ſed ordinatur ad pollutionem, ſeu deciſionem ſeminis extra vas naturis, & conſequenter eſt mortale peccatum. 206

Hæc ſententia eſt valde probabilis, & in praxi ſuadenda, tamen probabiliorem cẽſeo priorem ſententiam ob fundamenta illius adducta. Quibus addi poteſt etiam, quod illi tactus turpes ideo inter ſolutos ſunt lethale peccatum, quia excitant delectationem veneream ſimilem illi, quæ habetur in copula; & ad id natura ſua ordinantur. Quibus ergo eſt licita copula, & eius delectatio, erunt etiam liciti tactus, ſi finem aliquem honeſtum habeant; vt cum referunt ad copulam habendam; venialis culpa, ſi fine honeſto carent, ſicut ipſa copula eſſet. Neque obſtat fundamentum poſterioris ſententiæ, nam licet coniux per ſe non habeat ius in proprium corpus ad complendum actum venereum in ſe ipſo; tamen poteſt vti tactibus corporis ſui in ordine ad copulam coniugalem ad quam natura ſua deſeruire poſſunt, & per ſe ordinantur, ſeu iuxta ſuam naturam poſſunt ordinari; & ſolum per accidens eſt quod nõ ordinentur, vel ordinari ab illis vtente non poſſint, quod vt dictum eſt, non mutat illorum intrinſecam habitudinem, nam natura ſua ad præſens coniugium ordinari poſſunt; & ab hoc ordine non eximuntur, eſto coniux illis vtens non intendat copulam (ſi actu non intendat pollutionem, vel illam prætuideat euenturam, ſeu eius moralε periculum animaduertere debeat) vel impoſſibilis ſit ob alterius abſentiam.

Quare 207

Quare negandum, tunc tactus per ſe ordinati ad pollutionem, quia verſamur in coniugatia, neque ex intentione vtentis, neque per ſe, & ex natura ſua ad pollutionem ordinantur; in ſolutis autem ſecus eſt, quia non ſunt de ſe indifferentes, ſed ex ſe tendunt ſolum ad ſeminis deciſionem illicitam.

Tactus turpes, oſcula, &c. inter coniuges, ſi adſit periculum pollutionis in alterutro abſque periculo conſenſus in pollutionem, an ſint ſemper culpa mortalis, tam ex parte reddentis, quam ex parte petentis.

208 Difficultas tertiò eſt, an tactus, oſcula, amplexus inter coniuges ſint licita præſertim ex parte reddentis cum periculo pollutionis in alterutro coniuge, modò non ſit conſenſus in ipſam pollutionem. Dixi, *cum periculo pollutionis*; nam ſi ex præfatis tactibus, & delectationibus venereis inter coniuges præuideantur tantum futura commotio membrorum, & ſpirituum generationi deſeruientium, & diſtillatio ſolius humoris medij, qui non eſt verum ſemen, non eſſent præfati tactus peccatum mortale. Ita Sanchez *d. lib. 9. diſp. 45 num. 41.* & Martinus Perez. Et quidem quando præuidentur ſolum commotio membrorum, & ſpirituum abſque pollutionis periculo, conſtat ex traditis à Me *dict. tom. 2. moral. var. allegato* §. 49. *num.* 1191. & *hoc capite ſuprà num.* 192. & *ſeqq.* cum enim ſicut tactus, ita & ipſa commotio membrorum, & alteratio ſpirituum generationi deſeruientium ſua natura ad actum coniugalem ordinentur, delectatio, quæ ex illis à coniugatis percipitur, non quæritur extra matrimonium; Et ita ſi ob finem honeſtum quæritur, nullum eſt peccatum, ſi ſolum cauſa ſui, eſt venialis culpa. Quando verò præuidetur illa diſtillatio ſola, probatur non eſſe peccatum mortale (licet alioqui inter ſolutos, vbi eſt notabilis, ſit peccatum mortale, vt dixi *dict. tomo* 2. *moral. variar. tit.* 60. *num.* 2237.) quia ex vna parte non eſt graue damnum generationis, & ex alia omnes hæ venereæ delectationes cum ſua natura ad copulam ordinentur, & ſic non extra matrimonium, excuſantur à culpa mortali. Difficultas ergo procedit quando in tactibus, &c. præuidetur in alterutro pollutio ſequutura, vel morale periculum pollutionis extra vas.

209 Communis Doctorum opinio eſt tactus, oſcula, amplexus, aſpectus, & verba turpia inter coniuges, ſi ſit periculum morale pollutionis præuiſum regulariter eſſe peccata mortalia. Ita Theologi, & Summiſtæ tam antiqui, quam medij, & poſtremi temporis, quos latè cumulat Sanchez *dict. diſp.* 45. *num.* 34. qui omnes loquentes de tactibus inter coniugatos aſſerunt abſolutè eſſe mortales, vbi cum præuiſo periculo pollutionis exercentur: licet enim inter coniugatos ſint alioqui liciti, quatenus tamen præuidentur futuri cauſa pollutionis, & effuſionis ſeminis extra copulam coniugalem, ratione illius effectus redduntur illiciti, ſicut eſt illicita ipſa pollutio voluntaria. Difficultas ergo ſolum procedit, an aliquibus in caſibus tactus, oſcula, & amplexus ex iuſta cauſa liceant tam petenti, quam reddenti; & an reddens ſemper excuſetur à mortali, ſi habeantur cum præuiſo periculo pollutionis.

210 Prima ſententia (quam primò Sanchez *dict. diſpat.* 45. *num.* 35. & 38. in terminis tradidit, & amplexi ſunt Filliucius *tomo* 1. *tractat.* 10. *cap.* 9. *num.* 356. Martinus Perez *dict. diſput.* 54. *ſect.* 5. Michaël Zanardus *in decretorio Confeſſar p.* 1. *de Sacrament. Matrim. cap.* 22. *quæſt.* 27. à Stephano Baunez *q. ſuprà num.* 192. *citata*, & Diana *part.* 3. *tractat.* 4. *reſolut.* 217. *relatus*, & videtur ſequi idem Diana) dicit primò præfatos tactus cum præuiſo pollutionis periculo abſque periculo conſenſus in eam excuſari à peccato præſertim mortali etiam ex parte petentis, ſi habeantur ex vrgente, & iuſta cauſa, & ſint honeſti, & non turpes, vt ſunt amplexus, oſcula, & alij tactus turpitudine carentes ſoliti exerceri inter eoſdem coniuges ad mutuum amorem indicandum, & fouendum. Cum enim etiam inter ſolutos tales tactus, ſeu oſcula, & amplexus habiti ex iuſta cauſa cum periculo pollutionis, dummodo ei non præſtetur conſenſus, à culpa excuſentur, vt latiſſimè explicaui *tomo* 2. *moral. var.* §. 59. *num.* 2205. vbi dixi iuxta Doctores communiter, culpa carere tactum alioqui licitum, quia neceſſarium, vel ex honeſtate, vel ex vrbanitate debitum, licet præuideatur ex eo ſubſequutura pollutionem ſecluſo periculo conſenſus in eiuſdem delectationem; & etiam amplexus, & oſcula iuxta patriæ morem vſitatum cum præuiſione pollutionis; & etiam chirurgo licitum eſſe verenda fœminæ tangere, vel aſpicere medicinæ cauſa cum ſimili periculo; Item licitam eſſe amicam ſalutationem, & allocutionem, cum eadem præuiſione; & pariter à peccato excuſari coniugatam, quæ ob honeſtum finem, putà ad eum alioqui à ſe auerſum reddendum beneuolum viro diceret verba amatoria, & valdè affectuoſa, non turpia (v.g. cor meum, anima mea) licet inde ſoleret euenire pollutio; quia in prædictis, & ſimilibus caſibus pollutio; quia in prædictis, & ſimilibus caſibus pollutio præter intentionem accidit; & iuſta cauſa exercendi actum, ex quo ſequitur, illum reddi licitum non obſtante illo effectu præter intentionem ſequuturo. Porrò iuſtam, & vrgentem cauſam exercendi inter coniuges dictos tactus, aiunt eſſe, dum habentur ad mutuum amorem indicandum, & fouendum inter ipſoſmet coniuges, ita quod non nimia voluptas adſit, nec incitet, ſed tanquam amoris indicia exerceantur repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis. Et quod hæc ſit iuſta cauſa huiuſmodi actus exercendi confirmant, quia alioqui videretur magna auſteritas, & amor minueretur, ſi ab huiuſmodi tactibus abſtinerent. Et ſi amplexus, & oſcula inter ſororem, & fratrem foris venientes ad indicandum mutuum amorem, & ne inurbani videantur, non damnantur ob pollutionis præuiſæ periculum; neque inter coniuges tactus illi ad eundem finem mutui amoris indicandi, & fouendi damnandi ſunt: Præſertim quod vbi non nimius libidinis ardor incitet eos, ſed voluntas mutui amoris fouendi, non influunt notabiliter in coniugatis ad pollutionem. Quamuis in ſolutis influerent ob corruptionem naturæ noſtræ ſemper in vetita tendentis. Quod ſi tactus eſſent impudici, & turpes cum pollutionis in alterutro coniuge periculo, & non eſſent in loco, vbi adueniente periculo poſſent facile vti copula ad pollutionem vitandam, tunc in coniuge illos tactus petente, & ſponte attentante, ſemper eſſent lethale peccatum iuxta eoſdem Doctores, & expreſsè tradit Sanchez *dicta diſputat.* 45. *num.* 37. vbi ait hoc velle Doctores communiter à ſe *num.* 34. *relatos*, & alios omnes abſolutè aſſerentes eſſe mortales tactus inter coniuges cum periculo pollutionis in alterutro. Et ratio eſt, quia ij tactus non exercentur ex iuſta cauſa, cum non ſint neceſſarij inter coniuges ad amorem indicandum, ſed ſolum ad ſe præparandum ad copulam ſtatim habendam, & ex alia parte notabiliter pollutionem excitent. Hinc etiam Sanchez, & Perez aiunt aſpectus, & verba turpia cum delectatione venerea ſufficiente ad culpam lethalem inter ſolutos,

tos, tametſi inter coniugatos ſecluſo pollutionis periculo ab ea excuſentur, vt ſuprà oſtenſum eſt, ab ea tamen non excuſari eo periculo exiſtente, quia ex vna parte deficit cauſa iuſta, & ea altera valde iuuant ad pollutionem habendam. Multò minus etiam aiunt à culpa mortali excuſari coniugem, qui aut delectaretur moroſè de copula coniugali cogitata cum eodem periculo pollutionis, aut ſe turpiter tangeret cum ſimili periculo, cum in vtroque caſu deficiat cauſa iuſta; & delectatio moroſa de copula cogitata, & tactus corporis turpes valde influant, & incitent ad effuſionem ſeminis.

211 Secundò hæc ſententia docet præfatos tactus etiam aliqua ratione turpes in coniuge reddente excuſari à culpa, & eſſe licitos, tametſi adſit periculum pollutionis in ſe, vel in altero coniuge ſecluſo eius conſenſu in ipſam pollutionem. Ita Sanchez *d. n.35.* (vbi ait id à nullo ex Doctoribus à ſe *n. 34. relatis* explicari, non tamen eſſe contra illorum aliquem) & alij Doctores pro hac ſententia allegati. Fundamentum eſt, quod reddens dat operam rei licitæ, ad quam obligatur ex iure alterius, & quia adeſt iuſta, & vrgens cauſa reddendi tales tactus, vtpote, ab alio coniuge exactos. Intelligitur tamen niſi tactus ſint tales, & ita ad effuſionem ſeminis excitantes, vt dici poſſint, & quaſi inchoata pollutio (qualis eſſet virilium contrectatio, & digitorum in vas muliebre intromiſſio cum aliqua duratione) & coniuges in eo loco exiſtant; in quo copulam habere nequeant. Ita præfati Doctores.

212 Alia ſententia abſolutè tenet præfatos tactus inter coniuges, etiamſi non ſint ex prædictis valde turpibus, & ad pollutionem proximè tendentibus cum periculo pollutionis in alterutro præciſæ non excuſari à mortali peccato tam in reddente, quàm in petente, niſi ſaltem in caſibus, in quibus excuſarentur inter ſolutos, & fratrem, ac ſororem. Ita in terminis Auerſa *de matrimonio q.21. ſect.8. verſic. Verum Doctores,* & eſſe de mente Doctorum à Sanchez *d. n.34 relatorum* abſolutè aſſerentium illos tactus inter coniuges cum periculo pollutionis in alterutro eſſe mortales. Probat Auerſa, quia quamuis hi tactus alioqui inter coniuges eſſent liciti, tamen cum tali effectu, ſeu periculo redduntur illiciti, nam cauſa allegata ab Auctoribus prioris ſententiæ non eſt neceſſaria (inquit) aut vrgens, aut valde vtilis, ob quam permitti poſſit talis effectus; vt in aliis quibuſdam cauſis, quales ſunt enumeratæ *ſuprà n.210. & n. 2205. ibidem allegatæ.* Quare ad fundamentum in fauorem petentis *n.210.* adductum reſpondet negando eſſe vrgentem cauſam ad indicandum, fouendumque amorem mutuum; quia ad hoc præſtabit habere copulam; vel ſi ſint in loco, in quo non poſſint copulari, debebunt differre ad locum, & tempus congruum. Permittitur autem, addit, amplexus ex occaſione inter fratres, & ſorores, ne alioqui videantur inurbani, & ruſtici; & ſic in ſimilibus occaſionibus multo magis concedi debent inter coniuges, non tamen abſque aliqua huiuſmodi cauſa. Ad fundamentum in fauorem reddentis *n.211.* adductum reſpondet idem Auerſa, reddentem, quamuis alioqui daret operam rei licitæ, tamen cum præuiſione tranſire in illicitam: Neque ex iure alterius coniugis obligari ad conſentiendum tactibus cum pollutionis periculo, ſed potius iniuriam facere matrimonio, & coniugi per hanc iacturam ſeminis per ſe ordinati ad copulam coniugalem; Neque etiam eſſe vrgentem cauſam, vt ſatisfaciat petitioni alterius in exercendis, ſeu permittendis tactibus pollutionem afferentibus. Ita Auerſa, & idem attentis rationibus, ſeu principiis intrinſecis ſentire videtur Stephanus Bauny *d.q 5. ſuprà n. 192. allegata verſic. Nec tertiò,* licet propter auctoritatem Doctorum illam aſſerentium priorem ſententiam, quoad praxim non reprobet. Ita enim ait. *Quarum opinio, ſi quid habet ponderis id totum in eorum authoritatem, qui illam inuenerunt, & probauerunt, referendum exiſtimo; ſane quia benigna eſt, & in coniuges indulgens, ſiquis eam ſibi ſequendam credet, non magnopere repugnabo.*

Ego quoque approbo priorem ſententiam quoad petentem, quoties coniuges facile copulam non poſſunt habere, vel eis non licet ob impedimentum aliquod extrinſecum morale, vel phyſicum *ſuprà n. 199.* explicatum, & tactus illi honeſti nec valde turpes iudicantur neceſſarij, vel vtiles ad inſtaurandum, & fouendum mutuum amorem inter ipſos; tunc enim eſt legitima cauſa, atque adeo excuſat à culpa ſicut aliæ cauſæ iuſtæ *num. 210.* poſitæ. Quoad reddentem etiam eandem ſententiam abſolute approbo, quoties eis tunc non permittitur copulari, cum enim coniux petens ratione matrimonij habeat ius petendi, & exercendi præfatos tactus, vt conſtat ex traditis à *n. 192.* & præſertim traditis *n.199.* (ideo illos exercendo abſque periculo pollutionis non peccat, ſi ob honeſtum finem exerceat; & tantum venialiter ſi cauſa ſolius voluptatis iuxta ſuperius tradita,) alter tenetur reddere, & ſic eſto præuideat ſubſequuturam pollutionem in petente, vel in ſeipſo iuſtam cauſam habet excuſantem pollutionem à peccato, & licet agnoſcat, ſic petendo peccare mortaliter, cum ſit circumſtantia ſe tenens ex parte perſonæ, non ex parte actus poteſt licite, & tenetur reddere; cum etiam coniux exactus ſæpe non poſſit agnoſcere diſpoſitionem petentis vt ſit polluendus, & ſi in ſeipſo tantum præuideat periculum pollutionis, petens etiam ſæpe non præuideat tale periculum, aut ipſe reddens neſcire poſſit, an idem petens illud periculum præuideat, habet iuſtam aliam cauſam reddendi, aut permittendi tales tactus, ſcilicet, ne petenti efficiatur exoſus, & animorum auerſio gignatur. 213

Delectatio moroſa coniugis de copula maritali cogitata cum altero coniuge abſente, vel cum quo ob aliquod impedimentum morale, vel phyſicum non poteſt habere copulam, an ſit peccatum mortale, tametſi abſit periculum pollutionis.

Difficultas quartò eſt, an secluſo pollutionis periculo delectatio moroſa coniugis de copula cogitata cum altero coniuge abſente, vel cum quo ob aliquod impedimentum morale (quod tamen non ſit votum caſtitatis abſolutum) vel phyſicum commiſceri carnaliter non poteſt, ſit peccatum mortale: De qua difficultate late egi in *prææallegato tom. 2. mor. var. §.59. n.2189. & tribus ſequentibus.* Quare ne ſemel tradita, & ſufficienter explicata, & probata tranſcribam, hic ſummariè tantum referam, quæ ibi approbaui, & cuique facile conſtare poſſunt ex traditis *hoc capite ſuprà num.199.* & quatuor ſequentibus, de tactibus inter coniuges, quando illis ob extrinſecam circumſtantiam non licet copula coniugalis.

Primò enim *d. n.2189.* dixi, ſi ſermo ſit de ſola delectatione appetitus rationalis, ſeu voluntatis ſecluſo periculo pollutionis, vel conſenſus in copulam de præſenti, vel delectationis, & commotionis venereæ in appetitu ſenſitiuo, eam non ſolum in coniugibus, ſed etiam in viduis, & ſponſis de futuro non eſſe peccatum mortale, vt tenent Doctores ibi citati, imò Doctores communiter iuxta Sanchez *lib.9 diſp 47. n.1.* & Filliuc. *tom.1. tr.10. c.9. n.* 359. Quia actus ille voluntatis complacentiæ habet obiectum licitum, nempe copulã futuram, vel præteritã abſque vlla delectatione venerea præſenti, & conſequenter eſt licitus. 214

Secundò

215 Secundò *num.*2191. contra plures Doctores, quos n.2190. refero, dixi eſſe valde probabile, peccatum mortale non committere coniugatum qui de copula maritali habita, vel habenda cogitata tanquam præſenti in coniugis abſentia delectatur moroſè, & voluntariè cum commotione, ſeu delectatione appetitus ſenſitiui, tametſi inde inſurgat alteratio, & commotio membri pudendi, & ſpirituum generationi deſeruientium, dummodo abſit pollutionis periculum, quod præter Doctores ibidem allegatos tenent etiam Doctores hoc capite *ſuprà n* 189. allegati præſertim Sanchez *lib.*9 *diſp.*44.*n.*3. Filliucius *tom* 2. *tr* 16. *cap.* 9. *n.* 153. & Martinus Perea *d. diſp.* 54. *ſect.* 1. ſicut enim matrimonium in coniugibus excuſat à mortali tactus impudicos inter ipſos abſque ordine ad copulam coniugalem (vt *ſuprà num.*197. *&* 199. probatum eſt) ita etiam excuſat à mortali delectationem in appetitu ſenſitiuo de copula maritali cogitata, & ex ea ortam commotionem corporis, & ſpirituum generationi deſeruientium; quia hæc omnia, ſcilicet delectatio, commotio &c. tactus, & oſcula, amplexus, de ſe tanquam media ad finem ordinantur ad copulam maritalem, quæ inter coniuges eſt licita; atque adeo omnia prædicta, ſi tantum propter delectationem à coniugibus appetantur, & exerceantur abſque pollutionis periculo eſſent tantum peccatum veniale, quia ea timuntur à ſuo fine; quemadmodum etiam defectus debiti finis in habenda copula coniugali eſt tantum culpa venialis, non mortalis, niſi finis mortalis intenderetur; quæ omnia latius confirmata manent ex traditis *ſuprà toto dubio tertio, & d.* §. 59. *citat. n.* 2191. vbi argumentis quæ in contrarium adduci ſolent ſatisfit.

216 Ex prædicta de moroſa delectatione copulæ cogitatæ &c. *d.* §. 59. *n.* 2192. vltra caſum abſentiæ alterius coniugis extenduntur etiam quoties copula coniugibus eſt illicita ob circumſtantiam extrinſecam, ſeu ob impedimentum morale, vel phyſicum illis non permittitur; tunc enim quoque ſecluſo periculo pollutionis excuſantur à mortali, quia ex natura ſua ordinatur ad copulam coniugalem, & per accidens eſt, quod exerceri non poſſit. Videantur tradita *d. n.*2192. *& hoc cap. d. n.*199.

Quod etiam *ſuprà n.* 200. quando copula interdicta eſt, præcepto Eccleſiaſtico, dictum eſt de tactibus, multo magis procedit in ſola delectatione moroſa de copula cogitata. Item quæ *n.*201. 202. tradita ſunt de tactibus, quando alter vel vterque eſt ligatus voto caſtitatis abſoluto procedunt etiam in delectatione de copula cogitata, quam etiam votum excludit; vt ibidem, & *d. n.*2192. oſtenſum eſt. Pariter in moroſa delectatione de copula cogitata locum habent tradita *n.*203. de tactibus in dubio in dubio de valore matrimonij. Prædicta quoad *cap.* 7. & de venereis inter coniuges. 217

Cætera enim de delectatione moroſa de venereis viduorum, & ſponſorū, atque de venereis in vniuerſum quoad ſolutos, & de pollutione directe, vel indirecte voluntaria, quæ à Doctoribus communiter occaſione venereorum inter coniuges tractari conſueuerunt, late à me explicata ſunt *d. tom.* 2. *mor. var.* §. 59. *&* §. 60. De delectatione quidem moroſa in vniuerſum *d.* § 59. *à n.* 2172. *ad num.*2189. De delectatione moroſa viduorum de copula coniugali præterita appetitus ſenſitiui, an ſit peccatum mortale *n* 2193. *&* 2194. De delectatione moroſa ſponſorum de copula coniugali habenda tempore matrimonij, an ſit lethale peccatum *n.* 2195. *& duobus ſequentibus.* De delectationibus venereis appetitus ſenſitiui, & motibus carnis inhoneſtis in vniuerſum, & de illorum cauſa voluntariè appoſita ſpectante, vel non ſpectante ad genus luxuriæ, de tactibus, amplexibus, oſculis, & aſpectibus ioco, curioſitate, leuitate, vel cauſa venereæ delectationis, an & quando ſint peccatum veniale, vel mortale, atque in materia venerea detur paruitas materiæ excuſans à mortali *à num.* 2198. *ad* 2225. De pollutione, eius malitia intrinſeca, delectatione, cauſis actum eſt *toto* §. 60. Ad tradita igitur in dictis *duobus* §. 59. *&* 60. remitto lectorem. 218

CAPVT

CAPVT VIII.

DE POTESTATE CONIVGVM IRRITANDI VOTA ALTERIVS.

SVMMARIVM CAPITIS VIII.

Referuntur Doctores agentes de poteſtate irritandi alterius vota num. 1.

Irritatio voti quid ſit. n. 2.

Vota alia abſoluta, & firma à ſola voluntate voventis dependentia; alia infirma, & quaſi conditionata dependentia quoad firmitatem ab alterius perſona. ibid.

Dependentia voti à voluntate alterius alia quo ad perſonam, & voluntatem voventis, alia tantum quoad materiam promiſſam explicatur exemplis. n. 3.

Duplex irritatio alia propria, & directa, alia indirecta, & impropria, quæ propriè ſuſpenſio. n. 4.

Qua ratione differant quoad tollendi voti obligationem. n. 5.

Irritatio directa non eſt actus iuriſdictionis, ſed ſolius dominatiuæ poteſtatis; irritatio indirecta poteſt eſſe actus dominatiuæ poteſtatis, & iuriſdictionis temporalis, vel ſpiritualis. n. 6.

Irritatio propria, & directa à poteſtate dominatiua procedens non eget vlla cauſa, vt valide fiat. n. 7.

De ſui natura fieri licite abſque vlla cauſa ſentiunt aliqui, alij putant peccare venialiter irritantem ſine cauſa. n. 8.

An irritatio abſque vlla cauſa ſit ſaltem culpa venialis cuiuſdam otioſitatis. n. 9.

Vtraque irritatio poteſt fieri vovente inuito. n 10.

Poteſtas irritandi in eos, quibus competit, an deriuet ex iure naturali: an verò ex iure poſitiuo humano. n. 11. 12. & 12.

Vxor an ſubijciatur marito quoad materiam promiſſam, & quoad voluntatem, ſeu actum voluntatis vouendi, anque poſſit maritus omnia vota vxoris conſtante matrimonio abſq; eius licentia emiſſa directè & perfectè irritare, licet ſint de rebus neceſſarijs, & non præiudicantibus vſui coniugij, & domeſticæ gubernationi. n 15. 16. 17. & 19.

Maritus an poſſit irritare vota vxoris faciendi eleemoſynas de bonis paraphernalibus, vel de communibus, recitandi aliquas preces, & moderata abſtinentia. n. 18.

Poteſt irritare votum vxoris peregrinandi, etiam in ſubſidium terræ ſanctæ numero 20.

Item votum aſſumendi habitũ tertij ordinis S. Franciſci. n. 21.

An poſſit maritus perfectè, & directè irritare votum non petendi debitum, & perfectæ caſtitatis ab vxore abſque eius licentia emiſſum conſtante matrimonio. n 22, 23. & 24.

Dato quod maritus non poſſit irritare, an vxor aliquando poſſet petere debitum. num. 24.

Maritus an poſſit directè, & perfectè irritare omnia vota etiã caſtitatis ab vxore abſq; eius licentia emiſſa conſtante matrimonio ante illius conſummationem tunc, ſeu pro tempore matrimonij implenda. n. 25 2[illegible]. & 2[illegible].

Quid de voto religionis ab vxore abſque viri licentia emiſſo poſt contractum matrimonij ante conſummationem, & quid ſi eo neglecto vxor ſponte conſummat matrimonium. n. 28.

Vota vxoris conſtante matrimonio abſque viri licentia facta implenda tempore ſoluti matrimonij, vel libertatis vxoris, etiam caſtitatis & religionis an poſſit maritus irritare. nu. 29. & quatuor ſequentibus.

Superior an poſſit irritare vota inferioris relata in tempus non ſubiectionis, & libertatis. num. 29. & quid ſi relata ſint in vtrumque tempus, ſcilicet ſubiectionis, & libertatis. n. 32.

In dubio an vxor, vel ſubditus diſtulerit executionẽ voti in tẽp' libertatis, an maritus, & ſuperior poſſit illud irritare n. 33.

Vota vxoris conſtãte matrimonio emiſſa abſq; eius licentia, an maritus fornicationis reus poſſit irritare; & an vxor etiã poſt adulteriũ à ſe cõmiſſũ poſſit irritare vota viri. n 35. 36. & 37.

Facto legitimè diuortio an vterque coniux poſſit vota alterius irritare, quæ poterat ante diuortiũ. & quid ſi ſequatur reconciliatio. n. 38. & 39. & quod ſi poſt diuortium votum caſtitatis, vel religionis ante diuortium emiſſum confirmetur; vel emittatur, & poſtea ſequatur reconciliatio. n 41.

An peccet mulier ineũs matrimoniũ, vel poſt diuortium legitimè factum reconcilians ſibi maritum adulterum ſciens ſe indè impediendam ad exequendum votum, quod non ſit caſtitatis, vel religionis n. 40.

Vota vxoris ante matrimonium dum erat ſui iuris emiſſa non poteſt maritus directè irritare, ita vt non reuiuiſcant amplius. n. 43 & 44.

Omnia vota cuiuſcũq; ſubditi ante ſubiectionẽ, & tẽpore libertatis emiſſa non poſſunt directè, & perfectè irritari. ibidem.

Poteſt maritus ea vota vxoris ante matrimonium emiſſa irritare imperfectè, ſeu ſuſpendere, ſi eorum executio ſibi, aut domeſticæ gubernationi eſt præiudicialis. n. 45.

Vota de rebus neceſſarijs, caſtitatis, aut religionis ab vxore ante matrimonium emiſſa non poteſt maritus irritare nec perfectè nec imperfectè. n. 46. 47. & 48.

Quid ſi ſint vota realia, & de eleemoſyna facienda, an maritus poſſit illa ſuſpendere matrimonio durante n. 49. 50.

Omnia alia vota vxoris ante matrimoniũ emiſſa præter prædicta an poſſit vir impedire quoad illorũ executionem. n. 52.

In dubio, an votum ſit emiſſum ante, vel poſt matrimonium; aut ſubiectionem quoad poteſtatem irritandi præſumendum fuiſſe emiſſum poſt ſubiectionem. n. [illegible]

Obligationem vxoris homini factam ante matrimonium vir nullo modo poteſt irritare. n 50.

Vota à coniugibus poſt legitimum diuortium facta, vel confirmata, an, & quæ, & qua ratione ſint irritabilia tam à coniuge nocente quam innocente, ſiue viro, ſiue vxore, ſi ſequatur reconciliatio. n. 54.

In dubio, an votum cenſeri debeat emiſſum tempore diuortij, & libertatis an ante diuortium. n. 55.

Vota vxoris perſonalia, & realia ante matrimonium facta tempore prioris mariti, vel dum erat patri, vel curatori ſubiecta, vel in ea ætate, in qua filiorum vota à parentibus, tutoribus, & curatoribus irritari poſſunt, ſi nondum fuerint irritata, an maritus poſſit directè, & perfectè irritare, an verò ſolum ſuſpendere ea, quorum executio ſibi, vel domeſticæ gubernationi noceret. n.56. ad 71.

Duplex poteſtas dominatiua ſubſequens; vna moraliter eadem cum priori; altera moraliter diuerſa. n.59.

Maritus, & quilibet ſuperior æqualis ſuccedens, an poſſit validè, & licitè irritare votum vxoris, & ſubditi de licentia prioris mariti, vel ſuperioris emiſſa. numero 61.62. & 63.

Puella impubere nubens malitia ſupplente ætatem, vel ex Pontificia diſpenſatione, & ante conſummationem vouente caſtitatem, aut religionem maritus an poſſit tale votum omninò irritare. n.68. & 70.

Magiſter, Herus, Prælatus religionis tempore nouitiatus, Dominus an poſſint irritare votum impuberum, qui ante illorum ſubiectionem illa emiſerunt carentes patre, & tutore. n.67.70. & 71.

Maritus, & quilibet ſuperior, qui conceſſit vxori & ſubdito licentiam vouendi, re integra poteſt illam reuocare. numero 72.

Vota vxoris præter caſtitatis, & materiæ neceſſaria, & aliorum ſubditorum emiſſa de licentia mariti, vel ſuperioris an poſſit maritus. & ſuperior validè irritare. Negatiua. n.73. Affirmatiua n.74.

Procedit affirmatiua non ſolum in votis impuberum, ſed quorumcunque ſubditorum emiſſis de licentia ſuperioris. ibid. fine.

Procedit etiam in votis realibus. numero 75. & etiam in votis emiſſis in tempus non ſubiectionis. numero 76. & etiam ſi maritus, vel ſuperior dixerit ſe concedere facultatem vouendi irreuocabilem. n 77.

Si res voto promiſſa ex licentia ſuperioris ſit iam eradita non poteſt ſuperior validè reuocare. n.78.

Quando ſuperiori illicitè præcipienti ſit obediendum. numero 79.

Promiſſionem factam homini de conſenſu ſuperioris etiam ante rei traditionem non poteſt ſuperior validè reuocare. numero 80. Votum verò, vel iuramentum vxoris in fauorem tertij de materia viri diſpoſitioni ſubiecta, & de bonis dotalibus abſque eius licentia emiſſum poteſt vir irritare. ibidem.

Taciturnitas ſuperioris ſcientis votum ſubditi non inducit voti approbationem. n 81. Et quid ſi habeat internum conſenſum n.82. Et quid ſi ficte exterius conſentiat in votum. ſit idem fine.

Ex duabus coniecturis in eodem actu concurrentibus illa eſt præferenda, quæ facit valere actum. ibidem.

Licentia donandi, vel faciendi aliquid ſubdito conceſſa non includit facultatem emittendi votum donandi, vel faciendi. num.83.

Conceſſa licentia donandi homini cenſetur etiam data licentia promittendi. ibidem.

Vtrum maritus, & quiuis ſuperior, qui vxori, & ſubdito dedit licentiam vouendi, vel votum promiſſum approbauit, peccet illud irritando, & an mortaliter, vel venialiter, & quando excuſetur à culpa. numero 84 ad 88.

Superior non tenetur implere votum ſubditi ex ſua licentia emiſſum abſque cauſa irritatum. num.89.

Vxor, & ſubditus petens irritationem voti de licentia mariti, & ſuperioris emiſſi ſciens nullam adeſſe cauſam irritandi qualiter peccet. n.90.

Et quid ſi ſubditus ſit dubius de ſufficientia cauſæ. ibidem.

Si credat, vel dubitet ſuperiorem eſſe immemorem licentiæ conceſſæ ad vouendum, debet illum admonere. numero 91.

Maritus an poſſit validè irritare votum caſtitatis, & de rebus neceſſariis, vt non mentiendi, ab vxore de eius licentia emiſſum. Negatiua. n.92. Affirmatiua. n.93.

Si ambo coniuges mutuo conſenſu vouerunt caſtitatem abſolutam, an id votum poſſit validè irritari, aut ſuſpendi. Affirmatiua. n.94. Negatiua. n.96.

Quid ſi reſcindant mutuum pactum. n.96.

Quid ſi mutuo conſenſu voueant religionem, vel maritus ordinis ſuſceptionem, aut religionem, & vxor caſtitatem. num.97.

Quid ſi mutuo conſenſu voueant ſe non inituros aliud matrimonium, vel daturos calicem Eccleſiæ, vel ieiunaturos, vel peregrinaturos &c. n.98.

Votum vxoris caſtitatis, aut religionis mutuo conſenſu tempore prioris mariti emiſſum, an poſterior maritus poſſit irritare validè, & licitè. n 99.

Vota ſemel irritata ab habente poteſtatem dominatiuam irritandi ratione dominij voluntatis vouentis, & materiæ promiſſæ non reuiuiſcunt ceſſante ſubiectione. numero 100.

Vota ſemel irritata ab habente poteſtatem irritandi ſolum ratione dominij in materiam promiſſam finita ſubiectione reuiuiſcunt. Vbi an vota filiorum impuberum, & puberum, Religioſorum, & ſeruorum verè irritentur, ita vt non reuiuiſcant, an verò tantum ſuſpendantur. num.101. ad 105.

Vota vxoris, & aliorum ſubditorum emiſſa tempore ſui iuris, & non ſubiectionis non irritantur, ſed tantum ſuſpenduntur, quatenus præſenti ſubiectioni nocent. numero 106.

Quotuplicia ſint opera ſubditorum, quæ poſſunt vouere. numero 107.

Aliqui dixerunt omnia vota ſubditorum tam de rebus permiſſis, quam de prohibitis per regulam, aut ſuperiorem eſſe inualida, donec accedat conſenſus ſuperioris. num.108.

Vota vxorum, & aliorum ſubditorum de rebus non vetitis, ſed permiſſis valent ſtatim, & habent imbibitam conditionem negatiuam, ſi maritus, ſeu ſuperior non contradixerit. n.109.

Votum eorundem de rebus per regulam, vel ſuperiorem prohibitis non ſunt valida, & obligatoria ante ſuperioris conſenſum, & habent tacitam conditionem affirmatiuam, ſi maritus, vel ſuperior conſenſerit. numero 110.

An id verum ſit ſolum in votis de re prohibita fieri ſine licentia, an etiam de re abſolutè prohibita. numero 111.

An ſufficiat taciturnitas, aut retrohabitio ſuperioris, vt vota de rebus vetitis cenſeantur approbata, & à ſubdito poſſint impleri. n.112.

An peccent ſubditi emittentes vota de rebus prohibitis fieri abſque licentia, non impetrata prius à ſuperiore licentia. num.113.

Quid ſi animus ſubditorum eſſet ad implenda inconſulto ſuperiore ſe obligare. n 114.

An præfata vota ſubditorum de rebus prohibitis ſint dicenda omninò nulla ante ſuperioris conſenſum, vel ſi ſint de rebus permiſſis ante ſuperioris contradictionem. num.115.

Vxor, & quiuis, qui vouit rem à marito, aut ſuperiore, vel à regula interdictam ex vi voti tenetur petere licentiam exequendi rem promiſſam. numero 16.

Limitatur primò ſi intenderit ſe non obligare ad petendum licentiam. ibidem.

Limitatur ſecundò ſi tempore voti materia non erat prohibita, quo caſu ſuſpenditur votum ſolum durante ſubiectione, & prohibitione, quæ ſuperuenit. ibidem.

Limitatur tertiò, ſi credebat non eſſe neceſſariam licentiam, vel ignorabat prohibitionem. ibidem.

Quando ſuperior voti ignarus denegat illius implendi licentiam, non eſt irritatio voti. n.117.

An

An quando vxor, vel ſubditus vouens tenetur petere licentiam à ſuperiore, ſi petitam licentiam ſuperior neget, vel vouentem velit occupare in opere incompatibili cum executione voti, teneatur illi manifeſtare votum. num. 118. ad 121. & numero 123. & 124.

An negata ſemel licentia petita tacita vota teneatur ſubditus vouens opportuno tempore iuxta prudentiam iterum petere eandem licentiam; Et quid ſi ſuperior abſolutè negaſſet licentiam dicens ſe nolle, vt vnquam impleat. numero 122.

Quid ſi promiſſio operis ſit dici, vel certo tempori alligata. ibidem.

Quando, & quibus verbis, aut ſignis, vel factis cenſeatur voti irritatio, vel ſuſpenſio facta à marito, vel ſuperiore habente cognitionem voti, & illius memor, & quid in dubio an ſit irritatio vel ſuſpenſio. num. 125.

An occultato voto in ſpecie, & propoſita ſuperiori ſola ſubſtantia voti in genere valeat irritatio. numero 126. 127.

Superior omninò voti inſcius poteſt illud irritare ſub conditione, ſi illud ſit emiſſum. n. 126.

Poteſtas dominatiua irritandi extenditur etiam ad vota merè interna nullo modo exterius expreſſa. ibid.

Implere votum irritatum an, & quando ſit peccatum. numero 128.

Quidam negarunt abſolutè vxorem poſſe vota viri irritare. num. 129.

Certum eſt non poſſe vxorem omnia viri vota irritare. numero 130.

Vxor poteſt irritare vota viri ſibi quoad vſum coniugalem, & cohabitationem praeiudicantia n. 131.

Quid de votis viri de nimiis abſtinentiis, vigiliis, aliiſque corporis afflictionibus, & precibus, & an hac vota poſſit vxor in totum irritare, an verò ſolum quoad exceſſum. num. 132.

Votum viri de habitu religioſo aſſumendo vxor poteſt irritare. num. 133.

Quid de voto peregrinationis, & Hieroſolymitano ex cauſa deuotionis, vel in ſubſidium terra ſancta n. 134.

Quid de voto non petendi debitum, & caſtitatis abſoluta. num. 135. & 136.

Quid de votis realibus mariti in cedentibus praeiudiciam dotis, vel aliarum bonorum vxoris. nu 137.

Quid de votis à viro emiſſis de licentia vxoris. numero 138. & 139.

Quid de voto caſtitatis, & aliis votis mutuo conſenſu emiſſis. num. 140.

Quid de votis à coniugibus poſt votum caſtitatis mutuo conſenſu emiſſum factis. ibidem.

Quid de votis viri poſt matrimonium ratum nondum conſummatum emiſſis animo tranſeundi ad religionem, & ibi ea implendi n. 141.

Quid de votis mariti ante matrimonium emiſſis. numera 142.

Quid de votis à marito emiſſis tempore prioris matrimonij. num. 143.

Quid ſi vxor incidat in notoriam fornicationem, vel factum ſit legitimum diuortium, & de votis à marito tempore diuortij emiſſis n. 144.

Vota mariti ab vxore ſemel irritata, an ſoluto matrimonio reuiuiſcant. n. 145.

Vota mariti de rebus neceſſariis, déque praecepta aliqua vxor nullo modo poteſt irritare. n. 146.

Quid de votis viri praeiudicialis familia, & rei familiaris, putà magna eleemoſyna. n. 147.

D. Ioan. Angelus Boſſius, De effect. contr. Matr.

CAPVT VIII.

De poteſtate coniugum in ſe ipſos quoad votorum irritationem.

DE hac re agunt iuris Pontificij interpretes in can. *Manifeſtum*, & in can. *noluit* 33. q. 5. & in cap. *ſcriptura, de voto*. Summiſtæ verbo *votum*. Nauar. *in man. c. 12. n. 64. verſic. maritus*, Graffius *deciſ. aur. p. 1. lib. 2. cap. 29. n. 8. & p. 2. lib. 2. c. 12. n. 45.* Flamma *p. 3. methodi c. 4. §. 23.* Fernandez *in medulla p. 1. in cap. 6. §. 6.* Valentia *2. 2. diſp. 6. q. 6. de voto p. 6.* Azorius *p. 1. lib. 11. cap. 16. q. 10. & cap. 17. q. 12.* Sayrus *lib. 6. clauis cap. 5. nu. 8. & cap. 10. n. 19. & duabus ſequentibus*. Sanchez *de matr. lib. 9. diſput. 19. & quatuor ſequentibus. & in ſumma lib. 4. cap. 34.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 40. dub. 19. à num. 87. ad 101.* Suarez *tom. 2. de relig. de voto lib. 3. cap. 6. num. 16. & lib. 6. cap. 4. per totum.* Villalobos *2. p. tract. 34. diff.* Bonacina *tom. 2. diſp. 4. quæſt. 2. p. 7. propoſitione 3.* Baſilius Pontius *de matrimonio lib. 10. cap. 17.* Reginaldus *lib. 18. numero 311. cum pluribus ſeqq.* Fagundez *in decalog. lib. 2. cap. 37. 38. & 39.* Filliuccius *tom. 2. tractat. 26. numer. 215. cum pluribus ſequentibus.* Laymann *lib. 4. tractat. 4. capite 7. numero 1.* Gordonus *Theolog. moral. lib. 6. quæſt. 5. numero 70. & 71.* Caſtrus Palaus *tom. 3. tractatu 15. diſput. 2. part. 6.* Trullench *in Decalog. lib. 2. capite 2. dub. 33.* & alij ab iiſdem præſertim Sanchez *relati*.

§. I.

Notantur nonnulla circa irritationem in vniuerſum.

NOtandum primò irritationem non eſſe ceſſationem voti per deſitionem materiæ, neque per diſpenſationem, neque per commutationem, ſed annullationem voti, vel abſolutè, & totaliter, ita vt omninò euaneſcat voti vinculum, votúmve amplius non ſit; vel quoad eius obligationem, factam ab eo; à quo, ſeu à cuius voluntate votum pendet. Ita colligitur ex Doctoribus præallegatis locis citatis, & infrà citandis *dict. lib. 6. cap. 1. num. 5.* Filliuccius *d. cap. 8. num. 218.* & Palaus *d. diſp. 2. part. 1. num. 1.* Definientes irritationem eſſe actum liberum voluntatis eius; à quo votum dependet, per quem vel tollit omnino votum, ita vt amplius non ſit, vel tollit obligationem, ſeu efficit, vt non obliget. Vt enim notant ibidem iidem Filliuccius, & Palaus, Leſſius *dicto capite 40. numero 68.* Suarez *dict. capite 1. initio* Layman *dict. cap. 7. numero 3. & 4.* Sanchez *dicto libro 4. capite 24. numero 17.* & alij communiter; dantur quædam vota abſoluta, & firma, adeo vt non pendeant niſi ea voluntate vouentis, tam ea parte perſonæ vouentis, quam ea parte materiæ promiſſæ, vt eſt votum caſtitatis in homine maioris ætatis, & ſimilia: Alia ſunt infirma, ſcilicet, quæ ea voluntate vouentis non habeat firmitatem, ſed præter vouentis voluntatem pendent à voluntate alterius, cui vouens ſubiectus eſt, quæ vota dicuntur conditionata, ſeu quaſi conditionata vel expreſsè, vel ſaltem tacitè; quia habent hanc tacitam conditionem, ſi tertius, à cuius voluntate dependent, conſenſerit, vel non contradixerit, tunc igitur votum eſt irritabile, ſeu dicitur irritari, quando in ſuo valore, & obligatione dependet à voluntate tertiæ Perſonæ extra promittentem, & eum, cui promittitur. Vt Suarez *d. num. 3.* Sanchez *d. cap. 24. & cap. 26.*

numero 4. & alij poſt Sanctum Thomam 2.2.*quæſt.*88. *art.* 8.

Pro quorum maiori intelligentia notandũ ſecundò duplicem eſſe dependentiam voti à voluntate alterius perſonæ erga quam eſt ſubiectio; vna eſt per ſe, & ſimpliciter dicta ſe tenens ex parte volũtatis ipſius vouentis, qui ex natura, & conditione intrinſeca ſuæ perſonæ integrè alteri ſubiectus eſt, & conſequenter illa voluntas eiuſdem vouẽtis, adeo ſubordinata eſt, vt ad hoc, vt votum obliget, debeat includere conditionem, *ſi ille alter conſenſerit, vel non repugnauerit.* Talis eſt voluntas religioſi reſpectu ſuperioris, & impuberis reſpectu patris, vel tutoris, vtriuſq; enim voluntas ſecundum omnes actiones ſuas quodãmodo ſubiecta eſt alienæ voluntati ſuperioris, impuberis volũtati patris, vel tutoris Nã religioſus propriæ voluntati per obedientiæ votum ſe ſubdidit; ſicuti habetur in can. *non dicatis* 12 *q.*1. & in cap. *ſi Religioſus, de electione in* 6. ibi; *Cum velle, & nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice Dei ſuper caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubiecit, voluntate dependeat.* Impubes quoque ſecundũ iuris diſpoſitionẽ non habet plenum ſuæ volũtatis dominiũ; ſed ſubditur patri, vel tutori, in cuius poteſtate exiſtit, & à quo infirma eius volũtas regi debet; vnde voluntas patris quaſi filij voluntas cenſetur can. 1. *&* 2. 20. *q.* 2. & can *mulier* 31. *q.*2. Altera voti dependentia eſt ſecundum quid, ac veluti per accidens, ſcilicet ratione materiæ promiſſæ, ſeu tantum quoad voti materiam, quæ ſubiecta eſt iuri, & poteſtati alterius, qui illius dominium, ſeu adminiſtratione habet, vel illã prohibere poteſt. Qualis dependentia reperitur in alijs perſonis alteri obligatis, ſeu ſubiectis, vt in filiofamilias è pubere, & in minore 25. annis quoad vota realia, ſeu de rebus, quarum pater habet vſumfructum, vel curator adminiſtrationem; in ſeruo reſpectu Domini, in religioſis nouitiis, & iuxta plures (vt ſequenti §.) in vxore reſpectu mariti, ita Suarez, Filliuccius, Palaus *locis num. præcedenti relatis* Sanchez *dict. cap.* 14. *& de matrimonio lib.* 9. *diſput.* 39. *numero* 2. Laymann *dict. cap.* 7. *num.* 4. Gordonus *d. quæſt.* 5. *num.* 67. Reginaldus *d. lib.* 18. *num.* 295. & alij.

4 Hinc fit, vt duplex ſit irritatio voti, altera directa, & propria, quæ ſimpliciter irritatio dicitur: altera indirecta, & impropria. Directa eſt reuocatio volũtatis, ſeu actus vouendi illum de medio tollens, & annullans; ſeu votum ipſum immediatè auferens. Indirecta eſt, quæ non actum vouendi, ſed materiam promiſſam reſpicit, ſcilicet, eſt materiæ promiſſæ ſubtractio, vel mutatio, ſeu prohibitio illam exequendi, quæ propriè potius ſuſpenſio quædam voti eſt, quàm irritatio. Ita Suarez *d cap.* 1. Sanchez *d cap.* 24. *num.* 3. *& de matrimon lib.* 9 *diſput.* 39. *num.* 35. Gordonus *num* 7. & Palaus *dict part.* 1. Quibus autem dignoſci poſſit, an ſit irritatio, vel ſuſpenſio, explicatur *infrà numero* 125.

5 Hæ autem irritationes differunt, quod per irritationem directam, & abſolutam extinguitur omnino voti obligatio, vt numquam amplius ſine noua vouentis voluntate reuiuiſcat; obligatio enim ſemel extincta nunquam reuiuiſcit. *l. cum ex cauſa, ff. de remiſſione pignorũ.* Quare facta tali irritatione per ſuperiorem non poſſet vouens abſque propria voluntate aſtringi, & quamuis ſuperior irritans poſtea voto aſſenſum præbeat, non tenebitur ſubditus ad illud, niſi denuò voueat. vt Suarez *dict. cap.* 1. *numero* 5. Sanchez *d. cap. numero* 8. *& d. diſp.* 39 *numero* 35. Villalobos *d. tract.* 34. *diff.* 17. *fine*, Palaus *d. p.* 1. Sayrus *d. cap.* 10. *numero* 13. Nauarrus *d. cap* 12. *numero* 65. & alij, quos Sanchez refert. At irritatio voti indirecta, & ſolum ex parte materiæ promiſſæ, quæque in ſola materiæ promiſſæ prohibitione conſiſtit, per ſe non extinguit votum, illiuſve vinculum annullat, ſed illius obligationem ſuſpendit, quamdiu prohibitio durat, & ea ablata, vel ceſſante, votum de nouo incipit obligare. Ita iidem Suarez, Sanchez, & Palaus *locis citatis.* Aduertunt autem Suarez, & Palaus, quod ſæpè durante illa materiæ prohibitione, ſeu impedimento illam exequendi ſolet votum extingui, quia eo tempore ceſſat aptitudo illud exequendi, quod tamen eſt per accidens.

Præterea differunt, quod irritatio directa ex ſubiectione voluntatis proueniens non eſt actus iuriſdictionis ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ, ſeu dependens à poteſtate, & iuriſdictione ſpirituali, aut Eccleſiaſtica, ſicut eſt diſpenſatio, & commutatio voti; ſed eſt actus dominij, ſeu poteſtatis dominatiuæ ciuilis, & profanæ, quatenus vouens ita ſub alterius iure, & poteſtate eſt, vt voluntatem ſuam habeat dependentem à voluntate alterius, ſeu ſuperioris quoad vim ſe firmiter obligandi, ita vt non obligetur aliter, quàm pro eiuſdem ſuperioris conſenſu, & voluntate, quæ non competit niſi habentibus poteſtatem dominatiuam. ita Palaus *dict. part.* 1. Sanchez *dict. cap.* 24. *numero* 4. *&* 5. Sayrus *dict. cap.* 10. *numero* 7. & Suarez *de cenſur. diſputat.* 4. *ſect.* 2. *numero* 8. Irritatio autem indirecta ex promiſſa materia proueniens (cum competat ratione cuiuſcunque ſubiectionis, habeátque propterea locum reſpectu tum quorumcunque fideliũ præter Summum Pontificem; quia omnes præter illum habent ſuperiorem in terra, qui ex cauſa iuſta poteſt quandoque ad tempus prohibere materiam voto promiſſam, & ita obligationem ſuſpendere, ſiue ſuperior ille ſit temporalis, vt herus reſpectu famulorum, & ſimiles, ſiue ſpiritualis, vt S. Pontifex, vel Epiſcopus; tum etiam reſpectu omnium infidelium, præter ſupremum Principem, quia omnes præter illum alicui ſubiciuntur. Suarez *d. lib.* 6. *de voto cap.* 1. *num.* 6. *& cap.* 2. *num* 6. Sanchez *dict. cap.* 24. *num.* 4. & Palaus *d. p.* 1. *num.* 3.) aliquando eſt actus iuriſdictionis ſpiritualis, vel temporalis; aliquando dominij proprij, vel improprij. Eſt iuriſdictionis ſpiritualis, quando S. Pontifex, vel Epiſcopus materiam promiſſam prohibet, vel aliquid cum illius executione incompatibile præcipit: Temporalis quando Rex, vel Magiſtratus iuſtè præcipit aliquid, ex quo executio voti redditur impoſſibilis. Eſt autem hæc eadem irritatio, ſeu ſuſpenſio actus Dominij, quando herus ob ius, quod habet in famulos imperandi illis, præcipit aliquid executioni voti incompatibile: Dominij proprij, ſi is, qui habet poteſtatem dominatiuam nolit votum irritare, ſed illud pro tempore ſuſpendere. Ita Sanchez *d. cap.* 24. *num* 25. & Palaus *d. p.* 1. *num.* 3.

Ex dictis autem infertur irritationem tam directam, quàm indirectam, ſeu ſuſpenſionem procedentem ex poteſtate dominatiua, ſeu quæ fit ex vi poteſtatis dominatiuæ, vt valeat, non exigere vllam cauſam, ſed ſufficere irritantis voluntatem. Ita communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Sayrus *dicto capite* 10. *numero* 14 & ita etiam Recentiores omnes, Suarez *de cenſur. dict. diſputat.* 4. *ſect.* 2. *num.* 8. *& d. lib.* 6. *de voto cap.* 1. *num.* 9. Leſſius *d. cap.* 40. *numero* 69. Sanchez *d cap.* 24 *num.* 8. Villalobos *d. tract.* 34. *diff.* 17. Azorius *d lib.* 11. *cap.* 18. *q.* 5. Pontius *d. cap.* 17. *num.* 24. Palaus *dicta diſputatione* 2. *part.* 4. *numero* 4. & alij. Ratio eſt, quia executio voti pendet ex irritantis conſenſu, habet enim imbibitã illam conditionem, *ſi ſuperior, vel ille, cuius intereſt, conſenſerit, vel non contradixerit,* quare eo contradicente, vel non conſentiente ſiue ex cauſa, ſiue abſque cauſa, ceſſat obligatio, quia deficit conditio, & quod ſuperior, ſiue ille, cuius intereſt, poſſit pro libito contradicere validè, & ſic reddere irritum votum, patet, quia 6 7

Google

ſic vtitur iure ſuo, ad rei enim ſuæ vſus valorem, ſuique iuris nulla exigitur cauſa. Secus autem quando votum ſuſpenditur, vel diſpenſatur vi iuriſdictionis ſpiritualis, vel temporalis, quia ſuſpenſio hæc neceſſario fieri debet medio aliquo præcepto, ſeu lege impoſita, & cum executione voti incompatibili; lex autem, vel præceptum nullum eſt, ſi ſic impoſitum ſine cauſa. Quapropter diſpenſatio vera, cum fiat nomine Dei, & in obligatione ipſi acquiſita, debet rationabiliter fieri; alioqui non cenſebitur Deus obligationem remittere. ita Suarez *dict. cap.* 1. *num.* 9. Sanchez *dict. cap.* 24. *num.* 7. Pontius *d. cap.* 17. *num.* 21. *& ſeq.* Palaus, & Azorius *locis citatis.*

8 Imò ſpectata irritationis natura, etiam licite, & abſque vlla culpa etiam veniali abuſus dominatiuæ poteſtatis poſſe ſine vlla cauſa fieri vtramque voti irritationem directam, & indirectam tradunt magis communiter Doctores Syluester *v. votum* 4. *quæſt.* 2. & à Sanchez *d. cap.* 24. *num.* 10. *relati.* & etiam Azorius *dict. quæſt.* 5. Pontius *dict. cap.* 17 *num.* 24. Villalobos loco *ſuprà citato*, Trullench *dict. cap.* 2. *dub.* 29. *numero* 2. Secundum quos ratio eſt, quia votum ab ipſius irritantis voluntate pendet; nec vlla lege cogitur illud approbare; & quia ſuo iure vtitur ſiue probet, ſiue improbet. Limitat autem Syluester, vbi ex mala intentione irritaret; aut licentiam ſemel conceſſam ſine cauſa rationabili reuocaret. Quamuis alij putent vtramque irritationem ex poteſtate dominatiua prouenientem de ſui natura aliquam iuſtam cauſam requirere, vt ſaltem venialiter peccet ſine cauſa irritans. ita Sotus, B. Medina, Valentia, Aragon, Manuel, Corradus, Abulenſis *relati* partim à Sayro *dict. numero* 14. partim à Sanchez *dict. cap.* 24. *num* 13. iidem Sayrus, & Sanchez *ibidem.* Laymann *d cap* 7. *num.* 18. Leſſius *d. cap.* 40. *num.* 70. *circa finem.* & Caſtrus Palaus *dict. p.* 4. *num.* 5. iuxta quos ratio eſt; quia ſuperior, ſeu irritans iure, & poteſtate ſua ſibi ad prudentem vſum iure diuino, vel humano conceſſa abutitur, ſi pro ſolo ſuo arbitratu ſine iuſta cauſa promptitudinem ſubditi, ſeu vouentis ſibi ſubiecti ad exhibendum Deo cultum per voti executionem impediat. Vnde iidem Sanchez, Laymann, Sayrus, & Palaus inferunt, ſubditum quoque venialiter peccare, ſi ſciens ſuperiorem nullam habere iuſtam cauſam irritandi votum, & ipſe quoque ex parte ſui nullam habeat iuſtam ſuæ petitionis cauſam, voti pœnitens petat irritationem; cum ſit cauſa culpæ venialis, quam committit irritans; & ſit vituperabile, & culpabile venialiter voti in Dei obſequium emiſſi abſque vlla cauſa pœnitere, ab eoque liberari velle. Addunt autem Sanchez *numero* 16. & Palaus eſſe ſufficientem cauſam, ſi grauamen, ſeu ſe grauatum ſentiat; eo quod in præſenti ad excuſandam culpam venialem, quælibet modica cauſa ſufficiat, qua de cauſa aiunt moraliter loquendo nullam culpam in conceſſione irritationis, illiuſue petitione inueniri. Excuſaretur autem certò ab omni culpa petens, ſi ſuam voti exequendi difficultatem ſyncerè ſuperiori exponat, vt ipſe diiudicet, num adſit iuxta irritandi cauſa. ita Sanchez *dict num.* 15. & Laymann *loco citato.*

9 Dato etiam quod attenta ſola irritationis natura, vt irritatio eſt, nulla ſit culpa venialis, ſi abſque omni prorſus cauſa fieret; ſecundum tamen naturam omnium actuum humanorum irritare abſque cauſa vlla eſſe culpam venialem actus otioſi, ſeu eſſe actum otioſum, quia caret fine honeſto; tradunt Sanchez *dict. cap.* 24. *numero* 8. Villalobos *vbi ſuprà*, & videtur admittere etiam Azorius *dict. quæſt.* 5. omnis enim actus humanus ad ſui honeſtatem, & vt vitio otioſitatis careat, requirit aliquem finem honeſtum: etſi contrarium, & non eſſe propriè actum otioſum, eo quod non careat fine honeſto eo tempore, quo tenetur illum habere, aſſerit Leſſius *dict. numero* 70. cui adhæret Trullench *dict. numero* 2. ſed vix poteſt liberari ab otioſitate, & honeſtari, ſi nulla prorſus cauſa adſit, ſed ſolus vſus liberi arbitrij irritantis.

Ex prædictis etiam infertur eandem irritationem voti à poteſtate dominatiua prouenientem poſſe fieri vouente inuito, & contradicente, quia ſuperior, ſeu irritans non pendet in vſu ſuæ poteſtatis à voluntate inferioris, ſeu vouentis, qui illi non poteſt præiudicare, & ſi ſuperior eius obligationi contradicit, quantumuis ipſe renuat, ceſſat obligatio, quia ceſſat conditio conſenſus ſuperioris, ſub qua obligatio eſt contracta. ita poſt Aragon 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 9 *paulò poſt principium.* Sayrus *lib.* 5 *clau. cap.* 8. *num.* 6 Suarez *d cap.* 1. *ad finem* Sanchez *dict. cap.* 24. *num.* 25. Villalobos *dict. diff.* 7. *num.* 5. & Palaus *dict p.* 4. *num.* 6. Quia autem ſubditus, ſeu inferior facta irritatione poteſt de nouo votum emittere, & ſic irritationem eludere, vt huic incommodo prouideatur, & irritatio ſemel facta ſit firma, debet ſuperior materiam illius voti prohibere; ſic enim fiet, vt poſtea emiſſum votum de illa ſit irritum tamquam de re illicita, ita Suarez & Palaus *locis citatis*, & Sanchez *d. cap* 24. *num.* 26. *fine.* Non tenetur etiam irritans imponere ſubdito aliquod onus loco voti irritati, vt Sanchez *cap.* 24. *n.* 26. quia non vtitur commutatione ſed mera irritatione, ad quam habetur; poteſt tamen partem ab illo promiſſam irritare relicta alia, quando votum eſt diuiduum; vt ſi partim reale partim perſonale; ita vt obligatio realis ſit per accidens coniuncta perſonali, nec ab illa dependeat tanquam illi acceſſoria, poteſt alterutrum irritare. Quod non eſt nouum aliquid iniungere, ſed ſolum obligationis partem auferre; poteſt etiam non verè irritare, ſed ſuſpendere; quia cum cauſa libera ſit, non cogitur ſecundum totam ſuam poteſtatem operari, vt idem Sanchez *ibidem*, & Suarez *d cap.* 1 *n* 11. *&* 12 *& cap* 7. *n.* 14 *fine.* 10

Verum verò præfata poteſtas irritandi vota tam directè, ſcilicet, ratione dependentiæ voluntatis vouentium, quàm indirectè ratione materiæ promiſſæ (loquendo tantum de irritatione, quæ eſt actus ſolius dominij, non alicuius iuriſdictionis ſpiritualis, vel téporalis) competens eis, quorum poteſtati, curæ, adminiſtrationi, & gubernationi rei domeſticæ, & familiaris ſunt ſubiecti, qui vouent (vt ſunt Prælatus reſpectu Religioſorum, Pater reſpectu filiorum familias, tutor reſpectu pupillorum, Curator reſpectu minorum, Maritus reſpectu vxoris, & Dominus reſpectu ſeruorum) proueniat ex iure naturali; an verò ex iure canonico & humano? Conueniunt Doctores poteſtatem irritandi indirectè, & ratione rei promiſſæ competentem habere ortum ex iure naturali; ſuppoſita enim ſubiectione vouentis vndequaque orta erga alterum, ad quem ſpectat eiuſdem vouentis gubernatio, cura, adminiſtratio, &c. ius naturæ dictat, & exigit. nihil poſſe in illius præiudicium fieri; atque adeo iure naturæ liberum ſuperiori, aut ei, cuius intereſt, non conſentire ei damno reuocando, ſeu ſuſpendo obligationem voti ſibi præiudicantis ad tempus, quo ei non præiudicet, ita in terminis Sanchez *d cap* 24. *num.* 28. & alij, præſertim qui num. ſequenti citantur. 11

Difficultas ergo ſolùm eſt de poteſtate irritãdi vota directè ratione dependentiæ perſonæ, ſeu volũtatis vouentium ab eo, qui irritat; qualis eſt, quæ competit Prælatis Regularium, & Patri, ac tutori reſpectu fi-

liorum impuberum, & pupillorum, & iuxta multos Marito reſpectu vxoris, ex iure naturali deſcendat,
12 ſeu ortum habeat, an ex iure poſitiuo humano.

Et prouenire ex iure naturali docent Sotus *de inſtit. lib. 7. quæſt. 3. art. 5.* Suarez *de voto dict. lib. 6. cap. 6. numero 2. & 3.* (vbi loquitur de poteſtate parentum in filiorum impuberum vota, & dicit ius humanum ſolum præſcripſiſſe tempus, in quo poſſit votum filiorum directè irritare, illa omnino annullando ſiue ſint perſonalia, ſiue realia.) *& cap. 7. numero 4.* (vbi loquitur de poteſtate Prælatorum Regularium) Azorius *dict. lib. 11. cap. 18 quæſt. 3.* Sayrus *dict. lib. 6. cap. 10. num. 7. initio.* Petrus Ledeſma, Caietanus Arragon, Onadus, Vega, Manuel, Conradus, & Salas à Sanchez *dict. cap. 24. numero 29. relati.* Azorius loquens in vniuerſum de irritatione tam directâ, quam indirecta probat ea ratione, quod huiuſmodi poteſtas irritandi innititur tota in gubernatione, & adminiſtratione rei domeſticæ & familiaris; aut in poteſtate, qua quidem non ſui, ſed alieni iuris dicuntur, quales ſunt ſeruus, & filius familias. Suarez *dict. cap. 6.* de poteſtate parentum, & tutorum irritandi vota filiorum impuberum, & pupillorum, quod fundetur in iure naturali addito poſitiuo quoad temporis determinationem, probat, quia cum ex vna parte filius iure naturæ ſit ſub poteſtate patris, & in ætate tenera, & imbecilli etiam pro aliquo tempore poſt ſeptennium iudicium rationis ſit fragile, & inſufficiens ad deliberandum perfectè in grauibus negotiis, & ex alia parte vinculum voti quatenus in futurum obligat, ſit grauiſſimum, & periculoſum, & in eo emittendo quando, vel quomodo expedit, paruulus etiam poſt adeptum vſum rationis errare poſſit, valdè conſentaneum fuit rationi naturali, vt pro aliquo tempore voluntas paruuli filij etiam poſt comparatum vſum rationis pro aliquo tempore pendeat à voluntate patris, vel tutoris, & ab eo tolli poſſit, vel confirmari; quod tempus immaturi iudicij cum iure naturæ non ſit determinatum aliis citius, aliis tardius vſu rationis vtentibus, nec conueniret relinqui arbitrio parentum, rectè ius poſitiuum præſcripſit illud vſque ad pubertatem, ita vt completo in maſculis 14. & in fœminis 12. anno ceſſaret talis poteſtas patris, vel tutoris irritatiua. De poteſtate Prælatorum Regularium probat idem Suarez, quia licet ſtatus religioſus ſit de iure eccleſiaſtico (vt ipſe, & alij Doctores Societatis tenent) tamen poteſtas irritandi etiam directa vota Religioſorum ſubditorum eſt de iure naturali. quia poſito voto obedientiæ neceſſario ex illo ſequitur talis poteſtas; ſicut licet conſecratio calicis ſit de iure poſitiuo, nihilominus debetur illi reuerentia ex iure naturali; & vendere illum, vt conſecratum, eſt ſimonia contra ius naturale. Quod autem ex vi voti obedientiæ ſequatur neceſſario in ſuperioribus illa poteſtas irritandi, confirmat, quia per voluntariam profeſſionem, & promiſſionem obedientiæ ita ſubditur religioſus ſuo Prælato, vt reſpectu ſuarum actionum, & diſpoſitionis ſuæ voluntatis ſit tamquam pupillus ſub tutore; ita vt velle, & & nolle non habeat niſi dependenter à ſui ſuperioris arbitrio, vt *ſuprà numero 3.* notatum eſt ex cap. *ſi religioſus, de elect. in 6.* & ex can. *non dicatis 12. quæſt. 1.* & etiam vſus, & conſuetudo omnium religionum interpretata ſit hanc ſubordinationem religioſi ad ſuum prælatum, & ſine ordine ad conſenſum illius nullam firmam obligationem contrahere, ſiue ſibi imponere poſſit: Id quod (addit idem Suarez) maximè fuit in votis neceſſarium; tum quia præcipuè ſubiectio hæc religioſi ordinetur ad directionem eorum, quæ ad ſalutem ſpiritualem conferre, vel illi obſtare poſſunt; tum quia non poſſint religioſi conuenienter in ſpiritualibus gubernari, niſi hoc modo voluntas inferioris ſit Prælato ſubiecta. Denique de poteſtate mariti probatur, quia vxor ſubiicit ſe iure naturali poteſtati viri tamquam capitis, (vt ſcilicet ab ipſo tamquam à capite gubernetur. Ex quibus inferunt eandem poteſtatem irritandi directè vota competere etiam parentibus, & tutoribus infidelibus.

Contrarium tamen, & præfatam poteſtatem irritandi directè vota Religioſorum ſubditorum, & impuberum ortum habere ex iure poſitiuo humano tradunt. Ita Leſſius *d. cap. 40. num. 74. & 79.* Vaſquez *t. 2. diſp. 165. cap. 4. nu. 19.* Sanchez *d. cap. 24. num. 13 & 32.* & Caſtrus Palaus *d. diſp 2. p. 1. num. 4.* Probant præcipuè, quod poteſtas irritandi directè Prælati religioſi, Patris, & Tutoris, ac etiam Mariti, & Domini illis competit ex eo, quod vota religioſorum, filiorum impuberum, pupillorum, vxoris, & ſeruorum habent implicitam illam conditionem, *ſi ſuperior conſenſerit, vel non contradixerit*, vt *ſuprà numero 2. 3. & 6.* notatum eſt: at hæ conditiones ſolum iure poſitiuo eccleſiaſtico, ſeu Pontificio ſunt incluſæ in illis votis, quia ſic expediebat propter rationes num. præcedenti adductas; & licet id ſtatutum eccleſiaſticum non reperiatur expreſſe in iure, aiunt tamen hi Doctores deduci ex eccleſiæ vſu. Suppoſita autem tali conditione ex iure eccleſiaſtico in illis votis incluſa, naturaliter, ſeu de iure naturali in ſuperiori conſequitur poteſtas illa irritandi contradicendo, ſeu non conſentiendo; ſicut ſi quis promitteret ſe peregrinaturum ſub conditione *ſi Petrus voluerit*, conditio hæc ponitur humana voluntate, ea autem ſuppoſita competit Petro iure naturali poteſtas, ſeu libertas denegandi conſenſum. Ex quo Sanchez ait radicem poteſtatis irritandi directè vota eſſe ex iure eccleſiaſtico ſic per vſum declarato, poteſtatem verò ipſam eſſe ex iure naturali idem Sanchez *d. num. 31.* contra priorem ſententiam plura alia obiicit; & præſertim quod ſubiectio religioſorum ex voto obedientiæ ſolum arguit poteſtatem irritandi indirectè, ac imperfectè, ſeu ſuſpendendi vota, quatenus obſtant obedientiæ à Religioſo debitæ pro tempore, quo obſtant; & quia religioſi per votum obedientiæ non ſubſunt quoad omnes actiones ſuperiori, ſed quoad actiones ſecundum regulam, quapropter ſuperior eis nequit vniuerſa præcipere, nec omnia prohibere; & poſſunt emittere votum ingrediendi arctiorem religionem independenter à voluntate ſuperioris, ab eoque non irritabile cap. *licet, de regularibus.* Ergo ex obedientiæ voto debita à religioſis non deducitur ea poteſtas in ſuperiore irritandi directè omnia eorum vota. Demum quia aliud eſt rationem naturalem dictare aliquid eſſe conueniens, aliud id eſſe de iure naturali; cum multa rationi conſentanea præcipiantur quotidie iure humano, quæ nunquam de iure naturali fuerunt.

Ex quibus quoad poteſtatem infidelium irritandi vota ſibi ſubditorum, vt filiorum, vxoris, ſeruorum (quorum vota etſi emiſſa ſuis Diis ſunt irrita, & actus idololatriæ, vt ipſe *ibidem* poſt Suarez *lib. 4. de voto. cap. 8. numero 2.* poſſunt tamen fieri validè ſi ab ipſis infidelibus Deo vero lumine naturali cognito emittantur; vt idem Suarez *lib. 3. cap. 2. num. 9.*) Sanchez *dict. cap. 24. numero 33.* ait eam poteſtatem non eſſe apud eoſdem infideles, niſi legibus eorum, aut conſuetudine inductum ſit apud eos, vt huiuſmodi vota vel Diis ſuis emiſſa, quæ ex 14
conſcientia

Digitized by Google

conſcientia erronea obligant, pendeant ex ſuperiorum conſenſu.

Prædicta de origine præfatæ poteſtatis irritandi directè vota præallegati Doctores pro vtraque ſententia, ea quibus prior eſt magis communis, & bene fundata. Et cum non appareat ius humanum, quo illæ conditiones ſint inductæ, ſeu ſtatutæ, vt in illis votis cenſeantur incluſæ, dicere quod potius ſint ex iure poſitiuo ſic vſu declarante, quam ex ipſo iure naturali ob rationes pro prima ſententia adductas, eſt diuinare; cum vſus poſſit proueniſſe ea ipſo iure naturæ. Sed de his vniuerſim ad poteſtatem irritandi vota ſpectantibus ſatis, quibus prænotatis ſit

§. II.

An Maritus poſſit irritare omnia vota vxoris præter caſtitatis conſtante matrimonio abſque ſua licentia emiſſa, & pro tempore matrimonij implenda.

15 Reſolutio pendet ex eo, an vota vxoris habeant dependentiam à marito non ſolum ex parte materiæ promiſſæ, ſed etiam ea parte perſonæ, & voluntatis eiuſdē vxoris, ſicut vota filij impuberis, pupilli, & religioſi non ſolum quoad materiā promiſsā, ſed etiam quoad eorum voluntatem dependent quoad firmitatem à patre, tutore, & Prælato, qui propterea poſſunt omnia illorum vota directè irritare, etiamſi illis nil præiudicent: Si enim vxor non ſolum quoad voluntatem ſit marito ſubiecta, ſicut impubes filius, vel pupillus patri, & tutori, & Religioſus Prælato, poterit inſtar horum, omnia vxoris vota irritare, licet ſibi non præiudicent neque quoad actum coniugalem, neque quoad gubernationem domus, & adminiſtrationem rei familiaris; ſi verò marito non ſit quoad voluntatem ſubiecta, poterit maritus irritare ſolum vota de materia ſibi præiudicante; non verò ea, quæ ſibi non præiudicant, quale eſſet votum non mentiendi, non fornicandi, & ſimilia.

16 Prima ſententia docet vxorem ſubdi marito non ſolum quoad rem promiſſam, ſed etiam quoad voluntatem, omneſque actus voluntatis illius gubernandos, ac proinde poſſe virum omnia vxoris vota, & iuramenta Deo præſtita etiam de materia ſibi nullo modo præiudiciali, imò & neceſſaria (vt non mentiendi, non fornicandi, non furandi, quæ nullo modo eſt ſub poteſtate viri) irritare, quæ conſtante matrimonio, & pro eo tempore implenda abſque viri licentia ſunt emiſſa, ita Abulenſis *in cap.*30 *Numerorum.* Sotus *lib.*7. *de iuſtit. q.*7 *art.*1.*verſic. At verò ſicuti,* P. Aragon.2.2.*q.*88 *ar.*1. Bruneilus P. Ledeſma, Sà, Alcocer, Stranica, Rodriquez, Vega, & plures alij à Sanchez, *de matr. lib.*9. *diſp.*39.*num.*4.*& num.*36.*& lib.*4.*ſum.cap.*34.*num.*3. & à Fagundex *in decal.lib.*2. *cap.*38 *num.*2.*relati.* & ea Doctoribus *ſuprà num.* 1.*citatu* Sanchez & Fagundez *locis modo citatis*, & Villalobos *d. tract.* 14. *diff.*21 *num.*1.*&* 4. & hanc ſententiam probabilem dicunt Leſſius *d.cap.*40.*num.*87. & alij, qui pro ſequenti ſententia allegantur; & hanc ſententiam amplexus eſt etiam Diana *p.*4.*tractat.*4.*reſolut.*110.*& p.*3.*tract.*4. *reſolut.*220. Probatur primò *ex cap.*30. *Numer.* ibi, *Si mulier maritum habuerit, & vouerit aliquid, ſi audiens vir ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, propitius ei erit Dominus.* Quem locū non ſolum de voto abſtinentiæ, ſed de omni voto intelligūt Septuaginta interpretes, Vatablus, Pagninus, D. Auguſtinus *relatus in can noluit; & in can. Manifeſtum* 33.*q.*5. (vbi etſi dicit, *qua abſtinentia cauſa vouerit*, id ait, inquiunt Sanchez, & Fagundez ad diſtinctionem voti continentiæ, ſeu caſtitatis, de quo aiunt eſſe ſpecialem rationem vt infrà.) & D. Ambroſius *relatus can ſin.*33.*q.*5. Secundò probatur ratione, iuncta etiam auctoritate diuinæ ſcripturæ. Quia etſi quoad actum coniugalem vir, & vxor ſunt pares iuxta illud, *ad inuicem reuertimini*, & ſuprà in hoc tractatu ſæpius dictum eſt; at in cæteris omnibus vir eſt caput mulieris, & mulier eſt ſub viri poteſtate. Geneſis enim 3. Deus abſolutè dixit vxori, *ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Et Paulus *ad Epheſ.*5. *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino, quoniam vir eſt caput mulieris. ſicut Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, ſed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto; ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Vbi ponderandæ ſunt illæ dictiones *caput*, & *in omnibus.* Sicut ergo omnes corporis actiones capiti ſubduntur, & ab illo gubernantur; ita omnes actiones vxoris viro ſubiiciuntur; ita vt viri ſit dirigere, & gubernare voluntatem vxoris, ne imprudenter voueat; hac enim de cauſa Deus ſubdidit eius voluntatem viro, quia mulieres ſunt natura ſua leues, & faciles in votis emittendis; ac proindè ob huiuſmodi leuitatem, inconſtantiam, & imprudentiam ſexus muliebris facilis ad obligandum ſe votis fuit conueniens, vt voluntas vxoris omnino penderet à voluntate mariti; ex quo fit, vt maritus habeat dominium non ſolum in materiam promiſſam, ſed etiam in omnes actus voluntatis vxoris, & ita poſſit directè irritare omnia vota vxoris, ſicut pater, & Prælatus poteſt irritare omnia vota impuberis, & religioſi; vt etiam innuit D. Thomas 2.2.*quæſt.*88. *art.*8.*ad* 3. ibi: *Quia nullum tempus eſt exemptum, in quo Prælatus non poſſit ſubditum circa aliquid occupare, nullum votum religioſi eſt firmum; niſi de conſenſu Prælati, ſicut nec votum puellæ exiſtentis in domo, niſi ſit de conſenſu Patris, nec vxoris niſi de conſenſu viri.* Et *d. cap.*30. *Numerorum* eodem prorſus modo, & ſub eadem verborum generalitate dicitur, vota vxoris non eſſe firma, abſque licentia viri, ac vota puellæ exiſtentis in domo ſine conſenſu Patris. Præterea ad conſeruandam maximam pacem, mutuumque amorem inter coniuges, rectam filiorum educationem, & domus gubernationem, qui ſunt matrimonij fines, neceſſarium fuiſſe videtur, vt vxoris voluntas plenè ſubderetur viro in omnibus, quoad nouas ſibi obligationes imponendas, cum inde poſſent oriri diſcordiæ. Ad maiorem confirmationem additur, quod ſicut recta ſpiritualis gubernatio religionis poſtulat voluntatem ſubditorum ſubiici Prælato in omnibus nouis obligationibus de nouo ſuſcipiendis, ita recta, & pacifica temporalis gubernatio domus, educatio filiorum poſtulat, vt vxor plenè in omnibus obligationibus de nouo ſuſcipiendis viro ſit ſubdita, ne votis imprudenter factis perturbetur pax domeſtica. Neque obſtat huic plenæ ſubiectioni, virum non poſſe præcipere, nec interdicere omnia vxori; quia licet non poſſit ei omnia præcipere, vel prohibere; poteſt tamen efficere, ne ſibi nouas obligationes per votum imponat: ſicut enim plenæ ſubiectioni religioſorum non obſtat, non poſſe ſubditis omnia præcipi, ſed ea ſola, quæ ſunt ſecundum regulam, nec omnia opera ſupererogationis poſſe ad libitum Prælati interdici. Non etiam obſtat in religione directionem eſſe ad finem ſpiritualem, ad quem pertinent vota; directionem autem vxoris eſſe ad finem temporalem, cum maritus non ſit mulieris caput ſpirituale ſed politicum. Quia eſſe caput ſpirituale, & gubernationem dirigi ad finem ſpiritualem, eſt quid irritationi votorum extrinſecum, ad illam non neceſſarium, vtpotè quæ eſt actus poteſtatis dominatiuæ, vt *præcedenti* §. oſtenſum eſt. Vnde pater, licet non ſit caput ſpirituale, nec eius ſuperioritas, ſeu gubernatio reſpiciat finem ſpiritualem, ſed temporalem, ſcil. gubernationē domeſti-

Digitized by Google

eam, poteſt omnia impuberum vota irritare. Item non obſtat Prælatum religioſorum non poſſe irritare votum ſubditi tranſeundi ad ſtrictiorem religionem (vt *ſuprà n.*11. dictum eſt) quia materia non eſt ſubiecta illi, quamuis ſit ſubiecta ſubditi voluntas; ac proinde multo minus maritus poterit irritare vxoris votum non mentiendi, & ſimilia, cum materia non ſit illi, ſed ſoli Deo ſubiecta, & quia maximè actus voluntatis, reſpectu cuius maritus habet poteſtatem, iam tranſiit, & ſola obligatio remanet. Non obſtat (inquit Villalob.) cum ſit diſcrimen. Nam prælatus catenus habet dominium ſuper actibus ſubditi quatenus perſona illi eſt ſubiecta, quia ergo per tale votum perſona vouentis licitè ſubtrahitur à voluntate ſuperioris, eiuſque poteſtate; ideo non poteſt ab eo irritari, quod non euenit in aliis votis ſubditi religioſi. Quamuis autem maritus non habeat poteſtatem in illum actum vxoris quatenus præteritum, habet tamen quatenus inducit obligationem de præſenti, quia cum actus liberi vxoris dependeant à mariti voluntate, non potuit illa per eoſdem actus ſibi imponere obligationem à marito non dependentem. Si etiam dicatur rationem illam leuitatis, inconſtantiæ, & imprudentiæ ſexus mulieribus in prima probatione tactam non obſtare, quominus aliæ mulieres ſolutæ non impuberes poſſint ſe votis firmiter obligare, ergo etiam nuptæ, &c. Reſpondent Sanchez, & Fagundez eſſe diuerſam rationem, quia multo maiori prudentia in vouendo & ſe obligando Deo indiget nupta, quam ſoluta; cum illa multis oneribus placendi marito, gubernandæ familiæ, educandæ prolis grauetur, hæc non; & ideo non ita opus fuit conſulere imprudentiæ fœminarum ſolutarum concedendo alicui poteſtatem earum vota irritandi, ſicut fuit neceſſarium conſulere imprudentiæ nuptarum. Si etiam dicatur prælegatas rationes, ſi vigent, habere locum etiam in ſeruis reſpectu dominorum. Reſpondet Sanch. eſſe diuerſam rationem; quia ſeruitus non eſt vinculum perpetuum; ſed poteſt ſeruus domo facilè expelli; nec eſt ſocius ad gubernationem domus, & ad prolem educandam; ideoque non oportuit illum ita ſubiici domino quoad obligationes ſibi imponendas, ſicut vxorem viro, quæ quoad hæc eſt ſocia, nec expelli poteſt. Iuxta hanc ſententiam igitur maritus poteſt directè irritare non ſolum vxoris vota, quæ ſibi, & vſui matrimonij, educationi prolis, ac domeſticæ gubernationi præiudicant; vt ſunt vota peregrinationis, abſtinentiæ, ieiuniorum, & ſimilium (in quo omnes Doctores conueniunt) ſed etiam omnia alia vota ſiue de materia de conſilio tantum (vt ſunt vota recitandi aliquas preces, & largiendi eleemoſynas ex bonis, quorum habet liberam adminiſtrationem) ſiue de materia neceſſaria, vt ſunt vota non mentiendi, non dicendi falſum teſtimonium, non furandi, non fornicandi. Hanc que poteſtatem ob allegatas rationes habet etiam maritus ſeruus reſpectu vxoris ſeruæ (vt Sanchez *d. cap.*34. *num.*4. & Fagundez *d. cap.*38. *num.*4. notant) quia ex matrimonio eadem poteſtas conſurgit inter ſeruos, & inter liberos, præterquam inter ſeruos ad impediendum debitum Domini obſequium; quod votorum irritatio non impedit.

17 Altera ſententia tenet vxorem ex vi matrimonij viro non ſubiici, quoad voluntatem, ſed tantum quoad materiam voto, vel iuramento Deo præſtito promiſſam; & ſic poſſe tantum irritare vxoris vota ſibi, ſeu vſui matrimonij, educationi filiorum, & domeſticæ, ſeu domus, & familiæ gubernationi, & adminiſtrationi præiudicialia. Ita ex Canoniſtis, Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Ancharanus, Panormitanus; Cardinalis *in cap. ſcriptura, de voto.* Hugo, & Turrecremata *in cap. Manifeſtum*, 33. *q.* 5. ex Summiſtis, Syluеſter, Angelus, D. Antoninus, Margarita Confeſſorum, Lopez, Piſanella, Philiarcus, & nonnulli alij à Sanchez *d. diſp.*39. *n.* 3. & Sayro *d. lib.*6. *cap.*10. *num.*19. *relati.* Ex Theologis Richardus, Paludanus, Gabriel à Sayro *ibidem relati*, & ex Doctoribus *ſuprà num.* 1. *relatis.* Nauarrus, Graffius, Flamma, Fernandez *locis ibidem citatis.* Azorius *d. cap* 18. *q.* 12. Sayrus *d. cap.* 5. *num.* 8. *d. cap.* 10. *citato num.* 19. Leſſius *d. cap.* 40. *n.* 99. Layman *d. cap.* 7. *num.* 12. Reginaldus *d. lib.* 18. *n.* 311. Filliucius *d. cap.* 8. *num.* 235. & 236. Suarez *d. lib.* 3. *de voto cap.* 6. *n.* 26. & *d. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 2. 6. & 7. Valentia *d. p.* 6. *in vltima difficultate de votis ſubditorum.* Gordonus *d. q.* 5. *num.* 70. Caſtrus Palaus *d. diſp.* 2. *p.* 6. *n.* 2. & 3. Baſilius Pontius *d. cap.* 17. *num.* 3. Bonacina *d.* § 2 *à num.* 50. & Trullench *d. dub* 3. *n.* 2. Probatur, quia neque ex natura rei, neque ex iure poſitiuo efficaciter colligitur, vxorem viro ſubditam eſſe plenè quoad voluntatem, & in actionibus perſonalibus, quæ vſum matrimonij, educationem prolis, & domeſticam gubernationem non impediunt. Non ex natura rei, quia ſubiectio vxoris ad virum ex matrimonij contractu, ſeu vinculo oritur, & illi commenſurata (cum non intercedat ibi alia promiſſio, vel ratio obligationis) ex vi autem talis vinculi ſequitur ſola ſubiectio neceſſaria, & conueniens tali ſtatui, ſcilicet vſui matrimonij, educationi prolis, & gubernationi familiæ, quando media debeant eſſe proportionata fini, & effectus commenſuratus cauſæ, ex qua naſcitur; ergo dependentia, & ſubiectio in votis ſecundum ſe, & ex parte voluntatis non ſequitur ex matrimonij vinculo; ſed ſolum ratione materiæ, vel in ordine ad dictam gubernationem: non enim maior ſubiectio ad prædictum finem eſt neceſſaria: Neque alia ſubiectio etiam videtur neceſſaria ad pacem, & mutuum amorem coniugum conſeruandum; Neque etiam mulier ea nupta iudicij tenuitate eſt, vt in omnibus à viro dirigi debeat, ſicut impubes à patre, & nequeat prudenter vouere, ac naturali leuitati, & indiſcretioni, qua ſolent ſe mulieres nuptæ votis implicare, videtur ſufficienter prouiſum eſſe, dum maritus habet poteſtatem irritandi vxoris vota domus gubernationi præiudicantia. Et certum eſt, vxorem non ſubiici viro in omnibus: ergo ratio matrimonij dat limitem, ſcilicet, reſtringit ſubiectionem, quatenus eſt neceſſaria tali ſtatui. Et ſicut nequit maritus pro libito vxori omnia opera ſupererogationis prohibere; neque etiam præcipere quidquid libuerit; ita etiam non poteſt tollere vota ex eo ſolum quod voluntariam obligationem imponunt, ſi ipſi non obſunt, & incommodant, neque impediunt bonam domus, & familiæ adminiſtrationem. Præfata etiam ſubiectio omnimoda voluntatis vxoris ad maritum non colligitur ex illo Num. 30. quia illa lex nõ erat naturæ (inquiunt huius ſententiæ Doctores præſertim Suarez, Leſſius, & Palaus) ſed cæremonialis, & pro illo populo lata, ac proinde ceſſauit; alioqui etiam nunc omnia vota puellæ etiam puberis exiſtentis in domo patris poſſet pater irritare, & poſſet ea pariter firma reddere eo ſolum quod ſtatim non contradixerit (hæc enim duo in illa lege continentur) quod eſt falſum. Addunt Suarez, & Leſſius ibi agi tantum de votis abſtinentiæ (ſub quibus Diuus Auguſtinus intelligit ea, quæ ſunt de rebus affligentibus corpus) neque ſub nomine abſtinentiæ poſſe comprehendi continentia; cum tunc non eſſet tempus continendi. Vt verò vxor dicatur eſſe ſub poteſtate viri, & vir illius caput, ſufficit quod vxor ſit ſubiecta viro in iis, quæ ad familiæ adminiſtrationem pertinent; In his enim, quæ ſpectant ad actum coniugalem non eſt ipſa magis ſubdita viro, quàm vir ipſi, vt *ſuprà* dictum eſt.

18 Quare iuxta hanc ſententiam vir non poterit irritare vota, & iuramenta vxoris faciendi eleemoſynas de ſuis parapheonis, vel etiam de bonis communibus, neque vota recitandi aliquas preces manè, & veſpere, neque vota afflictionis corporalis moderatæ v.g. moderatæ abſtinentiæ, ea deuotione alicuius dici; licet cauere debeat (inquiunt Suarez, Filliucius, Laymann, & Leſſius) ne hæc vota exequatur cum mariti ſcandalo; qui ſi expreſſe contradicat, & acerbè ferat, ita vt inde pax perturbetur, id ſufficere ait Suarez, vt pro tunc votum non obliget, non tam quia propriè irritetur, quàm quia ea circumſtantiis, & mutatione materiæ votum tunc non cenſetur de meliori bono; inde à principio cenſendum eſt includere hanc conditionem faciendi hoc; *ſi commode, & ſine occaſione ſcandali, & perturbationis potuero.* Item iuxta hanc eandem ſententiam non poterit vir irritare vota vxoris de rebus neceſſariis, ſeu præceptis, vt non mentiendi, audiendi ſacrum diebus feſtis, &c.

19 Quid ſentiendum? Vtraque opinio eſt probabilis, vt conſtat ea illorum fundamentis; priorem verò vt pote ſexui fragiliori fauorabiliorem in praxi amplectendam puto; & pro ea vrget illud Geneſis, vbi dicitur abſolutè vxorem eſſe conſtitutam ſub viri poteſtate, & illud Pauli, ſit ſubiecta viro in omnibus.

20 Ex traditis infertur virum poſſe irritare votum vxoris peregrinandi, ſeu eundi in ſubſidium terræ ſanctæ, cum non poſſit tale votum facere contradicente marito, vt latè ſupra *cap.6 n.11.* & à marito debeat regi. Ita Doctores *d.n.11.citati* Sanchez *d.cap.34. n.5.* & Suarez *d.cap.4. n.15.*

21 Infertur quoquè poſſe virum irritare votum vxoris aſſumendi habitum tertij Ordinis S. Franciſci, cum id ſit præiudiciale ſibi quoad actum coniugij iuxta tradita ſupra *cap.1.n.130.* & expreſſe etiam tradit Sanchez *dict.cap.34. num.25.* Et iuxta priorem ſententiam eiuſdem Sanchez, & aliorum poterit irritare abſolute, vt nunquam amplius etiam ſoluto matrimonio teneatur vxor talem habitum induere; at iuxta alteram ſententiam ſolum pro tempore matrimonij, & quatenus eſt ſibi præiudiciale. Et vice verſa etiam vxor poterit hoc modo irritare ſimile votum mariti propter tradita *d.n.130.*

Et ea, quæ *infrà* dicuntur de vxoris poteſtate ad irritanda vota viri.

Quid autem de votis, & iuramentis in fauorem tertij emiſſis *infrà n.80.*

Ex traditis etiam pro vtraque ſententia pendet reſolutio multorum dubiorum circa hanc viri poteſtatem ad vota vxoris irritanda, de quibus *in ſequentibus.*

§. III.

An vir poſſit irritare votum, aut iuramentum Deo præſtitum caſtitatis ab vxore conſtante matrimonio abſquè ſua licentia emiſſum, & pro tunc implendum.

22 CErtum eſt, huiuſmodi votum nō inducere obligationem non reddendi debitum, quia hoc eſſet contra iuſtitiam matrimonij; ac proinde tale votum quatenus eſt non reddendi debitum nulla eget irritatione. Difficultas eſt, an quatenus eſt votum non petendi, aut exigendi debitum; & quatenus continet obligationem abſtinendi ab omnibus delectationibus venereis extra debiti redditionem, poſſit à marito irritari.

23 Iuxta ſententiam, ſuprà n. 16. relatam, quod vxor ſubiecta ſit marito quoad voluntatem. Dicendum eſt maritum poſſe abſolutè irritare tale votum, & quatenus eſt non petendi, & quatenus abſtinendi à venereis delectationibus, ita vt nec ſoluto matrimonio reuiuiſcat, ſed omnino ceſſet totalis eius obligatio, & conſtat ea traditis ad probandam præfatam ſententiam, quibus oſtenſum eſt; vxorem non poſſe ſibi vllam nouam obligationem imponere abſque dependentia à viro; cùm ſit illi ſubiecta non ſolum quoad rem promiſſam, ſed etiam quoad voluntatem; vnde etiam iuxta eandem ſententiam votum vxoris conſtante matrimonio emiſſum de rebus præceptis, & neceſſariis, quorum materia non ſubditur viro, ſine viri licentia emiſſum poteſt à viro irritari quoad illam nouam obligationem per votum inductam. Et ita tradunt ea Doctoribus *d.n.16.relatis* Sanchez *d.diſp.39 num.11 & 12.* Fagundez *d.lib.2. cap.37.num.2.& 3.* & Villalobos *d.diff.21.num.6.* Et quatenus eſt votum non petendi poſſe irritari à viro tenent etiam plures alij, quos Sanchez, & Fagundez referunt; & etiam Nauarrus *in ſumma Latinà cap.12. num. 60.* & Sayrus *d. lib.cap. 5.num.13.* quia putant tale votum vergere in præiudicium mariti, quem ſemper oporteret ſubire verecundiam in petendo debitum. Addunt autem iidem Nauarrus, & Sayrus, quod ſi vxor tali voto ſe obligaret non tantum ad non petendum amicabiliter, ſed etiam ad non exigendum debitum, ſcilicet ad non compellendum maritum ſibi reddere; quia in hoc caſu ſibi tantum, & non marito inferret præiudicium, non poſſet maritus tale votum irritare; ſicut nec vxor ſimile votum mariti irritare poſſet. Quod procedit attenta altera ſententia *n.17.* adducta. 24

Itaque iuxta ſententiam poſteriorem *d. n. 17.* poſitam dicendum eſt, maritum nullo modo poſſe irritare tale votum vxoris, nequè quatenus abſtinendi à venereis delectationibus, neque quatenus non exigendi debitum, neque etiam quatenus non petendi amicabiliter debitum. Ita ea Doctoribus *ſuprà d. num. 17.relatis* Suarez *d.cap.4. & to.3.de relig. lib. 9.cap. 8. num.5. & ſeqq.* Leſſius *d cap.40. n.94.* Baſilius Pontius *d cap.17. n.5.* Laymann *d.cap.7.num.16.* Gordonus Filliuccius, Reginaldus *locis citatis* & Caſtrus Palaus *d p.6. num.5.* Colligitur ea traditis *eodem num.17.* quia huiuſmodi vxoris votum quatenus includit obligationem abſtinendi à delectationibus venereis extra redditionem debiti, & non exigendi, aut petendi debitum non infert marito præiudicium. Quia cum neuter coniux ea vi matrimonij teneatur ad exigendum, ſeu petendum, ſed tantum ad reddendum debitum (vt probatum eſt *ſuprà cap. 1.num.15.*) nec regulariter viri erubeſcant petere debitum, vt *ſuprà cap. 1. num.33. & 158.* huiuſmodi votum ſecundum hanc partem non præiudicat marito, & ita non eſt ab eo irritabile; ſecus ſi maritus emitteret tale votum non petendi; ſi enim maritus nunquam petat, poteſt cedere in præiudicium vxoris, cum mulieres ſint verecundiores in petendo, vt locis citatis notaui; Vnde illi eſſet valde onerosum debere ſemper petere; & ideo poſſet tale viri votum irritare iuxta Laymann *d n.16.* vbi tamen circa præfatum votum vxoris caſtitatis aduertit, quod ſi maritus ægrè ferat ſemper petere, & ob hanc cauſam minuatur amor, & diſcordia excitetur, ceſſabit pro tunc voti obligatio quoad petitionem debiti, nè ſit maioris boni impeditiua, quod eſt conforme traditis *ſuprà num.18.* Imò ſi maritus ob ſuam puſillanimitatem, & naturam à fœminea parum diſſimilem, aut ob eiuſdem vxoris conditionem, vel inſignem authoritatem notabilem difficultatem, & erubeſcentiam haberet in petendo, tunc etiam iuxta eandem ſecundam ſententiam poſſet tale votum caſtitatis, quatenus imponit obligationem

non

non petendi debitum, vt ſibi præiudiciale irritare.

§. IV.

An maritus poſſit irritare omnia vota ab vxore abſque eius licentia constante matrimonio ante illius conſummationem, tunc ſeu pro matrimonij tempore implenda.

25 CErtum eſt, ſi vxor poſt matrimonium ratum ante conſummationem faciat aliquod votum de iis, in quibus ipſi vir eſt ſuperior, & caput poſſe virum illud irritare, ſicut poteſt eadem vota poſt conſummationem emiſſa irritare. Ratio eſt quia ex vi ipſius contractus matrimonij vxor efficitur viro ſubiecta, in eamque viro acquiritur autoritas; vt ex traditis §. præcedenti conſtat, & in terminis tradunt etiam Sanchez *d. diſp.* 39. *num* 13. *&* 20 Leſſius *d. cap.* 40. *num.* 94. *initio.* Fagundez *d. lib* 1. *in decalog. cap.* 38 *n.* 9. *&* 10. Villalobos *tract.* 34 *diff.* 11. *nu.* 7. & alij *relati* à Sanchez *d. num.* 17.

26 Quare iuxta priorem ſententiam adductam *n.* 16. Maritus omne votum poſt matrimonium ratum, nondum conſummatum emiſſum (excepto voto ingrediendi religionem ante conſummationem) ab vxore etiam caſtitatis poterit abſolutè, & directè irritare; quia iuxta eandem ſententiam per matrimonij contractum vxor fit viro ſubiecta non ſolum quoad materiam promiſſam, ſed etiam quoad voluntatem, in quam idem vir per matrimonium ratum ius acquirit, vt non poſſit ſibi nouam obligationem imponere ipſo non conſentiente, ſeu contradicente, ita etiam Sanchez, & Fagundez locis citatis, vbi etiam, ſicut Villalobos, in terminis loquuntur, de irritatione voti caſtitatis emiſſi conſtante matrimonio ante illius conſummationē etiam animo tranſeundi ad religionem, & ibi illud implendi; quia eo animo non obſtante verè eſt ſubiecta marito, & animus ille cum non cadat ſub votum, non immutat naturam voti; nec aufert marito poteſtatem. quam per matrimonij rati contractum in vxoris voluntatem acquiſiuit. Neque obſtant textus in cap. *placuit.* & in cap. *quidem, de conu. coniug.* vbi dicitur, vxorem quæ abſque mariti licentia in monaſterio profeſſionem emiſit, & poſtea eſt coacta redire ad maritum, non poſſe debitum petere; quia in eo caſu maritus non irritauerat votum, ſed ſolum reuocauerat vxorem.

27 At iuxta poſteriorem ſententiam *num.* 17. poſitam dicendum eſt, maritum non poſſe irritare niſi ſola vota ratione materiæ ſibi, vel domus, ac familiæ gubernationi præiudicantia; & ita non poſſe irritare votum caſtitatis ante conſummationem ab vxore emiſſum, quia non eſt de materia ſibi præiudiciali iuxta tradit *ſuprà num.* 24. & quoad votum caſtitatis, & alia vota tradit in terminis Leſſius *d. num.* 94. *verſic. Dico ſecundò*, & *verſic. Dico tertiò*; quamuis probabile putet quod num. præcedenti traditum eſt. Quare ſi vxor dicto voto caſtitatis emiſſo conſummauerit matrimonium (quod ad petitionem viri licitè conſummare poſſe, & tranſacto bimeſtri teneri oſtenſum eſt *ſuprà cap.* 3 *num.* 44. *&* 45.) tunc tenetur quidem reddere debitum, & ex hac parte votum non egebit irritatione, vt *ſuprà num.* 22. dictum eſt; non tamen poterit petere; nec maritus iuxta eandem poſteriorem ſententiam, & Doctores *d. n.* 17. relatos poterit quoad hoc irritare; vt etiam in his terminis tradit Leſſius *dict. num.* 94. tenet tamen tanquam probabile contrarium.

Dixi autem numero præcedenti, *excepto voto religionis*, quia id votum emiſſum ab vxore poſt initum matrimonium ante illius conſummationem pro tunc implendum non poteſt à viro irritari iuxta omnes, & in terminis vt rem certam tradunt Sanchez *d. diſp.* 39. *n.* 19. *& d. cap.* 34. *n.* 6. & Leſſius *d n.* 94. *verſic. Excipio primo*, & Fagundez *d. cap.* 38. *num.* 7. Gordonus *d. quæſt.* 5. *n.* 71. Palaus *d. p.* 6. *n.* 7. Et ratio eſt tum quia ius ſponſæ de præſenti ante conſummationem facit poteſtatem ingrediendi religionem etiam inuito marito, & ita quoad hoc votum vxor non ſubiicitur viro; tum quia eſt votum per quod, ſeu per cuius executionem vxor conſtituenda eſt extra poteſtatem viri, diſſoluendumque matrimonium; ac proindè ſe habet inſtar voti facti à religioſo tranſeundi ad arctiorem religionem, quod non eſt irritabile à Prælato, vt *ſuprà n.* 13 *&* 16. dictum eſt; & ita nec maritus poteſt præfatum votum irritare.

Contrarium, & hoc etiam votum religionis ante matrimonium conſummatum pro tunc implendum, poſſe à viro irritari contra Sanchez aſſerit Præpoſitus *in* 3. *p. q.* 6. *de bonis matrim dub* 20 *n.* 154. (quem refert, & ſequitur Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 110.) ſuppoſito, quod poteſtas irritandi vota vxoris oriatur ex leuitate, imprudentia, & facilitate muliebri in votis emittendis: ex hoc enim, inquit idem Præpoſitus, ſequitur, quod non minus poſſit hoc votum irritare, quam alia; cum eadem ſubſit cauſa; quod confirmat Præpoſitus, quia propter hanc cauſam pater poteſt irritare votum filij impuberis de ingreſſu religionis; nec valet dicere (ſubdit Præpoſitus) quod Prælatus non poſſit irritare votum ſubditi de ingreſſu ſtrictioris religionis, qui id, ait, non poteſt, quia ei iure prohibetur, in præſenti autem nihil ſimile habemus. Sed contra Præpoſitum eſt: Quia cum ius vxori ante conſummatum matrimonium concedat ius ingrediendi religionem inuito marito quoad huiuſmodi ingreſſum, & conſequenter etiam, quo ad votum talis ingreſſus pro tunc illam eximit à viri poteſtate, qua ceſſante non poteſt fieri irritatio; vnde non eſt ſimile de voto impuberis. Quod ſi poſt votum matrimonium ſponte conſummauerit, non poterit abſque mariti conſenſu intrare, ſed tenetur cum eo cohabitare, & ei debitum reddere, vt *ſuprà cap.* 3. demonſtratum eſt; & cum non vouerit caſtitatem, poterit etiam petere; vt eodem cap. 3. probatum eſt; licet ſoluto matrimonio per mariti mortem teneatur voto ſatisfacere, vt eodem capite dictum eſt; vbi etiam alia circa hoc. Verùm iuxta ſententiam Sanchez & aliorum *ſuprà num.* 16. traditam conſummato matrimonio poterit maritus tale votum irritare. ita etiam idem Sanchez *dict. diſp.* 39. *num.* 19. Fagundez *locis ſuprà citatis*, & alij à Sanchez *relati*; quia conſummato matrimonio iam per tale votum, ſeu eius executionem vxor non eſt conſtituenda extra poteſtatem viri, cum tantum eadem poteſtate ceſſante per eiuſdem mariti mortem ſit implendum. Voluntas autem vxoris conſtante matrimonio iuxta eandem ſententiam *n.* 16. traditam eſt plenè ſubiecta viro ab ipſo gubernanda, præterquam quoad ingreſſum in religionem ante matrimonij conſummationem; & id etiam probabile putat Leſſius *d n.* 94. *verſic. Probabile eſt*; facta autem per maritum irritatione, eo mortuo non tenebitur intrare, vt ibidem Leſſius. An verò ſi vxor erat impubes malitia ſupplente ætatem, & ante conſummationem matrimonij fecit votum religionis implendum pro tunc poſſit illud votum maritus omnino irritare attenta ſententia præfata tradita *n.* 16. poſſe docent Sanchez *d lib.* 9. *diſp* 41. *n.* 8. & Leſſius *d. cap* 40. *n.* 29. De qua re *infrà* §. 8. *n.* 68.

§. V.

§. V.

An votu vxoris conſtante matrimonio abſque viri licentia emiſſa animo implendi, ſeu implenda tempore ſoluti matrimonij, poßit maritus irritare, & præſertim votum vxoris caſtitatis, aut religionis relatum in tempus ſoluti matrimonij, & votum non nubendi ſecundò.

29 Sanchea *lib.9. dict. diſp.39. quæſt.3. & lib.4. ſum. cap.19.* loquens de quocunque ſuperiore quoad vota inferioris, ſeu ſubditi ſine eius licentia emiſſa implenda tempore non ſubiectionis refert plures ſententias. Ex quibus prima à Sanchez *dict. diſp.39. num.14. & d. cap.29. num.1.* relata, docet nullum ſuperiorem poſſe ſimilia vota irritare, quia ſunt relata in tempus, in quo nec materia voti, nec vouens ſubiiciuntur poteſtati, & ſola ſubiectio eſt fundamentum poteſtatis irritandi, huius ſententiæ ait eſſe Caietanum *2.2. q.88. art.8. dub. penultimo.* Nauarrum *in ſum cap.12 num. 66.* Angelum, Arragon, & Anglem. Secunda ſententia *d. diſp.39. n.15 & d. cap.39. num.3.* ab eodem *relata*, tradit ſuperiorem, à quo pendet ſubditi voluntas gubernanda (vt eſt Prælatus religionis, & pater reſpectu filij impuberis) poſſe talia vota in tempus ſolutæ ſuperioritatis, ſeu poteſtatis relata irritare propter illam voluntatis dependentiam; ſuperiorem verò, cui ſubditus ſubiicitur ſolum quoad materiá promiſſam; nempè quoad aliqua obſequia, & aliquod regimen (qualia ſunt ſeruus erga dominum, filij puberes erga patrem; & vxor erga maritum iuxta ſententiam *n.17.* traditam) non poſſe vota irritare, quia huiuſmodi vota eius poteſtati, & gubernationi non præiudicant, cum ſint implenda tempore, quo ſubditus vouens erit ſui iuris: & ita ſentire Syluestrum, Sà, & Valentiam refert idem Sanchea, qui *d. diſp.39. n.17. & d. cap.29, num.3.* eandem ſequitur, & contra Sotum ait dominum non poſſe irritare votum ſerui relatum in tempus, quo libertate donatus fuerit; eo quod dominus non habeat poteſtatem irritandi vota ſerui, in fauorem ipſius ſerui, vt eius imbecillitati, & imprudentiæ conſulat (ſicut habet pater reſpectu filij impuberis, & maritus reſpectu vxoris iuxta ſententiá eiuſdem Sanchea) ſeu omnino in bonum, & vtilitatem domini, ne damnum ex eo voto ſentiat, quod in votis ſic emiſſis locú non habet. Et *eodem n.3.* poſt medium pariter dicit, patrem non poſſe irritare votú filij puberis erogandæ eleemoſynæ emiſſum ſub conditione, ſi quádo bona caſtrenſia habuerit, vel implendum quando erit ſui iuris, quia huiuſmodi vota vere realia puberis non prædicant paternæ adminiſtrationi; & pater poſſit ea ſolum vota filij puberis realia irritare, quæ ſuæ adminiſtrationi præiudicant. Tertia ſententia ab eodem Sanchez *d. diſp.39. n.16. & d. cap.29. n.2.* tradita, aſſerit præfata vota poſſe irritari à quocunque ſuperiore habente poteſtatem dominatiuam; eo quod tempore, quo votum illud emittitur, voluntas vouétis ſubditur ſuperiori ſiue abſolutè, ſiue quoad materiam promiſſam, quantumcunque executio in aliud tépus differatur: & quia licet executio pendeat in futurum; talis tamen voti grauamen, & obligatio eſt præſens: Et demum, quia ex tali voto ſequitur præiudicium ſuperiori; nam tempore, quo verè eſt ſuperior, & alter ſubditus, eum non recognoſcit vouens ſine eius conſenſu. Huius ſententiæ idem Sanchea refert eſſe Sotum *lib. 7. de iuſtit. quæſt. 3. art. 1.* Lupea, Alcozet, Vegam, & Stunicam.

30 Reſolutio tamé præſentis difficultatis ſit; iuxta ſententiam *ſuprà d n.17.* traditam & DD. ibidem citatis maritus non poteſt vota caſtitatis, religionis, & quæcunque alia ab vxore conſtante matrimonio emiſſa in tempus ſoluti matrimonij implenda irritare; quia neque executio illorum votorum, neque obligatio aliquod præiudicium marito affert, ita etiam in terminis ex Doctoribus *d. n.17. citatis* Baſilius Pontius *d. cap.17. n.6.* Palaus *d. p.6. n.8.*

31 At in ſententia *ſuprà n. 16.* tradita, omnia præfata vota vxoris ſiue ante, ſiue poſt conſummatum matrimonium emiſſa implenda, ſeu collata in tempus matrimonij ſoluti, & libertatis poſſunt à marito irritari, Iuxta præfatam enim ſententiam, & DD. ibidem relatos, vxor non tantum ſubditur viro ratione materię promiſſæ, ſed etiam ratione voluntatis, qua vouet, vt vir eius imbecillitati, & imprudentiæ conſulat; poteſt autem tam imprudenter vouere vxor pro tempore, quo ſui iuris erit, ſicut pro nunc. Et in his terminis ex Doctoribus *dict. num.16. relatis* ita tradunt Sanchez *dict. diſput.39. num.16.* Villalobos *d. diff. 21. num. 7* Fagundez *dict. cap.38. num.8. & 9. & cap.37. num.7.* & aſſerit etiam Diana *p.4. tract. 4. reſolut. 110.* & Sanchea *num. 16.* confirmat etiam aliis rationibus *ſuprà num. 26.* adductis in fauorem tertiæ ſententiæ ibidem ex eodem relatæ. Dixi autem, *omnia præfata vota*, quia etiam votum vxoris de caſtitate ſeruanda ſoluto matrimonio poteſt vir irritare iuxta eandem ſententiam ob eandem rationem, ſcilicet, quia voluntas vxoris, dum id promittit, eſt ſub viri poteſtate, ab eoque gubernanda, ne imprudenter ſe voto liget; poteſt vero imprudentia reperiri in promittenda caſtitate in tempus matrimonij ſoluti, ita contra Lud. Lopez Sanchez *dict. diſput. 39. numero* 18. Fagundez *d. cap.37. numero* 7. & alij auctores modo *relati*. Similiter poteſt vir (quod videbatur pati maiorem difficultatem) iuxta eandem ſententiam irritare votum vxoris matrimonio conſtanti ſiue ante, ſiue poſt conſummationem emiſſam de ingrediendo religionem tempore ſoluti matrimonij, vt etiam in terminis Sanchez *dict diſp.39. num.19.* Villalobos *d. diffic. 21. num.19.* Fagundez & Diana *locis citatis*, & probabile dicit Leſſius *lib.2. cap.40 allegato numero 94. verſic. Probabile tamen*. Differentia enim eſt inter hoc votum; & votum vxoris ingrediendi religionem ante matrimonij conſummationem emiſſum implendum pro tunc; & votum ſubditi religioſi tranſeundi ad ſtrictiorem religionem; quod per voti ingrediendi pro tunc executionem vxor eximenda eſt a poteſtate viri, diſſoluendumque matrimonium; & etiam religioſus per votum tranſeundi ad ſtrictiorem religionem omnino eximitur à poteſtate ſuperioris, iuſque huiuſmodi exemptionem conceſſit, & in hoc voluntatem ſubditi non ſubiecit ſuperiori; & ideo vtrumq; votum ob defectum poteſtatis non poteſt irritari, illud à viro, hoc à Prælato, vt dictum eſt *num.28.* At per illud votum ab vxore emiſſum ingrediendi religioné collatum in tempus ſoluti matrimonij, illa non eſt conſtituenda extra viri poteſtatem, cum ea iam ſoluta ſit implendum, voluntas autem eiuſdem vxoris conſtante matrimonio in ſentétia, iuxta quam loquimur, eſt omnino ſub viri poteſtate ab ipſo gubernanda; præterquam quoad tranſitum ad religionem ante matrimonij conſummationem, vt iam dixi *d. n.28.* ſic etiam votum filij impuberis ingrediendi religionem implendum poſt pubertatem ait Sanchea *d n.19.* poſſe à parte ita, vt non obliget poſt pubertatem, quia per illud non eximitur filius à dominio paterno, quod habebat in ipſius voluntatem tempore, quo impubes erat, ad gubernandam eius voluntatem circa vota perſonalia.

32 Aduertendum tamen, Sanchea *in ſum. lib.4. cap.29. num. 3. & cap. 34.* circa huiuſmodi vxoris emiſſa conſtante matrimonio implenda tempore ſoluti matri-

monij

monij, quoad mariti poteſtatem illa irritandi mutaſſe ſententiam. Nam etiam attenta ſeotentia præfata *num.*16. tradita, quod maritus omnia vota conſtante matrimonio emiſſa irritare poſſit, non verò ſolum vota ſibi præiudicantia, adhuc aſſerit maritum non poſſe irritare vota præfata vxoris implenda tempore viduitatis, & ſoluti matrimonij; quia, inquit, vxoris voluntas non ita plenè ſubditur viro, vt voluntas pupilli ſubditur tutori; eo quod pupillus ſit omnino deſtitutus prudentia, & valde tenue iudicium habeat; mulier autem habeat ſufficientem prudentiam ad vouendũ abſolute, non autem ad vouendũ, dum oneribus matrimonij grauata eſt; & ideo vir, ſubdit, non habet abſolutam, & plenam eius voluntatis gubernationem, ſed quoad ſola ſpectantia durante eo ſtatu, ac proinde nequibit irritare vota ad eum ſtatũ nõ pertinentia, ſed ad tẽpus ſoluti matrimonij. Quod ſi votum vxoris eſſet ad vtrumque tempus emiſſum, ſcilicet ſubiectionis erga maritũ, & libertatis, ſeu ſoluti matrimonij, tunc idem Sanchez *d.c.*19.*n.*6. (contra Syluestrũ, & Emmanuelem Sà volentes poſſe ſimpliciter à viro irritari) ait non poſſe irritari niſi pro tẽpore ſubiectionis, quia tunc tantum obeſſe poteſt, vt in ſimili de voto ſerui ad vtrũque tempus ſubiectionis, & libertatis emiſſo; illud poſſe à domino irritari ſolum pro tempore ſubiectionis, tradunt contra præfatos, & Sylueſtrum, & Sà Leſſius *lib.* 4. *cap.* 40. *n.* 86. Azorius *p.*1. *lib.*11. *cap.*17. *q.* 11. Sayrus *l.*6. *clau c.*6. *n.*18. & Suarez *d. lib.*6. *de voto c.* 6. *n.* 48. Verum cum vxor conſtante matrimonio prematur ſemper illis oneribus, ob quæ iuxta eundem Sanchez *ſuprà d.n.*16. dictũ eſt, neceſſarium fuiſſe illam, quoad eius vota irritanda, omnino ſubiici viro, vel dicendũ eſt non habere in eo ſtatu ſufficientem prudentiam ad vouendũ abſolutè; vel habere etiam ſufficientem ad vouendũ pro eo ſtatu, vnde enim oriatur diuerſitas maioris, & minoris prudentiæ non apparet. Et præterea dato quod Maritus vi cõtractus matrimonij ſit caput vxoris in omnibus, & vxor ſit omnino in eius poteſtate, vt allegato *n.*16. probatum eſt, omnia vota vxoris conſtante matrimonio emiſſa præter illud ingrediendi pro tunc religionem emiſſum ante matrimonij contractum, neceſſe eſt habeant dependentiam à viri volũtate; & ita ſint ab eo irritabilia; & ita prorſus tenent alij DD. *d.n.*16, relati, & num præcedenti relati; & alij ab eodem Sanchez *d. diſp.* 39. *num.* 16. *&* *d. cap.* 19. *n.* 2. *allegati.*

In dubio autem an vxor diſtulerit executionem voti in tempus libertatis, an cenſendum ſit fuiſſe emiſſum implendum tempore ſubiectionis. De hoc egi *in to.*1. *moral, var. tit.* 1. §. 46. *num.* 195. vbi dixi præſumendum non intendiſſe talem dilationem, quando votum tempore ſubiectionis impleri poteſt.

§. VI.

An omnia vota præter tranſeundi ad religionẽ ab vxore ante matrimonij conſummationem emiſſa animo ingrediendi religionem, ibique ea implendi poſſit maritus irritare.

33 REſpondeo dum iuxta ſententiam *ſuprà n.* 17. traditam non poſſe irritare, quia non ſunt de materia viro ſubiecta, nec ſibi, aut domus gubernationi præiudicantia.

34 At iuxta ſeotẽtiam Sanchez, & aliorum ſuprà *n.*16. probatam poteſt, & in his terminis tradunt Sanchez *d. diſp.* 39. *num.* 20. Villalobos *d. diff.* 21. *n.* 7. Fagundez *d. cap.* 38. *n.* 9. *&* 10. & Diana *allegata reſol.* 110. Ratio, quia emiſſa ſine tali animo poſſunt à viro irritari, vt §. *præcedenti* dictum eſt iuxta eandem ſententiam, omnia enim vota vxoris tempore ſubiectionis emiſſa, & dum ipſa viro ſubiecta eſt, à viro poſſunt irritari, quia per illa, excepto voto religionis emiſſo ante conſummationem pro tunc implendo, non eximitur à poteſtate viri; animus verò ille (vt *ſuprà numero* 26. notatum eſt) cum non cadat ſub voto, minime immutat naturam voti, nec viri poteſtatem, quam per matrimonij contractum in vxoris voluntatem acquiſiuit, auſert. Addunt iidem Sanchez, & Fagundez, quamuis vxor vouiſſet matrimonio rato, & non conſummato tranſitum ad religionem, & alia vota ſimul in eadem religione implenda, poſſe adhuc omnia alia vota à marito irritari præter ipſum votum religionis; idque ob adductam rationem, quod ea vota tempore ſubiectionis emiſſa ſunt, & dum vxor viro eſt ſubiecta irritantur, nec per illa eximitur à poteſtate viri, & ex vi contractus matrimonij acquiſiuit vir ius in voluntate vxoris, præterquam quoad votum religionis ante cõſummationem implendũ. Quemadmodum ſi religioſus (inquit Sanch.) voueat trãſitum ad ſtrictiorem Religionem, & alia vota implenda in illa, poterit Prælatus hæc vota irritare, licet non illud. Nec irritatio voti caſtitatis emiſſi ſimul cum voto ingrediendi religionem impediet ingreſſum in religionem, quia extincto voto caſtitatis manet votum tranſeundi ad religionem, quod obligat ad non conſummandum, nè ingreſſus religionis impediatur; & ſi conſummauerit prima vice peccabit, & deinceps tenebitur reddere, & poterit petere iuxta tradita *num.* 28.

§. VII.

Vota ab vxore conſtante matrimonio abſque eius licentia emiſſa, an maritus poſt notoriam fornicationem carnalem, aut ſpiritualem à ſe commiſſam poſſit irritare?

NEgat expreſſe Graffius *deciſ. aur. p.* 1. *lib.* 2 *cap.* 19. *num.* 8. & videntur idem ſentire Nauarrus *in man. cap.* 12 *num.* 64. & Valentia 2.2. *diſp* 6. *p.* 6. *q. vltima.* 35

Ratio ab iiſdem non affertur, ſed forte fundantur in eo, quod coniux adulter amittat ius petendi debitum à coniuge innocente; ac proinde dominium in corpus, & voluntatem eius: quæ tamen ratio, ſi eſſet vera, idem dicendum eſſet exiſtente fornicatione occulta, per quam pariter idem ius amittitur

36 Lopez 1. *part. inſtructorij cap.* 47. *ad finem* ait, poſt notoriam fornicationem alterum coniugem poſſe alterius votum caſtitatis, vel non petẽdi debitum antea emiſſum irritare ad euitandum in eo periculum incontinentiæ. Verùm hoc periculum incontinentiæ alterius coniugis eſt quidem ſufficiens cauſa ad petendam diſpenſationem voti; non verò confert dominium in alterius voluntatẽ, aut materiam promiſſam, quod exigitur ad irritandum. Vnde ſi eo periculo ſecluſo non poterat coniux votum coniugis irritare, nec etiam illo ſtante poterit: Præterquam quod nil confert ad periculum incontinentiæ fornicationem eſſe notoriam, vel occultam; nec fornicationi ſpirituali conſuletur per irritationem voti non petendi vt rectè Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 34. *n.* 7. Fagundez *in decal. lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 11.

37 Igitur iuxta eoſdem Sanchez *d.n.*7. Fagundez *n.*12. Villalobos *tract.* 34. *diff.* 21. *num.* 2. & Trullench *lib.* 2. *cap.* 2. *dub* 33. *num* 5. Reſpondendum cum diſtinctione, ſcilicet, quod vel coniux innocẽs vult vti iure ſuo, & à nocente, vel recedere, & ita non poteſt adulter eius vota irritare; cum per adulterium, & receſſionem coniugis innocentis amittat ius ad petendũ, & dominium in corpus, ac voluntatẽ coniugis innocentia

centis; & pariter nec coniux innocens poteſt irritare vota adulterí, quia per diuortium ſuſpenditur ea poteſtas; Vel coniux innocens non vult vti iure, ſed condonata iniuria adulterij vult cum adultero maritaliter viuere; & ita poteſt vterque coniux irritare omnia vota alterius, quæ tali fornicatione, & adulterio non admiſſo poſſet. Nam coniux adulter in pœnam adulterij non prodit omnino ius exigendi debitum, ſed in fauorem innocentis, ita vt ſi innocens velit ab eo recedere, & non reddere, poſſit id efficere, & alter nõ poſſit exigere, quia priuatur eo iure per alterius negationem, ſeu adulterij exceptionem. Quare amiſſio huius iuris eſt velut pœna conuentionalis, quæ non debetur, niſi ab alio petatur; & dum non petitur iuſte retinetur; ſic coniux adulter licet per adulterium amittat ius petendi, non omnino amittit illud, niſi per innocentem eo iure priuetur ab eo recedendo; & ita dum non recedit, aut debitum negat, iuſte poteſt petere.

Facto legitimè diuortio an coniux poſſit vota alterius irritare, quæ poterat ante diuortium.

38 An verò, & iuramenta ab vxore Deo præſtita conſtante matrimonio, ſi poſtea ob fornicationẽ alterius, aut aliam cauſam ſequatur diuortiũ legitime factum, durante diuortio poſſit vir irritare, ſicut poterat ante diuortium & ſimiliter vxor poſt diuortiũ eo durante poſſit ea vota viri antea cõſtante matrimonio emiſſa irritare, quæ poſſet irritare ſecluſo diuortio, iuxta eoſdem Sanch. *lib.9.d.diſp.39.n.8.& lib.4.ſum.c.40* n.18. Fagundez *d.c.38* n.5. Villalobos & Trullench *loc. ſupra citata.* Dicendum eo diuortio durante, & non reintegrato matrimonio, neutrũ cõiugem poſſe vota alterius irritare, quæ ante diuortiũ poterat. Conſtat enim adulterum coniugẽm nõ poſſe, quia amiſit ius in innocentẽ modo numero præcedenti explicato, ita vt innocens poſſit nocente inuito tranſire ad religionem can. *Agente 27 q.2.* & cap. *veniens, de conu. coniug.* ibi: *Super reuocatione ipſius nullatenus eſt audienda.* Sed neque poteſt innocens, quia durante diuortio cedit iure ſuo, liberatque coniugem reum à ſeruitute, & ſubiectione.

39 Quod ſi reconciliatio ſubſequatur ſiue mutua voluntate, ſiue ob recompenſationẽ mutuæ fornicationis, tũc integrũ erit vtriq; ea alterius vota irritare, quæ ante diuortiũ poterat, quia res omnino iam eſt ad priſtinum ſtatũ redacta; vnde etiã ea reconciliatione facta poterit nocens ea vota irritare, aut ſuſpẽdere, quæ innocẽs voluntariè emiſit tempore diuortij; quia per illam reconciliationem redduntur omnino in priſtinum ſtatum, & conſequenter poteſtas irritandi, quæ erat ſuſpenſa, reuiuiſcit, vt iidem Sanchez, & Fagundez tradunt, & *infrà* n.54. magis explicatur. Aduertendum autem eam eſſe inter vtrumque coniugem differentiam, quod innocens poteſt alterum inuitum ſibi reconciliare, & ad priſtinam ſeruitutem redigere; & ita vota eius tunc irritare, quæ ante diuortium poterat: Reus autem minime id poterit, niſi alter reconciliationem admittat, vel & ipſe labatur in adulterium.

40 Num verò innocens poſſit eam reconciliationem admittere, etſi non celebrauit diuortiũ, nolle vti iure ſuo, vt non cogatur vota (quæ non ſunt caſtitatis, vel religionis) implere, ſed irritentur. Videtur negandum iuxta Angelum *v. votum* 2. *n.* 12. vbi ait peccare mortaliter mulierem contrahentem matrimonium aduertẽntem illud fore impedimentum, ne vota adimpleat. Quod quidem verum eſt quoad vota caſtitatis, & religionis; non verò quoad cætera, vt Sanchez *d. num.8. & lib.4.ſum cap.*18.*n.*6. itam vota caſtitatis, & religionis directè opponuntur matrimonio, illudque excludunt; ac proinde ea vouens ſe obligauit ab eo ineundo abſtinere; & ſi ſemel iniit, eo non vti, quando, ſibi licitum fuerit, & vota implere. Cætera verò vota non excludunt matrimonium, nec illi repugnant, quare valdè durum videtur, velle obligare ad vitam cælibem, conſeruandumque diuortium, vt ea impleantur; & ita præter Sanchez tenet etiam Villalobos *tract.* 34. *diff.* 21. *numero* 13.

Dixi, *quæ non ſunt caſtitatis, vel religionis.* Nam quamuis ſi coniux reus poſt diuortium ab innocente procuratum, & legitime factum, votum caſtitatis, aut religionis antea emiſſum confirmet, vel tunc emittat, integrum ſit innocenti remittenti iniuriam adulterij, & reconciliationem admittenti ea irritare, aut ſuſpendere eo modo, quo illa iuxta diuerſitatem ſententiarum poterat ante adulterium, & diuortium. Vt tradunt Sanchez *dict. diſput.39. numero* 31. *& dict.cap.*30.*num.*19. & Fagundez *dict. cap.*38. *num.*16. Quia cum diuortium fiat in ipſius innocentis fauorem, & dependenter ab eius voluntate, nequit alter illi iuri præiudicare, atque adeo quidquid vouerit habet tacitam conditionem, quam ſi integro, & illæſo matrimonio votum emiſſum eſſet; ne præiudicetur innocentis volentis reconciliari iuri, quod ante diuortium habebat. Nihilominus ſi innocens ante diuortium erat ligatus voto caſtitatis, vel religionis nondum irritato, vel tantum ſuſpenſo, vel tempore diuortij illa confirmauerit, vel tunc emiſerit, non poſſe innocentem admittere reconciliationem, vt non impleat illa vota; ſed teneri illa implere, tradunt Sanchez *d.diſp.*39.*numer* 8 *&* 41. *& d.cap* 30. *numero* 19. *&* 20. Fagundez *dicto capite* 38. *numero* 17. Villalobos *dict. diff.* 21. *num.*3 & Trullench *dicto numero* 5. Et rationem affert Sanchez, quod tunc innocens eſt omnino ſui iuris, tum quoad diſponendum de ſua perſona (excepto tranſitu ad aliud matrimonium) ac proinde poteſt vouere independenter ab altero; tum quoad illa vota implenda, & ideo tenetur ad illa, & nequit alteri remittere adulterium, ne vota illa infringere cogatur. Verùm præfatum coniugem innocentem non obſtante voto caſtitatis non teneri non reconciliare coniugem adulterum, ſed remittere poſſe iniuriam expreſſe, vel tacite *ſuprà cap.*1.*num.*276. oſtenſum eſt eſſe probabile. At quidquid ſit de hoc, certum eſt facta ſemel reconciliatione, etſi illicite, aut inſtaurato matrimonio ob ſimile innocentis adulterium excuſabitur pro tunc à religionis voto, donec ſoluto matrimonio, aut ſaltem alio iuſto diuortio ſequuto liceat ingredi; non tamen excuſabitur à voto caſtitatis eo modo, quo poteſt illud ſeruare, & ideo tenebitur ad non petendum. 41

Sed de votis ab altero, vel ab vtroque coniuge emiſſis tempore diuortij, an, & qua ratione facta reconciliatione, & reintegrato matrimonio poſſint tam à reo, quam ab innocente irritari, §. *ſequenti.* 42

§. VIII.

Vtrùm maritus poſſit irritare vota vxoris ab eâ emiſſa ante matrimonium, ſi antequam perſoluerit, nupſerit.

DOctores vtriuſque ſententiæ *ſuprà num.*16 *&* 17. *relata*, & alij communiter ſentiunt vota omnia de quacunque materia ab vxore ante matrimonium emiſſa non poſſe à viro irritari abſolute, ſcilicet irritatione propria, & directa, per quam omnino auferatur voti obligatio. ita in terminis ex Doctoribus *d.* *n.*16. *&* 17. *relatis* Azorius *d.cap.*18.*q* 14. Sanchez *lib.*9. *diſp.*39 *à n.*22. *&* 29 *& in ſum.lib.*4.*cap.*26 *n.* 5. *& cap.*11. 43

*num.*2. Suarez *d.lib.6 de voto cap.7.num.vltimo.* Leſſius *d.cap.*40.*n.*91. Baſilius Pontius *d.cap.*17.*num.*7. Villalobos *d.diſſ* 21.*num.*14. Trullench *in decalog.d.lib.*2.*cap.*2. *dub.*33.*num.*4. Caſtrus Palaus *dict.part.*6.*numero* 8. Fagundez *d.lib.*2.*cap.*36. *numero* 12, 13. *&* 14. & præter hos alij *dictis numeris* 16. *&* 17. *citati*, & innumeri alij, quos Sanchez & Fagundez *locis citatis* referunt. Et Ratio eſt, quia ea tantum vota ſunt propriè, & abſolutè irritabilia, quæ habent expreſſam, vel tacitam, & imbibitam dependentiam à voluntate ſuperioris, ſcilicet *ſi conſenſerit*, vel *non contradixerit*, vt *ſuprà numero* 4. *&* 5. notatum eſt; Hæc autem vota non habuerunt dependentiam à voluntate alterius, nec illam tacitam conditionem, *niſi maritus contradixerit*, ſed emiſſa ſunt abſolutè; quia tempore emiſſionis, & contractæ obligationis mulier erat ſui iuris, nec ratione materiæ, neque ratione gubernationis voluntatis ſubiecta viro; & propterea ab eo non poſſunt irritari propriè, & directè per ablationem totalem obligationis; ſed aliqua tantum indirectè, ſcilicet illorum obligationem ſuſpendere pro tempore matrimonij, vt infrà explicatur.

44 Oppoſitum, & virum poſſe non ſolum ſuſpendere, ſed abſolutè irritare vota vxoris ante matrimonium emiſſa, ſicut emiſſa conſtante matrimonio, ſuppoſita ſententia Sanchez, & aliorum ſuprà *n.*16 adducta, quod vxor etiam quoad voluntatis gubernationem propter muliebrem leuitatem ſit ſubiecta viro contra Sanchez tenet Ioannes Præpoſitus *in* 3.*p q.*6. *de bonis matrimonij dub.*20. *numer.*154. *relatus* à Diana (qui & eum ſequitur) *part.*4.*tract.*4.*reſolut* 110 *verſic. Notat etiam idem Præpoſitus*) ſic aiens, ſcilicet, quod ſi vir per matrimonium fiat ſuperior vxoris, vt propter muliebrem leuitatem poſſit eius voluntatem gubernare, & dirigere, non ſolum ſuſpendere vota ante emiſſa, ſed etiam irritare: Quemadmodum Prælatus religionis poteſt irritare omninò vota ſui religioſi emiſſa ante profeſſionem, & ita docuit Ioannes de Friburgo *in ſumm. Confeſſorum libro* 1. *titulo* 8. *quæſt.*35. vbi abſolutè dicit virum poſſe irritare vxoris votum abſtinentiæ, peregrinationis, continentiæ, & alterius materiæ tam ante, quam poſt matrimonium emiſſum. Vega quoque *tomo* 2. *ſumm. capite* 129. *caſu* 20. *ad ſinem*, affirmauit poſſe maritum votum vxoris ante matrimonium emiſſum poſt annos pubertatis directè, & perfectè irritare, ita vt amplius non reuiuiſcat. Verum contra tres auctores ſtat præfata communis ſententia Doctorum, & ratio adducta, quod vota ante matrimonium emiſſa ſunt facta abſolutè, & abſque dependentia à voluntate viri; à qua tunc voluntas vxoris quoad gubernationem non dependebat; ſicut dependet contracto matrimonio, quoad vota emiſſa conſtante matrimonio iuxta ſententiam Sanchez, & aliorum, qui *dicto numero* 16. ſunt allegati. Neque obſtat illud de votis religioſi profeſſi emiſſis ante aſſumptum ſtatum religioſum. Verum enim eſt, (vt notat poſt Syluestrum V.4.*quæſt* 7.*dicto* 3. Sanchez *d. diſput.*31 *numero* 1.) Vota ante religionis profeſſionem emiſſa in ſeculo, vel in nouitiatu, ſi per profeſſionem non extinguantur, poſſe poſt profeſſionem irritari directè, & perfectè à ſuperioribus non aliter, quam ſi poſt profeſſionem eſſent emiſſa. Cuius rationem reddunt iidem Syluester, & Sanchez; quia ſi profeſſus in inſtanti profeſſionis non habuit voluntatem non extinguendi ea per profeſſionem, extinguuntur per illam, vt eſt communis Doctorum; ſi autem tunc eam voluntatem habuit, reputantur ac facta poſt profeſſionem, atque adeo de tempore plenæ ſubiectionis; ſicut tradunt (inquit Sanchez) DD. peccatum prauæ diſpoſitionis commiſſum in Baptiſmo repeti tanquam admiſſum poſt Baptiſmum; & ita ſubiici ſacramento pœnitētiæ. Ex quo apparet diſparitas inter virum reſpectu votorum vxoris emiſſorum ante matrimonium, & ſuperiorem religionis reſpectu votorum, quæ religioſus ante profeſſionem emittit. Remanet ergo certa præfata communiſſima ſententia.

Difficultas ergo ſolum eſſe poteſt, an vota vxoris ante matrimonium emiſſa poſſit vir irritare indirectè, & imperfectè, ſcilicet ſuſpendere illorũ obligationē. 45

Conueniunt DD. maritum poſſe irritare indirectè, ſeu ſuſpendere quoad obligationem vota vxoris ante matrimonium emiſſa, quorũ executio eidem marito, & adminiſtrationi familiæ, reiq; domeſticæ præiudicium infert, ſeu inferre poteſt, quod verum eſt, etiamſi vxoris pater ei conceſſiſſet facultatē vouēdi: ita Canoniſtæ communiter, quos referunt Azorius Suarez *to.*2.*de relig. de voto lib.*6. *c.*4.*n.*16. & Sanchez *d. diſp.*39.*n.*23. *&* *d.c.*26 *n.*5. *&* *c.*31.*n* 9. & etiam Theologi & Summiſtę ab eodem Sanch. *relati*. Iidem Azorius, & Sanch. *ibid.* Leſſius, Pontius Villalobos, Trullēch, Suarez, & Palaus *locis ſuprà n* 43. *citatis*. Et conſtat etiã ex D. Auguſ. *relato in can. Noluit* 33.*q* 5. *ibi. Ita ſi adhuc innupta conceſſerat pater vota perſoluere, ſi antequam perſoluerit, nupſerit, & in iure eius hoc cognitum non placuerit, non perſoluat, & hoc omninò ſine peccato.* Ratio eſt, quia ius mariti per matrimonium acquiſitum eo durāte præualet obligationi præfatorum votorum; licet tēpore, quo emiſſa ſunt nec ratione voluntatis, nec ratione rei promiſſæ habuerint dependentiam ab alio, cum mulier eſſet ſui iuris; vnde abſque iniuſtitia non poſſunt impleri repugnante marito; & conſequenter poteſt illa irritare ſuſpendendo obligationē, quatenus ſibi, & domeſticæ gubernationi nocent. Cum verò hæc irritatio ſit imperfecta, & tantum ſuſpenſio obligationis ſoluto matrimonio, vel vxore ſui iuris effecta, eadem voti obligatio reuiuiſcit, & tenebitur vxor ea exequi, ſi vſq; ad illud tempus votũ ſe extēdebat, vt iidem DD. tradũt; & cōſtat etiã ex notatis *ſuprà n.*5.

Præterea conueniunt DD. maritum non poſſe vllo modo irritare nec perfectè nec imperfectè vota de rebus de præcepto, & neceſſariis, v.g. non mentiendi non furandi &c. ab vxore ante matrimonium emiſſa. Ita præter DD. *ſupr. n.*17. *relatos* Sanch. *d. diſp* 39.*n.*27. *poſt medium*. Fagund. *d.lib.*2. *in deca* 37.*n.*9. & Villalob. *d. diſſ.* 21.*n.*14. Ratio eſt, quia nec materia illa, vtpote, neceſſaria ſubditur viro, ſed ſoli Deo; nec etiam actus ille liber vouendi tanquã omninò præteritus, & Deo conſecratus; nec volũtas eo tempore à viro dependebat; in quo iuxta eoſdem Sanch. & Fagũdez. & alios DD. *ſuprà n.*16. *relatos*, diſtinguuntur à talibus votis non mentiendi, non furandi, &c. emiſſis poſt contractum matrimonium; quia tunc voluntas erat viro ſubiecta; & ideo poterant ſimpliciter irritari iuxta ſententiam *d.n.*16. adductam, DD. ibidem citatos, & rationes ibid. allatas. Iuxta DD. verò ſententiæ *n.*17. poſitæ huiuſmodi vota tã poſt, quã ante matrimoniũ emiſſa non poterunt vllo modo à iure irritari, quia nec vſui matrimonij, nec domeſticæ gubernationi nocent. 46

Item conueniunt votum caſtitatis ab vxore emiſſũ ante matrimonium contractũ non poſſe vllo modo à marito irritari, aut ſuſpendi. Ita omnes DD. *ſuprà n* 17. *allegati*, aſſerentes nec tale votũ emiſſũ poſt contractũ eſſe vllo modo à marito irritabile, illiuſq; obligationē manere ſuſpenſam quatenus præiudicat actui coniugali, quoad ſolam redditionem. Ex DD. autem *n.*16. *&* 43. *relatis* idem docent Sanchez *d.diſp.*39.*n.*27. *&* *d. cap.*31.*n.*9. Fagundez *d.cap.*36,*n.*13. *&* 23. Villalobos *d. diſſ.*21.*nu.*14. & Leſſius *d.cap.*40 *num.*94. *verſic. Secundò excipio.* Votum enim hoc continet duo, nempe non exercere actum venereum, nec reddendo, nec petendo. Primum non eget irritatione; nam ſuperuenienti fortiori vinculo matrimonij tenetur vxor 47

ex

Google

ex iuſtitia reddere. Secundum verò nequit à viro ſuſpendi, quia materia petendi non eſt viro ſubiecta, nec enim vir poteſt prohibere, aut præcipere vxori petitionem debiti; eſt enim vxor libera; & ſui iuris in hoc, *vt ſuprà cap. cap. numero* 15. probatum eſt; nec tempore voti erat ſubiecta viro, nec vir habebat aliquod dominium in eius voluntatem, *vt ſuprà num.* 43. dictum eſt.

48 Inſuper certum eſt, votum religionis ab vxore ante matrimonium contractum emiſſum non poſſe nec perfectè, nec imperfectè irritari. Ita omnes DD. *n* 16. *&* 17. *& nu.* 18 *relati.* & expreſsè Sanch *d. diſp* 39 *n* 24. Villalobos *d. diff.* 21 *n.* 13. & Baſilius Pontius *loco ſuprà n.* 48 *allegato.* Et conſtat ex traditis *d. n.* 18. vbi probatum eſt, nec etiam votum religionis pro tunc implendum emiſſum ab vxore poſt matrimonium ratũ, & nondũ conſummatum poſſe à viro irritari, à fortiori ergo nec tale votum emiſſum ante matrimonium. Quod ſi tali voto neglecto matrimonium fuerit conſummatum, non indiget pro tunc irritatione, cũ impleri nequeat, & poterit vxor nedum reddere, ſed & petere debitũ, vt *d n* 8. dictum eſt. Non poterit autem hoc votum religionis emiſſum ante matrimoniũ irritari pro tempore, quo vxor erit ſui iuris, ſed tenebitur implere. Nã materia illa viro non ſubdebatur tempore, quo promiſſa eſt; nec etiam actus liber vouẽdi; nec ſubiicitur etiam materia tempore, quo votum implendum eſt. Quę ratio procedit tertia ſententia *n.* 16. poſita; nam iuxta ſententiam de qua *nu.* 17. non poteſt irritari pro tempore libertatis vxoris, quia non præiudicat viro; nec familiæ, ac domus gubernationi. Hæc autem, & quæ in præcedentibus numeris dicta ſunt, procedũt, ſi vxor tempore quo emiſit vota ante matrimonium, erat pubes; nam de votis, quæ vxor impubes emiſit ſub poteſtate patris conſtituta, & nupſit malitia ſupplente ætatem, an poſſint à marito irritari *infrà.*

49 Dubium eſt, an vota de eleemoſynis faciendis, ſeu realia ab vxore ante matrimonium emiſſa, cum tunc eſſet ſui iuris, putà, quia erat vidua, vel carebat patre, & tutore, poſſit vir irritare imperfectè, ſeu ſuſpendere illorum executionem ad tempus ſoluti matrimonij. Sanchez *d. diſput.* 39. *numero* 16. docuit non poſſe maritum talia vota irritare, ſeu ſuſpendere; ſed de illis iudicandum ac de aliis debitis, ad quæ vxores antea tenebantur: Nam quamuis, inquit, id debitum non ſit perſonale; cum nulla hypotheca afficiat bona, alioqui tranſiret obligatio ad ſingularem ſucceſſorem, verbi gratia, legatarium, vel titulo emptionis poſſidentem ea bona, aut titulo donationis; non tamen eſt debitum, quod iuriſperiti vocant perſonaliſſimum; aliàs obligatio voti realis implendi non tranſiret ad hæredem, contra omnes; & ita poteſt dici (ſubdit Sanchez) quodammodo bona afficere; atque adeo virum teneri permittere, vt vxor expleat; & cum eo onere recipere bona.

50 At Suarez loco *ſuprà num.* 45 *allegato,* quem poſtea ſequutus eſt idem Sanchez *in ſumm libro* 4. *dicto capite* 31. *numero* 10. & Fagundez *dicto capite* 16. *numero* 24. aſſerunt maritum poſſe ſuſpendere præfata vxoris vota realia ante matrimonium facta; eo quod impleri nequeant niſi cum præiudicio mariti; eſſet enim præiudicium viri, ſi vxor poſt contractum matrimonium de bonis liberè diſponeret, cum durante matrimonio ſint commiſſa adminiſtrationi mariti, vel etiam data ad ſuſtinenda onera matrimonij, quare viro fieret iniuria, ſi eo inuito implerentur, & conſequenter poteſt illorum votorum executionem ſuſpendere. Secus autem, ait Sanchez, & poſt eum Fagundez, eſt de obligatione erga hominem, quam vxor ante matrimonium contraxerit, hanc enim, inquit idem Sanchez *dict. cap.* 31. *num.* 31. non poteſt maritus irritare, ſeu ſuſpendere propter ius homini acquiſitum, & quia mitius agitur cum Deo (vt notauit Gloſſa *in l. a. verbis, aut obligentur, ff. de pollicitat.*) quàm cum homine: Nec ſuperior gerit vices hominis, cui ius eſt acquiſitum, vt poſſit illud remittere, & irritare, at gerit vices Dei, cui ius per votum acquiritur. Et quoad huiuſmodi obligationem erga hominem ab vxore ante matrimonium contractum certum eſt, illam à viro non poſſe ſuſpendi; vt tradunt etiam Hugo, Archidiaconus; & Bellamera *in cap. nolun* 33. *quæſt.* 5. Quoad vota verò eleemoſynæ, & realia, ſi vxor omnia bona ſua non obligaſſet marito, illique tradidiſſet in dotem; ſed aliqua ſibi reſeruaſſet, cum hæc eſſent ſub diſpoſitione vxoris, & de illis poſſet vota eleemoſynarum implere, non poſſet maritus vxori illorum executionem impedire, quia nullum ex executione pateretur præiudicium quoad adminiſtrationem, quæ quoad illa bona ad vxorem ipſam ſpectat; maritus enim vxoris vota ante matrimonium emiſſa ſuſpendere poteſt quoad executionem ſolum, quatenus executio marito præiudicium infert, vt ſuprà probatum eſt.

Præterea dubium eſt, an maritus alia vota omnia vxoris (exceptis præfatis votis de materia neceſſaria, caſtitatis, religionis, & realibus) emiſſa ante matrimonium ſuſpendere poſſit, etiamſi eorum executio eidem marito, & domeſticæ gubernationi non præiudicet, quale eſſet votum recitandi aliquas preces, vel moderatæ abſtinentiæ, & ſimilia. Et negant DD. ſuprà *n.* 17 *relati,* volẽtes maritum non poſſe etiam vota conſtante matrimonio emiſſa irritare, niſi eorum executio ſibi, vel domeſticæ gubernationi præiudicialis ſit: ita enim ſentiunt Azorius, Suarez, Leſſius, Pontius, Palaus, & alij *n.* 45. *allegati* expreſsè dicentes maritum ea ſola vota vxoris ante matrimonium emiſſa poſſe ſuſpendere, quorum executio ſibi, vel familiæ adminiſtrationi officit. 51

Verum Sanchez *d. diſp.* 39. *n.* 25. tenet maritum poſſe illa ſuſpendere, etiam ſi ſibi non præiudicent. Quia quamuis (inquit) actus liber, quo mulier ante matrimonium vouit, non ſit viro ſubiectus tamquam omnino præteritus, & materia illa voto promiſſa, eſt iam plenè viro ſubiecta; quia poteſt modo vir in omni tempore occupare vxorem. Qua ratione vtitur Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 88. *ar.* 8. ad oſtendendum nulla religioſi vota eſſe firma abſque Prælati conſenſu. Vnde nec ea vxoris vota ita firma erunt, quin poſſint à viro ſuſpendi. At hæc ratio probaret ad ſummum de voto recitandi aliquas preces, & ſimili requirente actionem poſitiuam, non verò de voto moderatæ abſtinentiæ. Deinde cum tempore voti vxor non eſſet ſubiecta viro neque ratione voluntatis, neque ratione materiæ votum factum eſt abſolutè; & ita ſi conſtante matrimonio poteſt impleri ſine præiudicio vllo viri, & gubernationis domus; non debet maritus illius executionem impedire, pro libito, & abſque vlla cauſa occupando vxorem eo tempore, quo votum eſt implendum, ſecus ſi ob aliquam iuſtam cauſam occuparet, nam tunc executio iam eſſet præiudicialis. Quare approbo priorem ſententiam, cum moderatione tamen de quà *ſuprà n.* 18. 52

Porrò in dubio an vxor emiſerit vota ante matrimonium, vel tempore, quo per matrimonium effecta eſt marito ſubiecta præſumendum ſit potius fuiſſe emiſſa poſt ſubiectionem, explicaui *tom.* 1. *mor. variar. titul.* 1. §. 46. *numero* 1689. Vbi dixi præſumenda fuiſſe emiſſa tempore ſubiectionis, & eſſe à viro irritabilia, quia mariti poſſeſſio præſens voluntatis vxoris nunc ſubiectæ eſt certa, cum certum ſit illam eſſe coniugem, poſſeſſio autem votorum, quoad ſuam firmitatem, & independentiam 53

à viri conſenſu eſt dubia, quod non eſt ſatis ad ſpolium poſſeſſionis certæ; videantur ibi tradita, & Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 32. n. 7. vbi n. 16.*

Vota à coniugibus poſt legitimum diuortium facta, vel confirmata, an, & qua ratione ſint irritabilia.

54 Quid verò dicendum ſit de votis vxoris, vel mariti emiſſis poſt diuortium legitime celebratum, & de emiſſis ante diuortium conſtante matrimonio poſt diuortium confirmatis quoad irritationem. Reſpondendũ ex traditis *ſupr. n. 41.* Si coniux reus poſt diuortium emittat votum aliquod etiam caſtitatis, aut religionis, aut reale, aut de rebus neceſſariis, vel tale votum ante diuortium factum confirmat, coniux innocens ſi conciliari velit, & iniuriam adulterij condonare, illa condonata poteſt tale votum irritare, vel ſuſpendere eo modo, & caſu, quo poſſet integro matrimonio, idque propter rationem *d. n. 41.* initio adductam, ſcilicet, quia cum diuortium fiat in fauorem ipſius, & dependenter ab eius voluntate, nequit alter illius iuri præiudicare. Si verò innocens eodem diuortij tempore votum aliquod fecerit, vel confirmauerit, tunc quoad poteſtatem irritandi cenſendum eſt de illis, ſicut de emiſſis ante matrimonium, vt Sanchez, & Fagundez *locis d. n. 41. relatis*, & Leſſius *d. cap. 40. num. 96. verſic. dico ſexto*; tunc enim innocens eſt omnino ſui iuris, quoad diſponendum de ſua perſona (licet matrimonium perſeueret) excepto tranſitu ad aliud matrimonium, ac proinde poteſt vouere independenter ab altero. Quare facta reconciliatione coniux nocens, quamuis ſit vir, non poteſt ſuſpendere vota caſtitatis, religionis, de operibus neceſſariis, & alia ſibi, aut domeſticæ gubernationi non præiudicantia ab altero coniuge innocente tunc emiſſa, ſicut ea facta ante matrimonium ſuſpendere non poteſt, vt in præcedentibus probatum eſt. Poterit autem vir Reus poſt reconciliationem ſuſpendere alia vota innocentis ſibi præiudicantia, aut domeſticæ gubernationi; ſicut talia vota facta ante matrimonium dictum eſt ab eo poſſe ſuſpendi, quæ tamen reuiuiſcent ceſſante ſubiectione, vt ſupra dictum eſt de talibus votis ante matrimonium emiſſis, & conſtante matrimonio ſuſpenſis. Quæ autem vota vxoris reæ poſt diuortium facta vir innocens facta reconciliatione irritauerit iuxta ſententiam ſupra *n. 16.* traditam, & Sanchez *d. diſp. 39. num. 41.* non reuiuiſcet, ſicut iuxta eandem ſententiam non reuiuiſcunt vota integro matrimonio facta, & irritata. Vxor etiam nocens, aut innocens poſt reconciliationem poteſt irritare, aut ſuſpendere ea viri nocentia vota poſt diuortium emiſſa, quæ poſſet, ſi ante matrimonium, vel integro matrimonio facta eſſent; quæ autem vota mariti poſſit vxor irritare, vel ſuſpendere infra. Quia autem ſi coniux innocens poſt diuortium emittat, vel confirmet votum caſtitatis, vel religionis, actum eſt *ſuprà d. n. 41.*

55 In dubio autem, an votum ſit emiſſum tempore diuortij, & libertatis, an verò ante diuortium, & tempore ſubiectionis quoad poteſtatem irritandi præſumendum emiſſum eſſe ante diuortium, & tempore ſubiectionis, vt dixi *to. 1. moral. var.* §. 46. n. 169. & tradit etiam Sanchez *d. lib. 4. ſum cap. 32. n. 9.* In dubio enim ſuperior non eſt ſpoliandus certa præſenti poſſeſſione irritandi, quam habet.

§. IX.

Vtrum vota vxoris perſonalia, & realia ante matrimonium facta tempore prioris mariti, vel dum erat patri, aut tutori, vel curatori ſubiecta, vel in ea ætate, in qua filiorum vota à parentibus, tutoribus, & curatoribus irritari poſſunt, nondum ante matrimonium neq; à priori marito neque à patre, aut tutore, vel curatore, irritata, poſſint à marito irritari.

IVxta ſententiam, de qua *ſuprà n. 17.* ſecundum quã, & Doctores ibidem relatos maritus non habet plenam poteſtatem in omnia vota vxoris conſtante matrimonio emiſſa, ſed tantum eius vota de materia viro ſubiecta, & quorum executio præiudicet vſui matrimonij, & filiorum educationi, & familiæ, ac domus gubernationi. Dicendum eſt præfata vota ab vxore pubere, ſiue impubere, & ſiue abſque licentia, ſiue cum licentia prioris mariti, vel tutoris, vel curatoris emiſſa nõ poſſe irritari, niſi ratione materiæ ſine viro ſubiecta, ipſiue, aut domeſticæ gubernationi eorum executio noceat; Et ita non poſſe irritari, ſi ſint vota caſtitatis, vel religonis, vel de rebus neceſſariis, vel de eleemoſyna facienda, de bonis paraphernis, & moderatæ afflictionis corporalis, & aliquarum precum recitandarum quotidie iuxta tradita *d. n. 17.* Ita in iis terminis ex Doctoribus *d. n. 17. citatis* Leſſius *d. cap 40. n. 92 fine*, Baſilius Pontius *d. cap. 37. n. 9.* Caſtrus Palaus *d. p. 6. n. 6.* 56

At iuxta ſententiam, de qua *ſuprà n. 16.* docentem virum habere plenam poteſtatem in omnia vxoris vota, vxoremque viro plene ſubiici non ſolum quoad materiam voti, ſed etiam quoad perſonam, & voluntatem aliter dicendum, eſt præſertim iuxta Sãch. qui tamen in hac re fuit varius, & ex mox tradendis conſtabit. Et pro ſolutione notandum ex eodem Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 41 n. 2. & lib. 4. ſumma cap. 28. initio.* vbi agit, an vota tempore ſubiectionis alteri habenti poteſtatem dominatiuam emiſſa poſſint à ſuperiore diuerſo ſuccedenti, ſeu ſubſequenti habenti quoque poteſtatem dominatiuam irritari; notandum, inquam, duplicem poſſe eſſe poteſtatem ſubſequentem. Altera eſt moraliter diuerſa à præcedenti, ſeu priori, vt ſi prior ſit patria, aut tutoris in pupillum, poſterior curatoris, aut viri in vxorem, aut è contra. Altera verò eſt moraliter eadem; vt eſt tutoris ſuccedentis patri, aut alij tutori in curam pupilli: Prælati religioſi ſuccedentis alij prælato, mariti erga vxorem ſuccedentis alteri marito; & domini alij domino, ac curatoris alij curatori, aut patri in curam puberis. 57

Igitur quoad vota ab vxore emiſſa tempore prioris mariti abſque eius licentia poſſe maritum ſequẽtem illa irritare, eo prorſus modo, quo prior illa poterat irritare, aſſerunt Sanchez *dict. diſp. 41. num. 6. & ſeqq. & dict cap. 28. num. 3.* Fagundez *in decal. lib. 2. cap. 38. numero 14.* Diana *p. 3. tract. 4. reſolut. 220.* & probabile putat Leſſius *lib. 2. cap. 40. num. 92.* Ratio iuxta eos eſt, quia cum ſit ſuperioritas eiuſdem rationis, tota prioris viri poteſtas tranſit in poſteriorem, ac proindè idem prorſus eſt, ac ſi prioris poteſtas continuaretur; & idem omnino dicendum eſt de poſteriori ac de priori marito; ob quam rationem in ſuperioritate eiuſdem rationis ibidem Sanchez ait, ſequentem Prælatũ poſſe irritare vota ſubditi emiſſa tempore alterius Prælati, tutorem vota pupilli emiſſa tẽpore patris, & curatorẽ vota realia puberis iunioris ab eo, dum patri ſubiiciebatur, emiſſa, & dominum 58

ſequentem

Digitized by Google

ſequentẽ vota ſerui ab eo emiſſa ſub priori Domino. Aſſertionem tamen Sanch. & Fagundez dicunt intelligendam, niſi ea vota ab vxore tempore viduitatis, & libertatis, & à pupillo tempore, quo erat ſui iuris fuerint confirmata, quia, cum tunc à nullius poteſtate dependeret, iudicandum de illis votis eſt, ac de emiſſis ante matrimonium, & ſubiectionem iuxta tradita præcedenti paragrapho.

59 Hinc Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 7. infert, poſteriorem maritum poſſe irritare votum religionis ab vxore emiſſum ſub priori marito eo inconſulto poſt matrimonij conſummationem, vel ante relatum in tempus ſoluti matrimonij, ita vt nunquam reuiuiſcat (quamuis vxor poſt tale votum ſecundo nubens non obtenta diſpenſatione, vel irritatione contrahendo, & conſummando peccauerit, quia vir prior tale votum poterat irritare iuxta tradita *ſuprà nu.* 28. *&* 31. Imò poterit poſterior maritus (addit Sanchez) irritare illud votum religionis tempore prioris matrimonij emiſſum implendum tempore eius diſſolutionis. Licet præſens matrimonium non conſummauerit: Quia irritat illud vt ſucceſſor prioris viri in eius poteſtatem, à cuius poteſtate pendebat, in quam poteſtatem plenè (præterquam ad cogendam vxorem ad reddendum, ſi velit priori bimeſtri ad religionem tranſire nondum conſummato matrimonio) ſuccedit quamuis matrimonium non conſummauerit; cum ad poteſtatem irritandi vota vxoris non prærequiratur matrimonij conſummatio iuxta tradita *ſuprà num.* 25. *&* 26.

60 Præterea infert, licet mulier poſt caſtitatis, aut religionis votum ſub priori viro emiſſum non irritatum, vel ablatum per diſpenſationem peccet lethaliter contrahendo, & prima vice conſummando ſi fuit religionis, & ſemper exigendo ſi fuit caſtitatis, nihilominus tamen facta per ſequentem virum irritatione ante conſummationem matrimonij non peccabit conſummando, & quandocunque facta fuerit irritatio non peccabit exigendo, nec peccabit contra votum caſtitatis fornicando, vel ſoluto matrimonio aliud ineundo, quia votum per irritationem fuit omninò extinctum.

61 Porrò aſſertio, ſeu doctrina *nu.* 58. tradita extenditur, vt vir præſens poſſit validè irritare, etiam vota vxoris ſub priori marito emiſſa cum eius licentia. Ita Sanchez *d. diſp.* 39. *n.* 16. *& d. lib.* 4. *ſum. cap* 27. *nu.* 37. vbi vniuerſaliter docet ſuperiorem æqualem ſuccedentem ei, qui ſubdito vouendi licentiam dedit, poſſe validè irritare votum ex licentia præcedentis emiſſum, & nondum executioni mãdatum, ita vt amplius non reuiuiſcat. Ratio eſt, quia prior maritus, & ſuperior non obſtante licentia vouendi à ſe data poterat validè votum irritare, vt latè probant idem Sanchez *d. lib.* 9. *de matr. diſp.* 40. *per totum. & d. c.* 27. *n.* 9. *&* 11. & Palaus *tr.* 3. *tr.* 15. *diſp.* 2. *p.* 3. De qua te *ſequenti* §. ergo etiam maritus, & quilibet alius ſuperior ſubſequens, cum ſuccedat in eandem poteſtatem prioris mariti, ſeu ſuperioris, à cuius voluntate illud pendebat, obligabátque dum ille non irritaret.

62 An verò ſi abſque iuſta cauſa irritet, peccet, ſicut peccat prior maritus, aut ſuperior, qui licentiam vouendi dedit abſque vlla iuſta cauſa irritans? Maritum enim, & quemlibet ſuperiorem, qui licentiam vouendi vxori, vel ſubdito conceſſit, peccare citra omne dubium eſt, vt latè probat idem Sanchez *d. c.* 27. *nu.* 28. Solum difficultas eſt, an peccet ſolum venialiter, vel mortaliter. Et talem irrationem abſque cauſa ſolùm culpam venialem continere aſſerunt Roſella *V. votum* 3. *n.* 2. Sotus *lib.* 7. *de iuſt. q.* 3. *art.* 1. à Sanchez *d. c.* 27. *n.* 31. *relati.* & Suarez *d. to.* 1. *de relig. de voto lib.* 6. *c.* 4. *ad fin.* idem videtur sẽtire, dũ dicit tatò eſſe lethalem, niſi vel ſcandalũ, vel contemptus grauis intercedat, & Palau *d. p.* 3. *n.* 9. & probabile dicunt Sanch. *d. c.* 27. *num.* 32. & Laymanu *lib.* 4. *cap.* 7. *numero* 18. Eſſe verò culpam mortalem tamquam probabilius aſſerunt Sanchez *dicto numero* 32. *& dicta diſputatione* 40. *num.* 7. Laymann *d. num.* 18. & Doctores magis communiter, quos idem Sanchez *vtroque loco* refert. De qua te *infrà*.

Difficultas ergo eſt, an maritus, & quilibet ſuperior æqualis ſuccedens poſſit licitè irritare votum vxoris, aut ſubditi emiſſum de licentia prioris, proindè ac ſi abſque licentia emiſſum eſſet; an verò peccet ſi abſque iuſta cauſa irritet. Et peccare, & quidem lethaliter aſſerit Sanchez *dicta diſputatione* 41. *num.* 18. Probat *d. num.* 18. *& d. cap* 27. *num* 35. Primò, quia cum ſuccedat in eandem prioris poteſtatem, poteſt ſolum irritare eo pacto, quo prior poterat, prior autem etſi validè irritet abſque cauſa, peccat tamen, & lethaliter iuxta eiuſdem Sanchez ſententiam. Secundò, quia illam obligationem permittendo ſubdito executionem voti contraxit ſuperior non vt perſona priuata, ſed vt ſuperior; ergo illa deriuatur ad eius ſucceſſorem, ſicut deriuantur omnes aliæ obligationes, quas ille rationabiliter in quantum ſuperior contraxiſſet. Confirmatur quia in tantum poteſt ſucceſſor irritare, in quantum votum illud pendebat à voluntate prioris ſuperioris, cui ille ſucceſſit, at ab illa voluntate non pendebat abſolutè, vt licitè fieret, ſed interueniente cauſa iuſta; ergo ſuccedens indiget etiam cauſa iuſta, vt licitè irritet. At idem Sanchez *dicto capite* 27. *numero* 36. *& ſeqq.* cum Petr. Ledeſma 2. *tom. ſumm. tractatu* 10. *capite* 7. *dub vltimo*, & Suarez *dicto libro* 6. *de voto*, *capite* 8. *numero vltimo*. Tenet probabilius eſſe, poſſe ſuperiorem æqualem, vt Prælatum religionis, tutorem, curatorem, maritum, patrem religioſi, pupilli, minoris, & vxoris emiſſum de licentia prioris æqualis, vel patris, aut præcedentis tutoris, vel curatoris, aut prioris mariti irritare abſque cauſa, ita vt non peccet, vel non aliter peccet, quam ſi abſque licentia eſſentia eſſent emiſſa, & ſic abſque peccato attenta ſententia ſuprà *numero* 8. initio relata; & tantum venialiter attenta alia ſententia eodem *numero* 8. poſteriori loco adducta; & ita etiam Palaus *dicta parte* 3. *numero* 10. & Leſſius *libro* 2. *capite* 40. *dub.* 13. *numero* 76. *verſicul. peccabit*. Probat, quia vota hæc non reputantur quaſi tempore ſolutæ poteſtatis emiſſa, & ſic non conditionalia, ſed pendent ex voluntate non ſolius præſentis ſuperioris, ſed etiam ſucceſſoris in eandem poteſtatem, ac proinde non ſolum à præſenti, ſed à ſucceſſore pendent; & cum præſens ſuperior nequeat æqualis ſucceſſoris poteſtati derogare, aut præiudicare, cum par in parem non habeat imperium cap. *innotuit, de electione*; licentia ab eo conceſſa non minuet poteſtatem ſequentis liberam ad irritanda ea vota. Quod confirmatur, quia etſi præcedens ſuperior, eo quod dando vouendi licentiam effectus ſit particeps voti ſubditi coarctauerit ſuam poteſtatem, nec ita liberè, vt antea poſſit id votum irritare; non poteſt tamen ſucceſſoris, qui nulla ratione fuit voti illius particeps, nec aliquam erga Deum obligationem contraxit, poteſtatem liberè irritandi coarctare; ſicut ſi præcedens ſuperior (inquit Sanchez) emiſiſſet votum non irritandi vota illius ſubditi, non poſſet abſque ſacrilega voti violatione irritare, & æqualis ſucceſſor poſſet, vtpotè; qui ſuam poteſtatem non alligauit. Ad primam probationem contrariæ ſententiæ, reſpondet idem Sanchez ex eo, quod poſterior ſuccedat in eandem prioris poteſtatem, non ſequi, vt aliter non poſſit irritare vota, quàm prior non poterat; quia hic ſuam 63

poteſtatem alligauit, non autem prioris. Ad ſecundam negat conſequentiam dicens, ſi aliquid probaret, concluderet etiam nec ſuperiorem maiorem poſſe; quapropter dicit, illud procedere in obligationibus ſolis contractis cum homine iuxta ea, quæ *eodem cap.*27.*n.*22. tradit. Ad confirmationem negat verum eſſe, poſſe irritare ſolum quatenus id votum pendebat à voluntate prioris, ſed quatenus ab illa, & cuiuſcumque altiorem poteſtatem habentis, aut ſucceſſoris in æqualem. Hæc reddunt valdè probabilem hanc poſteriorem ſententiam; etſi prima probatio prioris fortiter vrgeat, & per licentiam à priore ſuperiore vouendi datam, etiam poteſtas ſequentis in poteſtatem eiuſdem prioris ſuccedentis videatur alligata, vt ſine cauſa non debeat votum irritare; Secus autem eſt de voto perſonali non irritandi.

Hac autem poſteriori ſententia ſuppoſita ſequitur, vxorē & ſubditum petentē, præſenti marito, aut ſuperiori irritationem voti de licentia prioris mariti, ſeu ſuperioris æqualis emiſſi non peccare, etſi non habeat iuſtam cauſam petendi, cum maritus, & ſuperior æqualis poſterior poſſit irritare: Intelligitur autem non amplius peccare, quam ſi votum fuiſſet emiſſum abſque licentia. Nam iuxta ſententiam *ſuprà nu.*8. poſteriori loco traditam peccatum veniale eſt, petere abſque vlla cauſa irritationem voti abſque licentia emiſſi Ita Sanchez *d.cap.*27.*n.*38. qui *n* 39. addit, non teneri etiam ſubditum irritationem voti petentem ab ſuperiore maiori, vel æquali exprimere ex alterius licentia emiſſum eſſe, quia nullo iure id exprimere cogitur, nec ad irritationem rationabiliter impediendam confert, nec poteſtatem irritantis minuit.

Hæc de poteſtate mariti præſentis irritandi vota vxoris facta, dum erat priori marito ſubiecta. Maritus an poſſit perfectè irritare vota vxoris ab ea emiſſa, dum impubes erat ſub poteſtate patris, vel tutoris, vel minor ſub cura curatoris.

64 An verò maritus poſſit directè, & perfectè irritare vota vxoris ab ea abſque licentia facta, dum erat ſubiecta patri, vel tutori, vel curatori, ſicut poterat ipſe pater, tutor, vel curator, itaut eorum obligatio omnino extinguatur, ſicut extincta fuiſſet per irritationem patris, & tutoris, vel curatoris? Poſſe enim illa ſuſpendere, quatenus actui coniugali, vel domeſticæ gubernationi eorum executio poteſt officere, nullum eſt dubium.

Sanchez *lib* 9. *de matr. d. diſp* 41.*n.*3. affirmat, & probabile putat Leſſius *lib.*4.*cap.*40.*n* 92. Et huius rei rationem afferunt, quia maritus ſuccedit in locum patris, tutoris, & curatoris ad gubernandam eandem voluntatem mulieris, eiuſque leuitati, & imprudentiæ ſuccurrendum; ergo ſicut votum, quod mulier emiſit eo tempore quo parenti, aut tutori, aut curatori erat ſubiecta, erat dependens ab eorum voluntate, ſeu conſenſu; ita etiam pendet à conſenſu mariti, qui in horum poteſtatem ſuccedit, nam poteſtas prima quaſi continuatur, etſi in diuerſis ſubiectis. Quare ſicut poterat pater, aut tutor ea vota irritare poſt tempus pubertatis; & facta iam puella maiori, ſi in illa ætate non eſſent denuò ratificata, idem dicendum eſt de viro; quia ſuccedit in eandem poteſtatem; & ſicut pater, & tutor perfectè irritat, ita vt ea vota non amplius reuiuiſcant, ita & vir ſuccedens; nec eſt eadem ratio ac de votis emiſſis à muliere ante matrimonium, dum erat ſui iuris nulli ſubiecta, & in ætate pubertatis, vel maioritatis; quia tunc vota à nullius conſenſu pendent; & ius contrarium contingit, quando eſt ſubiecta patri, tutori, vel curatori, vel in ea ætate, vt poſtulet dependere, dum votum emittit. Non obſtat etiam, inquit idem Sanchez *d. diſput.*41. *n.*12. quod non ſit moraliter eadem poteſtas ſuperioris religioſi ſuccedentis; & tutoris patri, vel alteri tutori ſuccedentis, & curatoris patri, vel alteri curatori ſuccedentis, quia etſi, inquit Sanchez, non eſt tanta vnitas moralis poteſtatis inter maritum, & patrem, vel tutorem, ac inter duos Prælatos religioſos, patrem, & tutorem ſibi ſuccedentes; tamen poteſt verè dici eadem poteſtas moraliter, quia ſuccedit in eorum vices ad gubernandam illam voluntatem; & eius actus; quod ait ſufficere in re tam fauorabili imbecillitati fœminæ.

65 Ex quibus ſequitur, ſi puella emiſit votum caſtitatis, aut religionis ante pubertatem, aut realia poſt pubertatem adhuc minor exiſtens, ſcilicet ante 25. annum expletum abſque eorum, quibus ſubiecta erat, licentia, maritum poſſe ea irritare etiam ante conſummatum matrimonium, quia ſtatim per ipſum contractum matrimonij rati ſuccedit in illius poteſtatem. Ita Sanchez *d. diſp.*41. *n.*4. & probabile dicit Leſſius *d. n.*92. Huc idem ex parte docuit Suarez *tom* 2. *de relig. lib.*6. *de voto, cap.*8. *num. vlt.* vbi ait vota emiſſa à puella impubere, dum eſſet ſub patris poteſtate, ſi poſtea malitia ſupplente ætatem, aut ex diſpenſatione Papæ nubat, poſſe intra eandem ætatem pupillarem irritari perfectè à viro ſiue viuente, ſiue mortuo patre; quia vir ſuccedit loco tutoris; non verò poſſe à viro irritari, ſi iam exceſſit annos pubertatis, & pubes facta ſit; ſed ſolum à patre, ſi viuit, quia tunc vir non ſuccedit loco tutoris, nam pubes eſt tutelæ incapax; in quo diſcordat à Sanchez, & Leſſio. Priorem etiam partem dicti ſui confirmat Suarez authoritate D. Auguſtini relata *in can. nouit* 33. *q.*5. ibi: *Ita ſi adhuc innupta conceſſerat pater vota perſoluere, ſi antequam perſoluerit, nupſerit; & viro eius hoc cognitum non placuerit, non perſoluat, & hoc omnino ſine peccato.* Sed ibi D. Auguſtinus loquitur abſolutè tam innupta pubere quam impubere, vt etiam contra eundem Suarez notatunt Sanchez *lib.*4. *ſum. cap.*31. *n.*5. & Fagundez *in decal lib.*2.*cap.*36.*n.*2.

66 Ex dictis etiam iuxta eundem Sanchez *ibidem n.*5. & Leſſium *num.*93. ſi puella carebit patre, vel tutore, vel curatore, cum votum faceret, maritus contracto matrimonio adhuc poterit irritare, modo ipſa tunc temporis cum vouit, & ſibi obligationem impoſuit, fuerit in ea ætate, in qua filiorum vota à parentibus, tutoribus, vel curatoribus reſpectiuè irritari poſſunt. Et ratio iuxta eoſdem eſt, quia toto illo tempore, quo ſecundum leges congruit ei habere tutorem; vel curatorem, votum pendet ab illius voluntate, & conſenſu, ſi contingat illum conſtitui: Maritus autem ſuccedit in eandem poteſtatem, ac proinde etiam ab illius arbitrio pendet: & ita ab eo irritari poteſt; idque tam in hoc caſu, quam in caſu præcedentis numeri, licet votum poſt illam ætatem ratificauerit conſtante iam matrimonio; quia reputatur vt votum conſtante matrimonio emiſſum, ac proinde ſicut votum abſque illius licentia factum, potuit irritari. Ita idem Sanchez *dictis numeris* 4. *&* 5.

67 Idem iuxta eundem Sanchez *dict. diſp.* 41. *num.*10. *&* 11. & Leſſium *dict. cap.*40. *n.*82. *& n.*93. dicendum de aliis, qui patre, vel tutore carentes, tunc votum aliquod emiſerunt, & poſtea alicui magiſtro, vel Domino, aut hero, vel ſuperiori ſubeſſe incipiunt, & gubernantur; ij enim poſſunt vota impuberum ante ſubiectionem, ſeu curam eorum emiſſa, dum carent patre, ac tutore deſtituti irritare iuxta eoſdem Sanchez, & Leſſium *locis citatis*, & etiam Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.*6. *de voto cap.*6. *num.*23. quia ſunt loco patris

&

& tutoris, horumque vicem in hoc gerunt, & impubes ſemper ſub alicuius cura ſit, vel congruat, vt ſit, atque adeo eius vota ſemper habent conditionem imbibitam pendentem ex conſenſu ſuperioris. Hinc Dominus poteſt irritare directè, & perfectè vota ſerui impuberis, & omnia realia puberis minoris 25. annis, & etiam in tempus libertatis emiſſa, quia eſt ei loco tutoris, & curatoris. Ita Sanchez *d. n.* 10. Leſſius *d. n.* 92. & etiam Sayrus *lib. 6. clau. cap.* 10. *n.* 18. *fine.* Secus ſi erat maior; tunc poteſt ſuſpendere ſolum ſibi præiudicantia; vt iidem Sanchez, & Leſſius Similiter ſi Nouitius in ſæculo, vel in Nouitiatu emiſit vota in ea ætate, in qua pater, vel tutor, aut curator potuiſſet ea irritare, ſiue tempore emiſſionis haberet patrem, tutorem, vel curatorem, vel patre, tutore, & curatore careret, eandem poterit Prælatus tempore Nouitiatus, & ante ſolemnem profeſſionem irritare directè, & perfectè; quia in illorum poteſtatem ſuccedit: ita Sanchez *d. n.* 11. & Leſſius *d. n* 93.

68 Ex dictis etiam Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 8. ait, inferri muliere impubere valide nubenti (vel quia malitia ſuppleat ætatem, vel ex Papæ diſpenſatione) & poſt contractum matrimonij rati, ante conſummationem adhuc impubere vouenti caſtitatem, vel religionem abſque præſentis viri licentia poſſe virum directè, & perfectè tale votum irritare; & ſi tunc non irritaret poſſe tranſacta ea ætate quandocumque etiamſi poſt conſummatum matrimonium illud ratificauerit pubes facta; quia tale votum in ea ætate emiſſum poteſt pater, aut tutor irritare etiam tranſacta ætate, & conſequenter idem poterit maritus, qui eius vice fungitur. Et licet Leſſius id non dicat expreſſe, colligitur tamen ex traditis ab eo *toto n* 92. Et ſi dicatur tale votum religionis ante conſummationem ab vxore impubere emiſſum pro tunc implendum eſſe votum exeundi à poteſtate mariti, & ſic non eſſe ab eo irritabile per tradita *ſuprà n.* 28. Reſpondet Sanch. in ea ætate tenera ante pubertatem nullam concedi facultatem vouendi indepēdenter à poteſtate patris vel tutoris; atque adeo ſicut illi poſſent irritare non obſtante hac ratione; ita & maritus in eorum locum ſuccedens. Addit idem Sanchez; quod quamuis tranſacta pupillari ætate illud votum caſtitatis, aut religionis non poſſit pater aut tutor irritare; poterit tamen maritus, ſi tunc quando ratificauit, erat conſummatum matrimonium, quia eſt ac votum conſtante matrimonio factum, vt dictum eſt *n.* 66. Quod iuxta eundem Sanchez & alios Doctores *ſuprà n.* 16. relatos poteſt à viro perfectè irritari. Secus ſi pubes facta ratificauit votum religionis ante conſummatum matrimonium pro tunc implendum; tunc enim maritus non poterit illud irritare ante conſummationem, ſed tantum ſi conſummatio ſequatur iuxta tradita *ſuprà d. n.* 28.

69 Quid verò iuxta hanc ſententiam à *num.* 64. huc uſque explicatam dicendum ſit, ſi vxor ſub poteſtate patris vel tutoris, vel curatoris tunc vouiſſet cum eorum licentia; reſoluendum iuxta tradita *ſuprà n.* 61. 62. & 63.

70 Cæterùm contra doctrinam *n.* 64. *& ſeqq.* ſentiunt idem Sanchez *in ſum. lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 5. *& cap.* 31. *n.* 5. & Fagundez *in decalogum lib.* 2. *cap* 36. *n.* 2. *&* 22. vniuerſaliter enim docent, quod quando poteſtas dominatiua ſubſequens, ſeu ſequentis ſuperioris eſt moraliter diuerſa à prima, ſeu prioris ſuperioris, nequit regulariter irritare propriè, & directè vota tempore prioris ſubiectionis emiſſa, ſed tantum ſuſpendere, quatenus præſenti ſubiectioni præiudicant; Ita quod ceſſante ſubiectione reuiuiſcant, ſicut *ſuprà §. præcedenti* dictum eſt de votis ante ſubiectionem tempore libertatis, & ſui iuris à ſubdito, vel vxore emiſſis.

Quare aiunt votum puellæ impuberis emiſſum, dum erat ſub poteſtate patris, tutoris, aut domini, vel curatoris, non poſſe à viro (etiamſi puella malitia ſupplente ætatem, vel ex Pontificis diſpenſatione ante pubertatem nupſerit) perfectè irritari, ſed tantum ſuſpendi quatenus in præſenti præiudicialia. Item vota impuberis Nouitij emiſſa, dum erat ſubiectus patri, vel tutori, vel in ipſo nouitiatu, non poſſe ante ſolemnem profeſſionem directè, & perfectè irritari. Item votum ſerui impuberis tempore ſubiectionis erga patrem, vel tutorem, & libertatis emiſſum non poſſe à Domino perfectè irritari. Et pariter votum perſonale impuberis ſub patre, aut tutore emiſſum, ſi curator ei detur, non poſſe ab eodem curatore directè, & perfectè irritari. Nam quamuis inquiunt, votum, puellæ, Nouitij, impuberum, & pupilli penderet à voluntate dominatiua patris, tutoris, vel curatoris; tamen poteſtas dominatiua viri, Prælati, domini, & curatoris eſt diuerſa moraliter à dominatiua poteſtate patris, & tutoris &c. Confirmant, quia nec vir reſpectu vxoris etiam impuberis, nec Prælatus reſpectu Nouitij ſui puberis, ſiue impuberis, nec dominus reſpectu ſerui impuberis, nec curator reſpectu pupilli ſunt tutores, nec loco tutoris ſuccedunt, nec officium tutoris exercent. Hinc etiam idem Sanchez *d. cap.* 31. *& cap.* 25 *num.* 84. & Fagundez *locis citatis.* aſſerunt vota emiſſa à puella, vel maſculo impuberibus, ſub nullius poteſtate (puta quia erant deſtituti patre, vel tutore) tempore voti exiſtentibus non poſſe directè, & perfectè irritari, nedum à magiſtro, vel hero, ſed neque à marito; neque à Prælato ante profeſſionem ſolemnem; quia ſunt vota emiſſa ante ſubiectionē erga maritum, & Prælatum, & à perſona ſui iuris tempore emiſſionis, ac proinde nec ratione materiæ, nec ratione voluntatis habuerunt dependentiam à voluntate mariti, aut Prælati, nec maritus, & prælatus ſunt ieuera tutores. Et iuxta eoſdem Sanchez, & Fagundez *locis citatis* (etſi id non expreſſe dicant) ſi puella impubes malitia ſupplente ætatem, vel ex Summi Pontificis diſpenſatione nubat, & ante matrimonij conſummationem emittat votum religionis pro tunc implendum, non poteſt vir id votum irritare.

Quibus tamen non obſtantibus, mihi magis placet doctrina eiuſdem Sanch. & Leſſ. à *n.* 64. *ad* 67. tradita, & ex adductis ad eam confirmandam, non erit difficile productis in contrarium ſatisfacere. 71

§. X.

Vota ab vxore conſtante matrimonio de quacunque materia emiſſa de licentia mariti an maritus poſſit irritare.

Certum eſt maritum, & quemcumque ſuperiorem, cui competit poteſtas dominatiua irritandi vota ſubditorum conceſſam licentiam ad vouendum re integra, ſcilicet antequam vxor, & inferior votum emiſerit poſſe reuocare, vt alijs citatis tradit Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 40. *n.* 13. idque ſiue licentia conceſſa ſit priuatim, ſiue publice, quia tunc nulli eſt ius quæſitum. 72

Difficultas ergo eſt primò de votis iam emiſſis ab vxore de licentia mariti, vel ſemel à marito approbatis, quæ non ſint caſtitatis, vel de materia neceſſaria, ſeu de præcepto, an maritus poſſit illa valide irritare perfectè, ita vt ſoluto matrimonio non reuiuiſcant iuxta ſententiam *n.* 16. traditam aſſerentem vxorem ſubijci viro tamquam capiti quoad materiam, & quoad gubernationem voluntatis; vel ſaltem valide ſuſpendere præiudicialia ſibi, & guber- 73

nationi domeſticæ iuxta ſententiam *num.* 17. poſitam tenentem vxorem ſubijci viro ſolum quoad materiam voto promiſſam.

Ricchardus *in.* 4. *diſt.* 38. *art.* 4. *q.* 3. vniuerſaliter negat ſuperiorem poſſe valide irritare votum ſubditi de eius licentia emiſſum. Et idem docuit in alijs ſuperioribus præter Prælatum religionis, Philiarcus *tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. §. *ſed maior difficultas.* Probat Ricchardus primò, quia vt votum ſubditi ſit abſolutum, & firmum deſideratur tantũ conſẽſus ſuperioris, illo enim accedente iam non eſt amplius pendens, ſed tranſit in abſolutum; tacita enim conditio, quæ inerat voto impleta eſt, ergo manet firmum, & irreuocabile. Secundò, quia licentia ſuperioris tribuit ſubdito dominium, & quaſi poſſeſſionem actionis illius, ad quam eſt data; cum iam virtute illius emiſerit votum, ergo non poteſt ſuperior irritare. Tertiò ſuperior irritando peccat, ergo illi non obediendum. Quartò promiſſio ſubditi de licentia ſuperioris facta homini, & ipſi intimata non poteſt irritari, ergo nec facta Deo. His tamen non obſtantibus:

74 Communiſſima ſententia docet Maritum, & quemcunque alium ſuperiorem Prælatum, patrem, curatorem, vota vxoris, & ſubditi de eius licentia emiſſa, vel ab eo iam ſemel approbata nondum executioni mandata, poſſe valide irritare, ita vt vxor & ſubditus non peccet votum ſic irritatum non ſeruans, nec reuiuiſcant finita viri, aut ſuperioris poteſtate. Ita Caietanus *in ſum. v. votum cap. vltimo ſtatim in principio.* & innumeri alij, quos cumulant Sanchez *d. diſp.* 40. *n.* 4. & 25. & *in ſum. lib.* 4. *cap.* 27. *n.* 9. & 11. & Fagundez *in decal. lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 17. ex Doctoribus *ſuprà n.* 1 *relatis.* Nauarrus *d. cap.* 12. *n.* 61. Azorius *d. cap.* 18. *q.* 6. Sayrus *d. cap.* 10. *n.* 12. & 19. *fine.* Suarez *d. lib.* 6. *de voto cap.* 4. *num.* 19. & *cap.* 8. *num.* 4. & *ſeq.* Sanchez *locis modo citatis*, Fagundez *d. n.* 11. & Leſſius *d. cap.* 40 *dub.* 13. *n.* 76. & *dub.* 15. *n.* 97 Bonacina *d. p.* 7. §. 2. *n.* 15. Filliucius *d. cap.* 5. *n.* 237. Gutdonus *d. q.* 5. *n.* 71. *fine.* Villalobos *d. diff.* 21. *n.* 17. & Laymann *d. cap.* 7. *num.* 14. & ita etiam ſentit Baſilius Pontius *d. c.* 17 *n.* 12. ſi non abſolute concedatur licentia, nec fiat expreſſe, vel tacite promiſſio non reuocandi, ſeu renunciatio iuris ſui ad irritandum; ſed expreſſe, aut implicitè ſolum concedatur prout marito viſum fuerit in futurum. Et colligitur *ex cap.* 30. Numer. ibi, *Si audiens vir tacuerit, & in alterum diem diſtulerit ſententiam, quidquid vouerat, atque promiſerat, reddet: ſi autem contradixerit poſtquam reſciuit, portabit ipſe iniquitatem ipſius.* Vbi quamuis non dicat expreſſe ſcriptura vxorem eſſe culpæ immunem dum viro contradicenti non ſeruat votum; tacitè tamen id ſignificat; vt notauit ibi Caietanus, dum ait culpam vxoris redundare in virum. Et ita intellexerunt eum locum D. Auguſtinus *relatus in can. manifeſtum* 33. *q.* 5. ibi: *Nam cum ad peccatum*, &c. & D. Ambroſius *relatus can. finali eodem q.* 5. ibi: *Etiam ſi viro pœnitente.* Ratio eſt, quia maritus, & ſuperior dando licentiam, vel votum emiſſum approbando non deſinit eſſe ſuperior; nec cenſetur à ſe abdicare dominium illius voluntatis ſubditi, & rei promiſſæ per votum, ac poteſtatem gubernandi, atque adeo præcipiendi, & prohibendi, maxime cum poſtea ob varium euentum poſſit eſſe ſubdito bono vtile votum illud irritari. Quod confirmatur ex traditis *ſuprà cap.* 3 *n.* 92. ſcilicet, quod maritus, & alius ſuperior conſentiens, ſeu dans licentiam vxori, vel ſubdito vouendi, niſi aliud exprimat non cenſetur velle ſibi præiudicare, & renunciare iuri ſuo, ſed tantum vt vxor, ſeu ſubditus vtatur voluntate ſua, & ex parte ſua ſe obliget ad actionem voto promiſſam, licentia enim intelligenda eſt vt quam minimũ noceat concedenti; & talis præſumenda eius intentio (quidquid ſecus videatur ſentire Pontius *loco citato*) dum de contraria non conſtet; & maximè quia illa licentia, ſeu approbatio aliquid operatur, nempe vt votum ſit firmius, cum tunc non poſſit licitè abſque iuſta cauſa irritari, ſed ſic irritans abſque cauſa peccet, & iuxta plures Doctores mortaliter; de quo infrà. Cum ergo ſuperior licentiã vouendi concedendo non abdicet à ſe dominium in voluntatem ſubditi, & poteſtatem gubernandi, quia iuri ſuo nõn renunciat, non facit ſubditum iuris ſui; ſed ſolum concedit illi, vt ex parte ſua ſe obliget, ſemper tamen dependenter à ſuperioris volũtate, & ea conditione imbibita in votũ, *niſi ſuperior contradixerit*, cum ſemper velit manere ſuperior; & ideo ius non abſolute, ſed ſub ea conditione acquiritur Deo. Et licet Suarez *d. cap.* 8. *n.* 7. *fine*, limitet hanc ſententiam in votis impuberum ex licentia patris, vel tutoris emiſſis, vt patet, vel tutor non poſſit poſtea illa irritare ob eam rationem, quod in impuberibus voluntas patris, aut tutoris deſideratur ſolum ob prudentem voti emiſſionem, quæ per vnicam approbationem confirmatur; & ideo amplius non pendet votum à patre, aut tutore, niſi forte in ipſa approbatione manifeſtus error eſſet cõmiſſus, quod, inquit Suarez, eſt per accidens, & incertum. Nihilominus merito hanc limitationem reiicit Sanchez *d. cap.* 27 *num.* 17. Quia etſi prudentia in vouendo ſit radix dominij, quod patet, aut tutor habet in voluntatem impuberis, vt eius vota irritare poſſit; poteſtas tamen hæc non pendet in conſeruari ab ea imprudentia; ſecus non poſſet pater irritare quoties ſapientiſſimorum virorum conſilio impubes voueret. Præterquam quod non apparet cur in ſolo impubere per eam licentiam pater, aut tutor abdicet à ſe dominium, & votum deſinat eſſe quaſi conditionale, cum rationes adductæ pro hac communiſſima ſententia contrarium probent.

Extenditur autem hæc communiſſima ſententia tàm ad vota perſonalia, quàm realia, inter quæ prædallegati Doctores nullam conſtituunt differentiam. Et ratio, & confirmatio adducta idem probat; & in terminis notat etiam Sanchez *d. diſp.* 40. *n.* 5. 75

Extenditur quoque ad vota de licentia mariti, vel ſuperioris emiſſa implenda tempore nõ ſubiectionis: ita in terminis Sanchez *d. cap.* 40. *num.* 5. & Leſſius *d. n.* 76. & conſentiunt alij Doctores (præter Anglem aliud de his votis ſentientem à Sanchez *d. n.* 5. *relatum*) cum hunc caſum non excipiant, ſed generatim loquantur. Manet enim nihilominus ſubditus ſubiectus quoad perſonam, nec per voti emiſſionem eſt eximendus; & cum poſſint maritus, & alij ſuperiores ea vota abſque licentia emiſſa irritare, perinde ac tempore ſubiectionis implenda, vt *ſuprà num* 31. probatum eſt, poterunt etiam illa facta cum licentia irritare, cum maneat eadem mariti, & ſuperioris poteſtas. 76

Extenditur etiam (contra Pontium loco citato) iuxta Sanchez *d. diſp.* 40. *num.* 6. & *lib.* 4. *ſum. d. cap.* 8. *num.* 6. & *d. cap.* 4. *n.* 19. & Villalobos *d. num.* 17. *fine.* Quamuis maritus, ſeu ſuperior dixerit vxori, vel ſubdito, ſe illi concedere facultatem irreuocabilem nam adhuc, inquiunt, erit valida irritatio facta & facultas reuocari poterit, quamuis ſuperior potuerit & voluerit eximere ſubditum à ſua poteſtate quoad illam rem promiſſam. Probat Sanchez *d. diſp.* 40. *eodem n.* 6 Quia adhuc non accepit ſubditus poſſeſſionem, nec dominium exemptionis illius, ſed ſolum habet titulum, quo illam exemptionem comparare poſſit, quando faciet id, quod requiritur, ſcilicet, cum votum exequetur; idem Sanchez *d. cap.* 27 *citato n.* 21. & Suarez *d. cap.* 8. *eodem. n.* 6. De Prælato religioſi reſpectu voti perſonalis, vel realis ſubditi probant, quia Prælatus non poteſt abdicare à ſe dominium voluntatis religioſi, quia hoc repugnat ſtatui 77

tui, & obedientiæ religioſæ; nec poteſt illi concedere liberam adminiſtrationem, & independentem à voluntate ſuperioris, cum id paupertati religioſæ repugnet. Idem ait Sanchez *d.n.* 21. dicendum eſſe de patre reſpectu impuberis. Nam ob eam ætatis imbellicitatem nequit pariter à ſe abdicare curam, & gubernationem voluntatis illius. Idem ibidem ait Sanchez dicendum de marito reſpectu votorum perſonalium vxoris; quia nec maritus poteſt à ſe abdicare poteſtatem gubernandi vxorem, vt etiam Suarez *d. cap.* 4. & Laymann *ſuprà n.* 74. *citato* dicunt. Et idem addit Sanchez, quoad vota realia vxoris, eo quod nequeat bonorum adminiſtrationem vxori concedere maritus independenter à ſua voluntate. Contrarium verò idem Sanchez ibidem docet quoad vota realia puberum, quæ ſola poteſt pater irritare; Et quoad omnia ſeruorum. Quia poteſt pater liberam bonorum adminiſtrationem concedere filio, remittendo ei vſufructum bonorum aduentitiorum *l. cum oportet* C. *de bonis quæ liberis*. Ergo à fortiori poterit illius patris tam amplam licentiam conferre, quam ea verba ſonant. Dominus etiam poteſt omnino donare libertatem ſeruo, & ideo à fortiori circa illam materiam. Addit tamen ibidem Sanchez ex Valentia 2.2. *diſp.*7. *q.*6. *p.*6. *num.*3. quod eſto ſit tranſlatum dominium, poteſt tamen ſuperior ea cauſa iuſta irritare, non tamquam auferendo quod ſuum eſt, ſed quod eſt proprium ſubditi, licet non valeat ſine cauſa.

78 Dixi autem *num.* 94. *initio*. *Nondum executioni mandata*; nam ſi res non ſit integra, ſed iam res voto promiſſa cum licentia ſuperioris fuerit tradita, ſuperior non poſſit reuocare neque licite, neque valide, vt Sanchez *d. diſp.*40. *n.*12. Ante traditionem enim eſt in ſuperiore adhuc poteſtas reuocandi, quia adhuc apud illum manet dominium, ſed facta traditione iam tranſlatum eſt dominium in alterum *l. traditionibus* a. *Cod. de pactis*, ideoque iam caret ſuperior poteſtate reuocandi.

79 Prædictis verò non obſtant fundamenta Ricchardi *ſuprà n.* 93. adducta. Nam ad primum dicitur, vt votum fiat irreuocabile, non ſufficere licentiam vouendi, ſed requiri traditionem. In illo enim voto licet cum licentia facto manet illa tacita conditio, *niſi ſuperior contradixerit*, vt *n.*74. explicatum eſt. Ad ſecundum, ſubditus tantum accepit quaſi poſſeſſionem voti emittendi, & ſe illo obligandi, ac proinde; ſuperior non poteſt efficere, quin fuerit validum, non autem accipit quaſi poſſeſſionem circa rem promiſſam, quouſque illam reddat, & ideo ſuperior valide irritare poteſt. Ad tertium, quando malitia ſe tenet ex parte ipſius rei præceptæ, quia ſcilicet illicita, & iniuſta ſuperior præcipit, non eſt ei obediendum, ſecus quando malitia ſe tenet ex parte ipſius præcipientis, qui non præcipit illicita, & iniuſta, quamuis peccet præcipiens. Multa enim validè fiunt, quæ tamen non licita.

80 Ad tertium fundamentum, quidquid contra ſenſerit Arragon 2.2. *q.*88. *ar.* 8. idem ſentiens de promiſſione facta homini cũ licentia ſuperioris ante rei traditionem, ac de promiſſione facta Deo, reſpondetur promiſſionem homini factam de licentia ſuperioris, & acceptam non poſſe valide reuocari à ſuperiore etiam ante rei traditionem, ſed teneri ſemper ſuperiorem permittere ſubdito, vt impleat: ita Sanch. *d. diſp.*40. *n* 15. *& d. cap.*27. *n.*23. Suarez *d. lib.*6. *de voto cap.* 8. *num.* 1. *fine*. Laymann *d. cap.* 7. *n.*14. *fine*. Villalobos *d. diff.* 11. *num.* 8. & etiam Leſsius *d. cap.* 40. *dub.* 13. *n.* 79. *in reſponſione ad ſecundum, initio*; licet Sanchez, & Laymann illum allegent pro ſententia Arragonis. Ratio diſcriminis inter promiſſionẽ homini factam & votum, ſeu promiſſionem factam Deo, eſt iuxta eoſdem Doctores, quia licet dominium maneat apud ſuperiorem, tamen iam acquiſitum eſt ius homini, cuius vices cum non gerat ſuperior, non poteſt eius ius remittere; at cum gerat vices Dei ad gubernandam ſubditi voluntatem, poteſt remittere ius acquiſitum Deo per votum valide ſemper, & licitè cum iuſta cauſa; & quamuis ſine cauſa illicite remittat, ei tamen obediendum, quia adhuc gerit vices Dei, ſicut confeſſarius valide abſoluens, at peccans mortaliter, gerit vices Dei quatenus abſoluit, quamuis culpa ſua abutatur poteſtate. Confirmatur reſponſio, quia vt inter homines pax, & pactorum firmitas ſeruetur, tam iura, quam conſuetudo paciſcentium cum illius ſubditis, ideo ſuperioris conſenſum requirunt, ne ſuperior deinde reuocare poſſit; nam ſi præſtito conſenſu adhuc poſſet reuocare promiſſionem, nemo auderet contrahere cum ſubditis, & religioſis, quod in eorum graue damnum reſultaret. Addit tamen Sanchez in vtroque loco excuſari à culpa ſubditum non implentem promiſſionem repugnante ſuperiore; quia licet ſuperior peccet, non tenetur ſubditus eo inuito exequi. Dum autem Leſſius *loco citato* ſubdit non poſſe ſubditum repugnante ſuperiore exequi, quod homini ex eiuſdem ſuperioris licentia promiſit, quia traditio rei, & executio à ſuperioris nutu adhuc pendet, videtur repugnare omnino ſibi ipſi; & ideo forte Sanchez & Laymann referunt illum tamquam adhærentem ſententia Aragonis. Quod ſi vxor abſque viri licentia votum, aut iuramentum emiſerit in fauorem tertij, quæ fuerint de materia ſubiecta viri diſpoſitioni, poterit vir illa irritare, cum votum vergat in eius præiudicium; & ideo cum marito non ſolum ſua bona, ſed etiam bona dotalia vxoris ſubiecta ſint *l. doce ancillam*, *Cod. de rei vindicatione*, quodcumque iuramentum de his bonis diſponens ab vxore factum poterit à viro irritari. Ita poſt alios Sanchez *in ſum. lib* 3. *cap.*20. *n* 3. & Caſtrus palaus *tom.*3. *tract.*14. *diſp.* 3 *punct.* 2. *num* 1. *verſic. Quartò vir.*

Taciturnitas ſuperioris ſcientis votum ſubditi an inducat illius approbationem, & efficiat, vt cenſeatur de eius licentia factum, & an in licentia donandi, vel faciendi cenſeatur comprehenſa licentia vouendi.

81 Sed cum *n.*64: in propoſitione illius communiſſimæ ſententiæ dictum ſit, maritum, & quemlibet ſuperiorem votum à ſubdito abſque eius licentia emiſſum, & poſtea ab illo approbatum, poſſe validè irritare, & vt *infrà* poſt *num.*83. oſtenditur, licet ſuperior votum ſubditi ex eius licentia factum, vel ab eo approbatum validè irritare poſſit ſemper, peccet tamen ſine vlla iuſta cauſa, declarandum eſt, quandonam cenſeatur facta approbatio, itaut cenſeatur votum ac de licentia ſuperioris emiſſum; vbi non adeſt expreſſus conſenſus; an nimirum ſufficiat taciturnitas, & diſſimulatio, vt ſi maritus, ſeu ſuperior ſciuit certò, & clarè votum ab vxore, vel ſubdito emiſſum, & non contradixit, ſed tacuit, an iſta taciturnitas cenſeatur conſenſus, & licentia votum approbans: Et videtur approbatio, quia tacens tacite conſentit. Et ita affirmant aliqui à Sanchez *d. diſp.*40. *n.*9. *relati*; qui etiam fundantur in illis verbis *cap.* 30. Numerorum *ſuprà d. n* 64. *relatis*, vbi videtur requiri, quod maritus ſtatim contradicat; nam ſi ſtatim non contradixerit, & vſque in aliam diem diſtulerit, cenſetur ita conſentire, vt ſine peccato retractare, & voti executionem impedire nequeat. Verùm cum in ſibi præiudicialibus tacens non cenſeatur conſentire *reg. qui tacet. de reg. iur. in* 6. non obſtante taciturnitate

poterit

poterit maritus, & ſuperior adhuc irritare tanquam votum abſque illius licentia emiſſum. Poteſtas enim irritandi eſt actus dominij. Domino autem licet vti, vel non vti re dum voluerit. Et ita docent Sanchez *d. diſp.* 40. *num.* 10. Suarez *d. cap* 4. *n.* 29. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *num.* 77. & Villalobos *d. diff.* 21. *n.* 7. Nec obſtat illa lex Numerorum *cap.* 30. quæ quoad illam partem de non differenda contradictione in aliam diem fuit cæremonialis, & iam ceſſauit vt tradunt iidem Doctores, & alij à Sanchez ibidem relati. Notat autem Suarez *d. num.* 19. quod ſi materia voti non cadat poſitiuè in præiudicium viri tacentis, ſed pertineat, ſolum ad debitam ſubordinationem, & gubernationem, vel bonum animæ vxoris, de quo non conſtet cadere in præiudicium mariti, tunc taciturnitas ſufficit ad præſumptionem, vt poſſit vxor licitè exequi votum; imo, & debeat, ſi tempus obligationis inſtet.

82 Addit etiam Sanchez, & eum ſequitur Villalobos *loco citato.* Caſtrus Palaus *d p.* 3. *num.* 15. & Leſſius *lib.* 2. *cap* 49. *num.* 78. quod ſi dum ſuperior tacuit, reuera internum conſenſum habuit approbandi votum, voluitque ratificare votum, & non ſolum pro tunc impedire eius executionem, id ſufficere, vt votum cenſeatur, & dicatur de licentia, & conſenſu ſuperioris factum; ac proinde non poſſe licitè abſque cauſa irritari. Mouetur, quia votum illud ſubditi ideo firmum non eſt, ſed ad placitum ſuperioris reuocabile, quia habet tacitam conditionem, ſi ſuperior conſcius conſenſerit, vel non contradixerit, vt ſupra §. 1. dictum eſt, ergo accedente conſenſu ſuperioris etiam poſt votum factum firmum redditur votum, ſicut contractus conditionalis impleta conditione *l. potior initio ff. qui potiores in pignore habeantur.* Neque obſtat (inquit Sanchez, & poſt eum Palaus) conſenſum ſuperioris internum eſſe; tum quia exprimitur ſigno externo, nempe illa taciturnitate; nam licet taciturnitas, & diſſimulatio in præiudicialibus non ſit indicium ſufficiens conſenſus; tamen hæc taciturnitas iuncto interno conſenſu facit actum validum, & firmum, nam concurrentibus contrariis præſumptionibus in eodem actu, illa, quæ facit valere actum eſt potior, & præferenda, vt Mænochius *de arbitrar. caſu* 472. *n.* 2. *de præſumpt. lib* 1. *q.* 19. tum quia cum votum illud habuerit omnimodam firmitatem ex parte ſubditi, ipſumque ſtatim obligauerit, & ſolum ius ſuperioris maneat illæſum, vt ad libitum reuocare poſſit, non requiritur notum fieri eius conſenſum ſubdito, ſed ſatis eſt, Deo ſit cognitus. Nullum enim pactum conſenſu ſuperioris initur cum ſubdito, ſed Deo manet obligatus ad non reuocandum, ſicut ſi ſuperior interne votum faceret non irritandi; teneretur non irritare. Ita Sanchez ibi. Hæc tamen doctrina non caret difficultate, & videri poteſt dictum conſenſum internum vouenti non manifeſtatum non ſufficere, vt votum cenſeatur verè approbatum, & dicatur de licentia ſuperioris factum, approbatio enim, ſeu licentia directè reſpicit ipſum vouentem, ad ipſumque immediate ordinatur, quatenus vouens eſt, non verò reſpicit directè Deū, neq; ad Deum immediate ordinatur; licet data licentia, vel ſequuta approbatione ſuperior obligetur Deo ad non irritandum votum abſque iuſta cauſa; at non poteſt reſpicere vouentem, neque ad ipſum ordinari, niſi exterius exprimatur, & eidem vouenti innoteſcat aliquo ſigno exteriori, cum homines adinuicem non ordinentur, & communicent, niſi per voces, & ſigna externa, vt *t.* 3. *mor. var. tit.* 2. *n.* 184. latè probaui. Taciturnitas autē, & ſimulatio illa non eſt ſufficiens ſignū externū interni conſenſus, vt idem Sanch. fatetur, cū de ſe ſit indifferēs, & in præiudicialibus, vt eſt præſens materia nunquam eſt indicium ſufficiens conſenſus; vnde non eſt admittenda præſumptio pro firmitate actus contra tacentem. Et alioqui per taciturnitatem poſt notitiam voti ſemper cenſeretur votum approbatum contra tradita *num. præcedenti.* Conſenſus ergo ille non obſtante taciturnitate manet verè, & totaliter internus, & inſufficiens ad probationem. Et confirmatur, quia conſenſus, vt aliquid inter homines, ſeu erga hominem operetur, debet eſſe humanus, non eſt autē humanus, niſi aliquo ſigno externo manifeſtetur, ſeu innoteſcat ei, ad quem dirigitur, vt latè oſtendi *d. tit.* 2. *allegato n.* 184. *cum pluribus ſeqq.* Si autem ſuperior faceret votum non irritandi votum à ſubdito ex eius, vel cum eius licentia factū, teneretur nō irritare, quia Deo actibus mere internis ad Deum ordinamur, ipſique obligamur. His tamen nō obſtātibus valde probabilis eſt ſententia Sanchez, & aliorum quod non ſit neceſſe conſenſum ſuperioris in votum innoteſcere ſubdito; tum quia non requiritur acceptatio ſubditi ad voti confirmationem, ſicut in promiſſione, & donatione, & contractibus, tum quia idem conſenſus videtur primario reſpicere Deum, cuius acquiritur; ſicut ſi Titij ſubditus Seio aliquid promitti ſub beneplacito Titij, & Titius Seio clam inſinuet ſibi placere, Titius obligabitur, nec poterit reuocare. Cæterum ſi Superior fictè conſentiat exterius concedens, & interius contradicens non confirmabitur votum, ſed poſteà libere poterit irritare, vt Leſſius *vbi ſuprà.* Si etiam ſuperior voti conſcius conſentit in corpus, præſumitur conſentire in obligationem voti, inquit Leſſius *d n.* 78. quia ideo videtur conſentire, vt ſubditus votum impleat, ſi tamen per hoc non intenderet approbare votum, non confirmaretur, vt idem Leſſius.

Verum animaduertendum eſt etiam quod idem Sanchez *d. n.* 10. poſt medium, & Leſſius *d. n* 78. tradunt, nempe, quod ſi ſubditus obtenta licentia aliquid faciendi, vel donandi, voueat id facturum; non cenſeri votum factum de licentia ſuperioris, atque adeo pro libito, & abſque vlla cauſa poſſe tale votum ab eo irritari. Diuerſa enim ſunt facultas donandi & facultas vouendi, & hæc in illa non cenſetur comprehenſa, & tam longe difficilius concederet ſuperior ſubdito licentiam ieiunandi ſimpliciter, & ſeorſim abſque vlla obligatione, quia hoc non eſt grauamen ſubdito, ſed poteſt libere omittere ieiunium; nec ſuperiori, qui poteſt liberè licentiam reuocare; illud autem eſt grauamen, cum ſubditum libertate omittendi, ſuperiorem libertate irritandi pro libito priuet; licentia vero præſumitur conceſſa, vt quam minimum præiudicet, vt dictum eſt *n.* 74. Neque obſtat, cum datur ſubdito licentia donandi homini, cenſeri datam etiam licentiam promittendi, & ita ſi ille eidem homini promitteret donaturum, cenſeretur promiſiſſe de licentia ſuperioris. Nam promiſſio, & pactum contrahendi inter homines, vt plurimum tanquam quid præambulum, & diſpoſitio præcedit ipſum contractum diſtractionis & ideo ſuperior dans licentiam celebrandi diſtractionem, cenſetur etiam dediſſe licentiam ad promiſſionem illius diſtractus, iuxta text. *in l. oratio* 16. *de ſponſalibus*, vbi concedens licentiam contrahendi nuptias cenſetur dare celebrandi ſponſalia, votum vero dandi, vel faciendi non eſt præambulum, ſeu via, & diſpoſitio, ac initium ipſius operis, vel contractus dandi, ſed alterius ordinis; ac proinde non includitur in ea licentia. Poterit ergo tale votum pro libito, & abſque cauſa, tanquam factum abſque eius licentia irritari. 83

Verum

Digitized by Google

Vtrum maritus, & quiuis ſuperior, qui ſubdito dedit licentiam vouendi, vel votum ab eo emiſſum approbauit, poſſit illud licite irritare, eiúſve executionem impedire, an verò irritando peccet, & an venialiter, vel mortaliter.

84 Difficultas ſecunda, an maritus, & quiuis ſuperior, qui vouendi licentiam conceſſit, vel votum iam emiſſum approbauit vel ſimpliciter, vel pro determinato actu vel tempore, peccet illud irritans ſimpliciter vel quoad illum actum, vel pro tempore, quando votum nondum eſt impletum. Dixi, *vel ſimpliciter, vel,* &c. Nam ſi maritus, aut ſuperior non abſoluè, aut ſimpliciter conceſſit licentiam, vel approbauit, ſed pro determinato actu, vel pro determinato tempore, vel vſque ad beneplacitum ſuum, licet tunc ſeruandum ſit votum pro illo actu, vel pro eo tempore, vel quamdiu non reuocerit. Nihilominus certum eſt maritum, ſeu ſuperiorem poſſe licitè facto illo actu, vel tranſacto eo tempore præſcripto, vel quandiu libuerit, ſeu voluerit, ſi licentia fuit ad beneplacitum, licitè reuocare votum. Ita Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto cap 4. num. 21. & cap. 8. n. 7.* Sanchez *in ſum. lib 4. cap. 27. num. 25.* & Trullench *in decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 30. num 6 fine.* Et Ratio eſt, quia licentia, & approbatio non fuit abſoluta, ſed pendens ab illo actu, tempore, & beneplacito (ſicut enim ſuperior licitè poteſt negare abſolutè licentiam, vel irritare ſtatim votum totum, ita poteſt honeſtè ex parte concedere licentiam, vel approbare, vel ex parte irritare, vel ad certum tempus concedere, & pro vlteriori deliberationem differre) ergo peracto actu, vel finitó tempore, aut ceſſante beneplacito iuſtè, & abſque voti emiſſi iniuria poterit votum illud irritari, quia licentia, & approbatio ad tempus illud, illo expleto reuocari poteſt cap. *chariſſimus, de conuerſ. coniug.* ceſſat ex limitatione temporis. Addit Suarez *d. n. 9.* ſi licentia, ſeu approbatio detur indefinitè, vt ad ieiunandum in heddomada, facilius poterit reuocari pro aliquibus diebus nonobſtante voto, quia tunc ſuperior non reuocat facultatem priorem, quia non pro eodem tempore illam negat; ſed ſolum adhibet terminum, qui fuerat ſine determinatione relictus. Quam tamen additionem Sanchez *d. cap 27. num. 26.* reprobat ex eo, quod votum ieiunandi, aut orandi ſemel in hebdomada nullo præfinito tempore, eſt perpetuum, alioqui ipſemet vouens poſſet poſtea præfigere terminum; ergo ſimiliter licentia ad id votum conceſſa fuit perpetua. Licentia enim ad actum aliquem faciendum accommodatur illi, & durat toto actus tempore; vt licentia ieiunandi aduentu, durat toto aduentu. Quapropter cum tunc verè irritatur votum pro tempore, pro quo ex ſuperioris licentia emiſſum eſt, vel approbatum, erit neceſſaria iuſta cauſa, vt reuocatio ſit licita; ſuppoſito quod cauſa aliqua iuſta requiratur, vt ſuperior honeſtè reuocet licentiam datam ad vouendum, vt mox.

85 Igitur quoad præfatam difficultatem, etſi Suarez *d. cap. 8. n. 8* refert aliquos dixiſſe hanc irritationem poſſe per ſe fieri abſque vllo peccato nulla interueniente cauſa; quia ſuperior dando licentiam non contraxit ſpecialem obligationem non retractandi illam, quia neque hoc vouit, neque [illegible]miſit; & quia in ipſa licentia vel voti approbati[illegible] ſubintelligitur conditio ſeu limitatio vſque ad beneplacitum concedentis. Nihilominus tamen hac in re DD. communiter conueniunt eſſe peccatum, ſi ſuperior abſque vlla cauſa iuſta licentiam ſeu approbationem reuocet, & votum irritet, ſeu eius executionem impediat. Ita Suarez *dict. cap. 4. num. 22. & dict. cap 8. n. 9.* Sanchez *d. cap. 27. num. 28. & lib. 9. de matr. d. diſp. 40. num. 7.* quibus in locis alios latè cumulat, & omnes alij Doctores, qui tribus numeris ſequentibus allegantur. Et colligitur manifeſte ex *d. cap. 30.* Numerorum illis verbis *ſuprà n. 74 adductis*, in quibus de viro irritante votum vxoris ab eo approbatum dicitur, *quod portabit iniquitatem eius*, id eſt *pœnam ſoluet pro voti illius tranſgreſſione.* vt ibi Lyra, & Vatablus, & Abulenſis *quæſt. 43 ad finem* Et ratio eſt, quia talis reuocatio, & voti irritatio eſt aliqua irreuerentia Dei, & quaſi contemptus voti, cui cooperatus eſt, cuiuſque materiam quantum eſt ex ſe videtur obtuliſſe Deo, qui licentiam faciendi votum dedit, aut illud confirmauit; Nam ſicut ſuperior dans ſubdito licentiam promittendi aliquid homini, cooperatur illi obligationi, & quaſi offert rem illam ei homini, ita dans licentiam promittendi Deo, quantum eſt ex ſe, offert Deo materiam illius voti, & ad illud cooperatur; & ideo non ita facile debet reuocare, & abſque cauſa vlla iuſta, & ſi reuocet, eſt irreuerens Deo & contemptor voti, in illudque peccat.

Præterea conueniunt Doctores, licitam eſſe licentiæ reuocationem, & voti irritationem, ſi adſit 86
id faciendi iuſta cauſa. Ita Suarez *locis allegatis*, Sanchez *d. cap. 27. n. 29. & 30. & d. diſp. 40. n 7.* Leſſius *d. cap. 40. num. 36.* Villalobos *d. diff. 21 n. 19.* Caſtrus Palaus *d p. 3. n 11.* Sayrus *lib. 6. cap. 10. num. 12.* alij *infrà citati*, & alij, quos *d. n. 29. late* refert Sanchez. Qui rationem addunt, nempe, quia cum prudens licentiæ conceſſio hunc actum exceptum poſtulet, videtur ea licentia habere tacitam conditionem, niſi cauſa iuſta illius reuocandæ occurrat. Quæ autem cauſa ſit ſufficiens, vt is ſuperior, qui dedit licentia vouendi, illam poſſit licite reuocare, & votum irritare, licet relinquatur prudentis arbitrio; Nihilominus iuxta Sanchez *d. n. 30.* Sanchez *d. cap. 8. d. n. 9.* & Palaus *d. n. 11.* debet eſſe grauior, quàm requiratur ad irritationem licitam voti emiſſi abſque licentia ſuppoſita ſententia *ſuprà num. 8.* adducta, quod etiam vt hæc irritatio fiat ſine peccato, debeat adeſſe aliqua iuſta cauſa irritandi. Debet etiam iuxta Suarez eſſe grauior, quam ſuiſſet in principio ſufficiens ad denegandam licentiam. Non tamen requiritur æqua cauſa, ac ad diſpenſationem, vt iidem Sanchez. & Palaus docent, quia diſpenſatio abſque cauſa nulla eſt, vt dictum eſt *ſuprà num. 7.* ſecus irritatio, vt *d. n. 7. & 94.* probatum eſt.

Quod ergo controuertitur inter Doctores eſt, an 87
ſuperior abſque vlla cauſa reuocans licentiam, aut approbationem conceſſam, votumque irritans, vel impediens eius executionem peccet mortaliter, an tantum venialiter.

Communis ſententia affirmat peccare mortaliter, ſi materia voti ſit grauis; hocque peccatum reduci ad ſacrilegium contra votum, ſeu tranſgreſſionis voti; quod ex genere ſuo eſt mortale: Et veniale ſolum ex leuitate materiæ voti. Ita Caietanus, Arragon. Angles, Vega, Lopez, Flamma, Conradus, P. Ledeſma, à Sanchez *d. diſp. 40. num. 9. & d. cap. 29. n. 32. relati.* & ex Doctoribus *ſuprà num. 1. relatis* Nauarrus *in ſum. cap. 12. n. 61. & 73.* Graffius *p. 1. lib. 2 cap. 29. fine & p. 2. lib. 2. cap. 12. nu. 27.* Sayrus *lib. 6. clau cap. 10. num. 12.* Sanchez *locis modo citatis.* Leſſius *lib 2. cap. 40. dub. 13. num. 36. verſic. peccabit tamen & dubit. 15. num. 95. fine:* Villalobos *tract. 34. diff. 21. num. 19.* Laymann *lib. 4. tr. 4. cap. 7. n. 18.* & probabilius cenſet etiam Trullench *lib. 2. cap. 2. dub. 30. n. 9.* Probatur primo ex *allegato c. 30. Numerorum*, vbi de viro irritante votum ab vxore de eius licentia emiſſum dicitur, *quod portabit ipſe iniquitatem eius*, id eſt viro imputabitur violatio voti, & pœna, non mulieri; quæ cum appelletur iniquitas, non poteſt intelligi de culpa veniali, ſed de mortali. Et

ſi

ſi dicatur, ibi non ſumi iniquitatem formaliter, ſed materialiter, ſcilicet ipſam non obſeruationem voti, cum vxor verè peccatum non committat non obſeruando votum à viro impedita. Contra vrget Sanchez *d.num.*32. tum quia eſt ſenſus impropriuſ; quia non eſt propriè, quæ talis eſt materialiter; nec etiam dicitur culpa materialiter, vbi nullum eſt præceptum, ſed vbi veri præcepti tranſgreſſio excuſata culpa formali per ignorantiam inculpabilem; tum quia culpæ materiali nulla debetur pœna tranſgreſſionis præcepti. Quare ſenſus eius loci eſt, culpa, & pœna, quæ contractura erat vxor violans id votum non facta irritatione, imputabitur viro, qui cauſa fuit irritando illicitè votum; ſicut quando ruſticus conſulto viro init contractum iniuſtum excuſatur à culpa ratione inuincibilis ignorantiæ, at ea culpa, quam ipſe aliàs erat contracturus, redundat in malum conſulentem. Probatur ſecundò, ratione *ſuprà n.* 85. adducta. Etſi enim materia maneat viro, & ſuperiori ſubiecta, & in eius poteſtate, ſeu dominio, tamen cum ipſe per conſenſum factus ſit particeps voti, cuius materia ipſo conſentiente eſt Deo obligata, & ab eodem quaſi oblata tenetur ex vi voti non impedire ne offeratur, promiſſione impleatur; ac proinde ſi impediat cenſetur tanquam tranſgreſſor voti, atque adeo ſi votum ſit de materia graui, peccat mortaliter abſque cauſa iuſta impediens.

88 At non eſſe mortale peccatum, ſed tantum veniale abſque vlla iuſta cauſa reuocare licentiam vouendi, vel approbationem voti, illudque irritare ſecluſo ſcandalo, & contemptu aſſerunt Roſella, & Sotus *locis ſuprà n,* 62. *relatis.* Suarez *d. lib.* 6. *de voto cap.* 4. *fine.* Filliucius *tract.* 26 *cap.* 8 *n* 230. Palaus *d.p* 3. *num.*9. & probabile dicunt Sanchez *d.cap.*27. *allegato num.* 32. *initio*, Laymann, & Trullench *locis citatis.* Probant quia hæc reuocatio, & irritatio non eſt contra iuſtitiam, cum ſuperior vtatur iure ſuo, quod non amiſit propter licentiam datam, vt probatum eſt *ſuprà num.* 74. ideoque valida eſt, vt eodem *num.* 74 oſtenſum eſt. Neque eſt contra religionem, quia ſuperior non vouit, & ſic nullum votum violat; nec eſt cauſa violationis eius; quia cùm auferat per irritationem votum illud, non retinet vim obligandi, & ſic vouens non violat illud, quare ſolum eſt cauſa, vt votum non ſit, vel non obliget, quod non eſt tam graue, vt ſit culpa mortalis. Vnde non eſt ſimile de viro iniuſtè impediente vxorem, ne audiat ſacrum in die feſto, nam tunc manet præcepti obligatio, ideò impediendo peccat mortaliter. Et ſi dicatur eſſe peccatum contra fidelitatem, admittit Palaus, ſed dicit fidelitatem per ſe iuxta probabilem ſententiam ad culpam tantum venialem obligare. Imò addit hoc peccatum infidelitatis excuſari poſſe ſi ipſe, cui data eſt facultas vouendi, & promiſſio facta de ea non reuocanda cedat, & conſentiat reuocationi. Vnde concludit, quod ſola malitia videtur conſiſtere in quadam leuitate, & inconſtantia animi, quà rem, vel perſonam Deo dicatam abſque vlla cauſa à dedicatione retrahit, & à via perfectionis excludit. Quod cum non fiat per vſum ſuæ poteſtatis dominatiuæ, non videtur grauem culpam continere. Ad locum autem 30. *Numerorum* aiunt, vel ibi accipi iniquitatem materialiter modo explicato; vel illam legem in hac parte fuiſſe cæremonialem, ac proinde ceſſaſſe. Hæc reddunt probabilem hanc ſententiam; ſed probabiliorem puto alteram ſententiam ob rationem pro ea adductam, quæ probat eſſe ſacrilegium contra votum talem reuocationem, & irritationem.

89 Etſi autem Fonſeca in annotatione ad marginem Caietani *d. cap.*30. *Numerorum* ad finem dicit teneri ſuperiorem implere votum ſubditi ex ſua licentia emiſſum abſque cauſa irritatum. Hoc tamen dictum minus verum eſt, vt notauit Sanchez *d.cap.*27. *num.*33. *& dict.diſp.*40. *num.*8. addens nec teneri ſuperiorem concedere licentiam ad illud implendum, neque ea conceſſa teneri ſubditum implere; quia cum illud votū per irritationem penitus caſſatum, & ablatū ſit, nec iterum conſenſu ſolius ſuperioris reuiuiſcere poſſit, niſi denuo emittatur à ſubdito, nulla obligatione poteſt afficere ſubditum, aut ſuperiorem. Qui tunc ſolum teneretur licentiam voti exequendi concedere, quando illud non irritaſſet, ſed ſolum obligationem ſuſpendiſſet abſque iuſta cauſa.

Ex dictis autem *num.*87. *&* 88. infertur vxorem, & ſubditum petentem ab eo irritationem voti ex licentia mariti, vel ſuperioris emiſſi certo ſcientem nullam ſubeſſe iuſtam cauſam irritandi, taliter peccaturum, ſcilicet, mortaliter, vel venialiter, qualiter peccaret maritus, aut ſuperior irritans iuxta præfatas duas opiniones iiſdem numeris relatas; ſi autem ſubditus dubius ſit de ſufficientia cauſæ, illam proponeret ſuperiori capaci diſcernendi, an iuſta ſit, excuſatur ab omni culpa, ſi ſuperior non ſit capax (vt facilè contingit in viro, Domino, patre, tutore, curatore, qui ſæpè aut ruſtici, aut ignari ſunt) conſulendus eſt vir doctus. Ita Sanchez *d.c.*27. *n.*34. & Villalobos *d.n.*19. 90

Aduertendum etiam ſubditum irritationem voti emiſſi de ſuperioris licentia petentem ab eodem ſuperiore, ſi credat, vel dubius ſit, an ſuperior ſit memor licentiæ à ſe conceſſæ, teneri illum admonere, ſeu illi per ſe, ſeu per alium exprimere licentiam ab eo habitam ad vouendum; quia licentia illa retrahet ſuperiorem à facili irritatione; & coget maturè conſiderare cauſam, cum propter licentiam conceſſam ſit minus liber ad licitam irritationem. Ita Sanchez *dict. diſput.*40. *num.*39. addens non eſſe opus expreſſione licentiæ ſi iuſta cauſa proponeretur, cum ob id ſolum illa expreſſio ſit neceſſaria. 91

Quid verò quando irritatio voti de licentia mariti, vel ſuperioris præcedentis petitur à marito poſteriori, & ſubſequenti ſuperiore maiori, vel æquali, explicatum eſt *ſuprà n.*63 *fine.*

An votum abſolutum caſtitatis, & de rebus neceſſariis, v.g. non furandi, &c. de licentia mariti emiſſum poſſit maritus validè irritare.

Difficultas tertia, an votum caſtitatis ab vxore conſtante matrimonio emiſſum de licentia viri, & pariter iuramentum caſtitatis Deo præſtitum de licentia eiuſdem viri poſſit vir validè irritare; & ſimiliter an poſſit validè irritare votum vxoris de materia præcepta, & neceſſaria, vt non furandi, &c. cum ſimili licentia emiſſum. 92

Difficultas ſolum procedit attenta ſententia *ſuprà num.* 16. tradita, quod vxor ſit ſubiecta viro quoad gubernationem perſonæ, & voluntatis, ſicut filius impubes eſt ſubiectus patri, & tutori; & non ſolum ratione materiæ; nam attenta altera ſententia *num.*17. tradita, quod ſit illi ſubiecta tantum ratione materiæ, & quod vir non queat irritare niſi vota vxoris ſibi, vel domeſticæ gubernationi præiudicantia, [illegible]tar ex traditis *d. num.*19. *& num.*24. non poſſe nec licitè, nec validè irritari.

Suppoſita vero priori ſententia adhuc maritum non poſſe validè irritare votum abſolutum, & omnimodæ caſtitatis vxoris de eius licentia abſolutè conceſſa emiſſum ſentiunt D. Thomas 4. *diſt.*32. *in expoſitione literæ ibid.* D. Bonauentura *num.* 4. Richardus

dus, Paludanus, Gratianus, Torrecremata, Adrianus, Ioannes de Friburgo. D. Antoninus, Roſella, Tabiena, Syluester, Summa Piſana, Philiarcus, & Manuel à Sanchez *de matrim lib. 9. d. diſp* 40. *num.* 16. & à Fagundez *in decal. lib. 2. cap. 37. num* 11. *relati*; Nauarrus *in man. d. c. 12. n. 61. circa finem.* Reginaldus *lib. 18. n.* 313. & Laymann *prællegato c. 7. nu* 15. & ita oportet ſentiant Coninch, & Baſilius Pontius *locis ſuprà cap. 3. n. 94. relatis* aſſerentes coniugem, qui alteri conceſſit licentiam vouendi caſtitatem abſolutè, & ſimpliciter, cenſeri renunciaſſe iuri ſuo, cum caſtitas abſoluta ſeruari nõ poſſit cum debiti redditione, & ita non poſſe petere debitum, nec etiam alterum teneri ei petenti reddere; neque poſſe abſque voti violatione; & idem iidem Doctores ſentiunt de voto de rebus neceſſariis. Probatur ergo primò hæc ſententia quoad votum caſtitatis, quia vir concedendo talem licentiam voti abſolutæ, & omnimodæ caſtitatis emittendi renunciauit iuri ſuo; ergo non poteſt amplius illud irritare, neque quoad petitionem, neque quoad redditionem debiti. Secundò probatur, quoad votum caſtitatis, & votum de rebus neceſſariis. Nam ideo vir alia varia vota, præter hæc, de ſua licentia emiſſa poteſt validè irritare, quia materia voti manet ſub poteſtate, & dominio viri, & ſuperioris, quo non priuatur etiamſi vir licentiam ad vouendum vxori, & ſuperior ſubdito concedat, vt *numero* 84. probatum eſt; & ita cum poſſit prohibere materiam promiſſam, poteſt tollere obligationem ab vxore, vel ſubdito per votum contractam. At materia voti caſtitatis, & non petendi debitum non eſt ſubiecta viro, cum quoad vſum coniugij vir, & vxor ſint pares, virque non habeat poteſtatem gubernatiuam; nec maius ius in vxorem, quam ipſa in virum. Similiter materia voti rei de præcepto, & neceſſariæ non eſt ſubiecta ſuperiori, ſed ſoli Deo; vnde ſuperior, & ſubditus quoad hanc materiam ſunt pares; quare ex conſequenti neque maritus votum vxoris caſtitatis de eius licentia abſolutæ emiſſum, nec vllus ſuperior votum ſubditi de rebus neceſſariis ex licentia emiſſi poterit validè irritare, cum illorum materia non ſit ſub illius dominio. Si dicatur poſſe irritare ratione nouæ obligationis, in quantum vir, vel ſuperior poteſtatem habet in illum actum liberum, per quem fuit inducta. Reſpondetur id non obſtare, quia iam actus ille liber eſt traditus, & conſecratus Deo ex ipſius viri, ſeu ſuperioris conſenſu; ac proindè non manet amplius ſub eius poteſtate. Denique quoad votum caſtitatis probatur ex Diuo Ambroſio *lib. de Paradiſo cap.* 7. & refertur *cap. fin.* 33. *quæſt.* 5. ibi; *Vota vero continentiæ ita alterius permiſſu ab altero valent offerri, quod poſt promiſſionem non valent in irritum deduci.*

93 At probabilius eſt, ſicut alia omnia vota, ita etiam votum prædictum caſtitatis abſolutum, & votum de rebus neceſſariis non furandi, non mentiendi, &c. de licentia viri, vel ſuperioris emiſſum ab illis poſſe validè irritari. Ita Panormitanus, Sotus, Palacios, Stunica, B. Ledeſma, Arragon, Vega à Sanchez *dicta diſputatione* 40. *numero* 17. & à Fagundez *dicto capite* 37. *numero* 12. *relati.* idem Sanchez *ibidem, & in ſumm. libro* 4. *dicto capite* 34. *numero* 11. Fagundez *dict num.* 12. Villalobos *tractat* 34. *diff.* 21. Leſſius *lib.* 2. *dicto capite* 40. *dub.* 15 *numero* 95. & Trullench *dicto libro* 2. *cap.* 2. *dub.* 13. *numero* 6. Probatur ea traditis *ſuprà cap.* 3. *numero* 92. *& hoc cap. numero* 84. ſcilicet, quia vir, vel ſuperior conſentiendo, vt vxor, vel ſubditus voueat caſtitatem, vel non mentiendi, non cenſetur cedere iuri ſuo, nec ſibi velle præiudicare, niſi id explicet; & conſequenter retinet dominium ſuum, & poteſtatem irritandi, ac ſi non fuiſſet conceſſa illa licentia; quæ etiam hoc non obſtante aliquid operatur, nempe, vt votum ſit firmius, cum vir, & ſuperior, qui dedit licentiam, ſine peccato mortali, vel ſaltem veniali iuxta tradita *ſuprà numero* 87. *&* 88. non poſſit abſque iuſta cauſa irritare. Vnde non obſtat prima ratio ſententiæ præcedentis, cum falſum ſit per conceſſionem talis licentiæ cenſeri virum renuntiaſſe iuri ſuo. Non obſtat etiam ſecunda, quia etſi vir non ſit dominus materiæ illius promiſſæ, ſed in illa par ſit vxori, eſt tamen tamquam caput, veluti dominus illius actus liberi, quo vxor tempore ſubiectionis ſe voto illo Deo obligauit; & quamuis ex viri conſenſu ſe obligauerit, actúſque ſit Deo conſecratus, id ſolum operatur, vt vir abſque cauſa irritans peccet mortaliter, vel venialiter iuxta præfatas opiniones *numerò* 87. *&* 88. explicatas, non tamen vt irritatio ſit nulla; nec vt ſit illicita, ſi ex cauſa iuſta fiat; quia per licentiam datam (vt iam probatum eſt) non amiſit dominium, & poteſtatem in ipſum voluntatis vxoris actum; nec votum ob eam licentiam ſit independens à viri, & ſuperioris voluntate, ſed adhuc imbibitam habet conditionem; niſi vir, aut ſuperior reuocauerit; & ita etiam non obſtante illa licentia viri, vel ſuperioris, vt vxor, vel ſubditus emitteret votum de rebus neceſſariis, adhuc vir, & ſuperior eſt dominus illius actus liberi, quatenus nouam obligationem inducit; licet non habeat dominium, & poteſtatem in materiam ſoli Deo ſubiectam. Dictum verò Diui Ambroſij intelligitur, quando vterque maturo conſenſu caſtitatem vouit, vel iuramento Deo promiſit, de quo ſequenti difficult.

Quando autem vir cenſeatur tacitè irritare votum illud caſtitatis omnimodæ ab vxore de ſui licentia emiſſum explicatum eſt *ſuprà capite* 3. *numero* 95.

Si vterque coniux ex mutuo conſenſu vouit abſolutè caſtitatem, an poſſit validè irritari, aut ſuſpendi.

Difficultas quarta, an quando ex mutuo conſenſu, & per modum pacti vterque coniux vouit caſtitatem abſolutè, & ſimpliciter, poſſit huiuſmodi votum à viro validè omnino irritari; & ab vxore ſuſpendi quoad obligationem non reddendi, & non petendi. 94

Palacios *in* 4. *diſt.* 32. *diſp* 2. à Sanchez *d. diſp.* 40. *numero* 19. *relatus*, & nonnulli alij teſte Arragonio 2. 2. *quæſt.* 88. *art* 8 *dub. vlt.* affirmatiue huiuſmodi votum, & iuramentum non obſtante mutuo conſenſu à viro poſſe irritari validè abſque cauſa, licitè cũ cauſa, moti ea ratione, quod adhuc maneat matrimoniũ, & conſequenter poteſtas viri in vxorem, vt affirmat Diuus Auguſtinus *Epiſtol.* 199. *ad Edicium*, & refertur can. *quod Deo* 33 *quæſt.* 5. Et præterea, quando vterque mutuo conſenſu vouet, nullum ſit pactum de voto, non reuocando, ſed de ſola caſtitate ſeruanda; ſicut quando alter ſolus continentiam vouet; ergo poterit reuocari.

At nec licitè, nec validè poſſe tale votum, aut iuramentum reuocari tradunt communiter Doctores Sotus, B. Ledeſma, Angles, Nider, Philiarcus, Antonius Gomez, Lopez, Manuel, Vega à Sanchez *d. diſp.* 40. *num.* 20. *relati*, Arragon *loco citato*, Sayrus *lib* 6. *Clau. cap.* 5. *n* 27. Suarez *to.* 3. *lib.* 9. *cap* 9 *num.* 6. Sanchez *d. num.* 20. *& in ſumm lib.* 4. *cap.* 34 *num.* 15. Leſſius *lib.* 2. *cap* 40 *dub.* 14. *num* 96. Villalobos, & Trullench *loco ſuprà num.* 93. *citati.* Fagundez *d cap.* 37. *num.* 12. Bonacina *de præceptis, diſputatione* 4. *quæſt.* 2. *part.* 7. §. 1. *numero* 16. Baſilius Pontius *libro* 10. *cap.* 17. *num* 14. & Caſtrus Palaus *tom* 3. *tract.* 15. *diſp.* 1. *part.* 6. *numero* 6 Ec 95

colligitur ex D. Auguſtino *loco allegato ſuprà cap. 3. num. 96.* & probatur ex traditis *ibidem*, ſcilicet, quia quando vterque mutuo conſenſu emittit votum abſolutum caſtitatis, ſeu continentiam, aut illam Deo promittit eodem mutuo pacto, virtute, vel etiam expreſſe (vt etiam patet ex cap. *dudum, de conuerſ. coniug.*) cedit iuri ſuo quoad quemcunque actum matrimonialem, liberatque alterum à ſeruitute, & tacite offert Deo ſtatum cælibem, quem vt meliorem elegit; & ſic cenſetur omnino renunciare iuri reuocandi, vt ſic ille finis vitæ continentis obtineatur; ideo enim mutuum conſenſum ad inuicem in vouendo exigunt, vt omnino ſecuri ſint à mutua debiti petitione, obligationeque reddendi, quod nullatenus fieri poteſt, niſi vnuſquiſque cederet iuri, quod in alterum habet quoad vſum matrimonij. Qui enim iure ſuo non renunciauit, poteſt alterum cogere ad reddendum (vt conſtat ex traditis *cap 3 numero 92.*) eo autem renunciato, non poteſt, vt *eodem cap. 3. n. 99.* probatum eſt ? Ex quo patet ad ſecundam rationem prioris ſententiæ. Ad primam verò reſponſum eſt *d cap. 3. citato n. 99.* ſcilicet, quia manet matrimonium, manere ius iuſtitiæ, & poteſtatem in alterum radicaliter, & ſimpliciter, renunciari tamen ſecundum quid, & quoad vſum per illud mutuum pactum, & ſic non manere liberam poteſtatem in vſum corporis alterius; quia hæc poteſtas mutuo pacto, & voto impedita eſt; vt ibidem declaratum eſt.

Hinc ſi emiſſo hoc mutuo voto vir cogat vxorem reddere, duplex committet peccatum iniuſtitiæ frangendo pactum cum ex initum, & ſacrilegij violando votum; ſi tamen non cogat, ſed amicabiliter petat debitum, & illa reddat erit tantum ſacrilegium ex parte vtriuſque, vt *d n 99.* dixi.

96 Aduertendum autem, quod huic mutuo pacto, cum ſit contractus humanus, qui neque ex ſe, neque ex iure aliquo poſitiuo perpetuitatem inducit, poſſunt coniuges valide renunciare, illudque diſſoluere, vt *d. cap. 3. n.* 104 oſtendi, & tradũt præallegati Doctores, non tamen licitè, & abſque ſacrilegio effractionis voti in ceſſione iuris incluſi, vt probaui *dict. num.* 104. & docent præallegati Doctores; niſi ex grauiſſima aliqua cauſa talis renunciatio, ſeu reſciſſio fieret, vt Palaus *loc. citato.* Facta autem reſciſſione huiuſmodi cum vterque ad priſtinum ſtatum, prioremque ſeruitutem ſit redactus, obligantur reddere, etſi non poſſunt petere niſi votum irritetur, vt *dict. num.* 104. Poterit autem irritari, ac ſi ſine mutuo conſenſu factum eſſet; quia per voluntariam illam diſſolutionem mutui pacti renunciatio illa iuris irritandi eſt valide remiſſa. ita Sanchez *dict. diſput. 40. numero 22. & diſput. 42 num. 15* & alij *num. præcedenti allegati.* Qua irritatione facta licebit vxori deinceps reddere, quia votum iam illam non obligat: Vxor autem non poterit tale votum viri irritare, licet viro ei exigenti (vt *dict. cap. 3. eodem numero* 104. dixi) teneatur reddere, vt Sanchez *dict. diſput 42. num. 15.* & conſtabit ex tradendis *infrà de poteſtate vxoris ad irritanda viri vota.*

97 Si enim vterque coniux mutuo conſenſu, & per modum pacti voueat religionem, vel maritus ordinis ſuſceptionem, aut ingreſſum in religionẽ, & vxor caſtitatem (de quibus votis late actum eſt *c. 3. à n. 69. ad 78.*) quæ duo poſteriora valida ſunt, quãdo vir poteſt ſacros ordines ſuſcipere, & religionẽ ingredi de licentia vxoris in ſæculo manentis cum voto caſtitatis, puta, quia ſit ſexagenaria, & minime ſuſpecta de incõtinentia, vt *c. 3. n. 77. & 78.* dixi. Neuter coniux poterit votum alterius irritare, ita Sanch. *d. diſp. 40. n. 21. & d c. 34. n. 16.* Fagundez *d. c. 37. n. 16.* & Leſſius *d. n. 96.* ob eam rationem, quia cũ hoc votum tendat ad perfectam ſeparationem, & mutationem ſtatus, in quo ſeruẽt perpetuam continentiam, videntur coniuges renuntiare iuri reuocandi; ſicut quando mutua voluntate vouẽt caſtitatem. Quod ſi ſacrilege remittunt renuntiationi, tunc licitum erit viro irritare votum religionis, & caſtitatis vxoris propter tradita *n. preced.*

Si verò coniuges mutuo conſenſu voueant ſe ſoluto matrimonio non inituros aliud matrimoniũ, & ſeruaturos caſtitatem, vel ingreſſuros religionem, tũc poterit maritus irritare valide votũ vxoris, quia nulla videtur facta mutua renunciatio iuris reuocãdi, nam per executionẽ voti ſtatus non eſt mutandus, ſed ſupponitur mutatus, quando executio fiet, & aliàs nullũ præiudicium fiat vxori illa irritatione: Et propter hãc eandem rationẽ idem à fortiori dicendũ in omnibus aliis votis mutuo conſenſu emiſſis, vt dandi calicẽ eccleſiæ, ieiunandi, peregrinandi, &c. quia etiam per horum votorum executionem non immutatur ſtatus, & conſequenter non cenſentur coniuges talibus votis ſe mutuo eximere à iuriſdictione, & priuare facultate irritãdi, & cum duret matrimonium, vxor manet ſub poteſtate viri. ita Sanchez, Leſſius, & Fagundez locis num. præcedenti citatis. Peccatum autem erit irritare abſque cauſa, cum iam voto ante præſtitus ſit conſenſus; an verò mortale, vel veniale, iudicandum iuxta ſententias *n. 87. & 88.* traditas. 98

Vtrum verò votum caſtitatis, & religionis mutuo conſenſu tempore prioris matrimonij facta poſterior maritus in locum prioris ſuccedens poſſit valide irritare, Sanch *d l. 9. diſp. 41. n. 20.* negat, cũ nec poſſet prior maritus, ac proinde huiuſmodi vota maneant cũ eadem obligatione, quã haberent non inito poſteriore matrimonio. Et ita dicendum iuxta ſententiam traditam *ſuprà n. 63. initio*, quam tuetur idem Sanchez *ead. diſp. 41. n 18.* At iuxta ſententiam eiuſdem Sanchez *in ſum lib. 4. c. 27. n. 16.* & aliorum eodem *n.* 63. poſteriori loco poſitam aſſerendum eſt maritum poſteriorem poſſe illa vota irritare, ac ſi abſque licentia, & mutuo conſenſu fuiſſent conſtante priori matrimonio emiſſa. Videantur *ibidem* tradita. 99

§. XI.

Vtrum vota vxoris conſtante matrimonio abſque, vel cum licentia viri emiſſa, & ab eo irritata ſoluto matrimonio per mortem viri reuiuiſcant, vel non, vbi etiam in vniuerſum, an vota ſemel legitime irritata ab habente poteſtatem dominatiuam reuiuiſcant vouentibus exemptis ab eorum poteſtate.

DE hac re latè Sanchez *lib 9. de matr. diſp. 39. ad 41. & diſp. 40. num. 24 & 25. & lib. 4. ſum cap. 26. & cap. 27. numero 19. & cap. 34. num. 34.* quibus in locis in vniuerſum agit an vota vxoris, vel aliorum ſubditorum, religioſi, impuberis, puberis minoris, & ſerui tempore ſubiectionis à viro, Prælato, patre, vel tutore, curatore, aut domino irritata reuiuiſcant, vimque obligandi recuperent ceſſante vouentium ſubiectione.

Iuxta ſententiam *ſuprà num. 16.* traditam, quod poteſtas irritandi vota vxoris conſtante matrimonio emiſſa competat vim non ſolum ratione dominij in materiam promiſſam, quæ ſibi, vel domeſticæ gubernationi ſit præiudicialis, ſed etiam ratione dominij in vxoris voluntatem, quæ à viro tamquam capite, & domino quoad eius actus ſit gubernanda, certum eſt omnia vxoris vota tempore matrimonij emiſſa à viro perfecte, & omnino irritata (qualis cenſenda eſt irritatio, ſi ſimpliciter 100

ſi ſimpliciter irritauerit non explicans ſe ſolum ad tempus voti obligationem ſuſpendere) amplius etiam ſoluto matrimonio non reuiuiſcere niſi de nouo emittaotur, quia obligatio ſemel perfecte extincta nunquam reuiuiſcit, vt *numero* 5. notatum eſt. Et ita tradit Sanchez *locis citatis*, & ſentiunt omnes Doctores *dict. num.* 16. allegati. Et idem dicendum eſt de omnibus aliis votis vxoris etiam ante matrimonium tempore prioris matrimonij emiſſis, & etiam de emiſſis de licentia tam prioris, quam poſterioris viri, quæ in præcedentibus iuxta eandem ſententiam, & doctrinam Sanchez, & aliorum dictum eſt maritum poſſe irritare, ſi enim fuerint irritata minime reuiuiſcent ſoluto matrimonio, vt etiam in his terminis Sanchez *dict. diſput.* 40. *num.* 25. *dict. cap.* 27. *num.* 19. *& dict. cap.* 34. *num.* 34. & etiam Baſilius Pontius *lib.* 10. *de matr. capite* 17. *numero* 30. ſuppoſita præfata ſententia de dominio viri in vxoris voluntatem.

101 Difficultas ergo eſt ſuppoſita ſententia *ſuprà numero* 17. tradita, quod maritus non habeat dominium in voluntatem vxoris, quodque vxor non ſubiciatur viro quoad gubernationem voluntatis, ſed tota poteſtas irritandi illius vota viro competat ſolum ratione dominij in materiam promiſſam, quæ ſibi, vel familiæ adminiſtrationi præiudicium adferre poteſt; an vota huiuſmodi vxoris ratione materiæ præiudicialia vſui matrimonij, vel gubernationi familiæ à viro irritata ſoluto matrimonio, & ceſſante ſubiectione materiæ reuiuiſcant.

In qua difficultate Pontius *dict. numero* 30. dicit, ſi materia voti ſit talis, vt poſſit ſimpliciter obligatio extingui à marito, ſi ſimpliciter extinctum fuit, non reuiuiſcere ſoluto matrimonio; ſi verò materia voti ſit talis, vt poſſit tantum ſuſpendi pro tempore matrimonij quatenus adfert præiudicium, ſoluto matrimonio eſſe implendum; & ita votum caſtitatis, ſeu religionis emiſſum ab vxore animo implendi poſt mortem mariti, irritatione non fuiſſe extinctum, ſed ſolum ſuſpenſam eius obligationem pro tempore matrimonij; & idem ait eſſe de quolibet alio voto ſecundum partem, aut in totum relatum ad tempus ſoluti matrimonij; ſicut & de irritatione votorum vxoris, quæ ante matrimonium emiſit.

102 Alij loquentes in genere de irritatione abſolute dixerunt vota tempore ſubiectionis irritata reuiuiſcere ceſſante ſubiectione; & ita impuberem teneri votum peregrinationis à patre, vel tutore irritatum exequi quando fuerit ſui iuris; & ſimiliter impuberem retractum à religione per patrem, ſeruum per dominum, coniugem per coniugem, cum ſimplex votum emiſiſſent, teneri ceſſante ea ſubiectione redire ad religionem. Hanc ſententiam Sanchez *d. c.* 26. *n.* 2. & Azorius *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæſt.* 4. referunt tenuiſſe Innocentium *in cap. Scripturæ, de voto ibidem*, Hoſtienſem Ioannem, Andream Butrium, Cardinalem, & Anchatanum, Vincentium *in ſpeculo*, Paludanum, & D. Antoninum.

103 Alij pariter loquentes in genere de votorum irritatione docuerunt vota impuberum, quorum voluntas ratione inbecillis iudicij, eſt ſub patris, & tutoris dominio; & religioſorum ſubditorum, voluntatis quorum ſimiliter, cum non habeant velle, aut nolle, ſuperior eſt dominus; irritata à patre, vel tutore, aut Prælato finita ſubiectione non reuiuiſcere, quia eſt vera irritatio, vt pote proueniens à dominio in voluntatem. At verò quando irritatio fit ſolum ratione dominij in materiam promiſſam aiunt non eſſe veram irritationem, ſed ſolum ſuſpenſionem obligationis, ac proinde ceſſante prohibitione ſuperioris, aut ſubiectione reuiuiſcere; & ita contingere in votis puberum minorum, & ſeruorum, quæ parentes, & Domini non irritant niſi ratione ſolius materiæ promiſſæ, idemque non poſſunt irritare omnina illorum vota, ſed ſolum de materia ſubiecta eorum dominio, ac illi præiudicanti, & etiam in votis vxorum iuxta præfatam ſententiam *n.* 17. traditam, quod vir non poſſit irritare omnia vota vxoris, ſed ea ſolum, quæ ſunt de materia ſibi quoad vſum coniugalem, vel familiæ adminiſtrationem præiudicanti. Ita Roſella *v. votum* 2. *num.* 6. 7. 12. *&* 13. Valentia 2. 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 6. à Sanchez *dict. diſp.* 39. *num.* 34. *& d. cap.* 26. *num.* 3. *relati*. Suarez *to.* 2. *de relig. tract. de voto lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 5. *&* 7. vbi ait ſola vota impuberum, & religioſorum poſſe vere, & directè irritari; reliqua verò vt puberum, minorum, ſeruorum, vxorum tantum indirecte irritari, ſeu ſuſpendi, ac proinde, niſi ceſſauerit obligatio, quia facta fuerint pro aliquo tempore, quod iam tranſierit, ea vota irritata reuiuiſcere; & idem docet *cap.* 4. *num.* 1. *&* 17. & cap. 5. *num.* 7. & cap. 6. *num.* 1. & Suarium ſequitur Paulus Laymann *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 7. *numero* 19. Fundantur primò, quod, vbi irritatio competit ratione ſolius dominij in materiam præiudicantem irritanti, nequit ſuperior votum irritare, niſi quatenus poteſt illi ſubtrahere materiam promiſſam, quæ ſola eſt ſub eius poteſtate; non poteſt autem materiam ſubtrahere niſi pro tempore ſubiectionis, quia eo ſolo tempore talis materia eſt ſub illius poteſtate; & ita hac ceſſante reuiuiſcit obligatio prius tantum ſuſpenſa. Quod confirmatur ex eo, quod poteſtas irritandi ratione ſolius materiæ competit ad euitandum damnum irritantis; quod damnum non contingit ceſſante ſubiectione. Secundò, quia ſeruus, & vxor non ſubduntur domino, & viro in ſpiritualibus, ſed in ſolis pertinentibus ad vſum actionum, & rerum corporalium, & per ſe, ac immediatè ordinatis ad finem humanum, & quaſi corporalem, non ad ſpiritualem. Ergo ex parte voluntatis in ordine ad Deum ſunt liberi, vt Deo voueant, ſi materiam habeant accommodatam; & conſequenter illorum ſuperiores non poſſunt irritare vota directè, ſed tantum ſuſpendere, quatenus materia ipſis præiudicat. Tertiò, quia ſeruus ad ſe obligandum Deo non dependet intrinſece, & per ſe ex conſenſu Domini, cum talis dependentia non ſit à natura, vt patet; nec ex voluntatate ſerui, quia non apparet de ſimili pacto; nec ex iure ſeruitutis introducta iure gentium, vel ciuili, quia tale ius non reperitur; & forte non erat rationabile; ergo nec Dominus poteſt directe irritare eius votum. Et hanc ſententiam eſſe valde probabilem teſtatur Sanchez *d. cap.* 26. *n.* 4.

Prædictis tamen non obſtantibus idem *eodem num.* 4. *& dict. cap.* 39. *num.* 34. probabilius putat etiam quando irritatio, ſeu poteſtas irritandi vota competit ratione dominij, & poteſtatis in materiam promiſſam, cuius executio præiudicat irritanti, vota huiuſmodi poſſe à ſuperiore directe & perfecte irritari, & facta tali irritatione ceſſante ſubiectione non reuiuiſcere, & ita vota filiorum familias, puberum, ſeruorum, & vxorum (etiam iuxta ſententiam *num.* 17. traditam docentem ſola vota præiudicantia viro poſſe ab eo irritari) à patre, domino, & viro, ſi ſint de materia præiudicanti, & illorum dominio ſubiecta, poſſe proprie, & directe irritari, & ſemel irritata ſoluta ſubiectione non reuiuiſcere. 104 Probat Sanchez primò, quia fundamentum poteſtatis irritandi competentis his ſuperioribus eſt, quia vota quoruncumque ſubditorum dominatiuæ poteſtati alterius ſunt conditionalia, habentque imbibitam conditionem pendentem à ſuperioris voluntate, nẽpe *ſi conſenſerit*, vel *non contradixerit* (vt *ſuprà num.* 2. 6. *&* 7. notatum eſt, & tradunt S. Thomas *loco d. n.* 2. *citato*

& alij Doctores, iiſdem numeris præſertim *d.n.7. relati*, qui proindè aiunt ad irritationem validam non requiri cauſam, ſed ſufficere ſolam ſuperioris voluntatem, à qua dependent) ergo ſicut alia vota conditionalia deficiente conditione extinguuntur, nullámque vim obligandi retinent, ita etiam huiuſmodi ſubditorum vota extinguuntur, nullámque vim in poſterum obligandi retinent ſuperiore irritante, quia deficit conditio in ipſis imbibita; nam tunc ſuperior denegat conſenſum, votóque contradicit. Et ſicut, ſi in voto exprimatur illa conditio, *ſi pater, dominus, aut vir conſenſerit, & non contradixerit*, ſequuta contradictione votum omninò extingueretur, ita ſtante illa conditione tacitè in illis votis incluſa, cum taciti, & expreſſi ſit idem iudicium *l. de quibus, in fine, ff. de legibus, & l. cum quid ff. ſi certum petatur*, & Euerardus loco *ab expreſſo ad tacitum*. Secundò, nam ſicut, vbi adeſt perfectum voluntatis ſubditi dominium, poteſt ſuperior omnia eius vota directè, & perfectè irritare, quia ratione illius perfecti dominij omnia vota habent imbibitam illam conditionem: *Si ſuperior conſenſerit, vel non repugnauerit*; ita quando adeſt partiale voluntatis ſubditi dominium, ſcilicet, circa materiam particularem promiſſam poterit ſuperior directè, & perfectè irritare vota circa illam materiam, cum ratione illius dominij includant eandem conditionem. Quod confirmatur, quia quod iuris eſt de toto quoad totum, idem eſſe debet de parte quoad partem *l. quæ de tota. initio ff. de rei vindic.* Et Euerardus loco *à toto ad partes*: ac proinde ſicut ad omnimodam, & totalem poteſtatem irritandi vota requiritur, & ſufficit dominium totale voluntatis ſubditi, ſeu actus liberi, quo Deo vouet; ità ad partialem irritandi poteſtatem nempe in materia determinata ſufficit partiale dominium nimirum voluntatis, ſeu actus liberi, quo materia illa promittitur.

105 Ex quibus ad primum præcedentis ſententiæ fundamentum negatur ſuperiorem non poſſe materiam ſubtrahere, niſi pro tempore ſubiectionis; quia cum tunc ſuperior ſit dominus illius materiæ, & voluntatis quoad illam; nec expreſsè promittatur, in tempus ſolutæ ſubiectionis, habet tacitam conditionem, *ſi ſuperiori placuerit, vel non contradixerit*; atque adeo ſuperiore auferente conditionem, votum euaneſcit. Ad confirmationem reſpondetur, damnum illud non eſſe adæquatam rationem huius perfectæ irritationis, ſed conditionem in his votis imbibitam, quam ſuperior poteſt abſolutè auferre, licet damnum ſit radix conditionis illius incluſæ; & ita irritatio pendet à damno in fieri, non verò in conſeruari. Ad ſecundum fundamentum reſpondetur ex traditis ſuprà *numero* 16. poteſtatem irritandi non fundari in ſubiectione ſpirituali, ſed in dominatiua ſiue in totum, ſiue in partem, vnde conceditur huiuſmodi ſubditos eſſe liberos ad vouendum in materia accommodata, & ipſis libera, ſed negatur vltima conſequentia ſufficit enim ad irritationem poteſtas dominatiua, nec requiritur ſpiritualis. Denique ad tertium dicitur ſeruum in obligationibus contrahendis erga Deum præiudicantibus Domino pendere, iure ſeruitutis à conſenſu Domini, & ratione illius habere imbibitam conditionem pendentem ex Domini voluntate, ac proindè poteſt Dominus auferendo conditionem extinguere omninò voti obligationem. Et hanc ſententiam præter plures alios relatos à Sanchez *d. cap. 26. numero 4. & d. diſput. 39. poſt medium*, tenent Trullench *lib. 2. cap. 2. dub. 29. numero* 14. Fagund. *2 in decalog. lib. 2. cap. 36. numero* 11. Et ego puto probabiliorem ſententiam, & in praxi amplectendam, non ſolum quia eſt magis pia, & fragilitati humanæ accommodatior, vt notauit Sanchez *d. n. 4.* ſed etiam quia videtur communiter recepta à Doctoribus, & praxi ipſa confirmata. Doctores enim communiter vota realia filiorumfamilias puberum, & minorum ante vigeſimumquintum annum curatoribus ſubiectorum, (ſi non ſint de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus, quorum adminiſtratio ſpectat ad ipſos filios) & ſeruorum Dominis præiudicantia aſſerunt abſolutè poſſe à patre, curatore, & domino irritari, nec dicunt poſtea reuiuiſcere finita ſubiectione, ſi fuerint irritata; & ſolum excipiunt vota eorum ante ſubiectionem, cum plenè erant ſui iuris, emiſſa, quæ aiunt poſſe tantum ſuſpendi, quatenus præiudicant præſenti ſubiectioni; aut etiam vota relata in tempus non ſubiectionis. Videantur Azorius *part. 1. lib. 11. cap. 18. quæſt. 4. 8. & 9.* Saytus *lib. 6. clau. cap. 9. num. 18. & 25.* Leſſius *lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 85. & 86.* & Villalobus *tract. 34. diff. 19. & 20.* qui procuIdubio ita ſentiunt; & Sayrus alios refert. Víus enim habet, vt præfata vota à patre, tutore, & domino ſemel irritata ceſſante ſubiectione non ſeruentur.

106 Porrò vota emiſſa ante ſubiectionem, & dum vouens erat ſui iuris, tempore ſubiectionis, non poſſunt perfectè irritari, ſed ſuſpendi quatenus præſenti ſubiectioni nocent, quia cum nec actus liber, quo votum emiſſum eſt, ſuperiori præſenti ſubdatur, nec etiam materia promiſſa ſit illi ſubiecta ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, non habent imbibitam illam conditionem pendentem ex voluntate ſuperioris, vt quando fiunt tempore ſubiectionis, ac proinde non poſſunt perfectè irritari, ſed ſolum ſuſpendi quatenus præiudicant ſuperiori præſenti, vt *ſuprà n. 43. & 45.* oſtenſum eſt, & tradunt DD. ibidem citati, & citati *n. præced.*

§. XII.

An, & quando à marito, & quouis ſuperiore cenſeatur facta voti irritatio, vel ſola ſuſpenſio, vel nec irritatio nec ſuſpenſio; vbi an vxor, & ſubditus teneatur petere licentiam implendi votum habens imbibitam illam conditionem, ſi viro, vel ſuperiori placuerit, vel non contradixerit, *teneatúrque votum ſuperiori manifeſtare, vt irritatio, vel ſuſpenſio habeat locum; vel excuſetur à culpa, ſi ſuperior neget licentiam exequendi rem promiſſam.*

NOtandum vota ſubditorum à voluntate ſuperioris dependentia poſſe eſſe vel de rebus, ſeu actionibus alioqui ſecundum ſe, & ex obiectu bonis per regulam, vel ſuperiorem interdictis, ſiue quia ſolum prohibeantur fieri abſque licentia ſuperioris, ſiue quia ob iuſtam cauſam abſolutè ſint prohibitæ; vel de rebus, ſeu actionib. bonis nullo modo per regulam, aut ſuperiorē interdictis, ſeu prohibitis, vt ſūt opera cōſilij, recitare litanias B. Virginis, oſculari terram, leuis aliqua abſtinentia; & opera de præcepto naturali, Diuino & Eccleſiaſtico. 107

Et licet aliqui, vt referunt Sayrus *lib. 6. clau. c. 5. n. 18.* Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 25. n. 4.* dixerit vota ſubditorum dominatiuæ alicuius poteſtati quoad voluntatem, & non tantum quoad materiam promiſſam, eſſe omnino inualida, etiamſi de operibus nullo modo prohibitis, minimèque obligare, donec accedat ſuperioris conſenſus. 108

Nihilominus communis DD. ſententia eſt, omnia vota ſubditorū de operibus bonis nullo modo interdictis, ſeu prohibitis ſiue ſint neceſſaria, & de præcepto; ſiue de conſilio, & tantū conducētia ad ſalutem eſſe ſtatim valida, & obligatoria ante ſuperioris 109

con

conſenſum, donec ipſe exequutioni contradixerit, quia in his votis non conditio affirmatiua, *ſi ſuperior conſenſerit*: ſed negatiua, *ſi ſuperior non repugnauerit.* Doctores referunt illos ſequentes, Sayrus *dict. cap.* 5. *numero* 22. Sanchez *dict. cap.* 25. *num.* 6. & Leſſius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *numero* 73. Et ratio eſt, quia ſunt de materia bona, & apta voto emittendo, & ſita in vouentium poteſtate, donec ſuperior contradixerit: Et ita ſunt vota licita, & meritoria, & conſequenter ſtatim obligant donec ſuperior contradixerit. & cap. *monachi* 20. *quæſt.* 4. quod allegatur in contrarium, non dicitur vota à religioſis emiſſa eſſe irrita, ſed frangenda, id eſt irritanda; ex quo infertur ante irritationem eſſe valida. Quod verum eſt (vt notat Sanchez *numero* 3. poteſt Suarez *tom.* 2. *de relig. tract. de voto lib.* 3. *cap.* 6. *numero* 5. *&* 8.) tametſi ſuperior fuiſſet contradicturus, ſi voti conſcius eſſet. Cùm hæc voluntas præſumpta ſuperioris ad contradicendum executioni voti non ſufficiat ad voti obligationem tollendam, quia, dum de facto non contradicit, non eſt ablatum votum, nec materia interdicta.

110 Item Doctores communiter docent vota ſubditorum emiſſa de materia aliàs de ſe bona, ſed tamen prohibita, ſeu interdicta in regula, vel ſuperioris præcepto in generali, vel in particulari non eſſe valida, & obligatoria ante conſenſum ſuperioris, affirmatiuè ſcilicet donec conſenſum præſtiterit; ac proinde in his votis intelligitur conditio affirmatiua, *ſi ſuperior conſenſerit.* Vt ſi ſubditus vouit aliqua abſtinentiæ opera, quæ abſque licentia, & inconſultò ſuperiore fieri regula prohibet, illud votum non obligat donec ſuperior facultatem concedat. ita Suarez *dict. cap.* 6 *numero* 9. Sanchez *dict. cap.* 25. *numero* 8. Sayrus *dict. cap* 5. *num.* 20. Leſſius *vbi ſuprà* & Laymann *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 7. *numero* 6. *aſſertione ſecunda*, & innumeri alij à Sayro, & Sanchez *relati* contra Syluestrum, & Anglem à Sayro *relatos* dicentes talia vota non eſſe irrita, ſed irritanda, neque adeo obligari vouentem ea ſeruate quantum poteſt, donec à ſuperiore irritentur. Ratio huius communis ſententiæ eſt, quia materia prohibita non eſt apta voti materia quæ debet eſſe opus virtutis, res autem à ſuperiore vel à regula prohibita, non eſt materia virtutis antequam accedat ſuperioris conſenſus; ergo non erit validum votum emiſſum quouſque accedat ſuperioris conſenſus, quo accedente res eſt licita, & opus virtutis. Præterea cum in huiuſmodi votis ſubintelligitur illa conditio affirmatiua *ſi ſuperiori placuerit*, *ſeu ſuperior conſenſerit* (ſine qua conditione ſubintellecta vouens vouendo peccaret) cenſentur conditionalia, ac proinde non extante adhuc conditione, nempe ſuperioris conſenſu, votum non erit validum, & obligatorium.

111 Hanc autem communiſſimam doctrinam Suarez *dict. cap.* 6. *à numero* 19. Sanchez *dict. cap.* 25. *numero* 10. (quos ſequitur Laymann *dict. lib.* 4. *tract* 4. *cap.* 7. *numero* 5. *& dict. aſſertione* 2.) declarant procedere tantum quoad vota de rebus prohibitis fieri abſque licentia, non verò quoad vota de rebus per regulam, vel iuſtum ſuperioris præceptum abſolute prohibitis. Hæc enim vota, aiunt, nullatenus obligare, & eſſe irrita præterquam in ſpeciali caſu (inquit Sanchez) in quo ſecundum prudentiam attentis circunſtantiis concurrentibus iudicaretur maius Dei obſequium vti diſpenſatione in regula facta per Prælatum. Probant, quia votum debet eſſe de opere bono, imò meliore, quàm ſit oppoſitum, ſed melius eſt agere conformiter regulæ, quam contra regulam etiam accedente ſuperioris diſpenſatione, & regulæ relaxatione: ergo votum de re contra regulam non eſt materia voti; ſecus autem quando à regula prohibetur ſolum fieri opus abſque licentia ſuperioris, quia licentia non eſt diſpenſatio, nec relaxatio regulæ, ſed potius executio eius poſito modo in ea requiſito ad exequendum opus; ac proinde ſeruato eo modo actus eſt ſimpliciter melior, & nullo modo à regula deuians. Quamuis Valentia à Sanchez relatus, intelligat eandem communiſſimam doctrinam procedere etiam de votis de operibus de ſe bonis ob aliquam cauſam per regulam, vel ſuperioris præceptum abſoluiè, & ſimpliciter prohibitis, & ita videntur ſentire Sayrus loco citato, & alij ab ipſo, & à Sanchez pro eadem ſententia relati, qui abſolute, & ſine diſtinctione loquuntur, de votis de materia prohibita, & dicunt non eſſe inualida abſolute, ſed non eſſe obligatoria donec accedat ſuperioris conſenſus; quem, ſubdunt, teneri vouentem petere, ne promiſſio ſit vana, & ridicula; tacita enim conditio ſi ſuperior conſenſerit etiam in his votis incluſa facit materiam licitam, cum alioqui ſit de ſe bona, vt ſupponitur.

112 Porò conſenſus affirmatiuus requiſitus ad hoc, vt ſubditus poſſit licite exequi opera interdicta voto promiſſa non ſolum exhibetur expreſſis verbis, quibus ſuperior concedit facultatem opus promiſſum exequendi; ſed etiam cenſetur adhibitus taciturnitate ipſa, vt ſi ſuperior audiēs de ſubditi voto, vel vidēs opus illud interdictum fieri à ſubdito, taceret, & non contradiceret, cum commode poſſet contradicere. Nam qui tacet in re ad ſe ſpectante, nec ſibi damnoſa, conſentire videtur *reg. qui* tacet *de reg iur.* Concedere autem licentiam ſpectat ad ſuperiorem, nec huiuſmodi conceſſio licentiæ ad exequendum votum, cum non ſit voti approbatio (vt *ſuprà n.* 8. probatum eſt) eſt damnoſa ſuperiori, & alioqui ſubditi animæ fauorabilis; & conſequenter eſt illa taciturnitas ſufficiens ſignum conſenſus. ita poſt alios Sayrus *d. cap.* 5. *n.* 51. *fine* & Sanchez *d cap.* 25. *n.* 17. *& cap.* 27. *n vltimo.* Limitat id Valentia à Sanchez *d n.* 7. *relatus*, vt intelligatur, quando res per regulam interdicta non eſt maiori bono obſtans; nec regula obligat ad peccatum: Quam limitationem reiicit idem Sanchez, quia ſi regula, inquit, obligans ſub peccato non interdicat rem ſimpliciter fieri, ſed tantum ne fiat abſque licentia; ad euitandum peccatum ſufficit hæc licentia tacita, vt in multis aliis; ſi autem rem ſimpliciter interdicat, votum eſt irritum iuxta tradita num. præcedenti ex eodem Sanchez. Verum etiam in hoc caſu poteſt dici, quod huiuſmodi taciturnitatem ſuperior cenſeatur diſpenſare in regula, quando diſpenſare poteſt: Addit ibidem Sanchez poſt alios ad conſenſum affirmatiuum præfatum inducendum, & licitam exequutionem voti de opere prohibito fieri abſque licentia, ſatis eſſe ratihabitionem de futuro probabiliter præſumptam.

113 Cum autem in huiuſmodi votis de re de ſe bona, ſed prohibita fieri abſque licentia includatur illa conditio, *ſi ſuperiori placuerit*, *ſeu licentiam dederit*, ſubditus tale votum emittens nullo modo peccat, quia non vouet rem illicitam, nam accedente licentia materia illa eſt ad votum apta. ita Sayrus *d c.* 5. *n.* 20. *fine* & alios allegans Sanchez *d cap.* 25. *n.* 18. poſt S. Thomam 2. 2. *q.* 88. *art* 8 *ad.* 4.

114 Si quis verò voueat rem prohibitā intendens illam exequi clàm ſuperiore, votū eſt omnino irritū, vt potè de re prohibita, & quæ non eſt apta voti materia, niſi quatenus habet imbibitam illam conditionem, *ſi ſuperior conſenſerit*, quæ excluditur illa expreſſa intentione exequēdi votū clàm ſuperiore. ita Leſſius *d cap.* 40. *dub.* 13. *n.* 73. Suarez *d. c.* 6. *n* 6. & Sanchez *d cap.* 25 *n.* 19.

115 Ex dictis, vt rectè notauit Sanchez *d c.25. n* 21. infertur id, quod *num.* 110. dictum eſt, & Doctores, quos Sayrus *dicto capite 5. num.* 20. & idem Sanchez *dicto capite 25. num* 8. referunt, etiam aiunt, nempe vota ſubditorum de rebus prohibitis non eſſe valida & obligatoria ante conſenſum ſuperioris, non intelligi, quod ſint omnino irrita; alioqui nec acccedente ſuperioris conſenſu obligarent. Sed vt ibidem Sanchez poſt Caietanum, & Armillam, ac Suarium *dict. capite 6 num.9.* aduertit omnia huiuſmodi ſubitorum vota, ſiue de rebus prohibitis, ſiue permiſſis emiſſa nec eſſe abſolute obligatoria, nec ipſo facto irrita, ſed medio modo ſe habere; nam obligant quando ſunt de rebus prohibitis ſtante conditione, *ſi ſuperiori placuerit*, & quando ſunt de rebus non prohibitis ſtante condinone *niſi ſuperior contradixerit.* Hinc cum omnia vota coniugum alteri præiudicantia habeant tacitam conditionem, ſi alter requiſitus neget conſenſum, vt Sanchez *de matr. lib. 9. diſp. 35. num.* 27. & notatum eſt *ſuprà cap. 3. n.* 86.

His prænotatis deueniendo ad difficultates in titulo paragraphi propoſitas.

Vxor, & ſubditus vouens rem à viro, vel ſuperiori, aut regula interdictam alioqui de ſe bonam tenetur petere licentiam illam exequendi.

116 Conueniunt Doctores, ſubditos dominatiuæ alterius poteſtati, qui emisêre votum de operibus interdictis, ſeu prohibitis, cuius firmitas pendet à ſuperioris licentia, ex vi voti antequam ſint in mora illud implendi, teneri licentiam à ſuperiore petere exequendi rem promiſſam, niſi voti irritationem petant. Ita Sayrus *d.cap.5. num.*20. Leſſius *d.cap.*40. *dub.12.num.*72. Sanchez *d cap.25.n* 24. Layman *d.cap.7. num.*7. Suarez *d lib.3.de voto cap.6. num.*11. & alij apud eoſdem præſertim Sanchez. Ratio eſt, quia alioqui promiſſio eſſet vana, & deriſoria, ſi non obligaret ad petendam licentiam, cum abſque hac nequeant licitè impleri. Et qui ſe voluntariè obligat ad finem, cenſetur ſe etiam obligare ad medium, ſine quo finis nequit obtineri. Neque obſtat vouentem aliquid ſub conditione non teneri procurare eam apponi; nam id verum non eſt, vbi alioqui promiſſio eſſet deriſoria, & vana. Hoc tamen non procedit primò, ſi vouens expreſsè, vel virtualiter vouendo intenderit ſe non obligare ad licentiam petendam, ſed ſolum ad rem promiſſam, v.g. ad ieiunandum, cum votum non obliget vltra intentionem vouentis. Secundò non procedit, ſi tempore voti res promiſſa non erat prohibita, ſed poſtea ſuperuenit prohibitio, vel communis à ſuperiore facta, vel particularis facta ipſi vouenti cum ignorantia voti. Idque ob eandem rationem, quia votum non obligat vltra intentionem vouentis tacitam, vel expreſſam; at neutra fuit obligandi ſe in hoc caſu ad eam licentiam petendam, cum tunc neceſſaria non eſſet. Ita præfati Doctores. In hoc ergo caſu votum quidem valet, ſed eius obligatio ſuſpenditur, nec tenetur ſubditus illud exequi durante ſubiectione illi ſuperiori, & prohibitione; reuiuiſcet autem obligatio ceſſante ſubiectione illi ſuperiori, & prohibitione, niſi votum eſſet alligatum tempori, quod ceſſante ſubiectione, vel prohibitione iam tranſactum eſſet. Ratio eſt, quia ea prohibitio materiæ facta à ſuperiore inſcio voti non eſt irritatio, vt probatur *infrà.* Ita Sanchez *d.diſp.43. num.5. & d. cap.15. n* 27. & 32. & Layman *vbi ſuprà.* Limitant autem poſt alios Sayrus *n.*21. & Sanchez *d.cap.25.n.26.* niſi quando ſubditus vouit, intendiſſet ſe obligare non obſtante futura ſuperioris prohibitione; tunc enim ea ſequuta tenebitur ſubditus petere licentiam. Tertiò non procedit, ſi tempore voti credebat eam licentiam non eſſe neceſſariam. Ita Sanchez *d.n.*26. & Suarez *d.c.3.n.*13. Obligatio enim petendæ licentiæ oritur ex tacita vouentis voluntate, ignorantia autem (ſiue ſit poſitiua, nempe error; ſiue merè negatiua, quia vouens neſciebat neceſſitatem talis licentiæ) tollit voluntarium. Quartò, & multò magis non procedit, ſi tempore voti res promiſſa erat prohibita, ſed ſubditus vouēs prohibitionem ignorabat; quia iam adeſt ignorantia licentiæ illius neceſſariæ. Ita Sayrus *d.n.*21. Sanchez *d.cap. 25.num.*27. Laymann *d.cap. 7.num.6.* & alij apud Sanchez. Et hoc caſu votum eſſe omnino irritum poſt Arragonium, Conradum, & Manuel tradunt Sayrus, Sanchez, & Laymann locis modo citatis. Quod probat Sanchez quia tale votum eſt de re ingrata Deo, vtpote quæ vetita eſt, niſi tacite includatur conditio *ſi ſuperior conſenſerit*, quæ ratione ignorantiæ non includitur; & conſequenter eſt irritum. Sayrus vero, & Arragon probant. Quia ignorantia illa tollit voluntarium adeo vt non vouiſſet; ſi materiæ promiſſæ prohibitionem præſciuiſſet; ac proinde votum illud non eſt obligatorium. Ex qua ratione videtur inferri votum fore validum ſi vouens crederet, quod vouiſſet, etiamſi ſciuiſſet rem eſſe prohibitam, id quod expreſſe dicunt Vega, & Manuel relati à Sanchez *d. num.*27. Qui tamen id refutat, eo quod ad inducendam obligationem, vel ab ea eximendum, non ſit attendendum, quid vouens faceret, ſi ſciret; ſed oporteat aliquem actum ſaltem virtualem præſenti eſſe, quo velit, aut nolit cum illa circumſtantia, quam poſtea nouit, vouere. Ac proinde niſi hæc voluntas virtualis vouendi etiamſi ſciret rem prohibitam, ſit in vouente tempore voti, votum eſt nullum minimeque obligat.

Non eſt voti irritatio, quando maritus vel ſuperior voti inſcius prohibet materiam promiſſam, vel denegat licentiam implendi votum.

Præterea conueniunt Doctores non cenſeri, nec eſſe voti irritationem, quando maritus, aut quiuis alius ſuperior voti einſdem ignarus prohibet materiam promiſſam, aut petitam licentiam ad illud exequendum denegat. Ita Leſſius *d c.40.dub. 12.n.*72. Suarez *tom.2. de relig. tract. de voto lib. 6.cap.7. n* 13. & 14. & alios late allegantes, Sayrus *d.cap. 5. n.* 19. & *c.*10 *n.9. fine*, & Sanch. *de matr.lib.9.d.diſp.43.n.2.& d. diſp.39.n.46.& in ſum.lib.* 4.*c.* 25. *n.* 23. & *c.26. n.* 9. Irritatio enim eſt actus voluntarius, voluntas autem non fertur in incognitum; & ideo maritus vel ſuperioris ignarus voti vxoris vel ſubditi denegans ſimpliciter talem licentiam; & etiam abſolute prohibens fieri materiam promiſſam non vtitur tota ſua poteſtate circa illud votum; ſecus quando eſt conſcius voti, & abſolute licentiam illud exequendi denegat, aut abſolute prohibet rei promiſſæ executionem, tunc enim cenſetur irritare, vt infra, quia videtur vti tota ſua poteſtate. 117

An vxor, & ſubditus vouens opus, quod abſque mariti, vel ſuperioris licentia exequi nequit, teneatur marito, vel ſuperiori neganti licentiam manifeſtare votum.

Id ergo, quod inter Doctores controuertitur eſt, an quoties vxor, & quiuis ſubditus vouens ex vi voti tenetur iuxta tradita in præcedentibus petere à marito, vel ſuperiore licentiam exequende rem, ſeu actionem voto promiſſam, puta ieiunium, vel peregrinationem 118

grinationem

grinationem Deo prnmiſſam teneatur non ſolum petere facultatem exequendi rem promiſſam; ſed ſi ſuperior licentiam denegat, teneatur illi manifeſtare votum; an verò vt pro tunc excuſetur à vnti violatinne, votique obligatio ſuſpenſa remaneat pro tunc, & durante ſuperinris prnhibitione quod voto promiſit, ſatiſque ſit petuiſſe licentiam exequeodi npus prnmiſſum abſqne expreſſione vnti. Et ſimiliter ſi maritus, vel ſuperior nnnprohibeat materiam vnti; ſeu executionem operis promiſſi, ſed voti inſcius tempnre, qun votum implere deberet, ſubditum vouentem occuparet in alin opere incnmpatibili cum voti executione, teneatur voueos, & petere licentiam (licet alinqui materia prnmiſſa nullo modo tempore vnti eſſet prnhibita, nec poſtea fuerit prohibita, qno caſu votum non habet incluſam conditinnem affirmatiuam, *ſi ſuperior conſenſerit*, ſed negatiuam, *ſi non contradixerit*, & ita ſubditus ex vi vnti non teoetur petere licentiam illud exequendi, ſed abſque alia licentia, niſi prohibeatur, vel impediatur à ſuperinre poſſit votum implere) & manifeſtare ſuperiori votum, ſi fortè deſiſtat ab illa occupatione incompatibili eum vnti implemento, & det facultatem exeqnendi rem vnto promiſſam; an verò minimè teneatur ad talem voti manifeſtationem, & à voti tranſgreſſione excuſetur ſubditus durante illa occupatione incompatibi cum votn.

119 Prima ſententia in vtroque caſu aſſerit ſubditum vouentem teneri manifeſtare votum ſuperiori licentiam petitam deneganti, vel occupanti illum in opere incompatibili cum voti executione. Ita præter plurimos alios à Sanehcz *d. lib. 9. de matr. diſp. 43. n. 3. & in ſum. d. cap.* 25 *n.* 28. & à Sayro *d. cap. 5. n. 20. relatos*, idem Sayrus *ibidem*, Leſſius *lib. 2. cap.* 4n. *dub. 12. n.* 72. Azorius *tom. 1. lib.* 11 *cap. 17. q. 6.* & Valentia 1. 2. *diſp. 6. q. 6. p. 6 quæſt.* 2. Ratio eſt, quia teoetur ſubditus vouens adhibere medium oportunum, & neceſſarinm, quantum eſt ex parte ſna ad votum implendum vt *num.* 116. dictum eſt. At ſuperior non poteſt cnnſentire executioni voti, niſi illnd ſciat; ſi enim ſciret votnm, fortè & facilios conſentiret; cum ſæpe ſuperiores abſolutè negare ſoleaot, quod concederent, ſi ſcirent eſſe Deo promiſſum per votum; ergo ſubditus vouens tenetur ſuperiori oeganti licentiam, vel volenti occupare in alio opere incompatibili cum voti executinoe aperire votum, vt probet, vel ſuſpendat prout ei viſum fuerit; & hanc ſententiam Sanchez *d. cap.* 25 *num.* 29. dicit eſſe ſatis probabilem & abſolute tenet Baſilius Pontius, ſi manifeſtatio vnti iudicetur medium idoneum, vt ſuperior concedat facultatem; ſecus verò ſi iudicaretur habitura aliquid efficacitatis ad obtinendam facultatem implendi.

120 Alsera ſententia docet, quamuis vt votum maneat verè irritatum, & extinctnm omnino quoad obligationem, requiratur notitia voti in ſuperiore irritante, vt *num.* 117. probatnm eſt, vt tamen eius obligatio ſupenſa maneat, & ſubditus vouens ab eius executinne excuſetur, dum licentia ſibi denegatur ſufficere petitionem licentiæ exequendi opus promiſſum non expreſſo voto. Ita Caietanus licet obſcurè 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. Nauarrus *in man. cap.* 11. *num.* 69. Canus, Lopez, Palatios à Sayro *vbi ſuprà* & Sanchez *d. num.* 29. *& d. diſp.* 43. *num.* 7. Suarez *d. tract. de voto lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 15. & Laymann *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 7. *num.* 7. Ratio huius ſententiæ eſt, quia vxnr, vel ſubditus vouens opus, ad cuius execurinnem requiritur licentia ſuperioris tacitè ſe obligare videtur ad id ſolum, quod cummuniter eſt ſufficiens medium ad licentiam impetrandam, ne alioqui votum ſit vanum, & deriſorium (cum enim vota ſint ſtrictè interpretationis, virtualis intentio vouentis non eſt extendenda ad extraordinaria, & communiter non neceſſaria media) at communiter; & per ſe loquendo ad impetrandam boni operis exequendi licentiam ſufficit ſuum deſiderium ſuperiori manifeſtare, & licentiam petere; Ergo ad hoc ſolum cenſenda eſt virtualis eius intentio ſe extendiſſe. Cnnfirmatur; quia vouens nbligatur ſolum ad implendam cnnditinnem in voto incluſam, & qua poſita maneat validnm totum votum; id enim totum inelnditur virtute in promiſſione, ſeu voluntate prnmittendi; at hanc ſufficienter implet vouens petendo licentiam tacitn votn, quia cnnditin in voto ſubintellecta eſt; *ſi ſuperior conſenſerit*; ac prninde nnn tenetur ſimul manifeſtare vntum emiſſum, niſi vouendo expreſſè intendiſſet ſe nbligare ad talem maoifeſtationem. Nec ſufficit (inquiunt Saochez, & Suarez) tempore voti adeſſe intentionem, ſeu propoſitum manifeſtandi illud ſuperinri, ſed neceſſe eſt, adeſſe illam expreſſam intentionem ſe nbligandi. In dubio autem an fuerit propoſitum, vel expreſſa intentin, & actualis voluntas ſe nbligandi iidem aiunt, non eſſe obligatinnem manifeſtandi, cum nulla ſit poſſeſſio pro nbligatione vnti ad hoc onus manifeſtatinnis; ſed tuta pro volnntatis libertate.

In hac difficultate nmnes dicunt tutius, & conſultius eſſe votum ſuperiori explicare. Etſi vtraque ſententia ſit probabilis, probabilior tamen videtur prior ſenteoua; probat ratio pro illa adducta. 121

Retenta autem poſteriori ſententia Sanchez *d. diſp.* 43. *num.* 8. *& d. cap.* 25. *num.* 31. & Layman *loco citato*, & alij ab eodem Sanchez *relati*, addunt, vbi ſemel facta petitione exequendi rem promiſſam tacito voto, licentia exequeodi non fuit à ſuperiore denegata in perpetuum, ſed pro certo tempore, eo tranſacto (niſi voti obligatio tali tempori fuiſſet alligata, atque adeo ceſſaſſet) teneri ſubditum iterum petere; cum per talem denegationem voto ſuperiori incognito non irritetur votum, ſed ſolum obligatio ſuſpeodatur; ac proinde remanet nbligario ad petendam iterum implendi licentiam, quando prudentia dictauerit, tempus eſſe opportunum. Imò etiamſi ſuperior inſcius voti rogatus licentiam exequendi rem promiſſam omnino, & ſimpliciter denegaret licentiam ſubdito vouenti peteoti dicens ſe oolle, vt *vnquam impleat*; Quamuis in hoc caſu nonnulli Neoterici (vt teſtatur Saohez locis citatis) voluerint ſubditum vnuentem nnn teneri amplius petere licentiam ab eodem, vel à ſuperinre ſucceſſore, quia ſufficiat petere ſemel licentiam pro toto tempore, quo votum obligat, vt illa materia ſit apta voto emittendo; & quia cum iam vnti materia ſit abſolnte prohibita, non obligat amplius votum, neq; quidem per ipſius irritationem, cum ſit incognitum, ſed per materiæ ſubtractiooem; cum opus abſolutè prohibitum prudenter à ſuperiore non ſit apta materia voti iuxta tradita *ſuprà num.* 111. Nihiloſominus Sanchez *d. diſp.* 43. *num.* 8. *& d. cap.* 25 *n.* 31. etiam in hnc caſu affirmat iterum tempore opportuno petendam eſſe licentiam ſaltem à ſucceſſore ſuperiore, ſi obligatio voti non erat alligata illi tempori prohibitionis durantis. Quia cum prohibitio illa ſuperioris non ſit per modum conſtitutionis non eſt perpetua, ſed ceſſante illius ſuperioris poteſtate eius mandatum extinguitur; Vnde votum, quod erat tantum ſuſpenſum, reuiuiſcet finita ſubiectione; etſi nulla alia ſubiectio ſuccedat (vt contingeret in vxore mortuo marito remanente vidna) obligabit ſtatim votum; ſuccedeote autem alio ſuperiore (vt contingit in religioſis) obligabit ad iterum petendam licentiam; quia in vtroque euentu ceſſat impedimentum. Confirmat Sanchez *dicto numero* 31. Quod multi ſuperiorum ſunt imprudentiſſimi, &

peſſimis motibus imbuti, vt meritò credi poſſit per eorum prohibitionem non irritantem votum minimè auferri votum defectu materiæ, & ita ſola erit ſuſpenſio pro illius ſubiectionis tempore. Si verò votum erit alligatum tempori (v.g. ieiunandi in vigilia Corporis Chriſti, vel peregrinationis ad Vrbem in anno Iubilei) quod durante prohibitione ſit tranſactum, cum voti obligatio iam ſit extincta per lapſum temporis, non erit neceſſe iterum licentiam ab alio ſuperiore petere, inquit idem Sanchez. Addit tamen, ſi ieiunium promiſſum obſeruandum in tali die non eſſet alligatum tali tempori; ſed tempus illud appoſitum ſolum ad non differendam voti executionem, per illam prohibitionem ſuperioris inſcij voti non extingui voti obligationem, ſed ſolum ſuſpendi, vt tunc non ieiunans excuſetur à culpa; & ita vouentem teneri ieiunare altera die, quando concederetur licentia, vel prohibitio ceſſet; & conſequenter eſſe obligationem petendi iterum licentiam tempore opportuno.

123 Ex quibus idem Sanchez *d. cap. 25. num. 33.* addit etiam, ſuperiore voti inſcio non prohibente quidem materiam promiſſam, quæ ſecundum regulam ſit permiſſa, ſed tantum occupante ſubditum tempore, quo neceſſario erat votum impleturus, non teneri ſubditum ad votum ei manifeſtandum, ſed ſi votum ſit incompatibile cum illa occupatione excuſari à tranſgreſſione voti; & ſi votum erat illi tempori alligatum, ceſſare omnino; ſicut quando ſuperuenit prohibitio ſuperioris; quia occupatio illa ſit quædam prohibitio operis cum illa incompatibilis. Quod idem Sanchez ait procedere non ſolum in ſuperiore habente poteſtatem dominatiuam, qua irritare poteſt vota; ſed in habente qualemcunque ſuperioritatem, qua poſſit ſuſpendere votum præiudicans ſubiectioni; eo quod eadem ſit ratio.

124 Vtrum vero ſuppoſita priori ſententia *num. 119.* tradita. Vxor, quæ vouit abſque mariti licentia continentiam, ſeu caſtitatem, rogata à marito reddere, teneatur ei ſignificare votum continentiæ à ſe factum, an verò poſſit licite reddere tacito voto actum eſt *ſuprà ca. 8 num. 26.* vbi ſuppoſita ſententia *ibidem num. 83* tradita quod votum caſtitatis ab altero coniugum poſt conſummatum matrimonium emiſſum abſque alterius licentia, ſeu conſenſu non ſit validum quoad non redditionem debiti, illud votum nec ſub ea conditione *ſi alter conſenſerit* comprehendit actum non reddendi, vt *d. num. 6.* notatum eſt, & tradit Sayrus *d. cap. 5. num. 20. verſic. nec valet exemplum.* Ac proinde coniux poſt tale votum poteſt reddere non manifeſtando votum petenti. Quod ſi tale votum caſtitatis valeret etiam quoad actum non reddendi, vt tenet altera ſententia *d. cap. 3. num. 87.* tradita, tunc vxor, quæ abſque viri licentia vouiſſet, perſiſtendo in eadem ſententia *n. 119.* tradita teneretur viro debitum petenti aperire votum.

Maritus, & alius ſuperior quandònam, quibúſve verbis, aut ſignis cenſeatur vere irritare votum vxoris, aut ſubditi, vel tantum illud ad tempus ſuſpendere.

125 Cæterùm cum qui poteſt votum irritare, poſſit etiam tantum eius obligationem ad tempus ſuſpendere reſtat explicandum, quandonam maritus, aut quiuis alius ſuperior conſcius, & memor voti cenſeatur irritare, & quando tantum ſuſpendere votum. Igitur ſi dicat ſe irritare, vel diſſoluere votum, vel nolle, vt voto abſtrictus ſit; citra omne dubium eſt vera irritatio. Similiter ſi materiam voti prohibeat in perpetuum vt ſi maritus, aut alter ſuperior dicat, *nolo vt vnquam facias*, eſt manifeſta irritatio; quia nullo modo poſſet illa voluntas ſortiri ſuum effectum, niſi votum irritando, vt Sanchez *d. diſp. 43. num. 10. & cap. 25. num. 35.* Pariter ſi abſolutè, & ſine temporis limitatione deneget licentiam exequendi votum, illiúſve executionem prohibeat, vt ſi dicat, *nolo, vt exequaris*, vel *nolo vt facias.* Ita Sanchez *locis citatis.* Leſſius *de iuſtit. cap. 40. dub. 12. num. 77.* Caſtrus Palaus *tomo 3. tract. 15. diſp. 2. p. 4. num. 1.* Dum enim abſque temporis limitatione, & abſolutè denegat licentiam, & executionem, comprehendit omne tempus; & ſic tollit omninò voti obligationem. Quod etiam confirmatur ratione; quia omnia vota ſubditorum, ſi ſint de rebus ſibi permiſſis, habent imbibitam conditionem, *niſi ſuperior contradixerit*; & de rebus prohibitis fieri abſque licentia habent tacitam conditionem *ſi ſuperior conſenſerit*, ſeu, *licentiam dederit*, vt in præcedentibus dictum eſt; Ergo marito, aut quouis alio ſuperiore gnaro, & memore voti contradicente, aut non conſentiente abſolutè, votum ceſſat; quia ceſſat conditio, ſub qua factum eſt; ſicut quodlibet aliud votum conditionatum ceſſat ceſſante conditione, ſub qua fuit emiſſum. Si verò maritus, aut alius ſuperior non explicat ſuam voluntatem; ſed dicat, *nolo, vt pro nunc exequaris, aut pro nunc facias*; tunc non erit voti irritatio; ſed ſola ſuſpenſio, vt locis citatis Sanchez; irritatio enim non eſt ad tempus, ſed tollit obligationem in perpetuum; quare ſi votum illud non ſit onus temporis, tenebitur vxor, aut ſubditus vouens, eo tempore tranſacto votum implere, ſi ſit de opere permiſſo; aut licentiam implendi petere, ſi ſit de opere prohibito fieri abſque licentia. Si verò ſit onus diei, ſeu temporis non tenebitur amplius ad id votum, niſi intra implendi tēpus ſuperior licentiam conceſſerit. In dubio autem, an verba illa mariti, aut ſuperioris importent, ſeu denotent irritationem, vel ſolam ſuſpenſionem, quam irritatio, vt Sanchez *d. diſp. 43 citato num. 10.* & Leſſius *dict. num. 72.* quia votum eſt veluti in poſſeſſione obligandi, vnde pro voto interpretatio facienda eſt. Item ſi ſuperior gnarus voti, vel ſi illius immemor admonitus facto ipſo veniat contra ſubditi votum, vt actu illo momentaneo frangi debeat à ſubdito parendo præcepto ſuperioris, non cenſetur irritare abſolute, ſed pro illa vice tantum ſuſpendere votum ſi habeat tractum ſucceſſiuum; vt ſi vxor ex conſenſu mariti emiſit votum caſtitatis quoad petitionem, & redditionem debiti, & poſtea maritus voti memor vel ſi immemor ab ea petat debitum (in quo peccat, vt *ſuprà cap. 3. num 96.* dictum eſt) non erit irritatio voti, ſed ſuſpenſio pro ſola illa vice, vt *eodem cap. 3. n. 95.* declaratum eſt, & tradit Sanchez *loco ibidem citato, & d. diſp. 43. num. 10 & d. cap. 25. num. 35.* ac proinde vxor pro illa vice non peccat reddendo (cum vir non obſtante illa licentia vxori conceſſa adhuc retineat ius iuſtitiæ exigendi debitum, vt *d. cap. 3. allegato n. 96.* probatum eſt) debitum; ſiue maritus peccet reuocando abſque legitima cauſa voluntatem, ſiue non peccet reuocando ex iuſta cauſa, vt etiam *d. cap. 3 allegato num. 92.* notaui.

Aduertendum autem, vt valeat voti irritatio, non requiri vt votum in ſpecie ſit ſuperiori notum ſeu manifeſtatum; ſed ſi nulla circa ſubſtantiam voti falſitate propoſita tegatur ſuperiori votum, proponendo illi tantum votum in genere, & ille irritet, valebit irritatio, vt docet Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 45. num. 29.* & Pontius *lib. 10. cap. 17. num. 22.* quia nil aliud ad ſui valorem petit irritatio, quam ſuperioris irritantis voluntatem (vt *ſuprà §. 1. oſtenſum eſt*) quæ legitima eſt, quando etſi non conſcius voti in ſpecie, irritat, quodcunque illud ſit, cum etiam inſcius omnino 126

voti

Digitized by Google

voti poſſit illud irritare ſub conditione; vt ſi nullo ſibi manifeſtato voto, quod ſubditus verè emiſerit, vel de ſolo actu interno, aut externo per ſolum actum vouendi internum, vel per actum externum exterius aliquo ſigno manifeſtatum, dicat ſubdito, *ſi emiſiſti hoc votum, illud irrito*; vt ait idem Sanchez *d.lib.4. cap. 24. num. 40.* Vbi rectè docet poteſtatem dominatiuam irritandi vota, extendi etiam ad vota mere interna nullo exteriori ſigno expreſſo, quia licet ſuperior ignoret votum, poteſt præfato modo ſub conditione, ſi illud fuerit emiſſum irritare. Etſi enim ſuperior non poſſit iubere, vel prohibere actum mere internum, quia id eſt obligationem inducere, & onus imponere, & dare illa legem, aut præceptum imponere petit poſſe iudicare & ad illum cogere, quæ nulli poteſtati humanæ conceduntur reſpectu actuum pure internorum. Nihilominus eum irritare, & etiam diſpenſare, ac commutare votum ſit liberare ab obligatione & ab onere, non eget poteſtate legis, aut præcepti ferendorum circa illa, & cogendi aut puniendi; & ideo tanquam quid fauorabilius conceditur ſuperioribus circa actus mere internos. Vt Sanchez *d.n. 40.*

127 Si autem à ſubdito debita opera taceatur votum in ſpecie ad decipiendum ſuperiorem, vt irritationem concedat, quia nimirum ſcitur ſuperiorem in contraria voluntate habituali eſſe non concedendi irritationem circa hoc votum occultatum, & id prudenter, & rationabiliter, atque adeo expreſſo in ſpecie voto denegaturum irritationem, tunc non valeret irritatio, vt idem Sanchez *d.cap 27 num. 26.* notauit, dicens ſecus eſſe quando ea voluntas eſſet aperte irrationabilis, aut nulla eſſet talis voluntas ſed tantum crederetur fore, vt à conceſſione aliqualiter retardaretur, & forte nollet, eo quod minutiſſima ſpectet, & ſcrupulis agitetur. In priori enim caſu cenſetur voluntas ille habitualis rationi conſona durare, & ita verificetur regula, in *generali de reg. iur in 6.* in ea generali conceſſione (etenim quamuis ſit vnum votum poteſt dici generalis conceſſio ex parte ſuperioris, quia id votum poteſt eſſe multiplex, vnum, aut aliud) id quod in ſpecie denegaretur, non continetur. Secus in poſteriori caſu, quia voluntas præſens eſt interpretanda ſecundum rectam rationem. Vt idem Sanchez *d.c.41. num.13.*

128 Aduertendum etiam, quod licet aliqui (vt Sayrus *d.lib.6.cap.10. num.13.* & nonnulli alij à Sanchez *lib.4. ſumm cap.20. num.20. relati*) cenſeant ſubditum implentem votum poſt illius irritationem à ſuperiore factam, maximè ſi non ad ſubditi inſtantiam, ſed propria ſponte irritauit, peccare, eo quod faciat contra obedientiam, ſeu voluntatem eiuſdem ſuperioris; & id verum ſit, ſi ſuperior irritans impoſuerit præceptum obligans ad non implendum, nihilominus ſola voti irritatio, etiam authoritate propria, & ſponte facta, nec id præceptum, nec voluntatem, vt ſubditus votum non exequatur, arguit, niſi ex circumſtantiis occurrentibus aliud colligatur; cum ea irritatio poſſit eò ſolùm tendere; quia vult ſubditum voto non grauari, licet materiam nolit prohibere, vt Sanchez *d.n.20.*

§. XIII.

Vxor an, & quæ mariti vota irritare poſſit.

129 SAnchez *de matr.lib.9. diſp.42.num 1. & in ſum.lib.4. cap.34.num.19.* & Fagondez *in decal. lib 2.cap.38.n 9.* referunt aliquos negaſſe omninò, vxorem poſſe aliqua viri vota irritare, quia vxor non habet dominium in voluntatem viri, ſed imò ipſi tanquam capiti eſt ſubiecta, vt *ſuprà* §.2. probatum eſt; & quia non eſt domina materiæ promiſſæ, nam ſi eſſet domina illius, maximè hoc verum haberet in actibus matrimonij, ad quos tamen neutri eſt dominium, ſed vterque eſt par, ſeu æqualis iuxta cap. *gaudemus, de diuortus.* Et præter alios huius ſententiæ aiunt videri Azorium *p.1. lib.11. cap.7. quaſt. vlt. & cap.18. q.13.* Ex quibus tamen locis ſolum colligitur Azorium velle maritum poſſe ſine vxoris conſenſu emittere aliqua vota, v.g. abſtinentiæ, peregrinationis, eleemoſynæ, & ſimilia, & illa exequi inuita vxore; ex quo non fit, vt velit, vxorem non poſſe aliqua vota irritare.

Igitur communis Doctorum ſententia eſt, non 130
poſſe vxorem omnia vota mariti irritare. Quia cum non ſit caput viri, ſed ipſi viro ſubdita, non habet authoritatem, ſeu dominium in voluntatem viri quoad illius gubernationem; ſed ſolam quatenus habet in materiam ſibi præiudicantem. Ita Canoniſtæ, & Theologi, qui *num. ſeq.* allegantur, & alij omnes.

Item communis ſententia Doctorum eſt; vxorem 131
poſſe irritare omnia vota viri, & iuramenta Deo præſtita, quæ ratione materiæ ſibi præiudicant quoad moderatam debiti redditionem, vel quoad cohabitationem, ſeu coniunctionem thori, & domicilij, & quoad ea omnia in quibus vir ex lege matrimonij, vel alterius contractus tenetur ſe accommodare vxori, & conſequenter non poteſt ea vouere, niſi vel de conſenſu expreſſo vxoris, vel niſi ſub tacita conditione, *ſi vxor conſenſerit.* Ita ex Canoniſtis Gloſſa, *in can manifeſtum 33. q.5. ibidem.* Hugo, Innocentius, Ioannes Andreas, Butrius, Panormitanus, Ancharanus, Cardinalis *in cap. Scripturæ, de voto*, & alij à Sanchez *d diſp 42. num.2. relati.* Ex Theologis, & Summiſtis, Paludanus, Gabriel, Maior, Abulenſis, Angelus, Sylueſter, Roſella, alij ex Antiquioribus à Sanchez *d.diſp.42.n.2. & d.cap 34.num.20.relati.* Et ex recentioribus Theologis *ſuprà initio huius capitis relatis.* Sanchez *locis modo citatis.* Sayrus *lib.6. clau.cap 5.n.9. & cap.10.num.20.* Suarez *tomo 2. de relig. de voto lib.6. cap.4.num.8.& ſeqq.* Leſſius *de iuſtitia lib.2. c.40. dub.15. num.98.* Layman *lib.4. tract.4.cap 7.num.15.fine.* Baſilius Pontius *lib.10. cap 17. §.2.* Villalobos *tract. 24. diff 22.* Fagundez *in dec al. lib.2 cap 38. num.20. & ſeqq.* Trullench *in decal lib.2. cap.2. dub.33.* Filliucius *tr.26. cap.9.num.237.* Gordonus *lib.6.q.5.num.71.* & Bonacina *de precept.diſp 4.q.2.p.7.§.2 num.17.* Ratio eſt, quia licet vxor ſit viro ſubdita, habet tamen dominium, & poteſtatem corporis viri, quoad debitum ſibi moderatè reddendum, & ad cohabitandum, & cubandum in eodem thoro *1.ad Cor 7.* ergo vota mariti huic dominio præiudicantia poteſt irritare. Et quamuis quoad actus matrimonij coniuges ſint pares ea ratione, quod æquè neuter tenetur, & obligatur petere, & vterque tenetur reddere debitum alteri; nihilominus ſunt ſibi ipſis ſubditi, quatenus neuter habet ſui corporis poteſtatem, & dominium, ſed vterque per matrimonium eam poteſtatem, & dominium tranſtulit in alterum; ratione ergo huius dominij, & ſuperioritatis poterit vxor irritare vota mariti ſibi in hoc dominio præiudicantia. Neque eſt maior ratio, cur maritus poſſit irritare vota vxoris ſibi præiudicantia, non verò poſſit vxor irritare vota mariti, quæ iuri ſuo præiudicant. Quare ſicut vota vxoris viro præiudicantia abſolute, & independenter à viro intellecta ſunt irrita, & vt valeant, debent includere conditionem, *ſi vir conſenſerit*; ita etiam vota viri in præiudicium vxoris independenter ab vxore intellecta, ſunt irrita, & de re iniuſta, & vt valeant, debent habere imbibitam conditionem, *ſi vxor conſenſerit*, hoc autem eſt fundamentum poteſtatis irritandi, vt *ſuprà* §. *præc. &* §. 1. probatum eſt.

Hinc

Digitized by Google

132 Hinc primò, ſi maritus vouit longa ieiunia, & immoderatas abſtinentias, aut vigilias, aut multiplices preces, & alia exercitia ſpiritualia, quæ obſtent debito coniugali moderatè reddendo, vel cubare humi ad longum tempus; huiuſmodi vota tanquam ſibi præiudicialia, & minimè valida, niſi quatenus habent tacitam conditionem, *ſi vxori placuerit*, poteſt vxor irritare; vt præfati Doctores omnes tradunt, & probaui etiam *cap.1. num.129.* Secus ſi prædicta exercitia mortificationis corporis, & ſpiritualia ſint moderata, non impedientia moderatum vſum matrimonij, vt tradunt iidem Doctores, & alij, quos *d.cap.1.num.128.* allegaui. Nam hæc poteſt independenter ab vxore vouere, vt *d.n.128.* probaui. Declarant tamen Sanchez *d.diſp.42.n.5. & d.cap.34. num 2.* & Fagundez *vbi ſuprà n.22.* vxorem non poſſe irritare præfata vota quoad totum, ſed ſolum quoad exceſſum illum, quia ſolum poteſt irritare, in quantum ea vota præiudicant debito coniugali moderatè exercendo, ſolum autem ille exceſſus eſt huiuſmodi; & obligatio illa non eſt indiuidua, ſed commodam patitur diuiſionem. Quod confirmant, quia ſi ieiunium ex præcepto Quadrageſimæ impedit debiti coniugalis moderatam redditionem, excuſabitur vir ab eo ieiunio non in totum, ſed quoad partem, & in quantum huic rei præiudicium affert. Cæteri autem Doctores abſolutè, & abſque diſtinctione aſſerunt vxorem poſſe præfata viri vota ſibi præiudicialia irritare; & contra declarationem facit, quod ingens oriretur ſcrupulorum occaſio, ſi diſcernendum eſſet, quantum præiudicarent; maritus enim vnam, vxor aliam opinionem haberet; & ſic in diuerſas ſententias per diſcordiam abirent, quod non modicum præiudicium erit paci coniugij. Huic tamen obiectioni reſpondet Fagundez dicens, iudicium circa magnum, aut paruum præiudicium non poſſe eſſe mutuæ diſcordiæ, & iurgij cauſa, quia adſunt pij, & prudentes Confeſſores, & alij viri literati, qui eam litem dirimere prudenter poterunt. Sed puto in hac re non multum ſcrupulizandum, & ſaltem niſi poſſet accidenter diſcerni exceſſus, & præfata vota de materia diuiſibili nõ eſſent emiſſa per modum vnius, ſed per modum plurium, vxorem poſſe illa irritare.

133 Secundò poteſt vxor irritare viri votum aſſumendi habitum religioſum, cum id ſit præiudiciale ſibi quoad actum coniugalem iuxta tradita *ſuprà cap.1.n.130.* & ita docent Sanchez, Leſſius, Fagundez, & alij Doctores præallegati.

134 Tertiò poteſt vxor irritare votum mariti longæ peregrinationis, etiam Hieroſolymitanæ cauſa deuotionis; hoc enim præiudicat ſibi quoad vſum coniugij; & quoad cohabitationem; vt dictum eſt *ſuprà cap 6.num.9.* ac proinde non poteſt emitti niſi dependenter à conſenſu vxoris. Ita Doctores *d. n.9. citati* & alij *ſuprà n.131. allegati.* Quare non eſt audiendus Abulenſis *cap.17. Leuit q 10.* vbi ait poſſe maritum omnem peregrinationem præter vltramarinam vouere abſque vxoris conſenſu; quem aliam expreſſe refutant Sanch *d cap.34. n 23.* & Fagundez *d. cap 38 num 23.* Quid autem de voto peregrinationis in ſubſidium terræ ſanctæ, & quando maritus poſſit illud emittere abſque conſenſu vxoris, & ipſa inuita, & conſequenter ab vxore nequeat irritari, actum eſt *ſuprà cap 6. num 10.* Breuem autem peregrinationem poteſt vir inuita vxore vouere, vt tradunt iidem Doctores, & probatum eſt *ſuprà cap 3. n.9.*

135 Vtrum autem votum mariti de non petendo debitum abſque vxoris conſenſu emiſſũ poſſit vxor irritare? Certum eſt, ſi ſit de non petendo ex iuſtitia, ſeu non exigendo in rigore, vxorem non poſſe irritare tale votum, quia ſibi non præiudicat, ſed prodeſt, & marito tantum præiudicat, vt conſtat ex traditis *ſuprà n. 23.* & ita Sanch. *d.cap. 34 n.27. & d.diſp.42. n.7.* Fagundez *d.c.38 n.28.* Nauarrus *in man.cap.12.n.60.* & alij omnes. Difficultas eſt, ſi votum ſit de non petendo vllo modo etiã amicabiliter; aut vir promittat Deo caſtitatem abſolutè; an vxor poſſit illud votum ſolum de non petendo omninò irritare, & hoc abſolutum caſtitatis irritare quoad obligationem non petendi. Et non poſſe docent præter nonnullos alios, quos Sanch. *d.diſp.42.d.n.7.* refert, ipſe Sanch. *ibid. & d. c 34 n.27. & d diſp.42.n.15.* Palaus *d.p 6.n.10.* Leſſius, & Villalobos *locis ſuprà n.131. allegatis.* & ita ſentire videtur Baſ. Pontius *d §.2.n 19.* Probant, quia ex vi matrimonij neuter coniugum obligatur ad petendum debitum, neque ex vigore iuſtitiæ, neque amicabiliter, ſed tantum ad reddendum, vt probatum eſt *ſuprà c.1. n.15.* Et ex altera parte vxor non eſt caput viri, ſicut vir eſt caput ipſius. Neque obſtat per tale votum vxori imponi onus ſemper petendi; tum quia licet ſit aliquod onus, maritus vtitur iure ſuo, cum obligetur tantum reddere; tum quia eſt onus parui momenti, poteſt enim vxor minimo indicio petere, & vir tenetur ſe tunc paratum exhibere. Addunt Sanchez, Fagundez, & Pontius ad tollendum grauamen vxoris non obſtante tali voto non petendi, vel caſtitatis, teneri virum aliquoties petere, quia hoc ſit potius reddere vxori, ſi non expreſsè, ſaltem implicitè petenti. Etſi hoc non admittat Palaus, dicens ſatis eſſe ſe offerre reddere, cum primum vxor minimo indicio ſuæ voluntatis petit; nec neceſſariam eſſe aliam oblationem.

Contrarium, & vxorem poſſe irritare omnino votum non petendi, & ſuſpendere votum caſtitatis quoad obligationem non petendi, tenent Henriq. *lib.11. c.15 n 8.* Manuel, Philiarcus, Vega, Aragon, & nonnulli alij à Sanch *d.diſp.42.n 7. relati.* & ex præallegatis *n.131.* Layman *d.c.7 n 16.* Fagundez *d c.38.n 29.* (licet *cap.37.n 19.* contrariam ſententiam Sanchez ſequatur.) & ita ſentire videtur Trullench *loco ibid. citato.* & etiam Nauarrus *d c.12.n 60.* Ratio eſt, quia tale votum videtur verè cedere in præiudicium vxoris, cum mulieres ſint timidiores, & verecundiores, vt præ verecundia ſæpius non audeant petere. Vt *ſuprà cap.1 n.33 & 138.* dictum eſt. Et hanc ſententiam vti benigniorem & mulieribus fauorabiliorem libentius amplector. Nec obſtat cap. *quidam, de conuerſ. coniug.* à Leſſio contra hanc ſententiam obiectum. Vbi dicitur, eum, qui inuita vxore profeſſus fuerat, etſi profeſſio non valuit, non poſſe petere debitum; *Quia,* inquit textus, *cum eſſet in eius poteſtate id promittere, votum quoad hoc tenuit.* Secus tamen eſſe quoad non reddendum debitum quia id non erat in eius poteſtate. Et cap. *pla et eod tit.* idem dicitur de muliere, quæ cum putaret mortuum maritum, profeſſionem fecit. 136

Non obſtat, inquam, tum quia poteſt intelligi de petitione ex iuſtitia, tum quia intelligitur ante irritationem, vel ſuſpenſionem factam ab vxore, vel à marito; ſecus ſi vxor, vel vir irritauerit, tunc enim poteſt petere. Votũ autẽ illud caſtitatis à marito abſolutè emiſſũ non poterit vxor irritare quatenus obligat ad abſtinentiã à venereis extra matrimoniũ, & ab alio matrimonio; quia in hac nullatenus præiudicat vxori.

Item vxor poteſt irritare vota realia mariti, ſi cedant in detrimentum dotis, vel aliorum bonorum ſuorum, quorum adminiſtratio penes maritum eſt, cum ſibi præiudicant. Ita in terminis Laym. *loc. ſup. n. 131. cit.* & implicitè Leſſ. *loc. eod n.131. alleg.* & colligitur ex dictis; & indicant Suar. *alleg. c.4.n.18.* Sanch. *d. c. 34. n.26.* & Fagundez *d.c.38.n.26.* 137

Quod autem in præcedentibus dictũ eſt de votis viri præiudicantibus vxori, procedit etiamſi ex eius licentia, ſeu cum eius conſenſu ſint à viro emiſſa, adhuc enim vxor poterit illa valide irritare, quod probant 138

ſtant tradita *ſuprà n.74.* & tradunt Sanchez *d. c.34.n.30.* Fagund. *d.cap.38.n.33.* Villalobos, & Trollench *loco ſup n.131. relatis.* Peccabit tamen, ſi irritet abſque iuſta cauſa memor voti, vt iidem Doctores, & probant tradita *ſuprà n.85.* & quidem tantum venialiter iuxta tradita *n.75.* mortaliter verò iuxta tradita *n.88.*

139 Procedit etiam ſi vir ex vxoris licentia vouerit caſtitatem abſolutam; nam adhuc vxor poterit valide irritare tale votum quoad debiti redditionem conſtante matrimonio, vt Sanch. Fagund. Villalob. Trullench *loc. cit.* & probant tradita *ſuprà n. 93.* non tamen ſine peccato veniali, aut mortali ſi ſine iuſta cauſa, vt iidem Doctores, & probant tradita *ſuprà n. 87. & 88.* Et idem de voto viri non petendi debitum ex vxoris licentia emiſſum ſequendo ſententiam *ſuprà n. 126.* traditam, quod vxor poſſit illud irritare abſque illius licentia factum.

140 Si verò ex mutuo conſenſu caſtitatem perfectam vouerint; quid dicendum quoad irritationem, & remiſſionem renunciationis iuris proprij, ſeu reſciſſionem mutui pacti. Explicatum eſt *ſup. n. 95. & 96.* Et quid ſi vterque mutuo conſenſu voueat religionem vel alter vitam cœlibem, alter ſuſceptionem ordinis, vel religionem *ſuprà n. 97.* Et quid de omnibus alijs votis (excepto voto caſtitatis, & religionis (mutuo conſenſu viri, & vxoris emiſſis *ſuprà n. 98.* Quid verò de votis à coniugibus factis poſtquam mutuo conſenſu vouerunt caſtitatem? ſi perſeuerent adhuc in mutuo conſenſu, & pacto, cum per tale votum non abſoluantur à cohabitatione, & alijs obſequijs, ſed à ſolo debito coniugali perſoluendo, vt *ſuprà c. 3.* oſtenſum eſt; & vir adhuc retineat poteſtatem gubernandi vxorem, eiuſque voluntatem, poterit omnia vxoris vota, præter illud caſtitatis, irritare; vxor verò ſolum vota peregrinationis, & alia huiuſmodi quæ cohabitationi, & mutuis obſequijs obſtant, non autem quæ debito coniugali perſoluendo obſtant, quia ad ſolam cohabitationem ius habet, & caret gubernatione voluntatis viri. Hæc autem irritatio erit perfecta, ita quod vota illa irritata non reuiuiſcant, iuxta tradita infrà in fine huius paragraphi: Si autem fiat reſtauratio matrimonij per remiſſionem renunciationis iuris irritandi; Maritus poterit irritare omnia vota vxoris eo medio tempore emiſſa; vxor verò vota viri tunc emiſſa obſtantia debito coniugali; vt ſi vouit magnas abſtinentias, non poterit vxor perfecte irritare, ſed tantum ſuſpendere; quia cum vir tunc eſſet ſui iuris quoad debitum reddēdum, poterat independenter illi obſtantia vota emittere, atque ita reputantur tamquam vota facta ante matrimonium, quæ ſolum poteſt vxor ſuſpendere in quātum ſibi præiudicant, vt *n.142.* dictum eſt. Et hæc omnia Sanch. *d. diſp. 42. n.18. & d. c.34 n.31.*

141 Vota viri emiſſa poſt matrimonium ratum ante conſummationem animo tranſeundi ad religionem & ibi ea implendi non poteſt vxor irritare, nec ſuſpendere, quia ſibi non præiudicant, nec ipſi vir ſubditur quoad gubernationē voluntatis; ſi autem non eſſent implenda in religione poſſunt ab ea irritari ſi ſibi præiudicio ſunt, quia per ipſum matrimonium acquirit dominium, & ius in corpus viri, cui maritus nequit præiudicare, niſi per ingreſſū in religionem, vt Sanch. *d. c 34. n.29.* Fag. *d. c.38. n.27.* Vill. & Trull. *loc cit.*

142 Vota autem viri ante matrimonium emiſſa poterit vxor non ſimpliciter irritare, ſed eorum obligationem durante matrimonio ſuſpendere, quatenus ſibi præiudicium, & nocumentum afferunt. Ita Sanch. *d. n.29.* Fagund. *d. c.38 n.31.* Villalob. & Trullench. Et probant tradita *ſup n.43. & 45.* obligationem enim voti præualet ius præſens vxoris per matrimonium acquiſitum eo durante, vt de marito reſpectu votorum vxoris ab ea emiſſorum ante matrimonium dictum eſt.

Etiam vota à marito tempore prioris matrimonij 143
emiſſa poterit vxor ſequens in omnibus caſibus irritare vel ſuſpendere, in quibus prior vxor poterat; quia ſuccedit loco alterius vxoris, & poteſtas irritandi ſuccedens loco alterius poteſtatis irritandi eandem vim habet quam prior, cuius loco ſucceſſit; habebat, vt probant tradita *ſuprà n.58.* & in his terminis Sanchez *d. c.34. n.19.* iunctis ab eo traditis *c.28. n.3.* & Fagundez *d. c.38. n.32.*

An verò, & qua ratione altero coniuge incidente in 144
fornicationem, vel facto diuortio coniuges poſſint alterius vota irritare, & irritare emiſſa tempore diuortij, late explicatum eſt. *ſuprà n. 35. ad 41. & n.54.*

Cæterùm vota viri conſtante matrimonio emiſſa 145
præiudicantia vxori quoad debitum, & cohabitationem (præter illud abſolutæ caſtitatis quoad redditionem debiti, & alia vota debito perſoluendo obſtantia emiſſa tempore, in quo ex mutuo conſenſu erant ligati voto caſtitatis) & quoad dotem, & alia bona eius, ſemel irrita non reuiuiſcunt ſoluto matrimonio, ſed omninò remanent extincta, ſi vxor perfectè irritauit, & non ſolum voluit illa ſuſpendere. Vt tradunt Sanchez *dicto capite 34. num. 20. & dictâ diſput. 43 num. 3.* Fagundez, Trullench, Villalobos, & alij Doctores *ſuprà num. 131. allegati locis ibidem citatis.* Et Ratio eſt, quia ad veram irritationem votorum non requiritur dominium, & poteſtas in voluntatem vouentis, ſed dominium, & poteſtas in materiam promiſſam, vt *ſuprà num.104.* late oſtenſum eſt; tale autem dominium habet vxor circa ea, quæ debito coniugali, & cohabitationi præiudicant, in quibus vir ex lege matrimonij tenetur obſequi vxori; & circa ea, quæ ex vi alterius contractus tenetur vxori ſeruare. Et quia prædicta vota, ne ſint iniqua tanquam de re aliena, & contra iuſtitiam debent habere imbibitam (prout habere dictum eſt *ſuprà num. 131.*) illam conditionem *ſi vxor conſenſerit*, quæ eſt fundamentum poteſtatis irritandi, vt *ſuprà d. num. 140.* diximus. Quandonam autem cenſenda ſit perfecta irritatio colligendum ex traditis *num. 128.* Et an vir teneatur manifeſtare votum vxori, & petere licentiam exequendi illud, ſeu materiam promiſſam. Videnda ſunt tradita *ſuprà n. 116. ad 123.*

Ex dictis deducitur votum de rebus neceſſariis; 146
puta non mentiendi, non furandi, non adulterandi, ſi à viro ſiue ante, ſiue poſt matrimonium emittatur, ab vxore non poſſe irritari, nec ſuſpendi, cum voluntas mariti nullo modo pendeat à voluntate vxoris, nec illi ſit ſubiecta; & vxor ſola ea vota poſſit irritare, vel ſuſpendere, quæ illi præiudicium afferunt: Cuiuſmodi non eſt hoc votum.

Item deducitur Vota in familiæ, & rei familiaris 147
præiudicium v. g. erogandi magnas eleemoſynas à marito emiſſa non poſſe vxorem irritare. Vt tradunt poſt alios Suarez, Sanchez, & Fagundez *locis ſuprà num.137. citatis.* Et idem Sanchez *de matr. diſp. 42. n.6.* Ratio eſt, quia plena domus, bonorum, & rei familiaris gubernatio (vt ſæpè in præcedentibus dictū eſt) ad virum tanquam ad caput independenter ab vxore ſpectat; vnde & ipſa reclamante tenet factum. Hoc autem aiunt præfati Doctores intelligendum; niſi adeo copioſam eleemoſynam voueat, vt vel implere nequeat niſi alienando aliquid de rebus vxoris (nam tunc haberet tacitam conditionem, ſi conſenſerit vxor, alioqui eſſet de re iniqua, & per ſe irritum; & ita poſſet ab vxore irritari iuxta tradita *d. num. 17.*) vel tenderet in vitium prodigalitatis, quo caſu non haberet vim obligandi, nec indigeret relaxatione, vt iidem Doctores *ibid.* Hactenus de hac materia.

CAPVT

CAPVT IX.

DE OBLIGATIONE PARENTVM ERGA PROLEM IN FIERI, ET IN FACTO ESSE, SEV IAM conceptam, nondum tamen editam in lucem.

DE hac materia agunt Doctores *ſuprà cap.7. num.1. relati locis ibidem citatis*. Baſilius Pontius *lib.10. cap.13. & 14* & latiſſimè Theophilus *de Ortu infantium contra naturam*.

SVMMARIVM

§. I.

Coniuges ex vi coniugij ſub mortali tenentur non obſiſtere prolis generationi num 1.

Voluntaria ſeminis effuſio extra vas vxoris eſt peccatum mortale: & etiam voluntaria effuſio ſeminis fœminei. numero 2.

Si coniuges coëant eo modo, vt ex natura facti ſequatur ſeminatio extra vas, & generatio impediatur eſt peccatum mortale ibidem.

Effuſio ſeminis extra vas contingens præter intentionem, & ſine aduertentia caret culpa. ibidem.

Quid ſi non contingat ex induſtria, ſed tamen cum aduertentia ſine repreſſione. ibidem.

Quid ſi effuſio ſit paruæ quantitatis ſeminis. ibidem.

Vxor ſtatim à coitu ſe erigens, vel quid aliud faciens, vt ſemen exceptum expellat, peccat mortaliter n 3.

Sponſa de præſenti intra primum bimeſtre à ſponſo per vim cognita, & non vxor ab aliquo pariter vi, vel per metum oppreſſa, an incontinenti poſſint ſemen violenter, vel meticuloſè exceptum expellere n.4.5.& 6.

Spontè ſumere, vel viro, aut fœminæ propinare venena, ſeu potionem ad ſterilitatem inducendam eſt peccatum mortale. n 7.

Ad euitandum mortis periculum in partu imminens non poteſt fœmina ſumere potionem ſterilitatis, vt ſecurè reddat debitum. n 8.

Procurans ſterilitatem viro, vel fœminæ etiam ſequuto effectu non incurrit irregularitatem. n 9.

§. I.

Explicantur nonnulla apud omnes certa.

CErtum eſt coniuges ex vi coniugij ante vſum, vel in vſu matrimonij, vel poſt actum coniugalem teneri ſub mortali non obſiſtere propagationi prolis. Quouis enim modo voluntariè à coniugibus fiat aliquid, quo prolis generatio, ſeu propagatio impediatur, & matrimonium, & ſemen fruſtrentur ſuo fine, ad quem à natura ordinantur; grauis inordinatio contra legem naturæ committitur, quæ proinde eſt lethale peccatum. Ita omnes Doctores *ſuprà cap.7. num.167. citati*, & qui *infrà* citantur, & alij quos refert Sanchez *lib.9. diſp.16.17. & 20.* & Raynaudus *cap 10. num 2. de tract. de ortu infantium*. & docuit D. Auguſtinus *lib.1. de nuptiis cap 15.* his verbis. *Qui propagationi prolis obſiſtunt, ſiue voto malo, ſiue opere malo quamuis vocentur, coniuges non ſunt, nec vllam nuptiarum retinent veritatem; ſed honeſtum nomen velanda turpitudini obtendunt. Produntur autem, quando vſque progrediuntur, vt exponant filios, qui naſcuntur inuitis. Oderant enim nutrire, vel habere, quos gignere metuebant. Itaque cum in ſuos ſæuit, quos nolens genuit tenebroſa iniquitas, clara iniquitate in lucem promitur; & occulta turpitudo manifeſta crudelitate conuincitur. Aliquando eouſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam ſterilitatis venena procuret; & ſi nihil valuerit conceptos fœtus aliquando intra viſcera extinguat, ac fundat, volendo ſuam prolem prius interire, quàm viuere; aut ſi in vtero iam viuebat, occidi, antequam naſcatur.* Ita Diuus Auguſtinus, quæ partim referuntur can *aliquando 32. q.2.* Ex quibus etiam patet parentes teneri ſub mortali ad conſeruandam prolem iam genitam ſeu conceptam, ſicut & natam, & abſtinere ab omnibus, quæ illam lædere poſſunt, ad quæ *ſuprà cap.1. num.110.* dixi teneri parentes ex ſpeciali obligatione iuſtitiæ, ſeu pietatis.

Hinc primò colligitur voluntariam ſeminis effu- 1
ſionem extra vas vxoris (vt ſi à propoſito, & à parte ante de induſtria ab vtroque vel ab altero coniuge procuretur, ne generatio proli detur) eſſe peccatum mortale; quia impeditur finis, ad quem Deus matrimonium præcipuè inſtituit; & tunc perindè eſt, imò nihil aliud eſt, quàm ſe extra vas polluere, quod certum eſt, eſſe peccatum mortiferum contra naturam, cum aduerſetur fini generationis prolis, ad quem natura ipſa ſemen inſtituit; & eſt peccatum mortale mollitiei, quæ intrinſecè mala, & mortifera eſt, vt latè probaui *tom.1. mor. var. tit.1. § 60. & tom 3. tit.12. per totum*. Et ſi fornicatio eſt peccatum mortiferum; quæ tamen ſolùm caret ordine debito ad prolis educationem, multo magis voluntaria ſeminis effuſio erit mortalis, quæ aduerſatur præfato fini generationis naturalis, ad quem natura ipſa ſemen deſtinauit. Quæ rationes non ſolum manifeſtè conuincunt de effuſione ſeminis virilis, quod eſt omninò neceſſarium ad prolis generationem; ſed procedunt, ſeu probant etiam de voluntaria effuſione ſeminis fœminei; quod à natura etiam ordinatum eſt ad generationem, aut tamquam neceſſarium, vt multi volunt, vel ſaltem tamquam vtiliſſimum, & valdè ad illam conferens. Vt notat Sanchez *lib.9 diſp.17. n.8.* quia fœminea matrix voluptate effuſionis ſeminis irritata, ac incenſa auidius virile ſemen complectitur.

plectitur. Idem eſt quoties adeo contrauenitur modo naturali concubitus, ſeu coniuges tali modo coëunt, vt ex natura facti, entie coëundi modo eadem ſeminis effuſio extra vas ſequatur, generatioque ſubſequi nequeat, eſt enim peccatum mortale ob eaſdem rationes, quod ita impediatur finis, ad quem Deus inſtituit præcipue matrimonium, & fruſtretur finis, ad quem natura ſemen ordinauit. Quæ omnia procedunt ſiue in toto actu coniugali, ſiue in parte, aut in illius fine totum ſemen, aut notabilis pars illius extra vas fundatur. Et prædicta Doctores communiter Sanchez alios allegans *d. lib. 9. diſp. 17. num. 13. & 14. diſput. 29. num. 1.* Baſilius Pontius *lib. 10. cap. 11. num. 6.* Filliuccius *tract. 10. cap. 9. num. 331.* Fagundez *in decalog. lib. 6 cap. 3. num. 10. & cap. 9. num. 5.* Martinus Perez *de matr. diſput 49 ſect. 7 num. 2.* Bonacina *de matr. quæſt. 4. part. 13. num. 2.* Villalobos *part 2 tract 40. diff. 18.* Leandius diſcalceatus *de ſacram. part. 2 tract. 9. diſp. 15. quæſt. 19.* Diana *part. 4 tract. 4. reſolut.* 204. & alij Recentiores *cap. 7. numero 167. relatis locis ibidem citatis.* Dixi, *voluntariam*, &c. Nam ſi effuſio caſu, & ſine aduertentia, ac præter intentionem contingat, cum non ſit actus voluntarius, non eſt peccatum. Exemplum ponunt Sanchez & alij præcitati, & alij ab eodem Sanchez allegati, vt dum vir potens legitime cōgredi conatur, præter intentionē ex feſtinatione quadam ſemen extra vas effundit, nempe, quia præ nimia caliditate, & concupiſcentia præueniat pollutio congreſſum, id enim non vitio, ſed naturæ, feſtinationi, & vigori tribuendum eſt; etiamſi vir (addit Sanchez) metu aliquo ſic effundendi acceſſerit. Quod ſi effuſio extra legitimum vas auctoris non fiat quidem ex induſtria, ſed tamen cum aduertentia ſine repreſſione, & ſine conſummatione copulæ, quæ poteſt ſtatim libere haberi, etiam in hoc caſu eſſe peccatum mortale tenet Fagundez *d. cap. n. 20.* ex eo probans, quia ſi vir animaduertit, & noluit reprimere, cum facile poſſit; nec voluit copulam legitimam cum vxore ſtatim conſummare, conſequēter voluit ſe voluntarie polluere, quod eſt peccatum mortale mollitiei. Dixi etiam ſupra, *aut notabilis pars*, &c. Nam ſi parua pars ſeminis extra vas effundatur, alia retenta, effuſio etiam voluntaria ex paruitate materiæ excuſaretur à mortali: ita Sanchez plures alios allegans *d. d. ſp 17 n. 14* Pontius, Filliuccius, & Leandrus *locis citatis.*

Vxor, quæ ſtatim à coitu ſe erigit, aut aliud facit, vt ſemem receptum expellat, peccat mortaliter. Et an etiam ſponſa intra primum bimeſtre à ſponſo, & non vxor ab aliquo vi oppreſſa incontinenti expellens ſemen receptum peccet mortaliter.

3 Secundò colligitur peccare mortaliter fœminam, ſeu vxorem, quæ ſtatim poſt coitum vrinam effundit, aut ſe erigit, vel quid aliud facit, vt ſemen receptum expellat opinans probabiliter non eſſe adhuc attractum à matrice; quia ſic matrimonium, & ſemen fruſtrantur fine ſuo, ad quem à natura, ſeu authore naturæ ſunt inſtituta; ita Sanchez alios allegans *d. lib. 9. diſp. 20. num. 3.* Baſilius Pontius *d. lib. 10. cap. 13. num. 1,* Filliuccius *d. cap. 9. num. 134.* Fagundez *d. cap. 3. num. 22.* Villalobos *d diff 18.* Mazucchellus *de caſibus reſeruatis diſp. 2. cap. 3. quæſt. 1. diff. 4. & 24.* & Diana *p. 7. tract. 5. reſol. 31.* Non eſt tamen neceſſarium, vt ſit nimis anxia, diuque immota, & reſupina remaneat ad ſuſceptum ſemen cōſeruandum, breui enim tempore matrix ſemen recipit, & ad ſe rapit, & eo recepto os eius clauditur ſtrictiſſime, ita vt nec acus cuſpidem (vt notat Sanch. *d. diſp 17 n 12.* & notauit etiam ego in *tract. de contractu matr. cap. 11. n 18.*) capiat; vt ſi minus diſpoſita eſt, eiicit. ita idem Doctores. Addit Fagund. poſt Henriq. viri ſemen aliquando eſſe tam præferuidum, ac calidum, vt vix illud retinere poſſint fœminæ. Ex quibus patet nullo modo eſſe audiendum P. Bellochium eſſerentem mulierem, quæ ſtatim poſt coitum mingit, vel ſe erigit, vt ſemen virile receptum emittat non peccare mortaliter. Quod ſi mingeret, vel ſe erigeret abſque animo expellendi ſemen; & putaret à matrice attractum ſaltem quoad maiorem partem, tunc excuſaretur à peccato ſaltem mortali, quia non impediretur generatio; & hoc tantum probare poteſt diſcurſus Bellochij.

An autem fœmina, non vxor ab aliquo vi compreſſa, & cognita, vel ſponſa intra primum bimeſtre poſt matrimonium à ſponſo ſimiliter per vim cognita ſtatim à copula violenta poſſit licitè conari ad ſeminis violenter iniecti expulſionē, illúdve incontinenti expellere. In vtroque caſu negat Pont. *de matr. lib. 9 c. 10 n. 5.* Vbi ait quidem fœminam, quam quis iniuſtè vult comprimere, poſſe reluctari, & ſi dum reluctatur, ſemen extra vas effundatur, ab omni peccato excuſari; at verò poſt quā ſemen effuſum, & receptū eſt in vas, ſeu matricem fœminæ, peccatum mortale eſſe, illud ſtatim, & incontinenti expellere, cum illius ſeminis nullus vſus ſit, niſi in ordine ad generationē. Neq; inquit, ex eo, quod fœmina, dū vim patitur, licitè poſſit amouere comprimentē, & illius virile membrū extrahere, etiāſi ſit ſequutura ſeminis effuſio extra vas, ideo poteſt licitè ſemen iam receptū expellere, quia aliud eſt, ait, impedimenta apponere, dū quaſi in via eſt ad conſūmationem violentus aggreſſus, aliud verò ſemen eiicere; cum iam ad finem peruentū eſt, & perfecta, ſeu conſummata copula. Cōfirmat Pontius, quia nullo fine cohoneſtari poteſt ea expulſio ſeminis; nam, vt ea honeſta eſſe poſſet, neceſſariū eſſet, vt duo cōcurrerent præcepta, quorum vnum efficacius eſſet alio; hic autem concurrit præceptū naturale non eiiciendi ſemen cū conſilio ſuſcipiendi ſtatū religioſū, in caſu quo ſponſa cognita ſit per vim à ſponſo intra bimeſtre à matrimonio; ergo in hoc caſu præſertim effuſio illa ſeminis non poteſt reddi honeſta. Et hanc ſententiam tenet cum Taneda, Diana *p. 9. tr. 8 reſ 18.* 4

At quoad fœminam non vxorem per vim ab aliquo oppreſſam incontinenti, & ſtatim poſt copulam per vim conſummatam licitè poſſe expellere ſemen violenter in vas eius immiſſum, ſecus vero ſi non incontinenti tenet Sanchez *de matr. lib 2. diſp. 21. n 17.* Raynaudus *de ortu infantium cap. 10. n. 17. initio.* Marchantius *in reſolut. p. 1. c. 6. q 2.* à Diana *p. 7. tract. 5 reſ. 31. relatus*, & idem Diana *ibidem*. Ratio eſt, quia ea ſeminis tunc violenter iniecti, & primum recepti, nec adhuc pacificam poſſeſſionem adepti expulſio habet rationem iuſtæ defenſionis, eſtque præſentis iniuriæ repulſa; quæ ſicut in aliis iniuriis, ita etiam in hac licita eſt. Quare ſicut iuxta communem opinionem Doctorum, quos Sanchez *d. n. 17.* refert, licitum eſt priuata authoritate furem incontinenti, vbi furtum arripuit, donec in loco tuto conſtitutus eſt, percutere: quia reputatur iuſta defenſio, & iniuriæ adhuc præſentis, ſeu perſeuerantis repulſa; ita etiam iuſta defenſio reputatur illa ſeminis violenter in vas fœminæ, vim paſſæ iniecti ſtatim ac receptum eſt, depulſio; Quando autem iam ſemen habet quaſi pacificam poſſeſſionem, & eſt quaſi in loco tuto conſtitutum, cum tunc expulſio non ſit defenſa, erit intrinſecè mala, & peccatum. Confirmatur hæc ſententia, quia fœmina poteſt licitè illū amouere opprimentem, quantumuis ſit ſequutura ſeminis effuſio extra vas, quia non tenetur pati, vt ſemen intra vas ſuum violenter iniiciatur; ergo etiam ſemen violenter iniectum ſtatim poteſt licitè expellere; quia cum nondum ſit adeptus pacificam poſſeſſionem, adhuc reputatur eſſe quaſi in fieri, & in ipſa

effuſione. Et hanc ſententiam exiſtimo veriorem. Nec fundamenta Pontij contra prædictam rationem, & confirmationem vrgent, vt per ſe patet. Sicut enim præcepto naturali de non occidendo, aut percutiendo proximũ præualet ius propriæ defenſionis; ita præcepto naturali aliàs obligãti ad non effundẽdum ſemen, quod à natura deſtinatum eſt ad generationem prolis, quando effuſio eſt iniurioſa, & per vim attentata, præualet ius propriæ defenſionis; ſicut homo dum actu infert, aut cenſetur adhuc inferre iniuriam poteſt occidi licitè ab alio, cui iniuria irrogatur; multò magis ſemẽ ipſum, licet de ſe ad hominis generationẽ ordinatum, licitum erit fœminæ vim paſſæ expellere, & generationem impedire ad ſui defenſionem, & iniuriæ propulſionẽ, ſi fiat ſtatim ac violẽter iniectũ, & receptum eſt, & effuſio adhuc cẽſetur quaſi in fieri, & iniuria actu perſeueratre, vt explicatũ eſt.

6 Quo vero ad ſponſam de præſenti à ſponſo ante elapſum bimeſtre per vim compreſſam, & cognitam Sanchez eodem *n* 17. putat eam nec incõtinenti poſſe licitè ſemen expellere ob eam rationem, quod iniuria ſit multò leuior, nec infamiam pariat, & damnum non ſit adeo graue. Quare immeritò Pontius loco ſupra citato illi attribuit contrarium. Idem ibidẽ exiſtimat de fœmina non vxore per metum cognita, ob eam rationem, quod copula fuerit voluntaria, & cum peccato admiſſa. Et idem in vtroque caſu videtur ſentire Raynandus *d. n.* 37. Cum tamen in vtroque caſu, & tam ſponſæ per vim cognitæ intra bimeſtrẽ, quàm fœminæ per metum cognitæ grauis iniuria inferatur; nam ſponſa intra primum bimeſtre non tenetur, nec cogi poteſt ad redditionem debiti, & habet ius ingrediendi religionem, quo priuatur, ſi per copulam licet violentam proles concipiatur, vt *ſuprà cap.* 1. *num.* 82. dictum eſt. Fœmina autem per metum cognita, licet peccet conſentiendo, eo quod copula ſit intrinſece mala, tamen ex hoc non deſinit pati grauem iniuriam, & iniuſtè exponi periculo infamiæ, ſi proles concipiatur; ſicut & ipſa copula metu graui expreſſa eſt iniurioſa, quia non eſt ſimpliciter volita, ſed ſolum ad malum graue iniuſte comminatum euadendum. Quare in vtroque caſu videntur procedere rationes numero præcedenti adductæ, & expulſionem ſeminis incontinenti, & ſtatim ac libidinis conſummatio per vim, aut metum interuenerit, factam habere rationem iuſtæ defenſionis.

Sponte ſumere, vel viro, aut fœmina propinare venena, aut potionem ad ſterilitatem inducendam eſt peccatum mortale.

7 Tertiò colligitur, virum, vel vxorem ſumentem, vel eis propinantem venenum; ſeu potionem ſterilitatis, ita vt non poſſit vir generare, aut fœmina prolem concipere, eſſe peccatum mortale contra naturam, & inſtitutionem, ac legem matrimonij, ita vt nullo bono fine honeſtari poſſit. Conſtat expreſſe ex Diuo Auguſtino *loco ſuprà numero* 1. *relato*; & ex Bulla Sixti *V. effrænatam Anno* 1588. *Nouembri editam contra procurantes abortum*, de qua Sayrus *lib.* 3. *theſ. capite* 35. *numero* 24. *& ſeqq.* Azorius *lib.* 2. *capite* 2. *quæſt.* 3. & alij agentes *de excommunicationibus, & irregularitatibus in particulari.* In qua Bulla Sixtus omnes pœnas latas contra procurantes abortum, extendit aduerſus omnes eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint; & quo minus fœtum concipiant impedimentum præſtiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint, ſiue quocunque modo in his conſuluerint, ac mulieres ipſas, quæ eadem pocula ſponte, ac ſcienter ſumpſerint. Quamuis quoad hanc partem & abortum fœtus inanimati dicta Bulla fuerit ad terminos iuris comunis, & ſacrorum canonum, & Concilij Tridentini diſpoſitionem reducta à Gregorio XIII. in ſua Bulla incipiente, Sedes Apoſtolica, De qua idem Sayrus *locis citatis.* Idem tradunt Doctores communiter, Sanchez alios allegans *lib.* 9. *dict. diſput.* 20. *numero* 3. Baſilius Pontius, & Villalobos *locis ſuprà numero* 3. *relatis*, Raynandus *dicto cap.* 10. *numero* 24. Fagundez *in decalog. lib.* 5. *capite* 13. *numero* 5. Sayrus, Azorius *locis citatis*, alij relati ab Auguſtino Barboſa in *ſuprà allegatum canon. Aliquando* 32. *quæſt.* 2. & Diana *part.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 90. *& part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 32. & ex Medicis Codronchus *lib.* 1. *de Chriſt. med. rat. capite* 25. Ratio eſt, quia ſic priuare ſe potentia generatiua, & prolis conceptionem impedire, efficereque, vt ſemen non poſſit eſſe prolificum, fini intrinſeco præcipuo matrimonij, eiuſque bonis, quale eſt bonum prolis, aduerſatur, & repugnat. Quapropter in priori tractatu de contractu matrimonij *cap.* 10. *numero* 201. dixi conditionem de procuranda ſterilitate per ſumptionem veneni ſterilitatis vitiare matrimonium, quia repugnat dicto prolis bono, ad quod tradunt Doctores *dict. cap.* 10. *numero* 197. *&* 200. *relati*, & alij à Raynando *dict. numero* 24 *allegati*, & cæteri communiter. Repugnat etiam fini intrinſeco ſeminis, qui eſt generatio ipſa, qui per priuationem potentiæ generatiuæ fruſtratur; Et ſuppoſita dicta priuatione effuſio ſeminis per copulam reputatur tamquam facta extra vas fœmineum, cum ſemen nõ conducat ad generationem eodem modo ac ſi extra vas fœminæ effunderetur. Vnde Sanchez, Caietanus, & alij ab eodem Sanchez relati dicunt huiuſmodi procurationem ſterilitatis parum, & ſolum ſecundum magis, & minus diſtare à ſeminis effuſione extra vas. Quæ omnia patet eſſe intrinſece mala, ac proinde etiam nullo bono fine honeſtari poſſe dictam ſumptionem, vel propinationem veneni, ſeu potionis ſterilitatis ad tollendam potentiam generatiuam, & impediendam prolis conceptionem ex ſeminis effuſione, ſiue per copulam coniugalem, ſiue etiam per fornicationem, vt iidem Doctores tradunt.

Quare nec fœminæ ad fugiendum mortis periculum, quod probabiliter timet in partu, licitum 8
eſt venenum aliquod, vel potionem ſterilitatis ſumere, vt ſecure reddat debitum ſine conceptione prolis, vt ex præfatis Doctoribus colligitur, & etiam in terminis affirmant Diana *dict. reſol.* 90. Raynandus *dict. num.* 24. Codronchus & Fagundez *dict. num.* 5. Quia, inquit, id eſt priuare ſe potentia generatiua, quod eſt peccatum mortale, vtpote quod fini matrimonij præcipuo, ſeu bono prolis, & fini naturali ſeminis repugnat, vt dictum eſt. Confirmat quia in hoc caſu concurrunt duo præcepta, alterum de reddendo debito, alterum de non occidendo ſe ipſo, nec ſe mutilando, & fortius eſt præceptum de non mutilando, aut occidendo ſe, quam præceptum de reddendo debito; quando autem duo præcepta naturalia concurrunt, & vtrunque ſeruari non poteſt, ſeruandum eſt fortius, & minus forte relinquendum; & nomine mutilationis membri, inquit, venit etiam ſterilitas, cum nihil referat, an quis mutilam manum habeat, & ita ſterilem, & aridam factam, vt illa iuuari non poſſit. Hinc iterum confirmat idem Fagundez, quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona; certum autem eſt malum eſſe, ſe ipſum mutilare, aut occidere. Quod ſi contra rationem primo loco adductam dicant procurationem ſterilitatis in hoc caſu excuſari ex eo, quod matrimonium non ſolum ſic inſtitutũ in officiũ naturæ, & ad prolis generationẽ,

ſed

ſed etiam in remedium concupiſcentiæ, quia poſterior finis obtineri poterit, etiamſi prior excludatur ſterilitate inducta ob certum periculum in partu. Reſpondetur hinc nõ poſſe ſterilitatis inductionem excuſari; nam licet matrimonium ſit etiam remedium concupiſcentiæ; tamen hic finis cum non ſit niſi ſecundarius, non poteſt excludere finem primarium, ad quem matrimonium ordinatur, nempe prolis procurationem, cum fini intrinſeco, & præcipuo matrimonij prorſus repugnet ſterilitatis inductio. Quæ propterea nec etiam ob matris imminens vitæ periculum ex partu licita eſſe poteſt. Vxor igitur cum tali probabili periculo mortis in partu non tenetur reddere debitum marito, vt *ſuprà cap.* 1. *numero* 173. probatum eſt. Contrarium in hoc caſu Diana *dict. reſol.* 90. refert tenuiſſe Torreblancam *in pract. iur. ſpirit. lib.* 12. *cap.* 13. *numero* 31. & 36. motum ea ratione, quod ſicut pro tuitione vitæ matris poteſt illi præberi medicina tendens directe in abortum; ita etiam potio ſterilitatis. Sed dato antecedenti negatur ſequela; nam tunc fœtus aggreditur matrem, & eſt cauſa materni obitus, & præſentanea; in præſenti autem caſu fœtus non eſt aggreſſor matris, & periculum eſt diſtans. Ac proinde quod eſt in illo caſu licitum non erit in hoc. De quo tamen *infrà* §. 4. Præterea mulier poteſt ſibi conſulere non reddendo debitum, ad quod cum periculo ſuæ vitæ non tenetur, vt dictum eſt, Nullo ergo modo audiendus eſt d. Torreblanca, ſicut nec audiendi ſunt Moſcius *lib.* 1 *de vena ſect. in morb. acut. cap* 16 Mercurialis *lib.* 1. *de morb. mulier. cap.* 2. *ſub finem* Ioannes Hurchetus *lib.* 3. *de ſterilitate* §. *de conceptu prohibendo*, & alij medici, qui ſterilitatis inductionem in hoc caſu licitam eſſe docuerunt, quibus præter Doctores hoc & num. præcedenti allegatos, expreſſe aduerſatur D. Auguſtinus *loco ſuprà n.* 1. *relato*, *& ſermone* 244. *de tempore*, vbi vniuerſaliter, & abſque vlla reſtrictione grauis culpæ damnat ſterilitatis procurationem.

9 Aduertendum autem, quod licet peccatum mortale ſit procurare ſterilitatem, ne fœtus concipiatur, non tamen incurritur irregularitas ab eo, qui viro, ne generare poſſit, & mulieri ne poſſit concipere prolem, potionem ſterilitatis præbet: vt contra Maiolum *tract. de irregul. cap.* 48 §. *n.* 3. *verſic. Ad hoc homicidij genus*, tradunt poſt Nauarrum, Angelum, D. Antonin. Henriquez, Villa-Diegum, & Aulam Saytus *lib.* 7. *theſ. cap.* 2. *num.* 3. & Auguſtinus Barboſa *collectan. ad d. can. Aliquando* 32. *qu. ſt.* 2. quia nullum committitur homicidium, ſicut etiam procurans abortum fœtus nondum animati non fit irregularis, quia non eſt homicidium. Quare Maioli opinio procederet, ſi ex poculo ſterilitatis ſequeretur mors recipientis illud Attenta etiam allegata cõſtitutione Sixti V. contra procurantes abortum, irregularitatem in eadem bulla ſtatutam contra procurantes ſterilitatem mulieribus venena, vel ſterilitatis potionem præbendo, non incurrerent talia venena, aut potionem præbentes alicui viro, quibus efficeretur impotens ad generandum, vt recte docet Saytus *lib* 3 *theſ. capite* 35. *n.* 27. contra Petrum Gregorium Toloſ. *in Syntagmat. iur. p.* 3. *lib.* 36. *cap.* 10. quia Bulla loquitur ſolum de propinantibus talia venena mulieribus, & pœnæ ſunt reſtringendæ.

SVMMARIVM

§. II.

Ad prolis damnum euitandum an vir teneatur abſtinere à copula cõiugali cum vxore amenti, vel furioſa remiſſiue n. 10.

D. Io. Angelus Boſſius, De effectib. contr. Matr.

Quid de fœmina, quæ nouit non poſſe edere prolem viuam niſi per ſectionem.

Vbi vterque, vel alter coniux eſt leproſus, an abſtinendum à coniugio, vt prolis damnum vitetur remiſſiue. n. 11.

Tempore menſtrui præternaturalis licita eſt copula coniugalis. num. 13.

Tempore menſtrui naturalis, & ordinarij licita eſt copula ad euitandum incontinentiæ periculum in alterutro coniuge n. 14.

Et etiam ad vitandum diſſidium & odium coniugis n. 15.

Extra prædictos caſus tempore menſtrui ordinarij, an ſit licitum, vel illicitum petere, & reddere debitum coniugale. Sententia affirmans eſſe mortale. numero 16. 17. *&* 8.

Sententia ſolum dicens eſſe peccatum petere, non explicans quod. n. 20.

Sententia docens eſſe ſolum conſilium tunc non petere. n. 20.

Sententia affirmans vt plurimum eſſe peccatum veniale exigere debitum, & excuſari etiam à culpa veniali, vbi ſit ex iuſta cauſa n. 21.

Reſoluitur non eſſe mortale, & carere omni culpa ſi eo tempore ex honeſto fine habeatur concubitus. n. 22. *&* 23. *nunquam eſſe peccatum reddere. n.* 24.

Vir eo tempore petens debitum prævidens ſibi imminere periculum notabilis detrimenti propriæ ſalutis peccat mortaliter ibidem.

Præceptum Leuitici. 10. *de non accedendo ad mulierem menſtruatam an eſſet morale, & qua ratione cæremoniale, iudiciale & morale n.* 6 *&* 25.

Ex congreſſu cum menſtruata an ſequatur proles leproſa, infecta, & monſtruoſa n. 17 *&* 22.

An eo tempore mulier ſit inepta conceptioni. n. 18 *&* 21.

Tempore prægnationis vxoris actus coniugalis cum periculo abortus fœtus iam formati & animati eſt culpa mortalis n. 26. *Et quando cenſeatur imminere tale periculum numero* 27. *&* 30.

Cum periculo abortus fœtus nondum formati, & animati an ſit mortale ex parte petentis & reddentis n. 28. *&* 29.

Vbi ex modo concubitus eſt periculum oppreſſionis extrinſecæ, ſeu abortus fœtus animati talis concubitus eſt mortalis. num 31.

Quid ſi non ex modo inordinato, ſed ex morbo fœminæ ibid.

Extra periculum abortus & incontinentiæ alterutrius coniugum actus coniugalis cum vxore grauida an ob indecentiam aliamue cauſam ſit mortalis, vel venialis, vel ex ſe ſit licitus n. 2. *ad* 36.

Mulier poſt conceptam prolem, an ex nouo congreſſu poſſit concipere aliam, ſeu an poſſit ſuperfœtatio. numero 33.

Tempore lactationis prolis an ſit prohibitus congreſſus coniugalis ratione vitandi damni prolis remiſſiue. n. 37.

Statim à partu, & toto tempore immunditiei corporalis vxoris puerperæ ad euitandum damnum prolis, vel indecentiam an ſit abſtinendum ab actu coniugali petendo, & reddendo. n. 36. *ad* 44.

§. II.

An, & quando coniuges ad euitandum damnum prolis alioqui concipiendæ, & naſcituræ teneantur abſtinere ab vſu coniugali.

Dvbitatio eſt primò, an vir ſanæ mentis ad euitandum periculum abortus, vel necis, vel notabilis damni prolis concipiendæ, vel defectus educationis teneatur abſtinere à copula cõiugali habẽda cum coniuge amenti, & furioſa. Et *ſuprà cap* 1. §. 16. *n.* 195 199. *&* 300. dictum eſt cum tali periculo virum ſanæ mentis nec teneri, nec poſſe reddere debitum vxori amenti, etiamſi haberet lucida interualla: 10

Et *n.*303.*&* 304. dictum eſt, ſi vterque coniux ſit omnino amens, ob eandem rationem damni prolis non eſſe illis permittendũ coniugij vſum; & grauiter peccare eos, qui illos ad copulam incitarent. Videantur tradita eodem §.16. vbi explicatum etiam late eſt, an obligatio ſit reddendi debitum coniugi amenti, & coniux ſanæ mentis poſſit reddere ſi velit. De fœmina etiam, quæ nouit non poſſe edere prolem viuam, an ob bonum prolis ſaltem ſpirituale teneatur abſtinere à coitu non petendo, neque reddendo, actum eſt *eodem cap.*1.*n.*174.*& ſeqq.*

11 Dubitatio eſt ſecundo, An ad euitandũ periculum infectionis prolis concipiendæ, & naſcituræ, ſi alter, vel vterque coniux ſit leproſus teneantur abſtinere ab actu coniugali. Et *ſuprà citato cap* 1.*n.*196. oſtenſum eſt non teneri abſtinere, ſed imò obligari coniugem etiam ſanum ad redditionem ſi non adſit periculum propriæ infectionis. Videantur ibi tradita. Et de vſu coniugij quando alter, vel vterque coniux eſt leproſus latè actum eſt *d. cap.* 1. *à n* 179 *ad* 201.

An ad euitandum damnum prolis tempore fluxus menſtrui fœminei abſtinendum ſit ab actu coniugali tam petendo, quam reddendo.

12 Dubitatio eſt tertiò. An ad euitandum periculum damni prolis coniuges teneantur abſtinere ab vſu coniugij tẽpore, quo vxor patitur fluxum menſtruũ. Notandum fluxum menſtruum mulieris alium eſſe præternaturalem, præter conſuetudinem fœminarum communem ex morbo aliquo prouenientẽ continuum, & perpetuũ, vel diuturnum, ſcilicet, qui durat vltra duodecim dies; alium verò naturalem, & ordinarium, qui communiter ſingulis menſibus ſolet fœminis euenire; aliquando verò aliquibus fœminis frequentius, aliquando quibuſdam rarius, tertio ſcilicet quoque menſe, aliis verò fœminis nunquam, vt Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſp* 21 *n.* 2. ex Plinio *lib.* 7. *naturalis hiſtoriæ cap.* 15. notauit. Qui fluxus naturalis (vt aduertit Azorius *p.* 3. *lib.* 3. *c* 31. *q.* 13.) ſolum durat duos, aut tres, aut quinque dies ad ſummum.

13 Igitur ſi ſermo ſit de tempore fluxus præternaturalis, perpetui, aut diuturni; Conueniunt Doctores tunc licitum eſſe vſum coniugij petendo. ita S. Thomas 4. *diſt.* 32. *q. vnica. art.* 2. *quæſtiuncula* 2. *corpore.* Sanchez *d diſp.* 21. *n.* 1. Azorius *loc. citato.* Fagundez *in decal. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 28. Baſilius Pontius *lib.* 10. *cap.* 14 *num.* 5. Filliuccius *to.* 1. *tract.* 10 *cap.* 9. *n* 336. Rebellus *de oblig. iuſtit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *n.* 12. Hurtadus *de matr. diſp* 10. *diff.* 3. *n.* 10. Auerſa *q.* 21. *ſect.* 6. *verſic. ita ergo* Bonacina *de matr. q.* 4. *p.* 6. *n.* 9. Martinus Perez *de matr. diſp.* 49. *ſect.* 2 *n.* 11. & alij recentiores, qui infra allegantur. Ratio eſt, tum quia alioqui cogerentur coniuges nunquam, vel raro vti coniugio, & obſeruare perpetuam, vel diuturnam abſtinentiam ab actu coniugali, quod eſt grauiſſimum, & duriſſimum; Tum quia tunc nullum proli imminet damnum; quia fœmina tali morbo perpetuo, vel diuturno laborans eſt inepta ad conceptionem. Tum demum eſtò proles foret naſcitura defectuoſa, nihilominus cum magis teneatur ſibi quis conſulere, quàm alteri; coniuges tenentur magis ſibi conſulere, quam proli, cum poſſint periculum incontinentiæ incurrere, ſi perpetuo, aut diù abſtineant ab vſu coniugali. Si etiam vir ſit, qui patiatur fluxum ſeminis, non peccabit petendo debitum, imò, vt inquiunt S. Thomas *quæſtiuncula* 2. *ad* 1. Sotus, & Palacios à Sanchez *dict. diſp.* 21. *n.* 9. *allegati*; & idem Sanchez *ibidem*, ob præfatas rationes, ſcilicet, quia perpetua, aut nimis diuturna eſt paſſio, duriſſimumque eſſet coniuges ad diuturnam abſtinentiam aſtringere; & quia ſemen illud generationi eſt ineptum, atque adeo nullum proli imminet damnum.

14 Si ſermo ſit de tempore fluxus menſtrui naturalis videntur conuenire Doctores etiam tunc licitum eſſe viro debitum exigere, & accedere ad vxorem fluxum menſtruum patientem ad vitandum in ſe, vel in coniuge periculum incõtinentiæ, ſeu pollutionis, aut fornicationis, cui aliunde efficacius conſuli nequeat. Idque ob rationem num. præcedenti adductam, quod coniuges magis tenentur ſibi conſulere, quam proli. ita Nauarr. *in man. in ſumma cap.* 16 *n.* 32. Alenſis, Palacios à Sanch. *d. diſp.* 21. *n.* 2. *relati.* Syl. & Barthol. Ledeſma *ab eodem* Sanch. *n.* 4. *allegati*; Matienzo, Viuald. & Philiarchus *ab eodem* Sanchez *n.* 6. *relati.* idem Sanch. *n.* 7. Azorius. Pontius, Hurtadus Bonacina, Rebellus, Fagund. *locis num. præcedẽti allegatis.* Coninch *de ſacram. diſp.* 34. *n.* 76. Reginaldus *lib.* 31. *n.* 142. Martinus Perez *d. ſect.* 2. *n.* 11. Villalobos *tom.* 2. *ſum. tract.* 40. *diff.* 16. *num.* 3. Leandrus diſcalceatus *de ſacram. p.* 2. *tract.* 25. *diſput.* 25 *q.* 21.

15 Item videntur Doctores conuenire carere omni culpa eo tempore menſtrui ordinarij petere, & reddere debitum ad vitandum diſſidium, & odium cõiugis. ita in terminis Nauarrus, Sanchez, Azorius, Põtius, Hurtadus *locis citatis*, & alij à Sanchez *d. diſp.* 12 *n.* 6. *relati.* & colligitur ex aliis recentioribus *num præcedenti allegatis*, & qui *infrà* allegantur. Et probat Azorius, quia tunc pacis bonum excuſat ab omni peccato, nec teneatur coniux magis conſulere bono prolis, quam ſibi.

Controuertitur ergo, an extra prædictos caſus, ſeu vbi ad vitandum dictum periculum incontinentiæ, & dictum diſſidium actus coniugalis non eſt neceſſarius, an eo tempore fluxus naturalis menſtrui ſit peccatum mortale, vel veniale petere, & reddere debitum. Et ſunt variæ ſententiæ.

16 Prima aſſerit eſſe peccatum mortale. Ita Scotus *diſtinct.* 32. *q. vnica.* Angelus *verbo Debitum ibidem* Roſella *n.* 10. Tabiena *v. matrim.* 2. *q* 6. *num.* 7. Palacius *diſp.* 1. *fol.* 107. Alenſis. D. Bonauentura, Argentina, Guillermus, Nicolaus Orbellis, P. Soto, Hugo, Nider, Angles, Raynerius, Ioannes de Friburgo, Monaldus à Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 2. *relati* Et ex Iuriſperitis. Gloſſa *ad cap. ad eius d.* 5. *relata* ab Azorio *d. q.* 13. Butrius, & Alexander de Neuo *in rubr. de ſponſalibus, & Dominicus in can fin. dict.* 5. Et ex Theologis recentioribus ita ſentit Azorius *d. q.* 13. Idem etiam quoad petentem debitum tenet Flamma *p.* 3. *methodi cap.* 8. §. 9. & eandem ſententiam aliquando tenuit Baſilius Pontius, vt ipſe *d. cap.* 14. *num.* 5. teſtatur. Fundamenta huius ſententiæ ſunt primò. Quia Leuitici 20. imponitur pœna mortis tam viro, quàm vxori tempore menſtrui coëuntibus & eodem *cap.* 20. *&* 18. talis congreſſus enumeratur inter peccata, ob quæ deletæ ſunt gentes in terra promiſſionis. Et Ezechielis 18. inter ea, quæ iuſtus ſeruare debet, vt in ſua iuſtitia conſeruetur, ponitur; *& mulierem menſtruatam non acceſſerit*; vnde ſequitur ad eam accedere eſſe peccatum mortale, vt pote quo iuſtitia iuſti amittitur; ſi dicatur legem illam Leuitici fuiſſe cæremonialem, ac proinde non durare in lege Euangelica; Contra eſt, quia licet fuerit cæremonialis, quoad immunditiam corporalem vitandam; fuit tamen moralis, quatenus prohibebat acceſſum ad menſtruoſam vxorem ad vitandum damnum prolis, ſic enim Diuus Auguſtinus Leuit. 18. *&* 20. ait illam legem fuiſſe moralem, quæ etiam tunc obligat; quod idem inſinuat *lib.* 3. *de peccatorum meritis capite* 12. & Diuus Hieronymus *in* 18. Ezechielis dicit rationem prohibitionis factæ *dicto capite* 20. Leuitici eſſe, quod eo tempore ob ſanguinem fœmineum

infectum

infectum ex coitu fœtus leproſus, & elephanticus naſcatur; qui etiam in Iſaiam *cap. 6.* reprehendit accedentes ad vxores menſtruatas ob eandem rationem quod filij morbis infecti naſcantur. Et ob eandem rationem, quod indè proles varijs morbis affecta ſoleat concipi; Acceſſum ad menſtruatam vxorem reprehendunt etiam D. Clemens *epiſt. ad Iulium, & Iulianum, aliosque diſcipulos; & lib. 9. recognitionum, & lib 6. conſtit. Apoſtolicarum cap. 27.* & D. Gregorius *reſponſ. 10 ad Auguſtinum*, & refertur *can. 3 d 5* Ob eamque damni prolis cauſam innuunt lege antiqua in *d cap.* 20 Leuit. prohiberi. Vnde D. Clemens *d. lib 9 recognitionum* poſtquam dixit pro huiuſmodi vitijs, ſeu morbis natorum obnoxios eſſe parentes, qui legem ſeruare concubitus noluerunt; addit hæc. *Neque enim fas eſt, vt in plantandis quidem virgultis, vel in ſeminandis frugibus opportunum tempus quæratur, terra purgetur, atque omnia, quæ conueniunt præparentur, ne fortè ſemen iactum lædatur, & pereat: & in homine ſolo, qui eſt ſuper omnia, ferendi obſeruatio nulla habeatur. nulla cautela?* Hinc

17 Secundò probatur hæc ſententia, quia ſi proles eo tempore concipiatur, exponitur periculo naſcendi vitiata, leproſa, & monſtruoſa; ex concubitu enim eo tempore habito concipi, & naſci ſolere prolem vitiatam, varijs morbis affectam, leproſam, & monſtruoſam tradunt præfati Sancti Patres; Albericus *in l. quæ huſſ de adultis edictis*. Leninus Lemmius *lib. 1. de occultis naturæ miraculis cap. 8.* alij medici, aliique rerum naturalium ſcriptores, vt notat Tiraquellus *ad lib. 15. connubialem num. 129.* vbi à *num 128 ad 141.* plura adducit in deteſtationem concubitus tempore fluxus menſtrui. Ergo eo tempore tenentur coniuges ab actu coniugali abſtinere, cum ex vi matrimonij ſpeciali obligatione iuſtitiæ, aut pietatis (vt *ſuprà cap. 1. num. 210.* dictum eſt) & etiam lege charitatis teneantur conſulere bono, & ſaluti prolis, & abſtinere ab omnibus, quæ illam lædere poſſunt, cum id facere poſſunt abſque proprio detrimento. Et licet alioqui quis poſſit vti iure ſuo, licet inde alteri damnum ſequatur, dummodo præter intentionem *l. 2. ff de aqua pluuia arcenda*, vbi deciditur, auertentem flumen, ne ſuo prædio noceat, nullius delicti reum eſſe, quamuis inde vicinus præter intentionem damnum ſentiat, quia vtitur iure ſuo: tamen hinc non infertur coniuges, ſi commiſceantur tempore menſtrui, non peccare ex eo, quod iure ſuo vtantur, & præter illorum intentionem damnum prolis ſequatur; nam illud procedit in non ſubordinatis; & ius vtendi coniugio ſubordinatur bono prolis, illudque præ omnibus ſpectare debet; ſi quidem matrimonium principaliter ad ipſam prolem ordinatur. Quamquam & in alijs licet non contra iuſtitiā, tamen contra charitatem quis peccaret, ſi pauliſper expectans poſſet & iure ſuo vti, & graue proximi detrimentum vitare; ſic ergo cum fluxus menſtruus ordinarius paucis diebus duret, vt *ſuprà* dictum eſt, peccabit coniux tunc vtens iure ſuo cum prolis detrimento, quod breui tempore expectato cauere poſſet.

18 Tertiò probatur ratione ſumpta ex parte ſeminis, quod videtur fruſtra effūdi, ac ſi extra vas effūderetur, cum rarò, vel nunquam eo tempore apta ſit mulier conceptioni, vt tradit Ariſtoteles *de generat animalium cap 19.* & notauit etiam Tiraquellus *ad d l. 15. connub. n. 131.* & tradunt Sanchez *d. diſp. 21. num. 5.* & alij Recentiores *n. 13. & 14 relati*. Et ratio ea afferitur, quod fluxus menſtruus valde obſtat retentioni ſeminis in matrice, vbi conceptio facienda eſt.

19 Secūda ſentētia ob rationes n. præcedēti adductas docet, peccatū eſſe petere debitū eo tēpore nō ex ... ſiue ſit mortale, vel veniale. ita D. Thom. *loco cita...* ... plures, quos cumulat. Sa... *d. diſp 21. n. 3.*

... *De effectib. contr. Matr.*

Tertia ſententia ait, per ſe loquendo ſolum eſſe 20
conſilium tempore menſtrui naturalis abſtinere à debiti petitione, & actu coniugali; nullam verò culpā, nec venialem eſſe tunc petere. ita Gloſſa in *can. ſi cauſa v conceptus 33. 4. 4.* Nauarr. *in man cap. 16. n. 32.* Matienzo, Vitaldus, & Philiarcus à Sanchez *d. diſp 21 num. 6. relati.* Alphonſus de Caſtro *de lege pœnali lib 1. cap. vltimo § alia eſt in Leuitico* (pro vt referunt Sanchez *d. n. 6.* Hurtadus *d. diſp. 10. num. 10.* & Martinus Perez *d ſect. 2. num. 11.* licet Leandrus diſcalceatus *allegata q. 12.* & Caſtrum, & Nauarrum velit ſentire eſſe peccatum veniale; quod tamen non dicunt, ſed ſolum tunc petere, & reddere carere etiam culpa veniali, ſi fiat ex honeſto fine, puta, ad euitandum periculum incōtinentiæ, vel diſcordiam, & odium coniugis; ex quo ſolum colligitur ſentire eſſe peccatum veniale non per ſe loquendo, ſed ſi ex nulla iuſta cauſa, ſed tantum pro libitu tunc debitum petatur) Hurtadus *d. n. 10.* Martinus Perez *d ſect. 2. citato n. 11. & num. 13.* Filliuccius *d n 336.* & probabile putant Sanchez *d diſp 21, n 7.* & Stephanus Bauny *de ſacram tract. 12. vbi de obligationibus coniugum quæſtione 1. quæſito 3.* Probant, quia actus coniugalis tunc non eſt illicitus neque ratione periculi damni, ſeu infectionis prolis, vt infra probatur; neque ex eo quod ſit ſuperfluus, & minimè aptus ad prolis conceptionem, fruſtraque ſemen effunditur, vt *ſuprà n 18.* dictū eſt, & ita haberi non poſſit ob prolis generationem; quia exerceri poteſt ob alios plures fines honeſtos, vt patet ex dictis *n. 13* & ex traditis *cap. 7. §. 1.* Confirmat Perez, quia peccatum veniale in hoc caſu naſcitur ex ipſo nimio affectu petentis, & ex vehementi appetitu voluptatis venereæ; ergo ſi is non reperiatur, ſed animus, & intentio vtēdi iure ſuo, non videtur eſſe actus illicitus ſub veniali culpa. Neque turpitudo (inquit) & indecentia, quæ reperitur in illo coitu quaſi materialis obeſſe poteſt, quando adeſt honeſtus finis, & moderata delectatio.

Quinta ſententia exiſtimat eo tempore menſtrui 21
exigere debitū non eſſe quidem peccatū mortale, at verò ex ſe, & ſaltem, vt in plurimum eſſe culpā venialem. ita Paludanus, Sotus, Caietanus, Abulenſis, D. Antonin. Armilla, Victoria B. Ledeſma, P. Ledeſma, Veracrux Graffius, Manuel, Lopez, Vega, Emanuel Sà, & Henriq à Sanch. *d diſp. 21. n. 5 relati.* idem Sanch. *eadem diſp. 21 n 7.* Reginaldus *lib. 31. n 343.* Coninch. *d. diſp 34. num. 76.* Villalobos *p. 2. ſum tract 49. diff. 15. num. 3.* Baſilius Pontius *dict. lib. 10. cap. 14. num. 6.* Rebellus, Auerſa, & Bonacina *locis ſuprà num. 13. relatis.* Stephanus Bauny *loco num. præcedenti citato.* Leandrus diſcalceatus *locis num. præcedenti allegatis*, & alij ab eodem Leandro *allegati*. Quod non ſit peccatum mortale probatur, vt numero ſequenti. Quod ſit peccatum veniale probatur non ratione ducta ex damno prolis, ſed ex quadam ſpeciali turpitudine, indecentia, & inhoneſtate, quæ in eo coitu reperitur, cum tunc fœminea natura vacet conſuetæ purgationi, immundaque ſit mulier; & quia tunc fruſtratur ſemen ſuo præcipuo fine; ſcilicet, prolis effectu, & conſequenter actus coniugalis eſt ſuperfluus, eo quod tunc fœmina ſit inepta, aut ferè inepta receptioni, & retentioni ſeminis, atque adeò minus apta conceptioni prolis; & ita actus coniugalis minus conueniens generationis fini; vnde etiam adeſt aliqua inconuenientia, & peruerſio debiti finis; non expectare tempus generationi aptius, maximè cum fluxus menſtruus ordinarius breuī duret. Quæ inordinatio, & fruſtratio præcipui finis ſeminis tunc prolis effectu carentis non videtur res grauis, ſed tantum leuis. Quapropter præfati DD. præſertim Sanch. & alij recentiores prærallegati addunt, quod ſi adſit iuſta cauſa tali turpitudini, & omiſſioni præcipui finis

 actus

actus coniugalis, & ſeminis præponderans, & actum honeſtans; vt ſi fiat ob alium finem honeſtum, ad quem etiam matrimonium ſit inſtitutum, & actus coniugalis alioqui referri poſſit, ita vt tunc non fiat ob ſolam voluptatem, ſed aliam honeſtam cauſam, puta vitandi incontinentiam, ſedandi motus carnis, conſeruandi pacem, fouendi amorem inter coniuges, aut alium finem honeſtum excuſabitur actus coniugalis eo tempore exercitus ab omni culpa. Secus ſi ſine vlla iuſta cauſa, & honeſto fine; ſed pro libito, & ſola voluptate; tunc enim non vacabit culpa veniali propter rationem allatam. Quare licet alioqui extra tale tempus menſtrui ordinarij exercere actum coniugalem pro libito, & cauſa ſolius voluptatis iuxta Doctores *cap. 7. num. 65. allegatos* nullum ſit peccatum, nec veniale ſecluſo exceſſu voluptatis; eo tamen tempore abſque vlla alia iuſta cauſa, ſed ſolius voluptatis gratia copulam coniugalem habere iuxta eoſdem Doctores (vt etiam in terminis notauit Auerſa loco ſupra citato) eſt peccatum veniale ob illam ſpecialem indecentiam, & turpitudinem, ac nimiam intemperantiam, quod nolit coniux ad breue tempus differre. Et licet Ledeſma à Sanchez *dict. diſp. 21. num. 5. fine relatus* excuſet à prædicta culpa veniali petere debitum eo tempore, ſi conſtet fœminã eſſe ſterilem, aut grauidam quatuor iam menſes, eo quod concipere nequeat; tamen Sanchez ibidem, *& n. 7. fine* ait ſterilitatem coniugis non eximere à culpa veniali coniugem petentem, quia quamuis ceſſet damnum prolis; non tamen ceſſat ea ſpecialis turpitudo & indecentia.

Ex quibus colligitur DD. huius ſententiæ, & DD. ſententiæ tertiæ re ipſa non eſſe diſcordes, ſed idem ſentire, ſcilicet petere, & reddere debitũ coniugale eo tempore ex iuſta aliqua cauſa, ſeu honeſto fine nullum eſſe peccatum; veniale verò ſi pro libito, & abſq; iuſta cauſa honeſtante actum, non verò mortale.

22 Igitur contra primam ſententiam dicendum eſt longe probabilius eſſe petere, & reddere debitum eo tempore fluxus menſtrui ordinarij non eſſe culpam mortalem, vt ſentiunt Doctores tertiæ, & quartę ſententiæ. Quod probatur, quia ex nullo iure poſitiuo probari poteſt eſſe mortalem culpam, non ex iure diuino veteris legis, quod iam non obligat, præceptum enim illud, in quantũ erat vltra legem naturalẽ, fuit cæremoniale (ſcilicet quatenus prohibebat acceſſum ad meſtruatã ſeptem diebus ob immunditiã, & horrorem interuenientem, & tũc accedentẽ efficiebat irregularẽ, & ineptum ad tangendũ ſacra) & iudiciale (ſcilicet quatenus imponebat pœnã mortis) quare in lege Euangelica omnino ceſſauit, vt notauit Alphonſus Caſtro loco ſupra allegato. Neq; etiã ex iure eccleſiaſtico, ſolùm etenim refertur antiquæ legis prohibitio in illo can. 5. *d.* 5. ſumpto ex D. Gregorio, nec de nouo iniungitur. Sed neq; probatur ex iure naturali, nam ſi acceſſus ad menſtruatã vxorẽ iure naturali ſub mortali prohiberetur, vel primò id eſt ad euitandũ dãnum prolis ne cõcipiatur, & naſcatur morbis affecta, leproſa, aut mõſtruoſa, & tale damnum vel ſequi nõ poteſt, vel fere nunquã, cum tunc nunquã fere proles concipiatur iuxta tradita *ſuprà n.* 18. & experientia ipſa conſtat; ſi quidẽ multi tempore menſtrui habẽt copulam coniugalem; & rariſſime apparent hæc damna in prole. Et quatenus etiam aliquãdo cõtingerent, & etiam coniuges crederent fore, vt ex eo coitu monſtrum gignatur; nulla iniuria proli fit; quia melius eſt ei ſic naſci, quã non naſci, ſeu nullo modo eſſe; ſi autem coitus ille tunc nõ haberetur, forte poſtmodum non generaretur vel non eſſet eadẽ generatio, ſeu numero proles, vt Philoſophi vt plurimũ docent. Vnde proles non damnũ, ſed beneficium maximũ recipit. Contra tamen hanc rationẽ ab aliis Doctoribus tertiæ, & quartæ ſententiæ approbatã, arguit Rebellus *d. q.* 19. *n.* 14. quia, inquit, etſi proli nõ fiat iniuria, fit tamen quomodmodo humanæ naturæ, ad quam conuenienter propagandã matrimoniũ ordinatur, cõuenientius autẽ fieret per coitũ, ex quo perfecta proles ſperaretur. Quod ſi cõiuges (addit) non tenẽtur naturam propagare, ſi velint abſtinere, tenẽtur tamen cõuenienti naturæ modo id facere, ſi propagare volũt; verũ ſi nulla fit iniuria proli, neque etiã naturæ vt ſic. Et argumentũ ad ſummũ probat cõmitti peccatũ veniale, ſi abſq; iuſta cauſa tũc actus coniugalis habeatur, ſecus ſi ad ſit iuſta cauſa actũ honeſtãs. Vel ſecundo acceſſus ad menſtruatã iure naturali prohibetur ſub mortali, eo quod ſit ſuperfluus, & ſemẽ fruſtra effundatur, vt dictũ eſt *n.* 18. & hoc etiã non, nam licet ſemen tũc fruſtretur ſuo fine præcipuo, ſcilicet effectu prolis, non tamen inde apparet grauis indecentia, & inordinatio in eo coitu, cũ cõiuges non teneantur abſtinere à copula quoties generatio ſubſequenda non eſt; aliàs ſenes, & ſteriles ſe cognoſcere nõ poſſent; & nullo in caſu eſſet licitũ cognoſcere vxorẽ, quã conſtaret, eſſe grauidã. Quod igitur tunc nõ poſſit fœtus concipi, nõ prouenit ex natura, & modo cõcubitus, quod requiritur, vt is ſit peccatũ contra naturam, ſed per accidens, quia tunc fœmina non eſt apta conceptioni; vt in coitu coniugali cum vxore grauida etiam contingit, qui, vt infra dicitur, ſecluſo periculo abortus, non eſt mortalis culpa, licet ſemen fruſtretur ſuo fine generationis; quia id prouenit ſolum per accidens, quia fœmina eſt iam grauida; non verò ex natura coitus. Vt Sanchez *diſput.* 22. *numero* 7. Ex nullo igitur iure inferri poteſt copulam coniugalem eo tempore habitam eſſe mortalem, ſed ad ſummum fore venialem propter ſpecialem indecentiam, & turpitudinem & ſuperfluitatem talis coitus, & incontinentiam, ſi fiat abſque iuſta cauſa, ob quam etiam indecentiam coniugibus conſulendum eſt, vt ſemper tali tempore abſtineant à coitu ſecluſa aliqua valde vrgenti cauſa.

23 Carebit ergo talis coitus omni culpa, ſi tunc fiat ex honeſta cauſa, erit culpa venialis, ſi abſque iuſta cauſa, & honeſto aliquo fine, cauſa ſolius voluptatis, etiamſi alioqui vxor ſit ſterilis, & etiamſi extra hunc caſum actus coniugalis exercitus gratia ſolius voluptatis omni culpa vacaret; propter illam rationem, quod adſit quædam ſpecialis turpitudo, & indecentia, & nimia intemperantia abſque cauſa nolle breuĩ expectare.

24 Vtrum verò hæc ratio, quæ efficit, vt coniux tunc abſque honeſto fine, ſeu iuſta cauſa petens debitum peccet venialiter, efficiat etiam, vt ſit peccatum veniale reddere, cum ſit circunſtantia ſe tenens ex parte ipſius actus; latè explicatum eſt *ſuprà c.* 1. *n.* 232.

Aduertendum autem, quod ſi vir petens debitum eo tempore fluxus menſtrui præuideret ſibi ex eo coitu imminere periculum notabilis detrimenti propriæ ſalutis, ſeu contrahendi grauem morbum, ſeu infectionem, tunc mortaliter peccaret citra omne dubium; & vxor tale periculum agnoſcens non tenetur reddere, imò mortaliter contra charitatem tunc reddendo peccaret iuxta tradita *ſuprà cap.* 1. *n* 209. Et in hoc caſu procedunt tradita à Fiamma *loco ſuprà hoc* §. *n* 16. *citato*.

25 Ex dictis à *numero* 20. manet ſatisfactum fundamentis primæ ſententiæ. Nam ad primum ſumptum ex lege veteri iam dictum eſt, illam ceſſaſſe, quatenus erat ceremonialis, & iudicialis, quatenus verò etiam continebat præceptum morale, ſeu legem naturalem, non ceſſauit, ſed non obligat ſub mortali: ſed ad ſummum tantum ſub veniali, vbi ſine iuſta cauſa tẽpore menſtrui habetur congreſſus cõiugalis, vt ſupra oſtenſum eſt. Licet etiã aliquando poſſit eſſe mortale,

puta

putà, ſi fiat cum affectu mortali, quem multiplicem excitare poteſt æſtus libidinis vehemens: Cuiuſmodi fuiſſe in gentibus, quas Deus deleuit in conſpectu filiorum Iſraël, Reginaldus loco ſupra allegato ait probabiliter cenſeri ex grauioribus peccatis luxuriæ memoratis in Leuitico, quibus ſe contaminare non erubuerunt iuxta illud de eis dictum in citato cap.20. ibi: *Omnia hæc fecerunt, & abominatus ſum eas.* Sancti Patres verò, dum aiunt præceptum illud legis veteris fuiſſe partim morale, & in lege Euangelica obligare ratione damni prolis, Caſtro vbi ſuprà, Sanchez *d. diſput.21.num.10.* & alij ex præallegatis dicunt eſſe intelligendos, dum parentes id in prolis damnum intenderent; vel de debito ſolius obligationis honeſtatis, & congruentiæ; quale debitum ſolent ſæpè diuinum ius appellare; vel de obligatione ad veniale. Et forte talem coitum reprehendunt, quia regulariter tunc fit cum tali culpa, quia ſine iuſta, & honeſta cauſa, & ob ſolam voluptatem, adeſtque nimia incontinentia. Ad ſecundum, & tertium fundamentum patet ex traditis *num.22.*

Acceſſus ad vxorem grauidam, an ſit illicitus, & mortaliter ob periculum abortus fœtus non ſolum poſt, ſed etiam ante illius formationem, & animationem.

Dubitatio eſt quartò, an ad euitandum prolis damnum tempore prægnationis vxoris abſtinendũ ſit ab actu coniugali tam petendo, quàm reddendo.

26 Conueniunt Doctores grauiter peccare coniuges tam petendo, quam reddendo, quam reddendo debitum, ſi ex congreſſu coniugali immineat probabile periculũ abortus fœtus iam formati, & animati præciſum, conſtat ex ſupra traditis. Talis enim copula bono prolis aduerſatur, quod maximè tam matrimonium, quam vſus coniugalis ſpectat, & ita matrimonium, & illius vſus fruſtrantur ſuo præcipuo fine, & infertur extremum damnum fœtui, qui innocens perimitur. Quare à tali peccato mortali (quidquid ſecus ſenſiſſe videatur P. Ledeſma *de matr. q.64. ar.1. dub.4.*) non excuſat ratio euitandi periculi incontinentiæ in alterutro coniuge; cum aliis mediis tali periculo ſuccurri poſſit; & innocentis vita prædicto periculo ſit præferenda. Ita DD. qui infrà allegantur, & præſertim in terminis Sanchez *lib.9. diſp. 22. num.1.* Caſtrus Palaus *p.5. tract.28. diſput.3. p.4. num.20.* Martinus Perez *de matrimon. diſput 49. ſect.3. num.15.* Leandrus diſcalceatus *de ſacram. p.2. tract.10. diſput.25. quæſt. 22.* & plures alij à me *tom.3. mor. var. titul.9. num.50. relati.* An verò tale periculum immineat quando fœtus eſt proximus partui explicatur *infrà numero trigeſimo.*

27 Difficultas eſt primò, an ſit peccatum mortale copula coniugalis ex parte petentis, & reddentis cum periculo abortus fœtus nondum animati, & formati. Quod periculum adeſſe primis menſibus conceptionis, ſeu concepti fœtus docet ex Galeno Mercurialis *lib.1. de morbis mulier. cap. vltimo*; idem periculum imminere ſub, ſeu circa initium conceptionis ante fœtus formationem, quando materia ſeminalis incipit coagulari, & formari, quod tunc ex nouo coitu, nouique ſeminis receptione materia illa nondum coagulata, & plenè formata facile diſſipetur, & effundatur, tradunt Angelus, Syluester, Tabiena à Sanchez *d. num. 1. relati*, Moyſius *lib. 1. de vena ſect. in mulier.*, dicens id periculum contingere ſub primum ſeptiduum. Azorius *p. 3. lib.3. cap.31. q.14.* Rebellus *de oblig. iuſt. p.2. lib.3. q 19. n.16.* Reginaldus *lib.31. n.286.* & Bonacina *de matr. q.4 p.6. n.12.* & latè Tiraq *ad l.15 connub. nu 141.* allegans Hippocratem, & etiam Gloſſam in can. *origo 32. quæſt.4. v. non perdant*, dicentem, quod perit partus ex frequenti concuſſione. Rationem eſſe aiunt, quia licet matrix poſt conceptionem claudatur (vt dictum eſt *ſuprà num.3* & tradunt Auicenna relatus à Sanchez *d.n.1.* & alij Medici à me *in tract. de contractu matr. c.11 n.181. relati*) at vehementi coitus delectatione (inquiunt præfati DD.) irritata aliquando aperitur, & præfata materia ſeminis nondum coagulata diſpergitur, & effunditur.

Igitur copulam coniugalem tempore prægnationis cum veriſimili periculo abortus fœtus non formati, ſeu diſſipationis effuſionis materiæ ſeminis nõdum coagulati, & formati, eſſe peccatum mortale docuit expreſſe Tabiena *v. matrimon.3. quæſt 5. numero 6.* & idem videntur ſentire Azorius, Rebellus, & Bonacina *loco citato*, quatenus prius abſolutè dicunt eſſe peccatum mortale congreſſum cum vxore grauida ſi adſit veriſimile periculum abortus, & deinde dicunt tale periculum eſſe circa initium conceptionis, quando nondum eſt facta coagulatio materiæ ſeminalis. Rationem tangit Azorius; quod tali concubitu diſpergitur, ſeu diſſipatur ſemen ad fœtum, & prolem ipſam inſtitutum; & ita videtur eſſe directè contra finẽ matrimonij, & ſeminis, cum proles ipſa ſic impediatur omninò. Addit tamen Bonacina ob ea, quæ *n. ſeq.* dicuntur, rarò conſtare coniugibus hic, & nunc ſubeſſe tale periculum, vt teneantur illud ſub mortali euitare. 28

At talem copulam coniugalem eo tempore materiæ ſeminis nondum coagulatæ & formatæ ratione talis periculi effluxus conceptionis anterioris, ſeu diſſipationis eiuſdem materiæ non eſſe illicitam abſolutè tenent Angelus, Syluester, à Sanchez *relati.* Riccbardus *in 4. diſt.32. art.2. quæſt.2.* & Aſtenſis *a part. ſum. lib.8. tit.10. art.4. q.3.* à Raynando *relati.* Sanchez *d.n.1.* Coninch *de ſacram. diſp 34. dub.9 nu.7* Filliuccius *to.1 tract.10. c.9. n.337* Hurtadus *de matr. d ſp 10 diff.2. n. 11.* Perez *d. ſect 3 tod n.15* Palaus *d § 4. n.11.* & Raynandus *de ortu infantium cap 11. n 12.* Ratio eſt primò, quia dictæ diſſipationis nullum eſt moraliter, ſeu morale periculum, eo quod poſt conceptionem matrix omninò claudatur, & neque propter irritationem coitus præſumenda eſt aperiri; vt tradunt Medici, Auicenna; & poſt alios Ioa. Valuerda de Anatome humani corporis *lib.3. c.14. à me d. tract. de contract. matr. cap. 11. n.181 relatus*, qui dicit matricem, poſtquam ſemel facta eſt conceptio, ſtatim arctiſſimè conſtringi, ita vt nihil vlterius ingrediatur; vnde etiam neque caſus euenire poteſt, in quo coniuges cognoſcere poſſint prædictum periculum ſubeſſe. Secundò, quia ſi ſubeſſet morale periculũ diſſipationis, & effuſionis materiæ illius ſeminalis nondum formatæ, & animatæ; iſtius materię diſſipatio, ſeu damnum cum non intendatur à coniugibus, ſed præter eorum intentionem, & per accidens ſequatur, non videtur tanti momenti, vt ob eius periculum actus coniugalis ſit mortalis, & coniuges debeant priuari iure ſe cognoſcẽdi, & exercendi actum alioqui eis licitum. Ratione igitur talis periculi, ſi ob aliquam rationem peculiarem timeretur, quia in ea diſſipatione aliqua inordinatio appareret, actus coniugalis eſſet illicitus venialiter ſi abſque aliqua iuſta cauſa, & fine honeſto haberetur, vacaret verò omni culpa, ſi honeſtaretur iuſta aliqua cauſa, ſeu honeſto fine, vt in terminis Hurtadus, & colligitur ex aliis DD. relatis. Ex quibus Raynandus, & Palaus expreſſe volunt nunquam eſſe mortalem congreſſũ cum grauida, niſi ſubſit morale periculum abortus fœtus animati; Sanch. verò, Hurtadus, Perez, & Leandrus aiunt non eſſe mortalem, niſi ſubſit morale periculum prolis iam formatæ, non explicant verò qualitatem formationis, an perfectam organizationem, ad 29

quam ſtatim ſequitur animatio, an verò etiam de formatione nondum perfecta, tamen quæ materiæ ſeminis tribuit conſiſtentiam, & organizationem aliquam, ſed imperfectam. Sed fruſtrè etiā ipſi intelligunt materiam formatā per animationē. Nam ante fœtus animationem perditio materiæ fœtus non intenta à coniugib. ſed per accidens ex actu cõiugali, ad quem habent ius etiam tempore prægnationis, non videtur maius dānum, & maioris momēti vno tempore, quã alio, dummodo fœtus ipſe nondum ſit animatus. Et hanc ſententiam ego quoque approbo ob præfatas rationes, & maximè ob primam, cum vix ex ſolo actu coniugali debito modo exercito poſſit ſequi perditio conceptionis anterioris.

30 Quando verò ex coitu cum vxore grauida cenſendum ſit imminere probabile, ſeu morale periculum fœtus animati; Rebellus & Bonacina locis ſuprà *nu* 28. relatis aiunt tale periculum maximè immi ere tempore proximo partui, quod indicat etiam Azorius *loco eod. n.* 28. *citato*. Rationem adducit Bonacina, quod eo tempore periculum ſit, vt fœtus ob ſeminis abundantiam ſuffocetur.

At Raynaudus *d. cap.* 11 *n.* 12. *verſic. ſed neutrum pla et.* dicit tunc eſſe minus periculum læſionis fœtus, cum iam robore polleat, & firmitate præſtet; nec etiam timeri poſſit vt ex ſemine immiſſo ſuffocetur; cum tot inuolucris intra vterum obuoluatur; ne enim ſemen fœtum contingat, impediunt ſecundinæ; quæ eundem fœtum vndequaq; obuoluunt & claudunt intra vteri capacitatem, in quam ſemen poſtea immiſſum recipitur, non tanta copia, vt ſufficiat ad ſuffocandum iuxtà poſitum fœtum. Eo igitur tempore partui proximo maius periculum læſionis fœtus eſſe poteſt ſolum ab extrinſeco, ſcilicet ob extrinſecam oppreſſionem ratione modi tunc coëundi; ac proindè ſi coniuges coëant eo modo, ex quo fœtus oppreſſio extrinſeca ab incubatore nequeat ſequi, talis coitus vacabit culpà mortali.

31 Quoties autem ex ipſo congreſſus modo eſt periculum oppreſſionis extrinſecę ſeu abortus fœtus animati præuiſum, erit talis congreſſus coniugalis mortalis culpa propter damnum non ſolum vitæ temporalis, ſed etiam æternæ fœtus inde ſequens; quem parentes tenentur ex ſpeciali obligatione iuſtitiæ, aut pietatis, & etiam ex lege charitatis vitare. Ita Raynaudus *loco citato*, Henriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *n.* 4. & Sanchez *d. lib.* 9 *cap.* 20. *num.* 5. Dum autem iidem Sanchez, & Henriquez addunt, ſecus eſſe quando periculum abortus non eſt ex modo inordinato, ſed quod vxor ſit infirmæ, ac delicatæ complexionis, quia cum ex ipſo modo inordinato eſt periculum abortus, tunc vir abortui cauſam præbet, non cum ex vxoris infirmitate; non poſſunt intelligi de abortu fœtus animati, nam etiamſi non ex ipſo modo inordinato, ſed ex vxoris infirmitate illius abortus probabiliter timeretur, ex lege ſaltem charitatis teneretur vterque abſtinere ab vſu coniugali ad euitandum prolis ſpirituale damnum. Intelligendi ergo ſunt de abortu fœtus nondum animati; ita quod ſi ex ipſo modo inordinato coëundi ſit probabile periculum etiam fœtus non formati, nec animati, ſit peccatum mortale ita coire, quia ſic vir cauſam abortui præbet; ſecus vero quando non ex ipſo modo inordinato, ſed ex infirmitate vxoris. In quo tamen caſu puto etiam committi peccatum mortale, ſi ſeruato debito, & naturali modo coëundi abortus periculum ceſſaret, iuxta tradita *ſuprà cap.* 7. *numero* 171. *fine*.

Congreſſus cum vxore prægnante extra caſum periculi abortus, an ſit ſemper illicitus, & an mortaliter, vel venialiter.

Difficultas eſt ſecundò, & præcipua inter DD. an ceſſante periculo abortus formati, & animati, & diſſipationis materiæ ſeminis, ſeu effluxus conceptionis anterioris actus coniugalis, ex eo præcisè quod habeatur tempore prægnationis, ſit illicitus, & peccatum mortale, vel ſaltem veniale.

Et quod concubitus tali tempore exercitus contineat indecentiam grauem, & non ſolum leuem, atque adeo ſit peccatum mortale videntur primò ſuadere dicta Sanctorum Patrum; D. Auguſtini, quod refertur can. *ſi cauſa* 33. *q* 4. ibi: *ratio conceptus ceſſare vſum carnis demonſtrat*. Et *de bono coniugali cap.* 6. ibi: *ſunt adeo incontinentes, vt coniugibus nec grauidis parcant*. D. Hieronymi; & refertur can. *origo* 32. *quæſt.* 4. ibi: *qui dicunt ſe cauſa Reipublicæ, & generis humani iungi, imitentur ſaltem pecudes, & poſtquam venter intumuerit non perdant filios*. Diui Iſidori; & refertur can *non ſolum* 32. *q* 7. vbi acriter reprehendit coniuges tempore prægnationis coëuntes, tanquam deteriores pecudibus; quæ poſt conceptum non coëunt. Quo etiam pecudum exemplo Origenes *lib.* 5. *in Geneſ.* & Diuus Ambroſius *lib.* 1. *in Lucam ferè in finem* ad illud: *Occultauerat ſe menſibus quinque*, non leuiter reprehendunt acceſſum ad vxorem prægnantem, tanquam libidinem pluſquam pecuinam. Et Clemens Alexandrinus *lib* 3. *Stromatum. & 2 pædagogi* ſcribit, nullum ex veteribus in Scriptura prodi, qui cum vxore prægnante coierit; imò neque cum lactante, & ideirco Aaronem triennio Moyſem ætate ſuperaſſe, quod pater Moyſis vſque ad Aaronis ablactationem non niſi triennio poſt factam continuiſſet ſe ab vxore. Verba Clementis referunt Tiraquellus *ad d. l.* 15 *connub. num.* 144. Baſilius Pontius *d. cap.* 14. *numero* 7. & Raynaudus *d. cap* 11. *numero* 15. Ipſi etiam Ethnici prudentiores acceſſum ad vxorem grauidam tanquam indecentem, & turpitudinem continentem improbarunt, vt notauit Tiraquellus *ad l.* 11 *nu.* 141. Nam Seres, quos hodie Sinas appellant, ſpeciali lege vetabantur accedere ad vxores poſt conceptum, vt ſcribit Clemens Romanus 8. *recognit. cap.* 11. Etiam Zenobiam Palmyrenorum Reginam nunquam ſui corporis poteſtatem feciſſe marito donec expectatis menſtruis cognoſceret ſe nondum concepiſſe, ex alijs ſcriptoribus refert idem Tiraquellus *d. n.* 141. Qui etiam *ad l.* 9. 85. multis probat inter animalia ſolùm equam tempore prægnationis appetere concubitum. 32

Secundò talem concubitum non carere graui culpa probari poteſt ex eo, quod videtur eſſe contra naturam, & finem matrimonij, ſeu generationis, ad quam ordinatur, quia mulier iam prægnans nequit amplius concipere iuxta notata *ſuprà nu.* 29. & ita ſemen illud ſuo fine generationis fruſtratur.

Quibus tamen non obſtantibus communis Doctorum ſententia eſt, extra caſum præfati periculi abortus fœtus; vel diſſipationis ſeminis, non eſſe culpam lethalem exigere, & reddere debitum eo tempore prægnationis; Antiquiores DD. refert Sanchez *d. diſp.* 22. *n.* 1. 3. & 4. ex recentioribus ita Sanchez *d. n.* 5. Azorius, Auerſa; Fagundez, Filliuccius *locis ſuprà n.* 27. *& 29. citatis*. Villalobos *p.* 2. *tract.* 13. *diff.* 41. *n.* 9. Baſilius Pontius *lib.* 10 *cap* 14 *nu.* 7. Hurtadus *d. diff.* 3 *n.* 12. *fine*. Perez *d. ſect.* 3. *num.* 16. *& ſeq.* Caſtrus Palaus *d. p.* 4. *n.* 12. Raynaudus *d. c.* 11. *n.* 13. & Leander diſcalceatus *d. diſp.* 24. *q.* 24. Probatur hæc communis ſententia, quia iuris poſitiui nulla eſt prohibitio exercendi copulam coniugalem, quando vxor eſt grauida; ex iure autem naturali, licet videatur aliqua indecentia copulam 33

coniu

coniugalem habere eo tempore, quo mulier conceptioni inepta eſt, & ſemen generationis fine fruſtretur, vt videntur ſatis oſtendere tradita numero præcedenti. Nihilominus cum matrimonium non ſolum ad prolis generationem, ſed etiam ad concupiſcentiæ remedium, & mitigationem ſit inſtitutũ, copula ob prædictum finem licitè habetur, cum eo fine honeſtetur, & indecentia illa ceſſet. Et certè ſi toto tempore prægnationis coniuges ſub mortali deberent ab actu coniugali abſtinere, duriſſimum eſſet, & euidentiſſimo peccandi periculo manerent expoſiti. Neque obſtat, quod ſemen fruſtretur fine generationis, hoc enim non ſufficit ad culpam mortalem, quia per accidens hoc contingit ob prægnationem, & mulieris ineptitudinem, non ex modo, ſeu defectu aliquo concubitus, quod ad peccandum ſaltem mortaliter requiritur, vt *ſupr. nu.* 22. notatum eſt. Addi etiam poteſt non ſemper actum coniugalem eo tempore priuari ſuo primario fine, ſcilicet prolis generatione. Nam (vt notaui *in tract. de contractu matr. c.* 11 *n.* 280.) iuxta Hippocratem in peculiari libro de ſuperfœtatione poteſt dari, & aliquando contingit ſuperfœtatio, ſeu ſecunda conceptio, cum mulier iam grauida iterum viri concubitu vtitur, illa enim vteri, ſeu matricis fœminę poſt ſemel factam conceptionem occluſio, de qua ſuprà *n.* 29. non eſt perpetua, ſed interdum ob peculiarem fœminæ diſpoſitionem iuxta eundem Hippocratem aliquantiſper reſeratur, ex qua reſeratione oritur ſuperfœtatio, ſeu ſecunda conceptio non excidente priori fœtu ob firmam eius alligationem per ora vaſorum. Et licet Ariſtoteles 2. *hiſtor. c.* 4. dicat ſuperfœtationem in humana ſpecie eſſe infrequentem, non negat tamen quin aliquando contingat. Huius exemplum Paulus Iuriſconſultus *l. antiqui ff. ſi pars hered. petatur.* refert ex Lælio, verba ſunt: *Sed & Lælius ſcribit ſe vidiſſe in Palatio mulierem liberam, quæ ab Alexandria perducta eſt, vt Adriano oſtenderetur, cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur, quintum poſt diem quadrageſimum.* Plinius *lib.* 7. *cap.* 11. refert quandam mulierem fœtum vnum conſueto partu, alterum quinque menſium peperiſſe. Addit exemplũ Herculis, & Iphicli ad probandum, quod vbi paululum temporis inter duos conceptus intereeſſit, vterq; editur. Et Scoppa *lib.* 1. *de Nilo cap.* 11. *fine*, teſtatur ſe Genuę nouiſſe nobiliſſimam fœminam, quę tertio menſe poſt partum legitimum, nouum maſculum peperit. Hæc ergo ſi vera ſunt, & non fabulæ probant acceſſum ad mulierem iam grauidam poſſe obtinere ſuum primæuum finem.

34 Non obſtant teſtimonia Patrum talem concubitum reprehendentium; nam vel reprehendunt ſolum quando eſt veriſimile periculum abortus, vel non reprehendunt tanquam abſolutè illicitum, ſed vt minus perfectum; & ſic improbant loquentes tantum de conſilio. Ita præallegati DD. & Gloſſa *in d. can. ſi cauſa* 33. *q.* 4. Verbo *conceptus*. Et ita etiam plura, quæ contra concubitum cum vxore grauida tradit D. Auguſt. *ſerm.* 144. *de tempore*, Raynaudus *d. c.* 11. *in fin.* ait accipienda (quidquid verborum cortex præferat) de indecentia incontinentiæ indice, & imperfectionem, non culpam inferente.

35 Ex prædictis ergo conſtat actum coniugalem cum vxore grauida per ſe non eſſe lethalem culpam, num verò etiam extra periculum incontinentiæ ob indecentiam, quam continet, ſit venialis ſaltem ex parte exigentis. Affirmant plurimi à Sanchez *d. diſp.* 22. *n.* 4. *relati*, & ex Recentioribus *præallegatis* Baſilius Pontius *dict. cap.* 14. *num.* 7. qui allegat etiam Azotium *dict. cap.* 31. *citata q.* 14. Vbi tamen non ait abſolutè eſſe peccatum veniale acceſſum ad vxorem grauidam extra periculum abortus, & incontinentiæ, ſed dicit tantum eſſe veniale, quando eſt abuſus pro libito ſine vlla cauſa rationabili, ſi verò ſit cauſa rationabilis, ait, nullum eſſe peccatum.

Igitur alij ſentiunt etiam caſum periculi inconti- 36
nentiæ non eſſe per ſe loquendo, & abſolutè illicitum, & non ſolum petere ab vxore grauida debitum ad finem ſedãdi concupiſcentiam, ſed etiam ad alios honeſtos fines, carere etiam culpa veniali, licitumq; eſſe. Ita non pauci à Sanchez *d. diſp.* 22. *nu.* 6. *relati* Guliel. Paciſ. *tract. dialogiſtico de matr. cap.* 16. Auguſtinus Barboſa *collect. ad can. ſi cauſa.* & ex Recentioribus *ſupr. allegatis.* Sanchez *ibidem.* Filliuccius *d. n.* 337. Hurtadus *d. diff.* 2. *n.* 13. Auerſa *loco ſuprà allegato* Coninch *d. diſp.* 34. *n.* 77. Martinus Perez *d. ſect.* 3 *n.* 17. Palaus *d. puncto* 4 *n.* 12. & Leandrus diſcalceatus *d. diſp.* 25. *q.* 24. Ratio ſumitur ex dictis, ſcilicet, quia nulla eſt prohibitio iuris poſitiui, aut naturalis accedendi ad vxorem grauidam, & alioqui magnum onus eſſet coniugum, cum vxor magna ex parte temporis matrimonij grauida ſit, vnde eſſent expoſiti innumerabilibus peccatis venialibus admittendis; & ita laqueus iniiceretur eiſdem coniugibus, quod cauendum eſſe tradidit Apoſtolus 1. *ad Cor.* 7. Neque ex eo quod effuſio ſeminis ſit fruſtrà, infertur eſſe peccatum veniale; nam etiam in ſterilibus, & ſenibus ſemen caret ſuo fine generationis, & tamen illis copula eſt licita ad honeſtos fines exercita; ob indecentiam ergo illam, quæ in tali concubitu cernitur iuxta tradita *num.* 29. erit ad ſummum venialis ex parte petentis ſi ſolius voluptatis gratia, & ex nulla iuſta, & honeſta cauſa fiat; etiamſi aliqui actus coniugalis ſolius voluptatis cauſa exercitus careret culpa veniali, ſicut ſuprà dictum eſt de actu coniugali cum vxore patiente fluxum menſtruũ. Dixi, *ex parte petentis*; nam reddere in tali caſu nulla eſt culpa, tametſi petens peccet venialiter, quia obligatio iuſtitiæ reddendi excuſat à culpa, vt conſtat ex traditis *cap.* 1. *num.* 228. *&* 232. & in terminis tradunt plures à Sanchez *d. diſp.* 22. *nu.* 5 *allegati*, & alij recentiores *hoc num. relati.*

An ſtatim à partu, & antequam mulier ſit ſanguine purificata, actus coniugalis ſit necne illicitus.

Dubitatio eſt quintò, an tempore, quo proles la- 37
ctetur ab vxore coniuges ad eiuſdẽ prolis damnum euitandum teneantur ab vſu coniugij abſtinere. De qua dubitatione latius actum eſt *ſuprà cap.* 1. *num.* 202. *ad* 218.

Dubitatio eſt ſextò, an tempore purgationis vxo- 38
ris puerperæ, ſeu ſtatim à partu, & antequam mulier à ſanguine purificata ſit, ad euitandum damnum prolis, vel ob indecentiam coitus eo tempore exerciti teneantur coniuges à copula coniugali abſtinere. Si tunc puerpera lactat prolem; reſoluendum iuxta tradita cap. 1. numeris allegatis; attenta autem præcisè ea corporali immunditia:

Certum eſt modo non eſſe expectandum purifi- 39
cationis tempus iuxta legem antiquam, vt *ſuprà cap.* 7. *num.* 130. notatum eſt.

Secundò certum eſt, ſi ex coitu immineat proba- 40
bile periculum mortis, aut infirmitatis grauis, vel notabilis aggrauationis infirmitatis ex partu contractæ, eſſe peccatum mortale tunc petere, & reddere debitum; vnde mulier exacta reddere non tenetur; vt notatum eſt *ſuprà c.* 1. *nu.* 171. & docent Sanchez, *lib.* 9. *diſp.* 22. *n.* 12. & Azorius *p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 31 *q.* 13.

An verò ceſſante hoc periculo ratione illius immunditiæ corporalis puerperæ, dum durat, actus coniugalis ſit illicitus.

Burrius, & Alexander de Neuo *in can. finalem d.* 5. 41
exiſtimant ſecluſo incontinentiæ periculo eſſe peccatum

Digitized by Google

catum mortale petere, & reddere, eo quod *d. Canone* deſumpto ex D. Gregorio dicatur, niſi tempus purgationis prius tranſierit, mulieres non debere viris ſuis admiſceri. Confirmari etiam poteſt, quia proli, ſi concipiatur eo tempore, ſicut ex tempore menſtrui, damnum inferri tradit Galenus lib. 1. *de ſanit. tuenda*; vnde hic applicari poſſunt tradita *ſuprà n. 27. de copula tempore menſtrui.*

42 Alij loquuntur de huiuſmodi concubitu cum puerpera, ſicut de concubitu cum vxore menſtruata, ſcilicet aiunt eſſe peccatum veniale ob ſpecialem indecentiam, & inordinationē in eo contentam, niſi tunc exerceatur ex rationabili, & iuſta cauſa, illam honeſtante, nempe ad euitandum periculum incontinentiæ, vel diſſidij inter coniuges, aut ob aliam ſimilem cauſam. Ita plures à Sanchez *d. diſp. 22. nu. 10. relati*, Azorius *d. q. 15.* Baſilius Pontius *lib. 10. c. 14. n. 9.* Caſtrus Palaus *ſuprà n. 33. allegato nu. 13.* Leandrus diſcalceatus *de ſacram. p. 2. tract. 9. diſp. 25. q. 23.* & apud eundē Ochagauia *tract. 5. de matr. q. 5. nu. 3.* Ratio iuxta eoſdem DD. eſt illa, quod in actu coniugali tūc exercito reperiatur indecentia aliqua & inordinatio, ſicut in actu coniugali tēpore mēſtrui; vnde niſi aliqua iuſta cauſa cohoneſtetur erit ſaltem peccatū veniale, etiā dato, quod alioqui actus coniugalis exercitus voluptatis ſolius moderatæ gratia careret omni culpa. Cōfirmat Pontius, quia etiam ex tali concubitu fœtui, ſi concipiatur, damnum inferri poteſt, vt num. præced. dictū eſt.

43 Alij demum cenſent in actu coniugali eo tempore purgationis puerperæ nullam apparere indecentiam, ſiue inordinationem, & conſequenter ex hoc capite non eſſe culpam vllam, neque venialem, & *textum in d. can. fin d. 5.* loqui ſolùm de conſilio. Ita Ricchardus, Palacios, Aſtenſis, Angelus, Roſella, D. Antoninus, Turrecremata, Henriquez *d. diſp. 21. n. 11. allegati idem* Sanchez *ibidem* Hurtadus *diſp. 10. diff. 5. nu. 13.* Filliuccius *loco ſuprà nu. 29. citato.* Villalobos *loco ſuprà allegato.* & Martinus Perez *de matr. diſp. 49. ſect. 3. nu. 19.* Confirmat Sanchez ratione *ſuprà n. 36.* adducta.

Quare iuxta hanc ſententiam ſi eo tempore actus coniugalis habeatur ſolius voluptatis gratia erit quidem venialis culpa, ex eo, quod extra hunc caſum, & abſolutè loquendo actus coniugalis principaliter exercitus ob voluptatem veneream ob rationem peruerſionis debiti finis eſt culpa venialis, non verò erit culpa venialis ob ſpecialem inordinationem, quæ in tali actu tunc exercito repetitur.

44 Ego libentius adhæreo aliis DD. aſſerentibus quoties tempore præfatæ immunditiæ corporalis puerperæ pro libito, & ſolius voluptatis gratia, & ſine vlla rationabili cauſa petitur, eſſe culpam venialem, etſi actus coniugalis ob ſolam præciſam voluptatem indecentem habitus careret culpa veniali; quia actus coniugalis tempore immunditiæ corporalis puerperæ videtur continere ſpecialem indecentiam, & inordinationem, ſicut & habitus tempore menſtrui ordinarij; & etiam videtur nimia incontinentia, nolle differre breui copulam coniugalem ad tempus purificatæ vxoris, cum nulla iuſta cauſa adeſt tunc commiſcendi.

SVMMARIVM

§. III.

Si coniuges in actu coniugali non curent ſimul effundere ſemen non eſt peccatum, licet ſit conſulendum, vt coniunctim effundere procurent, n. 46. 47. & 48.

Quid ſi vir, vel vxor ſe prouocet ad prius ſeminandum. num. 48.

Cum vir ante vxorem ſeminauit, poteſt licitè continuare copulam, donec & ipſa vxor ſeminet. n. 49.

An vero teneatur continuare, & expectare ſeminationem vxoris, & peccet mortaliter non expectando, & ſe retrahendo ab actu coniugali. Negatiua ſententia. n. 50.

Affirmatiua ſi abſque iuſta cauſa non expectet. n. 51. & 52.

Vxor poſt viri ſeminationem ſe retrahens, vel alio modo nitens non ſeminare in ipſo actu coniugali an peccet mortaliter. Negatiua n. 53. Affirmatiua ſi abſque iuſta cauſa nolit ſeminare. ibidem.

An vbi vir in actu coniugali ſeminauit, & ſe retraxit, licitum ſit vxori incontinenti ſe tactibus procurare, quo ſeminet. Negatiua n. 54. Affirmatiua n. 55.

A copula coniugali inchoata ante ſeminationem mariti, & vxoris ex mutuo conſenſu, ſi neutri ſubſit periculum pollutionis deſiſtere, an ſit peccatum mortale. Affirmatiua. nu. 57. Negatiua. n. 58.

Erit veniale ſi fiat abſque iuſta cauſa, nullum peccatum, ſi ex iuſta, & honeſta cauſa. ibidem.

Si vxor in ipſo actu ſuum ſemen effudit, aut in ſeminandi periculo ſit conſtituta, ſi maritus data opera, & abſque iuſta cauſa deſiſtat à copula ante ſuam ſeminationem, an peccet mortaliter. Negatiua. n. 57. Affirmatiua. n. 59. & ſi deſiſtat contra voluntatem vxoris præter peccatum contra naturam peccat mortaliter contra iuſtitiam. n. 59.

Excuſatur à peccato ex cauſa vrgente ſe retrahens, & non ſeminans, & quæ ſit iuſta cauſa. n. 60.

Fornicans non aptus effundere ſemen generationi aptum, vt Eunuchus committit duplex peccatum. n. 62.

In coitu fornicario ſi fœmina iam ſeminauit, vel ſit periculum ſeminationis teneatúrne vir continuare coitum, donec ſeminet, vel deſiſtere à coitu etiam cum periculo ſeminandi extra vas. Reſoluitur teneri deſiſtere. n. 63. & 64.

Qui ſe præparauit ad copulam fornicariam tenetur ab ea abſtinere etiam cum periculo effuſionis ſeminis extra. n. 65.

Mulier fornicans pœnitens criminis licitè poteſt & tenetur ſe ſubtrahere, ne ſemen viri recipiat. n. 66.

§. III.

Ob prolis bonum, eiuſque damnum inferri vitandum coniuges qua ratione copulam coniugalem habere debeant, & an inchoatam teneantur complere.

45 De his Sanchez *lib. 9. diſp. 17. à num. 7. ad 15. & diſp. 19.* Baſilius Pontius *lib. 10. cap. 11. num. 3.* Bonacina *de matrim. quæſt. 4. p. 6. num. 15.* Filliuccius *tom. 1. tract. 10. cap. 9. numero 335.* Hurtadus *de matrim. diſput. 18. diff. 5. num. 21.* Auerſa *de matrim. q. 21. ſect. 5. §. Quarto.* Martinus Perez *de matrimon. diſput. 49. ſect. 8.* Caſtrus Palaus *part. 5. tract. 28. diſp. 3. p. 4. § 3. num. 2. ad 7.* Diana *p. 3. tract. 4. reſol. 204. & part. 5. tract. 14. reſol. 37.* & Leandrus diſcalceatus *de ſacram. tract. 9. diſp. 25. q. 40. & trib. ſequentibus.*

Dubitatio prima, an coniuges teneantur ſub mortali procurare, vt ſimul ſemen effundant, & ſi vir prius in actu ipſo ſeminauit, teneatur expectare ſeminationem vxoris.

46 Eſſe culpam mortalem ſi ex induſtria vtriuſque coniugis ſemen in actu ipſo ſimul non effundatur, ſuaderi poſſe videtur, quia Galenus, & alij Medici à Sanchez *d. diſp. 17. num. 17.* relati docuerunt generationem impediri, vbi ſeminatio vtriuſque non eſt ſimul, præſertim ſi vir ſeminet priuſquam fœmina; & fundamentum eſt, quod ex vtroque ſemine fiat vnum principium actiuum generationis; atque adeo vtrumque ſimul concurrere ſit neceſſe.

47 Conueniunt Doctores expediens eſſe, & conſulendum, vt coniuges procurent ſimul, & coniunctim ſemen effundere. Ita Sanchez *d. diſp. 17. n. 8.* allegans, & Perez *d. ſect. 8.* Dato enim etiam, quod mulieris ſemen non ſit ad generationem ſimpliciter neceſſariū

multum

multum tamen confert ad vtilius generandum; ideo enim eſt à natura inſtitutum, nam vis actiua ſeminis virilis in fœmineum agens conceptum pulchriorem, ac nobiliorem format, & etiam ex ſimultanea ſeminatione certior redditur generatio, quia fœminæ matrix voluptate effuſionis ſeminis irritata, & incenſa auidius virile ſemen amplectitur. Hinc Sanchez addit coniugi tardiori ad ſeminandum conſulendum eſſe, vt ante concubitum tactibus venerem exciret, vt vel ſic poſſit in ipſo concubitu ſimul effundere.

48 Præterea Sanchez *d. diſp.* 17. *n.* 9. & alij recentiores docent, non eſſe peccatum, ſi coniuges non ſimul effundant, ſeu non concurrant ſimul, & coniunctim ſemen effundere. Et videtur certum, quia eſto, quod etiam mulieris ſemen ſit neceſſarium ad prolis generationem, hinc tamen non fit, vt ſimul vtcunque effundi neceſſe ſit, nam etſi aliquantulum vnum poſt aliud fundatur, adhuc poſſunt cómiſceri ſimul quantum attinet ad generationem, & illius vnum totale principium effici: Et eſſet proculdubio res ſcrupulis plena, ſi ad hoc, vt liceret copula, neceſſarium eſſet, vt coniuges curarent vtriuſque ſemen ſimul effundi. Et quamuis facilior, & certior ſit generatio per ſimultaneam effuſionem; tamen non tenentur coniuges maiorem facilitatem, & certitudinem, ſeu cõuenientiorem, & faciliorum eligere, & procurare, ſed ſufficit nil faciant, quod generationi obſtet, vt *ſuprà cap.* 7. *n.* 173. & in his terminis tradunt Sanch. *d. n.* 9. & Auerſa *loco citato.* Hinc iidem Sanchez *n.* 10. Baſilius Pontius, & Auerſa poſt Henriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 3. & alios tacitis nominibus ab iiſdem Henriquez, & Sanchez *relatos* addunt, non peccare mortaliter virum, aut vxorem antecedenter ſe delectantem, & tactibus irritantem venerem, quamuis animaduertat inde celeriorem orituram effuſioné ſui ſeminis; cum coniunctio effuſionis non ſit neceſſaria ad generationé, vt dictum eſt. Subdit autem Auerſa, eſſe ſolum peccatum veniale ob appetitum immoderatum venereæ voluptatis. Peccaret verò mortaliter alteruter cõiugum, ſi ex induſtria procuraret non ſimul fundere ad finem impediendi generationem prolis putans per hoc impedire, vt per ſe patet.

49 Inſuper certum eſt, dum vir ante fœminam ſemen effudit; licere eidem continuare copulam, donec fœmina ſeminet, cum id pertineat ad completam copulæ vxoriæ conſummationem. Ita poſt Caietanum, Tabienam, & Graffium Sanchez *d. diſp.* 17. *n.* 11. Auerſa, Pontius, & Bonacina *loca ſuprà n.* 45. *citata.*

50 Difficultas ergo eſt primò, An maritus, qui in actu ipſo coniugali ſemen effudit, teneatur expectare vxoris ſeminationem; & ſi non expectet, peccet mortaliter contra naturam.

Et non teneri expectare, ſed poſſe ſe retrahere, etſi nondum vxor ſeminarit, tenent Sanchez *d. diſp.* 17 *n.* 9. & alij recentiores *ſuprà n.* 45. *relati* præter Hurtadum, & Auerſam; Henriqu. *lib.* 11. *c.* 16. *nu.* 7. & Præpoſitus à Diana *allegata reſo.* 37. *allegatus.* Nitũtur eo fundamẽto, quod ſemen fœmineum non eſt generationis principium actiuum, nec ad eum eſt ſimpliciter neceſſariũ, ſed ſufficit ſolum ſemen viri intra matricem fœminæ receptum, iuxta Philoſophos, & Medicos Ariſtotelé, Galenum, Auicennam, Hugoné, Senenſem à Sanch. *d. diſp.* 17. *nu.* 9. & *lib.* 2. *de matr. diſp.* 21. *n.* 4. *relatos*, & alios multos; & iuxta S. Th. Albertum Magnum, & Theologos magis communiter, vt *iiſdem locis* refert, & teſtatur Sanch. qui etiam *d. n.* 9. confirmat ea eo, quod experientia teſte fœminæ omnino inuitæ, in balneiſq; ſemen virile recipientes concipiunt; cum tamen tunc non ſeminent, aliàs veneream delectationem maximam non poſſent non ſentire; ſuppoſito ergo hoc, quod abſque fœmineo ſemine generatio ſequatur, nullum præceptum obligat ad procurãdam, & expectandam vxoris ſeminationem, dum maritus in ipſo actu ſemen ſuum effudit, licet poſſit actum continuare, donec & ipſa vxor ſeminet; & licet ex concurſu vtriuſque ſeminis facilior, & certior ſit generatio, non tenentur, vt dictum eſt, coniuges faciliorem, & certiorem viam eligere.

At contrarium, & virum poſt ſemen ſuum in ipſo 51
actu effuſum, ſi non expectet ſeminationem vxoris, peccare mortaliter contra naturam, ideoque per continuationem copulæ teneri prouocare ſeminationem fœminæ, aſſeruerunt Ochagania *de ſacra. tr.* 5. *de matr. q.* 2 *n.* 13. à Diana, & Leandro *locis ſuprà n* 45. *cit relatus*, Hurtadus *loc.* pariter *ſuprà d. n.* 45. *cit* vbi & ipſe allegat Ochagauiam, & Auerſa *d. q.* 21. *ſect.* 5. § *communius tamen.* Nituntur oppoſito fundamento, nempe, quod etiam fœminæ ſemen eſt actiuum principium generationis, ad hancque vtriuſque ſeminis cõcurſus requiritur. Vt docent ex Medicis, Hippocrates, Galenus ſibi contrarius, Valleſio, Pet. Mata à Sanch. *d. diſp.* 21. *n.* 11. *relati.* Scotus, Abulenſis, Caiet. D. Bonauent. Maior, Ianellus partim à Sanch. *d. n.* 11. partim à Conimbricẽſibus *lib.* 1. *de generat. c.* 4. *q.* 27 *citati*, & Soarius *to.* 2 *in* 3. *p. diſp.* 10. *ſect.* 1. vbi docet eſſe probabile adfuiſſe ſemen in B. Virgine abſque inordinatione, vt miniſtraret conceptioni Chriſti materiam, vt ſic eſſet vera, & naturalis Mater Dei, & valdè probabilé opinionem dicit idem Sanch. *d. num.* 11. Ne ergo generatio impediatur, & ſemen ipſius viri prorſus amittatur, continuata copula debet expectare, & prouocare ſeminationem vxoris; ſicut & hæc, ſi prius effundit ſemen, quam vir, tenetur ob eandem rationem non impediendi generationem, & perdendi ſuum ſemen expectare effuſionem ſeminis viri. Confirmatur hæc ſententia, quia eſtò quod ſemen fœmineum non eſſet ad generationem neceſſarium; eſt tamen omnibus conſentientibus vtiliſſimum; & à natura ſic inſtitutum, vt ſimul cum virili concurrat.

Et hanc opinionem in praxi adhibendam puto; nã 52
licet & alia opinio ſit probabilis; tamen cũ hic agatur de dãno prolis vitando, & iuxta poſteriorẽ ſententiã generatio prolis ſit certa, quantum eſt ex hac parte; iuxta verò priorem incerta; in praxi poſterior eligẽda videtur, iuxta communem ſententiam, quod vbi agitur de dãno alterius vitando, debemus in praxi ſequi opinioné, qua adhibita certè damnũ vitatur, ſi id ſine notabili incõmodo poſſum⁹, licet & oppoſita opinio ſit probabilis; de qua re latius egi *to.* 1. *mor var. tit.* 1 *p.* 1.

Hinc ad illud dubium, An ſi vxor in actu ipſo con- 53
iugali data opera nitatur non ſeminare, puta in alium cogitationem ſe diuertat, ne ſe excitet, ſed potiùs à ſenſu voluptatis, & ab effuſione ſeminis impediat, vel poſt viri ſeminationem ante proprij ſeminis effuſionem voluntariè à copula deſiſtat, peccet mortaliter contra naturam. Et ſi Ioannes Præpoſitus *q.* 6. *de bono matr. diſp* 4. *n.* 35. (quem refert, & ſequi videtur Diana *p* 5. *tract.* 14 *allegata reſol* 37.) & Caſtrus Palaus *loco ſuprà n.* 45. *citato*, ſcilicet, *d.* § 3 *nu.* 1. *fine*, docent fœminam non eſſe obligatam ſeminare, & ſic ſi data opera ſeminationem propriam impediat nullo modo peccare; idque ob illam rationem, quod illius ſemen non eſt ad generationem neceſſarium. Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 19 *num* 3. § *non crederem* & Leſſius *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 55. *verſic. in actu coniugali*, tenent mulierem poſt viri ſeminationem ante proprij ſeminis effuſionem deſiſtentem à copula, vel data opera nitentem non ſeminare non peccare mortaliter contra naturam, ob illam rationem, quod eius ſemen ad generationem non requiratur, videntur autem non excuſare à veniali; & idem ob eandem rationem tenet Bonacina *loco ſuprà num.* 45. *allegato*, & Perez *d. diſp.* 49. *ſect.* 9. *numero* 7. Eſſe tamen peccatum mortale in terminis tradunt Ochauia, Hurtadus, & Auerſa *locis*

ſuprà

ſuprà n.51.citatis. & ita ſentire videntur DD. qui abſolutè, & indiſtinctè dicunt, ſi altero coniuge ſeminante alter voluntariè, & data opera ſe retrahendo, vel alia ratione impediat ſuam ſeminationē eum peccare: ij ſunt Tabiena *v.Incuriosum q.6 nu.7.* Armilla *v.Debitum nu.9.* Angelus, Roſella, Caietanus, Paludanus, Henriq. Sà, & alij à Sanch. *d.diſp.19.d.n.3.initio allegati.* Et probatur ex dictis *ſuprà n.51.* ſcilicet, quia ſemē fœmineum vel eſt neceſſarium ad generationem, vel ſaltem ad illam valdè confert, & à natura ſic inſtitutum, vt ſimul cum viri ſemine concurrat; ac proinde huiuſmodi concurſum data opera, & abſque vrgente cauſa impedire eſt peccatum graue contra naturam. Et ab hac opinione quoad praxim reor non eſſe recedendum ſaltem ob periculum damni prolis. Erit autem vrgēs cauſa excuſans à culpa, ſi maritus non continuet copulam, donec ipſa fœmina ſeminet, vel ſi fœmina facta viri ſeminatione ſe retrahat, ſi ſuperuenirent hoſtes ad perſequendum, vel alij ad intuendū, aliave ſimilis cauſa, vt notanit Filliuccius *tract.10.c.9. n.131.* & etiam Aueſa *loco citato*; quo etiam caſu, ſi vir nondum ſeminaſſet, & contingeret in receſſu illius ſemen effundi extra vas fœminæ præter voluntatem, & intētionem, nullum erit peccatū, de quo *infr. n.60.*

Difficultas eſt ſecundò, An vbi vir ſeminauit intra vas muliebre, & membrum virile extraxit, licitum ſit vxori, quæ ſemen in ipſa copula non effudit, incontinenti ſe procurare tactibus donec ſeminet.

54 Rodriq. *in ſum p.1 c.8.n.4.* à Diana *p.2.tr.17.reſ.38 relatus*, idem Diana *ibid. fin.* negant, & etiam Palaus *d.§. n.6.fin.* ſentit tunc non eſſe licitum fœminæ effundere ſemen, ſi ſe continere poteſt. Probatur, tum quia talis effuſio non poteſt dici complementum, ſeu perfecta conſummatio præcedentis copulæ, cum fœmineū ſemen ad generationem non ſit neceſſarium; ſed ſufficiat virile iuxta tradita *nu.50.* tum quia coniugibus ea copula eſt licita, per quam efficiuntur vna caro, at fœmina illa effuſione ſeminis non videtur fieri vna caro vtpote viro abſente, & ab ea ſeparato; non ergo talis effuſio erit licita, ſed intrinſecè mala, cum videatur eſſe idem, ac ſe polluere proprijs manibus, quod eſt intrinſecè malum.

55 At melius, & verius affirmant Leſſius *lib 4.c.3.n.55. & 94.* Fagund. *in decal. lib.6.c.3 n 20.* nōnulli alij relati à Diana, ex DD. *ſupr. n.45.relatis*, Sanch. *d.diſp.17.n.12.* Bonac *d.p.6.n.5* Aueſa *d.ſect.5.q.communiter tamen.* Perez *d.diſp.49 ſect.8.n.3.* & Leādr. diſcalceatus *d. diſp 25.q 41.* Probatur, tū quia alioqui vxores grauiſſimo periculo peccandi lethaliter eſſent expoſitæ, cum frequentius viri, quia robuſtiores, prius ſeminent, & illicò recedāt manēte in fœminis valde irritata, & cōmota libidine; tum præcipuè, quia ſemen fœmineum vel eſt neceſſarium ad generationem, vel vtiliſſimum à natura inſtitutum, vt ad eandem generationem concurrat, vnde talis effuſio ab vxore illicò poſt mariti receſſū procurata verè eſt complemētum, & conſummatio præcedentis copulæ per commixtionem cum ſemine viri, quod non ſtatim ac receptum eſt intra vas fœmineū per extractionē membri virilis corrūpitur, ſed aliquo tempore calorè matricis fotum conſeruatur illæſum, & aptum ad agendum in ſemen fœmineum poſtea effuſum, ad generationemque efficiendam, vt poſt Petrum Marot tradit *d n.12.* Sanch. Vnde etiam per illā effuſionē coniuges efficiuntur vna caro, ad quod ſufficit ſeminū vtriuſq; coniugis cōmixtio. Imò ſuppoſita ſententia *n.51* tradita, quod ſemen fœmineū ad generationē deſideretur, in huiuſmodi caſu vxor ſtatim à retractione viri, qui iam ſeminauit, non ſolum licitè poſſet, ſed etiam, vt ſemen viri non fruſtraretur, generatióque impediretur, teneretur ſe excitare ad ſeminandum; niſi aliqua vrgens cauſa (vt *ſuprà* dictum eſt) illam à ſeminatione excuſaret; & ita in terminis tenet Aueſa *loc.cit.* Addens tamen maiorem eſſe obligationem viri, qui in actu coniugali præmaturiùs ſemē effudit, ad continuandam copulam, donec & ipſa ſeminet, quàm ipſius vxoris iam à viro diſiunctæ ad prouocandam ſuis tactibus ſeminis effuſionem; quia ille eſt modus per ſe conueniens ad hunc effectum ſeminationis fœminæ.

An, & quando coniuges à copula inchoata poſſint, vel nequeant deſiſtere.

Dubitatio ſecunda, An coniuges inchoatam copulam teneātur ſub mortali complere ſemen effundēdo, an verò licitè ab ea inchoata poſſint deſiſtere.

Aliqui cenſuēre peccare mortaliter contra naturam virum à copula inchoata ante ſeminis ſui effuſionem deſiſtentem, cum effundere poteſt, ſaltem vbi id non faceret ex iuſta cauſa, vt vitandi detrimentū propriæ ſalutis ex ſeminis effuſione ſequuturum, vel ſi cōmodè complere nō poteſt ob vrgentē aliquam aliam cauſam ſuperuenientem. Ita Syluester, Graffius, P. Ledeſma, Henriq. à Sanch. *lib.19 diſp.19.n.1.relati.* & Azorius *3.p.lib.3.c.24.q.7.* Moti ſunt primò, quia aliàs impeditur generatio, ob quam copula coniugalis ſui natura ordinatur; fruſtrare autem coitum coniugalem ſuo fine intrinſeco principali, obſtando generationi, eſt peccatū mortale iuxta tradita ſæpè in antecedentibus. Secundò, quod tactus impudici inter coniuges abſque animo perueniendi ad copulam coniugalem ſunt peccatum mortale iuxta tradita *ſuprà c 7. n.196.* multo magis erit mortale penetrare vas fœmineum abſque eo animo. 56

Alij ex oppoſito exiſtimarunt nullum eſſe peccatum contra naturam, ſed licitum eſſe viro ante effuſionem ſeminis deſiſtere à copula inchoata vxore conſentiente, & ſecluſo in eadē vxore periculo conſentiendi pollutioni volūtariæ. Si enim vxor iure coniugij ſemen exigeret, tunc deſiſtere aiunt eſſe peccatum mortale contra iuſtitiam: illo periculo in illa exiſtente eſſe mortale contra caſtitatē. Ita opinatū fuiſſe quendam virum doctum teſtatur Sanchez *d.diſp.n.2.* vbi refert huius opinionis fundamenta. Quorum primum eſt, quod vir non obligetur ad euitandam mulieris inuoluntariam pollutionem, ſicut nec propriam pariter inuoluntariam. Secundum, quia poſt inchoatam copulam maritus ad euitandū periculū vitæ, vel notabilis detrimenti propriæ ſalutis poteſt deſiſtere, & non effundere ſemen, vt infrà probatur, quod non liceret, ſi eſſet contra naturam tunc non ſeminare. Tertium, quia alioqui pariter in copula fornicaria vir poſt ſeminationem fœminæ teneretur continuare copulam vſque ad ſui ſeminis effuſionem, vnde vel fundendo ſemen rem licitam faceret, imò debitam, ad euitandum, ſcilicet, ex duobus malis maius, ſcilicet, fruſtrationem fœminei ſeminis, quod aſſerere videtur abſurdiſſimum; vel eſſet conſtitutus in perplexitate, & neceſſitate peccandi, vel per fornicationem fundendo ſemen; vel contra naturam deſiſtendo ab effuſione. Quartum, quia facta ſeminatione virum non ſeminare non cedit in iniuriam neque vxoris, cum conſentiat, neque in iniuriam prolis, quæ non habet ius vt hic, & nunc generetur. Quintum, quia facta ſeminatione fœminæ generationem impedire, & copulam ſuo fine fruſtrari ad ſummum eſt tantum venialis otioſitas, ſicut cum tactus impudici inter coniuges habentur abſque animo copulæ, licet ad hanc, & generationem ipſam intrinſecè ordinentur. 57

Verùm dicendum eſt primò, ſi neuter coniux in actu ipſo ſeminauit, & non ſubſit periculum in viro ſeminandi extra vas, & in fœmina ſeminādi in ſe ipſa, & vterque conſentiat, non eſſe pecc. mort. deſiſtere 58

à copu

à copula inchoata nullam expectando ſeminationem. Ita Paludanus, Diuus Antoninus, Angelus, Roſella, Tabiena, Caietanus & nonnulli alij à Sanchez *dict. diſputatione* 19. *numero* 3. *relati*. idem Sanchez *ibidem* Leſſius *de iuſtit. lib*.4. *cap*. 3. *num*.55. Laymann *lib*.5.*ſect*.4. *num*.19. *fine*. Martinus Perez *de matrim. diſp*.49. *ſect*.9. Baſilius Pontius *lib*. 10. *cap*.11. *num*.9. Filliucius, Hurtadus, Bonacina, Palaus, & alij recentiores *ſuprà num*.45.*allegati* Ratio eſt, tum quia inde nulli fit iniuria; tum quia coniuges non tenentur generationem procurare, etſi teneantur illam contrariè non impedire; & cum communi conſenſu poſſint non vacare copulæ; ita etiam communi conſenſu à copula inchoata poſſunt deſiſtere; tum demum, quia illa penetratio vaſis, ſeu copula abſque ſeminatione eſt tantum quidam tactus partium verendarum, qui per ſe loquendo eſt licitus coniugibus (vt *ſuprà cap*.7.*n*.198.) quem poſſunt ſine ſeminis effuſione ex conſenſu vtrinſque exercere etiam ob honeſtum finem, ſcilicet, vt conſulant valetudini, cui effuſio ſeminis eſſet noxia; vel filiorum copia abundent, quos conuenienter alere non poſſunt, ob idque talem copulam abſque pollutionis periculo haberent ad concupiſcentiam ſedandam; quo caſu careret etiam culpa veniali, vtpote tunc licita, vt in terminis Sanchez alios allegans, Pontius, Perez, & Palaus. Si enim tactus, etiamſi ea natura ſua ordinentur ad coitum, ex iuſta cauſa ſedandi concupiſcentiam, fouendi mutuum amorem liciti ſunt in coniugibus abſque animo copulæ perficiendæ, vt *d. cap* 7. probatum eſt; cur ex ſimili cauſa iuſta non erit in illis licita copula abſque ſeminatione modo dicto? erit autem culpa venialis exercita abſque iuſta cauſa, vt *loco citato* ex Veracruce notat Sanchez, & colligitur ex aliis, & addit idem Sanchez cum Margarita Confeſſorum eſſe ſolum veniale peccatum, non vero mortale, quamuis nullus alius finis adeſſet, quam impediendi generationem. Quia etſi impedire generationem ſemine effuſo ſit peccatum mortale contra naturam, quæ ad ſolam generationem ſemen inſtituit; nihilominus, vbi ſeminis iactura non fit, nulla eſt ratio culpæ lethalis, cum non teneantur coniuges (vt dictum eſt) prolis generationi vacare; & ſicut ad illam impediendam poſſunt mutuo conſenſu à copula abſtinere; ita ab inchoata neutrius ſemine effuſo deſiſtere; & hoc idem innuunt alij præallegati, præſertim Palaus. Ex quibus patet non obſtare primum argumentum poſitum *ſuprà numero* 56. quia ſolum fruſtrare actum coniugalem per ſeminis effuſionem conſummatum ſuo fine eſt peccatum mortale propter diſpendium ſeminis ad generationem natura ſua ordinati, cum ſit impedire generationem contrariè. Vbi verò ex parte coniugum nulla eſt ſeminatio, nullum eſt ſeminis diſpendium, eſtque impedire generationem ſolùm negatiuè; ideoque eſt ſola venialis culpa; & otioſitas, ſi deſit iuſta cauſa. Quod verò dicitur in ſecundo argumento eſt falſum, præfati enim tactus inter coniuges abſque periculo pollutionis non ſunt culpa mortalis, vt *ſuprà dicto capite ſeptimo numero* 197. probatum eſt. Hæc tamen velim dicta ſpeculatiuè loquendo, nam in praxi puto frequentius fore mortale peccatum ratione moralis periculi effuſionis ſeminis in alterutro coniuge ob iam concitatam, & commotam vehementer libidinem; ac proindè diſſuadendi ſunt coniuges à ſimili actu; vt etiam aduertunt Sanchez, & Veracruz relatus ab eodem Sanchez: Addens tunc coniuges ob ſimilem actum non damnandos, quando experti ſunt id periculum non ſubeſſe.

D. Io. Angelus Boſſius, De effectib. contr. Matrim.

Secundò dicendum, ſi fœmina ſeminauit, vel in ſeminandi periculo ſit conſtituta, eſſe mortale peccatum, ſi maritus data opera à copula deſiſtat ante proprij ſeminis emiſſionem, niſi vrgeat iuſtiſſima, & grauiſſima cauſa deſiſtendi. Ita Doctores communiter, quos Sanchez *dicto diſputatione decimanona, numero quinto* refert, præter quos, idem Sanchez *ibidem*. Perez *dict. ſectione nona*. Filliucius, Bonacina, Auerſa, Hurtadus, Palaus *locis ſuprà numero* 45. *relatis*. Leſſius, Laymann *locis numero præcedenti allegatis*. & Diana *parte* 1. *tractatu quarto reſolutione* 227. Probatur, quia ſic eſt occaſio, vt ſemen fœminæ intrinſecè ad generationem ordinatum pereat, & fruſtretur ſuo fine, cum generatio ſequi non poſſit abſque virili ſemine, & ita peccat grauiter contrà naturam. Quod etiam peccatum mortale contra naturam committeret vxor, quæ poſt ſeminationem propriam, ſeminationem viri non expectaret, prodigeret enim ſuum ſemen ad generationem ordinatum. Etſi maritus inuita vxore nollet ſeminare, & vxor contra voluntatem mariti nollet eius ſeminationem expectare, foret etiam in vtroque caſu peccatum mortale iniuſtitiæ contra ius alterutrius. Vt Sanchez alios allegans *dicta diſputat decimanona numero nono*. Hurtadus, Perez, Palaus, & alij. Vterque enim coniux ex vi matrimonij habet ius ad debitum petendum, & ad copulam coniugalem habendam generationi aptam; cum ad talem actum coniugalem ordinetur intrinſecè ipſum matrimonium; quare ſicut negatio debiti eſt peccatum mortale contra iuſtitiam; ita etiam non perficere copulam aptam generationi eſt ſpeciale peccatum contra iuſtitiam, cum ſit vera negatio debiti. 59

Disi, *niſi vrgeat aliqua iuſtiſſima, & grauiſſima cauſa*, nam huiuſmodi cauſa vrgente non peccaret maritus poſt fœminæ ſeminationem deſiſtens ab inchoata copula, vt etiam Sanchez *dicta diſputatione decimanona numero ſexto*, alios allegans, Filliuccius, Auerſa, Caſtrus Palaus *locis ſuprà numero* 45. *relatis*. Martinus Perez *dict. ſectione nona*. Leſſius, Laymann, Diana *locis proximè citatis* docent. Qualis cauſa eſſet, ſi poſt fœminæ ſeminationem animaduerteret maritus periculum graue vitæ ſibi imminere, ſi ſeminet. Quod quidem, ſi ante acceſſum aduertiſſet, teneretur non coire; vbi tamen coiuit, ſiue aduerterit, ſiue non, poteſt deſiſtere ad huiuſmodi periculum euitandum; item ſi fera, aut hoſtis ſuperueniret; vel ſi aduerſaretur honeſtati, quia ſubito ſuperuenirent aliqui alioqui actum viſuri; huiuſmodi enim cauſis honeſtaretur ille viri receſſus à copula inchoata, licet iam facta fœminæ ſeminatione, & tametſi ita Venus in ea eſſet irritata, vt membro virili è vaſe fœmineo extracto aduerteretur ſemen extra vas effundendum. Quod rectè probatur ex differentia, quæ eſt inter fornicationem, & pollutionem, ac inter dictam non ſeminationem: illa enim duo in nullo caſu etiam vrgentiſſimo licita eſſe poſſunt; quia ſunt actus poſitiui; poſitiuè autem, & contrariè cooperari damno prolis non licet gratia cuiuſcunque mali vitandi etiam vitæ propriæ, vt *tom*.2. *mor tit*. 1.*p*.3. *& to* 3. *tit* 12. latius oſtendi; illa verò non ſeminatio eſt actus negatiuus, & ſolum opponitur quaſi negatiuè bono prolis, atque adeò nemo aſtringitur ad cooperandum illa ſeminatione bono prolis tanto periculo vitæ, & honeſtatis detrimento. Nec obſtat periculum illud, ac moralis certitudo effuſionis ſeminis extra vas: quia in prædicto euentu, ſi ea accideret, non eſſe volita, & contingeret præter intentionem mariti, & dando operam rei licitæ propter tuendam vitam, ſeu moralem honeſtatem. 60

61 Ad fundamenta autem *n.57.* adducta quatenus doctrinæ communi propoſiti dicendi ſecundi, ad primum reſpondetur pollutionem mulieris in præſenti caſu eſſe voluntariam, vtpote à viro per legitimum actum coniugalem excitatam. Ad ſecundum patet ſolutio ex dictis *num. præcedenti.* Ad tertium quid dicendum, habetur *infrà n.63.* Ad quartum illa non ſeminatio eſt iniurioſa naturæ, & legi matrimonij, infertque damnum proli, ius enim habet proles, ſeu natura, lexque matrimonij exigit, vt inchoato actu coniugali per ſeminis fœminei effuſionem non impediatur generatio per voluntariam omiſſionem effuſionis ſeminis virilis ad eam neceſſarij. Ad quintum illud procedit, quando ex parte vtriuſque in copula, à qua deſiſtitur, ſemen nullum eſt effuſum, vt conſtat ex dictis *num.58.* tunc enim nullum eſt ſeminis diſpendium, & ita non committitur mortale peccatum, ſed tantum quædam venialis otioſitas.

Quid verò dicendum, dum maritus effuſo proprio ſemine deſiſtit à copula nondum facta ſeminatione vxoris, iam ſupra explicatum eſt *n.50. & tribus ſequent.*

62 Ex traditis autem *n.58.* Sanchez *d.diſp.19.n.8.* rectè infert impotentem ad emiſſum ſemen generationi aptum (vt ſunt Eunuchi) fornicando duplex peccatum mortale committere, vnum fornicationis, alterum contra naturam; quia inutiliter fœmineum ſemen in eius diſpendium prouocat.

A copula fornicaria inchoata an ſemper deſiſtendum etiam poſt fœmina ſeminationem, & cum periculo ſeminationis extra vas.

63 Sed nunquid etiam in copula fornicaria vir poſt ſeminationem fœminæ, vel eius periculum ineuitabile licitè poſſit, & teneatur continuare copulam vſque ad ſui ſeminis effuſionem.

Affirmarunt aliqui viri docti ſuppreſſis nominibus à Sanchez *d.diſp.19 n.7. relati*, quod etſi copulæ continuatio alioqui ſit mala, tamen ad euitandum ſeminis fœminei diſpendium, & damnum prolis, ad quod idem ſemen fœminæ effuſum intrinſecè ordinatur, efficiatur licita, & debita; ex duobus enim malis concurrentibus minus malum tutò eligitur, & eligendum eſt; minus autem malum eſt fornicatio, quæ ſolùm aduerſatur prolis educationi, quam non ſeminatio, vnde in totum ſemen fœmineum perit, & fruſtratur ſuo fine, & ipſa proles deſtruitur, & ſic eſt contra naturam. Vnde talis ſeminatio cum non fiat animo libidinoſo, ſed ſolùm ad complendum actum ratione vitandi damni prolis, quæ ius habet, vt generetur, vbi fœminæ ſeminatio ad fuit, non erit formaliter fornicaria, ſed materialiter tantum, & conſequenter non intrinſecè mala. Ob quæ idem Sanchez cenſet hanc eſſe opinionem probabilem.

64 At dicendum omninò eſt teneri virum fornicarium abſtinere à ſeminatione, & ſe retrahere etiamſi ex vi prioris commotionis poſt retractionem eſſet futura ſeminatio extra vas. Ita Leſſius *loco ſuprà n.55. relato* Auerſa *de matr q.21. ſect.2. §. ad fundamentum.* Diana *reſol ſuprà n 59. allegata* dicens oppoſitum non eſſe probabile; idque probabilius cenſet Sanchez *d. n.7.* Ratio eſt, quia tota ea actio, & quælibet eius pars eſt intrinſecè mala, illicita, & indebita, omni autem tempore quis tenetur opus prauum abrumpere, ne proindè continuando perſeuerat in actione peccaminoſa, & contraria rationi, & proli, nempe in eius educationis graue detrimentum vergente; quæ non poteſt in vllo euentu honeſtari, neque etiam ex eo, quod ex duobus malis minus ſit eligendum; quia licet illa non ſeminatio ſit ex ſe contra naturam, & hac ratione peior fornicatione; abſolutè tamen, & ſimpliciter peior eſt fornicatio ita intrinſecè mala, vt nunquam liceat, quia ſemper ſit in graue detrimentum educationis prolis; cum tamen non ſeminatio non ſit ita contra naturam, & mala, quin ex cauſa vrgentiſſima licita ſit, vt probatum eſt ſupra. Nil etiam refert, quod ex abruptione ſequatur poſtea effuſio ſeminis extra vas contra naturam generationis, quia id ſequitur per accidens, & præter intentionem; quia non erat intenta, ſed ſolum abruptio mali operis; vnde cum talis pollutio ſit in eo caſu inuoluntaria ex iuſta, & neceſſaria cauſa orta, nullo modo eſt culpabilis.

Hinc etiam ob eandem rationem paratus fornicari, tenetur abſtinere à copula, etiamſi dum ad illam ſe præparauit ita eſſet concitatus, vt niſi perficiat, ſit futura effuſio extra, ſeu pollutio. Quod confirmatur, quia ante ſeminis effuſionem actus eſt ſolum inchoatus, & imperfectus in genere luxuriæ, continuando ergo voluntariè committit nouam culpam, cum illius conſummatio conſiſtat in ſeminatione intra vas, per quam iniuria fit proli ob detrimentum educationis. 65

Ob eandem rationem mulier fornicans, quæ pœnitentia ducta, ne fornicationem conſummet, ſuſcipiatne virile ſemen, corpus ſubtrahit, id licitè facit, & tenebatur facere, eſto etiam inde ſequatur virilis ſeminis effuſio extra vas, cum id non intendat, detque operam rei licitæ ab incœpto crimine deſiſtens. 66

SVMMARIVM

§. V.

Abortus quot modis poſſit fieri n.67 & 78.

Abortus fœtus animati anima humana voluntariè procuratus eſt grauiſſimum peccatum. n 68.

An ſit verum homicidium. Negant aliqui ibidem. Affirmant communiter alij. ibidem.

An iuxta leges ciuiles puniatur pœna mortis, & comprehendatur ſtatutis decernentibus pœnam contra homicidas, Negatiua n.69. Affirmatiua communis ibidem.

Fœtus animatus adhuc exiſtens in vtero materno ſit ne verè homo; Negatiua n.68. & 69. Affirmatiua ibid.

Abortus fœtus animati à patre, vel matre patratus eſt parricidium, & ſæpè multiplex. n 70.

Parricidium quid ſit ibidem.

Ab vno ex coniugibus effecto, altero non conſentiente eſt contra iuſtitiam. n.71.

Fœtus ſi ſit mas quadrageſimo, ſi fœmina octuageſimo à conceptionis die animatur. n 72.

In dubio præſumitur maſculus quoad irregularitatem incurrendam, & quoad pœnam ibidem.

Abactio ſeminis, & abortio fœtus inanimati meditatò procurata tamquam mala reprehenditur à Philoſophis Ethnicis, Sanctis Patribus, & à Doctoribus n 73 & 74.

Grauitas huius flagitij rationibus oſtenditur. n.75.

Non eſt verè homicidium n.76.

Cur dicatur homicidij feſtinatio. ibidem.

Non puniunt regulariter pœna mortis, ſed alia arbitraria. ibidem.

Vno in caſu punitur pœna mortis, de quo in l. Cicero. ff. de de pœnis. *ibidem.*

Illicitus eſt, etiamſi parentes ſint pauperes, careantque facultatibus ad alendam multiplicem prolem. numero 77.

Abortus nomine accipitur ſiue expulſio ſeminis iam recepti, & nondum coagulati, ſiue fœtus iam conformatus partibus nondum animati, ſiue fœtus iam animati anima rationali. n.78.

Remedia

Remedia, quæ pregnanti infirmæ adhiberi poſſunt alia ſunt de ſua natura, & directè ordinata ad efficiendam ſanitatem, alia poſſunt eſſe de ſua natura, & directè effectiua abortus. n.79.

Pregnans morbo graui laborans cum nulla alia remedia ei ſuppetunt ad vitam tuendam, ſanitatemque inſtaurandam poteſt licitè vti remediis, & pharmacis de ſui natura, & directè effectiuis ſanitatis, licet per accidens ſequatur abortus fœtus nondum animati, etiam præuiſus. num.80.

Vbi nulla alia occurrunt, an ad tuitionem vitæ, & ſanitatis inſtaurationem poſſit vti remediis directè, & de ſui natura tendentibus ad abortum, ſeu expulſionem eiuſdem fœtus inanimati. Negatiua. n.81.

Affirmatiua. num. 82. 83. & 85.

Diſparitas inter abortionem fœtus inanimati, & pollutionem voluntariè procuratam ob finem ſanitatis; cur hæc nunquam licita ſit, illa liceat n.84.

Ea remedia, quæ pregnans ad vitam tuendam poteſt per ſe ſumere cum abortione fœtus inde ſequutura, Medici etiam, & alij, qui curant pragnantem poſſunt adhibere ad illius curationem. n 86. & ipſa volente expreſſè, vel virtualiter tenentur applicare ibidem.

Si ipſa nolit talia remedia in bonum prolis, an medicus poſſit licitè, & teneatur applicare. n 87. & 88

Pregnans ad euitandum periculum morale mortis à difficultate partus proueniens, an poſſit licitè procurare abortionem fœtus nondum animati. Affirmatiuo n.89. Negatiua. num 90.

An fœmina, quæ ex ſcelere, ſeu coitu extra coniugium concepit, ad euitandum morale periculum mortis inferendæ à conſanguineis, vel marito, aut iudice, vel infamia, ſi ſcelus per tumorem ventris prodatur, poſſit licitè procurare abortum fœtus concepti nondum animati. Affirmatiua. n 91. 92. & 93. Negatiua communiſſima, & vera n.94. 95. & 96.

Si eſſet licitus abortus fœtus nondum animati ob periculum vitæ matris ab extrinſeco, an etiam foret licitus in periculo honoris. ibid.

Vita eſt bonum longè pretioſius, & maius quam honor, & fama. & quoduis aliud bonum temporale. n 97.

Ad tuendum nudum honorem, & famam non licet exponere ſe certæ morti, vel mortis morali periculo. ibidem.

Illud dictum commune, Pro honore moriendum, *quomodo accipiendum? ibidem.*

Vir nobilis, vel militaris ab aliquo inuaſus non tenetur cum graui nota infamiæ, & dedecoris fugere, ſed poteſt inuaſorem confodere. ibidem. Secus Clericus aut Religioſus ibid.

Si nobilis, vel miles inuaſo, ſi non det ſe fugæ, conſtet moraliter ſe fore occidendum, tenetur fugere. ibid

Idem de proſequente furem nolentem dimittere rem illius furto ſublatam. ibidem.

An puella poſt coitum fornicarium ad tuendam vitam periclitantem, vel famam tectis vitio virginitatis amiſſa, & conceptione fœtus ſequuta poſſit nubere viro ignoranti, cum periculo, vt vir exiſtimet prolem ſuam. n.98. & 99.

Matri pregnanti ad tuendam vitam, an ordine naturæ ſolo conſiderato, & iuſtitiæ obligatione attenta licitum ſit vti medicamentis de ſui natura, & directè tendentibus ad ſanitatem inſtaurandam cum probabili, ſeu morali periculo abortus fœtus iam animati inde ſequuturi. Refertur triplex ſententia.

Prima abſolutè negat num. 100. Secunda concedit quoad venæ ſectionem, & ſudarium negat quoad pharmata. & alia medicamenta, ex quibus ſequi poſſit poſitiua alteratio in fœtu, n.102. ad 108. Tertia communis, & vera affirmat abſolutè. n 109 ad 116.

Actionis humanæ bonitatem, vel malitiam moralem, & ſpeciem in generatione moris ſumunt ex obiecto ſuo, ſeu ex eo, quod eſt per ſe in intentione operantis, non ex eo, quod ſequitur per accidens. numero 80. 103. 111. & 113.

Diſcrimen inter pollutionem, & homicidium, ac fornicationem. num.104. & 106.

In bello iuſto licita eſt occiſio innocentium, vbi nocentes non poſſunt occidi, niſi etiam concomitanter innocentes, v.g. in eadem turri, ſeu arce cum nocentibus exiſtentes turris demolitione opprimuntur. n.106. & 111.

Qui ab iniuſto aggreſſore inuaſus equo currens per anguſtam viam aliter non poteſt euadere, & vitam propriam tueri, quàm curſu equi conterendo puerum, vel dormientem in via, vel ambulantem in flumen impellere, an licitè, & abſque iniuſtitia poſſit ſuum curſum proſequi cum illo periculo vel impulſionis, &c. num.106. & 112.

Mater pregnans fugiens feram cum vita fœtus periculo non peccat. n.107.

Iniuſtè inuaſus cum aliter ſe nequit tueri, poteſt licitè vibrare enſem diſtrictum contra aggreſſorem ſe puero protegentem, vt illum feriat, licet etiam puerum concomitanter ferire neceſſe ſit. n.113. non poſſet verò licitè prius vno ictu occidere, ſiu ferire puerum, vt poſtea facilius aggreſſorem impetere poſſit. n.114.

Ad voluntariam inductionem culpæ requiritur, vt homo teneatur aliquid agere, vel omittere n.113.

Inuaſus ab ebrio vel inſano, ſi nequit aliter ſe ab illo defendere, poteſt licitè illum occidere. n.115.

Ad ſanitatem inſtaurandam licitè poteſt ſumi medicina de ſui natura ſanatiua, etſi inde ſequatur per accidens pollutio. n. 116. non autem medicina de ſui natura tendens tantum ad effuſionem ſeminis n.117.

Fœmina patiens dolores, & ſymptomata ex ſeminis ſuperabundantia, ſi certo ſita taceat ex quo ſequitur ſeminis effuſio, & ex conſequenti dolores ceſſant, vel mitigantur, an peccet. n.118.

Et quid ſi ſitus talis de ſe aliqualiter conducat ad leuamen. ibidem

An ſemen corruptum, & venenoſum poſſit expelli medicamentis directè, & per ſe tendentibus ad illius expulſionem, & præſertim confricationibus partium occultarum mulierbrium, ſi fœmina ob tale ſemen corruptum patiatur ſymptomata, & accidentia venenoſa. num. 119.

Ordine naturæ, & ſola iuſtitiæ obligatione conſideratis. an mater pregnans ad ſuam vitam tuendam poſſit licitè vſurpare medicamenta de ſe æque ordinata ad ſanitatem, & abortionem fœtus iam animati. Negatiua n.120. Affirmatiua. n 121. & 122.

Cum duobus extremè laborantibus, alioqui perituris alteri ſine alterius læſione non poteſt ſubueniri, licitum eſt vni ſubuenire cum læſione alterius non iniurioſe, & culpabili. num.122.

Ad ſalutem matris alioqui perituræ tuendam, quando conſtat, vel dubitatur fœtum eſſe animatum, an ordine naturæ attento, & obligatione iuſtitiæ tantum conſiderata licitum ſit illi vſurpare, & medico applicare medicamenta de ſui natura directè tendentia ad abortionem, & necem fœtus. Affirmatiua n.123. & tribus ſeqq. Negatiua communiſſima n.127. & .128.

Iniuſtè inuaſus ad ſuæ vitæ defenſionem, ſiue ſit laicus, ſiue ſit clericus, aut regularis poteſt licitè iniuſtum aggreſſorem occidere, ſi aliter non poteſt ſe tueri. n.124. Etiam directè intendendo illius mortem, vt tamen medium neceſſarium ad propriam vitam conſeruandam n.126.

Si ſit ſpes bona fore, vt fœtus animatus prodeat in lucem, ſitque baptizari poſſit non adhibitis vllis medicamentis, & matre pereunte, an tàm mater ab vſu, quàm medicus ab applicatione medicamentorum etiam tantum curatiuorum abſtinere ex obligatione charitatis teneatur. Negatiua n.129. Affirmatiua. & communiſſima. n.130.

Præcepto charitatis tenemur plus diligere animam proximi, eiuſque ſalutem æternam, quàm propriam vitam, hancque exponere ad ſuccurrendum proximo laboranti extrema neceſſitate ſpirituali, & ſalutem æternam alioqui omiſſuro n.131.

Reiicitur Ioannis Sancij intellectus ad D.Thomam. ibidem.

Ex lege charitatis quiſque obligatur cum propria vita periculo ad baptizandum infantem filium hominis Chriſtiani in articulo mortis conſtitutam alioqui abſque baptiſmo moriturum ob defectum alterius, qui poſſit, aut velit illum baptizare. num.132.

Extenditur etiamſi neceſſitas illa extrema ſpiritualis pueri proueniret à cauſa extrinſeca, putà, Tyranno baptiſmum impediente. ibidem.

Iniuſtè inuaſus equo fugiens per viam anguſtam tenetur lege charitatis non proſequi curſum cum periculo propria vita, ac continuando curſu proterat, & occidat puerum non baptizatum in via exiſtentem.n.133.

Iniuſtè inuaſus ad ſui neceſſariam defenſionem poteſt licitè occidere iniuſtum aggreſſorem tam, etſi agnoſcat illum moriturum in peccato mortali, & ipſe ſibi non ſit conſcius alicuius culpa mortalis.n.135.

Poteſt tamen ad charitatis exercitium permittere ſe occidi, ne inuaſoris ſalus aterna periclitetur. n.137.

Quid ſi inuaſor ſit ebrius, aut phreneticus n.136.

Qua certitudo proprij ſtatus gratia requiratur, & ſufficiat, vt quis lege charitatis teneatur exponere vitam propriam corporalem pro ſalute aterna proximi extrema neceſſitate ſpirituali laborantis. n.137.

Ad ſaluandam vitam alterius corporalem quis licitè poteſt, & aliquando tenetur omittere propriam defenſionem, & exponere periculo, vel certa morti propriam vitam corporalem n.137.

Vt actus ſit moraliter honeſtus non ſufficit quod operans iure ſuo vtatur, & iuſtitiam non lædat, ſi aliis virtutibus opponatur. n.138.

Si vna cum matre prægnante infirma pereunte certus eſſet interitus prolis abſque baptiſmi ſuſceptione, mater ipſa non teneretur neque ex charitate abſtinere à medicamentis deſecuratiuis n.139.

Quando actum eſt de vita matris, & fœtus, niſi aliquod remedium adhibeatur, & nullum aliud ſuppetat, an etiam lege charitatis inſpecta liceat vſurpare, & applicare medicamenta dubia an futura ſint ſalutifera, vel noxia Negatiua.n.140. Affirmatiua n.141. Qua extenditur etiamſi medicamentum ſit inſolitum, & nouum; de quo nondum ſit factum aliquod experimentum.n.142.

§. IV.

De obligatione coniugum conſeruandi fœtum iam conceptum, illiuſque abortum vitandi, ſeu non procurandi.

67 SVprà hoc capite §.1. actum eſt qualiter coniuges tenentur non obſiſtere prolis generationi, illamve non impedire, ne ſequatur; ac proinde peccatum mortale eſſe, ſi voluntariè effundant ſemen extra vas fœmineum; vel ſi mulier receptum ſemen ſtatim data opera expellat, ne concipiat; Nunc agendum eſt de obligatione conſeruandi ſemen, illudque non abiiciendi iam per actum coniugalem receptum in mulieris matricem, & exiſtens ibi in quaſi pacifica poſſeſſione, idque ſiue adhuc fluidum, ſiue iam concretum, & coagulatum nondum fœtu formato, & inanimato, ſiue ſequuta iam fœtus formatione, & animatione. Eiicere, ſeu abiicere ſemen, aut illius abactionem procurare ante animationem communiter dicitur, efficere abortum, ſeu procurare abortum concepti fœtus inanimati. Abiicere verò, ſeu procurare abactionem poſt animationem, dicitur, efficere abortum, ſeu procurare abortionem fœtus concepti animati anima rationali.

Abortio fœtus animati data opera procurata eſt verum homicidium.

Primò certum eſt, procurare, ſeu data opera efficere abortum fœtus animati, ne in lucem prodeat, & naſcatur, ſiue id fiat à parentibus, ſiue ab extraneis, & ſiue in odium alterius parentis, ſiue ob inopiam bonorum ad alendam prolem neceſſariorum, ſiue cauſa honoris ſeruandi, ſiue ob pecuniam, ſiue ad impediendum parenti ſucceſſorem, aut quemcumque alium finem (excepta ad ſummum tuitione vitæ prægnantis alioqui perituræ, niſi fœtus abortus cauſetur, de qua re *infrà*) eſſe grauiſſimum peccatum contra iuſtitiam, & verum homicidium, & ſi id fiat à matre, vel patre, habere etiam ratione parricidij. Licet enim eſſe homicidium negare videatur Tiraquellus *ad l. ſi vnquam Cod. de reuoc. donat. §. ſi ſuſceperit liberos num.148.* (quod idem indicat *de retract. lign. Gloſſa 9.§.1.n.78.*) ex Baldo, & aliis Iuriſperitis ab eo relatis, motis eo Chriſti Domini dicto apud Ioannem, *Mulier cum parit triſtitiam habet, &c. cum autem peperit, iam non meminit preſſura propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.* Ex quo præfati Doctores intulerunt infantem ante egreſſum ex vtero materno non eſſe hominem ex Chriſti ſententia; & conſequenter, cum homicidium non ſit, niſi hominis, vt vox ipſa ſonat, exanimationem fœtus animati in vtero exiſtentis etiam dolo procuratam non eſſe homicidium, & illam procurantem non puniri ex ſtatuto, ſeu lege puniente homicidam, & interfectorem hominis. Et quod fœtus animatus in vtero matris, licet iam habens animam propriè non poſſit dici homo, ſed tantum homo ſit, & dicatur poſtquam natus, vel poſt octauum menſem, tradit Theſaurus *in deciſ. Pedem. 12 n.7.* motus ea ratione, quod ante octauum menſem nondum eſt integraliter formatus; homo autem ex anima, & corpore efficitur; quorum altero deficiente non eſt homo; & idem prius docuit Mænochius *de arbitr. caſu 357. n.9.* & confirmatur per textum *l. 9. ff. ad l. Falcidiam, vbi partus nondum editus homo non rectè fuiſſe dicitur.*

69 Nihilominus Doctores Iuriſperiti, & Theologi, ac Summiſtæ communiter docent eſſe verum homicidium. Iuriſperitos referunt Auguſtinus Barboſa *collectan. ad can. Moyſes 32. quæſt.2.* Farinacius *in praxi tom.5. q.122. p 5. num 98. & p.6. n.134. & 149. num.8.* (Quamuis *eadem p.6 n.135. & 136.* videatur admittere tamquam probabile contrarium, vbi fœtus non excaſſit octauum menſem.) Stephanus Gratianus *tom.1. cap.72. n 17.* Molina *de iuſt. tract.3. diſp.27.n.2.* vbi etiam notat eſſe homicidium proditorium, quamuis id communiter non attendatur, nec homicidij pœna illud patranti imponatur. Theologi, & Summiſtæ referuntur à me *tom.1. mor. var. tit.1. n.1319.* Belletro *diſq. cler p.1. tit. de diſcipl. cler. §.5. n.25. & ſeqq.* & ab Auguſtino Barboſa *collect. in cap. ſi aliquis, de homicid.* & tradunt omnes; qui infra allegantur. Cùm enim fœtus animatus habeat animam diſtinctam ab anima matris etiam in ipſo matris vtero; & non ſolum poſt partum (vt erroneè ſenſerunt quidam, quos referunt Lactantius *de opif. Dei cap.17.* & fusè Tertullianus *lib.2. de anima cap.25. & 26.* Qui id tribuit Hireſio Medico, Æneſidemo, & Platoni, etſi Marſilius Ficinus *lib.18. Theol. Plat. cap.3.* & Carpentarius *in cap.17. Alcinoi digreſſ. 9.* poſt Plotinum *lib.1. de dubiis animæ cap.19. & 32.* Platonem dicentem fœtum in vtero matris viuere matris anima intellexerunt non de fœtus animatione, ſed de reſpiratione) efficitur vt ſit verus, homo, & propterea illius exanimationem dolo procuratam eſſe verum homicidium, vt expreſsè etiam habetur *c. conſuluiſti 2.q.5.* & tradit Tertull. *in Apolog.*

Nec

Nec contrarium, niſi ridiculè, colligi poteſt ex præallegatis verbis Chriſti Domini; cum illis non in partu, & natiuitate fieri hominem, qui homo non fuerat, ſed naſci hominem, vtique iam factum, & præexiſtentem dixerit. Vt etiam fœtus animatus ſit, & dicatur verè homo, ſufficit, vt conſtet & anima, & corpore licet nondum totaliter perfecto, alioqui non eſſet, nec inficeretur culpa originali, nec poſſet baptizari, cum ſolus homo & originalis culpæ, & baptiſmi ſit capax. Ad ſummum ergo fœtus animatus nondum natus poteſt dici, quod non ſit perſona, nec homo, nec animal ſolum ad effectum, vt ei non poſſit dari tutor, de qua re in vtramque partem Tiraquellus *d.§.1 n.77.& 78.* & Gratianus *d. cap. 72. n.16.* & ad alios effectus, de quibus in *d.l.9. ff ad l. Falsidiam*, & Tiraquellus *d. num.*78. non autem ad hunc effectum, vt eius exanimatio non ſit homicidium, vt Gratianus *loco citato*, & conſtat manifeſtè ex traditis. Quamuis autem prædicta ſint omninò certa, nihilominus Ioannes Caramuel in ſua Theologia morali (quæ poſt ſupra tradita ſcripta, poſtque totam hanc tractationem ad meas peruenit manus) *num.*1163. non dubitauit ea reuocare in dubium innixus opinione Io. Marci Medici in libro inſcripto. *Idearum operatricium*, ideo aſſerentis fœtum, dum in vtero matris geritur, carere ſemper anima rationali, ſed tunc tantum ea informari, cum ex vtero emittitur, ſeu paritur: Quam opinionem idem Caramuel re vera ſentit eſſe probabilem, vt colligitur ex verbis; quibus præfatam Io. Marci opinionem proponit: ſic enim poſt eam opinionem deſcriptam, ſubdit, *Idque* (ſcilicet prædictam opinionem) *tàm grauibus fundamentis confirmat; vt non ſit cuiuſque Philoſophi, aut Theologi congruentem reſponſionem dare. At quia* (addit) *facile eſt obloqui. liber, dum ſudaret ſub prælo, multas calumnias, imo & accuſationem, aut traductionem paſſus defendi, aut explicari debuit, vt maiori authoritate, & applauſu prodiret; quod ipſum* (ait Caramuel) *ipſemet Io. Marcus in proœmio, quod vocat defenſionem aduerſus adulterinas, & ſuppoſititias ideas.* Verba Io. Marci ab eodem Caramuele notata ſunt. *Dum hæc prælo cuduntur, accidit præter opinionem, vt rumore neſcio quo hic meus tractatus doctrinam perabſurdam, & fidei ſanctæ alienam continere vulgaretur: Qui rumor à leuibus initiis euſque proceſſit, vt etiam venerabile Capitulum* (nempe Archiepiſcopale conſiſtorium) *inſpectionem veniret, librumque à Theologis reuidendum cenſeret, quod etiam factum. Interea veluti hæreticus. & infamis, & qui oleum, & operam perdidiſſet, ludibrio habebar. Tametſi vero grauiſſimorum virorum cenſura, qui librum legerunt, & cum quibus plura hic controuerſa diſſerui, rumor hic notatus euanuit; ſiquidem teſte Hieronymo, falſus rumor citò opprimitur.* Poſt quæ notata. *Ecce* (inquit Caramuel) *librum accuſatum Domini Conſiſtoriales iudicarunt Doctrinam continere probabilem, & tamen continet hanc opinionem, quam ipſe author etiam hodie verbo, & calamo, priuatim, publicè, in theſibus, in lectionibus, in conſiliis, in colloquiis etiam familiari, prout dat occaſio, propugnat.* Prædicta ſcribit Caramuel addens, ſeu colligens, *admiſſa præfata Io. Marci opinione, nos debere dicere, in nullo abortu homicidium committi, & multa in tractatu de abortu, quæ in p.7. P. Diana edidit, aliter reſtituenda*. & vt præfatæ opinioni, & alteri opinioni Thomæ Fieni *in libro de formatione fœtus quæſt. 8. concl.11.* docentis, *prima vel ſecunda, aut tertia die embryonem anima rationali informari*, maiorem credibilitatem conciliet, idea Caramuel ſubdit, *quod ſi eaſdem* (ſcilicet opiniones Io. Marci & Fieni) *improbabiles iudices, vellem duas demonſtrationes* (*morales, aut phyſicas*) *à te habere; alteram, qua oſtendas eaſdem nullo fundamento probabili ſuffultas; alteram, qua conuincas non habere illas authoritatem externam, qua ſufficiat ad probabilitatem extrinſecam.* Hæc omnia Caramuel *d. num.* 1163. & 1164. Ex quibus manifeſtè apparet ipſum approbare tanquam probabilem præfatam opinionem quod fœtus quamdiu in vtero matris exiſtit, nunquam eſt anima rationali informatus, ſed eam incipit habere tunc ſolum, cum exit ab vtero, & paritur.

D. Io. Angelus Boſius, De effectib. contr. Matr.

Verum præfata Io. Marci opinionem tamquam erroneam eſſe reprobandam non videtur dubitandum, cum non ſolum repugnet ſententiæ omnium Summiſtarum, Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſperitorum admittentium vt aptiſſimam diſtinctionem abortus fœtus inanimis, & animati anima rationali; ſed & ſacris Canonibus *d. cap. conſuluiſti. 2. q.5.* (vbi expreſsè procurans, ſeu committens abortum fœtus formati, ſcilicet *anima rationali informati* eſt homicida, ſicut qui occidit vnius diei puerum) can. *quod vero*, & can. *Moyſes* 32. *q.2.* in quibus habetur præfata diſtinctio abortus fœtus formati, & informati; & formati abortus voluntariè procuratus, & cauſatus dicitur pertinere ad homicidium; pœnaque vtrique abortui diuerſa conſtituitur. Item repugnat Conſtitutioni Sixti V. *in nouo Bullario* 87. *incipienti, Effrenatam*, & Conſtitutioni Gregorij XIV. *incipienti Sedes Apoſtolica*, in quibus eadem abortus diſtinctio continetur; & à Gregorio mitiùs puniuntur procurantes abortum fœtus inanimis, quam procurantes abortum fœtus animati. Quinimo eandem opinio Ioan. Marci repugnat diuinæ Scripturæ Exodi 21. vbi licet vulgata obſcuriùs loquens habeat, *ſi percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit. ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint; ſin autem mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima*; Nihilominus iuxta verſionem Septuaginta dicitur: *Qui percuſſerit mulierem prægnantem, & illa abortum fecerit; ſi fœtus erat formatus, dabit animam pro anima: ſi nondum erat formatus, mulctabitur pecunia.* Repugnat etiam decretis Eccleſiaſticis; quæ *num ſeq.* adducuntur, iuxta quæ crimen abortus fœtus animati, ſeu formati puniendum eſt pœna mortis tamquam verum homicidium. Omitto, quod etiam repugnat legibus ciuilibus pariter *num ſeq. relatis*, quæ iuxta communiorem intellectum efficientes abortum fœtus formati puniunt pœna mortis. Ex quibus mihi perſuadeo Theologiam Moralem fundamentalē quoad tradita *ſupradictis n.* 1163. & 1164. fore à cenſoribus fidei corrigenda, ſeu delenda, præſertim ea, quæ tradit de opinione Io. Marci. Opinio etiam Thomæ Fieni (de qua Caramuel *num.* 1162. & Diana *p.2. tract.5. reſol.6. fine*) Quod fœtus prima, ſecunda, aut ad ſummum tertia die ab emiſſione, ſeu receptione ſeminis anima rationali informetur, licet non videatur ſubiacere Eccleſiaſticæ cenſuræ, videtur tamen carere probabilitate; quia impoſſibile apparet, ſeminis materiam fluidam tam breui tempore diſponi ad animæ rationalis infuſionem certa lineamenta, & organa corporea præerequirentem (cum quælibet forma præerequirat materiam benè diſpoſitam & ſibi proportionatam, & quo nobilior, eò perfectiorem materiæ diſpoſitionem) quæ tam citò efformari, & effici, videtur excedere vim prolis genitricem, & efformatricem naturalem. Aduerto etiam contra eundem Caramuelem, quod data opinione Fieni non euaneſcit diſtinctio abortus fœtus nondum animati, & abortus fœtus animati: ſiquidem abortus nomine accipitur, ſiue expulſio voluntaria ſeminis iam in matricem recepti, & nondum alterati, ſeu coagulati, modò ſit facta conceptio, ſeu ſemen receptum ſit in quaſi pacifica poſſeſſione; ſiue fœtus iam formatis partibus nondum animati; ſiue fœtus formati, & animati; vt *infrà num.*78. dicitur.

An verò hoc flagitium abortionis fœtus animati 69
à quocunque committatur, puniatur pœna mortis

iuxta leges ciuiles. Pœnam pœna mortis tradunt Molina *d.diſp* 57.*n*.2. Farinacius *d. n.* 98. & eſſe communem ſententiam Doctorum teſtatur Molina *d. n.* 2. ea Gomez, Couarruuia, Claro, & Carretio, & Iuriſperitos ita ſentientes late refert etiam Farinacius *d. p.6 num.*137. & alios plures refert Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. p.*1. *coll.* 570. & ex Medicis tradit Codronchus *de Christ.& tut. med rat. cap.* 22.*lib.*1. & ſatis conſtare videtur ex *l penult. C ad l. Corn. de ſicariis*, & ex *l.ſi quis aliquid* §. *qui abortionis.ff de pœnis*. in qua habetur quod qui poculum dat abortionis, aut amatorium, etiamſi animo non interficiendi illud det, ſequuta inde morte alicuius maris & fœminæ punitur pœna mortis: Ex quo Molina infert, quod multo magis mortis pœna punietur ſi animo necandi infantem, aut vi abortus illius ſequatur, & per conſequens vi moriatur, id fiat. Quamuis contrarium, & iuxta leges ciuiles huiuſmodi flagitium non mortis, ſed mitiori extraordinaria puta, exilij pœna puniri, ſeu puniendum eſſe teneant Mænochius *d.caſu* 357. Theſaurus *d deciſ.*12. Fachineus *lib.9. controu. iur cap.*10. attento iure ciuili, ſecùs tenens iuxta ius canonicum, & plures alij *ab iiſdem ibidem*, & à Farinacio *d.q.* 122. *p.6. num.*136.*relati*. qui aiunt non obſtare textum in *d l ſi quis aliquid*. Et quod ibi pœna mortis pro poculo abortionis imponitur, quando ex eo mulier aut homo moritur. Quia fœtus in vtero matris, & nondum editus, licet animatus, homo non eſt, inquiunt. Sed hæc euaſio nullius momenti eſt, cum verus homo ſit eo ipſo, quod anima rationali informatur. Dicunt etiam non obſtante *l. Diuus ff. de extraord.cog.l. ſi mulierem ff. ad l. Cornel. de ſic. l.penult.ſuprà allegatam C. eod. tit. & l.Cicero ff.de pœnis*. Eo quod dictæ leges loquantur indiſtinctè de abortione fœtus abſque diſtinctione inanimati & animati, & abortus fœtus inanimati non eſt homicidium, nec pœna homicidij ſcilicet, mortis punitur. Et in ſpecie *ad l Cicero* in cuius principio dicitur mulierem quandam ex eo, quod medicamentis partum abegerat, capite damnatam fuiſſe. Reſpondet primò Mænochius *d caſu* 357. *num*.12. nomine capitalis pœnæ ibi rectè intelligi poſſe pœnam non mortis, ſed exilij, aut deportationis, quæ capitales eſſe dicuntur pertiura ab ipſo ibi allegata. Secundò reſpondent ipſe ibidem, & Theſaurus *d. deciſ* 12 *fine*, præfatam mulierem grauiori pœna vltimi ſupplicij fuiſſe punitam; quia fœtum abegerat non ſimpliciter odio mariti, aut alia veriſimiliter cauſa iuſta, ſed propter pecuniam à ſecundis hæredibus acceptam, quo in caſu, cum delictum ſit multiplex, & grauius, & atrocius reddatur iuxta iura ab eodem Mænochio allegata, & alios Doctores, quos ibidem citat, merito grauiori pœna digna fuit; cum ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ deſignatum Reipublicæ ciuem ſuſtulerit; vt Cicero in oratione pro A.Cluentio ſcribit, vnde illius legis principium deſumptũ fuit. Addunt etiam non obſtare can. *Moyſes* 32. *quæſt.* 2. vbi refertur lex Moyſis ſtatuens mortis pœnam facienti abortum fœtus formati; tum quia, inquiunt, lex Moyſis ceſſauit, tum quia inquit Theſaurus; partus non eſt formatus, niſi poſt octauum menſem, tunc enim ſolum eſt maturus. Cæterùm cum nullo modo poſſit negari rationabiliter poſſe data opera procuratam comprehendi legibus, & ſtatutis hominum interfectores vltimo ſuplicio punientibus; & præſertim cum huiuſmodi ſit homicidium innocentis, & ex eo ſequatur irreparabile damnum animæ, quæ æterna ſalute priuatur. Et certè ſi hoc flagitum abortus fœtus animati poſt octauum menſem patratum eſt vere homicidium, & pœnis contra homicidas latis comprehenditur, cur non etiam quando ante octauum menſem fœtus habentis iam animam rationalam abortio, ſeu exanimatio data opera efficitur, aut procuratur; cum tam in vno, quam in altero actu verè anima rationalis ſeparetur culpabiliter, & violenter à corpore, in quo conſiſtit ratio homicidij. Quidquid verò dicendum eſſet iuxta leges ciuiles, iuxta ius Eccleſiaſticum huiuſmodi flagitium puniendum eſt pœna mortis tamquam verum homicidium, vt conſtat ex variis decretis, quæ adducuntur *in Synodo Moguntina cap.*21 *nimirum can.*21.*Concilij Ancyrani can.* 63.*Conc. Elibertini ac can.Concilij Ilerdenſis*; & in hanc rem plura cumulant Io. Baptiſta Scortia in ſelectis Pontif. *conſtit Theorem* 367. & Zerula in *praxi Epiſc. V. Abortus.*

Quod vero abortio fœtus iam animati à patre vel matre data opera patratum ſit parricidium, docent (quidquid non rectè ſecus ſentiat Theſaurus *d. deciſ.*12.*n* 13.) Gloſſa *in d. l Diuus v. exilium ff. de extr. cognit.* Ghirlan.*in tract.de ſortileg.n.*2.*& n.*6. *in principio.* Decianus in *tract crim lib.*9.*cap.*8.*n.* 14. & 15. (quos refert, & ſequi videtur Farinacius *d quæſt.* 122. *n.* 14.) Molina *d quæſt.*27 *num.*2 Gomez *var.cap.*3. *n.* 3. dicens eſſe communem doctrinam, Ioannes Hoſales *in detal.c.*157. & Raynaudus *de ortu infant. cap.*10 *à num.*17. & præſertim *n.*20. cum ſit homicidium perſonæ coniunctiſſimæ. Non enim vox *parricidij*, ad necem paternam tantum reſtringitur, vt voluit Fabius *lib.6.cap.*8. Etymologiam nominis ſpectans; ſed vi occiſio aſcendentis cuiuſcunque per deſcendentem nomine parricidij propriè ſumpti venit ob ſummam ſanguinis coniunctionem inter illas perſonas intercedentem: ita viciſſim (vt tradit Molina *d.tract.*3. *d.cap.*26.) Parricidium propriè & formaliter eſt occiſio deſcendentis per aſcendentiam ob eandem ſummam coniunctionem perſonarum, & conſtat ex iure ipſo, præſertim ex *l vnica Cod.de his qui par.vel liber. occiderant*, & § *alia deinde lex inſtitut.de publ iud.* 70

Addendum eandem abortionem fœtus animati ab vno coniuge altero non conſentiente procuratam vt prole ipſa careat eſſe eidem coniugi iniurioſam & etiam ex hac parte contra iuſtitiam, vt notauit etiam Raynaudus *d.cap* 10. *num.* 22. Nam ſi in vxore, vel marito negatio debiti coniugalis eſt contra iuſtitiam erit fruſtratio finis, in quem primario ordinatur actus ille, nempe prolis extinctio poſt conceptionem ſequutam. Quæ ratio probat idem dicendum de abortione fœtus inanimati. Ex quo etiam manifeſte colligitur per talem abortionem committi iniuriam in coniugium ipſum, quod etiam ſuo fine fruſtratur, cum partus conceptus non permittitur naſci, quæ late, & erudite proſequitur Raynaudus *d.c.*10. *à n* 22. 71

Addendum etiam ex Rayo. *d.c.*10.*n.*14. fœminam prægnantem voluntariè abortientem poſſe multiplex homicidium, & parricidium committere ob necem multiplicis fœtus. Si enim prægnans prorſus ignoret an vnum, vel plures fœtus in vtero contineat, dubitare ſemper poſſe videtur ſe multiplex homicidium patrare, ſi voluntariè abortionem efficiat; quia merito dubitare poteſt, an plures fœtus in vtero habeat præſertim ab animatione diebus ac menſibus eum motus pateos, & manifeſtus nondum præbuit argumenta vnici fœtus concepti. In dubio autem operans eo peccati genere delinquit, quo operans ex certa cognitione ob æque deprauatum effectum. Quod verò ſæpe plures concipiantur fœtus, & etiam in lucem edantur, & tot, vt res fabuloſa videatur, traditur *in leg. antiqui. ff. ſi pars hereditatis petat.* & ſcribit Ludouicus Bonaciolus *Enneade de mulieb. cap. 6.*

Quo autem tempore à conceptione fœtus animetur, ſeu præſumi debeat informatus anima rationali latè explicaui *tom.*1.*moral.var.tit.*1.§.51.*n.*1321. vbi reiectis 72

iectis nonnullorum ſententiis dixi eſſe communem, & receptam ſententiam Iuriſperitorum, & Theologorum (quos ibidem refero) fœtum maſculinum quadrageſimo, fœmineum octuageſimo ab emiſſione ſeminis, ſeu conceptionis die regulariter, & ordinarie animari. Dixi *regulariter, & ordinarie.* Quia aliquando (vt *ibidem n.*132. Cum Azorio, Rebello, & Fagundez notaui) ob calidiorem, vel frigidiorem matris naturam citius aut tardius animari ſolet; tametſi rarò hoc contingat, vt Doctores communiter ſentiunt, qui proinde ſtatuerunt præfatam, regulam vt maſculus poſt 40. fœmina poſt 80. dies præſumatur animam habere rationalem. Ibidem etiam *n.*1324. & duobus *ſeqq.* aduerti iuxta plures DD. *ibid. cit.* (& vſus S. Pœnitentiariæ id probat) poſt 40. diem à receptione ſeminis, ſeu à conceptione in dubio fœtũ præſumi maſculũ, & non fœminã; & ita etiam præſumi animatũ anima rationali, non ſolum quoad irregularitatem incurrendam, ſed etiam quoad pœnam corporalem in foro externo, & iudicialiter infligendam ſi abortus voluntarie efficiatur, ſeu procuretur ſequuto effectu. De quibus, & aliis ad hanc materiam ſpectantibus, videat lector tradita *ad d. n.*1321. *ad* 1331. vbi etiam enumero ſigna, ex quibus dignoſcitur, & probatur fœminam carnaliter cognitam concepiſſe, aliàs à me tradita ſtatui non repetere.

Quale, & quàm graue peccatum ſit abortio, ſeu abactio ſeminis, & fœtus nondum animati data operâ procurata.

73 Secundò certiſſimum eſt, apud omnes abortionem ſeu abactionem, ſeu excretionem, aut expulſionem ex vtero materno; vel corruptionem in vtero ipſo fœtus nondum animati voluntariam, & meditatam à quocunq; fiat, ſeu patretur, vt proles concepta, & inchoata ad maturitatẽ non perueniat, & recepta anima rationali in lucem edatur, ſed omnino pereat; ex natura ſua eſſe grauiſſimum flagitium; & multo grauius ſi ab ipſis parentibus ſit procurata. Ita Philoſophi Ethnici, Sancti Patres, & Theologi, ac Summiſtæ omnes qui ſuprà, & infrà citantur. Hanc igitur abortionem, & anteoccupationem animationis fœtus tanquam horridam, & teterrimam deteſtati ſunt Philoſophi Ethnici; Hippocrates (vt ſcribunt Moſcius *lib.* 2. *de vena ſect. in morb. acut cap.* 15. & Mercurialis *lib.* 1. *de morbis mulieb cap.* 2. Codronchus *d. Chr. & tut med. ration. cap.* 22. *lib.* 1.) iuramento ſe obſtrinxit ad ſeruandam ſemper indemnitatem præſatam & abortionem præcauendam. Phauorinus Philoſophus apud Gellium *lib.* 1. *cap* 1. Mauſonius apud Stobæum *ſerm.* 194. in farragine Geſneri refert priſcos legiſlatores graui animaduerſione hoc ſcelus puniendum ſtatuiſſe, & aliis omiſſis Cicero allegata oratione pro A. Cluentio; neque contrarium ſenſit Ariſtoteles *Politic. cap.* 6. vbi *propter filiorum* (inquit) *multitudinem, ſi fœtus exponi maiorum inſtituto prohibeantur, determinanda eſt filiorum procreandorum multitudo: ſed ſi quid præterea fuerit genitum, abortionem ante ſenſum, & vitam facere conueniet; Nam poſtquam concepta ſunt, & ſenſum, ac vitam acceperunt nefas eſt attingere eos;* licet enim illis verbis, ſi quid præterea fuerit, &c. videatur velle permiſſam abortionem fœtus nõdum animati; vbi non ſuppetunt facultates alendi, tamen non voluit, ſed tantum (vt notauit etiam Raynaudus *d. cap.* 10. *num.* 31.) ſatius eſſe abortionem efficere ante fœtus animationem; quam poſt animam infuſam. Quamuis enim vtrumque ſit grauiſſimum ſcelus, tamen longe grauius eſt abortio, & occiſio fœtus animati, quam abortio nondum animati; ac proinde iuxta doctrinam Theologorum, quod volenti committere alterutrum è duobus malis poteſt licitè ſuggeri, vt leuius admittat, non male Ariſtoteles coniuges pauperes multiplicitatæ prolis oneratos præ egeſtate determinatos procurare abortionem fœtus animari; & viui admonuit conſultius facturos (cum ab vſu coniugij nolint abſtinere; & velint prolẽ conceptam perdere) & minus peccaturos, ſi nondũ animatam prolem, quam iam animatam perdant. Etſi etiam Hippocrati contrarium attribuitur; Quia author libri de natura pueri inſcripti paulò poſt initium refert Scortũ quoddam, ne ob grauiditatem vileſceret apud Amaſios ad expellendum à ſe ſemen ante fœtus animationem à ſe inductam modo eiiciendi indicato, quod ineptè excuſant Mercurialis *d lib.* 1. *de morb. mulieb. cap.* 2. & Cordæus *com.* 3. *ad lib.* 1. *de nat. ſect.* & Laurentius *lib.* 8. *anat. quæſt.* 19. exiſtimantes Hippocratem eo facto caruiſſe culpa, & periurio ex eo, quod non abortum, qui intra ſeptiduum nondũ plenè conformatis partibus accidere poteſt, ſed ſolum ſeminis effluxionẽ, ſeu expulſionẽ ſuaſerit; tamen liber ille non eſt Hippocratis, vt ſcripſerunt Horat. Augenius *lib.* 22. *ep.* 71. & Bapt. Syluaſius *contr.* 81. Errauit autem enormiter author illius libri, & non minus Mercurialis, & alij præallegati excuſãtes à culpa præfatam ſeminis expulſionẽ conſultò cauſatam, cum ſit nequiſſimum ſcelus, vt conſtat ex traditis *ſuprà* §. 1. & magis confirmant tradita infra, & auctores deteſtãtes abortum voluntarium fœtus inanimati, ſub nomine abortus comprehendunt etiã illã effluxionẽ, ſeu abactionẽ ſeminis recepti, & exiſtẽtis quaſi in poſſeſſione, licet nõdũ coagulati, nec inchoatis partib⁹ fœtus.

Ex Sanctis Patribus idem ſcelus, præſertim à coniugibus, & parentibus patratum grauiſſimè reprehendunt S. Auguſtinus *loco ſuprà hoc cap. n.* 1. *citato ſerm.* 244. *de tempore*; & aduerſus Manichæos *lib. de eorum moribus cap.* 18. *& lib.* 1. *de nupt. & concup. cap.* 15. D. Chriſoſtomus *homil* 24. *in. epiſt. ad Romanos* D. Hieronymus *epiſt.* 22. & præter alios Tertullianus *cap.* 9. *Apologetici*, defendens Chriſtianos ab impacto infanticidij ſcelere, & hoc flagitium in Ethnicos ſanguinis ſuorum liberorum adeo prodigos retorquens ſic ait: *Nobis verò homicidio ſemel interdicto etiam conceptorum vtero dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet. Homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci; nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet. Homo eſt; & qui eſt futurus; & fructus omnis iam in ſemine eſt.* Ex quibus verbis clare cõſtat Tertullianum loqui de fœtu etiam nondum ãnimato. Cur autem dicat eſſe homicidij feſtinationem infrà explicatur. Doctores eandẽ nequitiam deteſtãtes ſuprà, & infrà referũtur. 74

Grauitas igitur huius flagitij abortionis, ſeu abactionis ſeminis recepti, ſeu fœtus ante animationem conſtat primò, quia eſt contra finem generationis, & ſeminis, non minus quàm pollutio voluntaria, & peruertitur vſus coniugij, dum excluditur eius præcipuum bonum. Vnde ſecundò talis abortio, & abactio eſt iniurioſa naturæ, vt notauit D. Auguſtinus 14 *de ciuit cap.* 16. vbi, *Coire*, inquit, *non ad liberorum procreationem eſt facere iniuriam naturæ.* Tertiò continet iniuriam in ipſum coniugium, cum eius primarius finis, ad quem inſtitutum eſt, nempe prolis impediatur, & fruſtretur. Vnd D. Auguſtinus *citato cap.* 15. *lib.* 1 *de nupt.* de coniugibus prolis abortum procurantibus hæc habet. *Quamuis vocentur coniuges, non ſunt, nec vllam nuptiarum retinent veritatem, ſed honeſtum nomen velandæ turpitudini oſtendunt.* Quartò, ſi in odium mariti, vt eum prole fraudet mulier prægnans voluntariè abortet. peccat contra iuſtitiam, ſicut cum negat ei debitum, vt *ſuprà n.* 70. dictum eſt. Quemadmodum iniuriam infert colono, & contra iuſtitiam peccat, qui poſt aratum ab eo ext ultum, & exortas ſegetes, illas, licet adhuc herbeſcentes, & immaturas conculcat, & vaſtat. Quintò Prægnans voluntariè abortum

tum per ſe procurans, vel efficiens, vel alteri potionem abortus cauſatiuam propinans conſentiens grauiſſime etiam peccat in ſe ipſam, & delinquit contra charitatem erga ſe debitam & obligationem non perdendæ propriæ vitæ quæ ob abortum regulariter periclitatur. Communis enim eſt Medicorum doctrina (quam Mercurialis *lib. 1. de morb. mulieb. c. 2.* & Baptiſta Codronchus *lib. 1. de Chriſt. & tit. med. rat. d. cap. 22.* Prægnantem abortientem, quidquid fabuloſe ſcripſerit Agathon relatore Codroncho herbam Cyram vino maceratam, & vmbilico impoſitam abſque matris periculo abortum facere) non vno ſed pluribus eſſe obnoxiam vitæ periculis, eo quod abortio præter leges naturæ, & violenter fiat, & corruptina fœtus ſint venenata, & naturæ humanæ inimica, quæ cum infantis corruptione etiam matri mortem inferunt; & contingens, ac per accidens eſt, ſi non ſequatur. Idque eſſe vnum ex tribus criminibus impiæ matris abortiētis, notauit S. Hieronymus *d. diſp. 22.* Demum cedit in graue damnum Reipublicæ, cum inde ciuium multiplicatio impediatur.

76 Porrò licet præfata abortio fœtus adhuc inanimati voluntariè facta ad impediendam eius animationem, & natiuitatem ſit tam graue crimen, & ſuo etiam modo contra quintum præceptum quatenus impeditur hominis generatio, vt notauit Molina *de iuſtit. tract. 3. d. diſp. 27. num. 2.* non eſt tamen vere homicidium (quod eſt hominis occiſio, & ante animationem fœtus non eſt homo iuxta tradita ſuprà) vt tradunt communiter Doctores, Molina *dict. num. 2.* Mænochius, & Theſaurus *locis ſuprà n. 69. relatis*, Farinacius *d. q. 122. n. 98. & 137.* alij Iuriſperiti ab iiſdem Molina, Menochio, Theſauro, & Farinacio *allegati*, & Doctores, qui *infrà* allegantur. Neque Tertullianus *loco ſuprà n. 73. allegato*, dum dixit eſſe feſtinationem homicidij, ſentit eſſe verum, & formale homicidium, eſt enim huiuſmodi abortio, & anteoccupatio animationis fœtus feſtinatio homicidij, ea ratione, quod ſicut embrio eſt homo in potentia, ita eius corruptio, ſeu excluſio eſt hominis interemptio in potentia, & quaſi occiſio anticipata; ac proinde feſtinata; & id tantum voluit Tertullianus, quia etſi *lib. de anima cap. 9. 19. 22. 27. & 36.* ſenſerit (vt aliqui illi attribuunt) animam hominis per traducem ad ſingulos deriuari; non inde tamen voluit animam hominis, qui concipitur venire ad eam intra ſemen actu, & formaliter, & conſequenter ſeminis expulſioné eſſe excuſſionem rei animatæ anima humana, ſed affirmans animas eſſe ex traduce, tantum intendit venire animam ad fœtum vi ſubſtantiæ ea parte decifæ, vt notarunt D. Auguſtinus *epiſt. 157.* & Ioannes Brunellus *reper. in 1. Decret. de homic. p. 4. num. 3.* Non obſtat etiam caput, *ſi aliquis, de homicidio.* vbi decernitur, vt homicidam teneri, qui hòmini, vel mulieri dando potionem impediat generationem abortione fœtus etiam inanimati. *Si aliquis* (inquit textus) *cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandū dederit vt non poſſit generare, aut concipere, vel naſci ſoboles, vt homicida teneatur.* Non obſtat, inquam, nam ſenſus eſt, vel (vt tradit Molina *d. diſp. 27. n. 6.*) talem accedere ad homicidam aut facere id ipſum, quod homicida, alia tamen ratione; Homicida enim obſtat, ne vita hominis vlterius progrediatur, quod idem facit qui vitam ex naturalibus cauſis orituram, impedit ſequi, ſed ille obtruncat vitam formalem, & actualem; iſte impedit potentialem; quod non ſufficit ad verum homicidium; vel ſenſus eſt, vt ſcribit *in dictum can. num. 1.* Henricus Boich, & poſt eum Farinacius *d. n. 8.* dici homicidium interpretatiuum nempe quoad pœnitentiam tantum, non quoad pœnam. Abortum igitur fœtus inanimati procurans non eſt homicida propriè & vere, quod expreſſe etiam habetur can. *aliquando 32. q. 2. de his.* Vbi referuntur vērba D. Auguſtini dicentis *non eſt homicida, qui abortum procurat antequam anima ſit corpori infuſa*; & can. *quoad verò*. & can. *Moyſes ead. cauſa & quæſt.* expreſſe habetur abortum fœtus nondum animati non eſſe homicidium. Quapropter talis abortio fœtus inanimati non inducit irregularitatem iuxta communem Doctorum, vt notauit Molina *d. diſp. 27. num. 6.* Nec punitur pœna mortis, ſed alia exilij arbitraria, vt Molina *d. n. 6.* Mænochius, & Theſaurus *locis ſuprà allegatis*, Farinacius *d. q. 122. n. 98. & 137.* & alij Iuriſperiti, qui *d. n. 98.* cum aliis ait, procurantem abortum fœtus nondum animati anima humana teneri quidem lege Aquilia tanquam de rupto, non autem tanquam de occiſo; ac proinde non debere puniri pœna mortis, ſed mitiori arbitraria. Et etiam habetur *l. mulierem ff. ad l. cornel. de ſicariis* & *l. Diuus Seuerus ff. de extraord. criminibus.* & *l. Cicero ff. de pœnis*; ea qua quidem conſtat abortum etiam ante animationem factum muliere prægnante pretio accepto, vt illum efficeret, idque vt ſubſtitutus partui relictus in euentu, quod non naſceretur ſuccederet in bonis eius, qui ita vxorem prægnantem reliquit dato eo modo partui ſubſtituto, punitur pœna mortis, vt notatum eſt *ſuprà n. 68.* & præter Mænochium, & Theſaurum *locis ibidem citatis*, & alios ab iiſdem allegatos tradit etiam Molina *d. num. 6.* Secus verò ſi à prægnante eſſet factus ex alia cauſa etiam in odium mariti ne ea ipſa filios haberet vt iidem Doctores. Et quamuis Sixtus V. in Bulla, de qua facta eſt mentio, *ſuprà hoc cap. n. 7.* ſtatuit irregularitatem ipſo facto incurrendam, & pœnam mortis contra procurantes abortum etiam fœtus inanimati; tamen quoad hoc delictum fuit reducta ad terminos iuris à Gregorio XIV. in ſua Bullá. de qua etiam *ſuprà d. n. 7.*

Parentum paupertas, ſeu inopia non excuſat à culpa abortionem fœtus non animati, vel ſeminis abactionem.

Tertiò certum eſt quamuis huiuſmodi abortio, ſeu abactio ſeminis, & fœtus inanimati voluntariè procurata non ſit homicidium, non tamen licere coniugibus eam procurare ratione paupertatis, [& impotentiæ ad alendos plures liberos, vt tradunt Doctores *ſuprà cap. 7. num. 44. relati*, & alij communiter. Nam etſi (vt ibi dictum eſt) ratione defectus bonorum ad alendam multiplicem prolem poſſint abſque graui culpa, vel etiam abſque omni culpa in actu coniugali deſiderare, vt non concipiatur proles, nihilominus ob paupertatem impedire, ne generatio ex vſu matrimonij concipiatur, & naſcatur, eſt graue peccatum, vt conſtat ex ſuprà traditis, peruertitur enim vſus coniugij, illiuſque finis primarius fruſtratur, eiuſdemque, & matrimonij præcipuum bonum, quod eſt proles, excluditur. Si ergo illis deſūt facultates ad alendos plures liberos, non deeſt remedium; ſcilicet abſtinentia ab vſu coniugij, quam ex mutuo conſenſu poſſunt ſeruare ſecluſo incontinentiæ periculo, vt *ſuprà cap. 1. num. 222.* notaui. Imò ob hanc cauſam (ſi abſit incontinentiæ periculum) poteſt negari debitum iuxta tradita *eodem c. 1. n. 220.* & Doctores *ibidem* allegatos. Quod ſi nolint continere, ſed vti coniugio, tenentur nihil efficere, quod obſtet prolis generationi, ac natiuitati, confiſi de Dei prouidentia, quæ ſuſceptam prolem non deſeret (vt *d. cap. 1. num. 219.* notatum eſt) cum paſcat *volatilia, & catulos leonum quærentes à Deo eſcam ſibi.* Contrarium verò efficere, & generationi per expulſionem ſeminis obſtare, vel prolis iam con-

ceptæ 77

Digitized by Google

ceptæ, progreſſum, & animationem abortione voluntariè cauſata impedire, eſt graue peccatum contra naturam; à quo nullo modo paupertas poteſt excuſare. Quod ſi quis dicat ad tuitionem honoris, & famæ eſſe licitum procurare abortum fœtus nondum animati, ſi autem ſuſcipiantur tot liberi, vt ſiut vltra facultates, parentea ex tanta multiplicitate prolis educandæ ob egeſtatem caſuros à ſtatu, & ducturos ingloriam vitam, ac contemptui habendos; pnmò negatur aſſumptum, de quo *infrà n.91. & ſeqq.* Deinde ſi bene conſideretur, hæc non eſt vera inbonorario, aut infamia, vt notauit Raynandus *de ortu infant cap.*10.*num.*46. Nec deſunt aliæ viæ (vt dictum eſt) conſulendi numeroſæ proli, ac citra probrum, vt experientia ipſa conſtat.

Quid nomine abortus hic intelligitur?

78 Ex prædictis igitur, & ex traditis hoc eodem capite manifeſtè conſtat abortum ad finem, vt proles impediatur efficere, ſeu procurare, eſſe peccatum mortale, & grauiſſimum flagitium ſiue impediatur fœtus ne concipiatur (quod fit per abortionem, ſeu excuſſionem ſeminis adhuc fluidi, & non coagulati, licet Bordonus *tom.1.qq reg.reſol.*45. contra Floronum *loco infrà citato.* & Diana *p.7.tract.5. reſol.*31. dicant, non dici abortum, ſi digitia fœmina ſemen receptum eiiciat, ſed ſolum cum conceptum eſt ſemen, ſcilicet fœtus ineptus eſt fieri per organizationem, quod verum puto, quando ſtatim poſt coitum ſemen, eiicitur, ſecus quando ſemen exiſtit in quaſi poſſeſſione in vtero fœminæ, quia iam tunc vere facta eſt conceptio, ſeu fœmina dicitur concepiſſe; & ita expulſio ſeminis concepti tunc dicitur vere abortus, vt indicant Doctores, qui mox citantur) ſiue vt iam conceptus conformatis partibus nondum integre, ſeu plenè perfectis ante animationem excutiatur; ſiue vt iam animatus examinetur, & eiiciatur, quibus tribus modis fit, & dicitur abortus iuxta tradita *ſuprà n.*67. & notata ab Azorio *p.3.lib.2.cap.4. q.1.* Filliucio *tract.29.cap.6.n.* 100. Florino *de caſibus reſeruatis, vbi de abortu num.*11. §. *tertiò excipitur*, & Ægidio Trullench *in decal.lib.5.cap.1.dub.* 4. *num.*1. Nam quando fœtus eſt iam animatus tollitur actualis vita hominis, & committitur verum homicidium; Quando verò ſemen in vas fœminæ effuſum, & receptum ante coagulationem, & partium fœtus inchoationem expellitur, vel fœtus ipſe nondũ animatus excutitur, tollitur vita hominis in potentia, eſtque contra ordinem naturæ; nam à natura ſemen inſtitutum, & ordinatum eſt ad generationem, ſeu conceptionem fœtus, & fœtus concipitur, vt animetur, animatuſqoe in lucem edatur; vnde dicitur feſtinatio homicidij, vt ſuprà probatum eſt. Licet verò quolibet ex tribus præfatis modis abortus voluntariè fiat, ſeu procuretur, ſemper ſi peccatum graue, & mortale, & execrabile ſcelus; grauiſſimum eſt, quando fœtus iam eſt animatus; vt *ſuprà num.*72. notatum eſt; aliis duobus modis procuratus, ſecluſis extrinſecis circumſtantiis eſt eiuſdem ſpeciei peccatum, grauius tamen, quando fœtus iam eſt conceptus & partibus corporis inchoatis & efformatis, licet nondum integre, quia magis accedit ad animationem, vt notauit etiam Filliucius, & Trullench *locis allegatis.* Suprà dictis ergo ſuppoſitis & communiter approbatis dubitatur de ſequentibus.

Pragnans laborans graui morbo cum periculo vitæ poteſt ad ſanitatem reſtaurandam vti remediis de ſe effectiuis ſanitatis, licet prauideatur inde ſequuturus abortus fœtus non animati, ſi alia remedia non ſuppetunt.

Primò dubitatur, an vbi fœtus nondum eſt animatus, prægnans graui ſeu lethali morbo laborans, cui ad ſalutem reſtaurandam, vitamque conſeruandam non ſuppetit aliud, poſſit licite vti remedio cum morali periculo, vel certitudine abortus fœtus ſequuturi. Pro ſolutione ſciendum, remedium poſſe eſſe duplex; vnum, quod ex ſui natura, & directè, ac principaliter eſt cauſatiuum ſanitatis, licet ex eius ſumptione, ſeu applicatione ſequi poſſit vel ſequatur abortus. Et huiuſmodi remedium ſunt venæ ſectio, ſeu ſanguinis emiſſio, hypocauſtum, ſeu ſudatorium Balneum, pharmacum purgatiuum humoris emplaſtrum mitigatiuum doloris, & alia huiuſmodi. Alterum, quod eſt mortiferum, vel ex ſui natura, & directè tendit, & ordinatur ad abortum & necem fœtus ſi ſit animatus, & tale ſunt venenum, dilaceratio, percuſſio, & ſimilia. 79

Itaque licet aliqui, quos ſuppreſſis nominibus allegat P. Nauarrus *de reſtit. lib.2.cap.3.num.*157. & Sayrus *lib.7.clau. cap* 12,*num.*19, opinati ſint, Prægnanti, etiamſi alia remedia non ſuppetant ad ſalutem reſtaurandam, & morbum depellendum, non licere vti remediis primi generis ex ſui natura, & directè cauſatiuis ſanitatis, ſi ex eorum vſu timeatur veriſimiliter ſequuturum abortum, eo quod, inquiunt, quamuis non ſit homicidium, tamen actus ille ſit intrinſecè malus, ſicut ſemen effundere propter ſanitatem quandoque vtrumque ſit contra naturam generationis. Nihilominua Doctores communiter ſentiunt prægnanti graui morbo laboranti, & in periculo vitæ conſtitutæ, cui nullum aliud ſupereſt, licere ad vitam tuendam adhibere remedia ex ſui natura moibi illius curatiua, intentione primaria morbum expellendi, non excutiendi ſemen, vel fœtum iam compactum inanimem, licet mors, ſeu abortus fœtus poſtea ſequatur, ſeu huius abortus periculum morale, vel certum præuadetur; D. Antoninus 3.*p.tit.*7.*cap.*2.§.5. Syloeſter *v.medicus*, *quaſt.*4. *d.*1. Corduba *in ſummâ quæſt.*137. *dict.*4. *& in quæſtionario lib.*1. *q.*38. *dub.*2. Armilla *v.abortus.* M. Nauarrua *in man.cap.* 25. *n.* 61. P. Nauarrus *d.cap.* 3.*num.*140. Couarruuias *in Clem. ſi furioſus de hom. d.*2.*p* § 3.*num.*1. Henriquez *lib* 12.*cap* 16. *num.*8. Graffius *deciſ. p.*1.*lib.*2 *cap.*91.*num.* 24. Sanchez *lib.*9. *diſp.*20 *num.*9. Leſſius *lib.*2. *de inſtit.cap.*10. Azorius *p.*3.*lib.*2. *cap.*2 *q.*4. *& cap.*4.*quæſt.* 5. *& p.* 5. *lib.*2. *cap.* 26. *verſic. mihi tamen.* Sayrus *d num.* 10. Bonacina *de reſtit. diſp.*15.*quaſt. vlt.p.*7.*num.* 3.*ſect.*1. Laymann *lib.* 3. *tr.* 3. *p.*3.*num.*4. Vaſquez *opuſc. de reſt. cap.*2. §.1. *dub.*7. *n.*29. *cap.*3.§.5. *dub.*15. Fagundez *in decal.lib.*5.*cap.*12. *n.*18. *& lib.*6.*cap.* 3.*num.*32. Filliucius *d.cap.*6.*num* 102. Villalobos *p.*2.*tract.*12.*diff.*13. Baſilius Pontius *lib.* 10. *cap.* 13. *num.*2. Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *in can.*7.*q.*30.*n.* 39. *&* 40. Diana *p.*3.*tr.* 5.*reſol.* 11. *& part.*5. *tract.*14.*reſol.* 90. *& p.*7.*tract.*5.*reſol.* 34. Trullench *in decal.lib.*5. *cap.*1. *d.dub.* 4.*n. num.*1. Io. Malderus 2.2. *tract.*3. *cap.*1.*dub* 16. Raynandus *de ortu infant.cap.*10.*num* 38. Ioannes Lugo *de iuſt.*1. *tom diſp.* 10.*ſect.*5.*n.*132. Mazucchellus *de caſibus reſeru.diſp.* 2.*cap.*2. *quaſt.*1. *diff.* 3. & alij, Sanchez, & Sayrum, & ex medicis Codronchus *d. lib.*1. *de Chr. ac tut.med.ratione cap.* 22. & Mexius *lib.* 2. *de ſect. venæ in morb. accut.c.*14. Ratio eſt, quia mater habet ius præferendi vitam ſuam ſpei vitę futuræ alienæ, & antequam fœtum concipiant habet ius vtendi remediis ad ſalutem corporis neceſſariis, quod ius non amiſit per 80

illius

Digitized by Google

illius conceptionem; ergo nemo peccet vtendo iure ſuo, nec mater vtendo tali remedio ex ſui natura curatiuo morbi, licet inde ſequatur abortus fœtus præuiſus, quia mater illum non intendit, ſed per ſe primo, & directè ſanitatem intendit, & quod deinde proueniat perditio, ſeu abortus fœtus, id eſt per accidens, quod non attenditur. Actiones enim humanæ ex fine, & obiecto ſuo bonæ, vel malæ redduntur, quidquid ſit de illis rebus, quæ per accidens, & concomitanter ſequuntur, vt tradunt communiter Doctores. S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 64. *art.* 7. *in corpore.* Victoria *in relect. de homicid. ad vltimum.* Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. *p.* 2. *fine.* Sanchez *d. diſp.* 20. *num.* 14. & alios allegans Fagundez *d. lib. cap.* 11. *num.* 10. Quare confirmatur hæc communis ſententia; quia in hoc caſu abortus fœtus cenſetur ſolum permiſſus, non intentus, nec procuratus, cum præter intentionem ſequatur, matre ſuo iure vtente, ſicut ſi cauſa valetudinis quis vtatur aliquo genere cibi, vel potus ex quo ſibi pollutio ſit ſequutura, non intentione habendi pollutionem, ſed procurandæ ſalutis corporis, ſi tunc pollutio accidat non intenditur, nec procuratur, ſed permittitur inuoluntariè, & per accidens euenit; nec imputatur ad peccatum. Ex quo etiam patet ſolutio fundamenti opinionis oppoſitæ; licitum enim eſt facere opus alias licitum, & neceſſarium, licet inde per accidens ſequatur ſeminis effuſio. Et præterea ſeminis effuſio cum directè procuratur, mala eſt ex obiecto; ac proinde vt medium per ſe intentum ad finem etiam bonum ſiue ſanitatis, ſiue alterius accipi non debet, medicina autem de ſe curatiua, puta, ſanguinis diminutio etiam procurata ex ſe non eſt illicita, ſed medium à naturâ ordinatum ad ſanitatem, vitamque tuendam.

Prægnans in morali periculo vitæ ex morbo futuro exitiali progrediente grauiditate, an ad vitam tuendam poſſit vti remedijs directè, & principaliter tendentibus in abortum fœtus, ſi nondum ſit animatus.

81 Quod ergo inter præfatos Doctores controuertitur, eſt, an vbi fœtus nondum eſt animatus, & eius expulſio, cum nullum aliud remedium prodeſſe poſſit matri ad eius morbum depellendum, vnicum exiſtimatur, & eſt remedium ad illius vitam tuendam, eidem liceat adhibere, ſeu ſumere medicamentum ſeu remedium ex ſui natura, & directè tendens ad expellendum fœtum, & ex intentione illum expellendi.

Et ex Doctoribus *num. præcedenti* allegatis licere negant Corduba, P. Nauarrus, Sayrus, Vaſquez, Baſilius Pontius, Leſſius, Bonacina, Fagundez, Duardus, Ioannes Lugo, Mazucchellus, Maderus, Azorius *d. cap.* 26. *citato verſic. tamen.* licet contrarium teneat *allegato cap.* 4. Diana *d. reſol.* 11. & alij à Sayro *vbi ſuprà relati.* Quæ ſententia probatur primò ex textu in *cap. ſi aliquis,* de homicidio, adducto *ſuprà num.* 6. ex teſtimonio Tertulliani *ſuprà num.* 74. in dicto enim textu, qui procurat abortum, licet fœtus inanimati, cenſetur vt homicida; & Tertullianus talem procurationem vocat feſtinationem homicidij. Secundò ex teſtimonio Diui Ambroſij *lib.* 3 *de officijs cap.* 9. & refertur *can. denique* 14. *quæſt.* dicit enim *ſi alteri ſubueniri non poteſt, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari quàm grauari alterum.* Tertiò, quia directa procuratio abortus eſt contra naturam generationis; vnde ſicut illicitum omninò eſt & intrinſecè malum eſt, directè procurare pollutionem etiamſi medium neceſſarium exiſtimetur ad ſanitatem, & vitam conſeruandam, ita etiam illicitum omninò erit procurare directè abortum, licet putetur medium neceſſarium ad matris ſalutem, imò id magis illicitum videtur, quia eſt magis directè & propinquè contra naturam generationis expellere fœtum, quam procurare pollutionem, ſicut fœtus etſi inanimis longe propinquior eſt humanæ naturæ. Cum ergo non ſint facienda mala, vt eueniant bona, nec erit licita directa procuratio abortus ob matris ſanitatem. Quare non obſtat huiuſmodi abortionem non eſſe homicidium, nam adhuc mala eſt intrinſecè, vtpote contra naturam generationis; inquit Pontius; Neque etiam obſtat tunc fœtum haberi tanquam aggreſſorem, & inuaſorem matris, dum eius ſaluti periculum affert, ſicuti praui humores cenſentur inuaſores naturæ, licitum autem ſit inuaſorem cum periculo vitæ repellere: Nam etiam ſemen ſimili modo (inquit Leſſius) inuadit naturam, quando abundantia, vel retentio morbum mortalem generat, & tamen directè per voluntariam pollutionem expelli non poteſt, etiamſi ſit medium neceſſarium ad ſalutem, vt *tom.* 2. *moral. tit* 1. §. 61. *num.* 236. & *tom.* 3. *tit.* 12 *num.* 11. oſtenſum eſt. Etſi dicatur eſſe diuerſam rationem, eo quod pollutio lege naturæ ſit prohibita etiam cauſa ſalutis conſeruandæ ob vehementem delectationem coniunctam, ratione cuius facile homines illa abuterentur, ſi ſemel facultatem cauſa ſanitatis illam procurandi ſibi permiſſam eſſe perſuaderent, vt *d. n.* 236. notatum eſt; Vrget idem Leſſius voluptatem potius eſſe prohibitam ob pollutionem, & inordinatam ſeminis emiſſionem; quam natura deſtinauit ſolum ad multiplicationem & conſeruationem ſpeciei, non indiuidui, vt iiſdem locis explicaui. Denique non obſtat fœtum nondum animatum eſſe partem ventris, ſeu matris *l.* 1. §. 2. *ff. de ventre inſpiciendo*; licitum autem ſit ob ſalutem totius abſcindere partem, ſeu membrum. Nam, inquiunt Leſſius, & Pontius, fœtus licet non animatus non eſt propriè pars ventris, ſicut, etiam ſemen non eſt pars hominis, ſicut ſanguis; cum à natura, ſit ordinatum ſolum ad ſpeciei non indiuidui conſeruationem; & lex illa loquatur tam de animato, quam inanimato fœtu; quæ omnia latius notaui *tom* 3 *mor var. tit* 12. *n.* 15. 82

At contrarium, ſi certum ſit fœtum in vtero matris nondum eſſe animatum, & alioqui matri mortem allaturum niſi expellatur, illi ad ſalutem conſeruandam licere vti remedio directè tendente ad illum expellendum directa intentione expellendi affirmant ex Doctoribus *num* 80. *relatis* D. Antoninus Sylueſter, Henriquez, Sanchez, Laymann, Raynaudus, Villalobos, Trullench, Azorius *d. cap.* 4. *q* 5. Couarruuias (licet à Doctoribus prioris ſententiæ allegetur pro eandem ſententia) *d.* §. 3. *num.* 1. *verſic. Hinc eſt omninò.* M. Nauarrus *d. cap.* 25. *num* 62. *verſic quartò peccat,* & Graſſius *d. n.* 24. & præter hos Ioannes de Neapoli *quodlib.* 10. à D. Antonino, Couarruuia, & Graſſio *relatus,* Lezana *p.* 3. *V. Abortus n.* 4. & nonnulli alij à Diana *d. reſol.* 11. & Raynaudo *d. n.* 39 *allegati,* & probabile putant Leſſius *vbi ſuprà,* & Diana *d. reſol.* 90. & *p.* 7. *d. reſol* 34. *fine*; & ex Medicis Mercurialis *lib.* 1. *de morb. mulieb. cap.* 2. *ad finem,* & Moxius ſibi contrarius allegato *lib.* 2. *cap.* 16. Probatur hæc ſententia, quia ex vna parte fœtui vita non adimitur, & ex alia parte matris ſaluti conſulitur, nec apparet, cur cum euidenti ſuæ vitæ diſcrimine teneatur conſeruare fœtum inanimatum; qui etiam matre pereunte non animabitur, & peribit. Quapropter, cum fœtus alioqui ſit periturus, ſalutis maternæ conſeruatio videtur ratio iuſta cohoneſtans talem procurationem abortus, vt minimè ſit peccatum contra naturam, quaſi obſtans fini generationis; Peccatum enim contra iuſtitiam non poteſt eſſe, cum fœtus inanimatus non ſit capax iniuriæ; neque etiam

contra

contra charitatem, cum nullum ſit ſpirituale bonum fœtus inanimati quod vitæ ſuæ tẽporali mater anteponere debeat; ſicut ſi eſſet animatus: ex nullo ergo capite mala eſt abortio fœtus inanimati directè, & ex intentione procurata, cum vita matris pendet ex ea. Confirmatur magis ea eo, quod fœtus in hoc caſo eſt quodammodo aggreſſor ſeu cauſa efficiens mortem matris; ergo licebit eum directè expellere, ſicut licitum eſt occidere iniuſtum aggreſſorem ad ſaluandam propriam vitam.

83 Hanc ſententiam ego quoque approbo ſaltem tanquam valde probabilem, præſertim ob illam rationem, quod vita actualis matris præferenda ſit vitæ fœtus in ſpe ſolum, & in potentia, quæ etiam mortua matre non poteſt perduci ad actum; Vnde non videtur veriſimile in huiuſmodi caſu ius naturæ obligare ad conſeruationem, ſeu non læſionem fœtus alioqui certo perituri ante animationem, cum certitudine, vel manifeſto periculo matris. Quare dictum Ciceronis in oratione pro Cluentio *ſuprà n. 69.* exaggerantis nequitiam abortus etiam fœtus inanimati, ex eo, quod tollat ſpem parentis, procedit de abortione extra extremam matris neceſſitatem, & ad illum malum finem impediendi vitam fœtus, & ſucceſſionis paternæ procuratam. Quemadmodum etiam dictum Scribonij Largi *epiſt. ad Caium Iul.* aientis nefarium eſſe ſpem dubiam hominis (fœtum ſcilicet adhuc inanimem) lædi, venit intelligendum, cum ſpes illa dubia hominis, ſi illæſa maneat, non erit cauſa perditionis certæ perſonæ, ſcilicet matris nam in pari cauſa par eſt homini certo conſulere, quàm ſpeciei dubiæ: Extra igitur neceſſitatem tuendæ vitæ maternæ nefarium eſſet, ſpem illam dubiam hominis lædere. Illud etiam D. Ambr. in fauorem prioris ſententiæ adductum, intelligitur, quando læſio alterius ad alteri ſubueniendum fit cum alterius iniuria, vt Gloſſa *ibidem*, Comitolus *reſp. lib. 4. quæſt. 13. num. 6.* & Raynandus *cap. 9. num. 3.* Fœtus autem inanimis in hoc caſu extremæ neceſſitatis maternæ vitæ conſeruandæ abortio procurata iniuriam non infert, cum non ſit illius capax, vt num. præcedenti dictum eſt; iura quoque ciuilia, & canonica, Sancti Patres, & cõſtitutio Sixti V. quæ damnant, & puniunt abortum fœtus etiam ante illius animationem procurantes, intelliguntur extra præfatam neceſſitatem tuendæ vitæ matris, & quando procuratur ad crimen tegendum, vel ex cauſa libidinis, vel odio mariti, aliáve ſimili, vt etiam ſimili, vt etiam exprimitur in *d. cap.* ſi aliquis de homicidio.

84 Nec obſtat etiam tertium argumentum prioris ſententiæ *n. 81* adductum; iam enim probatum eſt in hoc caſo abortionem fœtus inanimati ob ſalutem matris non prohiberi iure naturæ. Quare diſpar eſt ratio de pollutione directè procurata etiam cauſa ſanitatis, eſt enim pollutio voluntarie procurata ita intrinſecè mala, vt ea nulla cauſa cohoneſtari poſſit; non vero procuratio abortus, ſeu expulſio fœtus inanimati, licet is magis accedat ad generationem, quàm ſemen, ita eſt mala, quin poſſit honeſtari, ſi fiat ad tuendam matris vitam; qua pereunte etiam fœtus periret. Ratio autem eſt, quam attuli *d. tom. 3. mor. var. eodem titul. 12. num. 14.* ſcilicet, quia cum impeditur generatio per pharmacum directè tendens in expulſionem fœtus, illa non impeditur per actum de ſe ordinatum à natura ad generationem; at in ſimplici pollutione etiam procurata ob ſanitatem, aut vitam conſeruandam ſemper impeditur generatio per vſum rei venereæ, & actum effundendi ſemen, qui ad ſolam generationem eſt ordinatus; & ideo ſemper inuertitur ordo naturæ, ſeu exercetur actus contra finem, in quem eſt ordinatus. Eſt etiam valde probabilis alia ratio diſparitatis aſſignata à Sanchez *d. diſp. 20. num. 12.* Raynando *num. 3.* & Trullench *loco citato ſuprà num. 81.* indicata, ſcilicet, quod totalis ratio intrinſecæ malitiæ, vt in nullo caſu liceat voluntaria ſeminis effuſio, non eſt damnum generationis, ſed quia natura omnimodam adminiſtrationem denegauit propter periculum imminens abuſus, & perdendi ſemen ob nimiam delectationem, quæ in ipſius voluntaria effuſione ſentitur, quam rationem latius explicaui *dicto tomo 2. moral. var. allegato num. 2236.* & præter Sanchez Raynandum, & Trullench, aprobarunt etiam Laymann, Fagundez, Ariaga *locis dicto num. 2239. & dicto titul. 12. num. 5 relatis.* Hæc autem ratio non habet locum in abortu, nec in abſciſſione alicuius membri, vt per ſe patet.

Præcedens ſententia procedit etiam in grauida ex coitu fornicario, vel adulterino, cuius vita eodem modo periclitatur ab intrinſeco, ſeu ex morbo non excuſſo fœtu.

Porrò præfata ſententia, quod prægnans laborans morbo graui, & mortem allaturo perſeuerante, ſeu progrediente grauiditate iuxta Medicorum ſententia, ita vt nullo alio modo, quam fœtus excluſione, à tali morbo & morte liberari queat, licitè poſſit vti remedio, ſeu medicina directè tendente in abortum non ſolum procedit in matre coniugata, quæ ex legitimo coitu conceperit, ſed in ea, quæ ex adulterio, vel fornicatione, aut alio concubitu illicito effecta ſit grauida, ſi poſtea vita eius periclitetur ab intrinſeco, ſcilicet ex morbo lethali grauiditatem perſeuerantem, ſeu progredientem certò, aut probabiliſſime conſecuturo de Medicorum ſententia, vt in terminis Raynandus *dicto capite 10. num. 41.* & innuunt cæteri Doctores pro eadem ſententia relati, qui indiſtinctè loquuntur de prægnante, & matre laborante morbo, ad cuius ſalutem, ſeu vitam tuendam nullum aliud remedium ſupereſt, niſi fœtus concepti expulſio. Militant enim eædem rationes circa quamcunque mulierem prægnantem ſpectando præciſè rem ex hoc capite periculi vitæ ex morbo imminentis, quod ſicut & in fœmina coniugata abſque culpa grauida effecta, non potuit præuideri & ita eſſet allicere fœminam ad illicitum coitum ſub prætextu licitæ expulſionis fœtus, quod idem non eſt de periculo vitæ fœminæ per ſuam culpam grauidæ ab extrinſeco, puta à marito, à iudice, vel conſanguineis: de quare *infrà*. 85

In præallegatis caſibus licitum etiam eſt medico, & obſtetrici applicare prægnanti infirmæ ea remedia, quæ ipſa poteſt aſſumere, & an teneatur.

Sicut autem prægnanti ad euadendum imminens vitæ periculum ab intrinſeco, ſeu ex morbo, cum aliud remedium non ſuppetit vitæ tuendæ, licitum eſt vti medicamentis non directè, & etiam directè in abortum, ſeu excuſſionem fœtus animati tendentibus iuxta tradita; ita etiam licitum eſt Medico, & obſtetrici illi applicare; ſi enim applicatio, quam per ſe ſibi facit mater, caret culpa, eſtque licita, non apparet, cur non ſit cenſenda inculpabilis, & licita applicatio facta per alios, nempe, per Medicum cuius eſt ægroto remedia ſalutifera applicare. Ita Sanchez *dict. diſp. 30. num. 15.* & late id comprobans 86

Raynandus

Raynandus *de ortu infant capite* 9. *num.* 18. *&* 19. Et loquendo de ſolis medicamentis ad matris curationem per ſe ordinatis Doctores communiter, quos referunt Sanchez *d. num.* 15. & Malderus 2. 2. *tr.* 5. *cap.* 1. *dub.* 17. addentes cum Corduba in *quæſtionar. lib.* 5. *quæſt.* 38. *dub.* 3. teneri medicum, obſtetricem præfata medicamenta applicare, ſi ſint prorſus neceſſaria ad ſalutem matris, cui medentur, eo quod ex officio eis incubit, eius vitæ conſulere. Quæ iuxta eoſdem Doctores procedunt etiam in euentibus fœtus animati, in quibus iuxta quæ infrà explicantur, & tradunt Doctores pariter, qui infrà allegantur, licitum ſit matri prægnanti graui morbo oppreſſæ, cuius vitæ non poſſit conſuli etiam medicamentis de ſe ad ſanitatem tendentibus niſi cum manifeſto periculo vitæ prolis, illiuſque abortus; in iiſdem enim euentibus etiam Medico, & obſtetrici licet ea medicamenta applicare, imò iuxta Doctores citatos tenebitur adhibere, ob illam rationem, quod tenebitur vitæ matris prægnantis officio conſulere neceſſariorum medicamentorum applicatione. Et hoc admittit etiam Raynandus *dicto num.* 15. Si mater in tali periculo vitæ conſtituta non tenuat talia medicamenta ſibi adhiberi.

Quid ſi prægnans infirma nolit talia remedia ſumere cedens iuri ſuo in bonum prolis, an tunc Medicus poſſit, & teneatur talia remedia applicare.

87 Quid verò, ſi ipſa mater nollet talia medicamenta in prolis exitium ceſſura ſumere cedens iuri ſuo in bonum prolis; an tunc etiam teneatur eadem remedia ei adhibere. Videtur enim medicos, & alios quibus id ex officio incumbit ſtrictius obligari ad adhibenda remedia vitæ prægnantis neceſſaria, etſi inde prolis interitus ſit ſequuturus, quàm ipſam matrem ad ea ſumenda, & ſe curandam. Mater enim videtur poſſe cedere iuri ſuo in bonum prolis; nam ſicut iniuſte inuaſus, qui ſibi mortaliter nullius eſt conſcius culpæ, ad exercitium charitatis, & ne anima inuaſoris in ſtatu peccati mortalis exiſtentis in æternum damnetur licet licitè poſſit illum occidere ad ſui defenſionem, poteſt tamen etiam licitè omittere defenſionem, & ſinere ſe confodi, vt notaui *ſuprà cap.* 1. *num.* 207. & tradunt Victoria & plures alij quos ibidem refero. Ita etiam mater prægnans poteſt iuri ſuo cedere omittens ſumere remedia vitæ ſuæ neceſſaria malens conſulere vitæ prolis. Medicus ex eo quod tenetur ex officio conſulere vitæ matris, & ei adhibere remedia ad finem illum neceſſaria; quamuis præuidat ſecuturum prolis interitum, quem ſecluſo eo fine euitaret, ex ſuppoſitione talis finis videtur teneri, & licitè, (ſi ipſa mater licite eis vti poſſit) vel ſaltem abſque iniuſtitia (ſi eadem mater non peccando contra iuſtitiam illa ſibi adhibere poſſit, de quo infrà) poſſe ea vti media neceſſaria ad præfatum finem applicare.

88 Nihilominus Raynandus *d. cap.* 9. *num.* 10. tenet medicum, aut alium ex officio obligatum ad inuigilandum eius vitæ conſeruandæ non peccare, ſi prægnanti illa renuenti non applicet illa remedia, quibus potuiſſet curari, non niſi tamen cum interitu prolis. Probat, quia in hoc caſu quoad applicationem remedij matrem morboſam ſanaturi, & liberaturi à morte cum prolis interitu, medicus videtur ſe habere, vt ſe habet tertius priuatus circa inuaſorem iniuſtum, quando inuaſus innocens vult magis interfici, quàm inuaſori necem inferri, quo caſu licet inuaſus non poſſit aliter defendi, niſi cum morte inuaſoris, priuatum, cui ex officio id non incumbit, non teneri illum defendere cum occiſione inuaſoris tradunt Molina *de iuſtit. tract.* 3. *diſp.* 18. *num.* 6. poſt Nauarrum, & Victoriam à ſe allegatos, Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 13. *num.* 92. Bonacina *de reſtitut. diſp.* 2. *quæſt. vlt. ſect.* 1. *p.* 11. *n.* 5. & Almainus *in* 3. *diſt.* 29. *quæſt.* 1. quem allegat Raynandus *dicto num.* 20. (male contrarium attribuens eiſdem Victoriæ, Nauarro, Molinæ, & Bonacinæ, qui tunc ſolum volunt priuatum, qui non aliter poteſt inuaſum innocentem defendere niſi occidendo inuaſorem, teneri cum occiſione inuaſoris defendere vitam inuaſi, quando idem inuaſus expreſſe vult defendi, vel præſumi poteſt velle defendi cum occiſione eiuſdem inuadentis, quod idem docet alios plures allegans Fagundez *in decal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. etſi id neget Leſſius *d. n.* 92. eam adducens rationem, quod vbi mala ſunt paria, nemo priuatus tenetur alterum inferre, vt alterum excludat; præſertim cum id fieri non poſſit niſi cum illo horrore occiſionis proximi; Vnde etiam nemo tenetur vitam ſuam tueri per mortẽ alterius vt præter Leſſium *ibidem* tradunt Molina *d. tract.* 3. *diſp.* 14. *n.* 1. *concluſ.* 3. S. Thomas *de reg. princip. cap.* 6. Syluester *v. bellum* 2. *num.* 5. P. Nauarrus *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 131. *num.* 6. Victoria *in relect. de homicid. num.* 14. Auguſtinus Barboſa *collect. ad can. non eſt noſtrum num.* 2. 23. *quæſt.* 5. alij ab iiſdem Molina, & Barboſa, & Recentiores communiter (ad eundem ergo modum ſe gerere poteſt circa matrem prægnantem in periculo vitæ conſtitutam, à quo ſine interitu prolis medicamentis eximi nequeat, quiſquis ad eius vitæ defenſionem ex officio non tenetur; & ita eidem renuenti, & vitam ſuam poſtponenti vitæ prolis non tenebitur medicus applicare remedia, quibus poſſet curare cum prolis interitu; ſecus addit idem Raynandus ſi ipſa vellet, & licite poſſet curari medicamentis in prolis necem ceſſuris; & ſufficeret virtualis conſenſus, qualem perſona alienata à ſenſibus, & minimè ſui compos cenſetur habere, vt idem Raynandus ait, & colligitur ex Molina *d. num.* 6.

An in periculo vitæ matris à difficultate partus poſſit illa licitè procurare abortum fœtus nondum animati vtendo remedijs ad illius expulſionem ordinatis.

Secundò dubitatur, an ſicut in periculo vitæ matris prægnantis prouenientis à morbo, cui non poteſt aliter conſuli, licitum illi eſt procurare abortionem, & expulſionem fœtus inanimati vtendo medicamentis directè tendentibus in abortum, & abactionem fœtus; ita ad euitandum periculum vitæ à difficultate partus, quòd vel aliàs experta eſſet in partu ſibi imminere, licitè poſſit procurare, & efficere abortum fœtus vtendo iiſdem remedijs directè tendentibus in illius expulſionem. 89

Affirmarunt Torreblanca *loco ſuprà hoc capite numero* 9. *citato*, *& de magia lib.* 2. *cap.* 43. *numero* 10. Mercurialis & alij medici *ſuprà num.* 8. *relati.* & ex Doctoribus *ſuprà numero* 80. *allegatis*. Baſilius Pontius *dict. cap.* 13. *numero* 2. & Ioannes Lugo *dict. ſect.* 5. *numero* 130. ſuppoſita ſententia *ſuprà numero* 82. poſita, & approbata, quod liceat abortus fœtus inanimati ad tuendam vitam matris in eius manifeſto periculo conſtitutæ ab intrinſeco ex morbo grauiditate progrediente exitiali futuro. Licet abſolutè id negent, & teneant ſequentem ſententiam. Pro hac eadem ſententia videntur poſſe allegari Leo, Zambellus, Bordonus, & Trullench *locis infrà*, *dubitatione tertia citatis*. Probatur hæc ſententia, quia non apparet ratio differentiæ inter matrem prægnantem, vt ei ad

euitandum

euitandum vitæ periculum ea præſenti morbo, & ab intrinſeco imminens nullo alio remedio ad ſalutem tuendam ei ſuppetente licet procurare fœtus inanimati abortionem vtendo remediis directè tendentibus in eius expulſionem; non autem eidem liceat pariter procurare iiſdem remediis abortum, quando vitæ periculum manifeſtum prouenit à difficultate partus, & prægnans ſit in partu moritura fœtu prius ante animationem excuſſo; nam etiam in hoc poſteriore caſu certa poſſeſſio vitæ matris, ſeu actualis vita matris, videtur præferenda vitæ fœtus in ſpe, & hac ratione procuratio abortus cohoneſtari. Nec iuuet dicere cum Sanchez *d. diſp.* 20 *n.* 10. in hoc poſteriore caſu fœtum non eſſe aggreſſorem ſicut in priori, & etiam periculum non eſſe præſentaneum, ſed diſtans, cui aliis mediis adhibitis occurri poteſt.

Nam contra eſt, inquit Lugo; quia etiam in poſteriori caſu fœtus eſt aggreſſor, cùm conatu, quo prodire tentabit ex vtero, mater in mortis periculum manifeſtum ſit adducenda. Quod verò periculū (ſubdit,) non ſit præſens, parū refert, tum quia etiā infirmitas, contra quā abortū iuxta ſentēt. *d. n.* 82. poſitā procurare licitum eſt, poteſt non afferre periculum mortis hodiernæ, ſed poſt menſē; & tamen poteſt hodie adhiberi medium ad abortum, nō enim iuxta eandem ſententiam expectandus eſt vltimus articulus neceſſitatis, & periculi, ſed oportet præuenire adhibitis tēpeſtiuè remediis; quia poſtea ſero medicina paratur, & fortaſſe non proderit, poſtquam morbus longiori mora nimium inualuit: eodem igitur modo præueniri poſſet per abortum procuratum contra mortem ſecuturam poſt aliquos menſes ex partus difficultate; vel etiam ſi crimen prægnantis grauidæ ex coitu nefario publicetur à conſanguineis, vel marito, aut iudice, inquit *loco citato* Ioannes Lugo.

90 At negant DD. communiter. Ita DD. *citati ſuprà n.* 7. *&* 8. *item relati ſuprà n.* 81. & in his terminis formalibus Sanchez *d. diſp.* 20. *n.* 10. Villalobos *p.* 2. *tract.* 22. *diff.* 13. *n.* 2. *verſic. lo ſegundo* Raynaudus *de ortu infant. c.* 10. *n.* 42. Diana *p.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 37. *& p.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 32. Caſpenſis *in curſu Theol. to.* 2. *tract.* 18. *diſp* 3. *ſect.* 5. *n.* 40. ab eodem Diana *ibidem allegatus*; & ita abſolutè ſentiunt Pontius *d. n.* 2. & Lugo *d. ſect.* 5. *n.* 131. Negantes vniuerſaliter ad tuendam matris vitam, ſiue eius periculum immineat ex morbo, ſiue ex difficultate partus, ſiue ab extrinſeco ſi ſtuprum, vel adulterium prægnantis detegatur, ſiue ad tuendum eius matris honorem, infamiamve vitandam eſſe licitum procurare abortionē fœtus licet inanimati. Et hi probant illa vniuerſalitatione, quod hæc procuratio ſit contra naturam generationis non minus quam ſeminis effuſio voluntariè procurata; ac proinde ita eſſe intrinſecè mala, vt neque ad ſalutem, ſeu vitam tuendam poſſit eſſe licita, ſicut pariter ob eundē finem nō eſt licitum procurare pollutionem. Verū probatur ex variis diſcriminibus, quibus hic caſus differt à caſo periculi vitæ prægnantis prouenientis à morbo propriè ſumpto, quo mater hic, & nūc laborat, futuro omninò exitiali perſeuerante grauiditate, & non excuſſo fœtu. Et primū diſcrimen eſt, quod in hoc euentu periculum vitæ à difficultate partus eſt ipſi prægnanti voluntarium, vtpote præuiſum antequam haberetur copula coniugalis, ex qua ſecutura eſt conceptio fœtus, cum ſupponamus iam fuiſſe expertam talem difficultatem partus. Quare debebat abſtinere ab vſu coniugij, prout, quæ tales ſunt etiam de conſilio Galeni, vt teſtatur Eros *de paſſion. mul. c.* 11. debent abſtinere; maximè quia debitum marito exigenti non tenentur reddere, vt *ſuprà d. n.* 8. *dictum eſt. & c.* 1 *n.* 173. probatum. Sibi ergo imputandum, quod in tales anguſtias præuiſas, vel quas præuidere poterat, & debebat, ſeſe coniecerit; ac proindè ratio euadendi tale periculum ſibi voluntarium non poteſt cohoneſtare expulſionem fœtus de ſe alioqui contra naturam generationis, & finem matrimonij primarium. Secundum diſcrimen, quia interim donec tempus partus adueniet poſſunt occurrere alia remedia, & ſi nullū aliud ſe offerat, illa naturalis pariendi difficultas poterit tolli remedio ſectionis vteri, vel genituræ, de qua infrà, quam fieri poſſe abſq; mortali periculo matris tradunt Medici, qui infrà ſuo loco citantur. Et licet hoc ſit remedium durum, debebit mater illud admittere ex eo, quod voluntariè ſe tali periculo expoſuit. Tertium diſcrimen, quia cum periculum mortis prægnantis prouenit à morbo futuro lethifero grauiditate aliquo tempore perſeuerante, & non excuſſo intra breue tempus fœtu, periculum verè eſt præſens, & ab ipſius fœtus exiſtentia neceſſario iudicatur futura matris mors. At quando periculum vitæ perſeuerante fœtu, eoque animato, & ad maturitatem perducto prouenit à difficultate partus, dum fœtus adhuc eſt inanimatus (quod contingit circiter ſeptem menſibus cum dimidio, vel ſaltem pluſquam ſex menſibus ante tempus partus) non poteſt periculum vitæ dici præſens; neque etiam prouenire ab ipſo fœtu, cum intra tantū temporis ſpatium poſſint matri arctæ accidere alia mala, morbive lethales, qui illi vitam eripiant, & ſi fœtus perſeueret animatus mortua matre conſeruari, & lucem aſpicere, & lauari ſacro fonte adhibita ſectione vteri illicò poſt matris mortem; prout infrà explicabitur. Igitur licet ſit licita matri grauidæ prouidæ procuratio abortus, ſeu excuſſionis fœtus nōdum animati ob morale periculū vitæ ſibi imminēs ex morbo improuiſo poſt grauidationē ſuperuenio, qui non adhibita eiuſdem fœtus adhoc inanimati excuſſione mortem inferret; non ideo tamen eſt licita ob periculum præuiſum vitæ prouenturum à difficultate partus.

An fœmina prægnans ex coitu extra coniugium habito, fornicario, vel adulterino, aut inceſtuoſo, vel ſacrilego ad euadendam mortem alioqui inferendam à conſanguineis, vel marito, aut iudice, vel infamiā ſequuturā, ſi crimē prodatur, poſſit licitè procurare, & abortū efficere fœtus nōdū animati.

Tertiò dubitatur, An mulier prægnās, quę ex coitu illicito, nēpe fornicario, vel adulterino, aut inceſtuoſo, vel ſacrilego concepit, poſſit licitè procurare abortum fœtus nōdū animati, tū ad euitādum morale periculū vitæ ab extrinſeco, putà, quia, ſi ſcelus prodatur, & ipſa detegatur concepiſſe, occidetur à cōſāguineis, vel à marito ſi ſit cōiugata, vel morte mulctabitur à iudice cognito, quod adulteriū cōmiſerit; tū ad euadēdā infamiā, vitādūq; honoris periculū ex eiuſdē ſceleris detectione, ſeu publicatione; putà, quia puella nobili, & illuſtri genere nata in domo parentum ex coitu fornicario, vel Monialis ex ſacrilego conceperit. 91

Aliqui, quos ſuppreſſis nominib. refert Azorius *p.* 1. *lib.* 2. *c.* 26. *q.* 4. *& p.* 3. *lib.* 2. *c.* 4. *q.* 2. affirmant ad infamiā vitandā licitū eſſe vti remedio, nè fœtus concipiatur, eo quod id non ſit abortū facere, ſicut quādo fœtus iam conceptus excutitur, & nulli infertur iniuria.

Alij expreſsè aſſeruerunt licitum eſſe fœminæ procurare excuſſionem ſeminis, & abortum fœtus concepti nondum animati tum ad vitandum morale periculum mortis ab extrinſeco, tum ad tuendum honorem, infamiámque vitandam, quæ alioqui conſequeretur crimine detecto; ſi aliud non occurrat medium vtriuſque periculi vitandi. Ita Torreblanca *locis ſuprà nn.* 89. *allegatis*, Leozambellus *in repertorio morali v. Medicus, n.* 11. à Diana *p.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 37. *relatus*, Bordonus *qq. reg. p.* 1. *reſol.* 45 *n.* 4. (vbi allegat Graſſium, & nonnullos alios, qui tamen loquuntur ſolum in caſu periculi mortis ab intrinſeco, ſcilicet in morbo non excuſſo fœtu inanimato) & probabilem ſententiam exiſtimant Trullench *in decal. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 3. *n* 1. *fine* & Lezana *p.* 3. *v. Abortus n.* 5. & ita ſentiendum putant Pontius, & Ioannes Lugo *locis ſupr. n.* 89. *rel.* Suppoſito, quod

to, qood id licitum ſit matri ad euitandum mortis periculum ab iottinſeco, ſcilicet à morbo præſentiptoueoiens fœtu ipſo non eacteto, licet abſolutè coottarium teneant. Vode idem Pootius non rectè à Trullench, & Lezaoa allegatur pro hac ſenteotia, quaſi illam abſolutè teoeat.

Prima pars huios ſententiæ ptobatur tatione adducta *ſuprà n.89.* ad probandum licitum eſſe fœminæ prægnanti ptocurare abortum ſœtus inanimati in periculo vitæ à difficultate partus; ſcilicet, quia ſi licitus eſt abottus ſœtus nondum animati cum vita mattis ab intrinſeco periclitatur moralitet, & non oceurrit aliud remedium ad illam tuendam niſi eapulſio fœtus; oon apparet etiam cur non debeat licere cum vita fœminæ prægnantis, quæ ea ſcelcre coocepit, pesiclitatur ab extrinſeco, ſi eoncepiio, ſen crimen detegatur, & non ſoppetat aliud remedium euadendæ mottis à conſanguioeis, vel marito, aut iudice inferendæ; in hoc enim caſu etiam tuitio propriæ vitæ matris videtur ſufficieotet cohoneſtare abortum ſœtus inaoimati, cuius vita ſolùm eſt in ſpe, & in poteotia, cum matris vita ſit actualis. Et quod periculum vitæ ſit ab intrinſeco, vel extnnſeco præſens, vel diſtans videatut ſe habere per accidens quoad huiuſmodi cohoneſtationem.

93 Secunda pars eiuſdem ſententiæ; oempe, quod etiam in periculo morali infamiæ incurrendæ, & honoris amitteodi ex criminis publicatione pet vteri tumorem licitus ſit abottus fœtus non animati probatur, ſi enim licitus eſt ad tuendam vitam mattis, mortiſque periculum vitandum, & conceptio ſequuta ſit ex coitu criminoſo; eadem tatione erit licitos ad tuendam famam, & honorem prægnantis. Etenim gauis infamia mortis periculo æquiparatur iuxta Gloſſam *in l.9.ff de manumiſſis vind.* imò fama, & honot ſunt bona longè pretioſiora, & ſuper vitam ipſam expetibilia præſertim perſooæ nobili, oec plebeiæ, abiectæque conditionis, vt colligitur *ex l. 8. §. fin. Digeſt. quod metus cauſa.* Vbi iuxta Paulum Iuriſconſultum metus grauis infamiæ honeſtæ perſonæ maior eſt metu mortis.

94 At communiſſima ſenteotia, & vera omoinò oegat tam in præfato mortis periculo ab eatrinſeco, quam in periculo infamiæ, ſi crimen prægnantis detegeretur ob tumorem veotris licitum eſſe eidem prægnanti abortum fœtos oon animati ad tuendam vitam, famam, & honorem; haneve taoonem tuendæ vitæ, vel famæ ea cuſare poſſe abortum à graui peccato contra naturam. Item oegat ob eandem ratiooem tuendæ vitæ, vel famæ licitum eſſe ſœminæ vti remedio, ne ea ſemine pet coitum neſatium recepto ſeqoatur ſœtus conceptio. Ita Doctores *ſuprà numero* 81, *relati.* Azorius *locis ſuprà numero 91. allegatis.* Pontius, & Ioannes Lugo *locis numero* 89. *citatis.* ea Doctoribus *ſuprà numero* 90. *relatis*, Sanchez, Villalobos, Diana, Caſpius *locis ibidem citatis.* Raynaudus *d.cap.*10.*n.*41.43.& 46. (quamuis *d.n.*46.*fin.* videatur admittere in prioti periculo, ſcilicet, vitæ licitum eſſe abortom, vbi ita habet, *cenſebitur graue exitij periculum vitæ matris, quæ ex ſcelere concepit, ſi ſceleris comperta per vim extrinſecam letho danda, iniuſtè licet, ſed tamen ex vſu furentium ob eam nequitiam hominum prænoſcetur; tunc enim mater abſque nouo ſcelere, per fœtus nondum animati abortionem non honori ſuo, ac famæ, ſed vitæ propriæ proſpicere poterit; niſi hoc dictum Raynaudi ibidem admittat intellectum poſitũ infrà n* 97 *fin.*) Coriolanus *de caſib. reſeru. de abortu n.*6. Tannerus *to.*3.*diſp.*4.*q.*8 *n* 58 *& alij Theol.* à Diana *allegata reſolut.*57.*relati.* Et è Iuriſperitis illicitum, & peceatum eſſe puellæ ea ſcelere grauidæ abortum licet fœtus nondom animati procurare, ſeu efficere pro tegendo crimine, & tuenda fama, ſeu eoitanda infamia teoet Menoch. *de arbitr. caſu.*357. *fine.* Clarus *in pract.crim.q.*64.*n.*2. Ant. Theſaoros *deciſ. Pedem.*12.*n.*12. Farinac. *in prax.crim q.*122. *n.*188. & alij Iuriſperiti à Mænochio, & Claro *relati.* qui omoes aſſeront talem puellam puniendam eſſe pœna extraordinaria, & etiamſi ſuggeſtione ſuæ matris ad eũ fioẽ conſeroandi honoris abottũ feciſſet, loquuntur enim indiſtinctè de abortu à tali puella facto noo diſtinguentes de abotto ſœtus animati, vel noo animati. Et ſic etiam ſentit Carol. Anton. Theſautus *de pœn. Eccl. p.*2.*verbo Abortus cap.*1.*verſic. Imita tertiò in fine*; vbi teſtatot eſſe communem ſeotentiam Theologorum, & Iutiſtarum, ac vetiſſimam. Et ea Medicis idem docet Codronchus *de Chriſt. & tt. med. raut. lib.*1.*d.cap.*22.

Hæc ſententia à Doctoribus *ſuprà n.*81. relatis, & 95
à Pontio, & Ioanne Lugo probatur illa ratione vniuerſali, quod volontariè, & directè impedire conceptionem ſœtus ſemine iam per copulam carnalem in vas mulieris recepto, vel efficere abortum, ſeu excuſſionem ſœtus iam concepti nondom animati non minus, imò magis eſt contra naturam, quam pollutio, ſeo effuſio ſeminis voluntaria extra vas; ac proinde ita intrinſecè mala, vt ex nulla cauſa qoantumcunque aliàs honeſta, neque etiam vitæ propriæ tuendæ, & multò minus conſeruandi honotis cohoneſtari poſſit; ſicut ipſa pollutio directè procurata ex quacunque caoſa id fiat, ſemper eſt mala, nec excuſari poteſt à turpitudine contra naturam, quæ ordinauit ſemen tantum ad generationem prolis, & multiplicationem ſpeciei; & ita illius dominium, ſeo adminiſtrationem homini permiſit tantum io ordine ad illum finem. Cum ergo non ſiot facienda mala, vt eueniant bona, fœmina, quæ ex eoito criminoſo recepit ſemen virile, non poteſt abſque graui peccato contra naturam vti remedio, vt impediat conceptionem fœtus, vel vt fœtus conceptus nondum animatus excutiatur, etiamſi alioqui verſetur in periculo vitæ ſibì inferendæ à conſanguineis, marito, vel iudice, aut in periculo hoooris, ſi crimen detegatur.

Verùm ſuppoſita ſenteotia, de qua *ſuprà n.*82. pro- 96
batur hæc ſententia ſequentibus. Et primò, quia in huiuſmodi fœmina ea ſcelere grauida periculum vitæ, vel honoris, ſeu infamiæ non eſt improuiſum, ſed præuiſum, vel quod debuit præuideri; ac proindè ſibi ipſi imputet, quæ voluntariè tali ſe periculo expoſuit iuxta tradita *ſuprà n.*90. Secundò, quia dum ſemen receptum nondum coagulatum eſt, & partes ſœtus inchoatæ, vel ſœtus adhuc eſt inanimatus, & tumor ventris adhuc valdè diſtat, periculum vitæ, vel honoris, oon poteſt dici præſens, nec poteſt dici prouenire ex ipſo ſemine, vel fœtu, cum pluribus aliis modis qui poſſont iotra illud tempus accidere, iacturæ vitæ, & hooorũ fœminæ poſſit ſequi iuxta pariter tradita *eodem n.*90. Tertiò, quia poſſunt ſuppetere alia media, quibus crimen ſemper remaneat occultum, & mors, infamia, amiſſione honoris caueatur; quod plures fœminas, quæ ea coitu neſatio, & criminoſo conceperunt, præſtitiſſe conſtat, ſiue ſimulatione morbi vſque ad partum, ſiue per varios prætextus ſecedendo in locum abditum, & remotum; ſiue aliis quæſitis coloribus, & artificiis, quæ in ſimilibus caſibus fœminis vaferrimis nunquam defuerunt. Quartò, quia alioqui fas eſſet adultero, vel fornicario, ſi morale periculum vitæ, vel grauis detrimenti famæ, ſibi ea perfectione copulæ cum muliere, vel puella conſentientibus in eam, & conceptione inde ſequuta impendere videat, poſt inchoatam copulam, & peoetratum clauſtrum retrahere ſe ſe, & ſemeo eatra vas effundere; noo ad peccati noodum proſus conſummari diſcontinuationem (ea quo fine, an liceat retractio illa, & effuſio diſcuſſũ eſt *ſuprà n.*63. & 64.) ſed præcisè ad eoitaoda prædicta dãna, & ſimiliter mulier, vel fœmina ad eundem taotom,

ſi

ſi damnum vitæ, vel honoris graue ex conceptione præuideret; poſſet licite copulam inchoatam interrumpere, & etiam poſt propriam ſeminationem ſe ſubtrahere efficiendo, vt viri ſemen extra vas effundatur. Hoc autem abſurdiſſimũ eſt, & neſcio quo ſtomacho poſſint admittere aduerſarij, qui in conſequentiam admittere debent: Dato enim quod illa ſeminis effuſio ex fine prædicto ſit inculpabilis, aperitur amplè aditus omnibus ſpurcitiis, & ea ſaturandi libidinem extra matrimonium, & inter non coniuges, qui etſi nouerint commixtionem illam corporum eſſe ſibi illicitam, tamen ſi perſuaſum habeant veram eſſe doctrinam de licita interruptione copulæ, & effuſione illa ob finem euitandi damnum proprium ſiue in honore, ſiue in vita, facile contemnent culpam talis criminationis, & in omnem turpitudinem prompte prolabentur; Vnde nulla apparet congruentior ſpurcitiarum ſchola, & magis exitialis, quam præfata doctrina. Hinc igitur quinto (quæ ratio debet conuincere quemlibet intellectum non malè diſpoſitum, minimèque deprauatum, tàm euidens apparet) probatur hæc eadem ſententia; quia admiſſa oppoſita ſententia nemo ſanæ mẽtis certè negare poterit, inde aperiri lațiſſimam viam ſpurcitiis, & libidinibus, fornicationibus, adulteriis, inceſtibus, & ſacrilegiis; cum conſtet pleraſque fœminas his flagitiis, & libidinibus abſtinere tantũ, ne ſuperueniente fœtus conceptione crimen prodatur; quod peccandi frænum omnino tolleretur & prõptitudo, ac pronitas in omnem turpitudinem parata foret, ſi ad celandum flagitium, & euitandum detrimentum in vita, vel in honore fœminæ fornicariæ, adulteræ, inceſtuoſæ, vel ſacrilegæ licitum eſſet, ſemen iam receptum, vel conceptum fœtum nondum animatum expellere. Et ego noui (& verum dico) puellam nobiliſſimam, quæ per quinque annos carnale commercium frequentiſſimum habuit, quia illi ſuccedebat ſumpto pharmaco expulſio ſeminis, vel fœtus inchoati impedito progreſſum generationis, ventriſque tumorem ex grauiditate; cum tamen exiſtimaſſet talem euacuationem eſſe nouum ſcelus, & mortiferum, quid igitur, ſi exiſtimaſſet eſſe licitum pro tuitione nedum vitæ, ſed etiam famæ, & honoris? Cum igitur præfata doctrina huic ſententiæ contraria pelliciat ad flagitium venereum extra matrimonium, & aperiat patentem aditum ad omne genus libidinis, ſanè affirmandum eſt, illam aduerſari rectæ rationi, & iuri naturali, vt meritò Pater Diana dixerit eſſe probabile, & noſtram ſententiam veriſſimam pronunciauerit *loco ſuprà allegato* Carolus Antonius Theſaurus. Ad maiorem confirmationem addo deteſtationem, & prohibitionem ſimilis abortus, & ſub grauiſſimis pœnis, quæ in ſacris canonibus, Pontificiis conſtitutionibus, & legibus ciuilibus, ac particularibus ſtatutis Rerumpublicarum habetur, & ſanè directa ad præcauenda innumera mala alioqui in genus humanum euentura, ſi poſt flagitia, & nefarias libidines, ac turpitudines huic viæ famam, & honorem, ac & iam vitam ſolùm ſcienter & voluntariè in periculo conſtitutam conſeruandi locus eſſet. Quapropter tametſi per ſe loquendo, & ex natura rei licitum eſſet fœminæ fornicariæ vitam eo modo ab extrinſeco periclitantem, ac etiam honorem, & famam tueri expulſione ſeminis recepti, vel eacuſſione fœtus concepti nondum animati, nihilominus poſita neceſſaria conſequentia tot malorum ac turpitudinum, & tot legibus Eccleſiaſticæ & ſecularis poteſtatis abſolute vetantibus præfatum abortum, illicita eſſet illius procuratio etiam ob præfatos fines.

D Io. Angelus Boſſius, De effectib. contr. Matr.

Illicitus eſt abortus fœtus inanimati in periculo honoris, & famæ, quamuis eſſet licitus in periculo vitæ ab extrinſeco matri imminente.

Non deſinam tamen hic aduertere contra tradita *ſuprà numero* 93. in probatione ſecundæ partis 77
primæ ſententiæ, ſcilicet, dato, quod fœminæ, quæ ex ſcelere concepit liceret abortum, vel abactionem ſeminis recepti procurare ad tuendam vitam ab extrinſeco moraliter periclitantem ſcelere per tumorem ventris detecto, non ideo tamen inferri poſſe videtur neceſſaria, vel probabilis conſequentia, quod ideo illi liceat ad tuendum honorem, & famam, vt notauit Raynaudus *dicto capite decimo numero* 43. & 44. Cum enim vita ſit fundamentum aliorum bonorum hominis, & eius interitus extremum malorum, quæ alicui poſſunt euenire intra naturæ ordinem; non quidquid licitè ad vitæ defenſionem fieri poteſt, ſimiliter poteſt fieri ad defenſionem, ſeu conſeruationem famæ, & honoris: Vnde hæc bona iuxta omnes poſſunt licitè prodigi, vt vita conſeruetur; è contrario autem ad tuendum honorem, & famam non licet vitam prodigere; ex quo patet vitam eſſe bonum longè pretioſius quam honor, & fama, & omnis res temporalis, vt traditur *leg. ſancimus, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & docent Nauarrus *in cap. inter verba* 11. *quæſt.* 3. *concluſione quarta à numero* 20. Victoria *relect. de homicid. ad* 14. *numero* 36. & alij allegati à Balthaſare Gomezio *de poteſtat. in ſe ipſum libro ſecundo capite quinto numero primo & ſequentibus.* etſi ipſe *eodem capite num.* 10. *& ſequentibus* probare conetur honorem eſſe bonum æquale vitæ, imò illi præferendum, licet non rectè. Nam quamuis honor ſit maximum bonorum temporalium *l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament. l. miles § ſocer. ff. ad l. Iuliam, de adult.* & melius ſit bonum nomen, quam diuitiæ multæ Prouerb. *cap.* 22. cum aliis adductis à Nauarro *dict. concluſione* 4. *numero decimooctauo.* & Doctores à Balthaſare *dict. capite* 5. *numero* 7 *relati.* Nihilominus minus bonum eſt, quam vita, quæ honoris eſt fundamentum; proindéque pro nudo honore tuendo, non liceat ſeipſum certæ, & indubitatæ præelectæ, & volitæ morti, aut morali eius periculo obiicere. Vt tradunt Nauarrus *d. concluſ.* 4 *numero* 25. & *de fin. humanorum actuum numero* 31. Aragon *in* 2. 2 *q.* 64. *artic.* 5. *ad* 5. Raynaudus *loco citato.* licet contradicat idem Balthaſar. Contra rationem enim eſt, ac proindè illicitum, anteponere quod minus eſt, ei quod maius eſt *argum. cap. ad hoc d.* 89. Quod ſi aliqui, vt etiam habetur *leg. iuſta. ff. de manumiſſ. vind.* dixerunt infamiam grauem eſſe morte peiorem, & moriendum pro honore, ſeu hominem potius debere pati mortem, quàm honoris detrimentum, Nauarrus *d. concluſ.* 4. *num.* 24. & 25. ait eos fuiſſe Ethnicos, & errasse; vel illud commune dictum, *pro honore moriendum*, ne ſit error; intelligendum, de honore fundamentali, & radicali, ſcilicet, de eo, quod cauſat honorem, nempe de actionibus virtutum, & de declinatione peccatorum, pro quibus finibus; cum caſus accidit, vita ipſa honeſte exponitur, & hoc tantum probant, quæ late tradit idem Balthaſar, & prius illo Ildefonſus Meſſia *lib.* 2. *de vera, & falſa gloria cap.* 13. & 17. Neque obſtat quod idem Balthaſar Gomezius *dicto capite quinto num.* 15. & 17. ait & tradunt communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Fagundez *in decal. lib.* 5. *cap.* 8. *num* 2. Virum nobilem iniuſte ab aliquo inuaſum non teneri cum honoris & bellicæ famæ notabili detrimento, grauiuè notâ

infamiæ, & dedecoris fugere, ſed poſſe inuaſorem occidere. Hinc enim noo infertur, vitam poſſe licitè poſtponi oudo honori, aut famæ; nam iidem Doctores noo aſſerunt nobilem iouaſum licite poſthabere honori ſuo, aut famæ vitam ſuam; ſed tantum conſiderant, qood licitum eſt viro oobili, & militi circa vitam inuaſoris: in quo differunt à Clericis, ac religioſis, qui ſi ſalua eorum vita poſſunt fugere, iuxta Doctores magis communiter tenentur ſi non ex iuſtiria ſaltem ex charitate, ne inuaſorem occidant, vt late idem Fagundez *dicto capite 7. num. 9.* qui cum humilitate, modeſtiam, & mundi contemptum profiteantur, fuga eis non eſt dedecori & igoominiæ, ſed honori, & gloriæ verti poteſt; & ob talem fugam magis æſtimatur. Viro autem oobili & militi fuga grauem inurit ootam infamiæ, & dedecoris; & ideo iouaſorem poteſt occidere, ne honore excidat, qui in illis circumſtantiis ex conflictu, & fugæ neglectu pendet. Opotteret tamen, vt ex ſupràdictis colligitur, & in terminis tradit Raynaodus *dicto num.* 44. etiam oobili, & militi fugere nolenti conſtare moliter, ſe nun ſore occidendom, alioqui male faceret non fugiendo, quia bonum pretioſius & dignios, nempe vitam bono inferiori ſcilicet famæ, & honori poſtponeret. Et eadem ratiooe ob proportionalem rationem intelligendum, quod magis communiter tradunt Doctores, ad rerum noſtrarum, ſeu furtunarum magni momenti licitum eſſe furem occidere; ſi rem noſtram fur non vult dimittere. Ex dictis igitur cuoſtat ooo valere illam cooſequentiam; ad tuendam matris vitam licet efficere abortum fœtus non ad cooſeruandam eius famam, & hunorem. Cum ſit longe diſpar ratio. De qua plura Raynandus *dicto capite* 10. *num.* 46. qui eodem *num.* 46. *fine,* dum dicit, quod mater, quæ ex ſcelere concepit, vbi vita indeclinabiliter periclitatur ab extrinſecu ſi crimen detegatur, per fœtus, nondum animati excuſſionem vitæ ſuæ poteſt proſpicere non honori ſuo, ac ſamæ. Forte loquutus eſt non abſolutè, ſed comparatiuè, ſcilicet, quod etſi eſſet licitus talis abortus, vt vitæ matris ex ſcelere grauidæ conſuleretur, non tameo boooti, ac famæ.

An puella poſt illicitum, & fornicarium coitum ad tuendam vitam, vel famam tectis vitio virginitatis amiſſa, & conceptione ſequuta poßit nubere viro ignoranti, cum periculo, vt vir exiſtimet prolem eſſe ſuam.

98 Virum verò fœminæ, ſeu puellæ poſt coitum, ſeo ſtuprum antequam certa ſit, ſe concepiſſe, vel vbi concepit, liceat eo vitio tecto cum periculo, vt proles exiſtimetur eiuſdem mariti, oobere ignoranti ad tuendam vitam, & famam; ſcilicet, ſi probabiliter crederet aliàs fore, vt cooceptione eius comperta immineret ſibi mortis à cognatis inferendæ periculom, vel ſi ſponſalia de futuro contraxiſſet, à qoibos ſine ſcandali, aot infamiæ periculo reſilire non poſſet. Reſpooder rectè Saochex *dict. lib.* 9. *diſputat* 10. *num.* 11. poſſe oobere, eo quod huiuſmodi iactura præponderet mariti damoo, ſi prolem illam ſuam putet. Eatra tamen tale periculum, vt idem Sanchez aduertit, eſſet peccatum mortale ob periculum ſupponendi viro alienam prolem, cum nata in viri domo eius præſumatur iuxta *l. filium 6. ff. de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt,* & alia latè à me tradita *tom.* 1. *moral. var. tit.* 1. *num.* 1442. *cum pluribus ſeqq.* & à me *à num.* 1450. *ad* 1454. diſcutiur, & latè agitur de obligatione matris adulteræ certò ſcientis filium eſſe adulterioum manifeſtandi id, ſi abſque periculo vitæ, vel famæ poteſt, & credit profuturum, præſertim quando ipſa noo poteſt filios legitimoa ſeruare iodemoes.

Ao vero puella iam corrupta ſic nubeos peccaset mortaliter præcisè ob vitium virgioitatis amiſſæ tectum tradeoa ſe viro taoquam virgo, & talis ab ipſo repotata aliàs non ducturo illam; de hac re latè agit Saochex *lib.* 6. *diſputat.* 17. *à num.* 7. *&* 8. 99 concludit noo peccare contra iuſtitiam ratiooe fraudis, quia in cootractu matrimonij defectua tam viri quàm fœmioæ non conſueueruot manifeſtari; & ita æqoa eſt vtriuſque conditio, & conſequenter oulla iniueſt vtiiuſqae conditio, & conſequenter oulla iniuſtitia. Numero autem 9. cooclndit nullum eſſe peccatum, ſi nullum ſit periculum, vt vitium detegatur, & marito ionoteſcat; quia inde nullum damoum, nullumque ſcandalum ſequi poteſt. Tandem *num.* 10. concludit eſſe peccatum mortale contra charitatem, ſi veriſimile ſit, maritum deueoturum in notitiam vitij, idque ægrè laturum, vitamqoe diſcordiis plenam acturum, ipſamque vxorem male tractaturum. Quæ omnia videtur indicaſſe Nauarrus in *dict. cap. inter verba conclus.* 1. *coroll.* 16. *num.* 60. *in* 2. *edit.* & latius videri poſſoot apud eundem Sanchez. Hic enim non eſt locus discutiendi hanc difficultatem.

An ordine natura tantum, & iuſtitia obligatione attentis, matri prægnanti morbo graui laboranti ad tuendam vitam licitum ſit, vti medicamentis neceſſariis directè tantum tendentibus ad illius ſanitatem cauſandam, non verò ad expulſionem fœtus, ex quibus tamen per accidens, & concomitanter probabiliter præuidetur ſequuturus abortus eiuſdem fœtus iam animati.

Quartò dubitatur. Ao poſt fœtus animationem, 100 ſeu quando probabiliter creditur fœtum in vtero exiſtentē eſſe iam informatum anima rationali, attento ſolo ordine naturæ, citraque ioiuriam in ipſam prolem, & omnem iniuſtitiam, prægnans graui morbo laborans, & alioqui moritura (cum nulla alia remedia ſuppetant) licitè poſſit ad tueodam vitam vti remediis de ſui natura, & directè tantum ad ſanitatem efficiendam tendentibus, & ordinatis (qualia *ſuprà n.* 72. dictum eſt, eſſe venæ ſectionem, ſeo ſanguinis effuſionem, ſudatorium, balneum, pharmaca purgatiua bomorum, emplaſtrum mitigatiuum doloris, & alia huiuſmodi non directè tendentia ad fœtus excuſſiooem, vel læſionem) cum periculo exanimationis abortos eiuſdem fœtus aoimati per accidens ſequuturi, qoi tamen talibus medicamentis non adhibitis, & mortua matre iuxta probabile iudicium peritorum viuus eſſet proditurus. Faguod. *in decal. lib.* 5. *c.* 11 *n.* 28. (& idem habet *lib* 6. *cap.* 3. *n.* 34.) dicit, quod ſi dubitatur probabiliter, an fœtus ſit animatus, & mater ſit in pericolo vitæ, & non ſuperſit aliud remedium, poteſt licitè, & ſic ſine vlla iniuſtitia ſumere pharmacum, & venæ ſciſſionem, & alia huiuſmodi remedia de ſe ordinata ad morbum expellendum, & hæc eadem medicamenta ei licitè poſſunt applicari non directa, & poſitiua intentiooe faciendi abortus, ſed maternæ ſalutis, etiamſi per accidens ſequatur abortus: Quia mater eſt io certa poſſeſſione vitæ ſuæ, fœtus autem io dubia, imò in nulla poſſeſſione; cum de illo dubitetur, ao poſſideat, vel non poſſideat vitam, & in materia de iuſtitia, certa, & indubitata poſſeſſio præualet dubiæ.

Idem autem Fagondex *n.* 29. aſſerit, ſi proles iam 101

ſit

Digitized by Google

ſit animata, non eſſe licitum (& loquitur etiam iuxta ordinem naturæ, non gratiæ, & attenta obligatione iuſtitiæ, & pietatis, & non ſolius charitatis, vt conſtat ex prima, & ſecunda eius ratione) matri ſumere, nec ei præbere pharmacum, venæ inciſionem, vel aliud medicamentum directa, & poſitiua intentione curandæ matris, non procurandi abortus, ſi non applicato remedio probabiliter ſperetur vita illius cum periculo matris, ſeu viuus ſit proditurus cum morte eiuſdem matris, ſi enim iam putetur in vtero mortuus, nullum erit peccatum, inquit, cum tunc nullum præiudicium aut nocumentum fiat vitæ fœtus. Probat primò, quia dum proles eſt viua, & probabiliter creditur viuere in vtero materno, poſſidet vitam ſuam ſine matris iniuria; ergo etiamſi mater intendat ſuam curationem, & non nocere vitæ prolis; ſi tamen medicina talis eſt, quæ proli noceat, iniuria fit ei, & illa ſumptio non obſtante præciſa intentione curandi matrem, eſt occiſio filij, atque adeo illicita. Secundò probat, quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, malum autem eſt, prolem occidere, & ei nocere, dum putatur viuere in vtero, licet fiat cum intentione ſolius ſalutis matris. Pro hac ſententia ſua citat plures DD.† qui tamen tenent ſententiã infrà poſt ſequentem numerum poſitam. Addit tamen *n.* 30. ſi datur medicina ex natura ſua directè tendens ad curationem matris, ſine vlla læſione prolis animatæ (de quo ait ſe valde dubitare) non eſſe improbabile matrem poſſe illam ſumere non ad abortum, ſed ad ſanitatem inſtaurandam, etſi præter intentionem abortus ſequatur; nullo verò modo poſſe præſumere medicinã directè tendentem ad curationẽ, ſeu ſanitatem efficiendã, ſed cũ læſione prolis, ſeu habentẽ reſpectũ aliquẽ ad læſionẽ prolis. Vtrum dubitatio præpoſita procedit de remedio, ſeu medicamento de ſui natura & directè, ac per ſe curatiuo, ſeu effectiuo ſanitatis, & nullo modo directè læſiuo prolis ad cuius tamen ſũptionem poteſt mediatè, & aliquo modo remote, ſequi prolis læſio per accidens, ac præter intentionem prægnantis medicamentum aſſumentis, vel medici applicatio, v.g. ex ſanguinis effuſione, & ſudoris emiſſione in ſudario, ſeu hypocauſto ex ſui natura, & directè tendente ad expellendum ſanguinem, & alios humores in venis putridos vel ſuperabundantes, poteſt ſequi prolis læſio ex defectu alimenti, & ex ſumptione pharmaci purgatiui humorũ corruptorũ exiſtentiũ in ventriculo, & venis poteſt ſequi aliqua alteratio in ipſo fœtu, vel eius ſuffocatio; ſicut etiam ex balneo, & ex emplaſtro applicato, & directè tendẽte ad dolores mitigandos, ſeu amouendã cauſã immediatam doloris, putà, ad diſſoluendum lapidem in renibus, vel veſica efformatum; vel ad flatum exiſtentem in inteſtinis, vel fœces obduratas; nam de vſu remediorum directè tendentium ad damnum prolis, ſeu proximè reſpicientium, & efficientium læſionem prolis agitur dubitatione ſequenti.

102 Vaſquez *de reſt. c.* 2. §. 1. *dub.* 7. *n.* 28 & 29. & *c.* 3. §. 5. *dub.* 6. *n.* 23 & 24. & Baſilius Pontius *de matr. lib.* 10. *c.* 13. *n.* 6. (quos ſequitur Ioan. Lugo *de iuſtit. diſp.* 10. *ſect.* 5. *n.* 133.) diſtinguunt de medicamentis directè efficientibus ſanitatem, ſeu ad ſanitatem matris tendentibus, ex quorũ vſu ſequi poteſt, vel præuidetur ſequutura abortus prolis animatæ; alia enim ſunt, ex quibus ſequitur mors prolis negatiuè, ſcil. per ſubtractionem alimenti; alia ex quibus ſequitur poſitiuè, ſcilicet, per alterationem aliquam poſitiuè cauſatam ex medicamento, vel potione. Dicunt ergo ad tuendam matris vitam alioqui perituram abſque prolis iniuria, & iniuſtitia poſſe adhiberi medicamentum primi generis, nempe, ſanguinis effuſionẽ, & ſudatorium, ſeu ſudationem, licet ſubtracto ſanguine, ob defectũ alimenti proles ſit peritura; non poſſe autẽ licitè, & abſque iniuria in prolem, & labe iniuſtitiæ, & peccato homicidij ad eundem effectum tuendæ vitæ matris adhiberi medicamenta ſecundi generis, ex quibus ſequutura ſit mors prolis per alterationẽ aliquã cauſatam à medicamento, vel potione. Primam partem huius dicti probant. Quia etſi non licet extremè indigenti abſq; iniuria, & iniuſtitia auferre cibũ ad vitã propriã tuendam, quia ille ſolus habet ius ad cibũ illum, tamen eſt alia ratio in præſenti caſu, nã ſanguis ita eſt prolis alimentum, vt etiam illi ſit matris deſeruiens ad vitæ ſuſtentationẽ; vnde licet proles habeat ius ad illud alimentum, tamen etiam mater habet & prius ius ad illũ ſanguinem, vt fuerit illi opus, & non tenetur conſeruare intra ſe alimentum proli, niſi prius ſuæ conſulens ſaluti; ac proinde non tenetur ſibi nociuum retinere ad vitam prolis tuendam ſaltem ordine naturæ, & iuſtitiæ obligatione attentis, tenetur ergo mater prolem viuam exiſtentem in vtero, ſicut & iam natam alere ex ſolo ſuperfluo, & ſibi non nociuo.

Secundam partem dicti probant, quia medicina, ſeu potione ex cuius ſũptione per alterationẽ poſitiuã ab ea cauſatam accidit, ſeu præuidetur mors prolis ſequutura, poſitiuè, & voluntariè occiditur proles innocens; poſitiuè autem occidere innocẽtem, etiamſi per accidens ſit, modò ſit voluntarium, eſt homicidiũ, quod nunquam licet etiã ob defenſionẽ propriæ vitæ, niſi ſit inuaſoris occiſio; quia nullus habet ius lædendi aliquem innocentẽ poſitiuè, vt ſe defendat; fœtui autem licet ſubtrahere alimentũ, vnde ſequitur mors innocentis; quia ius naturæ concedit alimentum primò matri, eo quod ita natura ordinatum eſt, vt illa tueatur vitam prolis ex ſuperfluo tantum.

Si dicatur primo actiones humanas bonitatem, vel malitiam moralem, & ſpeciem in genere moris ſumere ex obiecto ſuo, & ex fine, ſeu ex eo quod per ſe eſt in intentione operantis, non autem ex effectu per accidens, ſeu concomitanter ſubſequuto iuxta traditia *ſuprà n.* 80. S. Thom. & alios DD. *ibi citatos*. Reſpondet Pontius *d. c.* 13 *n.* 7. ex Vaſquez 1. 2. *diſp.* 102. *c.* 4 *n.* 5. (cuius doctrinam approbat etiam Raynandus *de ortu infant. c.* 9. *n.* 16.) etiam voluntarium indirectum, ſeu intentionem indirectam (vt cum quis directè vult aliquid, vel eius omiſſionem animaduertens, vel animaduertere debens inde aliquod malum poſitiuum, vel negatiuum ſequuturum, quod ipſe poteſt impedire, ſi vult abſtinendo ab eo in quod voluntas directè fertur) ſufficere ad peccatum, idque contingere in maxima parte peccatorum, & præſertim habere locum vbi actus humanos conſummatur exterius; tunc enim inquiunt Vaſquez, & Pontius, actus ſpeciem ſumit ex eo, quod eſt indirectè tantum volitum, neque eſt neceſſarium, vt circumſtantia nocumenti ſit expreſsè volita, ſed ſatis eſt, ſit indirectè volita, vt tribuat ſpeciem actui, vt cum quis vult iacere ſagittam in feram, propè quam videt eſſe hominem, ſiue id faciat ex ignorantia culpabili, ſiue præuidens, non tamen intendens, ſiue directè intendens, eadem eſt ſpecies homicidij. Hinc igitur (ſubdit Pontius) vt applicatio illius medicamenti habeat malitiam homicidij, non requiritur homicidium eſſe per ſe intentum, & directè, ſed ſatis eſt præuideatur periculum, & applicetur cauſa, ex qua ſequatur probabiliter. 103

Si dicatur ſecundò pollutionem non minus eſſe intrinſecè malã, quam ex animationẽ fœtus; & tamen, quamuis illicitum ſit illam procurare, licitum eſſe illam permittere dando operam rei licitæ, vt ſtudio, confeſſionibus audiendis, aut etiam rei indifferenti, vt equitando, iter agendo, quia inde per accidens, & præter intentionem ſequitur; ergo ſimiliter ordine naturæ ſolùm attento licitum erit permittere abortum fœtus animati per accidens, & præter inten- 104

† D. Io. Angelus Boſſius, *De effect. contr. Matr.*

tionem ſequuturi ex medicamento directè, & principaliter effectiuo ſanitatis maternæ, & ad eandem ſanitatem à ſumente, & applicāte ordinato. Reſpondent Vaſquez *d. dub.6.nu.24.* & Pontius *d.n.7.* eſſe diſparem rationem inter homicidium, & pollutionem; quod pollutio non imputatur peccato, niſi ſit per ſe intenta, etiam ſi ſit voluntaria indirectè, quia tota eius malitia conſummatur in actu intentionis, aut ſaltem in applicatione medij non habentis alium effectum. At verò peccatum homicidij conſummatur exterius, & in actu exteriori reperitur primariò illius malitia, & ita nunquam licet aliquid voluntariè facere, vnde ſequatur probabiliter homicidium poſitiuè. Quia tunc ſine intentione illius nihilominus imputabitur; & non eſt cauſa ſufficiens excuſans homicidium tueri vitam propriam, quoties homicidium eſt innocentis, nam nullus habet ius tuendi vitam propriam cum morte innocentis. Rationem autem à priori; cur, vt pollutio imputetur peccato debeat eſſe intenta Pontius ait eſſe, quia effuſio ſeminis aut procuratur ab homine immediate, vel in cauſa non habente alium effectum, & ſic iam eſt per ſe intenta; aut ſequitur ſine intentione, & ſic ſequitur ex naturali virtute expultrice operante etiam nobis nolentibus & reluctantibus, & in rebus neceſſariis occupatis, quæ ad alium effectum conducunt; atque adeo neceſſarium eſt ex natura ipſa, vt ad pollutionis malitiam requiratur directa intentio; quod aliter ſe habet in homicidio, cum non poſſit ſequi ex naturali aliqua potentia in nobis naturaliter operante; ſeu non habeat ſimilem cauſam in natura. Eſt enim (vt notaui in tractatu de Scrupulis *n.163. & num 215. & tom.2. mor. var. tit.1 n.2.103. & num.2251.*) ſecundum ſe peccatum, ſicut etiam fornicatio, & adulterium ſecundum ſe ſunt peccata, cum non ſint actus naturales, ſed ſuapte natura liberi, ac hominis voluntati ſubiecti, vt citatis locis tradidi oſtendens differentiam inter pollutionem, & homicidium, ac fornicationem.

105 Si dicatur tertiò, In bello iuſto licitam eſſe occiſionem innocentis, quia contingit per accidens, & præter intentionem. Reſpondent Vaſquez, & Pontius *locis citatis*, eſſe diſparem rationem, quia in bello iuſto innocentes cum nocentibus occiduntur ad impetrandam victoriam ob bonum publicum, quod præpondetat.

106 Si dicatur quartò, non peccare, ſeu non committere homicidium eum, qui equo currens aliter non poteſt euadere, & vitam propriam tueri, quam occidendo, ſen curſu equi conterendo puerum, vel dormientem iacentem in via, cum id præter intentionem accidat. Pontius *d.n.7.* cum Vaſquez *de reſtit.c.2. §.1. dub.7. aiunt.* Aſſumptum eſſe falſum, & non poſſe equo fugientem occidere innocentem iacentem in via, eo quod ſit poſitiua occiſio innocentis.

107 Si dicatur quintò, matrem prægnantem fugientem feram cum vitæ fœtus periculo non peccare. Vaſquez *ad d.dub.7.* & Pontius *d.n.7.* reſpondent eſſe diſparem rationem; quia tunc fuga matris fit in conſeruationē æque vtriuſque, & non vnius tantū, & ita parū referre, quod inde ſequatur mors fœtus; medicamentum verò applicari in defenſionē matris, & poſitiuā occiſionē fœtus, quod non licet citra peccatū homicidij.

108 Demum ſi dicatur matrem potius habere ius ad medicamentum ſanitatis effectiuū cum morte fœtus, quam fœtus ad vitam cum morte matris; cū hic pendeat à matre, non è contra; præſertim cum matre vi morbi extincta ferè neceſſarium ſit etiā fœtum mori. Reſpondet Pontius ex traditis *n.102.* nullum eſſe ius ad tuendam propriam vitā cum periculo innocentis.

109 Cæterùm non obſtantibus omnibus in præcedentibus pro vtraque ſententia adductis, alij (& eſt communis ſententia, quam veram puto) aſſerunt indiſtinctè, attento tantum ordine naturæ, conſiderataq; ſola morte corporali filij, licitè, & abſque vlla iniuſtitia, & labe homicidij matrem ad liberandam ſe ab exitiali morbo & propriam vitam (cum neceſſaria omninò ſunt ob aliorum defectum) poſſe vſurpare præfata medicamenta de ſui natura, & per ſe, ac directè ſanitatis effectiua, & tendentia ad eiuſdem matris ſalutem tuendam, & pariter à medico, & ab aliis abſque peccato iniuſtitiæ eidem ad eundem finem applicari, licet prænoſcatur inde concomitanter, & per accidens ſequutura, atque adeo indirectè volita mors prolis, quæ alioqui medicamentis non adhibitis ſperaretur ſecta poſt mortem matris aluo, proditura in lucem viua. Ita ex Doctoribus *ſuprà n 80. relatis.* D. Antoninus, Corduba, P. Nauarrus, Henriquez, Azor. *citato cap.26 q.6. & citato cap.3.q.22. & citato cap.4.q.7.* Sayrus *citato c.12.n.21.* Sanchez *citata diſp 20 n 15.* Layman, Villalobos, Filliucius, Trullench, *loc.cit.* Diana *d p.3 tract.5 reſolut.11. & p.7.tract 5.reſol.35* & præter hos Rodriquez, Lopez, Vega, Bañez, Arragon, Benzonius, Sà à Sanchez *relati* Naldus *v. Abortus n.3.* Fernandus de Moure *relatus.* à Baynando *d. cap.9. n.6.* Scipio de Rubeis, & Dicaſtillus à Diana *d.reſol.35. relati.* idem indicant Leſſius, & Duardus *locis ſuprà d.n.80.citatis*; & Carolus Antonius Theſaurus *loco ſupra n.94. relato.* dum dicunt ſolum eſſe peccatum contra charitatem applicationem medicamentorum, quæ directè tendunt ad ſanitatem cauſandam, ſi iudicio medicorum credatur probabiliter fœtum proditurum viuum, ſecto ſaltem poſt mortem matris vtero. Et ex Medicis ita ſentit Monins *lib.2. de vena ſect. in morb. acut cap.23.*

Probatur hæc ſententia primò ratione *ſuprà n.80.* adducta, quia mater ante conceptionem, & animationem fœtus habet ius vtendi remediis præfatis ad ſalutem ſui corporis neceſſariis, & directè ordinatis, & tendentibus ad morbos, prauoſque humores expellendos, & ad ſalutem reſtituendam; quod ius non amittit per conceptionem, & animationem fœtus, etiamſi ex illorum vſu concomitanter vita fœtus periclitetur, quia habet ius præferendi vitam ſuam corporalem vitæ alienæ pariter corporali cuiuſcunque, & potius ius habet mater ad poſſeſſionem ſuæ vitæ tuendam, non obſtante tali periculo fœtus; quam fœtus ad ſuam cum periculo matris; cum vita matris prius ſit in poſſeſſione, & vita etiam fœtus ex vita matris, & non è contra vita matris ex vita fœtus dependeat. Cum ergo mater ad vitam tuendam ſibi adhibet præfata medicamenta, ſolum per ſe, etiam ex intentione ſumentis, vel applicantis ordinata ad curationem morbi & ſanitatem inducendam, vtatur iure ſuo, non infert iniuriam, nec peccat peccato iniuſtitiæ contra ipſam prolem, licet inde eiuſdem prolis mors præuiſa ſequatur ſiue negatiuè per defectum alimenti, ſiue poſitiuè per aliquam alterationem concomitanter reſultantem in eadem prole, ex alteratione, & commotione humorum maternorū à medicamento directè cauſata; quia mater, aut medicus non ſumit, vel applicat tale medicamentū ad mortē prolis inferendā; nec illam per ſe intendit; ſed eiuſdē matris ſalutem, & quod inde eiuſdem prolis mors proueniat, id ſe habet concomitanter, & per accidens; quod nō ſufficit, aut poteſt inducere culpam homicidij; quia ſumere, ſeu adhibere tale medicamentū directè curatiuū ad propriā ſalutē tuendā, licet cum præuiſione periculi moralis mortis prolis per accidens, & concomitanter ſequuturæ, non eſt occidere fœtum, ſed ſeipſā ſeruare, & mors ſolū per accidens ſequitur; quod ad bonitatē, & malitiā actuū humanorū nō attēditur iuxta doctrinā communē *ſup cit. n.80.* traditam; quod actiones humanæ ex ſuo obiecto, & ex fine, ſeu ex eo, 110

quod

quod per ſe eſt in intentione operantis; ſpeciem in genere moris ſumunt, non ex eo, quod ſequitur concomitanter, & per accidens, & præter directam, & principalem intentionem; & licet voluntarium indirectum in cauſa ſæpe ſufficit ad peccatum, & inducendã malitiam ſpecialem, iuxta tradita *ſuprà n.*103. & tradita à me *in tract. de ſcrupulis num.* 164. *& tom.* 2. *mor var. tit* 1 *num.*2203. intelligitur de voluntario indirecto in applicatione cauſæ, quæ proxime, & per ſe influit in actum malum ſequentem, & nullum aliũ effectum habet, nec applicans habet ius, aut honeſtam rationem applicandi talem cauſam intendendo alium effectum honeſtum. De quo videnda ſunt iiſdem locis tradita. Et certè contra Vaſquez, & Pontium, ſi mater vtendo remediis ad ſuam ſalutem neceſſariis, ex quibus per poſitiuam alterationem in fœtu reſultantem mors fœtus ſequitur, committit formale homicidium, licet ipſa mortem fœtus non intendat, nec ad illam per ſe, & de ſui natura remedia tendant, ſed ad morbum matris expellendum, humoreſque prauos purgandos, & fœtus alteratio, morſque ſequatur tantum concomitanter, & per accidens, non apparet, cur à culpa homicidij excuſari poſſit mater, quæ ſolum ob finem tuendæ ſanitatis vtitur venæ ſectione, vel ſudario præuidendo mortem prolis inde ſequuturam ob defectum, ſeu ſubtractionem alimenti. Nam nulla videtur differentia, quod ex vſu remedij per ſe curatiui morbi concomitanter ſequatur mors prolis ob inediam, vel ob ſuffocationem; nilque vel parum refert, quod ad remedij ſumptionem negatiue per ſubtractionem eius, quod eſt neceſſarium ad vitam, aut poſitiue per alterationem in ea reſultantem proles exanimetur, vel ergo in vtroque caſu committitur formale, & verum homicidium innocentis prolis, vel in neutro. Nec iuuat dicere matrem in priori caſu habere prius, & potius ius ad ſanguinem, & ſic poſſe prius, potius ſaluti ſuæ conſulere; Nam etiam habet prius, & potius ius ad vitam ſuam tuendam remediis neceſſariis, & per ſe, ac directè à natura ad illam efficiendam ordinatis; Quare ſi mater in vſu ſectionis venæ ad ſuam ſalutem neceſſariæ cum periculo vitæ fœtus non peccat peccato iniuſtitiæ, ſeu homicidij, quia vtitur iure ſuo; nec in vſu etiam aliorum medicamentorum ad ſuam ſalutem neceſſariorum cum ſimili periculo exanimationis fœtus concomitanter ſequuturæ peccabit peccato homicidij, & iniuſtitiæ, quia verè vtitur iure ſuo, vt dictum eſt. Ratio ergo cur in neutro caſu committatur homicidium formale eſt, quia in neutro mater poteſt dici moraliter cauſa mortis; ſi quidem cauſa mortis humano, & morali modo, & quatenus requiritur ad actionem iniurioſam, & ad malitiam homicidij inducendam non dicitur (vt colligitur ex Molina, Leſſio, P. Nauarro, Corduba, & aliis Doctoribus, qui in numeris ſequentibus allegantur) qui vtens iure ſuo id faciendi, aliquid facit, ex quo præuidet mortem ſequuturam, ſi eam non intendit, nec ad illam tamquam ad finem per ſe intentum ordinat. Dixi *vtens iure ſuo*; nam ſi ex iuſtitia teneatur illam cauſam non apponere, dicetur cauſa mortis, & peccabit peccato homicidij, etiamſi non mortem, ſed alium effectum intendat; nam tunc licet effectum mortis non intendat, dicitur occidere, quia propter obligationem non ponendi cauſam imputatur ei effectus perinde ac ſi eum intenderet, & dicitur iam phyſice, & moraliter cauſa illius.

111 Hinc confirmatur hæc communis ſententia ſequentibus caſibus, ſeu exemplis, in quibus mors, ſeu occiſio innocentis indirecte, & per accidens, ac præter intentionem operantis non ad eum, ſed ad alium effectum honeſtam cauſam, ex qua mors innocentis conſequitur, dirigentis, eſt licita, & caret malitia homicidij. Et primũ exemplum eſt *n* 105. adductum. Quando in bello iuſto ad expugnandos hoſtes, & obtinendam Victoriam neceſſe eſt dirigere tormentum in arcem, in qua cum nocentibus exiſtunt plures innocentes pueri, fœminæ, qui omnes ruente, vel combuſta arce debent opprimi, & perire: in hoc enim caſu licitam, & malitia homicidij carere occiſionem talium innocentium dixi *in to.* 1. *mor. var. tit.* 1. *num.*934. & tradunt Doctores communiter, Molina *de iuſtit.* 1. *to. tract.* 2. *diſp.*119. *concl.*2. Sayrus *lib.* 7. *clau. d. cap.* 12. *num.*15. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *dub.* 7 *n.*37. Ioannes Lugo *de iuſtit. diſp* 10. *ſect.*5. *num.*33. Sanchez & Comitolus *locis ſuprà allegatis*, & alij. Cuius ratio affertur, quia illud non eſt directe, & ex intentione occidere innocentes, ſed præter intentionem, intendit enim dirigens alium effectum, ſcilicet turrim demoliri ad vrbem obtinendam, & hoſtes debellandos, quod illi licet, non obſtante præuiſa morte innocentium, quando aliter victoria ex hoſtibus non poſſet obtineri. Quare etſi diruens arcem, aut globum immittens phyſice loquendo ſit cauſa mortis innocentium, non tamen eſt reus homicidij, quia illud per ſe non intendit, nec applicat cauſam, quam ex iuſtitia non deberet applicare, & conſequenter non dicitur humano, & morali modo cauſa mortis talium innocentium; nam talis ratio cauſæ communiter attribuitur tantum intendenti mortem, vel applicanti cauſam, à qua ex iuſtitia tenetur abſtinere. Neque in hoc caſu occiſio innocentis excuſanti, à malitia homicidij ob rationem boni publici præponderantis, vt inquiunt Vaſquez, & Pontius; ſed quia per accidens, & indirecte, atque præter intentionem dirigentis tormentum ſequatur innocẽtium occiſio: nam etiam ratione boni publici nullo modo eſt licitum innocentem per ſe, & directe interficere (vt tradunt communiter Doctores, notaui *d. tit.* 1. *mor. var. num.*931. vbi & refero Doctores) cum id ſit intrinſece malum, & iniurioſum ipſi innocenti. Quapropter innocentes illi, quorum mors per accidens, & concomitanter tantum, & non per ſe intenta ea demolitione arcis ad hoſtes debellandos, & victoriam obtinendam effecta, & non ad illos occidendos ſequuta non imputatur ad peccatum, ſi directo, & ex intentione ad victoriam obtinendam, ſeu ob bonum publicum occiderentur, eſſet verum; & formale homicidium, & etiamſi eſſent in caſtris obſidentium ciuitatem non poſſent occidi, vt ciuitas cogatur ad deditionem, vt tradunt Molina, & Leſſius locis ſupra allegatis, & Ioannes Lugo *dict. ſect.*5. *num.*125.

Secundum exemplum eſt, de eo, qui ad euadendum hoſtem inuaſorem, à quo alioqui occideretur equo inſiſtens, & fugiens per anguſtum iter, vbi iacet infans, vel dormiens, & videns non poſſe illum declinare, ſed certo conterendum, & occidendum, ſi vrgeat equum, & proſequatur fugam, proſequendo fugam illum conterit, & occidit, ne ſiſtens in manus inimici inuaſoris veniat, & ab eo occidatur. Et idem de eo, qui ſimiliter non poteſt euadere mortem ab inuaſore inferendam, niſi illum fugiendo impellat alium in flumen, vel in præcipitium ob itineris anguſtiam. Licet enim in his caſibus non licere fugienti abſque iniuſtitia, & labe homicidij curſum proſequi, & proterere infantem, vel dormientem, aut alium impellere in flumen, aut præcipitium, vt ipſe mortem ab hoſte inſequutore inferendum euadat, Vaſquez, & Pontius *locis ſuprà num.*160. Sayrus *d. cap.* 12. *num.*17. Malderus *tract.*3 *de iuſtit. cap.*1. *dub.*12. & Torres *to.* 2. *in* 2. 2. *diſp.*26. *dub* 2. *num.* 27. & Pet. Nauarrus à Leſſio *dict. lib.*2. *cap* 9. *n* 59. *relatus*. Eo quod, inquiunt, proterendus, vel impellendus in flumen, aut præcipitium 112

pitium ob itineris anguſtiam oon ſit iniuſtus aggreſſor, ſitque iuſtus poſſeſſor ſuæ vitæ, & etiam loci communis, in,quo iacet vel iter peragit, oon minus quam fugiens,cui non poteſt ob angoſtiam viæ locum cedere; ac proinde ab alio non niſi iniuſte poteſt protereri, aut impelli in flumen, cum priuetur iuſta ſua poſſeſſiona, & ſic illa conculcatio, aut impulſio in flumen, ex qua ſoquitur mors, erit verum homicidium. Contrarium tamen, & licite, atque abſque iniuria, aut iniuſtitia, ſeu peccato homicidij poſſe innaſum fugam continuare infante obtrito, vel deiecto alio in flumen,cum alioqui non poſſet vitam propriá tueri aſſerunt Leſſius *d.n.59.* adducens Cordubam *lib.1.q.58.dub.2.* Caietanum.*2.2.quæſt.65.art.2.* (vbi generaliter dicit,occidere innocentem per accidens dando operam rei licitæ, & neceſſariæ, non eſſe contra ius naturale, diuinum,aut humanum) Bonacina *de reſtit.diſp.2.q.vlt.ſect.1.p.7.num* 1.Villalobor *to.2. tract.12.diff.13 n.1.* Duardus *d.q.36.num.38.& 44.* Raynandus *de ortu infant. cap.7. num.15. & cap 9. num.14.* & Trullench *in decal.lib.5.cap.4. dub.4.num.19.* Et ratio eſt, quia inuaſus habet ius ad fugam in via, quo in tanto periculo non priuatur exiſtentia infantis,vel alterius in eadem, cum ergo viam continuans viatur iure ſuo externe ſibi neceſſario intendens vitam tueri, & non contritionem, & occiſionem pueri, vel impulſionem alterius in flumen, licet puer conteratur, vel alter in flumen impellatur, non facit illi iniuriam, nec committit iniuſtitiam, nec mors innocentis poteſt illi attribui tamquam cauſæ morali, quia ſequitur ſolum indirecte, & per accidens, atque præter fugientis intentionem, quia ſalutem propriam, & non mortem innocentis intendebat. Solum ergo in tali caſu tenetur fugiens eam circumſpectionem adhibere, quam pro tempore, & loco poteſt, ne noceat; ea enim adhibita, ſi mors innocẽtis ſequitur, eſt per accidens non intenta, ſed permiſſa; ac proinde minime iniurioſa, & contra iuſtitiam. Eſſe verò contra obligationem charitatis, ſi puer proterendus noo eſſet baptizatus, tradunt iidem Doctores; quod vita ſpiritualis, & ſalus æterna proximi ſit anteferenda propriæ corporali ex lege charitatis. De quo *infrà n.123.& ſeqq.*

113 Tertium exemplum eſt, quando iniuſte inuaſus ab aggreſſote, qui eum interficere tentat,non poteſt ſuam vitam defendere occidendo aggreſſorem, niſi interficiendo aggreſſorem ſimul confodiat, & occidat aliquem innocentem,quo tamquam ſcuto idem aggreſſor ab illius tergo conſiſtens ſe protegit illum opponendo inuaſo. Hoc enim caſu inuaſus ad ſe defendendum, & liberandum à morte alioqui ab aggreſſore inferendam,poteſt licite,& abſque vllo peccato iniuſtitiæ, & homicidij tentare vulnerationem aggreſſoris, illumque occidere, cum periculo, vel etiam cum certitudine occiſionis ipſius innocentis, non tamen intendendo illam directè, neque etiam vt medium ad occiſionem ipſius aggreſſoris, & ad propriam defenſionem, ſed ſolum illam permittendo, tamquam concomitantes ſolum, & per accidens ſe habentem ad aggreſſotis occiſionem. ita Corduba *lib.1.q.33* Pet. Nauarrus *lib. 2. cap.3. num.147.* à Leſſio *d. lib.9 n.17 relati.* idem Leſſius *ibidem*, Sayrus *d.cap.12 n.18. fine*, Duardus *d.q. 36. num.37.* Filliuccius *tract.29.cap.3.n.36.* Bonacina,& Trullench *locis ſuprà relatis* & Ioannes Lugo *d ſect.5.n.124. & 125.* Ratio eſt, quia inuaſus habet ius ſe defendendi, quo non priuatur oppoſitione illius innocentis ipſo inuito facta; vnde in hoc caſu, ſicut & in præcedentibus, & etiam in ſequenti mors innocentis inuito ſe contra aggreſſorem defendenti, & illum confodienti vt cauſæ illius morali non poteſt imputari, cum tantum intendat inferre mortem aggreſſori iniuſto iure ſuo ſe defendendi vtens, & non innocenti, licet hic, & nunc non poſſit eundem aggreſſorem occidere, niſi ſimul occidat inoocentem ob intimam coniunctionem cum eo, quod eſt, tantum talem occiſionem permitti, & concomitanter, ac per accidens ſequi, non verò eſſe per ſe volitam, ſeu proprie voluntariam ſicut in præcedenti caſu; & in caſu demolitionis, aut combuſtionis arcis, ſeu turris ad vrbem capiendam, & victoriam ex inimicis reportãdam neceſſariæ, mors innocentium ſolum cenſetur permiſſa, & concomitanter ſe habens, & per accidens reſpectu demolientis, non verò dicitur volita, ſeu illi eſt voluntaria, vt requiritur ad imputationem ad peccatum; actio enim demoliendi, aut comburendi ex intentione agentis ius illam faciendi, cum aliter non poſſit victoriam reportare, ſolum tendit ad opprimendos, aut comburendos nocentes, licet hic & nunc non poſſit oppreſſio, aut combuſtio horum ſeparari ab oppreſſione, aut combuſtione innocentium, ideo eſt licita, non obſtante innocentium morte præuiſa, quæ ſolum per accidens contingit, quamque agens ipſe non tenebatur euitare deſiſtendo ab vſu iuris ſui, cum tanto detrimento boni publici, & euidenti periculo amiſſionis victoriæ, ſimiliter igitur in præſenti caſu, actio, qua inuaſus perit iniuſtum inuaſorem ex intentione agentis tendit ad feriendum, & occidendum illum, licet hic, & nunc non poſſit ictus ille non lædere innocentem intermedium ob localem vtriuſque coniunctionem; & conſequenter ſicut illa demolitio, aut combuſtio eſt licita, & caret iniuſtitia, ita & iſte ictus, cum inuaſus alio modo non valens ſe defendere vtatus iure ſuo gladium dirigens ad feriendum inuaſorem nocentem per viam illam rectam, & per accidens ſit, quod in illo ſpatio intermedio inueniat innocentem, propter quem non tenetur abſtinere ab actione, quæ de ſe ordinatur ſolum ad ſuam defenſionem; ideoque eiuſdem innocentis mors non poteſt dici voluntaria, ſicut nec in aliis caſibus, cum non ſit obligatio illam euitandi; nam ad voluntarium inductiuum, ſeu effectiuum culpæ requiritur, vt homo teneatur aliquid agere, vel omittere, vt tradunt Theologi, & Summiſtæ agentes de voluntario poſt S. Thomam *1.2.q.6.art.3.* & in terminis prædictorum caſuum, & ſimiliũ notauit Villalobos loco num. præcedenti allegato, dicens rationem, cur in prædictis caſibus occiſio, ſeu mors innocentis careat malitia homicidij, & non imputetur ad peccatum, eſſe, quia non eſt voluntaria, ſiquidem non eſt obligatio illam in tanta neceſſitate euitandi, quæ eſt neceſſaria ad voluntarium.

Dixi autem initio huius caſus, *non intendendo illam directe, neque etiam vt medium*, &c. Quia mors innocentis (vt etiam notauit Ioannes Lugo *dicta ſect. 5. num.125.*) ſiue intendatur vt finis, ſiue vt medium ad hoccidendum nocentem ſemper eſt illicita, ſi directe intendatur; vt vere directe intenderetur, ſi eligeretur vt medium volendo ipſam, vt nocens poſſit occidi; medium enim directe eligitur, & amatur, licet propter conducentiam ad finem. Quare inuaſus, ſi non poſſet ſe defendere ab inuaſore, qui ſe infante protegit, illumque occidere, niſi prius interficeret infantem, hunc vno ictu interficeret, vt poſtea libere poſſet alio ictu occidere inuaſorem, actio illa feriendi infantem eſſet illicita, vtpote directe tendens ad mortem infantis, etſi aſſumptum vt medium ad occiſionem inuaſoris. Vnde vt *ſuprà num.111.fine* dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem citati* in bello iuſto, ſi habeantur in caſtris innocentes, puta, infantes filij hoſtium, non poſſunt hi occidi, vt pro liberandis filiis à nece parentes obſeſſi ſe dedant, quia iam directe occiderentur innocentes, licet eorum occiſio ordinaretur ad alium finem deditionis. Vt 114

ergo

Digitized by Google

ergo occiſio innocentium licite, fiat, requiritur, vt à ſe defendente, & ius ſuum proſequente neque vt finis, neque vt medium eligatur, aut directe talis occiſio intendatur, ſed ſolum ſit indirecte volita volendo cauſam non propter coniunctionem cum innocentis occiſione, ſed cum occiſione nocentis, quem aliter offendere non poteſt ſe iuſte defendens; tunc enim ſe defendens vult actionem prout eſt coniuncta cum alio effectu licite volibili, ad quod per accidens eſt, quod connexa ſit etiam cum alio effectu, quem idem ſe defendens directe velle, & intendere non poteſt, vt bene Ioannes Lugo *loco citato*.

115 Quartum exemplum eſt, quando quis inuaditur ab inſano vel ebrio habente in manu gladium diſtrictum à quo ſit occidendus, niſi ipſum interficiat; poteſt enim licite ſic inuaſus ad vitæ ſuæ defenſionem talem ebrium, aut inſanum licet alioqui innocentem nec peccantem in ipſa inuaſione ob vſus rationis defectum confodere, & occidere, vt docent Corduba *lib. 1. q. 38. in 4. ratione pro ſecunda opinione*. Pet. Nauarrus *de reſtit lib. 2. cap. 3. num.* 347. Sayrus *d. lib. 7. Clau. cap.* 10. *num.* 23. & idem ſenſit Sotus *lib. 6. de iuſtit q. 1. art. 7. in fine corporis*, vbi dicit eum, qui irruentem in ſe militem occidit, etiamſi ſciat iuſte bellare ex ignorantia inuincibili, non peccare, ſed licite occidere, vt ſuam vitam tueatur, quam alio modo non poſſit ſaluam facere. Et vtriuſque ratio eſt, quia inuaſus habet ius tuendæ propriæ vitæ corporalis, quam vitæ corporali alterius non tenetur poſtponere; & vim vi licet repellere, etiamſi non ſit formaliter iniuſte, & cum peccato illata; nec obſtat inuadentis innocentia, quia hæc non aufert inuaſo ius ſuam vitam tuendi, in pari innocentiæ cauſa ſibi magis tenetur, quam alteri ceteris paribus Cum ergo in hoc caſu inuaſus non teneatur euitare mortem innocentis, mors illi non eſt voluntaria, prout voluntarium requiritur ad peccatum iuxta tradita *ſuprà numero* 115. *fine.* Quamquam in vtroque euentu innocens aggreſſor dici poſſit, & ſit inuaſor iniuſtus materialiter, vel vt Corduba, & Pet. Nauarrus *locis citatis* aiunt, ex parte cauſæ, licet non ex parte ſubiecti inuadentis.

116 Denique contra Vaſquez, & Pontium hæc ſententia confirmatur exemplo pollutionis adducto *ſuprà num* 104. Etſi enim illicitum, & intrinſecè malum ſit directe, & efficaciter velle, & procurare, & procurare pollutionem etiam euenturam in ſomno non ſolum volendo illam vt finem, ſed etiam vt medium ad conſequendam inde ſanitatem, quæ aliter obtineri non poſſit, vt late probaui *to. 2. mor. var tit. 1. n.* 2236. & *in tract de ſcrupulis num.* 198. nihilominus licite poteſt homo illam permittere, ſed indirecte, & concomitanter velle, volendo, & apponendo cauſam aliquam de ſe ad illum effectum tendentem, licet per accidens, & tantum concomitanter, & conſequenter expellat ſemen, ſeu excitet naturam ad expellendum ſemen; vt ſi homo morbo laborans ſumat medicinam ſibi neceſſariam, quæ de ſe tendit, & ordinata eſt ad ſanitatem, & humores purgandos præuidens inde conſequuturam ſeminis expulſionem; vel ſi det operam rei licitæ, vel etiam indifferenti, quam exercendi alioqui ius habet, non ordinatæ ad pollutionem efficiendam, & ex ea conſequatur pollutio præuiſa quidem, ſed non intenta, non peccat contra caſtitatem, quia non vult pollutionem, ſeu ſeminis expulſionem directe, ſed illa per accidens, & concomitanter, & omnino præter illius intentionem ſequitur. Simili ergo modo mater morbo laborans vtens remedio ad ſuam ſalutem neceſſario de ſui natura ad ſanitatem efficiendam ordinato volendo ſolum ſanitatem, & non intendendo abortum animati fœtus in eius vtero exiſtentis, nullo modo lædit iuſtitiam, aut iniuriam infert proli, quia illius mors nullo modo directe volita eſt, ſed ſolum per accidens, & concomitanter, ac præter intentionem matris medicinam ſumentis, vel medici illam applicantis ſequitur. Nec legitima differentia poteſt aſſignari inter hunc caſum, & caſum pollutionis, quæ licet differat ab homicidio, & fornicatione in eo, quod non volita in ſe, non eſt ſecundum ſe peccatum, ſed taliter habita, cum poſſit eſſe actus naturalis à ſola vi naturali expultrice proueniés abſque hominis vlla cooperatione voluntatis, aut appetitus illam intendentis, & nullo modo voluntati ſubiectus: Homicidium verò, & fornicatio ſecundum ſe ſunt peccata, cum nunquam poſſint eſſe actus naturales, ſed ſua natura ſint liberi, ac hominis voluntati ſubiecti: Nihilominus quando etiam pollutio eſt ſubiecta voluntati, quæ poteſt illam impedire non applicando illius cauſam, vel de ſe ad illam efficiendam ordinatam, vel de ſui natura ad alium effectum tendentem & ſolum per accidens, & concomitanter aptam illam excitare cum præuiſione, ſeu aduertentia applicantis cauſam quoad inducendum, vel excuſandum à peccato eum, qui talem cauſam apponit, non differt ab occiſione hominis innocentis; niſi quod vrgentior, & longe grauior cauſa requiritur ad licite volendam, & ponendam cauſam, ex qua per accidens ſequitur innocentis occiſio, quàm ad volendam, & ponendam cauſam, ex qua per accidens ſequitur pollutio.

Circa autem illud exemplum de Infirmo ad liberandum ſe à morbo ſumente medicinam cum præui- 117
ſione ſequuturæ pollutionis, Dixi licitè poſſe ſumere medicinam de ſui natura, & directè tendentem ad ſanitatem; nam ſi medicina de ſui natura, & directe tenderet ad efficiendam pollutionem, ſeu ſeminis effuſionem, & ex conſequenti ad ſanitatem, eo quod ſuperabundantia ſeminis eſſet materia, & cauſa morbi, tunc illicitum foret, vti tali medicina, quia eſſet directe, & efficaciter velle, & procurare pollutionem, ſeu ſeminis effuſionem, quod eſt intrinſece malum, nec poteſt cohoneſtari, etiamſi procureture ob finem aliàs honeſtum ſanitatis, & euitandæ mortis, vt latè probaui *to. 2. moral. & in tractatu de ſcrupulis numeris ſuprà citatis.*

Hinc Ioannes Lugo *d. ſect. 5. num.* 126. in caſu cuiuſ- 118
dam fœminæ, quæ graues quandoque dolores, & ſymptomata patiebatur, à quibus ſtatim liberabatur vbi corpus certo quodam ſitu componebat, ſequuta effuſione ſeminis quod illius mali cauſa erat; dicit ſe reſpondiſſe, quod fœmina illa non poterat ad eum finem corpus tali ſitu componere, vt dolore illo leuaretur; quia ſitus non aliter conducebat ad illum effectum, niſi cauſando effuſionem ſeminis quam implicite intendebat eligendo remedium illud. Et quidem ſi talis ſitus ex ſe nullo modo conducebat ad dolorum mitigationem, ſed ſolum exoneratio naturæ per ſeminis effuſionem; & fœmina eligebat ſitum proxime, & immediatè intendens pollutionem, & ea mediante leuamen dolorum. Certum eſt non potuiſſe id facere licitè; quia ſic efficaciter volebat, & procurabat pollutionem, quod non licet neque applicatione cauſæ de ſui natura, & per ſe, ac proximè in illam influentis, neque applicatione cauſæ habentis alium effectum per ſe, & conſequutiuè pollutionem, etiamſi pollutio ob finem ſanitatis procuretur, vt *locis allegatis to. 2. mor. var. & tract. de ſcrupulis* probaui. Si verò talis ſitus de ſe aliquo modo conduxiſſet ad mitigandos dolores; & propter eiuſdem ſitus conducibilitatem ad leuamen illum elegiſſet non intendens per ſe pollutionem, licet præuiſam, quæ foret conſequenda ad talem ſitum; illum ſic eligendo non peccaſſet; quia in huiuſmodi electione vtitur iure ſuo, & talis ſitus corporis non eſt cauſa per ſe, & de

ſui

Digitized by Google

ſui natora in pollutionem influens, ſed habet alium effectum, & polliotio ſequitur tantum concomitanter, & per accidens. Et de hoc videantur, quæ in ſimilibus caſibus tradidi *dict. to. 2. mor. var. n* 2206. & in *dict. tract de ſcrupulis numero* 167. Ex quibus etiam colligi poteſt, quid dicendum ſi præfata fœmina animo vtendi iure ſuo, quod habet iacendi in quolibet ſitu ſibi magis commodo, vel ſibi bene viſo, & non intentione procurandi pollutionem, tali medio compoſuiſſet corpus tali ſitu.

119 Quid verò ſi in vaſis ſeminalibus ſit ſemen corruptum omnino, ita quod ob prauas qualitates amiſerit rationem veri ſeminis, minimeque ſit prolificum, & ibi detentum cauſet dolores, & accidentia venenoſa, & ſymptomata, vt facile contingit in fœminis, an tunc liceat illud expellere vtendo medicamentis, & per ſe tendentibus, & ordinatis ad illius expulſionem, de quo Sanchex *lib. 9. de matr. diſp. 17. num. 19 & lib. 5. ſumm. cap vlt. num. 12. fine* negat abſolute Ioannes *d. num.* 126. Et prius negauit valles Medicus *in additionibus ad Galenum lib. 6. de locis patientibus cap. 1. §. cogitanti mihi*; Sanchez *dict. num. 19. relatus* Codronchus etiam retractans, quod aliàs dixerat, *lib. 1. de Chriſt. & tut rat. med. cap.* 21 pariter partem negatiuam ſuſtinet, lateque comprobat. idem Sanchez *n.* 19. docet ad expulſionem ſeminis verè corrupti efficientis in muliere accidentia venenoſa, & ſymptomata eſſe licitũ vti non ſolum aliis medicamentis ore ſumptis, vel exterius applicatis, ſed etiam confricationibus partium occultarum muliebrium, & intromiſſione digitorum vſque ad os vteri, quo virtus expulſiua prouocetur, ſemenque illud expellatur; nec curandum eſſe, ſi obiter, & præter intentionem ſequatur pariter ſeminis veri effuſio; additque ita ſenſiſſe viros doctiſſimos Societatis de hac re conſultos. Probat, quia ſicut licet naturæ medicamentis ſubuenire, vt prauas alias, ac corpori nocentes qualitates depellat, licet per accidens ſequeretur pollutio; ita debet eſſe licitum, vt illud ſemen, quod iam non verum ſemen, ſeu praua, ac venenoſa qualitas, depellat, naturam adiuuare. Confirmat, quia iuxta eundem Sanchez *diſput. 45. num. 9.* & etiam Reginaldum, Bonacinam, Filliuccium, *& alios, quos d. tom 2. mor. var. tit 1. n.* 2205. *& dict tract. de ſcrupulis num.* 166. allegaui, licitum eſt fricare partes pudendas ad ſedandum pruritum magnam moleſtiam inferentem, quamuis inde præuideatur pollotio præter intentionem ſequutura; quia datur opera rei licitæ, & neceſſariæ; ergo etiam in hoc caſu ad expellendum illud ſemen venenoſum licebit ſimilis confricatio, licet per accidens ſequatur pollutio, dummodo abſque periculo conſenſus in eam. At idem Sanchex allegato *lib. 5. ſumm. d. cap. vlt. d. n. 12. fine* retractauit hanc ſeoteotiam dicens non licere iuuare naturam huiuſmodi confricationibus ad expellendum ſemen corruptum, & venenoſum, in quo ſequutus eſt Rebellum *de iuſtit. part. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 3. fine.* vbi damnat eaſdem confricationes ad eum finem; eo quod pro medicando ſemine corrupto plura alia ſuppetunt remedia, quæ peti poſſunt tum ab arte medicinæ ad corrigendos prauos humores, ex quibus fit ſeminis corruptio; tum à nuptiis contrahendis, & ab aliis cauſis. Et tanc talis confricatio eo modo facta de ſe ſuique natura directe tendit ad excitationem naturæ ad pollutionem, ſeu veri ſeminis effuſionem, venereamque delectationem, & eſt efficax cauſa illius; & directa procuratio pollutionis; ſecus autem eſt de confricatione exteriori partium pudendarum ad ſedandum pruritum; quæ pro immediato effectu per ſe habet reſolutionem humoris ſubtilis in cute earundem exiſtentis pruritum gignentis. Quod ſi datur aliud medicamentum, quod ore ſumptum, vel externus applicatum directe, & de ſui natura tendat ad reſolutionem, ſeu expulſionem ſeminis corrupti, cum id non ſit verum ſemen, licitum eſſet vti illis medicamentis ad talem reſolotionem, & expulſionem efficiendam; nunquam verò ſi de ſui natura, & directe tendant, & ordinata ſint ad expulſionem veri ſeminis, licet concomitãter expellant etiam corruptum, vt ſunt fricationes partium pudendarum præfatæ. Plura de hac re videantur apud Codronchum. Et prædicta paulò latius ad maiorem, & euidentiorem confirmationem communis ſententiæ *n.* 109. contra illam impugnantes, vt plurimum Thomæ Sancio contradicentes.

Mater prægnans ad ſanitatem inſtaurandam, & vitam propriam tuendam, an abſque iniuſtitia poſſit vti medicamentis de ſe æque tendentibus, & ordinatis ad ſanitatem efficiendam & ad abortionem, ſeu expulſionem fœtus iam animati.

Sextò dubitatur, an ſi medicamentum de ſui natura effectiuum ſanitatis de ſe æque ſit ſanatiuum matris, & noxium proli, ſeu æque tendat, & ordinetur ad matris ſalutem, & ad fœtus animati abortum, ſeu mortem, nec matri ad euadendam mortẽ aliud ſuppetat remedium; an ad tuendam propriam vitam mater illud cum periculo mortis prolis ſumere, & medicus eidem applicare poſſit abſque iniuſtitia, & peccato homicidij. Negant Lopex *1. part. inſtructorij capite 63. verſic. ſi autem medicina.* Corduba *in ſumm quæſt.* 173. *dubio* 2. Manuel, & Vega à Sanchex *lib. 9. dict. diſput. 20 numero* 18. *relati.* Et à fortiori negant Doctores *ſuprà n.* 100 *&* 102. *relati.* & idem videri ſentire Ludouicum Mercatum Medicum *lib. 4. de mulier affect. c. 3. ſub finem*, refert Raynandus *de ortu infant. cap. 9. n. 2.* Idque ob illud dictum Diui Ambroſij quod non ſit ſubueniendum vni cum læſione alterius, & quod cum medicamentum de ſe tendat etiam in exitium prolis, illud ſumere ſit directò procurare mortem prolis, & conſequenter non poſſe carere culpa iniuſtitiæ, & homicidij formalis. 120

Affirmant verò, & rectius Sanchez *d. num* 18. Bonacina *de reſtit. diſp. 2. q vlt. ſect. 1 p. 7. num. 3. verſic. Addo tamen.* Villalobos *1. p. ſum tract. 12. diff. 3. n. 2. fine.* Raynandus *d cap. 9 num. 3. & ſeqq.* Diana *p. 3. tract. 5. reſol. 11. & p. 7. tract. 5. reſol* 36. & Trullench *in decalog. lib. 5. cap. 1. dub 4. num. 5.* Probatur hæc ſententia eodem modo, quo ſententia *ſuprà num.* 109. approbata. Mater enim ante conceptionem, & fœtus animationem habebat ius vtendi præfato medicamento de ſui natura tendente ad ſanitatem per humorum purgationem inducendam, quo non priuatur ob prolis ſuperuenientiam, & exiſtentiam in vtero, ergo licitus eſt vſus talis medicamenti (ſi aliter ſalutem conſequi non poteſt) nonobſtante periculo mortis prolis, quæ reſpectu einſdem matris ſolum ſanitatem intendentis per accidens, & præter eius intentionem euenit. Quemadmodum in exemplo *ſuprà num* 111. adducto, & in aliis duobus ſequẽtibus numeris adductis mors abſque culpa innocenti infertur ab operante, quia is habet ius ad actionem per ſe intentam, ex qua concomitanter ſequitur iooocentis occiſio, quę illi actioni non eſt intrinſece annexa, quin ſua natura poſſint ſeparari, quamuis hic & nunc, in hiſue circunſtantiis ſit certitudo, vel magnum, ac graue periculum, ne coniungantur, ac proinde talis occiſio innocentis omnino per accidens coniungitur cum operatione, quæ exercetur ad alium finem, nempe, ab opprimendos in bello iuſto hoſtes turris demolitione, ad vitam alioqui ab inuaſore obtruncandam tuendam ipſa fuga; & ad feriendum ipſum iniuſtum aggreſſorem 121

Digitized by Google

greſſorum ſe puero protegentem; ſicenim innocens abeſſet, poſſet eadem operatio fieri; æque enim deploderetur tormentum ad demoliendam turrim, vt nocentes occiderentur, ac ſi nulli ibi eſſent cum eis innocentes, & inuaſus equitando fugeret per iter illud anguſtum ad liberandum ſe è manibus inuaſoris, etiamſi in illo itinere non eſſet infans, aut claudus, vel dormiens: Et ſimiliter iniuſte inuaſus ſimili icto gladij diſtricti tentaret ferire aggreſſorem non ſe puero protegentem. Id circo eſt per accidens, quod in primo, & tertio exemplo innocens cum nocente à bellante in bello iuſto, & ab iniuſtè inuaſo occidetur; in ſecundo exemplo innocens curſu equi conteratur, dum ij omnes ius proprium aliàs ſibi competens proſequuntur ad graue damnum proprium euitandum; à cuius proſecutione non eſt abſtinendum ob interuenturum per accidens damnum innocens; vt in eorundem exemplorum declaratione explicatum eſt. Ita ergo in præſenti caſu cum mater prægnans habeat ius vtendi præſato medicamento æque ſanatiuo, & noxio proli, & non exiſtente prole animata illo vti poſſet, & per accidens ſit quod hic, & nunc habeat in vtero prolem, ſumendo tale medicamentum ſibi omnino neceſſarium ad vitam tuendam, licet cum magno, & graui periculo prolis animatæ, illi non infert iniuriam, nec conſtituitur rea homicidij, quia mors prolis ſequitur per accidens, ob quam non tenetur abſtinere à talis vſu iuris proprij tam ſibi neceſſario, imò extreme neceſſario. Quod inſuper confirmatur ex traditis ſupra eodem *num.* 110. nempe, quod mater habet potius ius ad vitam ſuam tuendam cum periculo damni prolis, quam proles ipſa ad propriam cum periculo vitæ matris, præſertim cum mortua matre (inquit Sanchez, & poſt eum alij ſupra relati) rariſſimè ſaluetur proles, eo quod mortua matre fere ſemper humores ſtatim fœtum interficiant; de quo infra *num.* 145. *&* 146. Ad id de potiori iure matris ad vitam propriam tuendam facit, quod Doctores communiter tradunt in difficultate comparatiua patris, & filij, vel matris & filij æque laborantium, & ad extrema deductorum; cui potius ſubueniendum, ſi ambobus ſubueniri non poſſit, ſtatuunt enim præferendam vitam parentum, illiſque potius ſubueniendum eſſe dimiſſo filio, qui ſimul iuuari non poteſt. ita S. Thomas 2.2. *q.* 26. *art.* 9 *ad vltimum. & art.* 11. *ad* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſput.* 4. *numero* 26. Suarez *de fide ſpe, & charitate diſput.* 9. *ſect.* 4. & alij Doctores agentes de charitate. & *in ſequenti parte huius tractatus capite* 1. *à numero* 123.

122 Et hanc eandem ſententiam admittunt Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 9 *dub.* 10. *num.* 64. Saytus *lib.* 7 *clau c.* 12. *num.* 22. *fine.* & Duardus *in Bullam cœnæ lib.* 2. *in can.* 7. *q.* 36. *num.* 41. quando non adhibito tali remedio ex ſuo genere æque ſanatiuo nulla eſt ſpes, vt fœtus edatur viuus, ſed iuxta mediorum probabile iudicium, & mater, & fœtus eſſent ſimul morituri, & eo adhibito probabiliter ſpetatur ſalus matris. Hoc enim caſu dicunt licitè poſſe hoc remedium de ſui natura ſanatiuum (ſecus ſentientes ſi de ſui natura eſſe tantum, vel principaliter læſiuum prolis) adhiberi, vt alterum ex duobus ſaluetur; nec diuinæ ordinationi ſit reſiſtendum. Vnde Lopez, & Mercatus locis ſupra allegatis dum videntur velle nec qua matri, neque proli ſubueniendum cum periculo, ſeu læſione alterius, licet alioqui tam mater, quam proles ſint perituræ, nullo modo ſunt audiendi; eorumque doctrina eſt nimis dura. Quis enim patietur duos ruere in exitium, cum alterum poſſit eripere abſque alterius iniuria? Et in hanc rem facit tum quod S. Auguſtinus in *Epiſt.* 50. per aliam occaſionem dixit de duobus in domo ruitura incluſis, quorum alter renuat educi, & liberari ab oppreſſione; vnum enim ſaltem iuxta eiuſdem D. Auguſtini ſententiam expedit liberare, quam permittere vtrumque eadem ruina opprimi: tum quod Doctores communiter docent in illa ſimili difficultate comparatiua patris, & matris, & vxoris, aut patris, & filij æque extremè indigentibus, cui potius ſubueniendum ſit, ſi vni tantũ ex duobus ſubueniri poſſit; non enim dicunt neutri ſubueniendum ne alter cum alterius damno iuuetur, ſed ſubueniendum magis coniuncto omiſſo altero, cui ſimul ſuccurri non poteſt. Conſultius enim eſt mala minuere, quam multiplicare, quod fieret vtroque omiſſo; Idem igitur dicendum in præſenti caſu. Tunc ergo ſolum neutrum licet iuuare cum alterius læſione, ſi læſio ſit culpabilis, & coniuncta cum iniuria læſo illata, de qua læſione loquitur D. Ambroſius, vt ſupra dictum eſt. Quod non euenit in noſtro caſu,

Quando fœtus eſt animatus anima rationali, vel in dubio animationis, anne ſit mortuus in vtero, vel adhuc viuat, ad ſalutem matris alioqui perituræ tuendam, an obligatione iuſtitiæ tantum attenta licitum ſit illi vſurpare, & aliis eidem applicare medicamenta de ſui natura tantum directè tendentia ad abortionem, & expulſionem fœtus.

Septimò dubitatur, An Mater prægnans abſque iniuſtitia, & peccato homicidij ad ſuam ſalutem tenendam (cum aliter ſuo morbo nequeat mederi & ſit peritura) poſſit adhibere (& medicus conſequenter ei applicare) remedium ex ſui natura, & directè, ac per ſe tendens ad abortum, ſeu ad interficiendam prolem iam animatam (nempe venenum, dilacerationem, percuſſionem, & ſimile) & ſolum hac ratione ſanatiuum, quatenus eſt eidem proli mortiferum, ſi proles ipſa probabiliter credatur in vtero matris viua; (ſi enim probabiliter crederetur poſt animationem obiiſſe, certum eſt, quod præfato remedio poſſet extrahi, ſeu expelli ex materno vtero) ſiue ſit ſpes, vt proles viua edatur mortua matre, ſiue etiam probabiliter credatur non fore prodeundam viuam in lucem. 123

Affirmarunt imprimis nonnulli Medici aientes ad vitam matri ſeruandam, fœtum licet viuum in vtero matris obterendum, ſi aliter prodire nequeat, & eo non expulſo mater ſit peritura. Ita Rochenis *lib.* 1. *de morb. mulieb. cur. cap.* 8. *fine.* Rodericus à Caſtro *lib.* 4. *de morb. mulieb. cap.* 3. ex Aëtio, Moſchione, & Auicenna (quos, & etiam Theodorum Priſcianum ad id refert Raynaudus *de ortu infant. cap.* 9. *num.* 5. *&* 7.) alios medicos etiam refert Tertullianus *lib.* 6. *de anima cap.* 25. quibus videtur adhærere, dum ibidem obtritionem, ſeu trucidationem fœtus viui in vtero materno exiſtentis ob matris ſalutem alioqui morituræ fœtu non extracto vocat *neceſſariam credulitatem*, & licet etiam appellet ſceleris neceſſitatem, ſeu ſcelus ex neceſſitate; videtur poſſe intelligi, non quod velit eſſe vere ſcelus, ſed quod in tanta matris neceſſitate illa obtritio careat culpa, quæ alioqui extra eam eſſet horrendum ſcelus. Poteſt enim eidem materiali actioni, tametſi mutatis circũſtantiis, culpa carenti idem nomen, ſeu eadẽ appellatio remanere. Sicut Oſeas iuſſus eſt à Deo facere *filios fornicationum*, quia ex vxore quondam fornicaria liberos ſuſcipere iubebatur, non quidem per fornicationem, ſed ex muliere aliàs fornicaria, & eodem materialiter opere. Idem ſenſerunt Marianus Socineus *in cap. ſi aliquis, de homicidio*, & Simon de Brixia *in Clem.* 1. *de homicidio* à Felino *in d. cap. ſi aliquis in principio relati*, qui tamen 124

ibi

Digitized by Google

ibi nil circa id definit, ſed cogitandum reliquit, poſt relatam illorum ſententiam addens, *ſed tu cogita.* Sed hanc eandem ſententiam de obtruncatione fœtus viui in vtero materno, & vſu aliorum remediorum proli mortiferorum ad matrem ſaluandam alioqui perituram, ſcilicet quod non ſit contra iuſtitiam, nec inde iniuria eidem proli perdendæ inferatur acrè defendit, & pluribus comprobat Raynandus *d. cap. 9. num.* n. *cum pluribus ſeqq.* vbi contendit licitum eſſe matri ſine prolis iniuria, & ſalua quacunque obligatione iuſtitiæ adhibere ſectionem vteri ad prolem extrahendam, ſi iudicetur neceſſaria ad eiuſdem matris vitam conſeruandam, tametſi fœtus animatus ob eam adhibitam ſit perituius.

124 Hanc ſententiam præfati Iuriſperiti probant, eo quod fœtus, dum eſt in ventre, ſit pars ventris *l.* 1. §. 1. *ff. de ventre inſpiciendo*, & can. *ſi quid, de cenſur. d.* 3. licitum autem eſt partem abſcindere, & vita priuare ob totius conſeruationem.

Raynandus autem probat quia cum homo etſi non eſt dominus propriæ vitæ, ſed ſolus Deus, ſit tamen cuſtos, adminiſtrator, & tutor vitæ ex eiuſdem Dei conceſſione, poteſt licite, & abſque iniuſtitia, & peccato homicidij iniuſtum inuaſorem occidere, cum id eſt neceſſarium ad propriam vitam tuendam. Vt conſenſu communi tradent tum Theologi, S. Thomas 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. Vaſquez *de reſtit. c.* 2. §. 1. *dub.* 6. Filliucius *tract.* 29. *cap.* 3. *num.* 34. & alij quos late cumulant Saytus *lib.* 7. *clau. cap.* 10. *num* 14. & Fagundez *in decal. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 1. Tum Philoſophi, quos refert Carbo *lib. de pacific. ſnim. cap.* 21. *concl* 1. tum Iuriſperiti *in l.* 1. *&* 2. C *ad l. Corn de ſicar. & l.* 1. *Cod. vnde vi. l. etſi quicunque ff. ad l. Aquil. l.* 1 *de vi. & vi arm. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. & l. iniuriarum ff. de iniuriis.* tum Caniſtæ *in cap. ſignificaſti* 2. *de homicidio*, & *clem.* 1. *de homicidio*, & alij, quos latè refert Fagundez *d. n.* 1. & conſtat, ex præallegatis legibus, & Sacris canonibus; & ex ratione manifeſta, quia iuſta defenſio vitæ propriæ omni modo licito, & neceſſario eſt de iure naturali, & diuino, ſeu dictatur à iure naturali, & diuino, etiam ſi alter vitam nobis eripere volens ſit occidendus, aliàs ius naturale, & diuinum eſſet vinculum iniquitatis, & melior eſſet malorum, quam bonorũ hominum conditio, & iniquis daretur occaſio inuadendi bonos, dum eſſent certi ab illis non eſſe occidendos. Idque eſt licitum non ſolũ laicis, ſed etiam Clericis, & religioſis, & quibuſcunque perſonis, quando ſine iniuſti inuaſoris occiſione, vitam propriã aut membrorum etiam integritatem tueri nequeant, vt præfati DD. Neq; ex huiuſmodi occiſione inuadentis iniuſti ad vitã propriam tuendã incurritur irregularitas, aut excõmunicatio, ſi inuadens occiſus ſit clericus, vt cõmuniter DD. quos refert, & ſequitur Fagund. *d. cap.* 3. *n.* 1. 2. *&* 3. At in præſenti caſu, de quo agitur, fœtus (inquit Raynandus) eſt veluti inuaſor matris, ergo ad ſalutem tuendam matris eius alioqui perituræ occiſio, & excuſſio fœtus obtruncatione, ſectione matris, & aliis remediis directe ad illius necem tendentibus eſt licita iuſtitiæ obligatione tantum inſpecta. Si dicatur non fœtum inuadere matrem, ſed morbum, reſpondet Raynandus hoc eſſe idem ac ſi diceretur, cum latro ſtricto gladio enſem vibrat, in viatorem, non latronem eſſe inuaſorem, ſed enſem per latronem, quod eſt ludere in vocibus, & gratis tricari.

125 Si dicatur fœtum non eſſe iniuſtum inuaſorem, vt pote incapax culpæ, & nullam matri inferentem iniuriam, adhuc vrget Raynandus *n.* 14. licitum eſſe, cũ aliter inuaſus non poteſt propriam vitam tueri, occidere inuaſorem innocentẽ, puta ebrium, aut inſanum iuxta tradita *ſuprà n.* 115. & DD. *ibidem citatos*, ergo fœtum cum non ſecus ac inuaſor inſanus matris vitæ immineat, vimue inferat, licet abſque culpa ſicut inſanus, repelli poteſt abſque iniuſtitia, etiamſi repelli nequeat niſi vitæ priuatione.

Confirmat idem Raynandus ſuam ſententiam doctrina adducta *ſuprà n.* 112. de licita occiſione infantis exiſtentis in anguſta via, is enim ab inuaſo fugiente hoſtem inſequentem equo proteri poteſt, quia ponit obicẽ, vi cuius perbit vita fugientis, niſi infantẽ conteret; cũ igitur etiã fœtus, quo ſuperſtite moriendum matri, ponit obicẽ conſeruandæ vitæ matris, vt mater ſalua conſeruetur, non minus abſque iniuſtitia priuabitur vita, quam infans impediens fugam vitæ conſeruandæ neceſſariam; id que ſiue mater prægnans remedia proli mortifera per ſe ſibi applicet, ſiue à medico, aut ab aliis matris infirmæ, & periclitantis curam gerentibus propter tradita *ſuprà numero* 86. ſcilicet, quia ſicut mater abſque iniuſtitia poteſt præfatis remediis prolis corruptiuis vti, ita medico, & aliis permittitur applicare abſque peccato contra iuſtitiam; quod latius proſequitur idem Raynandus *d. cap.* 9. *n.* 18. *&* 19.

Addit idem Raynandus *num.* 16. matrem abſque 126
labe iniuſtitiæ poſſe vſurpare præfata remedia proli interitum directe allatura ad ſui ſalutem conſeruandam, non ſolum ex indirecta, ſed etiam ex directa intentione interitus, ſcilicet directè intendendo, & volendo mortem prolis, non vt finem vltimatum, ſed vt medium ad ſaluandam vitam matris. Quod confirmat, tum ex traditis *ſuprà num.* 103. de voluntario indirecto; tum quia, inquit, qui iuſte operatur, non prohibetur directe intendere tam actum ſuum, quàm eius adiuncta: Vnde etſi iniuſte inuaſum ſub moderamine inculpatæ tutelæ poſſe quidem licite occidere iniuſtum inuaſorem directe tantum intendendo ſuam defenſionem, & ſolum indirecte mortem eiuſdem inuaſoris, quatenus per accidens ſequitur; non verò poſſe licite intendere directe talem mortem aſſerunt S. Thomas 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. Caietanus *ibidem* & nonnulli alij à Sayto *dict. lib.* 7. *clau. cap.* 10. *num.* 19. *verſic. Prima.* Contrarium tamen, & poſſe occidere etiam ex intentione directa, nempe intendendo directe inuaſoris mortem tanquam medium neceſſarium ad vitam ipſius inuaſi conſeruandam tenent Soto, vterque Nauarrus, Valentia, Philiarcus, Lopez à Sayto *d. n.* 17. *verſic. ſecunda relati.* idem Saytus *ibidem*, Leſſius *lib.* 2 *de iuſt. citato cap* 9. *n.* 53. Molina *de iuſtit. tract.* 3. *diſp.* 13. *n.* 1. Filliucius *d. cap.* 3. *n.* 37. & nonnulli alij ab eodem Raynando relati. Ea ducti ratione quod occiſio inuadentis ex fine defendendi vitam propriam eſt honeſta, & bona, atque adeo poteſt licite intendi tamquam medium neceſſarium eiuſdem boni finis; licet non poſſet licitè intendi ſiſtendo in ipſa ſicut in fine. Prædicta Raynandus ad confirmandam hanc ſententiam de licito vſu remediorum proli mortiferorum ad tuendam vitam matris ordine tantum naturæ attento, conſiderataque iuſtitiæ obligatione.

Cæterùm communis Theologorum, & Summi- 127
ſtarum ſententia affirmat, vt rem certam, illicitũ eſſe, & contra iuſtitiam, atq; adeo verum homicidium ad ſalutem matris prægnantis alioqui vitam amiſſutæ vſurpare præfata remedia, quæ directe ſolum tendũt ad interficiendam prolem animatam, & matrem eatenus tantum iuuant, quatenus prolem ipſam interficiunt, ſi conſtet, vel probabiliter iudicetur ipſam prolem eſſe animatam, & viuere, ita omnes Doctores *ſuprà n.* 100. 102. 109. *&* 115. *relati.* & Sanchez *d. diſp.* 20. *num.* 7. teſtatur quod ita ſentiunt omnes Doctores, quos ipſe latè cumulat tota illa *diſp.* 20. moti illa ratione clara, & euidenti, quod ſit intrinſece malum directe, & per ſe innocentis mortem procurare, licet ob alium finem alioqui honeſtum, & licitum; *cum non ſint facienda mala, vt eueniant bona* ad Rom. 3. Igitur

probatur

probatur hæc communiſſima, & certa ſententia. Quia etſi priuata authoritate occiſio innocentis licita eſt, minimeque contra iuſtitiam vbi quis ab illo inuaditur nec poteſt ipſe mortem effugere, vel niſi inuaſorem innocentem, puta, ebrium, vel inſanum confodiat, vt *ſuprà n.111.* quia tunc vtitur iure ſuo, quod habet præferendi vitam ſuam corporalem vitæ illius innocentis aggreſſoris, & vim vi repellendi, & ille etiam inuaſos iniuſtus ſaltem materialiter; vel dum vibrat gladium diſtrictum in iniuſtum inuaſorem (à quo foret occidendus) qui ſe puero protegit, eodem ictu ferit inuaſorem, & etiam puerum ob coniunctionem, quam habet cum inuaſore quia etiam tunc inuaſus ob vitæ ſuæ defenſionem habet ius dirigendi gladium diſtrictum contra inuaſorem ad illum occidendum, id quod poſſet præſtare, ſi puer abeſſet, nec ob coniunctionem pueri debet eo iure priuari; & vulnus, quod puero infertur, ſequitur tantùm concomitanter, & per accidens, vt *ſuprà n.113.* late demonſtratum eſt. Vel niſi fugam arripiat, & proſequatur per anguſtam viam, vel ſecus flumen, in qua iaceat puer, vel dormiens, vel alius ambulat, & adhibita circumſpectione tunc ſibi moraliter poſſibili non poteſt euitare illius obſtrictionem, vel impulſionem in flumen; quia tunc habet ius fugiendi per illam viam, vtpote communem ad vitam propriam innocente in ea non exiſtente, & ob eius exiſtentiam & periculum, nè equo proteratur, vel impellatur in flumen tali iure cum tanto ſuo damno non debet priuari; vnde protritio, aut impulſio ſequitur tantum concomitanter, & per accidens ad actum per ſe intentum, nempe, ad fugam quem actum faciendi ius habet. Nihilominus vbi nullus adeſt inuaſor ab extrinſeco (vt etiam in terminis obſeruarunt Sayrus *lib.7.cap.7.n.17.* & Duardus *in bullam cœnæ lib.2. in can.7. q.36. à num.45.*) non eſt licitum eadem priuata auctoritate occidere innocentem, etſi eius occiſio eſſet medium ad vitam propriam conſeruandam, & in vniuerſum occiſio innocentis non eſt permiſſa, niſi quando conſequitur ad actionem, quam faciendi quis ius habet, ex vrgentiſſima cauſa facere cogitur; nunquam verò licitum eſt (ſaltem extra caſum, in quo quis inuaditur ab ebrio, vel inſano) directè innocentem occidere etiam non intendendo illam vt finem; ſed tantum vt remedium ad liberandum ſe à morte, vel eius periculo. Vnde *ſup. d. n.113.* oſtenſum eſt quando iniuſtus inuaſos protegit ſe puero, non eſſe licitum vno ictu occidere directè puerum, vt eo occiſo inuaſus, poſtea poſſit inuaſorem, ipſum ferire, cum nullum ſit ius in vitam pueri, qui ſuæ vitæ poſſeſſione non poteſt per ſe, & directè priuari, & ex eo quod inuaſor ſit à tergo illius, & alioqui niſi prius ipſe occidatur ſolus inuaſor ſit occiſurus inuaſum. Item vbi quis equo inſidens, vel pedeſter exiſteret, in anguſta via à cuius vtroque latere eſſet flumen, in qua etiam exiſteret dormiens, vel puer, aut claudus, aut alius ambulans, ſi caſus ferret, vt ipſe eſſet ruiturus in aliquod ex duobus fluminibus, niſi puerum, vel dormientem, aut claudum, aut ambulantem, qui tunc loco cedere non poſſet, viam illam anguſtam occupantem in flumen proiiceret, aut impelleret, vt ſic in via poſſet inſiſtere, & proprium præcipitium euitare peccaret contra iuſtitiam, & eſſet reus homicidij; quia etſi puer, dormiens, aut claudus, vel ambulans ſit illi obex ad vitæ conſeruationem, atque præcipitium in flumen euitandum, tamen illi vim vllam non infert, neque eſt aggreſſor iniuſtus neque formaliter neque materialiter, & eſt iuſtus poſſeſſor viæ, ac loci, in quo iacet, ſeu exiſtit, aut ambulat; & conſequenter alter iniuſte impelleret vt ipſe in flumen non rueret, & mortem effugeret. Item ſi duobus ſimul naufragantibus vnus prius tabulam apprehendiſſet, in illiuſque poſſeſſione pacifica exiſteret, alter, qui præuentus eſt, non poſſet abſque iniuſtitia, vt ſe ipſum à morte liberaret ab illo ea extremè indigenti tabulam auferre certo, ſeu morali periculo ſubmerſionis eum exponens; licet fuerit illi obex ad effugium propriæ ſubmerſionis quia vim iniuſtam aliquam eidem non intulit, & tabulam pacifice, & iuſte poſſidet. Ita ergo in præſenti caſu noſtro cum fœtus, quem conſtat, vel probabiliter creditur animatum eſſe & viuere, ſit in legitima poſſeſſione vteri materni tamquam loci ſibi à natura ipſa conſtituti, neque vllam vim matri morbo laboranti vere, & propriè, ſeu per actionem poſitiuam de ſui natura læſiuam matris ab eodem proximè, & immediate effluentem (vnde non habet hîc locum ſimilitudo ebrij, vel inſani inuaſoris) inferat, ſed tantum paſſiue, vt ita dicam ſit obex conſeruandæ vitæ matris, & conſequenter non ſit neque poſſit dici aggreſſor matris iniuſtus neque formaliter, neque vlla ratione, niſi impropriiſſime, & abuſiuè: licet eius exiſtentia in vtero ſit obex conſeruandæ vitæ matris, non poſſet abſque iniuſtitia & peccato homicidij potione venenoſa, vel dilaceratione vel obſtrictione, vel ſectione vteri materni, aut alio remedio ipſi mortifero occidi, & expelli, vt mater ſalua conſeruetur; quia nec matri, ſicut & nulli alij priuato competit ius directo & per ſe, ſeu actione de ſui natura, & etiam intentione operantis directa ad illius mortem occidere innocentem, licet occiſio non intendatur directè vt finis vltimus, ſed vt medium; quo non adhibito ſalus propria occidentis periret. Quare caſus noſter, eſt ſimilis caſui, in quo iniuſtus inuaſor ſe protegit oppoſitione pueri ab inuaſo, in quo abſque iniuſtitia, ac vero; & formali homicidio inuaſus non poteſt directè, & primò vno ictu occidere puerum, vt poſtea poſſit alio ictu facilius, & tutius occidere inuaſorem: quia eſſet occiſio nocentis directo & per ſe volita, quod eſt omnino intrinſecè malum. Ac proinde in hoc caſu mater, vel medicus abſque iniuſtitia, & peccato homicidij non poteſt remediis directè, & tantum tendentibus in illius occiſionem procurare, ſeu efficere abortum, ſeu expulſionem fœtus animati, licet vltimatè ordinet mortem fœtus, illiuſque expulſionem ad ſalutem maternam conſequuturam expulſo fœtu; quia eſt occiſio innocentis directè, & per ſe volita, & intenta atq; adeo intrinſece mala, & illicita, iuſtitię repugnans; id quod non contingit in aliis caſibus, de quibus in præcedentibus dubitationibus; & ex traditis manent ſufficienter reiecta fundamenta Raynaudi. Fundamentum autem *ſuprà n.124.* adductum ſumptum *ex l. 1. de ventre inſpiciendo* nullum eſt; nam illud de licita abſciſſione partis ob bonum totius intelligitur de parte, ſcilicet anima totius informata; non verò de informata anima diſtincta, & quæ eſt indiuiduum quoddam hominis per ſe, vt eſt fœtus anima rationabili informatus licet adhuc in vtero materno exiſtens; qui propriè pars vteri materni. De Tertulliano mihi nō videtur dubitādū, quin vtpote doctiſſimus, & pius non ſenſerit illicitā eſſe illā fœtus viui obtruncationem ad matrem ſaluandam, cum huiuſmodi obtrūcationē, & dilaniationē fœtus appellet crudelitatē cæcū latrocinium, & ſcelus; quæ omnia important culpā, eamq; grauiſſimam. Et certe mater aut medicus, vel obſtetrix pręfatis remediis fœtū, quē cōſtaret, eſſe viuū, ob ſalutē maternā exſecās, & dilaniās, ſi factū ad forū iudiciale deduceretur, & probaretur, nō trāſiret, vt puto, immunes à pœna procurātiū abortū animati.

Porrò non ſolū, quando cōſtat, vel probabiliter iudicatur, fœtum animatum, & viuere in matris vtero, ſed etiam in probabili dubio, an ſit iam animatus, vel ſi conſtiterit prius de animatione, poſtea 128

dubiteiut an ſit mortuus, vel adhuc viuus, ita vt medici, & obſtetrices in neutram partem deflectant, ſed fluctuent, non licet abſq; peccato iniuſtitiæ ob matris ſalutem procurare abortum, & expulſionē fœtus præfatis remediis tantū directe tendentibus ad fœtum ipſum interficiendū. Quia ſicut eſt intrinſece malū, & contra iuſtitiā procurare, & velle mortem, ſeu occiſionem innocētis, ita etiam illius periculo voluntarie ſe exponere iuxta regulam de malitia actionis, vel omiſſionis in dubio practico, an ſit licita, vel illicita, anue ſit alterius læſiua. Et ita in his terminis tradit etiam Sanchez *d. lib 9. d. diſp. 20. n. 7.*

Si matre prægnante abſtinente à medicamētis iuxta iudicium medicorum ſit bona ſpes, quod proles ſit mortua matre proditura in lucem, & receptura baptiſmum, an ex lege charitatis mater teneatur abſtinere, & vitam propriam corporalem poſtponere ſaluti æternæ prolis,

Octauò dubitatur. An iuxta ordinē gratiæ, & ex lege charitatis mater prægnaos habēs in vtero prolē, quam conſtat eſſe animatā anima rationali, teneatur abſtinere nō ſolū à remediis de ſui natura proli mortiferis (dato quod attēta iuſtitiæ obligatione illis poſſet ad ſuam ſalutem tuendam vti) ſed etiam à remediis de ſui natura ad curationem tēdentibus (ex quorum tamen vſu per accidens, ſeu cōcomitanter eſſet ſequutura mors eiuſdem prolis) cū periculo manifeſto ſuæ vitæ, ſi ea ab huiuſmodi medicamentis abſtinente bona, & probabiliſſima iuxta iudicium medicorum, & perituram ſit ſpes prolem viuam eſſe in lucem prodituram, & recepturam, ſeu poſſe recipere baptiſmum, & conſequi ſalutem æternam.

129 Et negatiuam partem tenent Vaſquez *d. opuſc de reſtit. cap. 1. §. 1. dub. 7. n 29 fine* & Baſilius Pontius *lib 9 d. cap 15. num* 6. vbi aſſerunt matrem (vbi id ſit ad eius ſalutem neceſſarium) non teneri abſtinere à venæ ſectione, quamuis inde vita ſpiritualis prolis periclitetur, eo quod mater (inquiūt) nō teneatur vitā temporalem pro ſpirituali vita fœtus perdere, quando de ſua ſalute ſpirituali dubia eſt, cum ad id non teneatur ex officio. Pro hac eadem ſententia negatiua recte poteſt allegari Emanuel Sà *v. charitas num.* 4. vbi tamquam certum aſſerit, matrem grauidam nō teneri permittere ſe ſecari, vt fœtus baptizetur, alioqui ſine baptiſmo moriturus. Et ibidem etiam tenet tamquam probabile, eum qui non eſt Prælatus, ſeu Parochus, nō teneri cū periculo ſuæ vitæ baptizare infantem alioqui moriturū ſine baptiſmo. Et idē in vtroq; caſu ſenſit Ioannes Sanclus *in ſelectis diſp.* 10. *n. 9. verſic. & li. et.* Vbi etiam doctrinā generalem Theologorū de obligatione diligendi plus vitam ſpiritualē, ſeu ſalutē animæ proximi, quām propriam vitā corporalē hancque illi eſſe poſtponēdam aſſerit, eſſe falſam, addens, quod ipſi nequaquam id exequerentur, qui cæteros exequi eſſe obnoxios docent; ſanctū verò Thomam 2. 2. *q.* 26. *art* 5. dicentem obligatos nos eſſe plus proximi animam diligere quàm noſtrum corpus ſeu noſtram corporalem (ex quo cæteri Theologi tradiderunt præfatam generalem doctrinam) interpretatur ita intelligendum, nempe, vt propter vitam propriam tuendam non ſit inducendus, vel prouocādus proximus ad peccandum, vnde vita ſpiritualis illius amittitur: vel eſſe intelligendum de iis, qui ex pacto oneroſo ſe obligarunt ad non omittendam curam animæ proximi etiam cum periculo propriæ vitæ; qui certe intellectus eſt omnino falſus, & menti eiuſdem Sancti Thomæ omnino repugnans, vt oſtendimus *infrà.*

130 Communis tamen ſententia affirmatiuam partem docet, ita in terminis ex DD. *ſuprà hoc cap n.* 80. relatis Pet. Nauarrus *d. cap. 3. n. 143.* Sanchez *d. diſp.* 20. *num. 27.* Sayrus *d. cap 11. n. 22.* Leſſius *d. c. 9. n. 63.* Laymann *d. c. 4. n. 4.* Bonacina *d. p. 7. n 3. verſic. dixi.* Filliucc. *d. c. 7. n.* 104. Fagundez *locis ibidem citatis.* Raynandus *de ortu infantium c. 9 n. 21.* Duardus *d. q. 36. n. 41.* Diana *d. p. 7. tr. 5. reſol 37.* Trullench, & alij *ibidem citati.* Et præter hoc alij à Diana, & Raynando *allegati.* Qui propterea omnes aſſerunt peccare contra charitatem matrem, quæ ad ſuam ſalutem tuendam vtitur medicamentis etiam tantū de ſe curatiuis cum præuiſo periculo mortis fœtus animati, quoties iudicio medicorū eis non adhibitis, & etiam moriēte, matre bona ſpes eſt, vt proles ſuperuiuat, & baptizari poſſit: Quamuis Sanchez, & plures alij ex præcitatis addant rariſſime poſſe contingere, vt fœtus ſuperuiuat, quia matris morbo lethali laborantis corrupti humores (inquit Sanchez) alimentū, quo puer nutriendus eſt, ita inficiunt, vt pene miraculum ſit matre pereunte fœtū incolumen euadere. Ratio huius ſententiæ cōmunis ſumitur ex doctrina illa generali, quod præcepto charitatis tenemur plus diligere animā proximi, quā propriū corpus, vitamq; propriam corporalem poſtponere vitæ ſpirituali, & æternæ ſaluti alterius; ac proinde lege charitatis obligamur eandem corporalem vitam exponere manifeſtiſſimo periculo, cum id eſt neceſſarium ad obtinendam, vel conſeruandam vitam ſpiritualem proximi in extrema illius neceſſitate conſtituti, qui alioqui, & niſi tali periculo vitam noſtram corporalē exponeremus, eandem vitam ſpiritualē conſequi, aut tueri nō poſſet. At in præſenti caſu talis eſt ſtatus prolis perituræ ſine baptiſmo; ſt enim in extrema neceſſitate animæ, ei ergo tenetur mater ex lege charitatis ſubuenire cū periculo propriæ vitæ corporalis, & cōſequenter abſtinere à præfatis medicamentis, quibus non adhibitis ſalus æterna prolis illi ſuperuicturæ, & baptiſmum recepturæ ponitur in tuto. Minor, & conſequentia ſunt claræ, & de maiore etiā non eſt dubiū.

Nam doctrinam illam generalem de obligatione charitatis cū periculo propriæ vitæ corporalis ſubueniendi proximo exiſtenti in extrema neceſſitate vitæ ſpiritualis, quam nulla alia ratione poſſit obtinere, vel conſeruare, niſi periculo manifeſto noſtrā corporalē ad illi in ea neceſſitate ſuccurrēdū exponamus, tradūt 131
Theologi, & Summiſtæ communiter S. Tho. 2. 2. *q.* 26. *art. 5. ibid.* Caietan. Bannes, Arragon, Malderus, & alij Interpretes. Valentia *diſp 3. q. 4. p. 4. aſſert. 5.* Torres *diſp. 87 dub. 2 concl. 3* Lorca *ſect. 3. diſp 28.* Gabriel *lect. 74. in can lit. O.* Abulenſis *in cap. 18. Matth q. 95.* Azorius *2. p. lib 12 cap. 4. § tertio loco.* Fagundez *in decal lib. 5. cap. 12. num. 8. & pluribus ſeqq* Suarez *de charit d ſp. 9. ſect. 2. n. 2.* Coninch *de actib ſuper n. diſp. 25. dub. 7. nu. 86.* Bonacina *diſp. 3. q. 4. de charit p. 4. num. 2.* Cordūba *lib 1. q. 16. in 2. p.* Villalobos *p. 2. tract 3. diff. 7 n. 7.* Filliuccius *to. 2. tract. 28. c 2. n. 35.* Martinus *de bello diuino p 2. c. 9.* Caſtrus Palaus *to. 1. tract. 7 de charit. diſp. 1. p 9.* Rutilius Benzonus *in ſpec. epiſc. ſeu de fuga temp peſtis lib 1. diſp 1 q 1 concluſ. 1.* Nauarrus *in man cap. 24. n. 9. & 10.* & Fuſius *in can. non referenda 23 q. 5. à num. 10.* Balthatar Gomeſius *de poteſt. in ſeipſum lib 2 cap. 4. num. 5* & alij apud eoſdem. & eſſe ſententiam communem omnium DD. teſtātur Malderus, & Lorca. Et ſolum inter eos DD. eſt aliquando diſſenſio, quandonam quis dicatur conſtitutus in extrema neceſſitate ſpirituali, vt illi ſuccurrere ex præcepto charitatis teneamur exponendo vitā noſtrā corporalem periculo: poſita autem extrema neceſſitate ſpirituali proximi (vt in præſēti caſu noſtro euenit) omnes conueniunt eſſe obligationē ex lege charitatis prouenientē de illi ſuccurrēdo cū propriæ vitæ corporalis diſcrimine. Quare duplex intellectus Ioan. Sancij ad S. Thom. *ſuprà nu.* 123. adductus eſt omnino voluntarius, & ridiculus, vtpote omninò, & expreſsè

contra

contra mentem ſancti tam claris verbis declaratam. Et quoad primum intellectum certiſſimum quidem eſt, & ipſis ſolis radiis clarius, nemini, vt ſaluet vitam ſuam corporalem, licitum eſſe inducere proximũ ad peccandum, & hac ratione quemlibet obligari plus diligere animam proximi, quam vitam corporalem propriam, quod nil aliud eſt, quam dari obligationẽ non præbendi proximo occaſionem, & cauſam peccandi, & ruinæ ſpiritualis; hæc tamen obligatio eſt ipſamet obligatio cauendi ſcandali actiui; quę vt plurimũ non eſt obligatio charitatis, ſed alterius virtutis. Nam quamuis ſcandalũ ſpeciale, quod tali obligationi ſpecialiter aduerſatur ſit peccatum contra charitatem; ac proinde ex obligatione charitatis malom proximi vetãns, vitandum ſit; Nihilominus ſcandalũ illud rariſſime contingit, cũ pauci reperiantur tantæ impietatis, vt directe intendant ſpiritualem proximi ruinam, quod requiritur ad rationẽ ſcandali ſpecialis charitati aduerſantis: Scãdalum autem generaliter dictũ, quod eſt frequens, & ſola indirecte intẽtione, ſeu volitione ruinæ ſpiritualis alienæ conſtituitur, nõ eſt ſpeciale peccatum ab eo, ad quod proximus conſilio, ſeu exemplo inducitur. Quapropter obligatio illud vitandi vt plurimũ non eſt charitatis, ſed aliarum virtutum, ſcilicet, earum ad quarum violationẽ per actus contrarios fit inductio, vt docent S. Tho. 2.2. *q.43. ar.3.* Vaſquez 1.2. *diſp.*102. *c.*4. Torres *to.* 1. *in* 2.2 *diſp* 95. *dub.*3. & alij Theologi agẽtes de ſcandalo. Qua igitur ratione S. Thomas agens de ordine charitatis, & præceptis illi annexis extra locum diuertiſſet diſputationem ad præceptum, cuius obſeruatio ad alias potius virtutes, quam ad charitatem ſpectat? certè niſi præpoſtere, & inepte præſtitiſſet. Primus ergo Ioannis Sancij intellectus expreſſe menti, & verbis S. Thomæ repugnat. Quo autem ad ſecundum intellectum certum quoq; eſt, Parochos, & alios, qui ex officio habent curam animarum, teneri cum periculo propriæ vitæ non omittere curam ſalutis ſpiritualis ſubditorum, vt graſſante peſte debent cum periculo propriæ vitę corporalis miniſtrare ſubditis ſacramenta ad illorum ſalutem neceſſaria, illoſque iuuare in ſpiritualibus. Vt tradunt Benzonus, Marchinus *locis citatis*, Balthaſar Gomezius *d.c.*4 *n.*6. Caſtrus Palaus *d.p.*4 Suarez *de pœnit. diſp.*44. *ſ.*3. & alij à Caſtro, & Balthaſare *relati.* At hæc obligatio eſt iuſtitiæ, non charitatis, de qua ſola agit D. Thomas; eius ergo menti, & verbis non conſonat ſecundus intellectus Ioannis Sancij; & etiam vtrumque intellectum falſum eſſe, & à mente S. Thomæ conuincunt locos D. Auguſtini ex 1. *de doctr. Chriſt. c.*27. quem S. Doctor adducit, & ratio, qua probat nos debere magis diligere proximum, quantum ad ſalutem animæ, quam proprium corpus.

Doctrina igitur illa generalis, & apud DD. receptiſſima probatur primò tum ex illo Ioannis 14. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*; ſicut ergo Chriſtus dilexit nos exponendo vitam propriam corporalem pro noſtra ſpirituali ſalute; ita & nos ſimili modo debemus diligere proximos: tũ ex illo Ioannis 1. *c.*3. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quia ille animam ſuam* (id eſt vitam) *poſuit pro nobis; & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Quem locum expendẽs S. Auguſtinus *lib. de mend. c.*6. dixit, *temporalem vitam pro æterna proximi ponendam non dubitabit Chriſtianus.* Probatur ſecundò ratione adducta à S. Thoma ad oſtendendum hunc ordinem charitatis fundatũ in ratione motiua charitatis, nam bona ſpiritualia, & maximè æterna, ſcilicet conſecutio æternæ beatitudinis ſunt bona excellentiora, & Deo gratiora quolibet corporali bono etiam proprio, cum inde maius bonũ Dei externum, nempe auctior gloria redundet: Ergo ex charitate, quæ primò reſpicit Deum bono corporali propriò præferenda ſunt bona ſpiritualia, & æterna proximi; & ita ex conſequenti in extrema proximi neceſſitate ſpirituali debemus & bona temporalia, & vitam ipſam propriam expendere, ſi hoc pacto ſit ſpes, vt proximus obtineat, vel conſeruet vitam ſpiritualem, & ſalutem æternam conſequatur.

132 Hinc inferunt DD. communiter tanquam rem certam vnumquemque ex lege charitatis obligari cum propriæ vitæ periculo ad baptizandum infantem filium Chriſtiani hominis, in articulo mortis poſitũ in loco peſtifero, vel inter infideles exiſtentem alioqui ſine baptiſmo moriturũ, eo quod deſit alius qui poſſit, aut velit illum baptizare. Ita Syluester *verb. bellum* Maior *in* 4. *diſt.*15. *q.*22. Corduba *lib.*1 *q* 26. *§. aliter* Nauarr. *in man c.*14 *n* 9. Valent. *d.q.*4. *p.*2 *fin.* Lorca *d. diſp.*28. *n.*32 Suar. *d. diſp.*9. *ſect.*2. *n.*3. Azorius *d.c.*4 *q.*3. Coninch *d. diſp* 25. *n.*88. Bon. *d p.*4 *n.*2. Fill. *loc cit.* Caſtr. Palaus *d. p.*9. *n.*5. Rayna. *de ortu infant. c.*6. *n.*19. & alij apud eoſdem. Quare non eſt audiendus Emanuel Sà (licet in hoc illum non impugnet Caſtrus Palaus, ſed illius tãtùm opinionem indicet) *loco ſuprà alleg.* reputans probabile, non eſſe obligationem tali puero conferendi baptiſmum cum periculo propriæ vitæ. An verò mater grauida teneretur permittere ſe ſecari (quod Sà dicit ſequi data obligatione baptizandi talem puerum, & eſſe abſurdum à nemine concedendum) vt filius in vtero exiſtens baptizaretur alioqui ſine baptiſmo moriturus *infrà § ſequenti*, vbi ſectione matris ob ſui vel prolis ſalutem diſcutietur. Non rectè etiam Sotus *relect. de ſecreto, memb.*2. *q.*1. *poſt.*6. *concl.* abſolutè negauit eſſe talem obligationem baptizandi infantem cum periculo propriæ vitæ baptizantis; quando neceſſitas illa extrema prouenit ab extrinſeca cauſa, puta, ex malitia Tyranni prohibentis, & impedientis baptizare puerum; quaſi tunc non ſit caſus extremæ neceſſitatis per ſe, ſed per accidens. Contra Sotum enim ſtant omnes præfati Doctores, & merito. Nam impertinens eſt (vt iidem Doctores notant) à quo, & quomodo proueniat neceſſitas, vt obligemur, ſi de facto neceſſitas ſpiritualis vrget, & alia via non poſſit illi ſubueniri, ſed proximus periturus eſt in æternũ. Quod ſi infans ex parentibus infidelibus reperiatur in ſimili neceſſitate, eandem obligationem illum cum periculo vitæ baptizandi, ſi baptiſmus poteſt illi abſque iniuria, & vi illis illata, & iniuſta perturbatione parentum conferri, tradunt Suarez, Coninch, Raynandus; & Caſtrus Palaus dicens eſſe communem ſententiam.

133 Præterea (omiſſis pluribus aliis caſibus neceſſitatis extremæ ſpiritualis proximi, in quibus ex præfata generali doctrina Auctores præallegati inferunt eſſe obligationem ſubueniendi cũ periculo propriæ vitæ corporalis) inferunt DD. iniuſte inuaſum equo inſidentem fugientem aggreſſorem per anguſtum iter, in quo iaceat puer nondum baptizatus, qui continuato curſu ſit proterendus, & abſque baptiſmo moriturus, teneri ex obligatione charitatis potius permittere ſe occidi ab aggreſſore, quam puerũ proterere, & animã eius perdere. ita DD. *ſuprà n.*132. ob eandem rationem, quod ex lege charitatis vita ſpiritualis, & ſalus æterna proximi ſit præferenda propriæ corporali.

134 Ita igitur in caſu præſentis dubitationis octauæ Mater prægnans (ad quam etiam ſpecialiter ſpectat cura filiorum) ex obligatione charitatis tenetur vitam ſuam corporalem periculo exponere abſtinendo à medicamentis etiam de ſe curatiuis, vt proles illis non adhibitis proditura in lucem baptizetur, & æternam poſſit conſequi ſalutem, quam certo amitteret facto abortu poſt medicamenti ſumptionem.

Iniuſte inuaſus poteſt licite occidere inuaſorem ad ſui neceſſariam defenſionem, tametſi agnoſcat illum moriturum in peccato mortali, & fore damnandum in æternum.

135 Si obiiciatur primò iniuſtè inuaſo licitum eſſe, vbi aliter vitam ſuam corporalem conſeruare non poteſt, occidere aggreſſorem etiamſi ſciat illum eſſe in lethali peccato moriturum, & amiſſurũ æternam beatitudinem, & ſibi non ſit conſcius alicuius culpæ mortalis, vt contra Gerſonem *tract. de Euch.* Auguſtinũ de Ancona *in opuſc. de auth. eccl.* & nonnullos alios à Molina *d. tract. 3. diſp. 13. initio*, & à me *ſuprà c. 1. n. 204. relatos* tradunt Doctores relati *ſuprà n. 118.* & alij communiter ab ipſis allegati. Molina *d. diſp. 13. n. 1.* Sayrus *lib. 7. clau. cap. 10. n. 16.* Pet. Nauarrus *l. 2. de reſtit. cap. 3. n. 332.* & alij à Molina, & à Me *d. cap. 1. n. 205. relati* poſt S. Thomam *2. 2. q. 64. art. 7.* ergo falſum eſt in extrema neceſſitate ſpirituali proximi, ne eius anima pereat in æternum, teneri nos illius vitæ ſpirituali, & æternæ ſaluti vitam noſtram corporalem poſtponere. Reſpondetur talem aggreſſorem non eſſe in extrema neceſſitate ſpirituali, cũ ab illa ſe poſſit liberare; ſed potius eſt extrema malitia, ob ſolam ſuam nequitiam, à qua poteſt deſiſtere, laborat tali neceſſitate; non autem neceſſitate abſoluta, qualis eſt pueri morti proximi morituri abſque baptiſmo, & prolis exanimandæ in vtero matris, quæ certum animæ exitium abſolute irreparabile adiunctũ habet, niſi ſubueniatur; ita Molina, Sayrus, Pet. Nauarrus *loca citatis*, Coninch *d. diſp. 25. q. 95.* Bonacina *d. p. 4. n. 2. fine.* Caſtrus Palaus *allegat. p. 9. n. 7.* & alij à Molina, & Sayro *relati.*

136 Quod ſi inuaſor ſit ebrius, aut phræneticus, an tunc inuaſus ex lege charitatis teneatur permitti ſe occidi, ne in peccato inuaſor moriatur. Reſpõdet Caſtrus *d. n. 7.* non teneri; quia nõ debet reputare aggreſſorem eſſe in peccato; neque ſi eſt, eſſe poſtea conterendũ; neq; ſe eſſe ita diſpoſitum, vt mortẽ ſubitaneã, & non præmeditatam ſubire poſſit ſine periculo dãnationis. Quam reſponſionẽ regulariter admittendã puto; ſi tamen inuaſo certo moraliter conſtaret inuaſorem alioqui innocentem eſſe in ſtatu peccati mortalis, & ſe eſſe in ſtatu gratiæ, cum tunc inuaſor extrema neceſſitate ſpirituali laboret abſolute, & non ob ſuam voluntariam nequitiam, tunc videretur debere permittere ſe occidi potius, quam occidere inuaſorẽ innocentem, & ſolum dubium, an poſtea ſit conterendus recuperato rationis vſu, videtur leuis cauſa ad excuſandum ab obligatione charitatis, ſecus ſi aggreſſor laboraret perpetua inſania, quia tunc nulla eſt ſpes contritionis futuræ.

Quæ certitudo ſtatus gratiæ propriæ requiratur, & ſufficiat, vt teneamur lege charitatis exponere vitam noſtram corporalem pro vita ſpirituali, & æterna proximi in extrema neceſſitate ſpirituali exiſtentis, vbi etiam, an poſſimus negligere propriam vitam corporalem pro ſaluanda vita corporali proximi.

137 Si obiiciatur ſecundò ex Vaſquez, & Pontio *locis ſuprà n. 123. citatis* neminem teneri procurare ſalutem animæ proximi cum periculo ſalutis animæ, vt certũ eſt (cũ ordo charitatis poſtulet, vt ſalutẽ noſtrã ſpiritualẽ alienæ præponamos non è contra) & cõſequẽter non poſſe eſſe obligationem poſtponendi vitam propriam corporalẽ ſpirituali alterius saluti extrema neceſſitate laboranti, ſi moraliter non conſtet de ſtatu gratiæ proprio. Sed nemini ſecluſa reuelatione poteſt conſtare, quod ſit in ſtatu gratiæ, ſed mater poteſt ſemper dubitare, an ſit in gratia; ergo ordine charitatis non obligatur exponere periculo propriam vitam pro prolis ſalute ſpirituali, ne ipſa prolis animæ cõſulens cũ vita corporea perdat & æternam, ſi forte non eſſet in gratia. Reſpondetur, vt teneamur ex charitatis lege exponere vitã corporalẽ in extrema neceſſitate ſpirituali proximi, cui, vt non amittat vitam æternam, non poſſit aliter ſubueniri, non eſſe neceſſariã carentiam omnis dubitationis proprij ſtatus gratiæ, ſed ſufficere moralem certitudinẽ eiuſdem ſtatus, qualem certitudinem gignit deuotus vſus ſacramentorũ, vel actus cõtritionis verus, & propriuā ex ſupremo motiuo diuinæ bonitatis offenſę elicitos, & eũ amor Dei ſuper omnia. Et quod poſt exactã conſcientiæ diſcuſſionem quis non agnoſcat ſe reũ alicuius culpæ mortalis. Quæ licet non ſit certitudo fidei, aut diuinæ reuelationis, cui non poſſit ſubeſſe falsũ, eſt tamen ſufficiens ad efformandũ iudiciũ firmum, ac moraliter certum de ſtatu gratiæ, & diuina beneuolentia excludens anxietatem de contrario ſtatu. Si enim hæc certitudo moralis proprij ſtatus gratiæ non ſufficeret ad poſtponendã vitam noſtrã corpoream ſaluti æternæ proximi, non ſolũ nunquã aſtringeret obligatio charitatis ad illam poſtponendã; ſed imò etiam nunquã (ſecluſa ſpeciali reuelatione diuina iuſtificationis noſtrę, ſeu boni ſtatus noſtri) licitũ eſſet nobis exponere, ne alius amittat ſalutem ęternam, & multo minus, ne amittat vitam corporalem; quod eſt contra DD. cõmuniter. Nam iniuſte inuaſum ſibi moraliter nullius culpę conſciũ non teneri inuaſorem iniquũ occidere, ſed ad exercitium charitatis, ne eiuſdem inuaſoris ſalus æterna periclitetur poſſe mortem ab eo patienter pati ſinendo ſe confodi, docẽt Auctores cõmuniter, qui *ſuprà c. 1. n. 107.* late allegãtur, & *n. 208.* huius ratio affertur. Ad ſaluandam etiam vitam alterius corporalem licite poteſt quis omittere propriam defenſionẽ, & exponere periculo, vel certæ morti vitam propriã corporalem, puta, iniuſte inuaſus poteſt prætermittere ſui defenſionẽ, ſi ipſe ſit perſona vulgaris, & inuaſor Princeps, à quo pendeat bonũ commune. Filliuccius *tr. 19. cap. 3. n. 43.* Fagundez *in decal. lib. 5. c. 3. n. 8. & c. 12. n. 18.* Sayrus *lib. 7. clau. c. 10. n. 26.* & alij apud eoſdẽ. Qui etiam addunt in hoc caſu teneri prætermittere ſuam defenſionẽ. Item quando inuaſus eſſet filius, & inuaſor pater, Filliuccius loco citato addẽs idem fortè dicendũ in alijs caſibus his ſimilibus. Imò in omni caſu, in quo ad conſeruandã vitam propriam corporalẽ neceſſe eſſet occidere proximũ inuadentem poſſe inuaſum licite negligere propriam vitam ne altera occidatur; tradunt Filliuccius *tr. 28. c. 32.* & alios late referens Sayrus *d. lib. 7. c. 10. n. 25.* Quamuis contrariũ veruis aſſerant alij; de quo *in parte ſequenti huius tractatus c. 1. n. 1100. &* 1101. Inſuper pro vita tẽporali amici, & cuiuſcunque proximi poſſe quempiam vitam propriã temporalem exponere tradunt Filliuccius *d. c. 2. n. 33.* & alij Doctores magis communiter, quos late refert, & ſequitur Fagundez *d. c. 12. n. 7.* etſi etiam in hoc caſu contrarium probabilius putent alij, de quo pariter *allegato c. 1. citatis numeris* 1200. & 1201. Plures etiam alios caſus, in quibus quis poteſt negatiue mortẽ pati, vt vita corporalis proximi ſaluetur, enumerant citatis Doctoribus Sayrus *lib. 7. cap. 9. n. 20. cum pluribus ſequentibus*, Fagundez *d. c. 12. n. 18.* & Filliuccius *d. cap. 2. num. 34.* & ego *dicto cap. 1. §. 19. à numero* 1188. In præfatis autem caſibus nullus ex Doctoribus hîc, & *ſuprà d. cap. 1 num.* 202. allegatis, & ex alijs, quos iidem Doctores citati referunt, in eo qui cedit iuri conſeruandæ vitæ propriæ, illamque exponit, ne alterius vita ſpiritualis pereat, requirit certitudinem phyſicam, aut reuelationem diuinam de ſtatu gratiæ

ipſius

ipſius; ſed omnes exiſtimant illi ſufficere certitudinem moralem, excludentem dubitationem propriam de ſtatu oppoſito, qualem pij homines ordinariè habent, & qui nullius ſibi ſunt conſcij culpæ mortalis. Quare etiam maior certitudo ſtatus gratiæ non eſt neceſſaria in matre prægnante, vt æternæ ſaluti ſuæ prolis poſtponere licite poſſit, & teneatur vitam propriam corporalem in extrema illius neceſſitate, ſcilicet, quando neceſſe eſt, vel prolis ſalutem in æternum perire ſalua vita matris corporali vel vitam matris corporalem diſcrimini exponi, vt prolis ſalus æterna ponatur in tuto.

Vt actus ſit moraliter honeſtus non ſufficit, vt careat malitia contra iuſtitiam, vel aliam virtutem, ſi præceptis aliarum virtutum prohibeatur.

138 Si tertiò obiiciatur in vſu, & applicatione medicamenti matris curatiui vnde prolis vita periclitetur per ſe tantùm intendi eiuſdem matris ſanitatem, & ſalutem, per accidens verò eſſe quod ſequatur mors prolis præter intentionem, & matris, & curantium eam, ſicut in cauſa belli iuſti, & in aliis caſibus *ſuprà num* 111. 112. 113 *&* 115. poſitis licitum eſt, lædere innocentem præter intentionem, vt non amittatur Victoria, vel vita propria. Reſpondetur id in præſenti dubitatione, ſeu caſu dici non poſſe: Quamuis enim mors prolis eſſet per accidens reſpectu præcepti iuſtitiæ, non eſſet tamen per accidens reſpectu præcepti charitatis in præſenti caſu cum iuſtitiæ præcepto concurrentis, quod per ſe obligat poſthabere propriam viam corporalem, vbi id omninò neceſſarium eſt ad ſalutem ſpiritualem, & æternam proximi, vt ſuprà probatū eſt. Non enim vnius ſolius virtutis honeſtas ſpectanda eſt, aut ſufficit ad moralem actus honeſtatem, ſi aliarum virtutum præcepta concurrant, & ita licet actus ſit bonus ſpectata iuſtitia; quia operans vtitur iure ſuo, ſi tamen talis vſus iuris ſui temperantiæ, aut religionis, vel fidei præceptis prohibeatur, actus ille carebit malitia iniuſtitiæ, non tamen malitia oppoſita temperantiæ, aut religionis, vel fidei; ſic in noſtro caſu mors fœtus cum illius æternæ ſalutis amiſſione ex vſu medicinæ ſequens non eſſet per accidens ad præceptum charitatis, quo mater grauiter obligatur in extrema neceſſitate conſulere eiuſdem prolis æternæ ſaluti exponendo periculo propriam vitam corporalem.

Si vna cum matre pereunte certus eſſet interitus prolis abſque baptiſmi ſuſceptione non tenetur mater neque ex charitate abſtinere ab his, quæ directè tendunt ad ſuam ſalutem.

139 Si quartò obiiciatur; matrem prægnantem poſſe abſque vllo peccato fugere feram, à quo alioqui foret diſcerpēda, tametſi ex motu violento fugæ proles iam animata ſit exanimanda, & non receptura baptiſmum. Reſpondetur, in hoc caſu fugam cum morte prolis non eſſe contra charitatem, quia cum matre pereunte certa eſſet etiam mors prolis, quia matre non fugiente, & à fera occiſa proles quoque anima ſimul, & corpore periret. Tunc ergo ſolum charitas obligat matrem vitam ſuam corporalem exponere pro prole, quando mortua matre prolis ſalus æterna in tuto conſtituitur, quia mortua matre proles ſuperuiuit, ſeu ſuperuictura eſt, & proditura in lucem vt ſaltem poſſit recipere baptiſmum.

Si de vita matris, & fœtus iam animati deſperatum ſit, ac etiam attenta lege charitatis liceat matri vſurpare, & medico illi applicare medicamenta æquè dubia an ſint ſanitatem allatura, vel mortem acceleratur à matri, & fœtui.

Nonò dubitatur, An ſi certo cōſtet iudicio medicorum, matrē prægnantē infirmā, & etiā fœtum in eius vtero animatū morituros, niſi mater remedio aliquo iuuetur, & nulla medicamenta ſuppetant niſi dubia, & periculoſa matri, & fœtui, ſcil. de quibus formaliter dubitetur, an matri, & fœtui ſimul ſalutaria, vel noxia ſint futura, vitamque vtriuſque conſeruatura an mortē acceleratura; an mater talia medicamēta dubia vſurpare, & medicus ei applicare poſſit licite inſpecto tam ordine naturæ, ſeu obligatione iuſtitiæ attēta, quā attēto ordine gratiæ, & inſpecta obligatione charitatis.

Eſſe licitum vſum talium medicamentorum, ſi illis adhibitis dubium ſit, vtrum mater, vel fœtus ſaluabitur, tametſi eis non adhibitis certum ſit, quod tam mater, quam fœtus moriatur, negat in his terminis Sayrus *d. lib. 7 clau cap. 12 num.* 23. alios allegans, & Trullench *in decal. lib. 5. cap. 1. dub. 3. n. 6.* & ita ſentiunt omnes Doctores exiſtimantes illicitum eſſe (etiam vbi certò ſit futura mors infirmi, cui alio medicamento ſuccurri nequeat) medico talia medicamenta dubia adhibere, quos Doctores refero ego *tom. 1. mor. tit. 1 n.* 466. & alios etiam referunt Sayrus *d. n.* 23. & Sanchez *lib. 9. de matr. citata diſput.* 40. *n.* 19. Probat Sayrus, quia porrigens huiuſmodi medicamentum dubium exponit ſe periculo occidendi matrem, vel vtrumque, & non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Confirmari etiam poteſt aliis rationibus à Me *d. tit. 1. n.* 467. *adductis*, quas tangit Trullench *loco citato*. Non obſtare ait idem Sayrus neque dictum Galeni in tali caſu certæ mortis infirmi nullo applicato remedio, & ſpei ſalutis medicamento dubio applicato, interficiēdum eſſe audacter, de quo dicto Galeni *d. tit. 1. n.* 463. *&* 465. neque dictum Cornelij Celſi *lib. 2. de re medica cap decimo ad medium*, vbi agens de periculoſa ſanguinis detractione, ſic ait, *Si nullum aliud appareat auxilium, periturusque ſit, qui laborat, niſi temeraria via fuerit adiutus; in hoc ſtatu boni medici eſt oſtendere quàm nulla ſpes ſine ſanguinis detractione ſit, faterique quatenus in hac re metus ſit, & tunc demum, ſi exigatur, ſanguinem mittere De quo dubitari in eiuſmodi re non oportet; ſatius eſt enim anceps auxilium experiri, quam nullum, de quo dicto* Sanch. *d. n.* 19. Rayn. *de ortu infant. c. 8. n. 4. fin.* Non obſtare, inquam, ait Sayrus, poſt Cordub. & Lop. à ſe ibi *allegatos* dicens Galen. & Celſi dictū intelligendum, & verū eſſe quando mors alicuius tertij indè non immineret, in noſtro autem caſu mors fœtus imminet. Dicit ergo, ſi fœtus nondū ſit animatus, licitū eſſe, & ſecurius ſumere talē medicinā, vbi alioqui ſalus matris, & fœtus eſt deſperata, quia nō fit iniuria fœtui, ſi ſequatur abortus, & mater inde ſaluari poſſit; ſi autē fœtus ſit informatus anima rationali, non eſſe licitū ſumere medicinā ſui natura tā mortiferā, quām ſalutiferā, quia tunc iniuria fieret fœtui ob periculū eum occidēdi, cui ſe exponit mater ſumens, & medicus porrigens talē medicinam: E hanc eandem ſententiam ſequitur Fagundez *in decal. lib. 5. cap. 12. n.* 31. vbi de medicamento dubio, ſcilicet an ſit ex natura ſua curatiuum matris, poſt experimentum ſemel, aut bis factum non conſtet quod non noceat proli.

At in huiuſmodi caſu deſperatæ ſalutis matris, & fœtus, etſi medicamentū dubiū quoad vtilitatem vel dānoſitatē tā matri, quam proli afferendā, affulgente aliqua ſpe ſalutis maternæ, & conſequenter etiam 141

fœtus conſeruandi, dicendum eſt licitum eſſe omnino matri ſumere, & medico applicare tale medicamentum dubium. Ita in his terminis Sanchez *d. n. 19.* Villalobos *part. 2. tract. 12. diff. 13. num. 2. fine.* Raynaudus *dicto cap. 8 num. 3. & 9.* Diana *part. 3. tractat. 5. reſolu. 21. §. Notandum eſt fine. & part. 7. tr. 5. reſol. 36. fine.* & ita procul dubio ſentiunt omnes aſſerentes vbi infirmi ſalus eſt deſperata non adhibito ei aliquo remedio, & ſuppetat tantum remedium dubium an ſit futurum ſalubre, vel noxium, licitum eſſe medico illud adhibere, quos Doctores refero *d. to. 1. moral. var. tit. 1. num. 465.* vbi & 468. *& duobus ſeqq.* contra Doctores contrarium ſentientes latè probo eandem ſententiam; & præſertim quod prudentiæ, ſeu recto iudicio & charitati etiam erga infirmum conformius ſit, vt exponatur illi periculo accelerandæ mortis cum aliqua ſpe vitæ conſeruandæ (quæ in huiuſmodi caſu vſus medicamenti dubij eſt, vt iiſdem numeris latius declaro) quam vt relinquatur certæ morti iam iam inſtanti; illud enim periculum accelerationis mortis per duos, aut tres dies compenſatur maiori vtilitate, ſcilicet vita plurium annorum, quæ ex medicamenti applicatione ſperatur, vel ſperari poteſt. Et tutius eſt (vt indicat Celſus *loco citato*) eligere viam continentem dubiam ſalutis ſpem, quàm certæ morti ægrum relinqui; & etiam vbi æqualia mala imminent, ei, quod certius inſtat occurrendum, at in hoc caſu certius eſt mortem infirmi aliunde deſperati ſequuturam non adhibendo medicamentum dubium, quam adhibendo; nam non adhibendo omninò certa eſt mors, adhibendo eſt aliqua ſpes vitæ; licitum ergo tradunt etiam Doctores, quos *dictis numeris* 465. & 467. allego, vbi *n.* 470. Reſpondeo contrariis obiectis, & ad ibi dicta remitto Lectorem. Quæ omnia procedunt, & conuincunt licitum eſſe, vſum remedij dubij, non ſolum conſiderata ambiguitate fructus, aut nocumenti circa matrem, ſed etiam conſiderata ambiguitate vtilitatis, aut damni circa prolem ipſam ex vſu, & applicatione talis remedij dubij, an ſit mortiferum. Conſultius enim eſt ipſam exponere periculo accelerationis mortis cum ſpe aliqua vitæ conſeruandæ, & baptiſmi recipiendi, quam illa incerta morte relinqui, & circa prolem maximè viget neceſſitas ſumma ſpiritualis, qua laborat in huiuſmodi ſuppoſitione certæ mortis, ſi remedium dubium non adhibeatur. Peribit enim corpore, & anima ſimul, niſi per remedij applicationem iuuetur; ſalus verò animæ cum quouis periculo vitæ corporalis procuranda eſt, ſi vtraque periclitetur, & per neglectum ſalutis corporeæ proſpiciendum eſt ſaluti animæ; in tali igitur ſtatu prolis, vt eius corporalis, & ſpiritualis, ac æterna ſalus omninò ſit deſperata, niſi vita corporalis exponatur periculo per vſum remedij ancipitis an ſit ſalutem allaturum, vel mortem acceleraturum, licitum eſt ei periculo prolem exponere quia agitur iuxta prudentiam, & charitatem.

142 Prædicta quoque procedunt de medicamento dubio, cuius nullum præceſſerit experimentum, ſi medici conſideratis ex regulis artis medicinæ rationibus hinc inde non putent tantum eſſe noxium, ſed vere formaliter dubitent de illius vtilitate, & nocumento, & poſſe nocere, & poſſe prodeſſe; nam etſi extra hanc extremam neceſſitatem non eſſet licitus vſus talis remedij iuxta ea, quæ tradidi *tit. 1. mor. var. tit. 1. num. 453. & ſequentibus.* Nihilominus attenta huiuſmomodi vrgentiſſima neceſſitate remedium hoc antea omnino inſolitum, & omni experientia deſtitutum, de quo rationabiliter dubitatur, an poſſit prodeſſe, prudenter, & abſque vitio poteſt, & imò debet adhiberi, vt adductæ rationes oſtendunt quæ militant æque de medicamento dubio taliter cognito poſt experientiam, ac de medicamento dubio ex regulis artis medicinæ, & efficacibus tali ante omne experimentum agnito. Quamuis enim nõ facile veniendum ſit ad experimentum noui medicamenti, vbi agitur de vita hominis. Quapropter cæteris paribus cum ſuppetũt medicamenta, quæ aſſidua experientia conſtat poſſe tali vel tali morbo prodeſſe, prudens & rationabilis artis medicinæ vſus poſtulet illa morbis eſſe applicanda, vt *d. tit. 1. citato num. 245.* notaui; & ex Galeno, & Auicenna animaduertit etiam Codronchus *lib. 1 de Chriſt. & tuta medendi ratione cap. 13.* hinc tamen nequit rectè inferri, remedium de nouo excogitatum, quod efficaci ratione probatur fore vtilius, vel poſſe prodeſſe, non poſſe infirmo applicari; ſi ſumma infirmi neceſſitas, qui alio quouis remedio careat, ad iſtud applicandum, & experiendum cogat, non ob finem ſolius experientiæ ſed ob finem ſanitatis efficiendæ. Et procul dubio voluerunt etiam Doctores à Me *d. tit. 1. nu. 465. relati* & alij *num præcedenti citati.*

SVMMARIVM

§. V.

Sectio vteri materni quadruplex. num. 143.

Quando vnà cum matre pragnante etiam fœtus in eius vtero exiſtens mortuus eſt, ſectio matris licitè fieri poteſt præſertim ad comparandam peritiam anatomicam. ibidem.

Matre prægnante præmortua ſi fœtus creditur viuere, vel de eius morte non conſtat, ſectio materna licita eſt, & fieri debet, vt fœtus educatur, & baptizetur. numero 144.

Aliqui ſenſerunt fœtum nec momento poſſe ſuperuiuere matre demortua, ſed cum illa neceſſariò, & ſemper emori. num. 145.

Contrarium, & poſſe aliquamdiu ſuperuiuere, & ſecto vtero ſtatim poſt matris obitum viuum educi certiſſimum eſt, & oſtenditur ex ipſa experientia. n. 146.

Referuntur plura exempla fœtuum viuorum ex vtero matris mortuæ ſecta eductorum. ibid.

Mortua matre fœtus in eius vtero latens non poteſt niſi ad modicum tempus, nec vltra horam viuere. n. 147.

Vt diutius viuat, an iuuet, ſi os matris mortuæ apertum immiſſo epiſtomio perſtet. ibidem.

Ob periculum in mora ſectio confeſtim poſt mortem facienda, ad idque habendus paratus chirurgus ibidem.

Indicia ad cognoſcendam matrem, & quemcumque ægrum obiiſſe. ibidem.

Extra extremam neceſſitatem conſeruandæ vitæ matris prægnantis, vel fœtus, vel boni publici remedium ſectionis vteri prægnantis viuentis ad educendum fœtum non eſt adhibendum, nec poteſt licitè adhiberi. n. 148.

In vllo vnquam caſu, neque etiam, vt poſſit baptizari fœtus alioqui intra materna viſcera corpore, & anima moriturus licitam eſſe ſectionem prægnantis viuentis negarunt Theologi, & Summiſtæ communiter, & nonnulli Iuriſperiti. n. 149.

Verior ſententia, & medicorum communis affirmat in deſperatione partus naturalis licitam eſſe ſectionem vteri prægnantis viuæ, ſi ſit probabilis ſpes boni euentus, & eo modo extrahendi fœtum viuum ſalua matris vita. num. 150.

Licet in ſectione vteri ſit periculum vitæ, ſi tamen ea non adhibita certa ſit mors fœtus, & matris, & ea adhibita affulgeat ſpes probabilis conſeruandæ vtriuſque, mater licitè poteſt ſe illi periculo exponere, & admittere ſectionem. num. 151.

Multis exemplis, ſeu experimentis oſtenditur ſectionem vteri prægnantis viuentis poſſe fieri abſque cæde matris, & fœtus. num. 152.

Oſtenditur

Oſtenditur etiam ex aliis ſimilibus ſectionibus, ſeu inciſionibus partium corporis non minus periculoſis, quæ feliciter ſæpè ſuccedunt, & proſunt ad vitam conſeruandam alioquin perituram, ideoque iuxta omnes licitè adhibentur. num.153.

Oſtenditur etiam ex conditione partium ſecandarum, ſcilicet, abdominis, peritonei, & vteri, quæ citra mortem probatur poſſe incidi. n. 154.

Iudicium de probabilitate boni euentus ſectionis vteri prægnantis ſpectat ad medicum peritum, & non præcipitem, & quæ debeat conſiderare. n. 155.

Qui primus fecit experimentum ſectionis vteri prægnantis viua, ipſa, & fœtu ſuperſtitibus an peccauerit mortaliter. num.156.

Sectio prægnantis viuentis an illam reddat ineptam ad nouam conceptionem, & ad partum naturalem. numero 157.

Sectio vteri prægnantis viuæ ad extrahendum fœtum mortuum, qui vel ſolus, vel cum alio gemello viuo intra vterum maternum exiſtat, an ſit licita. n 158. & 159.

Prægnans vbi ſectio vteri iudicatur neceſſaria ad eius vitam conſeruandam, an teneatur illam pati attenta ſola ratione propria vitæ cuſtodiendæ. n. 160. & 168.

Æger ad vitam ſuam conſeruandam regulariter non tenetur vti remedio difficili, aſpero, & valdè doloriſero, putà, pati membri, pedis, vel manus abſciſſionem. numero 160.

Limitatur, ſi æger eſſet perſona communitati, vel Reipublicæ valdè vtilis, aut neceſſaria; quo caſu poteſt etiam cogi ad adhibendum aſperum remedium, etiam membri abſciſſionem. n. 161.

Conſiderata tantum ſalute ipſius ægri neque à Principe, neque à Prælato regulari, neque à Patre poteſt infirmus cogi ad vſum remedij aſperi, & magnum dolorem inferentis num.162. Secus ſi remedium ſit facile. n.174.

Fractio clauſtri virginalis extra coniugij vſum habet ſpecialem malitiam contra quintum præceptum decalogi, & ita ſtuprum fornicationi ſpeciem nouam contra quintum præceptum addit n.163.

Fœmina grauiſſimo morbo in pudendis laborans etſi poteſt, non tamen tenetur admittere curationem à chirurgo faciendam. n.164.

Æger etiam periculoſus non tenetur procurare medicinam magni valoris, ſed ſufficit ei, ſi vtatur remediis ordinariis, & communibus. n.165.

Nemo tenetur ſe facere miſerum, vt vitam corporalem propriam, vel proximi conſeruet. ibid.

Moribundus, ſeu æger quaſi deſperatus non tenetur ſumere cibum, aut medicinam, ſi non poteſt niſi cum ſummo labore, vel horrore. n.166.

Horror medij vnici ad vitam conſeruandam excuſat à peccato repudiationem talis medij. n.167.

In extrema neceſſitate, an quis licitè poſſit, & teneatur edere carnes humanas, vt vitam conſeruet. ibid.

Si dolores in abſciſſione membri non ſint magni, ſed faciles, an æger ad vitam tuendam teneatur illos pati. n.169.

Infirmus etſi periculoſus, an poſſit licitè reſpuere omnia remedia committens ſe curſui naturæ, & Dei prouidentiæ; referuntur variæ ſententiæ, & concluditur teneri vti remediis ordinariis, & communibus ſi illis adhibitis ſit ſpes probabilis vitæ conſeruandæ. n.170. 171. & 172. & vocare medicum. n.173.

Et medicus poteſt ægrotum reluctantem curare, & ad id tenetur; & poſtea poteſt expoſcere impenſas curationis, & medicamentorum, etiamſi æger moriatur. num. 175. & quid ſi æger ſit medico coniunctus; & de aliis, qui ægroto inuito aliquod miniſterium exhibent. ibidem.

Quibus in caſibus ægrotus poſſit reſpuere omnem medicinam corporalem. n.176. 177. & 178.

Infirmus tenetur abſtinere à cibis nociuis, & à nimia inedia: & quid ſi cibus creditur allaturus leue tantum nocumentum. n.179.

Nullus tenetur vitam prolongare vtendo cibis optimis, vino, vel abſtinendo à vino vel mutando locum habitationis, vel quotannis ſumendo pharmaca, aut exquirendo exquiſitiſſima medicamenta. n.180.

Abſtinere omninò à cibo neceſſario intentione breuiter moriendi eſt peccatum mortale. n.181.

Iuſtè damnatus ad moriendum inedia cibos oblatos an poſſit reſpuere, licet poſſit edere. n.182.

Vti ieiuniis, abſtinentiis, pœnitentiis, & aliis corporis aſperitatibus abſque intentione breuiter moriendi diſcretis, & iuxta regulas prudentiæ, idque ob bonum virtutis, licitum eſt, etſi prauidetur vitam fore inde abbreuiandam, & quæ dicantur pœnitentiæ diſcretæ, præſertim quæ ex regula ſunt præſcripta. n.183.

Abſtinentiis, & pœnitentiis indiſcretis, & contra rationem vti peccatum graue eſt ex natura ſua. n. 184.

Abſtinentia indiſcreta, & grauiter culpabilis natura ſua eſt, quando quis ita abſtinet à cibis communibus, vt non ſumat quantitatem præcisè neceſſariam ad alimentum, ac ſuſtentationem, ac valetudinem indiuidui ſecundum diuerſam vniuſcuiuſque complexionem. ibidem.

Et quid ſi non aduertatur exceſſus abſtinentiæ, vel ita abſtinens & aduertens exceſſum bona fide putet ſe facere bene. ibid.

Abſtinentiam, & corporis caſtigationem eſſe indiſcretam, & grauiter culpabilem, ſi ægritudinem notabilem inferat, vel ſenſibiliter vitam abbreuiet, aſſerunt abſolutè nonnulli Doctores. n 185.

Pœnitentiæ, & abſtinentiæ, quibus quis ſe reddit inhabilem ad opera, & officia debita, vel læditur integritas ſenſuum, & mentis ſunt indiſcretæ, & culpabiles grauiter. num 186.

Si inde non reddatur quis impotens ad impletionem ſui officij, nullum eſſe peccatum abſtinere à communibus cibis quoad pluralitatem comeſtionum, & quoad quantitatem, dummodo ſumatur cibus neceſſarius ad indiuidui ſuſtentationem, quamuis ſic ieiunans, ſeu abſtinens clarè, & ſenſibiliter aduertat ex tali abſtinentia diminui vitam, dummodo non præuideat breuiter, & de proximo terminandam, eſt ſententia verior. n 187. & 188

Monachi Carthuſienſes non habent votum de abſtinentia à carnibus in extremo vitæ periculo, ſed ſolum ex conſuetudine primò, poſtea ex ſpeciali ſtatuto, ſeu regula inducta eſt talis abſtinentia n.189.

Vbi nullus adeſſet alius cibus præter carnes, Carthuſienſis Monachus teneretur illas edere ad vitam conſeruandam. num.190.

In graui ægritudine, in qua medicorum iudicio non poſſit vitam conſeruare, niſi eſu carnium an Monachus Carthuſienſis teneatur edere carnes, vel poſſit licitè abſtinere ab illis ob bonum virtutis. n.191. & 193.

Poteſt abſque peccato edere. n.193.

Sine eſu carnium poteſt homo viuere, & infirmitas reparari. num.192.

Conſtitutio de abſtinendo perpetuò à carnibus etiam in graui ægritudine ob bonum virtutis commune, & religionis eſt honeſta, & valet n.193.

Votum de abſtinentia à carnibus præcisè in extrema neceſſitate non eſt licitum n.194.

Licitum eſt de abſtinendo perpetuò à carnibus, & qui ſic vouit poteſt abſtinere etiam in extrema neceſſitate ob bonum virtutis n.194. & quid ſi tantum propoſuiſſet abſtinere perpetuò à carnibus. ibidem.

Si Carthuſienſes haberent votum abſtinendi perpetuò à carnibus, an in graui ægritudine, & periculoſa ad vitam tuendam poſſent licitè illas edere. n.195.

Perſona priuata, quæ feciſſet tale votum, licitè poſſet in extrema neceſſitate edere carnes. ibidem.

Qui abſolutè vouiſſet non edere carnes, vel non edere in tali die, poſſet edere in caſu morbi. ibidem.

Mater prægnans an charitate, vita corporali propria periculo teneatur pati ſectionem ob bonum animæ prolis, quando probabiliter creditur prolem futuram ſectioni ſuper-

ſtitem, & recepturam baptiſmum, & nullum aliud remedium eſt conſulendi æternæ ſaluti eiuſdem prolis. Sententia negatiua. n.196. & ſeq. Affirmatiua. num.200. & 207.

Non ſolum pati, ſed & procurare ſectionem in huiuſmodi caſu tenetur pragnans. ibidem.

Etiam Chirurgus, ſeu artifex ſecandi peritus requiſitus tenetur ſecare; & vbi non ſit requiſitus ſe offerre ad ſecandum, quando probabiliter ſperat bonum euentum ſectionis. n.201.

Infans nondum perfectè natus, ſi ex vtero exerat caput, vel aliam corporis partem, in qua poſſit ablui aqua baptizari validè poteſt imò & debet in extrema neceſſitate, quidquid nonnulli ſecus ſenſerint. n.202.

Item exiſtens totus in vtero validè baptizari, ſi ad corpus eius aqua poſſit pertingere. ibidem.

Vtrum verò poſſit aqua attingi corpus fœtus in vtero clauſi, prout requiritur ad baptiſmi ſubſtantiam negant aliqui. n.204. Alij affirmant. n.205.

Ablutio ſecundinarum, quibus infans in vtero inuoluitur, an ſufficiat ad verum baptiſmum. ibid.

Solum in extrema neceſſitate baptizatur puer nondum ex vtero egreſſus ſeu fuſus, vel cum materia dubia n.206.

Puer in extrema neceſſitate ſola ſecundina ablutione, vel ablutione alicuius partis, quæ non ſit caput, aut ſcapulæ ſuperueniens eſt rebaptizandus ſub conditione. ibid.

An detur aliquod ſupplementum baptiſmi quoad infantes morientes, quibus non poteſt adhiberi remedium baptiſmi, vel applicatus fuit baptiſmus irritus & nullus. numero 208.

Media ſalutis ſufficientia quomodo puerulis in vtero matris morientibus, vel aliàs decedentibus ante vſum rationis ſint à Dei prouidentia prouiſa. n.209.

Peccatum originale omnes contrahunt in vtero matris, Gratia autem Chriſti non omnibus communicatur. n.210.

Matri pregnanti alioqui ex morbo certo breui morituræ, ſi ex vi ſectionis ſit inferenda mors, an ſectio ſit licita, vbi eſt ſpes probabilis futuram vtilem proli ad veramque vitam corporalem, & ſpiritualem. Affirmarunt nonnulli medici n.211. Contrarium certum, & docent Theologi, & Summiſtæ communiter. n.212.

Malum morale tametſi veniale, & leuiſſimum non poteſt fieri, vt eueniat bonum etiam maximum. n.213.

Si puer mox moriturus deficiente alia aqua proiiciatur in flumen, vel in puteum à miniſtro proferente formam baptiſmi cum intentione baptizandi, puer verè baptizatur. num.214.

Illicita, & mala eſt talis proiectio, licet ad finem ſalutis æternæ pueri. ibidem.

Illicitè licet validè baptizaretur puer alioqui moriturus aqua venenata, & de ſui natura pueri interfectiua. ibidem.

An foret illicitum baptizare puerum alioqui ex morbo breui moriturum, ſi ablutio aquæ eſſet illi mortem allatura. Affirmatiua n.214. Negatiua. ibidem.

Actio, per quam vita abbreuiatur etiam modicè; ſi ſtatim auferat vitam eſt illicita. n.215.

Propoſitio, ſeu doctrina illa multorum Theologorum, licere minus malum alteri ſuadere, ſeu conſulere ad euitandum maius, quomodo intelligenda n.217.

Quamuis liceat alteri conſulere minus malum morale ad euitandum maius peccatum, nemini tamen licet ſibi tali conſilio vti. ibidem.

Si aqua ad prolem in vtero matris clauſam immitti quoquo modo poſſit, an eſſet baptizandus etiamſi ex ea immiſſione aquæ modica prauideatur ſequutura certum mors matris ægra, & alioqui moritura. Negatiua, n.218. Affirmatiua ibidem.

Si ex matris ſectionis vi inferenda ſit mors proli, ſectio eſt illicita, licet foret vtilis matri n.219.

In probabili dubio an ſectio ſit profutura matri, & proli, vel vtrique mortem allatura, & ſit deſperata ſalus vtriuſque, niſi ſectio iuuet; an ſit licita ſectio, reſoluitur affirmatiuè num.219.

Quando iudicaretur ſectionem æque profuturam matri, & periculoſam proli, vel certa putaretur ſalus matris ex ſectione, & dubitaretur de exitio prolis, vel prauideretur mortem illius ſubſequuturam, an attenta ſola iuſtitiæ obligatione foret licita ſectio, reſoluitur affirmatiuè. n.220. & 221.

Ex lege charitatis mater cum diſcrimine propria vitæ tenetur abſtinere à ſectione, ſi ea non adhibita probabiliter ſperetur, prolem alioqui morituram abſque baptiſmo, prodituram in lucem, & baptiſmum recepturam. n.221.

Pregnantis iuſtè ad vltimum ſupplicium damnatæ ante partum naturalem, ſectio an, & quomodo ſit licita tum ob bonum prolis, tum ob commune bonum. n.223. ad 228.

Proles in vtero matris exiſtens ante ſeptimeſtre non eſt ſufficienter matura, nec vitalis. n.227.

Humanum ſemen non eſt duplicis generis, ſed vnius ſpeciei atoma. ibidem.

Partus octimeſtris in aliquibus regionibus eſt vitalis, vt plurimum non eſt vitalis ex communiori ſententia. n.228.

Cauſa, cur non ſit vitalis qua. ibidem.

Ex graui neceſſitate extrinſeca vrgentiſſima, obque bonum publicum in deſperatione partus naturalis, an, & quando mater pregnans innocens viua licitè ſecari poſſet ad educendum fœtum, quem viuere maximè interſit communis boni n.229. 230. & 231.

Filius ex ſecto matris vtero eductus, an ſit habendus vti natus, & iuribus natorum quoad ſucceſſiones, hæreditates, & legata, quæ filiis natis, & naſcituris competunt, potiatur. Negatiua n.232. Affirmatiua communis. n.233.

Ætas filij ex ſecto ventre extracti à die, ſeu tempore extractionis computatur. n.234.

Si ex eadem ſectione ſimul educantur gemelli, quis eorum habeat ius ſuccedendi in primogenitura, aut regno. Remiſſiuè. n.235.

§. V.

An, & quando ſit licita ſectio vteri materni ad educendum, ſeu extrahendum fœtum, ſiue fiat ob bonum fœtus, ſiue ob bonum matris, ſiue ob bonum vtriuſque.

HViuſmodi ſectio vteri materni poteſt fieri, vel iam matre demortua, vt educatur fœtus matri mortuæ ſuperſtes; vel tam matre, quam fœtu viuis, vt fœtus ipſe, cuius deſperatur naturalis emiſſio partu ordinario, eximatur, ipſiuſque vita, vel matris, vel vtriuſque conſeruetur, vel matre viua mortuo iam fœtu, vt fœtus ipſe matri noxius extrahatur, illaque damnoſo onere liberata mater incolumis conſeruetur. Quando autem (quod poteſt eſſe quartus caſus ſectionis) eſſent ambo mortui, ſcilicet, & mater, & fœtus in illius vtero latens, ſi fieret ſectio, non poſſet tendere in bonum illorum; honeſtè tamen poterit fieri ob aliquem bonum finem, præſertim ad adipiſcendam peritiam anatomicam, vt ſi morbus, qui non potuiſſet bene agnoſci, inſolitanè mala affectio matri, & fœtui mortem attuliſſet, & profectò vſu artis medicæ erga alios in ſimili caſo expediret talis morbi, ſeu prauæ affectionis ſcire originem. De quo Raynaudus *de ortu infant. cap.1. fine* refert duo exempla, vnum ex Ioanne Alboſio medico de Embrione putrefacto, quem mulier Senonenſis annos 28. in vtero geſtauerat. Alterum ex medico Friburgenſi, qui ſcriptis teſtatus eſt, ſe anno 1595. reperiſſe mulieris vterum lapideum pondere librarum ſeptem, veſicam item lapideam, & peritoneum, cui vix nouacula immitti poterat, & in eo ſtatu annos triginta ſeptem 16

ſeptem vixerat. Cum igitur hæc, & ſimilia eueniunt, vel contigiſſe, ſuſpicio eſt, laudabilis eſt ſectio mulieris demortuæ, vtpotè bono communi conducens, cùm indè poſſit comparari notitia multorum conducentium ad medendum aliis prægnantibus pro felici partu, & fœtus ſalute. De aliis tribus ſectionibus ad matris, vel fœtus, vel vtriuſque ſalutem ordinatis, quæ tantum in titulo paragraphi comprehenduntur hic pertractandum eſt.

Sectio vteri matris demortuæ, vt fœtus, qui creditur viuus, vel ſaltem dubitatur quod viuat, vel non conſtat, quod mortuus in vtero ſit, cum priùs conſtaret eſſe viuum, non ſolum eſt licita, ſed neceſſario adhibenda, vt fœtus eximatur, & baptizetur.

144 Et quoad primam ſectionem, certiſſimum eſt mortua iam matre, ſi filius creditur in vtero illius viuere, vel de hoc ſit dubium, ſeu non conſtet de illius morte ante mortem matris, cum conſtaret priùs eſſe viuum, matris vterum non ſolum licitè poſſe, ſed neceſſario deberi ſtatim à morte ſecari, & aperiri, vt fœtus, educatur, & ſi exiterit viuus, baptizetur. Ita fatentur omnes Theologi, & Summiſtæ. Ita S. Thomas *3. p. qu. 68. art. 11. in reſponſione ad 3. ibidem.* Suarez, Coninch, & alij illius Interpretes. Aleoſis *3 p. quæſt. 17. membro 4.* Paludanus *in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. concl. 3.* Gabriel *d. 4. dub. 2.* Broanſonis *q. 4. corollario 2. lit. k.* Soto *diſt. 5. q. vnica art. 11. concl. 3. circa tertium.* Pelbartus *roſario 4. tract. de baptiſmo cap. 5. caſu 5.* Layman *lib. . tract. 1. cap. 3. q. 1.* Fagundez *in decal. lib. 5. cap. 11. num. 35.* Caſtrus Palaus *p. 4. tract. 19. diſp. vnic. p. 6. nu. 2.* Bonacina *de ſacr. diſp. 2. q. 2. p. 6. nu.* 8. Rayoandus *cap. 2. num. 1.* Villalobos *p. 1. tract. diff. 4. num. 5.* Graffius *p. 2. deciſ. aur. lib. 1. cap. 40. num. 20.* Angelus *v. Baptiſmus 6. n. 2.* Firmus *v. eodem num. 39.* Victoria *in ſumm. vbi de baptiſmo num. 32.* Poſſeuinus *de offic. Curat. cap. 6. num. 8. fine.* & cæteri Theologi, & Summiſtæ, quos longum nimis foret enumerare: & expreſsè etiam ita decernitur *lib. 2. ff. de mortuo inferendo.* Præceptum enim charitatis omnes obligat tum ad vitam corporalem proximi conſeruandam, dum eſt in extrema neceſſitate, alioqui illam amiſſurus, cum id poſſumus præſtare noſtro notabili detrimento; tum ad procurandam etiam ei æternam ſalutem, qua ſit priuandus auxilio illi à nobis non præſtito; ne ergo fœtus matri demortuæ ſuperſtes miſerè moriatur intra maternum cadauer, & vitam corporis, ſimulque vitam æternam amittat, illi ſtatim à morte ſuccurrendum eſt apertione vteri materni: Et Parens id non procurans peccaret etiam contra pietatem, & in Patris defectum idem ſpeciali obligatione tenentur curare propinqui, & quibus filiorum tutela commiſſa eſt, & in horum omnium defectum Rectores loci quoad temporalia, & quoad ſpiritualia ex vi officij ad idem tenerentur.

Fœtus iam animatus an ex neceſſitate moriatur ſimul cum matre obeunte, an vero intra eiuſdem matris recens defunctæ vtero perſeuerare aliquandiu viuus poſſit, & ea ſtatim ſecta viuus eximi.

145 Vtrum verò poſſit dari caſus, vt matri prægnanti demortuæ ſuperſtes ſit fœtus, vtiliſque ſit futura ſectio vteri materni ad illum viuum educendum, & lauandum ſacro fonte. Quamuis vnus, aut alter Medicus ad ſummum aſſeruerint impoſſibile eſſe, fœtum mortua iam matre vel momento in eius vtero viuere, ſed ſtatim exanimari. Ita Rodericus à Caſtro *lib. 4. de morb. mulieb. cap. 3. in ſcolio*, & Verandeus *libro 2. de morb. mulierum cap. 7.* Et nititur Rodericus ea ratione, quod motu, & vita matris prægnantis ceſſante, ceſſet etiam in fœtu cordis motus, qui pendet ex contractione, & diſtenſione duarum arteriarum vmbelicalium, qui motus cum primum in matre ceſſat, illicò etiam ceſſat in fœtu; qui proindè impedita per matris mortem reſpiratione, ex neceſſitate moritur: In vtero enim, inquit, non reſpirat fœtus per os, nec per illud ante ſectum vmbelicum ſpiritum attrahere poteſt obſtantibus ſecundinis, & aliis inuolucris. Verandæus verò probat ea ratione, quod fœtus in vtero matris non alia vita, quam vita matris viuat; & conſequenter moriente matre, neceſſariò ſtatim & cum illa moritur fœtus. Quapropter tidem Rodericus, & Verandæus aiunt, ſi aliquando, vt referunt Hiſtoriæ, & Doctores, fœtus per ſectionem vteri materni eductus eſt viuus, mater nondum erat prorſus mortua, dum ſecaratur, licet talis putaretur, ſed ſolum agebat animam, & extremos ſpiritus trahebat; & confirmat Verandæus Hiſtoria, quam Paræus *lib. 24. cap. 54.* refert de muliere quadam prægnante, quæ à peritiſſimo anatomico mortua habita ad ſecundum nouaculæ ictum, ex quo poſtea obiit, agnita eſt paſſione hiſterica laboraſſe. 146

Nihilominus etiam certiſſimum eſt, demortuæ matri prægnanti poſſe ſuperuiuere fœtum, & ſæpè ſuperuixiſſe, & ex ſecto matris vtero viuum educi poſſe, prout ſæpè experientia, & facto ipſo compertum eſt. Ita ſentiunt, & ſupponunt Theologi, & Summiſtæ *ſuprà allegati*, idem ſupponit ius ciuile lege *num. præced.* allegata, & alibi ſæpe, nempe *l. Antiquius amittitur. & l. etiam ea. ff. de verb. ſignif. l. poſthumus in fine principij ff. de inoff. teſtam. l. ſi ego. § partus. ff. de public. in rem actio. l. quod dicitur ff. de lib. & poſthum. l. 1. § ſi qua prægnans. ff. vnde cognat. & l. 1. § ſed etſi matris. ff. ad S.C. Tert.* quas leges ad id adduxit etiam Tiraquellus de iure primogenitorum *q. 18. n. 1.* qui idem ſentit; ſicut & ſentiunt alij Iuriſperiti præſertim in *d. l. poſthumus*; & fatentur etiam communiter Medici, Et experientia ipſa conuincit. Gorgiam Epirotam è matris demortuæ vtero, dum ad ſepulchrum portaretur prodiiſſe in lucem refert Valerius Maximus *lib. 1. cap. 18.* Lycam ex matris peremptæ ſecto ventre eductum refert Virgilius *10. Æneid.* & ibidem Seruius ſcribit primum de familia Cæſarum ſecto matris mortuæ vtero pariter lucem vidiſſe, indeque dictum Cæſarem à cæſione, vt notat etiam Tiraquellus *d. q. 18. n. 2.* Scipionem quoque Africanum primum è matre iam defuncta ſecta natum ex Hermolao Barbaro, è Silio Italico refert idem Tiraquellus ibidem. Similem ortum habuiſſe Manilium ſcribit Plinius *lib. 7. cap. 9.* Eundem ortum habuiſſe Gerardum poſtea Epiſcopum Conſtantienſem refert Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 624. n. 1.* Paræus *lib. 24. cap. 14. fine* teſtatur ſe extraxiſſe è matre mortua fœtum viuum manibus, & oculis (quod certè admirabile) ſurſum elatis: Plura exempla ſimilia cumulat Schenelius *lib. 4. obſeru. med. pag. 664.* Cornelius Gemma *lib. 2. Cyclogn. c. 6.* teſtatur, ſe ſex fœtus viuos è mortuis matribus ſtatim ſectis exemiſſe. alios infantes eodem modo è matribus, quas clarè conſtabat eſſe mortuas, ſectis eduxiſſe viuos narrat Carolus Stephanus *lib. 3. de diſſect. part. corp. hum. cap. 1.* Horatius Augerius pariter *lib. 5. epiſt. 2. cap. 11.* ſcribit à ſe è matre perſpicuè mortua eductum fœtum viuum. Raynaudus *d. cap. 2.* refert alia exempla, & *in fine n. 6.* præſertim refert Chirurgum (vt iſte eidem confirmauit) poſtea factum religioſum Societatis Auenione ex prægnante indubitanter mortua à ſe ſecta extraxiſſe puerum viuum; Prædictis addo exemplum notiſſimum, quod Lin-

cij

cij in Auſtria ſuperiori non multis ab hinc annis contigit, vbi tunc Auguſtiſſimus noſter Cæſar Ferdinandus Tertius, cum Sereniſſima Imperatrice Maria vxore morabatur. Hac enim prægnante, & partui proxima grauiſſimis doloribus perempta, & ſtatim ſecta repertus, & eductus eſt infans, qui baptiſmi compos factus non multò poſt obiit.

Denique Daniel Tannerus *lib. 4. p. 2. ſect. 3. ca.* 8. teſtatur, infantes intra vterum matris paulo ante manifeſtiſſimè defunctæ fuiſſe deprehenſos ſubſultare. Ex quibus perſpicuè, & indubitatè conſtare videtur, fœtum prægnanti de recenti defunctæ poſſe ſuperuiuere, nec ſimul cum matre neceſſariò mori, eaque mortuæ matris vtero ſtatim poſt mortem ſecto educi poſſe viuum, prout ſæpe contigiſſe, teſtantur præfati Authores, & Medici non modicæ authoritatis, qui expreſsè, & clarè loquuntur de fœtibus viuis extractis ea ſecto vtero matris, quam certò conſtabat eſſe defunctam, & non agentem tantum animam, in extremiſve tantum laborantem. Neque ex eo, quod vnus, aut alter Chirurgus errauerit, defunctam exiſtimans eam, quæ tantum paſſione hyſterica laborabat, ſequitur alios paſſim præſertim peritiſſimos ſimili errore deceptos. Neque etiam obſtant fundamenta, quibus Rodericus, & Verandæus moti ſunt ad contrarium aſſerendum. Nam dum Verandæus dicit fœtum in vtero viuere non alia, quam vita matris, vel ſenſus eſt, fœtum ſtatim mori mortua matre, & id eſt, quod controuertitur, & conſequenter eſt petitio principij; vel ſenſus eſt, fœtum non habere animam diſtinctam à materna, ſed informari eadem anima matris, & hoc eſt erroneum, vt *ſuprà numero* 66. oſtenſum eſt. Quod verò ſupponit Rodericus à Caſtro, ſcilicet, fœtum in vtero materno, vt viuat, indigere motu pulmonum reſpirationis; & etiam motu cordis Raynaudus *d. cap. 2. num.* 8. oſtendit eſſe falſum ratione, quam ad id adducit Andreas Laurentius *lib.* 8 *Anat. cap. 7. q. 26. & 27.* ſumpta ex fine vtriuſque illius motus. Nam reſpiratio neceſſaria ſolum eſt propter refrigerationem copioſi caloris: vnde mulieres paſſione hyſtericæ laborantes ob caloris remiſſionem adeo reſpiratione non vtũtur; vt ſæpe ante mortẽ ſepulturæ tradãtur ob nõ animaduerſam reſpirationẽ, inſecta animalia etiam hyeme degẽtia ſubter terram ſola tranſpiratione vtuntur, non reſpiratione ob caloris remiſſionem. Ita ergo etiam fœtus ob caloris exiguitatem non eget reſpiratione, ſed ſola tranſpiratione. Motum prætèrea cordis ait Raynaudus ex eodem Andrea Laurentio non eſſe fœtui neceſſarium ſiue ad proiiciendum in cor ſpirituum materiam; ſiue ad ſpiritus vitales in cordis ſinu confectos à fumidorum vaporum, & elementorum admiſtione purgandos: ſiue ad eos expellendos è corde in aortæ tubos, vt in iam natis euenit. Horum enim nihil cernitur in fœto, cum ſpiritus vitales accipiat à matre per vmbilicales arterias. Quorum influxus licet ceſſet per matris obitum, nihilominus poteſt vita fœtus adhuc ad tempus aliquod conſeruari ſpiritibus ante mortem à matre communicatis; Non enim tam ſubito copia ſpirituum in fœtum viuente matre effluxa omninò conſumitur, vt abſque nouorum ſpirituum ſubminiſtratione non poſſit fœtus ad ali-

147 quam moram continuare vitam.

Dixi *ad aliquam moram*, quia fœtus intra vterum matris defunctæ tum ob defectum alimenti, tum ob indigentiam refrigerationis ab externo aëre attracto; tum ob ſecundinarum, quib. inuoluitur ſordes, & immunditiam, tunc ob malas affectiones ex matris ægritudine contractas, tum ob niſum, quo conatur erumpere, nequit diù viuere; & vix vltra horam matri ſuperſtitem eſſe poſſe iuxta Medicorum peritorum ſententiam, tradit Poſſeuinus *dict. cap. 6. numero* 9. vbi etiam addit obſtetrices octuagenarias, in illo munere verſatas, & valde peritas dixiſſe, fœtum poſt mortuam matrem non niſi ad modicum tempus viuere. Et licet Graffius loco ſuprà citato poſt Henricum *in cap. maiores numero* 5. de baptiſmo dicat matre mortua, vt filius poſſit diutiùs viuere, ab obſtetricibus dari hanc cautelam, ſcilicet, quod ſtatim poſt mortem matris ei aperiatur os, eidem immiſſo epiſtomio, vt puer aërem poſſit attrahere, & ſic reſpirare; quod docuit etiam Lodouicus Mercatus Medicus *lib. 4. de mulier. affect. cap. 3, in fine*; hoc tamen modo ad diutiùs viuendum non poſſe fœtum iuuari docet Paræus *lib. 24. cap.* 38. Quare, cum in hac re verè ſit periculum in mora, opus erit celeritate, vt ſectio fiat conſeſtim poſt matris mortem; quod vt fieri poſſit, cum mater ægra parere nequit, nec in ea diſpoſitione eſt, vt viuens poſſit ſecari iuxta tradita infrà, & agnoſcitur non poſſe diù viuere, habeatur paratus Chirurgus; qui illicò ac matrem mortuam eſſe deprehenſum eſt, ſi de morte fœtus ante non conſtet, illam aperiat, & fœtum extrahat, qui ſtatim baptizetur; vel etiam baptizetur ſtatim, ac apparet aliqua illius pars præſertim caput, ſi ſit periculum vitæ illius in extractione ex vtero. Ad agnoſcendum verò ægri indubitatam mortem Medici, & obſtetrices exercitatæ, & alij periti infirmorum miniſtri lumen paruæ candelæ accenſæ ori iacentis ſolent admouere, & obſeruare, num flamma deiiciatur; vel bombycis, aut lanæ filum ſubtiliſſimum iuxta os ponere; & attentè animaduertere an filum recipiat aliqualem motum ab infirmi halitu; ſi enim flamma nullo modo deiicitur, & filum ſtat omnino immotum, indicium eſt matrem obiiſſe. Alio etiam indicio mortem certò deprehendi dicunt alij, ſcilicet, ſi cyathus aqua plenus vſque ad ſuprema labra ſuper os ventris locetur, & aqua prorſus immota permaneat.

Prædicta quoad primam ſectionem, ſcilicet, matris defunctæ ad educendum fœtum ſuperſtitem.

Quoad alias duas ſectiones multa ſunt controuerſa; ſingillatim explicanda. Et

An deſperato partu naturali licita ſit ſectio vteri matris viuentis ad educendum fœtum, alioqui intra vterum cum periculo interitus matris moriturum, & corrumpendum, ſi probabiliter ſperetur ſectionem nec matri, nec fœtui mortem illaturam.

Dubitatur primò, cùm deſperatur partus natura- 148
lis, ſeu fœtum poſſe edi, & prodire in lucem per viam naturalem ex quacunque cauſa (ſiue ex arctitudine, aut nimia craſſitie vteri materni, ſiue ex fœtus obeſitate, ſiue ex deprauata oſſium iſchij, ac pubis conformatione, ſiue ex alio accidente, aliáve cauſa, de quibus cauſis Raynaudus *cap. 3. num.* 8. ex Moſchio, & Theodoro Priſciano *in excerptis p. 2. cap.* 15. Auicenna 21. 3. *tract. 4. cap.* 5. Moxio *lib. 3. de vena ſect. in morb. acut. c.* 3. & Mart. Akakia *lib. 1. de morb. mul.*) & ſi diutiùs intra vterum matris perſtet, exanimabitur (quia vel ſuffocabitur à nimio æſtu cordis nimis concaleſacti, quem mater temperare non poterit, vel deficiet ob inopiam alimenti in maiori copia, quam antea ſibi neceſſarij; vel quia à ſordibus, & immunditiis ſecundinarum breui omnino inficietur) vnde etiam matri vel moriendum erit, vel ſubeunda contritio fœtus intra vterum horroris, credulitatis, & grauiſſimorum dolorum plena, & mortis periculo non minus fortè, quam vteri ſectio expoſita. An ſit licita ſectio vteri matris prægnantis viuæ innocentis (nam de ſectione prægnantis viuæ iuſtè ad vltimum ſupplicium condemnatæ infrà) ad vitam matris, & fœ-

tus

tus conſeruandam, ſi nullum aliud remedium ſuppetat, quo vtriuſque vitæ conſuli queat. Dixi, *ſi nullum aliud remedium*, &c. quia certum eſt extra extremam neceſſitatem ſiue tuendæ vitæ matris, & fœtus, aut matris ſolius, aut fœtus ſolius alioqui corpore, & & anima perituri, ſiue boni publici, cui aliu remedio ſubueniri non poſſit, nunquam eſſe matri viuenti adhibendam, non poſſe licitè adhiberi ſectionem, vt ante tempus naturalis partus, fœtus educatur; ſed expectandum naturalem partum. Ita quod, quacunque ex cauſa intendatur fieri ſectio matris viuentis, neceſſe eſt, vt ſit ſupremum remedium alio omnino deficiente. Cum enim modus pariendi, & in lucem edēdi prolē naturalis ſit à natura, ſeu naturæ authore Deo inſtitutus vti conuenientiſſimus, tum vt vſque ad illud tempus naturaliter pariendi, & edendi proles conſeruata congruum reciperet augmentum, & partium corporis perfectionem ad vitam extra vterum retinendam conſequeretur; tum vt in lucem regulariter prodiret abſque vitæ periculo, grauiſſima inordinatio eſſet, inordinate eductionem fœtus in lucem per aliud medium maximè ita proli, & matri periculoſum, qualis eſt ſectio (quæ quamuis à peritiſſimo fiat, ſemper mater & fœtus non leui mortis diſcrimini obiiciuntur) extra ſummam, & extremam neceſſitatem, qualis non eſt, quando ſuppetit aliud remedium, quo adhibito proles ſit, vel ſperetur edenda naturali partu: Et planè nullus erit, qui non fateatur temerarium prorſus eſſe tanto periculo matrem, & fœtum vltrò exponi, ſi euitari poſſit. Neque dicatur ſectionem poſſe à culpa, & temeritatis nota excuſari ob liberationem matris ab acerbiſſimis, & interdum valdè diuturnis naturalis partus doloribus ſuſtinendo breuiores, & leuiores dolores ſectionis. Contra eſt, tum quia ob periculum illud vitæ matris, & fœtus non poteſt excuſari à culpa, & temeritate ſectio, licet per eam mater, ſi ſit ſuperſtes, liberaretur à grauioribus, & diuturnioribus doloribus; tum quia fieri, nec credi poteſt, vt ex tam magna diuiſione tam multarum partium tantopere ſenſitiuarum, ſeu ſenſu ſummè pollentium, ſcilicet, abdominis, peritonei, ac vteri non reſultet dolor naturalis partus dolores æquans, vel etiam ſuperans, maximè accedente horrore inſuetæ dilacerationis, quæ abſque dubio dolorum acerbitatem auget, atrocioremque efficit.

Difficultas ergo propoſita procedit ſolum in vrgentiſſima, & extrema neceſſitate nullo alio remedio pro ſalute matris, & fœtus Medicorum iudicio ſuppetente præter ſectionem vteri ipſius matris viuentis, an hæc ſit licita, & honeſta, ſi probabiliter ſperetur ſectionem nec matri, nec fœtui mortem illaturam, ſed ceſſuram in bonum tàm matris, quàm fœtus, qui alioqui ob impoſſibilitatem partus naturalis tandem in vtero exanimatus, & corruptus præter ſui interitum matrem etiam manifeſto mortis periculo exponat, neceſſe eſt, cum niſi ſtillatiua, & horrida dilaceratione per immiſſionem inſtrumentorum ferreorum, non ſine ingentibus matris doloribus ſit facienda, vnde Tertullianus *libro de anima capite* 25. illam pueri in vtero matris emortui extractionem appellat, violentum puerperium.

149 Igitur S. Thomas, & alij Theologi, & Summiſtæ *ſuprà n.*144. (excepto Raynando) *relati*, & alij ab iiſdem, & à Raynando *de ortu infant. cap. 3. num. 2. allegati.* Graſſius, & Poſſeuinus *locis eodem numero* 144. *relatis*, cenſuerunt ſectionem matris prægnantis viuentis eſſe intrinſecè malam, & nullo modo licitam, neque etiam ad finem, vt proles, cuius ſalus corporea, & naturalis partus deſperatur, baptizetur, & ſalutem æternam conſequatur, alioqui illam cum vita corporali intra vterum matris corruptus, & exanimatus amiſſurus. Cum non ſint facienda mala, vt eueniant bona iuxta Apoſtolum *ad Rom.* 3. Eſſe intrinſecè malam probant ea ratione, quod de ſui natura, & per ſe inferat matri mortem, & ita ſecare vterum viuæ matris, ſit illam occidere; ac proindè ſectio illa ſit verum homicidium, quod ex nulla cauſa, quantumcunq; aliàs honeſta, poteſt excuſari à culpa; ex quo concludunt, nec Medicos, ſeu Chirurgos poſſe talem ſectionem adhibere, nec matrem prægnantem abſq; culpa homicidij ſui ipſius in illam conſentire, cum non ſit domina, nemóque poſſit ipſum occidere, aut cōſentire, vt ab alio interficiatur. Ita etiam ſenſerunt ex Iuriſperitis præter Graſſium, Nauar. *conſil. de homic.* & Franciſcus Marcus *p. 2. deciſ.* 951. In eandem ſententiam conſentiunt nonnulli Medici, & docti, qui acriter reprehendant huiuſmodi ſectionem prægnantis viuentis pro indubitato habentes, eam ſectionem eſſe matris occiſionem; ſeu ea ſectione ex neceſſitate matrem interfici, ſeu poſt eam non poſſe ſuperuiuere, & fabuloſas eſſe hiſtorias, ſeu narrationes, quibus contrarium, & matrem præmiſſa ſectione adhuc in multis caſibus ſuperuixiſſe, & etiam fœtum fuiſſe ſuperſtitem, refertur: cum ingens magnitudo vulneris ad fœtum extrahendum inferendi ſubſtantiæ vteri, & muſculis abdominis, necnon & peritonei ingentem hæmorrhagiam, ſeu magnum ſanguinis profluuium prorſus lethale neceſſariò ſit effectura, tot vndiq. vaſis multo ſanguine diſtentis vtero inſertis. Ita Alexander Maſſaria *lib. 4. rei Medicæ cap. 12. in fin.* (vbi teſtatur ſe per annos 40. non plus quam ter vidiſſe adhibitam ſectionē viuis mulieribus in naturalis partus deſperatione, & omnes exanimatas fuiſſe.) Ambroſ. Paræus *lib. de hom. gener c.* 38. & nonnulli alij à Raynando *d. c. 3. n. 3. relati.* Addunt nōnulli eandem ſectionē prægnantis viuentis eſſe illicitam etiam ex parte fœtus, licet alioqui in vtero matris moriturj ante partum, exiſtimantes eſſe occiſionem eiuſdem fœtus. Ita Lopez 1. *p. inſtr. c. 63. §. ſed in caſu*, & Malderus 2. 2. *tract. 5. cap. 1. dub.* 16.

Econtra alij; præſertim Medici communiter aiunt in deſperatione partus naturalis ſectionem matris viuentis eſſe licitam, & honeſtam, ſi probabiliter, ac rationabiliter ſperetur, quod ſit futura vtilis matri, & fœtui, qui nō adhibita ſectione certò, & ineuitabiliter eſſent ambo perituri, ea autem adhibita vitam iuxta probabilem ſpem retinebunt. Ita Raynandus *de ortu infant c. 5 per totum*, qui etiā *c. 3 n.* 6. refert Medicos idē docentes, & ſunt Franciſcus Runſſetus *opuſc. de partu Cæſareo*; Gaſpar Bohuinus *appēdice ad librum Rouſſeti, referens*, Ioan. Albuſ. & Franciſc. Saguyerium, Mauritius Cordęus *cōment. 1. ad 1. lib. Hippocrat. de morb. mulie tex.* 11. Iaco. Duuallius *de Hermaphrod. ex partub. c.* 24 Andreas Laurent. *lib.* 8. *Anat q.* 22. Verchardus *lib. de morb. mulier. c.* 14. Io. Marinell *lib. 3. de morb. mul. c.* 50. Io. Schitichius *obſeru. medic. lib. 4. fol. 665 & ſeq* Roderic. à Caſtro *lib. 4. de morb mul. c.* 3. Franciſc Ranchin. *lib. 7. qq. chirur. q.* 14. Miſaldus *cent.* 1. *Aphor.* 100. Daniel Nereius *lib. 4. med. pract p. 2. ſect. 6. c 6. caſu* 3. & ex Iuriſperitis idem docuit Balthaſar Gumezius *tr. de poteſt in ſeipſum lib* 2. *c. 4. n.* 3. 150

Reſolutio huius difficultatis omninò pendet ex eo, an cū ſectione vteri prægnantis viuæ ſit ineuitabiliter coniūcta mors matris, & fœtus, vel ſaltē matris, an verò vterus ſecari, & aperiri poſſit, & infans extrahi abſque cæde matris, & fœtus, ita quod licet in tali ſectione magnū ſit periculū, non tamen ſit ſēper certa mors matris, aut fœtus, ſed cōſideratis bona matris diſpoſitione, eiuſq; viribus aptis ad perferendos grauiſſimos dolores per ſectionē inferēdos, & Chirurgici ſectoris peritia, formari à peritis poſſit iudicium probabilis, & rationabilis ſpei retinēdæ, ſeu cōſeruādæ vitæ vtriuſq; licet non ſit certitudo omnimoda excludēs totaliter periculum; ſuppoſito enim quod non ſit ſēper certa mors, 151

mors, & affulgeat probabilis ſpes boni euentus, & tàm matrem, quàm fœtum ſuperuicturos; cum alioqui forent certò perituri, deſperato iam partu naturali; nulli dubium eſſe poſſe videtur, ſed fatendum eſt, tanquam certum in tali caſu licitam eſſe ſectionem, licet non careat etiam periculo mortis inferendæ; huic enim periculo, quod non eſt certæ, & indubitatæ mortis ſequuturæ, boneſtè, & licitè ſe exponere poteſt mater, vt euitet certum ſui, & prolis interitum alioqui ſequuturum intercluſo naturali partu. Quemadmodum in pluribus aliis caſibus homo ſectione alicuius membri, vel alia actione, putà præcipitatione de ponte, vel de muro ſe poteſt licitè exponere periculis mortis non certæ, & ineuitabilis, vt certam mortem alioqui illa actione prætermiſſa ſequuturam euitet, ſeu euitare conetur, vt infrà nonnullis exemplis oſtenditur, & nonnulla alia exempla referuntur à me *in tom. 1. mor. var. tit. 1. n. 936.* & etiam à Sayro *lib. 7. clau. cap. 9. num. 36. & 37.* & Balthaſaro Gomezio *de poteſtate in ſeipſum lib. 1. cap. 22. num 22.*

152 Quod igitur non ſit certa mors, ſed mater prægnans viuens ſecari poſſit abſque eius, & fœtus cæde, & vterque poſſit ſectioni ſuperuiuere incolumis, conſtat ex effectu ipſo, ſeu ipſa experientia, quia multæ prægnantes viuentes in deſperatione partus naturalis ſectæ ad educendum fœtum ſuperſtites vnà cum fœtu fuerunt, & conualuerunt. De quo varia exempla à grauibus, & fide dignis Authoribus referuntur, partim ab ipſiſmet viſa, partim ab aliis pariter ſcriptoribus fide dignis narrata: quos non eſt credibile in re tanti momenti fabulas texiſſe, & falſa narraſſe; non enim viderentur poſſe excuſari à graui peccato ob grauitatem mendacij, vtpote, quod multis poterat eſſe pernicioſum. Ne igitur pronuncientur rei grauis criminis, fides illis adhibenda eſt, & credendum narraſſe veros caſus, in quibus ſectio vteri prægnantis viuæ feliciter & matre, & fœtu incolumi facta eſt. Franciſcus Rouſſetus *loco ſuprà citato* refert decem exempla huius felicis ſectionis ſaluis matre, & fœtu; Gaſpar Bahuinus narrat ſex alia partim à ſe viſa, partim ab aliis ocularis teſtibus audita. Præfatus Rouſſetus refert de quadam muliere oppidi Meſnilij in Gallia, cum prægnans alio modo parere non poſſet, ſex vicibus fuiſſe à Nicolao Guillato Chirurgo oppidano ſecta, ſemperque extractum fœtum viuum; & mortuo dicto Chirurgo, cum ſeptimum grauida facta eſſet, nec inuentus Chirurgus, qui ſectionem adhiberet, ob impoſſibilitatem prorſus partus naturalis periiſſe vnà cum fœtu. Relatus quoque Bohuinus prægnantem, cuius partus naturalis deſperabatur, fuiſſe ſectam à quodam Chirurgico Caſtratore parum perito, qui abdomini vulnus adeo profundè inflixit, vt ad primum illum ictum fœtus appareret, & viuens, atque illæſus fuerit extractus, vulnuſque more veterinario conſutum nihilominus perfectè coaluiſſe; poſteaque eandem mulierem primum gemellos; deinde ſeorſim alios quatuor infantes naturali partu edidiſſe in lucé. Daniel Sennerus *d. lib. 4. p. 1. cap. 1. ſect. 2. cap. 17.* ſcribit quandam fœminam vterum in faſcia pendulum extra abdomen diù geſtaſſe, & tandem coram ſe illius vterum ſectum fuiſſe cum ſalute matris, & fœtus. Alia exempla refert Raynaudus *d. cap. 5. & 6. n* 8. & præſertim cuiuſdam mulieris ter ſectæ ſaluo fœtu, idque ſibi tanquam rem certam narraſſe Sacerdotem ex Societate prius in ſæculo Chirurgo. Tot igitur experimentis, & aliis, quæ alij Authores narrant oſtenditur matris prægnantis ſectionem fieri poſſe ipſius, & fœtus vita ſalua; vt proinde Mixardus *loco ſuprà n 146. citato* rectè dixerit eſſe rem indubitatam, & multis experimentis firmatam. Ex quo ſequitur, vt deſperato partu naturali cum certitudine mortis fœtus, & euidenti, vel ſaltem grauiſſimo periculo etiam interitus matris, ſi alia via fœtus non educatur, licitam, & honeſtam eſſe ſectionem, ſi adſit aliqua probabilis ſpes ſalutis corporalis propriæ matris, & ſalutis corporis, & animæ fœtus, eſto quod ſectio non careat omninò periculo vitæ ipſius; quia huic periculo honeſtè ſe exponere poteſt ad euitandum certum ſui, & fœtus interitum ſequuturum ſectione prætermiſſa, ſicuti, vt *num. præced.* innuebatur, licitæ ſunt aliæ ſectiones partium corporis æquè, vel magis periculoſæ, quæ à peritis in arte factæ ſæpè feliciter ſuccedunt, illiſque vita hominis conſeruatur, quæ alioqui indubitatè periret. Quæ ſectiones ſi ſunt licitæ ob ſalutem corporalem ægri, multò magis erit licita ſectio prægnantis in deſperatione partus naturalis exiſtente probabili ſpe boni euentus, cum inde vita corporalis non vnius, ſed matris, & prolis, & huius etiam ſalus æterna poſſit in tuto poni.

Itaque deſperato partu naturali, & affulgente ſpe conſeruandæ vitæ matris, & fœtus poſſe licitè ſecari 153
ventrem prægnantis viuæ, confirmatur ex aliis ſimilibus ſectionibus non minus periculoſis, quæ ſæpè valdè proſunt ad conſeruandam vitam, ideoque licitè adhibentur. Talis eſt ſectio membri ſiderati, ſeu totaliter corrupti, aut gangræna infecti, à quo niſi abſcindatur, reliquo corpori imminet corruptio totalis. Quæ præciſio, vtpote, quæ fit ferro ſecando os, neruos, tendones, venas, arterias, & applicatione candentium lammarum ad ſiſtendum ſanguinem, non fit abſque horrenda dilaceratione, & conuulſione; & tamen quia, vt ipſa experientia docet, poteſt iuuare infirmum, & à certa alioqui morte liberare, licitè iuxta omnes adhibetur, ſi iudicio medicorum ſit probabilis ſpes, quod ſit profutura. Refert Plutarchus hoc eueniſſe Caio Mario, qui cum in vtroque pede varices haberet, & ad præſeruandum reliquum corpus à putrefactione iudicaretur neceſſaria ſectio partium corruptarum, nullis vinculis alligatum, præbuit ſe medicis ſecandum; ac ne ſuſpirio emiſſo, nec adductis ſuperciliis Chirurgi curationem pertulit. Addit Seneca Epiſt. 78. dum varicet ſecarentur, eum legere librum perſeueraſſe; licet enim Seneca Marium non nominet, manifeſtè tamen de eo loquitur. Etſi eum Medicus ad alterum crus ſecandum tranſiret, vetuit dicens, curationem non eſſe tanto dignam cruciatu; refert & Cicero 2. *Tuſculan.* Paracenteſis quoque ſeu inciſio ſcalpello, acu, ſiue facta, quæ hydropicis adhibetur ad detrahendam aquam cum corporis pernicie putreſcẽtem, licet ſit remedium horrendum, cum fiat immiſſo per muſculos tranſuerſales abdominis ad peritoneum vſque ferro, vel tranſuerberatione medij vmbilici, quia, vt conſtat multis experimentis, ſæpè ægro, vbi aliud remedium non ſuppetit, licitè adhibetur; de quo remedio, & eius experimentis Hippocrates *lib. 6. Epidem. ſect. 3.* Schenchius *lib. 3. obſeru.* Andreas Laurentius *lib. 6. Anatom. quæſt. 9.* Rouſſetus *ſect. 3 cap. 3.* vbi etiam refert ſimili remedio fortuitò ſanatum fuiſſe baiulum quendam hydropiſi grauiter laborantem; ſcilicet, quia cum ei in rixa alter ictu cultri perforaſſet abdomen, & peritoneum, ſtatim effluxit aqua illa putrida morbum efficiens; qua ſectione fortuita deſperata ſanitas Deo ſerientis inimicam voluntatem in bonum vertente, eſt ei reſtituta. Non minus periculoſa etiam ſectione vteri eſt ſectio veſicæ ad extrahendum calculum, quæ fit in perinæo, ſcilicet, in loco inter ſcrotum, & ſedem, ſeu ſub pudendo inter femora, & nates, cum in perinæo concurrant plures inſignes venæ, arteriæ, nerui, muſculi, tendones, ac ligamenta; & ipſa veſica priuſquam

quam incidatur, vt plurimũ ſit exulcerata, atq; adeo ſectionis incapacior, & tamẽ experientia quotidiana conſtat, non ſemper mortẽ afferre, ſed vitam cõſeruare calculo extracto, eam eſſe licitã eſt in cõfeſſo apud omnes, ſi de conſilio Medici prudentis adhibeatur. Idẽ ergo omnino ſentiendũ de ſectione vteri prægnãtis viuentis; vbi partus naturalis deſperetur, ſi de conſilio medicorũ peritorũ eam probabiliter matri, & fœtui profuturã iudicantiũ adhibeatur. Exẽpla aliarum ſectionũ periculoſarum, quæ tamen non ſunt ſemper mortiferæ, refert ex aliis Raynaudus *d.c.5. n. ſa.54. & 15.* inter quas præſertim enumerat caſtrationem, ſeu ſectionẽ ad extrahẽdos teſticulos corruptos, vel ſanos tam in viris, quam in mulieribus, quæ licet fiat in partibus viuaciori ſenſu pollentibus, & periculoſioribus, quam abdomen, peritoneum, & vterus, tamen ſæpiſſimè feliciter ſuccedit, vt pariter quotidiana experientia confirmat; & idcirco de conſilio medicorum licite adhibetur. Prædictis addo in vniuerſum pro ſalute totius corporis alioqui certo perituri, licitum eſſe ſecare membrum corporis, licet principale, & tametſi ſectio ſit periculoſa, nõ tamen ſemper mortifera, vt tradunt communiter DD. Innocentius *in cap. ſignificauit n.1 de corpore viriat.* Bellamera *in c. 1. n. 2. eod. tit. ibidem* Archidiaconus, & Turrecremata. Præpoſitus *in cap. maritum num. 2. d. 33.* Balthaſar Gomezius *de poteſt. in ſe ipſum lib. 1. cap. 22. n. 19. & 20. & lib. 2. cap. 7. n. 1.* Henſiquez *l. 14. cap. 8. n. 4. in* Gloſſa E. & alij Theologi, & Summiſtæ communiter.

154 Denique ſectionem (& hanc probationem à priori vocat Raynaudus) vteri prægnantis viuæ non ſemper, & certo mortem afferre probatur, diſcurrendo ſingillatim per ſectiones ipſarum partium corporis neceſſarias, vt fœtus educatur, quæ ſunt ſectio abdominis, ſectio peritonei, & ſectio ipſius vteri. Omnes enim hæ partes poſſunt ſecari ſine certo, & euidenti periculo mortis. Et primo muſculos abdominis etiã magno vulnere poſſe abſq; mortis conſecutione incidi tradit Galenus *l. 6. meth. c. 4.* Non enim ex huiuſmodi inciſione ſanguinis profluuium ſequitur, quod mortis timorem rationabiliter gignet, cũ venæ mammeutiæ aſcendentes, à quibus maxime timeri poſſet ſanguinis profluuium ſecundum rectorum muſculorum longitudinem conſcendant; & Chirurgis nõ deſint pulueres aſtringentes, & alia ſanguinis fluxum cohibentia. Peritoneum quoq; ſalua vita ſecari poſſe oſtendunt tradita à peritiſſimis Medicis Galeno, Celſo, Aegioeta aliiſq; de curatione peritonei agentes: Quod etiam aliquando citra mortem corruptũ in aliquibus repertum eſt; & finis extremitatum partia anterioris ſit leuior, & facile cedẽs, ex eius inciſione nõ eſt periculum ſpaſmi, qui accidit, ſeu timendus eſt ex ſola inciſione fibrarum multum neruoſarum, & æquali neruoſitate circa extrema firmaratum ob earum contractionem cum violenta diſtenſione ad ſuum principium. Demum ipſius vteri inciſionem quantumuis amplam non eſſe mortiferam, conſtat ex eo, quod nec omnimoda eius auulſio mortem inferat, vt contigit, in nonnullis parientibus, quæ validiſſimo impetu conãtes edere fœtũ, vnã cũ fœtu vterũ radicitus euulſum emiſerũt ſalua vita; vt tamquam teſtis de viſu ſcribit Farnelius *l. 7 phyſiologia.* Exemplũ etiam aliorum, quibus vterus ob gangrænam, aut ſimilem cauſam exciſus, mortem non attulit, referunt Chriſtophorus vega *tract. de procidentia vteri.* Mercurialis *de morb mulieb lib. 4. c. 21.* & alij ex Medicis *ſuprà 146 relatis.* Refert etiam Langius *l. 2. epiſt. medic. in 29.* quendam ira percitum ilia vxoris ſexto menſe prægnantis cultro capulo tenus immiſſo traieciſſe; & chirurgum peritum vocatum inteſtina elapſa repoſuiſſe vulnus abdominis conſuiſſe; & triduo poſt matrem puerum occiſum in ſuprema parte caluariæ vulneratum peperiſſe, & matrem nihilominus conualuiſſe. Ex quo exemplo patet abdomen, peritoneum & vterum poſſe ſecari remaneate viua prægnante ſecta. Quapropter deſperato naturali partu, & effulgente ſpe probabili retinendæ vitæ matris, & fœtus licitam eſſe ſectionem prægnantis viuentis ad fœtum educendum, & baptizandum omnino aſſerendum eſt.

D. Io. Angeius Boſsius, De effectib. contr. Matrim.

Iudicium autem de probabilitate huius boni euentus ad medicum peritum, haudque præcipitem ſpectabit attentis fœtus, conditione, diſpoſitione, ac viribus prægnantis, & aliis circumſtantiis, ex quibus ipſa appareat impotens ad naturalem partum, nec ſit moritura ſectione adhibita. Non ſunt autem habenda in conſideratione accidentaria incommoda improuiſa quæ poſſunt præter artis regulas, & cognitionẽ contingere; hæc enim, cum caſu, & fortuito eueniant, nõ variant iudicium de probabilitate boni euentus. De indiciis conſiderandis videantur Rouſſetus *in parateſi ad chirurgos;* Martinus Akakias *lib. 2. de morb mulie. c. 15.* & Ludouicus Mercatus *lib. 4. de mul affect. cap. 5.* 155

An vero matre, & prole non peritura propter neceſſitatem extremam, & bonum publicum Reipublicæ liceat ſectio prægnantis infra explicabitur.

Medicus, ſeu Chirurgus, qui primus in deſperatione partus naturalis prægnanti viuenti adhibuit ſectionem vteri, an peccauerit.

Num autem ſaltem Medicus, ſeu Chirurgus, qui primus in deſperatione partus naturalis vſus eſt hoc remedio ſectionis vteri prægnãtis viuæ grauiter peccauerit, etiamſi deſperata videretur corporea matris, & vtraque fœtus ſalus? Affirmaſſe quemdam refert Raynaudus *c. 3. n. 3.* ea motus ratione, quod Medicus medicamentum antea ignotum quoad vim, anque ſit profuturum, vel nociturum ægrotis, etſi alioqui deſperatis applicans, vt illius vim experiatur, peccat mortaliter, vt tradidi *tom. 1. mor. tit. n. 454.* Et docent Theologi communiter ibidem à me allegati; quia præbendo tale medicamentum exponit ægrum periculo mortis, vel mortem ei accelerat. Verum licet à graui peccato non potuiſſet excuſari talis Medicus, aut Chirurgus ſi dubius de felici, vel infelici euentu; vt ſolum experiretur, an ſectio vtilis, nec ne foret, tamen ſi benè conſiderata natura partium ſecandarũ, & attento bono exitu aliarum ſimilium ſectionum, & inciſionum alioqui periculoſarum; conſideratis etiam diſpoſitione, ac viribus matris prægnantis, etiã conditione fœtus, probabiliter, ac rationabiliter iudicauit ſectionem potuiſſe feliciter ſuccedere, & cõmodare vitæ matris, & fœtus, non modo non peccaſſet, ſed in tanta neceſſitate conſeruandæ vitæ corporalis matris, & fœtus, & proſpiciendi ſaluti æternæ eiuſdem fœtus ſeſe laudabiliter geſſiſſet, nullo alio remedio ſuppetente, quamuis nullum ſectionis experimentum aliud præceſſiſſet; in huiuſmodi caſu cum ratione probabili vtilitatis ad conſeruandam vitam matris, & fœtus fuiſſet ductus, prudenter ſe geſſiſſet; vt enim *ſuprà numero* 138. oſtenſum eſt, in extrema neceſſitate deficiente omninò alio remedio, de quo captum ſit experimentum, poteſt licitè adhiberi, ægro medicamentum nouum, quod Medicus ratione probabili ex medicamenti natura, & artis medicinæ regulis iudicat poſſe prodeſſe, & vitam ægri conſeruare, licet Medicus dubitet etiam de nocumento inferendo, ſecus autem eſſet extra extremam neceſſitatem aliis medicamentis certioribus iuxta experimenta ſuppetentibus. 156

Sectio vteri matris viuentis matrem diſſectam ſuperſtitem non reddit inhabilem ad nouam conceptionem, aut ad naturalem partum.

157 Quanquam etiam non defuerint Medici, qui dixerunt ſectionem vteri reddere matrem ſuperſtitẽ ad nouā conceptionem, & geſtationem partus inhabilẽ, eo quod conſolidatū vteri vulnus per obductā cicatricem obſtiturū ſit nouæ dilatationi vteri ad prolis geſtationẽ neceſſariæ, ac proinde ex hoc capite reddi illicitā tamquā inducentem ſterilitatem. ita Pareus *l. 1. de hom. gener c. 38.* Ludou. Guionius *l. 5. de pulchrit. & ſanit. corp. c. 25.* & Verandæus *l. 2. de morb. mulier. c. 7.* & ſaltem matrẽ ſectam reddi inhabilem ad nouū partū naturalẽ voluerit Rodericus à Caſtro *l. 4. de morb. mulier. c. 3. in ſcholiis.* ea adductus ratione, quia tametſi vterus poſt vulnus conſolidatū poſſit concipere, tamẽ in partu dilatari ſatis nō poterit; niſi cicatrix de nouo aperiatur, ex quo vis vteri expultrix diſpergetur, & infirmior fiet, quam vt poſſit prolem naturaliter edere. Nihilominus exempla *ſuprà n.* 148. adducta ſatis demōſtrāt ſectionẽ vteri in matre diſſecta ſuperſtite poſt vulneris cōſolidationẽ nec nouā fœtus cōceptionem, nec partū naturalẽ impedire. Nā facta perfecta vteri cōſolidatione, quæ haud difficilis eſt, vterus ex natura hac valde dilatabilis, vt conſtat triplici fœtu in vterum cōcepto, & ſæpe ea magnitudine, & craſſitie fœtus notabili, facile poterit admittere diſtenſionem ad fœtus geſtationẽ neceſſariam, & etiam diſtenſionẽ ad partū naturalem requiſitam abſque volneris, ſeu cicatricis apertione. Etſi dato, quod ſectio impediat nouā conceptionẽ, & geſtationem partus, & naturalẽ editionẽ, non ideo ſequitur in deſperatione partus naturalis, ſi ſperetur probabiliter futurā vtilẽ vitæ matris, & fœtus cōſeruandæ, eam non poſſe licite adhiberi, cum ea prætermiſſa ſit futura certa mors & matris, & fœtus. per quam impedietur nouus conceptus, & partus, ac impediatur per vteri ſectionem; erit ergo adhuc licita ſectio cum tali ſpe vtilitatis ſeruandæ vtriuſque, quamuis haberet illa qualiacunque incommoda, quibus præferenda eſt præſens vita matris, & fœtus. Neque etiam ex eo, quod impediret geſtationem partus verè induceret ſterilitatem, quia adhuc fœtus conciperetur.

Sectio vteri prægnantis viuæ ad extrahendum fœtum mortuum ſiue ſolus, ſiue cum alio gemello viuo in vtero exiſtat, an ſit licita.

158 Ex traditis *à nu.* 146. inferendum eſt, quid ſentiendum ſit de honeſtate ſectionis vteri prægnantis vitæ, in cuius vtero fœtū mortuū eſſe ex ſufficientibus indiciis (de quibus Paræus *l. 24. c. 31.*) conſtat. Poteſt autẽ contingere, vt fœtus in vtero mortuus ſit ſolus, vel etiam cum alio gemello adhuc viuo. Vtroq; enim modo contingit fœtum viuæ matri immori, & exempla vtriuſque modi referuntur à diuerſis Medicis. Heceſtero *decade 6. obſ. caſu 3. in ſcholio*, Mattheo Cornari *in enchirid conſultat. medicarum.* Carolo Stephano *l. 3. de diſſection. part. corp. hum c 2.* Andrea Lauērio *l. 8. anatom. q. 22.* Baucino *in appendice ad Rouſſetum* §. *de ſuperfœtatione hiſtoria 3. & 4* Fælice Platero *l. de partu mulier. generat.* Schenchiu *lib. 4. obſeru. medic. tit. de fœtibus.* Marſilio Cagnato *lib. 4. var. cap. 9.* & à Sennerto *lib. 4. p. 2. ſect. 6. cap. 8. initio.*

Si enim fœtus in vtero mortuus ſit ſolus, & ſit etiā probabilis ſpes matrẽ vi ſectionis non eſſe morituram (vt de facto contigiſſe ſcribūt Marſilius Cagnat. Matthæus Cornari, & Sennertus locis allegatis) Sed cōmodū reportaturā, licita erit ſectio vteri matris viuæ ad extrahendū fœtū mortuū, & corruptū, quo fortaſſe ſic non extracto remaneret expoſita euidenti, vel grauiſſimo periculo mortis; & aliud remediū tutius, & magis opportunū medicorū iudicio nō ſuppetat. Hoc enim manifeſte probāt iam tradita de ſectione vteri matris ipſa, & fœtu viuentibus in deſperatione partus naturalis. Raro tamen poteſt contingere, vt ſectio pro matris ſalute iudicetur vnicum remedium ad extrahendum fœtum mortuum, & corruptum, cū extrahi poſſit vel medicamentis (vt ſcribunt Moſchius *c. 16. excerptorum.* Plinius *l. 2. c. 8. 9. 13. 14. & 22. & l. 21. c. 20. & 22. l. 22. c. 21.*) vel miniſterio chirurgi (vt conſtat ex quotidiana praxi, & tradunt Tertullianus *de anima c. 23.* Paræus *de hom gener. c. 26.* & Iacobus Ruffius *l. 3. de mulieb. c. 6.*) vel conatu, & impulſu ipſius naturæ, vt ſcribit Cagnatus *d. cap. 9.*

Si autem per ſigna (de quibus Hipocrates lib. de ſuperfœtatione) conſtet cum fœtu mortuo exiſtere alium viuum; & deſperetur partus naturalis reſpectu viui, & ſit probabilis ſpes, quod ſectio matri non ſit mortem allatura, licita pariter erit ſectio matris tum ratione conſeruandæ vitæ corporalis, & propriæ & fœtus viui; tū vt idem fœtus viuus recepto baptiſmo habeat vitam æternā; quam alioqui non conſequeretur. Et de vtilitate ſectionis in hoc caſu exemplum refert Marcellus Donatus *l. 4 hiſtor. med. mirab. c. 22.* de muliere, quæ conceperat duos gemellos, quorū vnus tantum intra vterum mortuus eſt, qui ſectione vteri materni fuit extractus remanēte intra vterū altero viuo; qui poſtea ſanus partu naturali eſt in lucẽ editus. 159

Prægnans vbi ſectio vteri iudicatur neceſſaria ad eius vitam conſeruandam, an teneatur illam pati, attenta ſola ratione propriæ vitæ tuendæ.

Dubitatur ſecūdò. An in euentu, quo ſectio prægnantis iudicetur neceſſaria ad illius vitā conſeruandam, & ſit probabilis ſpes boni euētus, ſcilicet, quod ſectio nō ſit illi mortem allatura, ſed profutura attenta ſola ratione propriæ vitæ tuēdæ teneatur tale remedium admittere. Dico autẽ, *attenta ſola ratione propria vita tuenda.* Nam ſi fœtus in eius vtero latēs eſſet animatus, & ſolo remedio ſectionis poſſit illius ſaluti ſpirituali, & æternæ proſpici, an tunc ex obligatione charitatis teneretur mater pati ſectionem, explicabitur poſtea. 160

Cum remediū hoc ſectionis ſit plenū horrore, & aſperū, in genẽ dolorẽ, & cruciatū patienti inferẽs; reſolutio dubitationis pendet ex reſolutione illius difficultatis, an æger moriturus teneatur, vt vitā conſeruet, vti remedio difficili aſpero, quod niſi cū magno dolore, & cruciatu applicatur, ſeu adhiberi poteſt, quale eſſet amputatio manus, vel pedis, vel alterius membri principalis, corporis, aut apertio lateris.

Et DD. communiter aſſerunt hominẽ, licet à Deo ſit cōſtitutus cuſtos ſuæ vitę, neq; ex obligatione charitatis erga ſe ipſum, neq; ex obligatione alterius virtutis teneri tale remedium adhibere. Eo quod præceptū cuſtodiendæ, & cōſeruandæ propriæ vitæ corporalis ex charitate ſui ipſius oriẽs, aut recta ratio non obliget ad illā cuſtodiendā, & cōſeruandā cum tanta atrocitate dolorū, & cruciatuū, tāq; horrifico medio. Vnde illud Caij Marij *ſuprà n. 146. relatū*, poſt alterum crus illi reſecatū, *non eſt tanto dolore digna ſalus.* Præſertim cū vtilitas tam aſperi, & horridi remedij nunquā poſſit eſſe plane certa, nec forte ſit futura admodum diuturna, & abſq; grauibus incōmodis remedij illius vſum per reliquā poſtea vitam conſecuturis. Ob hæc igitur omnia recta ratio dictat neglectum ſtudij de vita per remedium atrox, & aſperum, atque horrificū conſeruandi cohoneſtari, & licitum eſſe. Ita Soto *de iuſtit.*

Digitized by Google

de iuſtit. lib. 5. quæſt. 2. art. 1. Banoes 2. 2. *quæſt. 63. art. 1. ibidem* Salon *controu.* 4. Arragon *quæſt. 26. art. 4. quæſt. 5. in corp. ad medium.* Gregorius de Valentia *tom. 3. diſput. 5. q. 9.* Petrus Nauarrus *lib. 2. de reſtit. cap. 3. num.* 102. Sayrus *lib. 7. clau. cap. 9. num.* 30 *fine &* 38. Leſſius *de iuſtitia lib. 2 cap. 9. n. 96.* Sanchez *lib. 1 ſumm. cap. 18. n. 14.* Molina *de iuſt. tr. 3. diſp. 1 fine.* Fagundez *in decal. lib. 5. cap. 13. n. 7.* Bonacina *de reſtit. diſp. 2. q. vlt. ſect. 1. p. 6.* Balthaſar Gomezios *de poteſt. in ſe ipſum lib. 2. cap. 7. n. 11.* Raynaudus *de ortu infant. c. 6. n.* & 6. Quod ſi dicatur repudiationem huiuſmodi remedij cenſeri quemdam influxum moralem, & cooperationem in mortẽ ſui ipſius. Contra eſt, quia conſtat non eſſe cooperationẽ phyſicam: Moralis verò abſque debito operandi interuenire nõ poteſt; quare probandũ prius eſſet teneri ægrotũ huiuſmodi remediũ aſperũ, & atrox adhibere, hoc autẽ eſt, de quo eſt diſputatio; ac proinde probare, ægrum teneri in præſenti caſu admittere illud remedium, quia alioqui operabitur moraliter in mortem ſuam, eſt petere principium.

161 Præfati tamen DD. limitant, ſi infirmus ad cuius vitam conſeruandam vnicũ remediũ illud aſperũ, & atrox ſuppeteret, eſſet bono cõmuni neceſſarius, puta Rex, aut Princeps, aut Dux magni exercitus, aut perſona ita neceſſaria Reipublicæ, vt ea mortua non reperiatur alia ſimilis; tunc enim aiunt talẽ infirmũ teneri remediũ aſperũ, ſcilicet, abſciſſionẽ membri etiã cũ ingenti dolore admittere, & pati. Et ad id poſſe à Republica, ſeu ſuperioribus compelli, ſi ſit nõ mediocris ſpes vitæ retinendæ, & diu conſeruandæ; quia & ipſe infirmus ea charitate, vel ex iuſtitia legali tenetur vitam ipſam exponere pro bono cõmuni; ac proinde multo magis tenetur pro eodem bono cõmuni pati abſciſſionem membri, & dolorem quantumuis vehementem. ita Sot. Arragon, Salon, Petrus Nauarr. Sayrus, Leſſius, Fagund. Molina, & Bonacina. Et etiamſi Religioſus aliquis ſit Reipublicę vel Cõmunitati neceſſarius, aut valde vtilis; cuius vita eſſet deſperata nõ adhibito aſpero, & atroci remedio abſciſſionis membri, & eo adhibito illius ſalus eſſet moraliter certa, illum teneri pati abſciſſionem membri, manus, vel pedis, ad idque poſſe propter bonum commune ſuæ cõmunitatis à ſuperiore etiã cum magnis doloribus obligari tradit loco citato Fagund. Quod Leſſius nõ admittit, niſi ſalus eſſet omnino certa (quod raro cõtingere ait) & dolores nõ nimis diuturni. Sed videtur eadẽ ratio religioſi bono cõmuni totius Reipublicę, vel ſuæ Cõmunitatis neceſſario, ac cuiuſuis alterius perſonæ, cuius vita bono Reipublicæ, & Communi ſit neceſſaria.

162 At vero, ſi remediũ aſperum, & valde doloriferũ, quale eſt abſciſſio manus, vel pedis, aut lateris perfeſſio, ſeu aperitio ſit neceſſariũ ſolũ ad bonũ particulare, & ſalutẽ ſolius infirmi, cuius vita nõ ſit neceſſaria, nec valde vtilis cõmunitati, tũc infirmũ neq; à Principe, nec à ſuperiore religionis, ſi ſit religioſus, neq; à parentibus, ſi ſit filius familias poſſe cogi ad admittẽdum, & patiendum tale remediũ docent S. Thu. 2. 2. *q. 65 art. 1. in corpore*, Molina, Sayrus, Fagund. Leſſius, Bonacina, Raynand. *locis citatis.* Quia cum infirmus ipſe non teneatur vitã cũ tanto cruciatu conſeruare, vt probatum eſt, neque ab vllo ad id cogi poteſt. Et Reſpublica, ſeu Princeps non habet ius, aut poteſtatem in corpora, aut membra ciuiũ in ordine ad bonũ aliquod particulare, ſed tantũ in ordine ad bonũ cõmune. Prælati verò, ſeu ſuperiores Religioſorũ, & Patres non poſſunt omnia licita, & honeſta præcipere, ſed ea tantũ, quæ moderata ſunt; nam quæ maxime difficilia, & quę ſe habẽt velut actus heroici vt grauiſſimos pati dolores, non cadunt ſub hominũ obedientia. Quare Medicus, & quicunq; alius, qui ægro renuenti tale remediũ, licet alioqui neceſſariũ ſuæ vitæ retinendæ, ſecaret membrũ, puta pedem, vel manũ, vel teſticulos amputaret, vel amputari faceret, licet ſolũ animo illius vitæ conſulendi, illi iniuriam inferret, & grauiter peccaret contra quintum præceptum, vt tradit Molina *d. diſp. 1.* Ratio eſt, quia etſi (*vt ſuprà cap. 1. n. 206. &* 208. tradidi, & docet Molina *d. diſp. 1. n. 4.*) ſolus Deus ſit dominus vitæ, & membrorum hominis, non verò ipſe homo; nihilominus à Deo ipſo conſtitutus eſt cuſtos, & adminiſtrator vitæ ſuæ, & ſuorum membrorum; & ideo, qui ei eodem inuito infert nocumentum in vita, vel in membro, non ſolùm Deo, ſed & ipſi homini facit iniuriam; ſecus ſi eodem homine volente, & conſentiente, tunc enim ſoli Deo iniuria irrogaretur, non homini, vt Molina *dict. numero* 4. quoniam volenti, & conſentienti non fit iniuria.

Ex hoc autem, quod homo non eſt dominus, ſed 163
tantum cuſtos vitæ ſuæ, & membrorum ſuorum, & clauſtrum virginale eſt vera pars corporis mulieris, ſicut pes, manus, &c. Molina *dict. diſput. 1. numero 6.* Aduertit, quod quia aperitio eiuſdem clauſtri virginalis ſolum eſt permiſſa à Deo ad matrimonij vſum, hinc fieri, pati virginem illud aperiri à proprio coniuge ad vſum matrimonij, maritumque illud aperire, nullum eſſe peccatum contra quintum præceptum, ſed eſſe rem licitam: pati verò virginem illud aperire non ad vſum matrimonij; illudue à maſculo alio, quam à proprio viro ad vſum matrimonij aperiri, voluntatemque id patiendi, aut rumpendi eſſe peccata contra quintum præceptum decalogi, non ſecus atque peccata contra quintum præceptum ſunt, pati ruptionem, aut abſciſſionem alterius membri, illamque efficere, aut velle pati, vel efficere abſque legitima cauſa. Ex quo infertur (vt idem Molina ibidem notat) ſtuprum, voluntatemque illud faciendi mutare ſpeciem ſuperaddendo fornicationis peccato contra ſextum præceptum decalogi, nouam ſpeciem contra quintum neceſſario confitendam; ſicut fornicatio habentis votum caſtitatis, aut cum habente tale votum ſuperaddit malitiæ fornicationis malitiam ſacrilegij. Quare differentia eſt inter fœminam virginem, & maſculum virginem fornicando amittentes virginitatem, vel volentes illam amittere; nam in fœmina ſic amittente, vel volente amittere virginitatem reperitur circumſtantia ſtupri neceſſario confitenda: in maſculo vero non reperitur talis circumſtantia mutans ſpeciem, neque neceſſario confitenda, fœmina enim illa non ſolum peccat contra ſextum decalogi præceptum, ſed etiam contra quintum ob clauſtri virginitatis ruptionem ſine legitima cauſa. Maſculus verò ille cum nullum in eo rumpatur membrum, non peccat contra quintum præceptum; niſi cum virgine fornicetur, aut fornicari velit.

Prædictis addendum non ſolum ratione ingentis cruciatus, ſed etiam ratione magni pudoris, 164
& ob cauſam pudicitiæ poſſe remedium alioqui ad vitam retinendam neceſſarium reſpui; ſic fœmina cancro, vel alio morbo grauiſſimo in verendis laborans curationem pudendorum à Chirurgo faciendam licite reſpuere poteſt cum periculo vitæ, licet poſſet ſine peccato permittere ſe curari. ita Nauarrus *in capite ſi cui, de pœnitentia dicto 1. numero* 12. & 13. Leſſius *libro 4. de iuſtit. capite 3. numero* 60. Emanuel Sà *v. infirmus, fine*, & Sanchez *in opuſculis moralibus libro 1. capite 4. dub.* 31. Ratiò eſt, tum quia nemo tenetur admittere curationem, à qua non minus abhorret, quam ab ipſo morbo, vel morte, multæ autem virgines pudicæ præſertim nobiles, vel religioſæ malunt

toletare motbum, aut mortem, quam à viris contingi; tum quia, cum pudicitia ſit tantum bonum, & tactui illarum pattium facile coniungatus peticulum torpis motus, aut delectationis catnalis, poteſt fœmina præferre eandem pudicitiam vitæ. Verum neglectus talis curationis non ſolum licebit fœminæ nobili, aut seligioſæ, vt ſolùm aliqui videntur admittere; ſed etiam cuilibet (vt præallegati Doctores abſolute loquentes innuunt) ſi quidem pudot, & verecundia non nobilitatem, aut ſtatum, ſed naturam ſequitur; & adeo laborioſum erit fœminæ infimæ ſortis ſua oſtendere verenda, ac nobili, & ratio pudicitiæ ſernandæ intactæ æque ſanè in omnibus militat.

165 Præterca addendum infirmum morti proximum, qui non poſſet ſanati niſi medicina exquiſita, & valde pretioſa, magnique valoris, in qua emenda expendendum eſſet totum patrimonium, vel notabilis pars pattimonij, poſſe licite recuſare talem medicinam, minimeque teneri illam procurare, etiamſi eſſet probabilis ſpes conſequendi ſanitatem ſumptione talis medicinæ; ſed ſufficere ei, ſi vtatur remedijs, ordinariis, & communibus, & congruentibus ad morbum depellendum, & ſanitatem inducendam de ſe ordinatis. Ita Victoria *in relect. de homicid. numero.*35. Emanuel Sà *v. infirmus fine,* Leſſius *de iuſtit. lib.*4. *capite* 3. *numero* 12. Azorius 3. *part. lib.*1 *capite* 3. *quæſt* 11. Suarez *de charitate diſput.* 7. *ſect* 4. *numero* 4. Coninch *de effectib. actuum ſupernaturalium diſput.* 17. *numero* 135. *& ſeqq.* Caſtrus Palaus *tom tract.* 6. *diſput.*2 *part.*2.*num.*6. & Raynandus *dict. capite* 6 *numero* 3. Nemo enim vi curæ, quam vitæ ſuæ debet, ad illam diu conſeruandam tenetur facultates omnes, vel earum magnam partem expendere in curatione infirmitatis, etiamſi hac via foret ſeruandus, & alioqui moriturus; nam licet vita ſit bonum longe nobilius omnibus fortunæ bonis, non ideo tamen pro noſtra, aut proximi vita conſeruanda tenemur omnia bona, ſeu omnes opes noſtras, vel notabilem earum partem expendere, ſi non poſſumus expendere, quin faciamus vitam noſtram miſeram; cum quis non teneatur ſe miſerum reddere, vt ſe, vel alium in vita conſeruet, vt recte Coninch, & Caſtrus locis citatis. Quare etſi vita, & opes, ſeu bona fortunæ ſeorſim conſiderentur, illa ſit his pretioſios, & præferenda; ſi tamen conſiderentur vita vt coniuncta cum magna miſeria; qualis eſt eius, qui honeſto ſtatu, & omnibus fortunæ bonis excidit; & etiam diuitiæ conſiderentur, quatenus reddunt vitam ipſam commodam, & iucandam, qua ratione ſunt quodammodo pars quædam ipſius vitæ, & illam efficiunt expetibilem, quæ aliàs eſſet miſera, & quaſi longa mors, multò grauius eſt conſumptis diuitiis, & amiſſo ſtatu viuere, quam retentis diuitiis, & ſtatu mori; Vnde ſi æger teneretur opes omnes, vel earum magnam quantitatem expendere ad vitam tuendam, & protrahendam, & poſtea miſere traducendam, obligaretur ad malum ſaltem æquè graue ſuſtinendum, ac eſt illud, quod vitare intendit; igitur repudiatio remedij, pro quo faciendæ eſſent magnæ impenſæ, per quas reliqua vita incommode, & miſere duceretur, cohoneſtatur ea ratione vitandi tanti incommodi. ad quod ſubeundum propter propriam vitam, vel proximi diutius conſeruandam nullo modo dictare poteſt charitas. Quæ in vniuerſum non obligat extraordinariis medijs ſibi, & proximo ſuccurrere, ſed ſolum ordinariis, & communibus, vt tradunt Victoria *d.num.*35. Coninch *dict. diſput.*27. *num.* 145. Caſtrus *d.p.*2 *num.*8.

166 Addendum rurſus, quod licet æger valens ſumere cibum, ſeu alimentum cum aliqua ſpe vitæ, ſumere teneatur, cum cibus ſit medium à natura ad conſeruandam vitam ordinatum; nihilominus ſi in extremis conſtitutus, & quaſi deſperatus iaceat; & tanta ſit in eo animi deiectio, & appetitiuæ virtutis tanta conſternatio, vt non niſi cum ſummo labore, & quaſi quodam cruciatu comedere, & cibum deglutire queat, ſi illum reſpuat, non peccabit, quia illa incommoditas cohoneſtabit reiectionem; nec inde erit ſui occiſor; quia tunc reputatur quædam moralis impoſſibilitas, nec tenetur æger cum tanto cruciatu vitam protrahere, maximè vbi nulla, vel perexigua ſpes vitæ relinquitur. ita Sà *v. infirmus numero* 1. Sayrus *lib.* 7. *capite* 9. *numero* 31. poſt Victoriam, & Ludou. Lopez. Et ſimiliter à peccato excuſatur graui morbo laborans, qui ob eandem difficultatem pharmacum reſpuit; cum certum eſt per illud ſanitatem recuperandam. Ita Sà *ibidem.*

167 Tandem addendum, quod ſolus horror remedij, ſeu medij vnici ad vitam conſeruandam alioqui illo medio neglecto perituræ excuſat à peccato repudiationé talis remedij. Quamobrem quia natura humana maxime vſum carnium humanarum abhorret, & omnes gentes, apud quas aliquid ciuilitatis fuit, veſci carnibus humanis tam extremæ barbariei, & feritatis cenſuerit, vt colligitur ex Homero, & Virgilio *de Cyclopibus,* & Ariſtotele *l.* 7. *eth. cap.*1. Ita quod illas extra neceſſitatem extremam, omnique alio cibo deficiente comedere vllo modo non liceat, tradunt omnes DD. infra citati, & alij cōmuniter; & solū diſſidiū ſit, an eſus ſit licitus in extrema neceſſitate, & in defectu cuiuſuis alterius cibi teneant Victoria *relect. de tēperantia n.*6. Azorius *p.*1.*l.*7.*c.*33.*q.*4. Valentia 2.2.*diſput.*9.*q* 3. *p.*1. & Fagundez *de precept. eccleſ. precept.* 4 *lib.* 1. *cap.*1.*num.*6. Eſſe verò licitum affirmauerint Caietanus 2.2.*q.*148.*art.*2.*ad finem in reſp.ad* 1. Martinus Nauarrus *in man cap.*23 *num.*122. Abulenſis in 4. *Regum capite* 6.*q.*32. Toletus *poſt.*7 *lib tract. de peccatis mortalibus cap.*60.*num.*5. Leſſius *de iuſt. lib.* 4. *cap.*3 *num.*10. & Sanchez in *ſum lib.*1 *capite* 18.*num.*12. Hoc tamen diſſidio non obſtante; Omnes conueniunt conceſſa ſecunda ſententia admittente licitum eſſe edere carnes humanas in extrema neceſſitate, neminem tamen teneri ad illarum eſum, ſed poſſe licite potius mori, quam illas comedere; eo quod medium tam horrendum, qualis eſt eſus carnium humanarum, quem ita abhorret natura, adhibere non teneamur cauſa propriæ vitæ tuendæ, quam non tenemur omnibus medijs licitis conſeruare, & prorogare, ſed tantum medijs ordinariis, & proportionatis noſtræ conditioni. Vnde etiam in obſidione (vt etiam notat Leſſius *d.c.*3.*a.*11. & Raynandus *d.cap.*6 *n.*6*um*) non tenetur homo veſci canibus, felibus, muribus, calceamentorum ſegmentis, & ſimilibus, licet poſſet, ſi vellet; ſicut etiam, vt *ſuprà* dictum eſt, non tenetur pretioſiſſimis vti medicinis, vel cibis ad morbi aliàs lethalis curationem.

168 Ex prædictis igitur clare colligitur matrem prægnantem ſpectata tantum obligatione tuendæ vitæ propriæ non teneri pati inciſionem ventris ad educendum fœtum iam intra vterum mortuum, vel viuū, licet partus naturalis ſit deſperatus, cum huiuſmodi ſectio ſummos cruciatus adiunctos habeat, & magnū horrorem præ ſe ferat. Neque dicatur matrem repudiatione ſectionis euitare ſummos dolores, eo quod ea neglecta oportebit eam pati maiores dolores in extractione fœtus mortui ex vtero ferreis inſtrumentis facienda; ac proindè, ex hoc capite liberandi ſe à cruciatibus ſectionis non eximi ab obligatione illam patiendi. Nam reſpondetur primò poſſe euenire,

vt

vt natura ipſa eapellat fœtũ: ſecundo via poteſt euenire, vt dolores in fœtus mortui extractinne ſint grauiores, vel æquales cruciatui ſectionis; Tertiò dato quod eſſent pares ſectio vteri continet maiorem horrorem. Suppoſita etiam acerbitate ingenti dolorum in eatractione ſubeundorum, non tenetetur ob eandem rationem mater admittere eatractionem, maxime quia non poſſit fieri ſine graui horrore fœmioæ, cuius pudenda forent Chirurgo apetienda, & ab eo tangenda.

Si dolores in abſciſſione membri non ſint magni, ſed faciles, an æger ad tuendam vitam teneatur illam admittere, & pati.

169 Ceterum dato quod dolores ſectioni adiuncti nõ eſſent magni, deeſſetque horror ſectionis, puta, quia prægnaos aliàs fecerit ſectionis experimentum; an tuoc ea debito cuſtodiæ vitæ ſuæ teneretur illam admittere, & pati eaiſtente probabili ſpe conſeruâtionis vitæ. Et idem de abſciſſione membri, putà brachij, vel pedis ſiderati, ſeu gangræna infecti, oec aliud remedium pro tuenda vita præſto ſit, & per abſcriſſionem probabiliter ſperetur corporea ſalus, an ſi in abſciſſione non ſint proferendi magni dalores, teneatur æger abſciſſionem pati ad vitam conſeruandam, & prorogandam. Et loquentes de abſciſſione membri à medicis iudicata neceſſaria ad vitam conſeruandam alioqui amittendam, in hoc caſu ægrum teneri admittere abſciſſionem, Reſpondeot Sotus, Leſſius Saytus, Molina, Fagundez, & Bonacina *locis ſuprà numero* 160. *relatis.* Rationem afferuot, ſcilicet, quia cum homo à Deo ſit conſtitutus adminiſtrator, & cuſtos vitæ ſuæ (vt *ſuprà numero* 162. *& tom.* 1. *mor. var. loco eodem num.* 160. *citato* diai) tenetur eidem periclitanti mediis ordinariis, & non admodum difficilibus conſulere; abſciſſio autem membri in ea circunſtantia, de qua loquimur eſt medium ordinarium, & non admodum difficile, ſi dolores ſint faciles, & in hoc caſu ceſſat etiam horror ſectionis, qui in præſenti origioem trahit ab apprehenſione magni cruciatus in ſectione perferendi. Hanc reſponſionem eaiſtimo veram; quia tamen ſupponit obligationem ſumendi medicamenta ordinaria ob, præſeruandam vitam ab interitu phyſice, vel moraliter certo, neglecto omni medicamento. Ideo

Infirmus etiam in periculo mortis conſtitutus, an poſſit licite reſpuere omnia medicamenta alioqui illi certo, vel probabiliter profutura ad vitam conſeruandam curſui naturæ, & diuinæ prouidentiæ exitum ſuæ ægritudinis permittens.

170 Ideo hic examinandum, an infirmus teneatur vti medicamentis ordinariis, & communibus à natura ordinatis, cum à medicis iudicantur neceſſaria ad morbum depellendum, & vitam conſeruandam, ita quod illis noo adhibitis æger eorundem medicorum iudicio ſit certo, vel ſaltem valde probabiliter moriturus, illis autem adhibitis ſit iuxta eorundem medicorum iudicium moralis certitudo, vel probabilis ſpes recuperandæ ſanitatis, & vitæ conſeruandæ, ac prorogandæ; an vero poſſit licite, & honeſte reſpuere omnia medicamenta.

Prima ſententia, & communis affirmat ægrum morbo graui periclitantem peccare mortaliter, ſi reſpuat omnia medicamenta etiam ordinaria, & non difficilia, ex quibus iudicio medicorũ probabilis ſpes recuperandæ ſanitatis, & vitæ conſeruandæ ſperetur, curſui naturæ, & Dei prouidentiæ ſe committens, ſeu exitum ægritudinis permittens. ita Doctores *num. præcedenti relati.* ita etiam præfatus Leſſius *libro* 2. *de iuſtitia capite* 45. *numero* 4. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 97. *art.* 1. *ad* 3. (vbi excuſat Diuam Agatham, quæ, vt in eius vita refertur, gloriabatur ſe nunquam medicinis carnalibus vſam, quia ea ſpeciali Dei prouidentia id fecit) Caietanus *ibidem.* Nauarrus *in man. capite* 11. *numero* 41. Decianus *lib.* 9. *tract. crim capite* 1. *numero* 46. Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 1. *capite* 2. *numero* 1. Sanchez *in ſum. lib.* 2. *capite* 34. *numero* 14. Ioannes Valerus *de diff. v. obedientia, differentia.* 3. Balthaſar Gomezius *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 2. *capite* 7. *numero* 6. & aliis omiſſis Ioannes Baptiſta Codronchius *de christ. & tuta medendi ratione capite primo.* Probant Caietanus, & alij Theologi citati, & Nauarrus, quod id ſit tentare Deum ſperando ab eo ſalutem neglectis ordinariis mediis cauſarum ſecundarum ad talem effectum à natura, ſeu ipſo Deo authore naturæ ordinatarom,

Altera ſententia affirmat ægrum quantumcunque periculoſum poſſe licite reſpuere omnia medicameota, curſui naturæ, & diuinæ prouidentiæ ſe committens, & in Deum ſalutem ſuam iactans, idque ad exercitationem ſpei in Deum, & reſignationem teſtandam; & etiam ad eaercitium patientiæ, ſufferendo infirmitatem à Deo datam amore Ieſu Chriſti in vnione eius laborũ, quos pro nobis ſponte paſſus eſt. ita io terminis Rayoandus *de ortu infant. cap.* 6. *num.* 4. ita etiam ſentire videntur Innocentius, Hoſtienſis, Cardinalis, Felinus *in cap cum nos, de homicidio.* Syluester *v. medicus quæſt.* 7. *dicto* 3. Angelus *v. eodem. num.* 10. & Armilla *eodem num* 6. quatenus abſolute dicunt infirmum non peccare non obediendo medico, eique obedire minime teneri, hinc enim recte inferri videtur, eos ſentire, poſſe ægrum omnia remedia reſpuere. Vbi etiam infirmus in mortis periculo conſtitutus non haberet certitudinem moralem recipiendi ſalutem ea remedio, eum non teneri illo vti docent Victoria *relect. de temperantia num.* 1. *verſ. ad confirmationem,* & Saytus *lib.* 7. *clau. capite* 7. *num.* 28. *fine.* Qui quamuis dicant, quod ſi infirmus haberet certitudinem moralem recuperandæ ſalutis per medicinam, & ſine medicina mortis ſequuturæ, cum repudiatione medicinæ non poſſe excuſari à mortali, niſi alia ſubeſſet iuſta cauſa abſtinendi ab ea, cum medicina ſit per ſe ordinata ad ſalutem à natura, ſicut & cibus; & quia, inquit Victoria, ſi quis non daret medicinam proximo ſic ægrotanti peccaret mortaliter. Nihilominus addunt vix poſſe haberi talem certitudinem moralem, ac proinde nunquam eſſe damnandos de mortali eos, qui in vniuerſum decreuerunt abſtinere à pharmacis. Probat Raynandus, quia hoc non eſt tentare Deum, ſcilicet intendere, & eapectare à Deo ſalulem per miraculum; ſed ſe Dei prouidentiæ, & voluntati committere vitam ſuam, vt quod è ſua gloria potius, & bono ægri fore perſpeaerit, id permittat. Quod ſi obiiciatur hominem teneri vti alimento ad conſeruationem propriæ vitæ, alioqui ſpernens omne alimentum (ſecluſa iuſtiſſima cauſa id faciendi) cenſeri ſui ipſius occiſorem, ergo etiam teneri vti pharmaco neceſſario ad vitam conſeruandam; Reſpondent Victoria, & Saytus eſſe diſparem rationem, primò quia cibus, ſeu alimẽtum eſt medium naturale, & per ſe ordinatum ad vitam animalis, non autem pharmacum,

non tenetur autem homo adbibere omnia media poſſibilia ad vitam conſeruandam, ſed media per ſe ordinata, iuxta tradita in præcedentibus; Secundò, quia aliud eſt mori ex defectu alimenti, quo imputaretur homini, & eſſet mors violenta (vbi ſaltem quis non eſſet condemnatus ad moriendum inedia) & ſic non comedere, eſſet ſe interficere; aliud eſt vi morbi naturaliter ingruentis; & ſic non ſumere pharmacum, eſſet ſolum non impedire mortem aliunde imminentem, ad quod ſæpe non tenetur homo, vt etiam conſtat ex traditis *ſuprà numero* 131. 156. 160. *& ſeqq.* Ad illud etiam ex Victoria adductum, quod vbi eſſet certitudo ſalutis futuræ, quis proximo remedium abſque peccato mortali non poſſet negare; Reſpondet Raynaudus non vrgere, nec conuincere hominem non poſſe licitè reſpuere habita ratione ſalutis propriæ; quia iuxta eundem Victoriam in relect. de homicid. *numero* 25. & etiam alios Doctores, quoties homo tenetur vitæ proximi ex charitate opitulari, æque non tenetur conſulere propriæ, quia quoad ſe ad exercitium charitatis poteſt cedere iuri ſuo, cui non poteſt cedere quoad alios. Confirmat Raynaudus hanc ſententiam de licito neglectu omnium medicamentorum ex motiuis ſupra explicatis, quia etiam viri ſanctiſſimi exiſtimarunt id licere, & honeſtum eſſe. S. Machstrins *homil.* 48. (vbi docet ſatius eſſe, ac ſalubrius viro ſpirituali præcipuè Eremitæ, non curare accipere medicamenta, nec medicos accerſire tempore infirmitatis, ſed ſperare à ſolo Deo ſalutem.) S. Bernardus *epiſt.* 321. S. Ephrem. *tom.* 1. *tract. de fide.* S. Chryſoſtomus *homil.* 14. *in* 1. *ad Timoth. ſub finem partis moralis agens de ægris in Cœnobiis*; eandem praxim non adhibendi ægris remedia viguiſſe in quodam Sanctarum Virginum monaſterio narratur in actis S. Euphraſiæ *capite* 6. Idem ſeruaſſe S. Fulgentium moribundum ſcribit author *vita eius capite* 32. & approbatum fuiſſe miraculo in ſorore ſua Macrina refert in eius vita D. Gregorius Niſſenus, cum agit de ſancto eius cadauere. Demum cõfirmatur exemplo Carthuſienſium Monachorum, qui, vt obſeruent eorum regulam etiam infirmi, & graui morbo oppreſſi poſſunt licitè abſtinere à carnibus declarante licet medico fore omnino neceſſarium eſum carnium ad ſalutem recuperandam; vt docent Vaſquez 1. 2. *to.* 2. *diſput.* 126. *cap.* 4. *à num.* 20. Saytus Sanchez, Fagundez, & alij, qui *infrà n.* 188. *& ſeq.* citantur.

172 Prædictis tamen non obſtantibus, non eſt nullo modo recedendum à prima ſententia. Idem videtur manifeſte conuincere illa ratio, quod homo non eſt dominus ſuæ vitæ, ſed illius cuſtos, & adminiſtrator à Deo conſtitutus, ac proinde ex hac obligatione cuſtodiæ vitæ ſuæ, cum illa periclitatur ſiue ab extrinſeco, ſiue ab intrinſeco, tenetur illi conſulere, quando poteſt mediis non difficilibus, ſed facilibus, & ordinariis à natura ordinatis, & non ſolum ſalutem ſuam iactare in Deum, qui ſicut in aliis effectibus conſequendis, vel efficiendis vult nos adhibere cauſas ſecundas ad illos ordinatas, ita etiam ad ſanitatem conſequendam, & vitam tuendam vult nos vti cauſis ſecundis, ſcilicet remediis ab eodem, vt authore naturæ ordinatis; vnde velle expectare effectum à ſolo Deo, aut nos eius diuinæ prouidentiæ committere neglecto omnino vſu cauſarum ſecundarum, & in præſenti caſu omnium remediorum, quæ facile poſſumus adhibere, videmur verè tentare Deum; ſicut ſi ad ſaluandam vitam propriam ab incendio domus conflagrantis, à fera, vel hoſte inſequente omnino neceſſaria eſt fuga, quis nollet fugere committens ſe Dei prouidentiæ, eſſet vere Deum tentare. Quare ſicut certum apud omnes eſt, hominem, cum poſſet, nec alio modo queat mortem euadere, teneri fugere in prædictis caſibus, & non fugiendo incendium, feram, vel hoſtem cum certo vitæ periculo, peccare mortaliter, & cenſeri ſui ipſius occiſorem; ita videtur certum, in graui infirmitate, & mortali, quæ remediis facilibus, & ordinariis expelli poteſt medicorum iudicio, teneri hominem eadem remedia adhibere. Quod enim in priori caſu periculum vitæ ſit ab extrinſeco, in poſteriori ab intrinſeco, nil refert; nam eadem in vtroque caſu eſt radix obligationis, ſcilicet, quia homo eſt à Deo conſtitutus cuſtos ſuæ vitæ, cui propterea quomodocunque hic, & nunc periclitanti conſulere debet, cum poteſt facile, & mediis ordinariis, & communibus; & prætermittens id facere, peccat mortaliter. Et ſicut iuxta Doctores ſecundæ ſententiæ, homo ad conſeruandam vitam tenetur vti cibo, quia eſt medium ad id ab authore naturæ ordinatum; ita cum id eſt neceſſarium ad ægritudinem mortalem depellendam & vitam conſeruandam, tenetur vti medicamentis, & remediis, ordinariis & communibus, cum etiam hæc à natura, ſeu authore naturæ ſint prouiſa, & ordinata ad ſanitatem efficiendam. Quare Eccleſ. *capite* 38. ſcriptum eſt: *Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam*, & paulo poſt, *in his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis.* item *eodem capite* initio. *Honora medicum propter neceſſitatem, etenim illum creauit Altiſſimus.* Et infra. *Da locum medico, etenim illum Dominus creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria.*

Ex quibus primò infertur ægrum graui, & mortali morbo laborantem teneri aduocare, vel conſulere medicum, ne alioqui vitæ ſuæ curam deſerat; & illi debere obedire ſumendo remedia ſaltem ordinaria, & communia, ac facilia ab ipſo præſcripta, cum illis neglectis eſſet veriſimiliter moriturus; & aſſumptis probabiliter ſalutem conſecuturus. ita Ioannes Valerus, Condronchius *locis ſuprà allegatis*, Medina *Cod. de ieiunio q. vlt.* & Sanchez *in opuſc. moral. lib.* 5. *capite* 1. *dub.* 33. *numero* 5. Neque contrarium ſentiunt Canoniſtæ, & Summiſtæ pro ſecunda ſententia relati, qui aientes infirmum non teneri obedire medico, id intelligunt ex vi ſubiectionis reſpectu eiuſdem medici, quia non eſt infirmi ſuperior; non negant autem teneri obedire ex vi obligationis propriæ vitæ cuſtodiendæ. Extra etiam infirmitatem mortalem morbo laborantem teneri conſulere medicos, vt vtatur cibis ſalutaribus, & abſtineat à nociuis, tradunt præfati Canoniſtæ, & ſummiſtæ, Medina, & Sanchez *loca citatis*. 173

Secundò infertur ægrum periculoſum, ſi ſit religioſus, vel filius familias, reſpuentem omnia humana remedia etiam facilia poſſe à ſuperiore, vel parentibus, ſub cuius poteſtate eſt, cogi ad illa recipienda; & ipſo renuente poſſe eundem ſuperiorem, aut parentes illi applicare medicamenta huiuſmodi leuia, & facilia, quæ illi expedire iudicarentur ad illius incolumitatem, & bonum. Quia ſuperior, & pater non præciperent rem difficilem, ſed rem facilem, & quam alioqui æger ex obligatione cuſtodiendi propriam vitam facere tenetur. ita in terminis Molina *tract.* 3. *de iuſt. diſp.* 1. *numero* 10. Codronchius *locis num. ſeq. citat.* & colligitur ex aliis Doctoribus *ſuprà num.* 162. *allegatis.* Quare ſic nolens ægritudini mederi, poſſet à ſuperiori, parentibus, & propinquis ligari ad remedium illi applicandum, vt in terminis Turrecremata *cap.* 1. *numero* 10. *d.* 83. & Igneus *in l.* 1. §. *ſi ſibi manus numero* 10. *ff. ad Syllan.* quos ad id refert, & ſequitur Balthaſar, Gomezius 174

Digitized by Google

de poteſt.in ſeipſum lib.2.ca.7.n.12. Imò talem ægrum ea
lege charitatis quilibet poſſet cogere ad id,eique in-
uito,& renuenti applicare medicamentum;ad idque
ſub mortali teneretur , ſi poſſet abſque ſuo ootabili
incommodo. Ita Balthaſar Gomeſius *d.cap.7 n.14.&*
15.& Molina *d.diſp.1.n.12.*& vnioerſaliter quando vita
alicuius periclitaretur omoino,niſi is aliquid adeo le-
ue ſxceret,& ſub reatu lethalis culpæ xd mortem,vel
membri abſciſſionem euadendam teneretur id effi-
cere ; tunc à quocunque lege charitatis poſſet ad id
cogi,illóque inuito poſſet quiuis id in eo exequi,imò
verò ad id teneretur ſub reatu culpæ lethalis,ſi abſq;
notabili ſuo periculo poſſet id exequtioni mandare;
non ſecus ac teneretur quis eripere ab eo enſem, qui
ſe vult interficere,& detinere eum,qui vult ſe in flu-
men inücere,vel in locum periculoſom ire;& extra-
here nolentem exire de domo, quæ confl·gratur.
Quemadmodum Aogeli violenter extraxerunt Loth
de ſubuerſione Sodomorum, ne ſimul cum impiis
ipſe periret *Geneſ.19.* vnicuique enim mandauit Deus
de proximo ſoo;ideoque etiam iouitos,quando abſ-
que ootabili detrimento noſtro poſſumus, ſeruare
debemus ne pereant can. *ipſa pietas 23.quæſt.4.* vtilitati
enim borom, non voluntati conſulendum, cum ipſi
inueniantur ſibi inimici can. *& qui emendat. d.45.* Ita
locis allegatis Molina, Balthaſar Gomezius, & Igneus
locis citatis,& præter alios Iuriſperitos à Gomezio al-
legatos Tiraquellus *de nobilit. cap.6.n.39.*

175 Hinc Medicus ægrotum periculoſum inuitum, &
reluctantem curare poteſt, & debet Gloſſa *in ſumma*
d.83. S.Thom. *2.2.q.33.art.6.* Codronchius *de Chriſt.&*
tut.med.rat.lib.1.cap.34. Tiraquellus *d.c.nu 38.* alios alle-
gans,& Balthaſar Gomezius *d.c.7.n.13.*& ab eo cura-
tionis impenſas,& mercedem(licet aliàs,qui rem ali-
cuius gerit illo vetante non poſſit poſtea actione ne-
gotiorum geſtorum,neque ab illo quidquam exigere
mercedis,aut expenſarum nomine *l.fin C.de negot.geſt.*
l.ſi pro te, ff. mandati) recuperare, vt Gloſſa præcitata,
Codronchius, Tiraquellus, & Gomez *locis citatis*, &
alij Iuriſperiti, quos latè iidem Tiraquellus, & Bal-
thaſar referunt,& Surdus *deciſ.255.n.26.* Vbi addit idē
eſſe de quocunque alio, qui in curatione infirmi cu-
rationem renuentis impenſas fecerit,vel miniſterium
fecerit,poteſt enim ab eo expenſas,& mercedem exi-
gere, vt tradunt etiam alij ab eodem Surdo relati,&
cum aliis Balthaſar Gomezius *d.cap.7.nu.16. Qui n.17.*
Quoad Medicum ait præfatam doctrinam de expen-
ſis, & mercede repoſcendis procedere, tametſi æger
moriatur;cum Medico ooo debeat imputari mors;&
ſuffecerit, ſi vtiliter cœperit gerere, licet euentus non
fuerit ſequutus *l.ſed non vltra ff de negot.geſt.& n.20.* cū
Gaſparo Baëza *de decima tutori Hiſpanico præſtanda ca.4.*
n.25.& ſeqq. addit procedere etiam in Medico,qui æ-
grum coniunctum inuitum curauerit, & expenſæ fa-
ctæ,ac labor eſſent magoæ,eo quod ex ſola coniun-
ctione, & niſi aliæ coniecturæ concurrant, non præ-
ſumitur donatio,vbi agitur de re magni momenti,li-
cet ſecus in re modica,vt alios allegantes Menochius
de arbitr.caſu 88.n.16.& Maſcardus *de probat.concluſ.554.*
num.41. Quamuis cootrarium, & Medicum coniun-
ctum cenſeri feciſſe expenſas, & laborem cauſæ pieta-
tis, & ita nihil poſſe repoſcere teneant Gloſſa, Præ-
poſitus, & Archidiaconus *in can.1. d.83.* & alij ab eo-
dem Balthaſare Gomezio *numer.19. relati per text.in l.*
alimenta Cod. de negotiis geſtis. Qui tameo non vrget,
quia legitur de alimentis à matre filio præſtitis, quæ
cenſentur materna pietate præſtita, ideoque non re-
poſcenda de qua re io ſequenti parte huius tractatus
cap.1. Procedunt vero prædicta in Medico curante
eum, qui abſolutè nollet curari, non in eo, qui ool-
let à certo aliquo Medico , quia forſan de eo non
confidit, vult tamen ab alio, ſi enim Medicus cura-
uerit inuitum nolentem ab eo curari, ſed ab alio, ni-
hil eum exigere poſſe tradunt Ioannes de Ligcano
in tract.de bello cap.49. & Balthaſar Gomezius *d. cap. 7.*
num.18.

Quandonam licitum ſit medicinam corpo-
ralem reſpuere.

Prædictis ſic ſtantibus , pro maiori declaratione, 176
& intelligentia ſententiæ communis *ſuprà num.170.*
poſitæ *& num.172. & ſeqq.* magis confirmatæ de obli-
gatione ægri periculoſi ad adhibenda medicamenta
communia , & facilia , quæ iudicantur neceſſaria ad
eius vitam conſeruandam, addo ſequentia,&c.

Primò limitatur præfata ſententia tempore mar-
tyrij , in quo ei, cui à Tyranno inflicta ſunt vulnera,
fas eſt reſpuere omnem medicinam corporalem (et-
iamſi eſſet periculum mortis) ob gloriam Dei , & fi-
dei teſtimonium,& videretur minus ſponte ille ſuſci-
pere. Ita Caietanus , & Nauarrus *locis ſuprà numero*
170. allegatis. Balthazar Gomezius *de poteſt. in ſe ipſum*
lib.2.cap 7.num.9. & teſtans eſſe communem Sanchez
in opuſc. mor. lib.5.cap.1.dub.33.numero 8. contra Sotum
in 4.diſt.46.quæſt.5.articul 2. Vtilitas enim(inquit Ca-
ietanus) maxima eſt neceſſitas promptitudinis ani-
mi ad ſuſtineodum ,& promptè teſtimonium fidei
perhibeodum; ſi autem Martyr medecinam ſuſcipe-
ret, videretur (vt dixi) minus ſponte hæc pati pro
Chriſto.

Secundò infirmus etiam vulgarium medicamen- 177
torum , & modicæ expenſæ , & quæ facile , & ſine
cruciatu poſſunt adhiberi reſpuere poteſt , ſi ſibi ve-
riſimiliter perſuadeat, poſſe vim morbi ſuperari , ip-
ſumque morbum expelli viribus naturæ ſibi relictæ;
vt oon rarò præter expectationem eueoit ; vel ſi
(quod interdum contingit , & ego experientia no-
ui in quodam Prælato infirmo , cuius morbus ſem-
per ingraueſcebat poſt pharmaci licet vulgaris
ſumptionem) timeret maiorem oaturæ exacer-
bationem ex remedij vſu ; ita vt natura eo
adhibito impar ſit futura morbi violentiæ.

Tertiò licitum eſt , & meritorium nolle mede- 178
ri quibuſdam ægritudinibus , & doloribus mortis
periculum oon adferentibus, vt cauteriis, vulneribus
aliquot minoribus, doloribus iliacis, vel ſtomachi
ad ſpiritualem profectum , ſcilicet , carnem do-
mandam , & mortificandam , ad compatiendum
paſſiooi Chriſti , eiúſve dolores in paſſiooe expe-
riendum , vel expeditius vacandum ſpiritui. Ita
Caietanus , & Nauarrus *iiſdem locis.* Sanchez *dicto*
dub. 33. numero 8. & Gomezius *dicto capite 7. numero*
10. Sic admirabilis ille Sanctus Monachos Simeon
Stylita terrenus Aogelus , & martyr habens in al-
tero pede moleſtiſſimum vlcus , oonquam tamen
curari voluit, ita ſcribit Theodorus Epiſcopus Cy-
pri *in libro , quem Philotheus , ſiue Sanctorum Patrum*
Deum amantium inſcripſit capite 26. Similiter Beoia-
min ſenior grauem , qua laborabat , hydropiſim
nunquam curauit , inuiſentéſque conſolabatur , &
rogabat vt Deum precarentur pro ipſius anima , ni-
hil de corpore ſolliciti , quia & dum ſanum (aie-
bat) eſſet , nihil mihi profuit , neque dum infir-
mum , me læſit. Id referunt Sozomenus *libro* 8.
Pallad. *in Lauſiaca hiſtoria ſectione duodecima.* & Tira-
quellus *de nobilit.capite 31. numero* 516. Et iuxta hæc,
& etiam tradita numero præcedenti poſſunt rectè
intelligi Sancti Patres *ſuprà numero* 171. In confir-
matione ſecundæ ſententiæ adducti, & alia ibidem
tradita.

Aduertendum tamen ægrum etiam alioqui virum 179
perfectum (imò quemlibet) teneri ſemper vti cibis

ſalutaribus, & abſtinere à nociuis, & læſiuis, & à nimia inedia. Quapropter ſi vterentur ſcienter ſingulari inedia, vel cibo ita nociuo ea propria opinione contra bonorum, & ſapientum ſententiam, vt breui abrumperetur vita, peccaret mortaliter. Ita Syluester, Angelus, Armilla *locis ſuprà numero* 171. *citatis*, Victoria *relect. de temper. numero* 12. *fine*, & alios allegantes Sanchez *d. dub.* 33. *numero* 6. Balthaſar Gomez *de poteſt. in ſeipſum lib.* 2. *capite* 6. *numero* 16. & Sayrus *libro* 7. *clau. capite* 9. *numero* 31. id enim non eſſet non prolongare vitam (quod mox dicetur eſſe licitum) ſed abrumpere, quod abſque culpa lethali fieri nequit, niſi fortè quis id faceret ex peculiari auxilio, & reuelatione diuina. Dixi *ſcienter*, nam ſi infirmus comedat, vel bibat rem nociuam purans, vel non aduertens, quod ei nocebit, non peccat mortaliter iuxta eoſdem Summiſtas, & Doctores. Quinimò tametſi credat cibum, vel potum futurum læſiuum, ſeu allaturum aliquod nocumentum, ſed non magnum, nec notabile, putà effecturum dolorem aliquem capitis, vel maiorem aliquam febrim, non peccaret mortaliter iuxta eoſdem Summiſtas, & Doctores, quia nocumentum non eſt magnum; & quia poteſt eſſe compenſatio grauioris, vel æqualis afflictionis, quia aliquando ſitis, ad quam temperandam infirmus bibit aquæ quantitatē, ea qua præuidet febris augmentum, infert maiorem afflictionem, quàm ſit ea, quæ eſt ea febris augmento etiam maximo, vt notant Syluester, & Angelus; inter duo autem mala minus eſt eligendum *cap. duo diſt.* 13. Addit Sanchez ea ſententia iuniorum Doctorum, quod non peccaret mortaliter infirmus, etiamſi ea intentione illud non notabile intenderet.

An teneamur vitam noſtram corporalem prolongare, cum poſſumus, vtendo cibis delicatioribus, medicinis exquiſitis, abſtinendo ab aqua, habitando in loco ſalubriori, ſumendo quotannis pharmaca &c.

180 Quarto licet homo non poſſit ex propoſito ſibi vitam decurtare, & abrumpere, nullus tamen tenetur vitam prolongare. Quare nullus ad vitam prolongandam, & conſeruandam tenetur vti cibis delicatioribus, ſelectis, & optimis, licet ſaluberrimis, ſed ſufficit, ſi communibus, dummodo ſint ea his, qui ad vitæ conſeruationem naturaliter ſunt producti. Ita Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt* 1. *artic.* 6. Victoria *relect. de temper. num.* 12. & in *relat. de homicid. num.* 33. & 34. Medina *Cod. de ieiunio. quæſt. vltim.* Couarruuias *lib.* 1. *var.* 2. *num.* 10. Petrus Nauarrus *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 3. *num.* 88. Ioannes Alphonſus *in ſpeculo medicinæ luminari* 2. *fol.* 69. Balthaſar Gomez *d. cap.* 6. *numero* 13. Sayrus *lib.* 7. *clau. d. cap.* 9. *numer* 28. & 29. Fagundez *in decalog. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 18. & 19. Sanchez *in opuſc. moral. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 33. *num.* 1. Raynaudus *de ortu infant. cap.* 7. *numero* 13. & alij à Gomezio, & Sanchez *relati*. Et contrarium dicere, eſſet damnare omnia ieiunia Eccleſiaſtica, & Monaſtica. Homo enim non tenetur (vt Ioannes Alphonſus loco citato aduertit) omne adhibere ſtudium ad producendam vitam, aut illam conſeruandam, ſeu valetudinem tuendam, imò ea ſolicitudo eſt reprehenſibilis, nec Chriſtiano digna, Chriſto teſtante Matth. 7. *Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducabitis, &c.* dum per ſe nociuis non bibitur non vtatur; imò potius aliquantulum nociuis, ſiue non ita ſalubribus vti licebit ob mortificationem ſeu pœnitentiam agendam propter peccata, vel ad redigendum corpus in ſeruitutem, vel ad imitandos ſanctos in aſperitate vitæ. Ita Victoria *d. relect. de homicid. numero* 33. & 34. Et colligitur etiam ea Sanchez *lib.* 4. *ſumm. cap.* 6. *num.* 5. Dum dicit, non teneri aliquem ex equi votum de nimiis pœnitentiis, quando dubium eſt, vel ſunt opiniones, an & notabiliter corpori ſint nocituræ, ex hoc enim ſequitur illas teneri exequi, quando modicum damnum ſaluti macerationes eſſent parituræ. Dixi, *ſed ſufficit, ſi communibus, &c.* Quia ex alimentis quædam ſunt (vt notat Victoria *d. num.* 31.) quæ non ſunt propriè alimenta, quia de ſe ſunt inſalubria, & nociua humanæ valetudini, inter quæ non ſolum enumerantur venena; ſed etiam alij cibi inſalubres, vt fungi, herbæ crudæ; ſemina, & fructus acerbi, & alij cibi ſimiles nociui, qui communiter non ſunt in vſu hominum. Alia ſunt alimenta, quæ licet non ſint ita ſalubria, ſicut alia, non ſunt tamen contraria vitæ humanæ, vt oua, piſces, lacticinia, potus aquæ. Igitur quamuis homo teneatur abſtinere à cibis prioris generis, vtpote nociuis valetudini humanæ, & illis vti eſſet ſe interficere, vt in terminis Victoria, & Fagūd. *loc. cit.* Sufficit tamē, ſi vtatur poſterioris generis cibis, quib. cōmuniter homines veſcuntur, & in quantitate, quæ ad cōſeruandam vitam, & valetudinem ſat eſt, iuxta omnes præallegatos Doctores. Quare ſi Medicus alicui conſulat, quod ſi comedat carnes, aut bibat vinum diutiùs decem annis viuet, quam cum piſcibus, & aqua, non ideo non licebit ei abſtinere à carnibus, & à vino, cum potus aquæ non ſit contrarius vitæ, neque hoc ſit vitam minuere, ſed non producere, ad quod non tenetur quiſquam. Ita in terminis Victoria *numero* 34. Sanchez, Fagundez, Sayrus, & alij *præallegati*. Prædicta intelliguntur de ſanis; Nam ægrotantibus aliqui ſunt cibi inſalubres, & nociui, qui ſanis ſunt ſalubres, à quibus iidem ægri tenentur abſtinere iuxta tradita *num præcedenti*.

Quemadmodum autem, vt diutiùs viuat, nullus tenetur vti vino; ita etiam non tenetur abſtinere à vino ob eandem rationem. Et ita ſentiunt præfati Doctores.

Item iuxta eoſdem Doctores, nullus gratia ſanitatis, & ad prolongandam, aut diutiùs conſeruandam vitam tenetur mutare locum habitationis, aut viuere in loco ſaluberrimo, ſed maximè ob bonum virtutis, & carnis mortificationem poteſt habitare in regione nociua frigoris, vel caloris, vel humiditatis. Vnde refertur D. Norbertum Præmonſtrateoſis Fundatorem domos fundationis iuxta Paludes, & aquæ fluenta valde prope erexiſſe, vt Religioſi ægrotantes degerent, & inde potius animæ, quam corpori inſeruirent. Et idem ſcribitur feciſſe Diuum Bernardum, ſicut enim honeſtè, & licitè, atque non ſine merito pedibus nudis incedunt plures Religioſi ob bonum virtutis, & tamen medium eſſe nociuum ſaluti nemo non fatebitur; & humi cubare, & catenas ferreas circa corpus ferre licitum eſt ob bonum virtutis, quamuis cum aliquo detrimento ſalutis; ita etiam fas eſt ob bonum virtutis neglecto loco ſaluberrimo degere in minus ſalubri, & aliquantulum nociuo. Quæ omnia fieri poſſe honeſtè videtur ſatis conuincere illud Chriſti Domini Ioannis 12. & Matthæi 10. *Qui odit animam ſuam* (id eſt vitam) *in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam*. Quaſi dicat, cui perfecta ſalus, & valetudo occaſio fuerit animam ſuam perdendi, odio habeat illam, & illis vtatur cibis, ſeu mediis, quibus valetudo minuatur, & attenuatur aliquantulum.

Item iuxta eoſdem Doctores, & alios *ſuprà numero* 165. allegatos ad ſalutem conſeruandam nemo tenetur; exquirere exquiſitiſſima medicamenta.

Item iuxta eoſdem Doctores ad prolongandam vitam nullus tenetur quotannis ſumere pharmacum,

cum, & ſe purgare ad vitandas febres, aut alias ægritudines, etiam vbi neglecta annuali purgatione eſſet probabile periculum mortis. Et ita Innocentius in *cap. tuanos, numero 5. de homicidio*, inquit, quod non teneretur aliquis viuere medicinaliter, quia omnia ſunt bona ſanis; imò quod ſanus malè faciat viuendo medicinaliter dixit Cornelius Celſus *libro 1. de re medica cap. 1.* & poſtea Ripa *de remediis ad curandam peſtem in paragrapho incipiente Medicorum auxilio numero 121.* Ex quibus patet hominem non teneri prolongare vitam, nec ad illam diutiùs conſeruandam vti omnibus mediis, quibus ei liceret vti, ſed ſufficere ſi mediis ordinariis, & communibus conſeruet.

An ſit licitum ieiuniis, abſtinentiis, & aliis pœnitentiis, & corporis caſtigationibus vitam abbreuiare.

181 Vtrum autem liceat vitam corporis abſtinentia, ieiuniis, & pœnitentiis, afflictionibúſve, aut macerationibus abbreuiare, & illis ita vti, vt illorum cauſa vel ſaluti notabiliter noceatur, vel vita decurtetur. De hac re agunt Victoria, Ioannes Medina, Couarruuias, Petrus Nauarrus, Saytus, Sanchez, Fagundez, Balthaſar Gomezius *locis ſuprà numero 180. allegatis.* Sanctus Thomas *2. 2. quæſt. 147. art. 1. ad 2. ibidem* Caietanus Soto *de ſecreto teg. memb. 1. q. 3. concl. 3 in confirmatione quinti argumenti.* Toletus *lib. 5. cap 6. numero 14.* Raynaudus *de ortu infant. cap. 7. numero 13. & 14.* & alij apud eoſdem.

Primò certum eſt apud præfatos Doctores, & alios, ſi quis non vult omninò edere, vel velit abſtinere à cibo neceſſario, ſeu minus neceſſario edit, vt breuiter moriatur (quod feciſſe Porum Regem Indiæ, cum victus eſſet ab Alexandro, refert Iuſtinus *lib. 12.*) eum peccare mortaliter contra dilectionem ſui, & contra quintum decalogi præceptum, ac contra iuſtitiam læſiſſimo modo in Rempublicam; eſſet enim ſe interficere, ſeu velle ſe occidere; ſicut enim aliis mediis non licet ſe occidere, vitámve propriam detruncare, ita nec abſtinentia totali à cibo neceſſario; & iuxta id maximè intelligendus eſt S. Hieronymus à Diuo Thoma *vbi ſuprà relatus*, dicens, *non differre vtrum magno, vel paruo tempore te interimas.* Cum enim cibus à natura ſit ordinatus ad vitæ corporalis conſeruationem & ad hunc finem propriæ vitæ conſeruandæ omnibus animalibus indiderit naturalem inclinationem ad illum capiendum, tenetur & ipſe homo conſeruare propriam vitam per alimentum, ſeu ſumptionem cibi ad illius conſeruationem neceſſarij, ne faciat contra illam naturalem inclinationem, & obligationem ſe conſeruandi, ſitque ſui occiſor. Quare etiamſi pietatis, ac religionis intuitu ea intentione breuiter moriendi nolit prorſus edere, vel abſtineat à quantitate ad vitam ſuſtinendam iuxta ſuam complexionem neceſſaria, peccat mortaliter, vt notant iidem Doctores præſertim Couarruuias, & Gomezius, cum nulla cauſa poſſit rectificare actum ſe occidendi.

182 Et hominem teneri conſeruare vitam per alimentum, adeo vniuerſaliter, & abſolutè verum putant aliqui, vt velint etiam damnatum iuſta iudicis ſententia, vt inedia moriatur, teneri edere, nec poſſe licitè abſtinere à cibo, ſi ei clàm offeratur; probantes illa ratione, quod abſtinentia ab omni cibo ſit actus omninò, & directè tendens ad mortem; & conſequenter nulla ratione licitum eſſe poſſe. Ita Sanctus Thomas *2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. ibidem* Caietanus, Couarruuias *d. lib. 1. var. cap. 2. numero 10. initio.* Balthaſar Gomeſius *cap. ſuprà d. nu. 180. citato.* Victoria *d. relect. de homicid. num. 28.* Driedo, Caſtrus, Nauarrus, Petrus Pleza, Armilla, Aragon, Bannes à Sanchez *in opuſcul. moral. lib. 6. cap. 4. dub. 14. num. 4.* & à Balthaſare Gomezio, & Couarruuias *relati.* Quamuis verius ſit contrarium, & poſſe licitè omnino à cibo oblato abſtinere, vt in ipſo impleatur iuſtitia, & vt aliis præbeat patientiæ exemplum, & vt Deo pro peccatis ſatisfaciat: ita Petrus Nauarrus *de reſt. lib. 2. cap. 3. num. 75. & ſeq.* Sanchez *d. dub. 14. num. 5.* Saytus *lib. 7. clau. cap. 9. num. 22. & lib. 12. cap. 18. num. 30. fine.* Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 9. num. 29.* Fagundez *in decal. lib. 5. cap. 12. num. 24.* Maior, Sotus, Salon, Tabiena, & Angelus *relati partim* à Sanchez, partim à Gomezio. Id enim non eſt directè ſe occidere, ſed indirectè, & reductiuè; cauſa autem indirecta non eſt culpabilis (vt in præcedentib. huius tituli ſæpè dictũ eſt) niſi quando quis cauſam apponens poteſt, & tenetur illam vitare; iuſtè autem damnatus non tenetur illam vitare ob illos bonos fines virtutis: Homo enim licet non ſit dominus, ſed tantum cuſtos ſuæ vitæ, ratione tamen huius cuſtodiæ habet vſum illius acceptum à Deo in exercitium virtutum, & ita licet ob nullum finem quantumuis de ſe bonum, & honeſtum non poſſit poſitiuè ſe interficere; ſibíve vitam detruncare; nihilominus ob exercitium alicuius virtutis poteſt licitè ceſſare à vita producenda, & conſeruanda, vt conſtat ex pluribus exemplis in hoc paragrapho ſuprà adductis, & aliis à Sayto, Leſſio, & Fagundez *relatis*; ita ergo in præſenti caſu, cum damnatum abſtinere ab omni cibo etiam ſponte ablato non ſit ſe occidere poſitiuè, ſed tantum ceſſare à vita ſuſtinenda, & ob bonum, ſeu exercitium obedientiæ, exempli patientiæ, & ſatisfactionis pro ſuis peccatis, talis abſtinentia non erit illicita, & culpabilis, ſed licita, & meritoria. Et ob hanc eandem rationem damnatus iuſtè ad mortem, qui poſſet è carceribus fugere, non tenetur id facere, ſed ob eoſdem fines poteſt licitè manere; quia id etiam non eſt ſe poſitiuè occidere, ſed ſolum ceſſare à conſeruanda vita. Ita iidem Doctores proximè citati, & etiam Couarruuias *d. cap. 2. num. 8. & 10.* Balthaſar Gomezius *d. cap. 6. num. 12.* Caietanus, & alij à Sanchez *dicto cap. 4. dub. 13. relati.* Poteſt tamen licitè idem iuſtè damnatus vel ad moriendum inedia cibos oblatos edere, vel è carcere aperto fugere ex bono fine conſeruandi ſuam vitam, quantum poteſt, & duriſſimum eſſet, & ſuprà humanas vires velle eum obligare ad abſtinendum à cibis, vel fuga in tali caſu. Ita præfati Doctores omnes. Et de prædictis etiam *in ſequenti parte capite primo §. decimo nono.*

Secundò certum eſt ſecluſa illá intentione breuiter moriendi, ſeu abbreuiandi vitam vti ieiuniis, pœnitentiis, & afflictionibus diſcretis, & iuxta prudentiæ regulas ob bonum virtutis non ſolum eſſe licitum, ſed etiam meritorium, licet inde vita ſit abbreuianda, idque præuideatur. Ita omnes Doctores *numero 181.* allegati, & alij omnes. Et tunc iuxta Ioannem Medinam *Codice de ieiunio quæſtione vltima. initio.* Raynaudum *dicto numero 14.* Et alios omnes Abſtinentiæ, & pœnitentiæ citra omne dubium ſunt diſcretæ, & iuxta prudentiæ regulas, ſi per eas ſolùm inſenſibiliter, & remotè tantum vita abbreuietur. Ita Medina, & Raynaudus locis citatis, & omnes fatentur. Et conſtat tam exemplo Sanctorum Patrum, qui radicibus, & oleribus in eremo vtebantur; & aſperrimam vitam agentes frequenter ieiunabant; ex quo neceſſe erat vires extenuari; & radicale humidum paulatim corrumpi, & per conſequens eorum vitam abbreuiari; quos ſecundum naturam certum eſt diutiùs victuros, ſi abſtinentiæ aſperitates temperaſſent; tum quia quamuis ieiunia aliqualem corporis ægritudinem inferant, non 183

ideo

Digitized by Google

ideo oportet à ieiuniis ceſſare, modo tanta non ſit, quæ fortitudinem mentis impediat iuxta Diuum Bernardum in Cantica Canticorum, dicentem, *Carnis infirmitas robur ſpirituale auget, & vires ſubminiſtrat; fortitudo vero carnis debilitatem ſpiritus operatur*; tum quia literis aſſiduè incumbere, frequenter prædicare, & ſimiles actiones literarias exercere ſunt actus, per quos vita multis ſaltem inſenſibiliter abbreuiatur, & tamen ſunt liciti, & honeſti, & iuxta regulas prudentiæ; nec ab illis ob illam inſenſibilem, & remotam abbreuiationem vitæ tenemur abſtinere; ita ob eandem inſenſibilem vitæ breuitatem ex illis prouenientem non tenemur à ieiuniis, & aliis corporalibus afflictionibus, quæ ob bonum animæ ſolent à viris perfectis aſſumi, abſtinere. Maximè autem cenſentur diſcretæ, & iuxta prudentiæ regulas, atque laudabiles, ac meritoria inter Religioſos (vt notanit Sayrus *libro ſeptimo, dicto capite nono, numero trigeſimotertio.*) vigiliæ, ieiunia, & pœnitentiæ, quæ ex regula ſunt præſcriptæ; cum enim à viris ſanctis, ac prudentibus excogitatæ ſint; & à Summis Pontificibus approbatæ, & ad veram, ſolidámque virtutem, & mortificationem comparandam accommodatæ, non cenſentur eſſe contra rationem, & prudentiæ regulas, ſed iuxta illas. Etſi conſultiùs ſit in omnibus illis exercendis à ſuis ſuperioribus, quibus tura anima aperienda eſt, dependere.

184 Tertiò certum etiam eſt ſecluſa ignorantia, vel inaduertentia, aut bona fide, peccatum eſſe, & ex ſua natura vti abſtinentiis, ieiuniis, & pœnitentiis indiſcretis, & contra rationem, & contra rationem, & prudentiæ regulas. Ita abſque dubio Doctores *ſuprà & infrà citati*; inter quos ſolum eſt diſſidium, quænam abſtinentiæ, & pœnitentiæ, ſeu afflictiones corporales cenſendæ ſint indiſcretæ, & contra rationem. Et iuxta omnes, & textum expreſſum in can. *non mediocriter de conſecratione dicto* §. Cenſetur, & eſt eſt abſtinentia indiſcreta; quando quis ita abſtinet à cibis communibus, vt non ſumat quantitatem præcisè neceſſariam ad alimentum, & ſuſtentationem; & valetudinem indiuidui ſecundum diuerſam vniuſcuiuſque complexionem. Recta enim ratio non dictat (vt in terminis notauit Sanctus Thomas, & *ibidem* Caietanus 2. 2. *quæſtione 147. articulo 1. ad 2.*) vt etiam propter opera ſpiritualia, quis tantum de cibo ſubtrahat, vt natura conſeruari non poſſit. Quare id facere etiam ſine intentione moriendi, ex natura ſua eſt peccatum graue iuxta omnes. Faciens tamen talem abſtinentiam indiſcretam intuitu pietatis, & vt carnem domet, ac ſpiritui ſubiiciat, non aduertens ſe excedere vtendo tali abſtinentia excuſatur ab omni culpa iuxta omnes; ſi autem aduertat ſe excedere, putet tamen ſe bene facere, non excuſatur à peccato, peccatum tamen non eſt mortale, ſed veniale tantum propter iuſtam intentionem, & bonam fidem, vt in terminis Caietanus *loco citato.* Nauarrus *in man. capite 15. numero 12.* Couarruuias *var. 1. capite 1. numero* 10. Toletus *loco ſuprà citato.* Sanchez *in opuſcul. mor. libro 5. capite 1. dub. 3. numero* 12. & alij recentiores. Et quamuis Petrus Nauarrus *de reſtitut. libro 2. dicto capite 3. num. 91. & 92.* impugnet præfatam diſtinctionem, velitque eſſe mortale quoties aduertitur exceſſus non obſtante intentione boni finis, & illa bona fide, qua putat ſe facere bene; quem etiam ſequitur Balthaſar, Gomeſius *dicto capite ſexto numero quinto, ver, ſed tertia verior.* imitatus d. textum in citato. can. *non mediocriter*, nihilominus immeritò reprobant; nam illa bona fides ſufficiens eſt ad excuſandum à mortali; ſicut etiam ſi quis bona fide credat ſe hic & nunc excuſari à ieiunio de præcepto, ſi non ieiunet non peccat mortaliter, illum excuſante illa bona fide, etiamſi alioqui teneretur ieiunare, vt tradunt communiter Doctores, & notaui *tomo tertio mor. var. titulo 9. de ieiunio Eccleſ.* Tunc ergo talis abſtinentia cum aduertentia exceſſus eſſet peccatum mortale, quando quis eam facit nullo propoſito fine honeſto, & ceſſante bona fide, qua credit ſe facere bene, & obſequi Deo. Et iuxta hoc intelligendi ſunt Canoniſtæ ſcribentes ad d. *can. non mediocriter* à Gomezin *allegati*, aſſerentes eſſe peccatum mortale vti indiſcretis abſtinentiis etiam pietatis, & religionis intuitu cum aduertentia exceſſus, & quod inde ſit ſequenda vitæ abbreuiatio. Vnde cum aduertentia exceſſus faciens talem abſtinentiam illa bona fide, ſi à Confeſſario, vel alio viro prudenti, & docto, cui credere debeat, admoneatur ſe malè facere vtendo tanta abſtinentia, in illa perſeuerans etiam intuitu pietatis, & vt carnem domet, peccabit mortaliter; quia ceſſat bona fides.

Difficultas ergo eſt, an quoad abſtinentiam à communibus cibis quantum ad pluralitatem comeſtionum, vel quantum ad quantitatem, An ſi ſumatur cibus neceſſarius ad alimentum, & conſeruationem indiuidui, & ob vigilias, aut alias corporis afflictiones notabiliter, ſeu ſenſibiliter vita abbreuiatur, idque, qui tali abſtinentia, ſeu pœnitentia, & afflictionibus corporis continuatè vtitur, clarè aduertit, talis abſtinentia, vel pœnitentia ſit abſolutè cenſenda indiſcreta, & illicita, & ex ſe peccatum mortale, licet inde ſic ieiunans, vel abſtinens, aut corpus affligens non impediatur ab impletione ſui officij; ſeu notabiliter non inhabilitetur ad officium, ad quod ſub mortali tenetur; an verò tunc ſolum ſit cenſenda indiſcreta, & illicita, quando præter notabilem, atque præuiſam abbreuiationem vitæ per talem abſtinentiam, vel corporis afflictionem quis notabiliter ſe inhabilitet ad implendum officium ad quod tenetur. 185

Et vt cenſeantur, & ſint indiſcreta ieiunia, abſtinentiæ, & aliæ corporis caſtigationes, & pœnitentiæ, & conſequenter illis continuatè vtens peccet mortaliter, ſufficere, ſi ægritudinem notabilem inferant, vel notabiliter, ſeu ſenſibiliter vitam abbreuiant non habito reſpectu inhabilitatis ad officia debita, in terminis aſſerunt Ioannes Medina *Codice de ieiunio, dicta quæſtione vltima*, & Raynaudus *dicto capite ſeptimo, numero decimoquarto*, & conſentiunt Sanctus Thomas, Caietanus, Couarruuias, Soto, Martinus, Nauarrus *locis ſuprà allegatis*, Petrus Nauarrus *dicto capite 3. numero 88.* Petrus Aragon 2. 2. *quæſtione 64. articulo 5. ad 5.* Sayrus *libro 7. clau. capite 9. numero 32.* Fagundez *in decalog. libro 5. capite primo numero 17.* & Balthazar Gomeſius *de poteſtate in ſeipſum libro 2. capite 6. numero 3. & 5.* Quatenus abſolutè docent eum; qui vtitur ieiuniis, abſtinentiis, & pœnitentiis, quas aduertit notabiliter nocere ſaluti corporis, vitámque notabiliter diminuere, peccare mortaliter, etiamſi non vtatur intentione vitam decurtandi.

Probatur hæc ſententia, quia eæ abſtinentiæ, & aſperitates notabiliter, & ſenſibiliter vitam abbreuiantes videntur omninò directè, & immediatè tendere in vitam, eámque proximè lædere, quod eſt illicitum, quod ſecus eſt, quando abſtinentiæ, & aſperitates ob incommoditatem corporis aliquam tantum inſenſibiliter nocent, & vitam diminuunt iuxta tradita *numero* 183. nam tunc ſolum remotè, & indirectè vitam corporalem lædunt. Confirmatur hæc ſententia tum dicto illo Diui Hieronymi *ſuprà numero* 182. adducto, quod Caietanus 2. 2. *quæſt.* 147. *dicto articulo 1. circa reſponſionem ad 2. fine* ait intelligi, quando aduertitur notabilis exceſſus nocumenti ex abſtinentiis,

tiis, & corporis aſperitatibus prouenientis; tum ea eodem Diuo Hieronymo relato in d. can. *non mediocriter, de conſecr. d.5.* vbi reprehendit abſtinentiam immoderatam, & vigilias, ſeu Pſalmorum, vel Officiorum decantationem, quibus amentiæ, aut triſtitiæ nota incurritur.

Et poſt modicum addit, *Audiant itaque, qui ea, quæ neceſſaria ſunt corpori, ſubtrahunt, illud quod per Prophetam Dominus loquitur; Ego Dominus odio habens rapinam holocauſtorum; de rapina verò holocauſtum offert, qui, ſiue ciborum egeſtate, vel ſomni penuria corpus immoderatè affligit.* Tum ex illo Diui Auguſtini in regula ſua, *Carnem veſtram domate ieiuniis, & abſtinentia eſcæ, & potus quantum valetudo permittit.* Tum ex illo Pauli, quod rationabile eſſe debet obſequium noſtrum. Tum demum, quia inquit Medina, ſi ex ieionio, aut abſtinentia veriſimiliter timetur hominem moriturum, tenetur homo huiuſmodi abſtinentiam deſerere; nam alioqui eſſet homicida ſui ipſius, ac proindè eſſet, ac ſi ſe ipſum occideret; ergo etiam vbi veriſimiliter timetur ægritudo, cum poſſit eſſe talis, quæ ſemel inducta curari non poſſit, ſed paulatim mortem allatura ſit, oportebit pro ea vitanda ceſſare ab abſtinentia. Non enim ad id eſt expectandus extremæ neceſſitatis articulus, ſed præueniendum eſt. Addit tamen Medina, quod ſi aliter præfatis damnis, & incommodis corporeis obuiari, ſeu mederi poteſt, non erit neceſſe à præfatis abſtinentiis, & pœnitentiis deſiſtere.

186 Sanchez *dict. dub. numero 13.* dicit vtentem nimiis abſtinentiis, & aſperitatibus, ac pœnitentiis, aut vigiliis, quibus ſe reddit inhabilem, ſeu impotentem ad debita opera, quæ ſub mortali præſtare tenetur, peccare mortaliter. Quod eſt certiſſimum, & in terminis tradunt Sanctus Thomas, Caietanus, Sayrus, & Fagundez *locis citatis.* Et id clarè probant teſtimonia Sanctæ Scripturæ, & Patrum numero præcedenti adducta. Et confirmat Sayrus ex Apoſtolo *ad Timotheum 1.* dicente caſtigationem corporis eſſe *ad modicum vtilem*, ſcilicet de ſe non eſſe bonam, vel malam; ſed vtilem, in quantum deſeruit mortificationi appetitus, & inordinatarum animi paſſionum; vnde addit idem Apoſtolus, Pietas autem *ad omnia vtilis eſt.* Ex quo infertur iuxta Apoſtolum corporis caſtigationem in tantum eſſe licitam, quantum ad pietatem conducere poteſt; ac proindè qui ex nimiis ieiuniis, aut corporis afflictionibus inhabilem ſe reddit ad debita pietatis, ac deuotionis, vel iuſtitiæ opera peragenda contra rationem operatur, & peccat, vt dicit Sanctus Thomas *in dicta reſponſione ad 2.* Quare ieiuniis ſe reddens impotentem ad reddendum debitum grauiter peccat, ſi faciat aduertenter, vt *ſuprà capite primo* probatum eſt; item qui tenentur ad aliquod opus vel liberale, putà, legendum, vel prædicandum, aut cantandum; vel mechanicum, putà, fodiendum, ædificandum, & ſimilia; ſi vtendo nimiis abſtinentiis, vel etiam comedendo aliquid, quod notabiliter corpori noceat, ſe aduertenter reddant inhabiles ad implendum opus, ſeu officium per magnum tempus, peccant mortaliter, niſi ſint eo animo, vt velint relinquere officium, & obligationi operis præſtandi ſatisfacere; inferunt enim iniuriam iis, quibus opus præſtari debet. Ita Caietanus *circa dictam reſponſionem ad 2.* & Sanchez ex Ledeſma, & aliis iunioribus. Hinc etiam ſi nimiæ abſtinentiæ, & vigiliæ notabiliter nocerent integritati ſenſuum, & mentis, idque eſſet præciſum, eſſent indiſcretæ contra rationem, & temperantiam, ac prudentiæ regulas, cum ſenſus, & mentis integritas ſit maximum bonum ieiuniis, & aliis pœnitentiis præferendum; & conſequenter eſſent peccatum graue; & maximè etiam quia ſic impedirent implere alia opera pietatis, deuotionis, aut iuſtitiæ debita; ita apertè conſtat ex Diuo Hieronymo & Sancto Thoma *locis citatis.*

Quod ſi per nimias abſtinentias, & aſperitates quis non impediatur ab impletione ſui officij, ad illúdue præſtandum non reddatur inhabilis, idem Sanchez *d. dub. 33. num. 11.* aſſerit nullum eſſe peccatum neque contra temperantiam, neque contra charitatem propriam, ſed eſſe licitum ieiunare, & abſtinere etiam à communibus cibis quoad pluralitatem comeſtionum, & etiam quoad quantitatem, dummodo ſumatur cibus neceſſarius ad alimentum, & ſuſtentationem, ac valetudinem indiuidui iuxta propriam complexionem, quamuis ſic ieiunans clarè, & ſenſibiliter aduertat ex tali abſtinentia diminui eius vitam. Quam ſententiam videtur expreſsè tenere Victoria *d. relect. de temperantia num. 14.* vbi ſic habet: *Si quis vtatur alimenta, quibus homines communiter vtuntur, & in quantitate, quæ ſolet ſufficere ad valetudinem conſeruandam, dato quod ex hoc abbreuietur vita etiam notabiliter, & hoc percipiatur, non peccat.* Quæ verba habet etiam Sayrus *d. c. 9. num. 29. initio.* Victoriam in hoc ſequens; etſi *numero 32.* videatur oppoſitum docere, quamuis conſideratis, ac penſatis, quæ ibi habet, rectè intelligi poſſit, quando non ſumitur cibus neceſſarius ad indiuidui conſeruationem, vel nimiæ abſtinentiæ efficiunt impotentiam ad implenda debita officia. Eadem verba, quæ Victoria habet Ledeſma *2. 4. q. 17. art. 6.* relatus à Sanchez, qui ait hanc eandem ſententiam aſſeri ab aliis doctis iunioribus Magiſtris. Probat Sanchez ex vſu multorum Sanctorum, & Fundatorum Religionum, qui & exercuerunt, & ſuis iniunxerunt grauiſſimas pœnitentias, quibus vita ſenſibiliter abbreuiatur. Sed Medina hoc exemplo Sanctorum contendit probari ſolùm licitas eſſe abſtinentias, & pœnitentias, quibus paulatim, & inſenſibiliter vita abbreuiatur. Præterea idem Sanchez confirmat primò, quia id non eſt intendere abbreuiare vitam, ſeu occidere, ſed tantum eſt vti mediis ordinatis à natura ad ſuſtentationem, & non prolongare vitam, ad quod nullus tenetur, vt *ſuprà num. 180.* probatum eſt. Secundò, quia licitum eſt exponere vitam corporalem pro ſpirituali alterius, & pro vita corporali amici, vt ſuprà probatum eſt; ergò etiam licebit homini abſtinere à cibis cum moderatione poſita, propter finem ſpiritualem; licet aduertat ſenſibiliter abbreuiari vitam. Tertiò, quia aliàs eſſet illicitum dare operam literis per multum tempus, & exercere actus valdè laborioſos, vt curſorum, Nautarum, ſeu nauigantium, Mercatorum &c. quia per hæc, vt conſtat experientia, ſenſibiliter abbreuiatur vita. Verùm ad primam confirmationem reſpondet Medina, aliud eſſe vitam prolongare, aliud vitam, aut ſanitatem notabiliter nobis, aut proximis non adimere; ad primum, inquit, nec tenemur, obligamur tamen ad ſecundum. Ad ſecundam reſpondet idem Medina nos poſſe, & debere exponere vitam corporalem pro ſpirituali proximi, & etiam pro ſalute animæ propriæ, cum id eſt neceſſarium, quia id poſtulat ordo charitatis; in propoſito autem non videri ita neceſſarium per ieiunia, & aſperitates corpus interimere, vt anima viuat, ac proindè confirmationem nil probare. Ad tertiam, Reſpondet idem Medina, ſi veriſimile ſit ex nauigatione, aut alio corporali labore mortem, aut notabilem ægritudinem ſequuturam, cui aliter obuiari nequeat, niſi à nauigatione, vel labore huiuſmodi deſiſtendo, ceſſandum eſſe; alioqui talem nauigationem, & itinerationem temerariam fore, & contra charitatem ſibi debitam; ſicut & in ſimili de ieiunio, & abſtinentia in ſimili 187

caſu

caſu dictum eſt *n.* 185. Addit tamen non indè omnem nauigationem, aut curſum debere damnari, cum talia pericula non ſemper veriſimilia ſint.

188 Quid dicendum? ſententiam Ioannis Medinæ, & Raynandi locum habere dicendum, vbi veriſimile eſſet nimias abſtinentias, & corporis caſtigationes breui mortem allaturas, vel de proximo inducturas grauem aliquam, & periculoſam ægritudinem; tunc enim cenſerentur directè, & proximè petere vitam; & ſic illis vtens cum aduertentia talis nocumenti, ſeu læſionis videretur ſe ipſum occidere, etiamſi intentione ſe occidendi careret; ſi verò ob notabile, & ſenſibile nocumentum poſt magnum tempus, & annos (vt regulariter ſolet contingere iis, qui ſtudiis, operibus laborioſis, & etiam operibus pœnitentiæ, & auſteritatibus vitæ, ac vigiliis intuitu pietatis, & religionis vacant) mors, vel ægritudo ſit ſequutura: prius tamen, quam alioqui ſeclusis illis pœnitentiis naturæ curſu ſpectato fuiſſet euentura, tenenda eſt ſententia Sanchez, alioqui ieiunia, & rigoroſæ abſtinentiæ, corporiſque caſtigationes continuatæ ſiue ſpontaneæ, ſiue ex inſtituto nonnullarum Religionum fiunt, via abſque ſcrupulo poſſent exerceri; item qui multum, & continuatè vacant ſtudiis legendi, ſeu docendi, vel conſulendi, vel prædicandi, vel libros conflandi gratia, ſæpe anxij eſſent; vnde pœnitentiarum, aſperitatum vitæ & ſtudiorum remiſſioni, ac neglectui lata aperiretur via. Et ſententiam Sanchez certè confirmant exempla Sanctorum Patrum, & Eremitarum, Anacoritarum, & Fundatorum Religionum, de quibus *ſuprà n.* 185. *&* 187. & verè hoc pacto pœnitentiis, & abſtinentiis vti ſumpto neceſſario cibo ad ſuſtentationem, conſeruationem, & valetudinem indiuidui neceſſario, ſenſibiliter aduertendo vitam fore abbreuiandam non eſt ſe occidere, ſed tantum non prolongare vitam ob bonum virtutis; quod iuxta omnes licet; & alij Doctores pro ſententia Medinæ, & Raynandi allegari rectè poſſunt intelligi, quando nimiæ abſtinentiæ ſunt tales, vt non ſumatur cibus ad indiuidui innata eius complexionem, ſuſtentationem, & conſeruationem neceſſarius.

Monachi Carthuſienſes in ægritudine periculoſa ad vitam conſeruandam, & alioqui morituri niſi edant, poſſint, an & teneantur abſtinere ab eſu carnium.

189 Ex traditis huc vſque reſoluenda eſt difficultas tacta *ſuprà n.* 171. *fine*, de Monachis Carthuſienſibus, an ſcilicet, cum graui, & lethali morbo laborant, ſi Medicus iudicet illis ad ſalutem recuperandam omninò neceſſarium eſſe veſci carnibus, teneantur illas edere, an verò licitè poſſint, ac debeant ab illis abſtinere non obſtante illa extrema neceſſitate, cui aliter non poſſit conſuli, & vita conſeruari.

Igitur imprimis ſciendum, quod etſi Carthuſienſes ſani, & infirmi etiam in extremo vitæ periculo exiſtentes carnes non edunt; nihilominus nullum habent votum de tali abſtinentia, nec aliquod ſtatutum obligans etiam ad peccatum veniale, vt Sanchez *in opuſc. moral lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 34. *n.* 2. notat ex Petro Sutore Carthuſiano *in hiſtoria ſui Ordinis lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 8. vbi refert Ordinem Carthuſienſem extitiſſe per 170. annos abſque aliquo ſtatuto talis abſtinentiæ, ſed illam ſeruaſſe ex conſuetudine ab initio Ordinis, ſcilicet, Anno 1084. vſque ad 1254. in quo in quodam Capitulo Generali factum eſt ſtatutum de tali abſtinentia ſub graui pœna in tranſgreſſores, & priùs quidem eiectionis à religione, & poſtea ſub mitiori nempè priuationis perpetuæ officij, ſi fuerit Prior, Vicarius, aut Procurator; & reſpectu aliorum priuationis perpetuæ officiorum, & carcerationis ad beneplacitum. Quod tamen ſtatutum ad nullam culpam obligat, cum conſtitutiones eiuſdem Ordinis ad nullam culpam obligent eſſentialibus votis exceptis, vt idem Sanchez ibidem notat. Hoc notato:

Si Carthuſienſis Monachus exiſtat in extrema neceſſitate ab extrinſeco edendi carnes, ſcilicet, quia illi deeſt omnis cibus præter carnes, quas ſi non edat, fame moriatur, videtur certum teneri illas comedere. ita præcitatus Petrus Sutor, Victoria *relect. de temper. num.* 10. *initio.* Rodriquez *in Summ. tom.* 2. *capite* 94. *num.* 16. Ledeſma 2. 4. *quæſt.* 17. *art.* 6. Azorius *part.* 3. *lib.* 2. *capite* 3. *quæſtione* 14. *fine.* & Sanchez *d. dub.* 14. *numero* 5. quia cum mors ex ſola fame ſit violenta, videtur illi imputari. 190

Si verò exiſtat in extrema neceſſitate ab intrinſeco nempe ab ægritudine, in qua Medicorum iudicio non poſſit vitam conſeruare, niſi edendo carnes; vel quia alij cibi ſint ei inutiles, vel quia nullum alium cibum appetit, ita quod ſi carnes non comedat, moriatur. Aliqui tenuerunt tunc obligari ad carnes comedendas, etiamſi vouiſſet numquam comedere illas in quacunque infirmitate quantumuis periculoſa; & quod tunc non comedens carnes cenſeretur ſe ipſum occidere. ita Ioannes Medina *Cod. de ieiunio quæſt. vlt. in reſponſ. ad* 4. Ioannes Andreas *num.* 17. Panormitanus *num.* 2. Felynus *nu.* 3. Alexander de Neuo *n.* 6. *fine. de iureiurando.* Balthaſar Gomexius *de poteſt. in ſeipſum lib.* 2. *ca.* 6. *n.* 6. & ita etiam ſentiunt Maior, Gerſon, & Martinus *relati* à Victoria, & Sanchez, quando ſine ſcandalo, ſeu ordinis diſſolutione, & obſeruantia regulari, putà ſecretò poſſet comedere. 191

Verùm primò dicendum, vix poſſe dari caſum, in quo æger nequeat vitam conſeruare, niſi carnes comedat. Nam Arnoldus à Villa Noua Medicus docuit ſine eſu carnium poſſe homines viuere; & infirmos reparari; prout tradunt Ioannes Andreas *in capite ſecundo de obſeruatione ieiunij*, & Anania *in capite ſicut ex literarum, numero ſecundo, de homicidio.* 192

Secundò dato, quod Carthuſienſi periculoſo morbo laboranti Medicus ad recuperandam ſalutem iudicaret omninò neceſſarium eſum carnium, adhuc probabilius eſt, non teneri neque in ſecretò illas edere. ita Victoria *loco citato.* Petr. Sutor *vbi ſuprà* referens inſigne miraculum ad id confirmandum. Dionyſius Carthuſianus *in laudibus ſui Ordinis.* Rodriquez, & Ledeſma *vbi ſuprà*, Azorius *d. q.* 14. Vaſquez 1. 2. *diſput.* 162. *cap.* 4. Saytus *lib.* 7 *clau. cap.* 9. *num.* 30. Sanchez *dict. dub.* 34 *num.* 6. Fagundez *in decal. lib.* 5. *cap.* 11. *numero* 19. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 29 *cap.* 5 *numero* 80. & alij apud Azorium, & Sanchez. Ratio deducitur ex dictis in præcedentibus, quia in hoc caſu Carthuſienſis ob bonum virtutis, ſcilicet, abſtinentiæ communia, religionis, & obſeruantiæ ſtatuti Ordinis abſtinens à carnibus, ſi moriatur, moritur naturaliter ex morbo, cuius ipſe non eſt cauſa, nec ipſe cenſetur ſe occidere, ſed tantum non prolongare vitam comedendo carnes, non tenetur autem quis prolongare vitam omnibus mediis poſſibilibus, ſed tantum communibus; & præſertim quando id facit ob aliquod opus inſigne virtutis, nempe charitatis (vt quando inuaſus iniuſtè nullius conſcius culpæ mortalis ſinit potius ſe ab inuaſore occidi, quàm illum occidere; vel conſtitutus in extrema neceſſitate habens panem ſibi omnino ad vitam tuendam neceſſarium, ſponte tribuit alteri in ſimili neceſſitate exiſtenti iuxta multorum opinionem, etiamſi ſit perſona priuata, & iuxta omnes ſi ſit perſona Reipublicæ valde vtilis, de qua re *in ſequenti parte cap.* 1. *ſ.* 19.) vel ob bonum commune, vt in præſenti Carthuſianus in extremo vitæ periculo conſtitutus licitè à carnibus 193

abſtinet

zed Google

abſtinet eaponendo vitam corporalem ob bonum commune religionis, & conſtitutionis tam Sanctæ obſeruantiæ, quæ ſi in tali neceſſitate relaxaretur, facilè ſequi poſſet diſſolutio religionis, & obſeruantiæ Ordinis, & idem trahi ad minores neceſſitates; poteſt autem quis pati iacturam propriæ vitæ corporalis pro maiori bono, quale eſt præfatum bonum virtualis abſtinentiæ, & obſeruantiæ, ſtatuti, ſeu conſtitutionis in tota religione. De cuius ſtatuti, ſeu conſtitutionis boneſtate non eſt dubitandum, cum facta ſit ob bonum religionis, & virtutis abſtinentiæ, vt Azorius, Sayrus, Victoria, & Fillrucius *locis citatis*, & dato etiam quod aliquando quis Monachus ægrotans ex abſtinentia carnium moriatur, quia tamen hoc non ita frequenter contingit, honeſtè, & meritorie Carthuſienſes ferunt hanc iacturam pro maiori bono ſcilicet abſtinentiæ.

194 Hinc licet non poſſit fieri votum de abſtinentia à carnibus præcisè in extrema neceſſitate (ſicut nec conſtitutio) quia hoc nihil bonitatis habet, vt in terminis Victoria, & Sanchez; tamen quis poteſt emittere abſolutè votum de abſtinendo perpetuo à carnibus, & ſic etiam non edere illas in extrema neceſſitate, qua abſtinere à carnibus perpetuo ob bonum virtutis eſt honeſtum & bonum, licitum enim honeſtum, & meritorium eſt non vti carnis eſu, & vini potu ob bonum virtutis abſtinentiæ, & domandam carnis libidinem, & vt dictum eſt, rarò accidere poteſt, quempiam infirmum mori ea ſola abſtinentia, ita Vict. Ledeſma, & Sanch. Addentes quod etiam ſecluſo voto, ſi quis propoſuiſſet nunquam comedere carnes ob bonum abſtinẽtiæ, poſſet in præfata extrema neceſſitate non comedere ob eandem virtutem.

175 Tertiò Carthuſienſes in præfata neceſſitate poſſunt abſque peccato edere carnes; cum, vt dixi (non habeant votum non edendi, nec ſtatutum obligans ad culpam, licet poſſint puniri pœna ſtatuti. Imò etiamſi emiſiſſent votum talis abſtinentiæ à carnibus etiam in extrema neceſſitate, illos in tali neceſſitate poſſe licitè illas edere propter neceſſitatem, ſicut poſſunt non edere propter reuerentiam legis, tradunt Victoria *d. relect. de temper. numero decimo*, & Ledeſma *loco citato*. excuſatur enim (inquit Victoria) Dauid comedens panes propoſitionis propter neceſſitatem, & Diſcipuli vellentes ſpicas die feſto Matth. 12. vt ait S. Thomas *3. part. queſt. 4. articul 4. ad* 3. Idem Victoria *num.* 9. ait in tali neceſſitate Carthuſianum, qui tale votum emiſiſſet poſſe licitè edere carnes non tantùm ſecreto, ſed etiam publicè non obſtante ſcandalo reſpectu aliorum, quia ſtante doctrina publica de licito vſu in extremo vitæ periculo eſſet ſcandalum phariſæorum. At Sanchez *dicto dub. 34. numero ſeptimo* tenet, quod ſi Carthuſienſes iuxta Ordinis regulam emitterent votum de perpetua abſtinentia à carnibus, etiam in extremo vitæ periculo, tenerentur illud in eodem etiam periculo ſeruare, quia cum ſit votum de re licita, & honeſta, ſicut & tale ſtatutum, eo quod factum ſit ob bonum religionis, & virtutis (vt aiunt Azorius, & Filliucius *locis citatis*) ea neceſſitate obligaret. Quod tamen videtur ſatis durum, ſaltem quando poſſet ſecretò, & ſine ſcandalo carnes edere. Et quidem perſonam priuatam, quæ feciſſet votum perpetuæ abſtinentiæ à carnibus non teneri illud ſeruare in extrema neceſſitate, cum non ſit in bonum religionis, tradunt Rodriquez *vbi ſuprà*, Sylueſter *v. votum* 2. *quæſt.* 13. Angelus *v. eodem* 3. *n.* 21. quos refert, & approbare videtur Sanchez *dicto dub. 34. num. 6.* Aduertens *num.* 10. eum, qui abſolutè vouiſſet non edere carnes, vel non edere in tali die, poſſe edere in caſu morbi, eo quod communiter non intelligatur quis velle ſe obligare ad abſtinentiam in tali neceſſitate.

Spectata prolis æterna ſalute, an mater prægnans ex charitate teneatur cum propria vita periculo pati, & etiam procurare vteri ſectionem, quando nullum aliud remedium eſt conſulendi bono animæ eiuſdem prolis; quæ probabiliter ſperatur fore ſectioni ſuperſtitem, & ſuſceptura baptiſmum.

Dubitatur tertiò, an ſpectato prolis bono, cum ſcilicet, ſi mater prægnans viua non ſecetur, proles in vtero eius clauſa iam animata certò ſit corpore, & anima peritura; Si verò ſecetur, ſit probabilis ſpes, vt proles retineat vitam temporalem, & ſalutem æternam conſequatur per baptiſmi ſuſceptionem, teneatur mater ex charitate erga prolem, vtque ſuccurrat eius extremæ neceſſitati ſpirituali, admittere, & pati ſectionem, licet cum aliquo periculo propriæ vitæ corporalis. 196

Non teneri in terminis aſſerunt Emanuel Sà *v. charitas num.* 4. Ioannes Sancius *in ſelectis disputat.* 10. *num.* 9. quibus videtur conſentire Caſtrus Palaus *tomo* 1. *diſputat.* 1. *puncto* 9. *num.* 5. *fine*, pro hac ſententia poſſunt allegari Vaſquez, & Baſilius Pontius *locis ſuprà num.* 129. *allegatis*. Cum dicunt matrem non teneri pro vita ſpirituali prolis exponere propriam vitam corporalem. Et poteſt hæc ſententia probari argumentis, *dicto num.* 129. 135. *&* 137. *adductis*. Præter quæ proponuntur ſequentia.

Primò, quod mater poſſit licitè reſpuere tam horrendum, & atrox remedium ſuæ vitæ corporalis, & vtriuſque vitæ corporalis, & ſpiritualis prolis, permittendo ſuam corporalem ſalutem, & prolis pariter tam corporis, quam animæ Dei prouidentiæ. 197

Secundò, quod non poteſt dici caſus extremæ neceſſitatis ſpiritualis omninò à ſectione vteri materni dependentis, cum etiam intra vterum proles poſſit baptizari operâ obſtetricis. 198

Tertiò, quod data impoſſibilitate actuali baptiſmi, & ſacræ ablutionis prolis intra vterum exiſtentis poſſit dari ſupplementum baptiſmi, quo culpa originalis deleatur per gratiæ infuſionem, etenim in impoſſibilitate baptiſmi in pueris rationis vſu carentibus loco baptiſmi ad delendum originale per gratiæ infuſionem ſufficere parentum preces, & pueri oblationem, vt fiebat in lege naturæ quoad maſculos, & fœminas & in lege Moſayca quoad fœminas, & etiam quoad maſculos ſaltem ante octiduum vitæ quo circumciſio conferebatur, docuit Caiet. *3. p. q. 68 art. 2.* & poſtea Tilmannus Segebergenſis *lib. de ſacr. c. de bapt.* & quid ſimile tradidit Gerſon *t. 1. ſerm. de Natiuit. Deip. conſid.* 2. dicens in tali caſu orandum eſſe pro paruulo, ſi forte conuertatur, & ignoſcat, id eſt, non imputet ei Deus baptiſmi defectum. Et fauent Sylu. *v. baptiſmus* 1. *n.* 5 *&* 7. Valen. *t. 3. p. diſp. 3. q. 5. p. 3.* & alij, Suar. *to. 3 in 3. p. diſp. 27 ſect 3 initio relati*. quatenus ſentiunt Deum ſupplere aliquando defectum baptiſmi irriti ob defectum debitæ materiæ, vel formæ, vel intentionis miniſtri Et probatur ratione, quia alioqui hi infantes in vtero matrum clauſi eſſent excluſi à prouidentia diuina à re omninò neceſſaria ad ſalutem, & ita Deus videretur defeciſſe in neceſſariis. 199

Verùm iuxta tradita *ſuprà n. 130. cum ſeqq. ad* 140. aſſerẽdũ matrẽ ex præcepto, ſeu obligatione charitatis in ea extrema neceſſitate ſpirituali prolis, alioqui cũ vita corporali amiſſuræ ſalutem æternam teneri admittere, & pati vteri ſectionem, vt proles ipſa poſſit baptizari; ſtante illa probabili, & bona ſpe, 200

quod ſectioni erit ſuperſtes proles & baptiſmus poterit ei conferri. Ita in terminis Raynand. *de ortu infant. cap. 6. n. 8. & ſeqq.* & ita oportet ſentiant Doctores *ſuprà n.* 130. *&* 131. *relati.* & licet iidem Doctores, & alij *ſuprà n.* 140. allegati dicant nullo vnquã in caſu neque vt proles baptizetur, eſſe licitum ſecare vterum matris prægnantis, id dixerunt, quia exiſtimarunt ſectionem tendere directè in necem matris, eſſeque veram occiſionem; ſuppoſito autem, quod talis ſectio poſſit fieri matre, & fœtu ſuperſtitibus, vt ſuprà probatum eſt, non negarunt eſſe licitam, & obligatoriam, vt proles conſequi poſſet æternam ſalutem per baptiſmum, quã ſecluſa ſectione non obtineret, *vt ſuprà num.* 151, *fine* notaui. Hanc ſententiam tenet etiam Torres 2. 2. *tom. 2. diſput. 26. dub. 2. num.* 37. dummodo mater putet ſe eſſe in ſtatu gratiæ, & ſoboles cenſeatur baptizanda; quæ duo tamen ait rarò contingere; ſed non rectè id addit, vt conſtat ex traditis *ſuprà n.* 137. 146. *&* 147.

Hæc ſententia probatur eadem ratione qua ſuprà probatum eſt, prægnantem cum periculo ſuæ vitæ corporalis lege charitatis teneri abſtinere à medicamentis etiam de natura ſua tantum ſanatiuis, ſi ex illorum vſu pericliteretur vita ſpirituali prolis, ſcilicet quod ex præcepto charitatis tenemur exponere propriam vitam corporalem pro vita ſpirituali proximi in extrema illius neceſſitate, abſque maxima ſua conſtituti, vbi nullum aliud ſuppetit medium illi ſuccurrendi, & eſt probabilis ſpes, vt hac ratione ſalutem conſequatur æternam; ac proindè cum in præſenti caſu ſectio vteri materni ſit vnicum medium, à quo pendet ſalus æterna prolis, affulgeatque ſpes, vt proles ſit ſuperſtes ſectioni, & poſſit baptizari, tenetur mater ex charitate erga prolem admittere, & pati ſectionem cum periculo ſuæ vitæ corporalis. Nec poteſt ſectionem reſpuere ob atrocitatem dolorum inferendorum, aut ſectionis horrore, aut quia velit ſe committere curſui naturæ, & Dei prouidentiæ ſi fortè citra miraculum morbus vincitur, vt in argumẽto *num.* 197. adducto dicitur, quia hîc non agitur de ſola vita corporali ipſius matris; ſed de procuranda ſalute ſpirituali prolis. Quiſque enim, cum agitur de ſola ſua vita, poteſt cedere iuri, quod habet ad talia media pro vita conſeruanda, præſertim ſi inferãt magnum dolorem, & habeant adiunctum inſignẽ horrorem. Mater autem nullo ex prædictis prætextibus poteſt excuſari ab obligatione procurandi proli vnicum ſalutis æternæ remediũ, quod in præſenti eſt ſola ſectio, ſine qua proles eſt peritura in æternũ; tenetur ergo ſectionem admittere, & pati. Imo etiã inde infertur, eã teneri, & petere, & procurare, vt illi adhibeatur, cum ſupponatur hîc eſſe vnicum medium ſatisfaciendi obligationi procurandæ æternæ ſalutis prolis, alioqui abſque baptiſmo morituræ, vt rectè Raynandus *dicto capite 6. num.* 21. Sicut enim obligatio ſuſtentandi vitam per cibos non tantum exigit, vt homo comedat cibos oblatos, ſed etiam, vt cibos quærat, & petat ab iis, qui ſuppeditare illos poſſunt; ita in præſenti caſu obligatio ponendi in tuto ſalutem æternam prolis, adſtringit matrem non ſolum ad patiendam ſectionem, ſed etiam ad illam procurandam, cum ſit vnicum medium ad vitam ſpiritualem prolis obtinendam, ſicut cibus ad vitam corporalem conſeruandam.

201 Infertur etiam Chirurgum, ſeu artificem ſecandi peritum, qui iudicat probabiliter ſectionẽ habituram felicem euentum, & prolem fore baptizandam, teneri præſtare ſuam operam, & ſecare matrem, & etiam non requiſitum, & fortè quia ignoretur eius peritia, vel quia à prægnante; & aliis ignoretur tali remedio poſſe ſubueniri extremæ neceſſitati ſpirituali prolis. Quilibet enim (vbi alio modo illi conſuli non poteſt) tenetur, cum poteſt, ſuccurrere proximo in extrema neceſſitate ſpirituali conſtituto alioqui æternam amiſſuro ſalutem. Et ſi Medicus, & Chirurgus tenentur curare ægrotum periculoſum tenuentem curari ſi commodè poteſt, cum tamen agatur tantum de vita corporali illius conſeruanda vt *ſuprà n.* 175. dictum eſt; & quemlibet infirmum in extrema neceſſitate ſpirituali conſtitutum, alium, qui illum curet, non habentem, vt tradunt Summiſtæ *V. Medicus* Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap 31. dub. 7.* & latius Codronchius *de Chr. & tut. med. rat. cap. 31.* multo magis tenentur ſuam operam præſtare, vbi eam extrema neceſſitas ſpiritualis proximi exigit; quam rem latius proſequitur Raynandus *d. c. 6. n. 22. 23. & 24.*

Pro ſolutione ſecundi, & tertij argumenti, quæ *ſuprà n.* 198. *&* 199. adducta ſunt reſoluendæ ſunt duæ ſequentes difficultates.

An infans in vtero matris ſecundinis inuolutus, vel nondum perfectè natus, & egreſſus ex vtero materno poſſit verè baptizari.

Prima eſt, an infans nondum perfectè natus, ſeu egreſſus ex vtero matris, vel etiam totus in matris vtero exiſtens poſſit valide baptizari, ſi aliqua illius pars poſſit aqua tangi. 202

Aliqui dixerunt puerum non eſſe capacem baptiſmi; niſi ſit perfectè natus, & egreſſus ex vtero. Ita Mayronis in 4. *diſt.* 4. *q.* 1. § *ſed occurrit.* Richardus *diſt. 6. a. 4. quæſt.* 1. Comitolus *qq. mor. lib* 1. *q* 13. & nonnulli alij à Raynando *dict cap. 6. num. 13. relati.* Nixi illo D. Auguſtini *epiſt.* 57. ad Dardanum; *quod renaſci quà non poteſt, antequam natus ſit.* Et illo D. Iſidori *relato in can.* ret *dicto 4. de conſec Qui in maternis vteris ſunt ideo cum matre baptizari non poſſunt; quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, renaſci ſecundum Chriſtum non poteſt. Quæ dicta forte ſumpſerunt ex illo Ioannis 3. Niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei, & niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire regnum Dei.*

At hæc ſententia iam antiquata eſt, & poſſe infantem intra vterum adhuc exiſtentem, & nondum ex vtero egreſſum valide baptizari, dummodo aqua illius corpus, aliquámve illius partem tangat eſt communiſſima ſententia. Ita S. Thomas 3. *p. q.* 68 *art.* 11 *ad* 4. *ibi ſcribentes*, præſertim Suarez *in commentario.* Valentia 3. *p. diſp.* 4 *q.* 1. *p.* 2. Nauarrus *in man cap. 22. n. 7. fine.* Coninch *de ſacr q. 66. art. 7. dub. 2. & q. 68. art.* 11. Laymann *lib 5. tract. 1. cap 2. n. 2. initio* Raynandus *dict. cap. 6. n.* 13. Caſtrus Palaus *p. 4 tract 19. diſp vnic ap. 6. n. 1.* & communiter alij. Quare quando dicunt puerum in vtero matris clauſum non poſſe baptizari valide, vt idem S. Thom. *d. art. 11. corpore.* Suarez, & alij, & Iſidorus *loc. cit.* loquuntur in caſu, quo infans nulla ratione ab aqua poteſt attingi, in ſe ipſo incapax eſt baptiſmi, ſi quidem per matrem non poſſet baptizari cum ſit perſona diſtincta à matre, & ablutio matris nequit reputari ablutio ipſius infantis; ſecus, quando ex vtero emiſerit vnam partem, puta caput vel aliam quamcumque partem, & in illa parte fiat ablutio baptiſmalis, vel ſi prægnantis demortuæ, vel viuentis vterus aperiatur, & infans viuat, & nondum extractus baptizetur; tunc enim valet baptiſmus licet perfectè infans natus non ſit; & ſimiliter (vt cum Victoria *de baptiſmo numero* 31. Viualdo *de modo baptiſmi num. 16. verſu. ſi autem puer.* Chapeuille *de modo adminiſtrandi ſacram. temp. peſtis cap. 2. q 10. locis citatis* docent Coninch, & Laymann, & etiam Bonacina *de ſacram. diſputat. 2 q. 2. p. 3. num.* 424. alios etiam allegans,) ſi nulla ex vtero pars ſit egreſſa. Si tamen detur, 203

tur, vt intra vterum totus exiſtens poſſit obſtetricis peritæ manu in vterum inſerta ab aqua attingi in aliqua ſui parte, & ſufficiēter ablui, & abluatur cum debita prolatione verborum, & intentione, validus eſſet baptiſmus. Ratio eſt, quia eſſentia baptiſmi conſiſtit in ablutione corporis cum prolatione verborum, & intentione conferendi Sacramentum; ac proindè quoties corpus infantis ſecundum aliquam ſui partem poteſt ab aqua attingi, & ſufficienter ablui, poteſt validè baptizari, licet nondum ſit natus, & ſecundum aliquam ſui partem, vel ſecundum omnes ex vtero egreſſus. Dum autem dicitur hominem renaſci per baptiſmum, vel debere priùs eſſe natum, vt poſſit baptizari; non intelligitur id ita, vt baptiſmum præcedere debeat propria natiuitas; ſed vt dicatur per baptiſmum renaſci, ſufficit, quod præcedat ea natiuitas, qua quis de non homine fit homo, modo poſſit aqua tangi, & lauari. Alioqui neque etiam infans ex ſecto matris mortuæ, vel viuæ vtero viuens extractus vllo modo baptizari poſſet, quia talis modus prodeundi in lucem non dicitur, neque eſt propriè corporalis natiuitas, nec talis infans poteſt propriè dici natus. Eo quod natiuitas propria importet nixum, ſeu efficientiam matris in fœtus effuſione, ſeu egreſſu ex vtero, nec ſufficit, quod fœtus ex vtero matris merè paſſiuè ſe habentis educatur, ſeu prodeat in lucem, vt contingit, quando ex vtero matris demortuæ, vel viuentis extrahitur, vt docent Suarez *loco citato & tom 2. in 3. part. diſput. 13. ſect. 1.* Raynandus *de ortu infant. cap. 1. num. 6. & cap. 14 num. 2. & 4.* & plures Iuriſperiti ab eodem Raynando *dict. cap. 14. relati.* Et conſtat apertè *ex l. Aun culus amittitur 132. ff. de verb. ſignif.* ibi: *Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortua filius exſectus eſt & ex l. ſi ego ff. de publiciana in rem actione* §. 5. ibi idem eſt, *& ſi ex partu partus eſt; etſi non natus, ſed poſt mortem matris exſecto ventre eius extractus eſt.* licet talis fœtus ſuper ſectionem eductus ſit propriè, & verè filius matris, & admittatur ad matris ſucceſſionem, & potiatur aliis iuribus filiorum, ac ſi naturali modo, & per matris fuſionem, & nixum prodiiſſet in lucem, de quo *infrà.*

104 Diſſidium ergo hodie inter Doctores ſolum eſt, an dum infans totus in vtero matris clauſus exiſtit, ſit incapax baptiſmi, ex eo ſolum quod aqua ad eum pertingere, ſeu corpus eius in aliqua parte immediatè tangere non poſſit, & ſic minimè ablui, prout requiritur ad ſubſtantiam baptiſmi; & ob hanc rationem, ſeu impoſſibilitatem, quod fœtus ab aqua in ſe ipſo attingi poſſit, eſſe incapacem baptiſmi tradit in terminis Raynandus *dicto capite 6. numero 14.* & ſentire videntur Diuus Thomas, & Suarez *locis ſuprà citatis*, & plures alij Theologi, quatenus abſolutè aiunt puerum in vtero matris clauſum non poſſe baptizari, licet, vt ſit capax baptiſmi, non ſit neceſſaria totalis egreſſio pueri ex vtero, ſed ſufficiat egreſſio capitis, vel alterius partis. Ratio eſt, quia non videtur quomodo aqua poſſit ad corpus pueri in vtero materno clauſi pertingere; tum ob obſtructionem vteri qui à conceptionis tempore, vſque ad tempus partus, ita occluſus manet, vt nihil os eius intrare poſſit, vt ſuprà dictum eſt; tum quia licet obſtetrix tam perita eſſet, vt manum abſque eius læſione immittere ſciret, & poſſet, & tangere eundem fœtum, tamen adhuc ab ipſa corpus infantis non poſſet ſecundum aliquam ſui partem aqua immediatè perfundi, & ablui, ſicut requiritur ad baptiſmum obſtantibus ſecundinis, quibus fœtus circumdatur, ac omninò, & totaliter inuoluitur. Vnde ab obſtetrice ita perita poſſet quidem immediatè applicari aqua ſecundinis, non autem fœtui; quod non ſufficit, vt fœtus poſſit validè baptizari; nam ſecundinæ non ſunt pars aliqua corporis fœtus, ſicut verbi gratia ſunt capilli; ſed tantum quoddam tegumentum, & veſtimentum corporis fœtus. Quare ſicut iuxta omnes ſacco coriaceo incluſus puer verè non baptizaretur, ſi aqua ſolum corium tangeret, non ablutio immediate ad puerum pertingeret; & ſimiliter iuxta omnes homo veſtitus non eſſet verè baptizatus, ſi eius ſolæ veſtes aqua perfunderentur; ita nec verè baptizatur puer clauſus intra ſecundinam, ſi ſola ſecundina abluitur, & nullo modo aqua ad corpus ipſum, vel eius partem immediatè pertingit; cum ſecundina nil aliud ſit, quàm corium, quo fœtus intra vterum totus obtegitur, & veluti veſtitur, vt foueatur, donec ad eam perueniat corporis perfectionem, vt in lucem edatur. Propter quam rationem etiam puerum iam ex vtero recenter fuſum, vel eductum pelle ſecundina circundatum verè baptizari, ſi ſolæ ſecundinæ aqua affunderentur, & nullo modo corpus eius immediatè tangeret; præter Raynandum negarunt etiam Ricchardus *in quarta diſtinctione 6. articulo 2. quæſtione 1.* Gabriel *diſtinct. 4. quæſt. 2. articul. 3. dub. 2. litera N.* & Zambranus *de baptiſmo dub. 3. num. 8.*

At ad verum infantis baptiſmum ſecundinis inuolui ſufficere ablutionem ſecundinarum, etſi aqua ad carnem non pertingeret, cum prolatione verborum, & intentione baptizandi, tradunt Vaſqo. *3. p. diſp. 145. c. 4. n. 31.* Coninch *d. q. 66 art. 6. dub. 2.* Layman *citato cap. 3. n. 5 verſic. idem quoque.* Caſtrus Palaus *allegata diſp. vnica puncto 4. nu.* & alij relati à Layman, ſi puer ſit iam extra vterum recenter natus, ſeu fuſus adhuc ſecundinis inuolutus, idem ſentiunt Aureolus *in 4. diſt. 4. q. 1.* Sylueſter *v. baptiſmus 4. q. 1.* Angelus *eodem 6. quæſt. 4.* Armilla *eodem num 38.* & alij relati. Fundantur autem in eo, quod pellis ſecundina vtpote à natura inſtituta, & ordinata ad fouendum fœtum pro eo ſtatu, dū adhæret corpori, cenſetur pars eiuſdem corporis; ac proinde ſufficiens, vt eius ablutione infans ea inuolutus dicatur verè eſſe ablutus, & conſequenter capax veri baptiſmi; ſicut ob eandem cauſam, ſcilicet, qui dum corpori adhærent, cenſentur hominis pars ſufficit, capillos perfundi aqua, etſi ob eorum denſitatem aqua carnem non tangeret, iuxta præfatos Doctores, Sotum *4 diſt. 3. quæſt. vnica, art. 7.* Henriquez *lib. 2. cap. 7 num. 2.* Valentiam *tom. 4. diſp. 4. quæſt. 5. p. 2.* Toletum *lib. 2. cap. 18.* & alios, quos citat, & ſequitur Bonacina *d. p. 3. num. 22.* ſecus autem aiunt de veſtibus, quia non ſunt vllo modo pars corporis. Et hæc ſententia eſt probabilis. Vnde etiam os vteri poſt conceptionem ita obſtringitur, vt non admittat noui ſeminis immiſſionem, aut receptionem iuxta multorum ſententiam, vt ſuprà hoc capite, & capite 7. notatum eſt; non tamen indè conſequitur, vt obſtetricis peritæ manu aperiri, & penetrari poſſit, poterit ergo infans totus in vtero matris clauſus baptizari per ablutionem, & madefactionem ſecundinæ aqua ab obſtetrice, vel manu immediatè, vel parua ſpongia aqua plena iniecta.

106 Aduertendum autem circa prædicta, quod iuxta præfatos DD. & alios communiter ſolum in extrema neceſſitate, & vbi periculum eſt in mora, licitū eſt baptizare puerū nondū perfectè natū, & egreſsū totaliter ex vtero matris denudatū ſecundina, & quoties in tali neceſſitate foret ablutus extra caput, vel ſcapulas, v. g. in digito, vel brachio, aut pede; vel in ſecundina, ſiue intra vterum ſiue extra vterum; cum materia ſit dubia, ſi vtero effuſus, & ſecūdina amplius non inuolutus eſſet ſuperſtes, iterū baptizari deberet. Quoties enim materia baptiſmi eſt dubia, vt in prædictis caſib. ſolum in extrema neceſſitate licet eā adhibere, & poſtea ſuperſtite ſic baptizato, vt poſſit illi applicari materia certa, iterum eſt baptizandus ſub conditione.

207 Ex quibus ad argumentum *ſuprà num.* 198. adductum reſpondetur primò fœtum, dum exiſtit in vtero clauſum eſſe incapacem baptiſmi iuxta tradita *num.* 20. & Doctores *ibidem* allegatos obſtantibus ſecundinis ne corpus poſſit immediatè aqua tangi. Secundò dato, quod aqua poſſet fortè immediatè pertingere ad puerum, cum id ſemper eſſet incertum; & pariter data altera ſententia *num. præcedenti* adducta, cum ſit tantùm probabilis, & conſequenter ablutio ſecundinarum ſit materia incerta, nunquam conſtare poſſet puerum ſic ablutum eſſe extra ſummam neceſſitatem ſpiritualem, ac proinde cum ea ſolo baptiſmo à parte rei vero ſalus animæ pueri æterna pendeat, non ſufficere applicatio remedij quo ad nos incerti, relicto, ſi ſuppetat, certo, quale eſt ablutio infantis manifeſta, & quæ eſt certa, & indubitata materia baptiſmi, quæ in caſu, de quo agimus non poteſt puero adhiberi niſi interuentu ſectionis vteri materni. Ita etiam Raynaudus *dict. cap.* 6. *num.* 14 *fine.*

An aliquod baptiſmi ſupplementum detur quoad infantes in vtero matris, quibus non poteſt applicari baptiſmus, & quoad infantes, quibus applicatur baptiſmus irritus, & nullus ex defectu materiæ, aut formæ eſſentialis, vel debitæ intentionis,

208 Difficultas ſecunda, an pro paruulis, & infantibus vſu rationis carentibus, quibus impoſſibile eſt applicare baptiſmum, vel applicatur baptiſmus irritus, & nullus defectu materiæ, vel formæ eſſentialis, vel debitæ intentionis peruerſi miniſtri, & moriuntur, detur ſupplementum baptiſmi, quo ſaluari poſſint. Affirmant Doctores *ſuprà num.* 199. *relati.* At communis, & certiſſima Theologorum ſententia eſt non dari tale ſupplementum, & extra caſum Martyrij baptiſmum re ipſa, & validè ſuſceptum eſſe medium neceſſarium infantibus ad ſalutem, & obtinendam iuſtificationem; ita quod ſi moriantur eo non ſuſcepto, non ſaluentur. Ita Adrianus *in* 4. *q* 5. *de baptiſmo ad tertiam*, Sotus *d.* 5. *art.* 2 *& diſt* 15. *art.* 2. *& lib* 2. *de natura, & gratia c.* 10. Ioannes Heſtel *lib.* 4. *Cathechiſm. c* 9. *ſub finem.* Caſtro *lib.* 3 *contra hæreſes, verbo, baptiſmus, hæreſ.* 9. Cathar. *lib.* 5. *contra* Caiet. & præter plures ex antiquis Theologis à Suarez *tom.* 3. *in* 3 *p. q.* 27. *ſect.* 3. *concl.* 1. *relatis.* Idem Suar. *d. ſect.* 3. *per totam.* Ex alijs recentioribus Vaſquez 3 *p diſp* 151. *c.* 9. Sayr. *lib.* 2. *de ſacr. c.* 4. *q.* 3. Coninch *de ſacr q.* 68. *art.* 2. *dub.* 1 *n.* 14. P Laym. *lib.* 5. *tr.* 2. *c* 6 *n.* 6. Caſtr. Palans *to.* 4. *tr.* 19. *diſp. vn p.* 6. *n.* 1. Bonac. *de ſacr. diſp.* 2 *q.* 2 *p.* 2. *n.* 8. Rayn. *de ortu infant. c.* 6. *n.* 16. & alij recentiores communiter contra Caietan. Gerſonem, Sylu. & alios *ſup. d. n* 199. *relatos.* Ratio maniſeſtiſſima ſumitur ex verbis Chriſti Domini Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt intrare in regnum Dei.* Quæ verba, cum ſint abſoluta, & per negationem, quæ eſt malignantis naturæ, ſecundùm illorum proprietatem important neceſſitatem ſimpliciter baptiſmi ab æternam ſalutem, & non renatis auferunt omnem ſpem gloriæ. Quo ſenſu etiã ſemper illa verba fuerunt intellecta ab Eccleſia, & Sãctis patribus, & Concilijs, vt latè Suar. *d. ſect.* 2. vbi propriam vocat ſententiam Caiet. temerariam, & Caſtrus vocat hæreſim; & præter allegatos Doctores eam improbauit etiam Pius V. iuſſitque non apponi in Romana Commentariorum Caietani editione, cui cæteræ deinceps ſe conformarunt. Sententiam etiã Gerſonis, quod in tali neceſſitate ad preces parentũ paruulo morituro abſq; baptiſmo infundatur gratia, & Sylu. atq; aliorũ, quod in caſu, in quo baptiſmus paruulo collatus eſt irritus, à miſericordia, & ſpeciali priuilegio Dei ſi non omnibus, ſaltem aliquibus conferatur gratia, tanquã diuinationẽ improbant Adrianus, Sotus Sayr. & Suar. 1. quia etſi Deus poſſet ex ſpeciali diſpenſatione, & priuilegio hoc facere, ſi vellet; non habemus tamen fundamentum id aſſerendi ſtãte illa lege vniuerſali de neceſſitate baptiſmi latè à Chriſto Domino, & in diuina ſcriptura promulgata, nec ex aliqua ſcriptura ſacra, aut alia authoritate, aut ex diuina reuelatione conſtat de tali priuilegio, vt latè proſequitur Suar. *d. ſect.* 3. *concl.* 1. inde concludens nullum puerum decedentem ſine baptiſmo ſaluari ea ſpeciali priuilegio, aut diſpenſatione, vel ſaltem non poſſe hoc de aliquo affirmari abſque ſpeciali reuelatione ſine temeritate. Adultis autem licet ad ſalutem conſequendam ſit neceſſarius baptiſmus re ipſa ſuſceptus, quoties illum poſſunt recipere, in caſu tamen impoſſibilitatis actualis baptiſmi poſſunt illi per contritionem, vel actum amoris Dei ſuper omnia iuſtificari, & ſic per ſolum deſiderium, ſeu votum baptiſmi in illo actu comprehendi, ſicut enim adulti per propriam cooperationem ſaluari debent, ita dignum, & iuſtum eſt, eos non perire, & à gloria excludi niſi interueniente proprio demerito quo carente, quando nullo modo poteſt eis baptiſmus applicari. Vt Suarez etiam *lib.* 4. *de prædeſtin. c.* 3. *à n.* 14. diſcurrit.

Quod ſi dicatur ex hac cõmuniſſima ſententia, & doctrina inferri, Deum pro huiuſmodi infantibus nullum ſtatuiſſe remedium ſalutis, cum tamen velit omnes ſaluos fieri, & ita debuerit illis prouidere de ſufficienti medio ad ſalutem conſequendam. Reſpondetur primò nullum ſtatuiſſe, cum martyrio ſaluari poſſint. Reſpondetur ſecũdò cũ Suar. *d. ſect.* 3, *circa fin.* Vaſq. 1 *p. diſp* 96. *c.* 2. Caſtr. Palao *d. p.* 6. *n* 1. & alijs, admittendo reliquiſſe hos infantes ſine remedio pro illo ſtatu, ſeu quod in illo ſtatu applicari poſſe. Hoc enim nullum eſt inconueniens; cum Deus obligatus non fuerit, nec docuerit ſingulis hominibus pro omni tempore, & conditione, qualibet occaſione, & circumſtantia remedium ſalutis prouidere, ſed ſatis fuit omnibus prouidere in cauſis vniuerſalibus, ſeu vniuerſali quandam ratione hominibus accommodata; alioqui amentes in peccato mortali exiſtentes remedium habere deberent. Quare addo Deum haud ſimpliciter, & abſolutè reliquiſſe illos infantes ſine remedio, quia quantum ex ſe ſufficienter illis prouidit ſaltem in cauſis vniuerſalibus: Nam pro illis inſtituit baptiſmum; & per generales cauſas ſufficienter prouidit, vt eis poſſet applicari; quod verò hæ cauſæ interdum impediantur, ex concurſu aliarum cauſarum eſt per accidens, nec pertinuit ad prouidentiam Dei ordinariam, hæc omnia impedimenta auferre; aut propter priuata incommoda, & raros euentus ſtatuere extraordinaria remedia, quorum vſus conuenientem modum, & vſum ordinarium ſacramentorum perturbaret. Vnde (inquit Suarez) interdum permittit Deus infantem mori in eo ſtatu abſque remedio ſalutis ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ, interdum verò extraordinario modo prouidet, vt infans non obſtante quocumque periculo aliqua ex parte egrediatur de vtero matris, vt baptizari poſſit, antequam moriatur ad oſtenſionem gratiæ, & electionis ſuæ. 209

Si etiã dicatur peccatum originale in omnes in vtero matris indifferenter deriuari, ergo & gratia Chriſti etiã in vtero matris participatur. Reſpõdetur non eſſe omninò eandem rationem quoad hoc in culpa Adæ, & gratia Chriſti communicanda; nã culpa originalis transfunditur per naturalem generationem; ac proindè in vtero matris, & in ipſo conceptionis inſtanti; gratia verò Chriſti per ſpiritualem generationem infunditur, quæ fit per humanam, & ſacramentalem 210

talem actionem, quæ non ſemper poteſt applicari ſubiecto, vt cum infans in ſe ipſo ablui non poteſt, vt pote in vtero matris omniò clauſus, vel quia puero moribundo carenti baptiſmo nullus adſit præſens, qui baptiſmum illi miniſtret.

Si vi ſectionis mater prægnans alioqui ex morbo morti proxima ſit moritura, an licita ſit ſectio, ſi ſit ſpes probabilis ſectionem futuram vtilem proli, alioqui moritura, & ſine baptiſmo.

211 Dubitatur quartò. An ſi iudicio Medicorum, ſeu peritorum in arte certum ſit, vi ſectionis inferendam eſſe matri ægræ mortem, ſiue ſectio ſit futura totalis cauſa mortis, vel inocto graui morbo, ex quo etiam non adhibita ſectione breui mors foret ſequutura, allatura ſit mortem per modum cauſæ partialis efficacis, ita quod certum ſit etiam ſectionem certò habituram influxum in mortem quoad accelerationem, licita ſit ſectio, ſi probabiliter ſperetur fœtum futurum ſaluum, & ſuſcepturũ baptiſmum, cum alioqui foret moriturus ſine baptiſmo, & ita amiſſurus æternam ſalutem. In hoc caſu nonnulli medici exiſtimarunt licitam eſſe, imò etiam neceſſariam, vt conſulatur vitæ corporali, & ſpirituali fœtus. Ita Rodet. à Caſtro *lib. 4. de morb. mulier c. 3. in Scholiis* Iacobus Duuallius *lib. de Hermaphr. & partubus c. 24.* Matthias Cornax *inter obſeru. Schenchy lib. 4. tit. de fœtibus* Franc. Ranchinus *lib. 7. qq. chir. q. 14.* & Ioan. Verandæus *de morb. mulier. c. 7.* Hi enim docuerunt, vbi deſperata ſit matris prægnantis vita, antequam moriatur, dum agonizat eſſe ſecandam, vbi ſectio ſperatur futura vtilis tuendæ vitæ prolis, non vero differendam ſectionem poſt obitum; Eo quod poſt obitum licet ſtatim facta ſit inutilis moriente ex neceſſitate prole vnà cum matre, vt ipſi ſentiunt, vel ſaltem facta matre agonizante, & adhuc viua ſecurius proſpiciatur vtrique ſaluti fœtus, ob cuius bonum, vtpote magnum licite poteſt negligi modica obtruncatio, ſeu permitti acceleratio mortis matris alioqui breui moriture maximè illa conſentiente, cum illa obtruncatio modicæ vitæ videatur leuiſſimum malum in comparatione ad interitum vtriuſque vitæ fœtus, ac proindè cohoneſtatur tanto bono vitæ corporalis, & ſpiritualis eiuſdem fœtus; iuxta axioma Theologorum, quod è duobus malis licitè eligitur, & eſt eligendum minus relicto maiori malo.

212 At vti omninò certum aſſerendum eſt, neque eſſe neceſſariam, neque licitam talem ſectionem matris viuæ tametſi agonizãtis, & alioqui breui morituræ & conſentiẽtis, ex cuius vi ſiue tamquam cauſæ totalis ſiue ſolius partialis matris mors, vel illius acceleratio ſequitur. Ita in his terminis Coninch *de ſacr. q. 66. n. 17. fine.* Rayn. *de ortu infant. c. 7. & ſeqq.* Præpoſit. *3. p. q. 66. n. 99. ab eod.* Raynand. *n. 17. relatus.* Et ita prorſus ſentiunt omnes Doctores *ſuprà n. 144. locis ibid. relatis*, & alij Theologi abſolutè, vniuerſaliter docentes matrem prægnantem etiam ægrotantem ad mortem, ſeu morti proximam nullo modo poſſe licitè aperiri, vt fœtus educatur, & baptizari poſſit; quamnis alioqui ſit moriturus abſque baptiſmo; ideo enim id dixerũt quia exiſtimarunt ad ſectionem neceſſariò conſequi mortem matris ſectæ, & ita ſectionem eſſe veram occiſionem illius. Nec diſſentit Graffius *loco ſuprà eodem num. 144. allegato.* Nam etſi in Codice dicatur fœtum in vtero matris clauſum incapacem baptiſmi, vt baptizetur, *non debere extrahi è matre adhuc viuente, ſed agonizante, & moriente;* Codex eſt mendoſus; loco enim particulæ, *ſeu*, poſitæ ab authore in originali Manuſcripto, librarius impreſſor poſuit, ſed. Qui error manifeſtè conſtat ex ſenſu, & ex ſequentibus ibi: *ſi tamen mortua eſt.* Quare hæc ſententia eſt communiſſima Theologorum, & Summiſtarum; & ſolum contradicunt præallegati Medici, vel Hæretici, vel ignari doctrinæ ſacræ, vel falſa miſeratione decluſi. Probatur autem euidenti ratione, ſcilicet, quod ſectio matris prægnantis in circumſtantiis iuxta quas loquimur, eſt vera, & directa occiſio innocentis etiam ipſo conſentiente eſt res per ſe illicita; cum ſolus Deus ſit dominus vitæ hominis; ac proindè (vt ſæpe hoc tractatu, & *tom. 1. mor. tit. 1. dixi*) à nemine eripi, ſeu obtruncari poteſt niſi à Deo, vel ab eo, cui id Deus commiſerit; qui ſoli publicæ poteſtati id conceſſit ad ſcelerum punitionem; & ſicut quis iniuſſu Dei non poteſt ſibi mortem inferre, quia non eſt dominus, ſed cuſtos vitæ ſuæ, ita non poteſt conſentire, vt ab alio ſibi mors inferatur, ſeu vita auferatur. Et licet aliquando occiſio innocentis, ſcilicet, dum ſequitur per accidens, ſit licita, vt cum vrget neceſſitas proſequendi ius proprium, & debitam vindictam nocentibus inferendi in bello iuſto, vel ad propriam vitam tuendam occidendi iniuſtum inuaſorem ſe ſe puero obiecto protegentem, & in aliis ſimilibus euentibus §. præced. enumeratis, & explicatis, in quibus occiſio innocentis omninò per accidens adiungitur actioni per ſe intentæ, & permiſſæ in neceſſitate tuendi propriam vitam, vel honorem, quia actiones, quæ tunc directè intenduntur poſſunt ex natura ſua eædem numero fieri, ſi innocens abeſſet, vt late explicatum eſt eodem §. præcedenti. In præſenti tamen caſu occiſio prægnantis innocentis conſequutura illius ſectionem non eſſet per accidens, quia ſectio ex ſe, & etiam ex intentione operantis directè in eam tenderet, & conſequenter eſt omnino illicita, & contra quintum præceptum decalogi tam reſpectu ſecantis, quam ipſius prægnantis conſentientis; neque poteſt cohoneſtari vllo prætextu, quod liceat, & ſit laudabile vitam propriam corpoream poſtponere vitæ ſpirituali alterius, & in præſenti mater conſentiat ſectioni, illamque admittat vt prolis ſaluti æternæ conſulatur. Quia tunc ſolum licitè poſtponitur vita noſtra alienæ ſaluti, quando in poſtpoſitione non includitur intrinſecè culpa, Mater autem prægnans in præſenti caſu conſentiens ſectioni peccaret mortaliter ſe ipſam interficiens.

Quare etiam ſectio in circumſtantiis præſentis caſus non poteſt cohoneſtari ex illo fine, quod inde ſit conſecuturum eximium bonum non ſolum vitæ corporalis, ſed etiam ſalutis æternæ prolis; non enim facienda ſunt mala, vt eueniant bona iuxta Apoſtolorum ad Romanos 3. Nec minimum peccatum veniale committi poteſt propter quodcumque bonum inde conſequendum; vel ad euitandum in ſe vel in aliis quodcumque malum; ita vt ſi omnes homines deinceps non forent damnandi, vel omnes damnati eſſent à pœnis ęternis liberandi, & ad beatitudinem euehendi ſi aliquod peccatum veniale committeret, adhuc id non liceret, & potius permittenda omnium mortalium æterna ruina, quàm admittere minimum veniale peccatum, quo tanto malo obuiaretur, vt ea doctrina S. Anſelmi, & Diui Auguſtini *libro quæſtionum ſuper Geneſ. capite 4.* & habetur *c. 1. d. 14.* & communis omnium. Et illud axioma, quod liceat eligere minus malum relicto maiori, non intelligetur, vt liceat aliquod malum morale quantũcunq; leue ad euitandum aliquod malũ ingens, id enim nunquam licitũ eſt: ſed intelligitur in caſu perplexitatis ob conſcientiam erroneam, qua quis putat ſe teneri ad alterutrũ è duobus malis, ſeu quæ putat eſſe peccata, admittẽdũ; 213

tunc enim ſi error eſt inuicibilis, & nequeat deponare conſcientiam erroneam, debet eligere minus malum relicto grauiori: de qua re latè egi *tom.1. mor. var. tit.1. parte* 1. vbi de conſcientia erronea.

214 Vnde etiam quamuis ſi puer mox moriturus deficiente alia aqua proiiciatur in flumen, vel in puteum à miniſtro proferente verba, ſeu formam baptiſmi cum intentione conficiendi baptiſmum, puer verè eſſet baptizatus, ſeu conficeretur verus baptiſmus, vt contra Sotum, Scotum, Syluestrum, Tabienam, Armillam, Toletum, & nonnullos alios tradunt Doctores, qui mox citantur; eo quod tunc adſint omnia requiſita ad verum baptiſmum, nempe aqua, ablutio, & quæ poteſt eſſe antequam ſuffocetur, & moriatur, & debita forma, cum intentione miniſtri, vt ſupponitur. Quod enim puer non extrahatur, ſed moriatur, hoc non impedit confici baptiſmum, qui non ad corporalem vitam, ſed ad ſalutem animæ ordinatur, & tunc etiam baptiſmus non ſolum ſignificat Chriſti mortem, quatenus puer baptizatus moritur peccato, ſed etiam eiuſdem Chriſti reſurrectionem, quatenus idem baptizatus viuit Chriſto, & regeneratur ſpiritualiter. Quamuis, inquam, conficitur verus baptiſmus; tamen proiectionem illam infantis mox morituri, & alioqui abſque baptiſmo, de ſe illicitam eſſe, & non cohoneſtabilem illo prætextu pueri baptizandi & illius æternæ ſaluti proſpiciendi, docent communiter Theologi, eo quod ea immerſio æquè per ſe, & directè tendit ad occiſionem, ac pueri ablutionem, & imò potius ad ablutionem per accidens dirigitur ex ſola intentione mergentis, ſeu proiicientis; ad occiſionem verò per ſe & directè; & non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Ita Scotus, & alij præcitati. Valentia *tom.4. diſp. 4. q.2. p.* 2. Suar. *tom. 3. in 3. p. diſput.* 20. *ſect.* 3. *& diſp.* 31. *ſect.* 3. Vaſquez *diſp.* 145. *cap.*3. Bonacina *de ſacram. diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 3. *num.* 25 Coninch *de ſacram q.* 66. *num.* 72. *&* 75. Laymann *lib.* 5. *tract.*1 *cap.*3 *quæſt.* 4. Raynandus *d. cap.*7. *num.*5. Caſtrus Palaus *tom.* 4. *tract.*19 *diſp. vnica p.* 4 *num* 12. & alij recentiores. Et ob eandem cauſam etiam illicitum eſſe puero extremè laboranti in defectu alterius aquæ conferre baptiſmum aqua peſtifera, aut venenata ſtatim mortem allatura, etiamſi baptiſmus foret validus, & puer per mortem temporalem conſequeretur æternam vitam, tradunt Suarez *d. diſp.*31. *ſect.* 3. *verſic. ſecundò hinc colligo*, & Raynandus *d. n* 5. quia actio abluendi tali aqua eſt de ſui natura interpretatiua pueri, & non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Imò etiam in caſu, in quo puero nondum baptizato ex morbo paulo pòſt morituro aſperſio aquæ, ſeu ablutio applicata pro illo baptizando eſſet accelleratura mortem, eo quod debilis eſſet vt non poſſit illam ablutionem abſque periculo vitæ pati, non eſſe licitam talem ablutionem licet ad finem, vt puer baptizatus æternam conſequatur ſalutem, pro qua videtur aliquantula vitæ abbreuiatio non habenda in conſideratione, docuit Sotus *in* 4. *diſt.*3 *art.* 8 *circa finem* à Suarez *d. diſp.*31. *ſect.*3. *verſic in hac re relatus*, dicens in nullo caſu aliquem cum tali periculo mortis baptizandum, ita vt baptiſmus ſit ei cauſa, vel mortis, vel accelerationis præſertim notabilis; quaſi hoc ſit occidere baptizandum; & idem ſi talis caſus poſſet dari, vt ex ſola modicæ aquæ aſperſione puero alioqui breui morituro accelerаretur mors, ſentit Raynandus *d. cap.*7. *num.* 11. Verum Doctores communiter dicunt primò vix, imò nunquam poſſe dari huiuſmodi caſum, vt puero quantumuis morbo graui laboranti, debili, & morti proximo ex ablutione baptiſmali ſit inferenda, vel acceleranda mors, cum ſufficiat aqua modica, & adhiberi poſſit tepefacta, quæ nullo modo videtur poſſe lædere infantem. Ita Scotus *in* 4. *diſt.*5. *q.*3. *litera* B. Gabriel *diſt.*4. *q.*2. *art.*3. *dub.*4. Sotus *vbi ſuprà.* Coninch *d. q.*66. *num.* 76. Caſtrus Palaus *tom* 4. *tract.* 19. *diſp. vnica p.*2. *num.* 24. & Raynandus *d. n.* 11. Secundò aiunt, conceſſo quod poſſit dari caſus ille, illud periculum eſſe tam paruum, rarum, & incertum, vt attenta omnimoda certitudine maximi mali imminentis infanti, niſi tunc baptizetur, nulla illius ſit habenda ratio, nec venire debet in humanam conſiderationem. Ita Vaſquez *d. diſp.*145 *n.*25. Coninch, & Raynandus *loco citato.* Suarez *d. diſp.* 31. *ſect.* 3. *verſic. ſecundò colligo.* Layman *d. q.*4. & Caſtrus Palaus *d. n.*24. Tertiò gratis admiſſo per aſperſionem illius modicæ aquæ puero accelerari mortem adhuc licitè adminiſtrari poſſe, & eſſe adminiſtrandũ puero ſic proximè alioqui morituro baptiſmũ, vt ſaluetur, docent iidem Suar. Vaſq. Coninch, Laym. & Caſtrus Palaus *locis cit.* eo quod modicum illud vitæ corporalis, quo puer tunc priuatur, poſſit, & debeat negligi ſpiritualis iacturæ cauendæ cauſa, ſcilicet ne baptizandus in æternum pereat; & non per ſe, ſed per accidens mors, ſeu mortis acceleratio ſuccedat ex illa aquæ aſperſione, quæ per ſe, ac directè tendit ad abluendum, non ad occidendum; & per accidens eſt prædictæ ablutioni baptizandum in ea eſſe diſpoſitione, vt affuſio aquæ ita humana, & temperata illi nocere poſſit. Secus autem eſt de proiectione in flumen, vel puteum, vel de ablutione aqua venenata, ſunt enim hæ actiones illicitæ, nec poſſunt cohoneſtari illo fine æternæ ſalutis pueri, quia ſunt plenè, & de natura ſua interfectiuæ, ſicut & ſectio prægnantis, ex vi cuius, vel vt partialis efficacis ſequitur mors eiuſdem prægnantis ex morbo intrinſeco proximè morituræ, & propterea illicita eſt de ſe, nec cohoneſtari poteſt ob bonum animæ prolis inde conſecuturum.

Et ſi dicatur eſſe abbreuiationem vitæ ob bonum virtutis, vt in præcedentibus explicatum eſt, & conſequenter etiam debere eſſe licitum matri proximè morituræ abbreuiare vitam pro modico illo tempore ad exercitium charitatis, vt fœtus ſuſcepto baptiſmo æternam conſequatur ſalutem. Reſpondetur in præſenti caſu per ſectionem non abreuiari vitam eo modo, quo ſuprà dictum eſt, poſſe abbreuiari vitam ieiuniis, abſtinentiis, vigiliis, & aliis vitæ aſperitatibus, tractu tamen longi temporis; ſed obtruncari, & adimi ſtatim vitam, ac proinde ſectionem eſſe verè occiſionem matris innocentis quæ nunquam eſt licita. 215

Neque etiam poteſt dici mortem, ſeu accelerationem mortis matris ſequi per accidens; nam verè illa actio ſecandi in circumſtantiis præſentis caſus de ſe tendit ad inferendam mortem; non verò eſt tantum coniuncta per accidens alteri actioni de ſe ad alium finem tendenti, vt occiſio innocentium in demolitione turris, in qua ſunt nocentes in bello iuſto, & pueri, quo inuaſor iniuſtus ſe ab inuaſo protegit. 216

Non poteſt quoque in præſenti caſu ad iuſtificandam matris ſectionem, ne infans in æternum pereat, iuuare illud, quod à Theologis magis communiter admittitur, ſcilicet licitum eſſe ſuadere ſeu conſulere minus malum morale, ſeu minus peccatum, ei, qui firmiter ſtatuit maius malum perpetrare. Illud enim intelligitur, quando vtrumque malum eſt morale & peccatum, non quando vnum eſt morale, & peccatum, alterum verò malum eſt pœnæ: malum enim morale licet leuiſſimum nunquam eſt licitum, aut permiſſum vt malum pœnæ quantumuis maximum euitetur, vt *num* 213. dictum eſt. In præſenti verò carentia vitæ corporalis, & ſpiritualis fœtus abſque baptiſmo non ſecta matre morituri eſt malum tantum pœnæ, cum nullius culpa eue- 217

niat;

niat; ſectio verò matris, ex cuius vi illius mors ſequitur, eſt, malum morale, & intrinſecè culpabile, vt pote actio interfectiua matris. Præterea quando vtrumque malum eſt morale, & peccatum, Theologi tenentes licitum eſſe conſulere minus malum; non volunt licitum eſſe minus peccatum committere, vt maius euitetur (vt male quidam à Gloſſa *in cap. 1. d. 14 verbo pericaloſiſſime, relati* dixerunt, ſcilicet licere alicui committere veniale ad cauendum mortale; hoc enim falſum eſt, & ipſi reiecerunt præſertim cum aliis Sanchez *diſp. mox citanda num.* 27. ſed tantum volunt, minus culpabile eſſe minus malum committere, quam maius, ſuppoſito, quod quis alterutrum firmo propoſito ſtatuerit admittere, vel licitum eſſe homini parato alterum ex duobus malis facere, proponere, ſeu illum docere, quod minus peccabit admittendo minorem culpam; & ei, qui tantum maius malum perpetrare firmiter propoſuit, ſuggeri licitè poſſe obiectum minus malum formaliter ſaltem, quod in damnū tertij non tendat; vt hoc electo deſiſtat à maiori malo patrando; tunc enim conſilium ad minus malum patrandū ſuppoſito illo firmo propoſito alterū è duobus malis admittēdi, vel admittendi ſolum maius peccatum, eſt honeſtum & bonum, ſicut euitatio maioris mali eſt bonum quoddam. Nec tale conſilium eſt mali approbatio abſoluta, quæ eſt ſemper illicita, ſed tantum comparatiua, & conditionalis, ſcilicet tendens in minus malum deſiſtendo à maiore, poſito quod operans nolit ab vtroque deſiſtere. Ita aliis allegatis Sanchez *de matr. lib. 7. diſp. 11 num. 15.* Sayrus *lib. 2. de ſacram. c 8. q. 1. art. 4.* Molina *de iuſt. tract. 2. diſp* 335. *num.* 4. & Salas *de vſur. dub.* 42. *num.* 3. qui etiam latius tractant, an Loth, qui *Geneſ.* 19. filias ſuas Sodomitis obtulit, vt illis abuterentur, peccauerit, necne; & qua ratione à peccato potuerit excuſari. Ad quos circa id remitto lectorem. Tantùm aduerto, quod cum aliis notauit Sanchez *d. diſp. 11. num.* 27. nempe quod quamuis liceat conſulere alteri minus malum ad vitandum maius, nulli tamen licet ſibi tali conſilio vti; & ratio differentiæ eſt, quia in altero non poteſt vtrumque malum, ſeu peccatum vitare, & ideo tutè conſulit minus vtiù ſe ipſo poteſt, & tenetur vtrumque vitare.

218 Quid verò ſi aqua ad fœtum in vtero matris clauſum immitti quoquomodo poſſit an eſſet abluendus & baptizandus etiamſi ex ea immiſſione aquæ quantumuis modicæ præuideatur ſequut. ita certò mors matris. Affirmat Præpoſitus *loco ſuprà num.* 212. *relato* Quia illa modicæ aquæ immiſſio de ſe, & ex intentione operantis non ordinatur ad matris necem, ſed ad ablutionem infantis, quæ ablutio in ratione actionis materialis eſt aliquid indifferens, in ratione autem ritus ſacri eſt ſancta, & honeſta. Quare mors matris tantùm permittitur, & per accidens ex illa immiſſione, nec imputatur ad culpam. At Raynaudus *dicto capite 6. num. 17. fine.* negat licitum eſſe baptizare infantem in illa ſuppoſitione, quod conſtet matrem contactu aquæ ad baptizandum immiſſæ eſſe necandam, quia ea aquæ immiſſio (inquit) tàm erit directè occiſio matris, quàm ſectio in circumſtantiis, de quibus in præſenti caſu agitur; & ideo vtraque æquè prohibetur, & culpa homicidij æquè ſe habebit ad vtramque actionem per ſe, non per accidens, & conſequenter ſicut ſectio ita huiuſmodi aquæ immiſſio non poteſt cohoneſtari illo bono fine baptizandi infantem, illiuſque ſalutem æternam procurandi. Verum caſus iſte videtur moraliter impoſſibilis, ſcilicet, quod ex attactu modicæ aquæ ſufficientis ad baptiſmum, matri quantumuis grauiter laborans, & debilis ſit, ſit mors inferenda, ſeu acceleranda. Deinde ſuppoſito caſu, & quod non ſit amplius ſpes vlla vitæ matris breui omninò ex morbo morituræ, approbo ſententiam Præpoſiti, quia ex vna parte fœtus habet ius, vt baptizetur, & ex altera ab operante aqua immittitur directè ad abluendum infantem; & per accidens eſt, quod ex intima coniunctione infantis cum matre, hæc aliqua modiciſſima parte illius aquæ tangatur, vnde diuerſa eſt ratio de ſectione, quæ directè, & per ſe eſt dilaceratiua corporis matris, & ad hunc effectum fit ab operāte; & ideo mors illi non adiungitur per accidens, ſed per ſe, & ex vi actionis directe ab operante intentæ. Quod ſi pro immiſſione aquæ ad infantem neceſſariò præmittenda eſſet aliqua actio directè verſans circa corpus matris, ex qua actione præuideretur certò ſecutura ſtatim illius mors, tunc ab huiuſmodi actione abſtinendum eſſet, quia eſſet verè, & propriè interfectiua matris, ſicut ſectio.

In deſperatione ſalutis tam matris prægnantis, quam prolis deficiente alio remedio, ſi iuxta peritorum iudicium dubitetur an ſectio ſit pro futura, vel mortem allatura, vtrique an liceat illam adhibere.

Dubitari ut quintò, ſi iudicio peritorum tam matris prægnantis, quā fœtus animati in eius vtero exiſtentis ſit omninò deſperata ſalus, niſi iuuentur ſectione, nullo alio remedio ſuppetente; & dubium ſit, an ſectio vtrique, vel alteri ſit mortem allatura vel profutura ad vitam conſeruandam, an ſit licita ſectio. Reſolutio huius dubitationis pendet ex traditis *ſuprà §. præcedenti num.* 140. 141. & 142. & iuxta tradita *ibi n.* 15. & 142. aſſerendum eſt licitam eſſe eam (ſicut & quodcumque aliud remedium dubium nullo alio ſuppetente in caſu deſperatæ omninò ſalutis infirmi, ſi ei aliquo remedio non ſuccurratur, poſſe licitè applicari, & applicandum eſſe ibidem reſolutum eſt) adhibere, & forte adhibendam, vt eo, quo poteſt meliori modo saluti vtriuſque corporali, & ſpirituali fœtus conſulatur. Id enim manifeſtè probant adducta *d. n.* 141. ad probandum licitum eſſe, & neceſſarium vſum remedij dubij (eſt enim ſectio in huiuſmodi caſu remedium dubium) hîc non repetenda; omnia enim ibidem tradita de remedio dubio, vbi ſalus infirmi deſperatur, ſi aliquod remedium non adhibeatur; & nullum aliud præter dubium, ſuppetat, tradita procedunt æquè de ſectione in dubio, an ſit profutura vel nocitura, vbi ſalus matris, & fœtus alioqui deſperatur, & forte adhibita ſectione poteſt conſeruari. Et idem dicendum, ſi ambiguitas fructus, vel nocumenti ex ſectione cauſandi conſideretur tantum circa matrem alioqui morituram, ſi tali ſectione non iuuetur; & ſimiliter ſi conſideretur tantum circa prolem pariter deſperatam, & tunc nullum aliud ſuppetit remedium attento ſolum periculo vitæ corporalis ipſius ex ſectione imminente; hæc enim omnia conſtant ex traditis *d. num.* 140. Et in his terminis idem docet Raynaudus *de ortu infantium capite* 8. Aduertendum tamen non multum timendum vitæ fœtus ex ſectione ſi Chirurgus ſit peritus ſecandi; aliquando autem poteſt timeri periculum prolis, vel ex imperitia ſectoris, vel ob debilitatem prolis variis indiciis agnitam, quæ propterea ad primum aëris ingreſſum grauiter forte lædenda ſit. 219

Cum creditur ſectionem æquè profuturam matri, & periculoſam proli, vel certò profuturam matri, & dubitetur de exitio prolis, an attenta ſola obligatione iuſtitiæ ſit ſectio licita.

220. Dubitatur ſextò. An ſi iudicio peritorum in arte probabiliter iudicetur, ſectionem prægnantis infirmæ, cui ad ſalutem aliud remedium non ſuppetit æquè illi profuturam ad ſalutem inſtaurandam, & etiam æquè futuram periculoſam fœtui animato cuiuſnam vita præferenda ſpectata tantum iuſtitiæ obligatione. Reſolutio petenda eſt ex traditis *ſuprà num.*111. & 121. vbi probatum eſt, habere matrem potius ius ad vitam ſuam tuendam cum periculo damni prolis, quam proles ipſa ad ſuam tuendam cum periculo vitæ matris, præſertim cum matre mortua vel ſtatim ſæpè moriatur etiam fœtus, vel ſi ſuperſtes ſit, non diù ſuperuiuat, niſi citò ſecta matre mortua extrahatur, quod non ita facile contingit fieri; ob eam enim rationem dictum eſt, *ſuprà dicto num.*121. prægnanti in defectu aliorum remediorum ad vitam propriam tuendam poſſe abſque iniuſtitia vti remedijs de ſe æquè tendentibus ad ſanitatem efficiendam, & ad expulſionem fœtus. Quare etiam in hoc caſu dicendum eſt licitum eſſe matri vti ſectione attenta ſola iuſtitia. Et idem dicendum, ſi certò moraliter ſperetur ſalus matris prægnantis ex ſectione (nullo alio remedio ſuppetente) & dubitetur de morte prolis ſequutura, vel etiam præuideatur omninò ſequutura ob debilitatem eius ſufficientibus indicijs cognitam; erit enim licita ſectio ad ſalutem matris ordinata, ſi tantùm conſideretur quid ferat iuſtitia; idque ob eandem rationem. Et ita in vtroque caſu ſentit Raynandus *de ortu infant. cap.* 9. *per totam.*

221 Verum contra præfata duo dicta, præſertim contra ſecundùm videtur vrgere illa obiectio, quod ſectio (præcognita fœtus morte certò ſequutura) tendere videtur per ſe, & directè ad fœtus necem, & non eſſe per ſe curatiuam matris ſolius; *ſuprà* autem *n.*127. oſtenſum eſt, non eſſe licitum (etiam attenta ſola iuſtitia) prægnanti ad ſalutem propriam tuendam vti medicamentis per ſe, & directè tendentibus ad inferendam mortem fœtui animato. Raynandus reſpondet attenta ratione obligationis ſolius iuſtitiæ poſſe ad tuendam propriam vitam vti remedijs per ſe, & directè tendentibus tantùm ad interitum fœtus veluti aggreſſoris matri innocenti mortem intentantis. Id quod latius *ſuprà num.* 124. & *ſeqq.* ex eodem Raynando explicatum eſt, cuius tamen ſententia reiecta eſt *dict. num.* 127. & *ſeqq* Reſpondetur primò *dicto num.*127. agi ſolum de remedijs tantùm ad interficiendum fœtum de ſe ordinatis, & tendentibus, quæ eatenus ſunt curatiua matris, quatenus fœtum prius enecant; talis autem non eſt ſectio, quæ de ſe primò verſatur circa matrem, & illius eſt curatiua. Reſpondetur ſecundò ſectionem, cum ſit actio immediatè verſans circa vterum matris, non verò immediatè circa corpus fœtus, non tendere per ſe, & directè ad necem prolis, ſed quando ea adhibita, mors fœtus ſequitur, hæc ſe habet conſequenter ſolum ob illius alterationem, quæ facta ſectione, ſequitur, ſiue ab aëre extrinſeco cauſata, ſiue ab alia cauſa, nunquam tamen immediatè ex actione ipſa ſecandi, quæ ſolum membra matris attingit. Quod ſi actio ſecandi matrem non poſſet exerceri (ſiue ob imperitiam ſectoris, ſiue ob aliam cauſam) niſi etiam immediatè attingeret fœtum qui ea actione feriretur, & dilaniaretur, tunc eſſet vera, & formalis occiſio infantis, & illicita, & contra iuſtitiam, nedum contra charitatem, iuxta tradita *eodem num.*127. Si etiam fœtus iam animatus eſſet valde immaturus, vt ob immaturitatem ſiue fœtus ex vtero naturaliter, ſiue artificioſè extractus non ſit vitalis, ſed per ipſam fuſionem, vel extractionem, ſeu ſeparationem ex vtero interiret, vt regulariter contingit ante ſeptimum menſem à conceptione iuxta Doctores communiter, vt *tom.* 1. *mor. var. tit.* 1. *num.*1406. 1460. & 1464. latè tradidi. Tunc etiam ſectio vteri materni ad extrahendum fœtum illioſque extractio directe tenderet in necem fœtus eſſetque eiuſdem fœtus immediate interfectiua, ac proinde contra iuſtitiam iuxta tradita *dict. num.* 127. Quare doctrina præcedenti numero tradita intelligenda eſt, quando fœtus in vtero clauſus eſt tam maturus, vt quantum eſt ex ratione maturitatis ſit vitalis, ſeu poſſit viuere extractus, licet forte ex alio accidenti ad ſectionem ſequatur mors illius.

Ex lege charitatis mater cum propria vita corporalis periculo tenetur abſtinere à ſectione, ſi ea non adhibita ſit probabilis ſpes prolem in lucem prodituram, & recepturam baptiſmum, quæ, adhibita ſectione, periret abſque baptiſmo.

Porrò attenta lege charitatis erga proximum, ſi abſtinendo à ſectione eſſet ſpes probabilis fœtum prodituram in lucem, & recepturum baptiſmum, & ſic conſequuturum ſalutem æternam, certò amiſſurum adhibita ſectione, tunc mater cum manifeſto ſuæ vitæ periculo teneretur abſtinere à ſectione. Id quod non oportet modò probare; cum ſufficienter oſtendant tradita *ſuprà. n.*130. *cum pluribus ſequentibus, & n* 200. 222

Matris prægnantis viuentis noxiæ iuſtè damnatæ ad vltimum ſupplicium ſectio ad educendum fœtum animatum an, & quando ſit licita.

Dubitatur ſextò, an ſi mater prægnans iuſtè damnata ſit ad vltimum ſupplicium, viuens ſecari poſſit. 223

Certum eſt, ſi antequam adueniat tempus partus naturalis, nullum appareat periculum mortis fœtus in vtero, ſed ſperetur naturalis partus ſequuturus, abſtinendũ eſſe ab extractione per ſectionem; & dilato vltimo ſupplicio expectandum naturalem partum. Ita omnes Doctores *citati ſuprà n.*144. & qui *infrà* citantur, & habetur *l. Imperator Hadrianus. ff. de ſtatu hominum. & l. prægnantis. ff. de pœnis.* Quamuis enim ſectioni matris viuentis, & demortuæ fœtus poſſit eſſe ſuperſtes, vt *ſuprà n* 10. & *ſeqq.* oſtenſum eſt; nihilominus eſt res ſemper obnoxia alicui periculo, & citra omne dubium longè melius eſt fœtui, emitti ex vtero expectato tempore naturalis partus à natura ſtatuto: Hacque de cauſa præallegatis iuribus cautum eſt, prægnantis criminoſæ damnatæ ad mortem ſupplicium differendum, donec partum edat, ne fœtus ipſe vlli periculo exponeretur per artificioſam eductionem anticipatam. Quantumuis enim Chirurgus ſector ſit peritus, certum eſt, fœtum remotiorem à periculo vitæ futurum, ſi partu naturali edatur in lucem: minimus enim ſcalpelli, ſeu cultri chirurgici ictus improuidus poteſt eſſe fœtui lethalis, præter alia accidentia, quæ in eductione artificioſa poſſunt euenire fœtui læſiua; & quod mora in vtero toto tempore à natura fouendis, & perficiendis

ciendis fœtibus conſtituto valde vtilis eſt ad reddendam ſecuriorem eius vitam. Cum ergo per ſectionem fœtus ſemper alicui periculo exponantur, ab ea ſæpe eſt abſtinendũ etiam in prægnante iuſtè ad mortẽ damnata, niſi detur vrgentiſſima cauſa talem expoſitionem cohoneſtans, vt infrà. Quare etiam S. Felicitas (vt meminit Martyrologium Romanum 7. *Martij*) licet damnata, vt à beſtiis deuoraretur, quia erat prægnans, non eſt feris obiecta, niſi poſt partum; vt prædictæ leges obſeruarentur, quibus ſtandum, cum per bonum publicum licet, & non adeſt grauiſſima cauſa aliud ſuadens.

224 Difficultas ergo primò eſt. An ſi dilato ſupplicio vſque ad tempus naturalis partus periculum ſit, ne fœtus in vtero prægnantis noxiæ, & iuſtè damnatæ moriatur, licitè poſſit ſic damnata ad vltimum ſupplicium, ſecari publica accedente authoritate, vt puer educatur, & baptizetur, ſi ſpes ſit, vt fœtus ſectioni ſit futurus ſuperſtes, & baptiſmum ſuſcepturus, eſtò prægnans ipſa credatur ea ſectione moritura. Negant Paludanus 4. *diſt.* 4. *q* 1. Henriquez *lib.* 2. *capite* 21. *num.* 5. Gabriel, D. Antoninus, Tabiena, Fumus, Victoria, quos referunt, & ſequuntur Comitolus *lib.* 1 *reſp. mor. q.* & Fagundez *in decalogum lib.* 5. *c.* 12. *n.* 3. & idem videtur ſentire Bonacina *de ſacr. diſp.* 2. *q* 2. *p.* 6 *num.* 9. Qui id aſſerunt, quia putant ſectionem fieri non poſſe ſine periculo mortis fœtus, imò niſi cum certa morte eiuſdem, antequam etiam baptizetur, exiſtimant enim ſectionem eſſe veram matris occiſionem, & mortua prægnante ea vi ipſius ſectionis ſtatim etiam mori fœtum, iuxta ſententiam *ſuprà n.* 145 adductam.

225 At rectius affirmant Suarez *tom.* 2. *in* 3. *p q.* 68. Coninch *de ſacram. d. q.* 68. *num* 92. Laymann *lib.* 5. *tract* 2. *cap.* 3. *q.* 1. Caſtrus Palaus *tom.* 4. *tract.* 19. *diſp vnica p.* 6. *n.* 2. & Raynaudus *de ortu infant. cap* 12. Ratio eſt, ſi ſectio fiat annuente Poteſtate publica exiſtente ſpe, vt proles poſſit baptizari; & ſaluari, quæ alioqui in vtero moreretur ſine baptiſmo, licet ea ſectione certa mors matris ſit ſequutura, non fit iniuria matri, quæ iamiam iuſtè damnata eſt ad vltimum ſupplicium, & ſectio adhibetur authoritate publicæ poteſtatis, nilque fit contra vllum ius. Nam cum leges præallegatæ de dilatione ſupplicij prægnantis poſt naturalem partum ſint conditæ in fauorem fœtus; ac proinde ſi illi vtilius ſit, imò ad illius ſalutem corporis & animæ neceſſarium ſit matrem viuam ſecari, ſi id fiat, non fit contra, ſed iuxta illas leges. Quæ ſi in circũſtantiis huius caſus obligarent ad expectandum naturalem partum, eſſent iniquæ ob magnum detrimentum non ſolum vitæ corporalis, ſed multo magis animæ fœtus, qui ſic omninò excluderetur à gloria æterna. Quare poteſtas publica in huiuſmodi hoc caſu teneretur curare, vt præfatæ prægnanti ſic damnatæ ſectio ab artifice perito adhiberetur, vt proles ſalua fieret. Quamuis autem Suarez, & Palaus addant moraliter loquendo vix poſſe euenire huiuſmodi caſum, in quo ob vtramque vitam fœtus ponendam in tuto ſit prægnanti prædamnatæ adhibenda ſectio, eo quod, inquiunt, ex occiſione matris (quæ ſectioni ſemper iuxta ipſos eſt annexa, & caſus præſens procedit, etiamſi præuideretur certa mors prægnantis ſequutura) maius periculum imminet, quam imminere poteſt ex partus naturalis expectatione; & etiam vix cognoſci poſſit huiuſmodi prolis periculum; Vnde addunt practicè, & moraliter ſemper eſſe differendum ſupplicium prægnantis vſque ad partum; vnde tandem alteram Paludani, & aliorum ſententiam approbant. Nihilominus iam *ſuprà num.* 150 *&* 152. oſtenſum eſt, ſectionem de ſe non eſſe occiſionem prægnantis, neque etiam fœtus, cũ experientia conſtet ſæpiſſimè factam ſectionem matre, & fœtu ſuperſtitibus, & etiam ſæpe ex vtero matris demortuæ ſtatim ſecto eductam prolem viuam probatum eſt *num.* 146. Non deſunt etiam plura indicia, quibus medici, & obſtetrices peritæ agnoſcunt debilitatem vitium fœtus, & illius periculum. Quod periculum etiam ſemper eſſet, quando mater damnata ad vltimum ſupplicium ob morbum grauem foret certò moritura ante tempus naturalis partus.

Habito reſpectu ſolum ad bonum publicum, an prægnans ad mortem damnata non expectato partu naturali poßit licitè ſecari ad educendam prolem.

Secundò difficultas eſt. An quando ex parte prolis nullum eſt periculum ante naturalem partum, licitè ſecari poſſit prægnans iuſtè ad mortem damnata, cum periculum eſt in mora, & ratio boni publici poſcit accelerari illius mortem, ſi ex matris (cuius vitæ in hoc caſu nulla habenda eſt ratio, cum ſectio fit authoritate publicæ Poteſtatis, vt ſupra dictũ eſt) ſectione certò ſic ſequutura trucidatio, ſeu interfectio, ac mors prolis, quamuis illius partus naturalis deſperetur, vel periculum ſit in mora, & ex longiori vita matris iã damnatæ grauiſſima toti Reipublicæ impendeant mala, nullo modo erit licita ſectio; non etiam deſperato partu naturali eſſet remedium, ſed certus interitus prolis. Non enim facienda ſunt mala, vt eueniant bona iuxta Apoſt. & ita etiam neque vt impediantur mala pœnæ, vt *ſuprà* dictũ eſt. Non ideo tamen prætermiſſa ſectione ad euitandam poſitiuam læſionem prolis lætalem licitum erit, vbi partus deſperatur naturalis, prægnantem prædamnatam interficere alio modo, quo nullo modo fœtus poſitiue læderetur v. g. per ſtrangulationem. Quaſi ob bonum cõmune licitum ſit permittere prolem alioqui breui morituram intra viſcera matris mori anticipare: Nam etiam in hoc caſu non eſſet mera permiſſio mortis fœtus, ſed vere interueniret influxus in mortem eius ob voluntariam ſubtractionem alimenti, quo ſolo vita conſeruari poteſt. Quare etſi fœtus non ſubtractione materni ſanguinis, quo cibandus eſt, adhuc paulo poſt moriente matre poſt expectatũ naturalis partus tẽpus non ſequuto partu moreretur in matris vtero; nihilominus nõ interiret vi extrinſecæ actionis volũtariæ, qua ſubtrahitur illi alimẽtũ, ſicut eueniret in caſu ſtrangulationis matris vel amputationis capitis illius.

In eo igitur tantum caſu cum periculum eſt in mora, & ratio boni publici exigit, licitũ erit prægnãtẽ ad vltimũ ſuppliciũ dãmnatã ſecare ad prolẽ educendã quando ſpes probabilis eſt prolẽ ipſã non eſſe lædendam ex ſectione, & fore educendam ex vtero vitalem conſiderata ſectoris peritia, & fœtus in matris vtero maturitate ſufficienti ad vitã extra matris vterũ retinendã, licet non ſit omnimoda certitudo, ſed remaneat aliqua formido periculi eiuſdem prolis, cui periculo exponi poſſe videtur innocẽs proles ob bonũ cõmune, licet nunquã certæ morti ſequuturæ ex ſectione. Ita Raynand. *d. c.* 12. *n.* 6. Sufficiens autem maturitas fœtus ad vitam retinendam regulariter præſumitur in ſeptimeſtri, vt in *præallegato tom.* 1. *mor. var. tit.* 1. *c. n* 1406. 1462. *&* 1461. tradidi (vbi etiam quomodo ſeptimeſtre ſit computandum) & docet Rayn. *d. n.* 6. Vbi reprobat opinionem Fracaſtorij *lib de ſymp. c.* 11. aſſerentis ſemen humanum eſſe duplicis ſpeciei, vnum quod efficit fœtum maturum, & vitalem poſt ſeptem menſes, alterum tantum poſt nouem menſes, quo ſuppoſito nunquam poſſet ſciri maturitas fœtus, & eum eſſe vitalem niſi poſt nouem menſes: Reprobat, inquam, tamquam fundamento carentem 226 227

tem; ſicut enim homines ſunt vnius ſpeciei atomæ, ita & ſemẽ, quo gignũtur, vnius eſt ſpeciei; ſecus autẽ eſt de tritici ſemine, cum triticũ ſit multiplex ſpecie. Graui ergo dãno publico vrgente ad prægnantis damnatæ mortẽ vlterius non differendam, ſi fœtus ſit ſeptimeſtris, licite poterit, vti ſufficienter maturus, & iam vitalis per matris ſectionem educi nõ apparente alio periculo illius vitæ ex ſectione imminẽti. Et licet mora eius in vtero vſque ad nonũ menſem magis congrueret fœtui ob diutius fomentũ, & maiorem perfectionẽ, quam conſequeretur; ac proinde non nihil periculi remaneat in eius extractione ante nouem menſes decurſos; nihilominus talis extractio non erit culpabilis, ſi eam popoſcat neceſſitas boni publici, ob quam videtur permiſſum aliquali periculo prolẽ exponere. Etſi verò Pineda *lib. de Salomone c.10.* Valeſius *c.18. ſacræ philoſophiæ*, & Moſcius *l.3. de ſect. venæ in morb. acut. c.4.* adducant exempla partus quadrimeſtri, & quinquemeſtri vitalis, tamen id eſt valde incertum, & improbant Ariſtoteles, Plinius, & Menochius à me *d. tit. 1. num. 14.63. fine allegati*, & ad ibi à me tradita remitto lectorem.

228 De partu vero octimeſtri, etſi à Philoſophis, & Medicis magis cõmuniter cenſeatur vt plurimũ non eſſe vitalem, vt notauit *d. to. 1. mor. var. allegato tit. 1. n.* 1461. Nihilominus Ariſtoteles, & Plinius ſcribunt in Ægypto, & in Italia viuere, licet ſemper valde debilẽ. Et admiſſa communiori ſententia, quod non ſit vitalis; cum huius duæ probabiliores cauſæ aſſignentur, vt obſeruat Raynandus *d. c. 12. n.* 8. vna ex Hipocrate, quod octauo menſe prægnans quodam vteri morbo laboret, qui à fœtu participatur, vnde accedentibus conſtrictionibus, & vexationibus, quas in partu patitur, ita eius vires debilitantur, vt non ſit vitalis, ſed dũ funditur, ſtatim moritur. Altera à Mercuriali *lib. 2. de morb. mulier. cap. 1.* (& eſt cõmunis Medicorũ) quod fœtus ſeptimo menſe iam perfectus enititur magno conatu diſrumpere membranas ad exeundũ ex vtero, ex qua colluctatione non parum franguntur illius vires, ac proinde ſi menſe octauo nondum perfecte reſtauratis viribus eundem conatum iteret adiuncto partus labore neceſſe eſt, illum deficere. Cum, inquam, ex altera harum duarum cauſarum partus octimeſtris non ſit vitalis, nil apparet obſtare quo minus ex grauiſſima cauſa, obque bonum publicum non poſſit per matris ſectionem partus octimeſtris extrahi vitalis, & ſuperuicturus; nam in huiuſmodi eductione cum fiat ſine eius connixu, & labore ceſſat ſecunda cauſa; & cum citius eximatur ex vtero morboſo, liberatur à contagio ex morbo matris deriuando, magiſque augendo, ſi per totum octauum in vtero perſiſteret. Admiſſo etiam quod aliquid morbi ex materno morbo contraxiſſet (puta quia iam dimidium octaui menſis elapſum eſſet) adhuc tamen (vt inquit etiam Raynandus *n. 9.*) licita eſſet fœtus extractio adhibita ſectione eo tempore facta ob vrgentiſſimam neceſſitatem dandi letho matrem criminoſam iam damnatam ad vltimum ſupplicium. Id namque ad ſummum eſſet, exponere fœtum alicui periculo, quod neceſſitas boni communis poteſt ſatis cohoneſtare.

Ex graui neceſſitate extrinſeca vrgentiſſima, obq; bonum publicum in deſperatione partus naturalis, an, & quando mater prægnans innocens viua licite ſecari poſſit ad educendum fœtum, quem luce frui maximè interſit boni communis.

19 Dubitatur ſeptimò. An ſectio matris prægnantis innocentis viuæ, ſi tam mater, quam proles animata ex ea non ſint futuræ obnoxię certo mortis periculo, ſed iuxta peritorum iudicium erunt ſuperſtites, ſit licita ob vrgentem grauem neceſſitatem extrinſecam (qua ceſſãte illicita eſſet) quæ exigat adhiberi ſectionem, puta quod deſperetur partus naturalis; & tamẽ prolẽ prodire in lucẽ, & viuere interſit boni cõmunis.

Ob magnum aliquod bonum extrinſecũ nempe, ſi ob bonum Reipublicæ, vel ad illuſtris familiæ cõſeruationẽ magis interſit fœtũ in lucem prodire, & viuere, quam matrem, eſſe licitã ſectionem prægnantis innocẽtis, tametſi præuideatur eam futurã matris occiſionem aſſerit Ioan. Varand. *lib. 2. de morb. mul. cap. 7.* Quod idem ſenſiſſe videtur Henricus VIII. Anglorum Rex; dum (vt refert Florimundus *lib. 6. hiſtor. hæreſ. c. 4. n. 2.*) Ioannam Seimer prægnantẽ, quã putabat continere in vtero maſculũ, vt vere habebat, cum deſperaretur partus eius naturalis, iuſſit ſecari ad fœtũ educendũ, Medicis, matrine, an proli conſultum mallet, rogãtibus dicens, vxores ſe ſemper habiturum, non ſic autem filios maſculos. Quamuis Sanderus *l. 1. de ſchiſmate Anglic. ad ann.* 1537. ſcribens ortũ Eduardi, quem tunc Ioanna in vtero gerebat, non ita clare dicat in lucem prodiiſſe media ſectione.

At certiſſimum eſt, ſi ſectio ſit certò mortẽ matri allatura, idq; præuideatur, eã fore illicitam, nulloque modo citra crimen homicidij adhiberi poſſe, nõ obſtantibus quibuſconq; malis ex morte prolis euenturis, v. g. extinctione familiæ antiquiſſimę, & illuſtriſſimæ, tranſmiſſione pinguiſſimæ ſucceſſionis, etiã Regni ad extraneos, & bello excitando cum populorũ ingenti detrimento, quibuſuis aliis malis, quæ quis fingere poſſet. Occiſio enim per ſe, & directa innocẽtis eſt per, & intrinſece mala, vt nullo fine quantumuis aliàs honeſtiſſimo excuſari à malitia iniuſtitiæ poſſit, vt late probaui *tom. 1. mor. var. tit. 1. num.* 799. 931. & 940. & docent communiter Theologi, vt *d. num.* 799. & 931. notaui. Factum vero Henrici (ſi verè fecit) non caruit immani impietate, & iniuſtiſſima nequitia.

Igitur in deſperatione partus naturalis tunc ſolum quando Medicorum iudicio cenſebitur tum prolem futuram ſuperſtitem, tum matrem prægnantem pollere viribus ad ſuſtinendam ſectionem, nec ex ea vitam amiſſuram, vt proles viuens educatur, & ſalua ſit, licita erit, imò neceſſario adhibenda ſectio, tum ob bonum ſpirituale prolis (ſcilicet, vt baptizetur, & æternam ſalutem conſequatur) tum, vt proſpiciatur communi bono alioqui graue detrimentum paſſuro mortua intra matris vterum prole; ita quod ad ſectionem admittendam obligabitur mater lege charitatis erga prolem, & iuſtitiæ ſaltem legalis bonum commune reſpicientis; vt conſtat ex generalibus principiis procurandi ſalutem æternam proximi, & conſulendi bono communi etiam cum periculo propriæ vitæ corporalis. Et ita etiam docet Raynandus *d. cap. 12. num.* 4. Inſuper addens, quod etiam ſi bonus euentus reſpectu matris & prolis ex ſectione eſſet ambiguus, & dubius, ſi ea non adhibita, tam ipſa mater, quàm proles forent certo perituræ, adhuc ſectio eſſet adhibenda, tum vt ſatisfieret obligationi *ſuprà numero* 219. explicatæ, tum ob hanc peculiarem obligationem communis boni curandi, & publici mali grauis impediendi; ob quam licet ſperari poſſet matris ſalus abſque ſectione, & ſolius prolis vita non certo, ſed dubio periculo adhibita ſectione exponeretur, ſcilicet dubium eſſet, an ſectio illius ſaluti profutura, vel eidem mortem allatura, permittenda eſſet proles illi periculo, & ſectio adhibenda, vt publico bono conſuleretur. Nam etſi nullo modo ſit licitum, per ſe, & directe occidere innocentem etiam prætextu ingentis boni communis inde conſequuturi; ob bonum tamen cõmune obtinendũ, vel graue malum cõmune auertendũ 230

licitum

eſt innocentem periculo exponere iuxta Doctores communiter, & tradita à me *d.t.1.var.mor.tit.1.§.29. à n.931. ad 952.*

Porrò non erit ſufficiens cauſa aperiendi matrem innocentem prægnantem viuam ratio comparandi ſcientiam perfectam ſtatus prægnantium, qua deinceps Medici, & Chirurgi melius iuuare poſſint grauidas, & parientes ad felicem partum, & partus exitum. Cum ex ſectione mulierum demortuarum, & etiam animalium fœminei ſexus talis notitia ſemper potuerit comparari, & modo etiam ex ſectionibus adhibitis non ſolum prægnantibus iā mortuis cum fœtu in vtero ſuperſtite, ſed etiā adhibitis pluribus prægnātibus viuis ad illarum, & fœtus ſaluti conſulendum (de quibus *ſuprà n.151, & 152.*) & aliis etiam huiuſmodi peritiam comparare potuerint, & poſſint Medici, & Chirurgi, de quare latius Raynaudus *d.c.12. n.11. & 12.*

Filius ex ſecto matris vtero eductus, an habendus vti natus, ac iuribus natorum quoad ſucceſſiones, & hæreditates, & legata, quæ filiis natis & naſcituris competit, potiatur.

232 Dubitatur octauò. An filius qui ex ſecto matris viuæ, vel demortuæ vtero eximitur ſuperſtes, & viuit, omnium ſucceſſionum, hæreditatum, & legatorum, inſtitutarum, vel relictarum ſeu relictorum pro filiis natis, vel naſcituris ex legitimo matrimonio, vel ex tali fœmina capax ſit, ac ſi eſſet naturalis partus, ſeu ex naturali partu natus eſſet. Difficultatem facit id, quod *ſupr. n.203.* dictum eſt, vt tradunt Doctores *ibidem citati*, & indicant leges ibidem citatæ, ſcil. quod filius, qui per ſectionem ex vtero materno extrahitur, propriè, & in rigore loquēdo non dicitur partus, neque natus ex tali fœmina ſecta, ſeu propriè non paritur à tali fœmina, nec ex ea naſcitur. Ob hanc igitur rationē filium ex vtero matris ſecto artificiosè eductum non potiri prærogatiuis, & iuribus, atque ſucceſſionibus, quæ illi competerent, ſi partu naturali natus eſſet: Negant Paulus à Caſtro *ad l.quod certatum*, C.*de poſth. hæreditatibus inſtituendis ibid.* Iaſon, & Iacob. de S. Georgio, Purpuratus *conſ.158 n.4.lib.1.* Curtius Iunior *conſ.329. n.6. & 7.lib.3.* & alij, à Tiraq. *in l.ſi vnquā v.ſuſceperit liberos n.140.C.de reuocanda donat. relati*, excludentes ſic eductum per ſectionem à legato relicto filio, quem mater pepererit.

233 At contrarium, & potiri affirmant communiſſimè alij Iuriſperiti. Ita Alciatus *in l.etiam 141. ff.de verb. ſign.* Tiraq. *loc.cit.n.141. & ſeqq.* Briſſon. *in l.11. ff.de verb. ſignif.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.11.* Gutier. *pract. lib.2. q.101.* Alphonſus Carenza *de partu cap.6. ſect.1.* Guilielmus Benedictus *ad cap* Raynutius *de teſtam verbo*, *& ſoboles, quam geſtat in vtero*, & multi alij à Tiraq. Carenza & Mantica *relati.* Et manifeſtè conſtat ex pluribus legibus *ſuprà n.146 adductis* præſertim ex *l. 1. ſi qua prægnans. ff. vndè cognati. & l. quod dicitur ff. de lib. & poſth. & ex l.1 ff ad S.C. Tertullianum.* Nam etſi de filio per ſectionem ex vtero matris exempto propriè dici nequeat quod mater illum peperit, & quod ex ea ſit natus, tamen cum eius ſanguine formatus ſit, eſt verus eius filius, ac proindè iure merito tanquam ex ea natus eſt habendus, & tractandus & admittendus non ſolum ad legitimam matris hæreditatem, & cēſendus inſtitutus ſecundum tabulas, ac vnde cognati, & vt legitimi poſſeſſionem bonorum ab inteſtato petere poſſunt, ipſe quoque petere illam poteſt, vt clarè habetur *l.1. ff ad S.C. Tertullianū.* ſed etiā admitti debet ad ſucceſſionem, hæreditatem, & legata ex legitimo matrimonio, vel ex tali fœmina natis, vel naſcituris à teſtatore relicta; quia intentio teſtatoris verſatur circa verum filium ex tali legitimo matrimonio, vel ex tali fœmina procreatum; dummodo enim effectus habeatur, non curatur de modo *l. ſi mihi. ter 3. Cod. de inſtitut. & ſubſtit.* Et ideo ius commune, vt aliquis pro nato ſit habendus, voluit attendi tantum formationem, & procreationem ex tali fœmina, vel ex tali fœmina, quæ ex legitimo coniuge conceperit; & talis fuit: & eſt intentio teſtatorum, licet vtatur illis verbis, *natis, vel iis quos peperit*, quia regulariter contingit liberos prodire in lucem partu naturali. Quare conditionem, *ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio naſcituris*, deficere, ſi ex ſecto ventre filius extractus fuerit, tradit poſt alios Mantica *d.n.11.* Vbi etiam addit ex Baldo, quod ſi quis receperit fundum pro ſe, & ſuis filiis legitimis naſcituris, comprehendit etiam eos, qui ex ſecto ventre ſunt extracti.

Hinc etiam cum filius ex matris vtero eductus cenſeatur ex tunc natus, id quod etiam probat Mandoſius *de ætate minori c.1.n 25.* & à die natiuitatis computetur vniuſcuiuſque ætas, vt idem Mandoſius *ibid.* Couarr. *de ſponſ. p.2.c.8.§.2.n 3.* & Sanchez *in ſum. lib.4. c.35. n 4.* ideo filij ex ventre ſecto extracti ætas ex tempore extractionis computanda eſt. 235

Si eadem ſectione gemelli ſimul educerentur, quis eorum habeat ius ſuccedendi in primogenitura, aut Regno.

Sed quid ſi in ventre matris ſecto reperiantur gemelli, qui ſimul ſint eadem ſectione educti & agatur de ſucceſſione in primogenitura, vel in principatu, aut regno: quis eorum habebit ius ſuccedendi in primogenitura, vel regno? De hac difficultate latè diſſerui *tom.1. mor. var tit.1. à n.971. ad 979.* & ad ibi tradita (quæ non expedit repetere) remitto lectorem. 236

SVMMARIVM

§. VI.

Prægnans tenetur omittere, vel præſtare omnes actiones, quas omittere, vel præſtare fœtus conſeruatio, & promotio poſcit. num 136.

Abſtinere debet à congreſſu coniugali fœtui periculoſo. n.237.

Item à ieiunia & abſtinentiis, quæ fœtui detrimentum afferre poſſunt. n. 238.

Omnes prægnantes excuſantur à ieiuniis de præcepto Eccleſiaſtico ibidem

Neque etiam ad euitandum incontinentiæ periculum poteſt prægnans licitè ieiunare cum damno notabili fœtus ibid. Debet prægnans abſtinere à ferendo graui onere, & ab operibus laborioſis num.239.

Item à tripudiis, choreis, & nimiis, ſeu numeroſis ſaltationibus num. 240.

Qui prægnantem impellunt, & inducunt ad ſaltandum, vel cum ea ſaltant prævidentes inde ſequuturum abortum fœtus animati incidunt in irregularitatem, ſi abortus ſequatur. ibidem

Prægnans non debet ſe nimis ſtrictè cingere, ſtrictiori ve veſtitu vti. ibidem.

Affectus animi inordinati, & turbidi, vehementeſque, ac violentæ paſſiones prægnantium præſertim timoris, & iræ fœtui non parum nocent, quibus propterea grauidæ temperare debent, & præcauere, ne in ſe ipſis excitentur. n 242.

Alij etiam tenentur non præbere prægnantibus cauſas inordinatarum paſſionum, & affectorum turbidorum n 243.

Qui incutiendo prægnanti terrorem indebitum, aut grauem metum ſunt cauſa abortus, grauiter peccant, & ſunt homicidæ, ſi fœtus eſt animatus, & an ſint homicidæ voluntarij, vel caſuales. ibidem.

§. VI.

§. VI.

De nonnullis alijs obligationibus prægnantium abſtinendi ac certis actionibus noxiis fœtui concepto, & aliquas eiuſdem fœtus conſeruationi, & promotioni neceſſarias præſtandi.

CVm certum ſit prægnantem teneri eas omnes actiones omittere, vel præſtare quas fœtus concepti tam ante animationem, quam poſt conſeruatio, & promotio omitti, aut præſtari exigit, non tantùm debet prægnans abſtinere à directa procuratione abortus fœtus ſiue animati, ſiue nondum animati, vt in præcedentibus latè explicatum eſt, ſed etiam ab omni opere, ex quo præuidetur, vel præuideri debet operis natura, ſeu qualitate vel conditione conſiderata poſſe ſequi fœtus notabilem læſionem, & abortum.

237 Quare primò tenetur mater prægnans abſtinere à congreſſu cum viro, ex quo abortus periculum immineat, tametſi ad incontinentiæ periculum euitandum marito vellet commiſceri, de qua re latè *ſuprà num.* 26.

238 Secundò tenetur abſtinere à ieiuniis, & à quibuſcumque abſtinentiis, ex quibus ob alimenti ſufficientis defectum, vel alimenti prauas qualitates proli conceptæ imminet vitæ periculum; de qua re fuſius egi *tom. 4. mor. var. tit. 9. num.* 49. & 50. Vbi oſtenſum eſt prægnantes omnes excuſari à ieiuniis de præcepto Eccleſiaſtico, & etiam ad vitandum incontinentiæ periculum non poſſe cum periculo notabilis damni fœtus ieiunare, & abſtinentiis vacare; cum incontinentiæ periculo poſſit abſque fœtus damno conſuli aliis viis, & medijs, oratione, ſacramentorum frequentia, piis conſilijs, aliiſque remediis, & prægnanti ſit ſemper liberum non conſentire tentationi, & peccatum vitare, non verò reſtaurare damnum corporale, & ſpirituale fœtus, ſi moriatur ex alimenti defecta. Videat lector, quæ latius *dictis duobus numeris* 49. & 50. tradidi.

239 Tertiò, debet prægnans abſtinere à ferendo graue onus, atque omnibus operibus importunis, & laborioſis; ex quibus attentis eius viribus, & complexione timeri probabiliter poteſt, & debet periculum abortus. Ita Doctores Binsfeldius *in Enchirid. Theol. Paſtor. p.* 3. *c.* 12. Fagundez *in decal. lib.* 6. *c.* .. *n.* 33. & Rayn. *de ortu infant. c.* 11. *n.* 9.

240 Inter opera autem huiuſmodi laborioſa apta efficere abortum enumerantur tripudia, & choreæ, & ſaltationes, quibus præſertim ſi cum aliquali exceſſu à prægnante habeantur, notabiliter fœtum lædi, & abortum effici experientia ipſa conſtat, & tradunt Albertus Magnus *lib. 9. de animalibus tract.* 1. *c.* 11. Nider *in* 5. *præceptum decal. c.* 1. *litera* P. D. Antoninus, Nauarrus *locis mox citandis, & locis citatis* Fagundez, & Raynandus; qui duo exempla abortus ad ſaltationem prægnantis ſequuti adducit. Vnum ex Authore libri de natura pueri, qui ſcribit ſcortum quoddam prægnans quod à Domina abortionem fœtus in illius vtero clauſi præoptante adductam ad ſepties ſaltandum, poſt ſeptimam ſaltationem abſolutam non ſine crepitu eiaculauit fœtum. Alterum de viro proprio cuiuſdam prægnantis, quæ poſt innumeras ſaltationes abortiuit, & facta abortione non multo poſt interiit. Et certe quoties prægnans tripudiis, choreis, aut ſaltationibus nimiis exultat, præuidens, vel præuidere debens periculum futuri abortus, lethaliter peccat peccato contra naturam, ſi fœtus nondum ſit animatus, peccato verò homicidij, ſi ſit animatus, ſiquidem qui amat periculum peribit in illo. Ita D. Antoninus 2. *part.* 17. *cap.* 8. §. 1. Nauarrus *in man. cap.* 15. *n.* 14. Sylueſter *v. homicidium* 2. *n.* 11. Fagundez, & Raynandus *vbi ſuprà*. Et etiam, qui præuidens tale periculum abortus fœtus iam animati impellit, ſeu inducit prægnantem ad ſaltandum, vel eius ſaltationi cooperatur cum ea ſaltans incidit in irregularitatem, ſi ſequatur abortus. Ita Nauarrus *loco citato*. Si tamen iocus ſit leuis, & moderatus, & periculo carens non committitur peccatum, etiamſi ſequatur abortus, vt Fagundez *dicto num.* 35. etſi conſultius ſit ab huiuſmodi ludis prægnantem omninò abſtinere.

241 Quartò cauere debet prægnans, ne nimis ſtrictè ſe cingat, nimiſve arcto veſtitu vtatur; ex quo ſolo aliquas prægnantes paſſas eſſe abortum refert Mercurialis *lib.* 1. *de morbis capitis* 4. & *lib.* 2. *cap.* 1. Quare ſi prægnans ſtrictè ſe cingendo, vel adhibendo veſtitum nullo ſtrictiorem præuideat inde periculum abortus, peccabit lethaliter. Ita Nider, Fagundez, & Raynandus *locis prææallegatis*.

242 Quintò, debet prægnans præcauere, ne in ſe excitentur affectiones, ſeu paſſiones inordinatæ, & vehementes præſertim timoris, & iræ (quam Seneca *lib.* 1. *de ira caput vlt.* vocat vitium muliebre) & quæ cum aliæ intentæ affectiones, quæ ſolent grauem corporis commotionem excitare, & humores perturbare, & corporis ſanitati non parum nocere; vnde & fœtus in corpore clauſus poteſt facilè lædi notabiliter. Quare documenta generalia, quibus in vniuerſum omnes monentur abſtinere ab affectibus, paſſionibuſve animi vehementibus ob bonum corporis, & ſanitatem, potiori ratione, & ſpecialiter locum habent circa prægnantes, præſertim cum ſint procliuiores ad illas concipiendas, & magis aptæ indè contrahere morbos graues, & difficillimæ curationis; de quo Ioannes Raphaël, Moſcius *lib.* 2. *de vena ſect. in morb. mul. c.* 2.

243 Hinc etiam alij tenentur non præbere prægnantibus cauſas inordinatarum paſſionum, & vehementium affectuum corpus, illiúſve humores commouentium, ac perturbantium. Ac proindè qui prægnantibus incutiunt timorem indebitum, & grauem metum, vndè ſequitur abortus, peccant mortaliter cum ſint abortionis cauſa; ſi incutiendo illis talem metum præuideant, vel præuidere debeant, abortum inde euenturum, vel illius periculum; & ſi fœtus eſt animatus ſunt veri homicidæ. Ita Molina *de iuſtit. tr.* 3. *diſp.* 3. *num.* 6. & prius Caietanus 2. 2. *q.* 64. *art* 8. *circa reſponſionem ad* 2.

An verò eſſent homicidæ voluntarij, an caſuales diſputant ibidem Caietanus, & Molina, & etiam Nauarrus *in man. cap.* 27. *n.* 240. poſt medium agens de percutiente prægnantem, qui eſt cauſa abortus. Et videntur conuenire, homicidium, ſeu abortum dici, & eſſe voluntarium, ſi metum mulieri incutiens ſciens eſſe prægnantem manifeſtè præuidit abortum ſequuturum, licet illum non intenderit directè, & expreſſè, quia tunc incutiens cenſetur, ac ſi abortum intenderit, ſecus verò ſi non præuidit; licet præuidere debuerit, ſeu culpabiliter non præuiderit; tunc enim licet ſit cauſa abortus, & peccet peccato homicidij, eſt tamen homicida caſualis, quia non poteſt cenſeri intendiſſe abortum. De qua re latius iidem Caietanus, Nauarrus, & Molina *locis citatis*, vbi explicant quodnam dicendum ſit homicidium voluntarium, quod caſuale.

Alia à prægnantibus euitanda latè, & diligenter proſequitur Mercurialis *d. lib.* 2. *c.* 1. apud quem videri poterunt, ſi lubet.

CAPVT X.

DE

PARENTVM OBLIGATIONE

BENE EDVCANDI FILIOS.

SVMMARIVM CAPITIS X.

Auctores agentes de parentum obligatione bene educandi filióſque, illoſque bonis moribus, & artibus imbuendi. numero 1.

Vnde oriatur obligatio parentum benè inſtituendi proprios filios per ſe, vel per alios. numero 2. & tribus ſequentibus.

Reipublicæ bonum pendet ex bona adoleſcentum educatione. num 4.

Bona, vel mala filiorum educatio eſt decus, vel dedecus parentum num. 5.

Filiorum bona educatio eſt ingentis meriti apud Deum. ibidem.

Parentes tenentur prouidere filiis neceſſaria non ſolum saluti corporali, ſed etiam ſaluti ſpirituali, & ita curare, vt baptizentur, & quàm primum à natiuitate; & quando ſit peccatum illos diutius differre baptiſmum, & quæ ſit cenſenda diuturna dilatio. n. 6.

Extra caſum neceſſitatis baptiſmus non debet conferri abſque conſuetis Eccleſiæ cæremoniis. ibidem.

Adulti ſufficienter in fide inſtructi tenentur quàmprimum recipere baptiſmum, & quid de vſu antiquo, quo diu baptiſmus differebatur. n. 7.

Eccleſia etſi non poteſt Cathecumenis determinare tempus recipiendi baptiſmum, poteſt tamen declarare obligationem iuris diuini de ſuſcipiendo baptiſmo. ibidem

Infantes nati ex vno parente infideli, & altero fideli, vel nati ex vtroque parente infideli altero ad fidem conuerſo ſunt baptizandi volente parente fideli. numero octauo, & ſufficit, quod parens ſit mediatus, vt auus mortuo patre. n. 8.

Infans debet educari apud parentem fidelem ſiue parentem, ſiue matrem num. 8.

Altero ex parentibus infidelibus ad fidem conuerſo, & baptizato filius infans ipſis inuitis poteſt baptizari, & multo magis ſi vterque parens ſit fidelis. n. 9.

Si vterque ſit parens infidelis, altero conſentiente ob animam pueri paruulus poterit baptizari ſecluſo periculo apoſtaſiæ, & ſacrilegij. n. 10.

Quando alter parentum infidelium venit ad fidem, ſi filij iam ſint adulti, an poſſint, & ſint cogendi ad Chriſtianam religionem. n. 11.

Pater filiorum infidelium Chriſtianus poteſt, & debet ſuo præcepto filios adultos cogere ad baptiſmum ſuſcipiendum. ibidem.

Etiam pater Paganus tenetur ſuo præcepto curare, vt filij ſui baptizentur. ibidem.

Fides Catholica eſt prima ſemita, qua tendimus ad poſſeſſionem ſummi boni, & fundamentum ſpiritualis ſtructuræ, & ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem in omni ſtatu ſecundum modum reuelationis, aut prædicationis pro temporum, aut perſonarum varietate facta. n. 12.

In lege noua tam maiores, quàm minores, ad quos Euangelicæ veritatis promulgatio ſufficienter peruenit, obligati ſunt credere explicitè fidei Chriſtianæ myſteria in ſymbolo contenta. n. 13.

Etiam ad notitiam ſacrificij Miſſæ, ſacramentorum, præceptorum Dei, & Eccleſiæ, Orationis Dominicæ, & ſalutationis Angelicæ tenentur fideles, ac proindè ad ea addiſcenda. num. 14.

Parentes filios ſuos per ſe, vel per alios tenentur edocere præfata omnia. n. 15.

Ab infantia tenentur eos inſtruere in rebus fidei, & in aliis prædictis ad ſalutem animæ neceſſariò ab vnoquoque ſciendis, & huius plures afferuntur rationes. numero decimoſexto.

Ad idem tenentur omnes habentes curam puerorum, & etiam Patrini baptiſmi, & Paſtores animarum. numero decimoſeptimo.

Parentes, Patrini, & alij ad quos ſpectat pueros in ſpiritualibus inſtruere, notabiliter id munus negligentes mortiferè peccant. n. 18.

Educationis puerorum vis magna eſt ad mores honeſtos, vel prauos imbibendos. n. 19.

Parentes, & qui loco parentum ſunt, ſtrictè obligantur ad bonam filiorum, & pupillorum educationem, illóſque informare bonis moribus, curare, vt à prauis abſtineant, præcepta Dei, & Eccleſiæ ſeruent, & virtutem ſectentur, idque munus à pueritia inchoandum latè probatur. numero 20. 21. 22. & 23.

Parentes bonæ filiorum educationi debent omnia poſtponere. num. 24.

Adoleſcentes erudiendi primò in timore, & amore Dei. num. 25.

Secundò admonendi, vt mandata Dei obſeruent; & proximum diligant. n. 26.

Tertiò inſtituendi in ſpectantibus ad religionem, in reuerentia erga loca ſacra, & res, & perſonas ſacras, in vſu ſacramentorum, in reuerentia, & obſeruantia parentibus, & aliis maioribus exhibenda. num. 27. 28. 29. 30 & 31.

Parentum præcipua cura, vt filij à peccatis, & vitiis abſtineant. n. 32.

Ad rectam educationem, & præcauenda vitia in adoleſcentibus multum intereſt obſeruare & cognoſcere illorum inclinationes num. 33.

In pueris præſertim obſeruanda, & conſideranda verecundia: ibidem.

Adoleſcentes proni ad laſciuias, explicantur mala luxuriam conſequentia illis à parentibus proponenda, vt à venereis abſtineant n. 34.

Parentibus curandum, vt adoleſcentes à teneris temperantiæ virtutem colant, & illius actibus aſſueſcant. numero 35.

Intemperantia in cibo, & potu vini, quæ, & quanta damna afferat. n. 36.

Immoderatus, & nimius ſomnus valdè noxius corpori, & animæ n. 37.

Erudiendi ſunt adoleſcentuli, vt temperantur, & honeſtè ſe habeant in locutione, in vſu viſus, auditus, odoratus, & tactus, in veſtitu, & ludis n.38.

Præcauendum, nè adoleſcentes improborum conſuetudine vtantur, & quæ moribus periculoſa amicitia, & conſortium. n.39.

Ex bono, vel malo vita parentum exemplo præcipuè pendent filiorum boni, vel praui mores. n.40.

Parentum mores in liberos deriuantur; & vt plurimum filij ſunt imitatores prauarum affectionum, & incontinentiæ parentum. n.41.

Duplex modus benè educandi filios inſtructione, ac adhortatione, & correptione, atque verberibus. n.42.

Pueri, & adoleſcentes inobedientes à parentibus, increpationibus, minis, & verberibus ſunt cogendi, vt à vitiis abſtineant, & virtuosè viuant latè. n.43.

Paterfamilias, & materfamilias intuitu diſciplinæ, & correctionis licitè poſſunt moderatè verberare, & cædere filios. ibidem.

Vt illos ad meliorem frugem reducant poſſunt etiam, & debent expellere domo, & eis alimenta denegare ſi probabiliter putent ſic poſſe corrigi, ſecus ſi timeant eos euaſuros peiores. n 44.

Erudiatio in ſcientiis, & liberalibus artibus quàm vitiis n.45.

Pater in conſcientia tenetur curare, vt filij addiſcant ſcientias, & liberales diſciplinas, & ad id facere expenſas neceſſarias, ſicut cæteri paris conditionis. n.46.

Pater tenetur ea facere, quibus in futurum filius ſeipſum alere, & tueri poſſit. ibidem.

Parentes pauperes curare debent, vt filij addiſcant artes illiberales, & mechanicas iuxta illorum capacitatem, n.47.

Et docere illos legere, & ſcribere. ibidem.

Erudiendi filij in diſciplinis, & artibus, ad quas dignoſcuntur habere aptitudinem, & inclinationem. n.48.

Filij erudiendi debent committi præceptori non ſolum perito, ſed & vitæ probitate conſpicuo. n.49.

Non permittendum illis legere libros fidei dogmatibus, & bonis moribus aduerſantia præſertim turpia continentes. numere 50.

Curandum, vt legant libros ſacros, & de rebus ad pietatem, & religionem ſpectantibus. n.51.

Item, vt vacent lectioni hiſtoriarum præſertim antiquarum. num 52.

Puellæ ſolicitiori cura ſunt à parentibus educandæ ad illarum pudicitiam conſeruandam. n.53.

Pudicitiæ laudes ibidem.

Maſculus, & fœmina poſt innocentiæ ſtatum proni ad malum, & maximè ad ſenſibiles delectationes, ad quas vehementius excitantur, cum ſint proximi pubertati. n.54.

Curandum ab initio, vt otium euitent, & vacent continuò operibus mulierum propriis, & quæ ſint hæc opera. numere 55.

Puella diebus feſtis poſt peractas ſuas deuotiones laborantes ad euitandum otium excuſantur à peccato ibidem.

Erudiendæ, & in operibus occupandæ vnà cum puellis honeſtis eiuſdem ætatis, & non permittenda illis ſocietas mulierum improbarum, nec habere peculiarem familiaritatem cum aliqua ex ancillis. n.56.

Verſetur puella ſemper coram matris, vel matronæ honeſtæ oculis. n 57.

Doceatur legere, & ſcribere per mulierem probam, non per virum, & ſi aliquando per virum doceatur, ſit ſemper præſens mater, vel matrona ibidem.

Dormiat puella ſola in lecto ſine alia puella, & nullo modo cum pueris, præſertim cum iam eſt pubertati proxima. ibidem.

Curent parentes, vt filiæ ſint temperantes in cibo ſumendo, & vilioribus cibis aſſueſcant, & præſertim modicum vinum illis permittant. n.58.

Curandum, vt moderatè aquam bibant. ibidem.

Factum notabile S. Men... narratur. ibidem.

Soliciti ſint parentes, vt filia loquacitatem euitent, ſintque taciturnæ, & verecundæ præſertim in conſpectu virorum. num.59.

Mulieres præſertim tenerioris adhuc ætatis ſunt naturaliter loquaces. ibidem.

Curandum, ne turpia audiant, neque legant libros impudicos; ſed ad piorum lectionem inducendæ. ibidem.

Item vt abſtineant à fucato, & ſuperfluo ornatu; & reprehenditur exceſſus in ornatu. n.60.

Non permittant parentes puellam in domo à viris præſertim adoleſcentibus familiariter, & crebrò viſitari, & cum iis habere ſermones maximè prolixos, nec deſponſatas per verba de futuro vti tactibus impudicis cum ſponſis, nec eſſe ſolas cum ſponſis; alioqui grauiter peccabunt. n.61.

Qui tactus inter ſponſos permittantur. ibidem.

Inhibendum filiabus domo exire, & vagari, ſed cogendæ domi manere, præſertim non ducendæ ad choreas. n.62.

Verecundia in mulieribus frænum ad non labendum in turpia, & inhoneſta. ibidem.

Parentes præſertim matres erudiant filias non ſolum verbo, ſed multò magis exemplo, & honeſtate vitæ; nec illis præſentibus, aut audientibus quid malum faciant, aut loquantur. num.63.

Puellæ ſunt matris actionum imitatrices. ibidem.

Parentes promiſſione donorum inducentes ad opera virtutis an peccent n.64.

Parentes, & ſuperiores legentes literas filiorum, & ſubditorum, quas vel ad ipſos alij, vel ad alios ipſi mittunt, non peccant. n.65.

Peccant grauiter parentes filios ab obſeruatione præceptorum, & operibus bonis reuocantes, & abſque iuſta cauſa impedientes ea filios exequi. n.66.

Item grauiter peccant parentes ſine rationabili cauſa vi, vel dolo retrahentes filios, vel filias ab ingreſſu religionis, vel illorum profeſſionem impedientes. n.67.

Excommunicatio in Trid ſeſſ.25.cap.18. fin. de reg. lata eſt contra impedientes fœminæ voluntatem, veli accipiendi, vel voti emittendi. ibidem.

Explicatur quid veli accipiendi, vel voti emittendi nomine intelligatur, & an dictã excommunicationem incurrant impedientes ingreſſum religionis, an verò ſolùm, qui profeſſionem, & nonnulla alia ad præfatam excommunicationem ſpectantia n.68.85 cum pluribus ſeqq.

Filio habenti votum caſtitatis, & in concubinatu exiſtenti pater an poſſit licitè ſuadere matrimonium. n.81.

An peccent parentes communicantes cum filia Deo dicata, quæ nupſit. n.82.

Parentes dolo, vel minis cogentes extra caſus in iure permiſſos filios, vel filias ad ingreſſum monaſterij vel habitus religioſi ſumptionem, vel profeſſionem faciendam mortiferè peccant. n.83.

Excommunicatio in Tridentino ſeſſ.25.cap.18 de reg lata contra eos, qui extra caſus in iure permiſſos cogunt fœminam contra eius voluntatem ad ingrediendum Monaſterium, vel habitum religionis ſuſcipiendum, vel ad profeſſionem emittendam; quique conſilium, auxilium, aut fauorem dederint, & clariſſimè explicatur, quoad perſonas, quas afficit, & actiones, quibus inducitur, & quoad alia. num.84. ad 97.

Non comprehendit cogentes ad ingrediendum in Monaſterium num.95.

Caſus, in quibus ius permittit cogere aliquem virum, vel fœminam ad ingrediendum in Monaſterium. numero 94. & 98.

Patres cogentes filios, vel filias ad matrimonium, vel eos impedientes ne matrimonium contrahant an, & quando, & quam grauiter peccent. n.99. & 100.

An peccent patresfamilias in diebus ieiuniorum miniſtrantes cœnam filijs. n.101.

Obligatio recte educandi filios repugnat illorum expoſitio. num. 102.

Alia ſummaria vide poſt num.102.

CAPVT

CAPVT X.

De obligatione parentum erga filios quoad ſpiritualia, & bonam educationem, ſeu inſtitutionem.

1 DE hac materia agont Nauarr. *in man.cap.* 14. *n* 17. Graffius *de iſ aur.p.1.lib.2 cap.*58. Sayrus *lib.7.clau cap.*7.Fagundez *in decalog.lib.4.cap.*1. Reginaldus *in praxi fori pænit.lib.20.cap.41.& duobus ſeqq* Filliuccius *tract.28 p.2 c.2.n.21*.Bonacina *de precept.diſp.69.q vnica. p.6*. Trulleuch *in decal lib.6.c.1.dub.3.* Ægidius Romanos *de regim Principum li.2.p.2*, Iauellus *œconomica Chriſtiana tr.3 & 4*. Marcus Antonius de Cames Auguſtinianus *in ſua Microcoſmia part.2. Dialogo 7.& tribus ſeqq.* Ioannes Torres *in ſua philoſophia morali lib.1.* Homobonus noſter *de ſtatibus p.2.cap.10.* & Anoæus Robertus *rerum iudicaturum lib.1. cap 9.*

§. I.

Vnde oriatur parentum obligatio benè educandi, ſeu inſtituendi proprios filios per ſe ipſos, vel per alios idoneos.

2 QVemadmodum enim parentes teneotur ad educationem corporalem filiorum præſtando eis alimenta ad vitam naturalem ab eis acceptam conſeruandam, & promouendam neceſſaria, de qua in ſequenti parte huius tractatus cap.1. ita obligantur bonam educationem eiſdem filiis dare, animiq; alimenta præſtare, nempe illis procurare neceſſaria ad animæ ſalutem; & in iis, quæ ad fidem Catholicam, Dei cultum, & bonos animi mores ſpectant per ſe, vel per alios inſtruere. Et ad hæc munera erga filios præſtanda parentes de iuſtitia, & pietate naturali tenen; docuit Toletus *libro quinto, ſumm. capite 1.num.2.* & poſt eum Fagundex *dict. capite 1.num.13.* Animaduertit enim Toletus omnia decalogi præcepta tam primæ, quam ſecundæ tabolæ fundata eſſe in iuſtitia, & iure naturæ. Siquidem iuſtitia eſt quædam virtus, qua reddimus cuique quod ſuum eſt, illique debemus. Huius autem quatuor ſunt ſpecies, vt ibidem idem Toletus. Prima eſt, qua Deo reddimus, qood ſuum eſt, & hæc dicitur *Religio*, hæc enim nos non inclinat, vt Deo adhibeamos debitum cultum, & honorem, ſi non quantum Deus meretur, at ſaltem quantum poſſumus. Secunda eſt, qua filiis parentes, & parentibus filij ſecundum carnem impendunt id, quod eis ex hoc titulo parentum, & filiorum debent; & hæc dicitur *Pietas*, quæ in qoarto decalogi præcepto fundatur. Tertia eſt, qua ſuperioribus exhibemus ea, quæ illis ratione ſuperioritatis debemus, & hæc dicitur *Obſeruantia*, quæ etiam eodem quarto præcepto decalogi comprehenditur. Quarta eſt, qua aliis proximis generaliter impendimus ea, quæ debemos, & hæc propriè dicitur *Iuſtitia*, quæ aliis ſex decalogi præceptis ſecundæ Tabulæ continetur.

3 Ægidius autem Romanus *d.p.2.cap.1.* & Iauellus *d. tr.3.c.1.* ea triplici fonte, ſiue capite deducūt huiuſmodi obligationem paternā bene educandi filios, illóſq; bonis moribus imbuendi. Primū caput eſt, quod parentes ſunt principium, & cauſa filiorum, qui ab eis ſuum habent eſſe. Sicut enim in omni ſpecie rerū naturaliū videmus, quod natura, quæ dat eſſe alicui rei, ſolicita eſt circa adhibēda media, per quæ res ipſa valeat in eſſe conſeruari; vt ſi natura dat eſſe igni, ſtatim confert leuitatem, ſiccitatem, & calorē, per quas qualitates ſeruatur in eſſe. Per calorem nempe corrumpentib. reſiſtit, per leuitatem, & ſiccitatem ſurſum ad propriam ſphæram, eo quod in loco, ſuperiori, magis habet in eſſe cōſeruari, quā in inferiori: Simili modo natura non ſolū dat eſſe animalibus, ſed quia animal abſq; cibo conſeruari non poteſt, propterea eadē natura ſolicita eſt dare animalib. os, & alia organa, per quæ poſſunt cibum, & nutrimentum ſumere. Quare etiam parentes, qui ſunt cauſa filiorum, & à quib. filij naturaliter eſſe habent, adſtringuntur filios regere, illorumq; curā habere, atq; illis ea prouidere, ac eos inſtruere iis, per quæ valeant in eſſe cōſeruari, & poſſint bene viuere nō ſolū ſecūdū corpus, verū etiā ſecundū animam. Quantò enim anima eſt nobilior, & potior corpore, tanto parētes, qui dando eſſe corpori animę creationi, & infuſioni in corpus ſunt cooperati, vndè quodāmodo etiā anima ab eis habet ſuū eſſe, debent omnē adhibere diligentiā, & curā, vt proprij filij ſint tā perfecti in anima, quā in corpore; & ſi ſoliciti ſunt circa diuitias cōgregandas, facultates, & pingues hæreditates filiis relinquendas, vt abūdanter ſubueniāt, quantum ad indigentiam corporalem; multò magis longè diligentiores, & ſoliciriores debent eſſe, vt filij habeant perfectam animam, & vt virtutibus, ac bonis morib. imbuantur. Secundum caput eſt, quod parentes ſunt ſuperiores filiorum, & illis præſtantiores, & naturaliter ipſis præeſſe debent; ſuperiora autem naturaliter, & ſemper in inferiora influunt, & ea regunt & conſeruant; aſpicimus enim ſuper cœleſtia corpora influere inferiora, & ea regere, atque conſeruare. Ita ergo parentes cum ſint naturaliter ſuperiores filiorum, & illis præſint, tenentur eſſe ſolliciti circa illorū regimen, & curam; & imitari vniuerſalē omnium Patrem Deum, qui cum ſingulis reb. præſit, habet ſollicitudinē, & curā totius vniuerſi; & eius prouidentia, & gubernatio ad eorum vſq; minima ſe extendit. Tertium caput eſt; Quod parentes naturaliter diligunt filios; cuius ratio eſt multiplex; & quia omne animal diligit ſui ſimile; ſic omnis homo proximum ſuum Eccleſ.13. Filius autē eſt ſimilis Patri, quia omne generans generat ſibi ſimile; & filius ſanguine maximè proximus eſt patri. Et quia filij ſunt quædā pars parentū, nam filius eſt quædam pars à patre abſciſſa 8. *Eth.c.12.* Imò filius eſt viuum ſimulacrū patris, & altera patris perſona iuxta naturæ ordinem illi morienti ſuccedens, ac illum poſt mortem repræſentans. Ex huiuſmodi igitur naturali amore parentum erga filios manifeſtè infertur eoſdem parentes teneri eſſe ſolicitos circa filiorum regimen, & curam, quia quilibet debet eſſe ſolicitus circa ea, quæ vehemēter amat; cum de ratione amoris ſit, vt ſoliciter amantem circa rem amatam, & quilibet ſolicitatur circa dilectum.

Eandem parentum obligationem incumbendi ſolicito ſtudio educatione filiorū, & eorū mores curādi deriuo ex amore, quē quiſq; ciuis, vt eius pars, debet habere erga Rempublicam, cuius bonum, & perfecta conſtitutio ex iuuentutis eruditione, & inſtitutione pendet; illa enim eſt bona, & perfecta Reſpublica, quæ bonis conſtat ciuibus, boni autem ciues nequaquam erunt, niſi ab adoleſcentia bonis moribus, & artibus fuerint eruditi, & cum ætate creuerit vitæ probitas; vt proindè parentes, præceptores, Tutores, aliique puerorum, & adoleſcentum curam habentes, qui ſolicitè illorum educationem, & mores curant, quique iuuenturem ciuitatis bonis artibus inſtruunt, nunquam vel ſatis commendati, vel dignis præmiis foueri poſſint. *Non enim is ſolus Reipublica* (inquit Seneca *de tranquillitate animi, capite tertio,*) *prodeſt, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace, belloque cenſet; ſed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, virtute inſtruit animos.* Ipſa namque 4

experientia docet puerorum inſtitutionem, & diſciplinam eſſe fontem totius boni, & mali, quod in Rempublicam manat; primumque ædificij, & politici regiminis, & vniuerſæ Reipublicæ fundamentum, quod innuit Simanca *de Repub. lib 9. cap.25.* Cuius hæc ſunt verba. *Puerorum ingenia tamquam agri, ex quibus Reſpublica ſuos omnes fructus eſt perceptura, diligentiſſimè colantur, & rebus optimis ſerantur.*

5 Addo ad hanc ſolicitudinem debere parentes impelli ex amore, erga ſeipſos; magnus enim honor illis acquiritur, & ingens gaudium accreſcit ex filiorum diſciplina, & probitate; & non leui inhonorationi efficiuntur obnoxij, ſi indiſciplinatis, & prauis moribus corrupti appareant. De hoc Eccleſ. *cap. 22.* habemus. *Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato.* Et Prouerb. 19. *Dolor patris filius ſtultus.* De illo. *Filius ſapiens lætificat patrem* Prouerb. 10. & Paulus 1. *ad Theſſal. 2.* Filios à ſe in ſpiritu genito, & lacte ſanctæ inſtructionis enutritos, propriam coronam, & ſui ipſius gaudium appellat. *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos?* Et Seneca amico Lucillo ſcribens *lib 5. epiſt. 34.* *Si agricolam* (inquit) *arbor ad fructum producta delectat; ſi paſtor ex fœtu gregis ſui capit voluptatem; ſi alumnum ſuum nemo aliter intuetur, quàm, vt adoleſcentiam illius ſuam iudicet. Quid euenire credis his, ò Lucille qui ingenia educarunt, & quæ tenera formauerunt, adulta ſubitò vident.* Denique de vtroque Sanctus Petrus Chryſologus *ſerm. 94.* *Nam ſicut diſcipuli probitas* (ait) *laus eſt Magiſtri, ita Magiſtri vituperatio diſcipulus neſciens diſciplinam.* Non prætermittendum etiam parentes ex bona filiorum educatione, & diſciplina ingens apud Deum meritum conſequuturos, vt ſcriptum reliquit Diuus Hieronymus *epiſt. 95.* vnde ad Tim. 5. ex huiuſmodi filiorum educatione commendator vidua, ſi filios educauit, è contrà verò parentes filiorum inſtitutionem negligentes infidelibus æquiparantur, & ipſis infidelibus deteriores pronunciantur; *ſi quis* (inquit ibidem Apoſtolus) *ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.*

§. II.

De obligatione parentum ſolicitè procurandi filiis baptiſmum.

6 CErtum eſt apud omnes parentes teneri prouideri filiis neceſſaria non ſolum ſaluti corporali, ſed etiam multò magis neceſſaria ſaluti ſpirituali, vt conſtat ex traditis præcedenti paragrapho, & tradunt Doctores ſuprà *numero primo* relati; præſertim Saytus, Bonacina, Fagundez, Nauarrus, Graffius, & præter hos Henriquez *libro 2. capite 23. numero 1. litera A. in Gloſſa*, & alij, quos ipſe latè refert; ac proindè, cum baptiſmus ſit ad ſalutem neceſſarius, tenetur pater curare, vt filij baptizentur; qua etiam obligatione tenentur tutores, & alij filiorum curam habentes. ita Henriquez *dicto libro 2. capite 4. numero 3. dicto capite 23. numero 1.* Suarez *tomo 3. in 3. part. diſputatione 31. ſectione 2.* Coninch *de ſacrament. quæſt. 68. numero 5.* Bonacina *de ſacramen. diſputat. 2. quæſt. 1. part. 2. num. 6.* Layman *lib. 5. tractatu 2. capite 6. numero 8.* Caſtrus Palaus *parte 4. tractat. 19. part. 8. num. 8.* & alij apud eoſdem. Et quidem in articulo, ſeu periculo mortis manifeſtè vrget obligatio charitatis ad procurãdum baptiſmum, ne filius carens baptiſmo in perpetuum condemnetur, & à regno cœleſti excludatur. Extra verò articulum, & periculum mortis licet non obliget charitatis præceptum, nec præceptum aliquod diuinum poſitiuum, obligantur tamen parentes, & alij, qui curam infantium gerunt ſub graui culpa præcepto Eccleſiæ non quidem ſcripto, ſed vſu, & conſuetudine vniuerſali introducto, vt illos, quam primum à natiuitate baptizari curent, néve diu ſine iuſta cauſa illis differant baptiſmum. ita *locis citatis* Henriquez, Suarez, Coninch, Bonacina, Layman, Caſtrus Palaus, & Villalobos *p. 1. tract. 5. diff. 18.* & meritò fuit tale præceptum inductum; quia videtur quidam Dei, religioniſque contemptus, & alienum eſt à parentum pietate, & charitate diù conſeruare filios mancipia diaboli, & inimicos Dei; cum facile poſſint membra Chriſti & Eccleſiæ, & filios Dei efficere; & regni cœleſtis hæredes cõſtituere. Quare ſi in hoc parẽtes, vel tutores negligentes fuerint, Paſtores Eccleſiæ ratione officij obligari eorũ negligentiam emendare tradunt locis citatis Suarez, Layman, & Palaus. Quæ autem ſit dicenda notabilis, & diuturna dilatio ſufficiens ad præfatum peccatum mortale in parentibus, & tutoribus negligentibus, Bonacina ait, non peccare mortaliter, ſi baptiſmũ differant per tres, vel quinq; aut ſex dies. Henriq. *d. c. 4. n. 3.* ait non peccare mortaliter, ſi infanti baptiſmũ differant circiter duodecimũ diẽ. In Concilio Prouinciali Mediolanẽſe 1 *p. 2. fol. 34.* cõſtituta eſt pœna excommunicationis contra eos, qui non curant baptizari infantem ante nouem dies, vnde videtur cenſuiſſe notabilem dilationem, ſi differatur baptiſmus vltra octauum diem. At Suarez, Layman, & Palaus (& idem videtur ſentire Coninch) aiunt relinqui arbitrio prudentis iudicandum, quænam ſit diuturna dilatio ſufficiens ad peccatum mortale. Addit tamen Palaus ſecluſa graui cauſa cenſendam eſſe diuturnam dilationem, ſi vltrà menſem à natiuitate differatur baptiſmus: eo quod ſit res contra communem praxim, & periculo ſcandali ſatis expoſita. Ex rationabili, & graui cauſa (qualis fortè eſt, ſi expectandi ſint Patrini, vt baptiſmus maiori cum ſolemnitate fiat, vt ſæpe euenit, cum filij magnatum ſunt baptizandi) conueniunt Doctores licitam eſſe maiorem dilationem, adhibita tamen diligenti cura, vt omnibus periculis occurratur, vt infans non moriatur abſque baptiſmo; Quo in caſu Palaus, & Layman baptiſmum poſſe differri quidem vltra menſem, ſed non vltra duos: Coninch verò dicit poſſe differri aliquantulum, nil determinans circa qualitatem dilationis; & in hoc etiam caſu videtur determinatio temporis relinquenda arbitrio prudentis attenta grauitate cauſæ. Nunquam tamen licitum eſſe extra neceſſitatem, ſeu periculum mortis baptiſmum abſque ſolemnitate, & conſuetis Eccleſiæ cæremoniis miniſtrare, & propterea grauiter peccare parentes, vel tutores, qui filios domi baptizant extra caſum vrgentis neceſſitatis, credentes Eccleſiæ ſatisfacere ſi poſtmodum filios ad Eccleſiam deferant pro cæremoniis baptiſmi ſuſcipiendis, tradunt locis citatis Paulus Layman, & Caſtrus Palaus poſt Armillam *V. baptiſmus n. 45.* vbi. *A peccato* (inquit) *non excuſantur Magnati, qui primo pueros baptizari faciunt in domo ſine ſolemnitate extra neceſſitatis caſum, ſed propter maiorem pompam, vel expectationem compatrum, non enim eſt ſufficiens cauſa. Et illi vero* (addit) *non efficiuntur compatres, quia iam puer erat baptizatus.* Et vbi abſque baptiſmo tantum cæremoniæ infanti adhibentur non contrahi cognationem ſpiritualem compaternitatis tradunt etiam Angelus *V. baptiſmus numero 4.* Nauarrus *in man cap. 22 num 40.* Layman *d. cap. 6. n. 4.* & alij Doctores communiter.

Quemadmodum autem parentes, & tutores tenentur paruulis iam natis quàmprimùm procurare baptiſmi collationem; ita etiam adulti, dummodo iá in fide ſint ſufficienter inſtructi, & probati, diuino Chriſti præcepto obligantur ad ſacramentum baptiſmi ſuſcipiendum, cum primum commodè poſſunt, & 7

ad

Digitized by Google

ad illud diu non differendum, vt tradunt Doctores communiter. Caietanus *3. parte, queſtione* 68. *articul.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.* 5. *q. vnica art.* 3. Henriquez *d. cap.* 4. *nu.* 2. Suarez *d. ſect.* 2. Coninch *d. q.* 68 *articul.* 3 *num.* 36. *&* 37. Layman *d. cap.* 6. *num* 8. *initio.* Caſtrus Palaus *d. part.* 8. *num.* 5. & alij ab iiſdem *allegati.* Ratio ſumitur ex fine, ad quem baptiſmus fuit à Chriſto Domino inſtitutus; fuit enim inſtitutus non ſolum in peccati originalis remiſſionem, ſed & in ſignum, quo fideles congregentur in vnum, vnámque Eccleſiam viſibilem conſtituant, participéſque fiant reliquorum ſacramentorum, & ſacrificij fructus. Huic autem fini grauiter obſtat, qui baptiſmum longo vitæ tempore abſque ſufficienti cauſa ſuſcipere recuſat; & conſequenter grauiter peccat vti viam ſalutis negligens ſe à Chriſto, & eius Eccleſia, in qua eſt vera ſalus, ſeparando. Similiter baptiſmus eſt inſtitutus ad fidem ſolemniter profitendum, vnde & ſub expreſſa Sanctæ Trinitatis inuocatione confertur, & fidei ſacramentū dicitur. Ergo tenuēs illū ſibi ſufficienter propoſitū ſuſcipere profeſſioni fidei eſt inimicus. Præterea probatur ab inconuenienti, quia alioqui in fide ſufficienter inſtructus, ſi cum primum poteſt commodè, non obligaretur præcepto diuino baptiſmum ſuſcipere, nunquam extra mortis articulum obligaretur, cum nulla ſit ratio, cur magis in vno, quàm in alio tempore extra illum articulum obligetur, atque adeo poterit quis abſque peccato ſeparatus à Chriſto, & eius Eccleſia, & Sacramentorum vſu vſque ad finem vitæ perſeuerare; Quod eſt abſurdum. Non obſtat antiquus vſus, quo plures vſque ad maturiorem ætatem, vel ad extremum vitæ baptiſmum differebant; Nam vel factum eſt ex rationabili cauſa, vel ex ignorantia fuerunt excuſati. Licèt etiam in can. *duo tempore & ſeqq. de conſecr. d.* 4. Miniſtris Eccleſia præcipiatur ſolum vigilia Reſurrectionis, & Pentecoſtes baptiſmum miniſtrare extra neceſſitatis caſum; Nihilominus creſcente populo, & occaſione miniſtrandi baptiſmum conſuetudine præfatum decretum abolitum eſt; & quouis tempore baptiſmus miniſtrari poteſt. Etſi autem Eccleſia non poteſt Catechumenis, & iam in fide inſtructis ſuo præcepto determinare tempus, in quo obligentur baptiſmum ſuſcipere, & vltrà non differre, ſicut determinauit tempus annuæ confeſſionis, quia Eccleſiæ non habet iuriſdictionem in non baptizatos, vt definit *Trid. ſeſſ.* 14 *c.* 4. ſed tantum in baptizatos; nihilominus poteſt declarare obligationem diuino præcepto illis impoſitam, ſcilicet, declarando quibus in circumſtantiis, & occaſionibus præceptum diuinum de ſuſcipiendo baptiſmo obliget, quia per hanc declarationem nullam in non baptizatos iuriſdictionem exercet; ſed ſolum exercet clauem ſcientiæ à Chriſto Domino conceſſam pro rebus dubiis reſoluendis. Ita Coninch *d. n.* 3. *dubio vnico* Layman *d. ca.* 6. *cit. n.* 8. *verſic. dubitatur* & Palaus *d. p.* 8. *n.* 7.

Infantes nati ex vno parente infideli, & altero fideli, vel ſi poſt natiuitatem alter parentum infidelium conuerſus eſt ad fidem, ſunt baptizandi volente parente fideli.

Porrò nati ex vno parente fideli, & altero infideli Iudæo, vel Pagano, vel nati ex parentibus infidelib. quorum alter poſtea ad fidem conuerſus ſit, ſi adhuc paruuli ſint annuente patre fideli, & Chriſtiano poſſunt, & debent baptizari etiam inuito, & renuente parente infideli. ita Henriq. *d. lib.* 2 *c.* 25. *n* 3. *&* 4. Azor. *p.* 2. *lib.* 8. *c.* 25. Rebell. *q.* 2. *de oblig. iuſt. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 20. *n.* 12. Coninch *d. q* 68 *nu.* 82. Layman *d. c.* 6. *n* 10. *verſ.* Tertiò. Palaus *d. tr.* 19 *p.* 6 *n.* 11. Paſchalis *de patria poteſt. p.* 1. *c.* 7. *n.* 8. *& ſeqq.* Ant. Ricciullus *de iure perſonarum lib.* 2. *c.* 32. *n.* 25. Auguſt. Barboſa *collect. ad cap. ex literis de conuerſ. infidelium n.* 2. *& collect. ad can. Iudæi.* 28 *q.* 1 *n.* 7. *& alij ab ipſis relati.* & conſtat *ex can. Iudæi ſumpto ex Concilio Tolet.* 4. *cap.* 62. vbi dicitur prolem debere ſequi religionem parentis fidelis ſiue matris, ſiue patris. *& d. cap. ex literis.* vbi decernitur prolem debere educari penes fidelem, poſtea ad fidem conuerſum, altero remanente in infidelitate, ne proles exponatur ſalutis animæ periculo. In nutriendis enim filiis, ſecúmque retinendis, & gubernandis maximè circa neceſſaria ad ſalutē animæ æquale ius eſt patri, ac matri. Quare ad baptizandum infantem infidelis Iudæi, vel Pagani filium ſufficit matrem eſſe ad fidem conuerſam, & ab ea offerri; potius enim matri fideli, quam patri Iudæo cōmittenda educatio, vt conſtat ex *d. can. Iudæi, & colligitur ex citato cap. ex literis,* & tradunt præter præallegatos alij Iuriſperiti à Paſchali *d. c.* 7. *n* 8 *relati.* Etſi enim etiam patres Iudæi habeant filios in poteſtate, vt Gloſſa 1. *in can. Iudæorum* 28 *q* 1. & communiter DD. quos referunt, & ſequūtur Paſchalis *d. c.* 7. *n.* 9. & Auguſt. Barboſa *collect. ad d. can. Iudæorum nu.* 1. Nihilominus in hoc caſu de patria poteſtate non curatur, vt Paſchalis ibidem *n.* 16. Nam quando eſt diuerſa conditio patris, & matris tunc filij illius conditionem ſequuntur, ex qua eorum conditio non efficitur deterior, vt ibidem idē Paſchalis ex Gloſſ. *in cap. fin. de cland. deſponſ. & ex cap. ex tenore, qui filij ſint legit.* & ex Baldo *in l. quæ contra, Cod. de inceſt. nupt.* & colligitur ex *d. c. ex literis,* vbi dicitur prolem non à matre infideli educandam apud parentem Iudæum ad fidem conuerſum; nam licet textus ex contingentia facti ponat caſum in patre ad religionē Chriſtianam conuerſo, tamen ex rationis identitate idem dicendum eſt in matre ad fidem conuerſa; nam deciſionis ratio, quæ ibi aſſignatur per Summum Pōtificē, eſt, quod in illa ætate infantili non debeat apud illas remanere perſonas, de quib. poſſet eſſe ſuſpicio, quod eorum ſaluti, vel vitæ pararentur inſidiæ. Siue ergo Pater, ſiue Mater infidelis ad fidem veniat altero in infidelitate perſeuerante, cōmunis ſoboles eſt aſſignanda conuerſo ad fidem, ſaltem vbi filij non ſunt doli capaces, ob illam rationem, quod pater, & mater non iudicantur ad imparia quoad filiorū conditionē, quando ſunt diuerſi ſtatus, vt Paſchalis *d. c.* 7 *n.* 10. *fine* poſt Barbatium *conſil.* 57 *per totum lib.* 3.

Ampliatur præfata communis doctrina, quòd, vt filius poſſit, & debeat baptizari, ſufficiat vnum ex parentibus eſſe, vel factum eſſe fidelem, vt procedat ſiue parēs tam fidelis ſit immediatus, vt pater; ſiue mediatus, & ſic mortuo patre, ſi ſit ſuperſtes auus paternus fidelis, ſiue iam ad fidem conuerſus, & petat filiū nepotem baptizari, & apud ſe educari, poteſt, & debet filios baptizari reclamante matre infideli. ita reprobata opinione Nauarri *conſ.* 4. *tit. de conuerſ. infideliū* 1. *p. lib.* 3. fuiſſe in Curia Romana reſolutum teſtatur ibidem in fine additio; vbi, Matre Iudæa ſuper educatione infantis ex patre Hebræo procreati contendente cum auo infantis paterno; qui defuncto eiuſdē infantis patre in infidelitate, ſuperſtes aderat ad fidē conuerſus, & petebat paruulum nepotem apud ſe educari, & baptizari; lata ſententia infans traditus fuit auo Chriſtiano ab eo educandus, & fuit poſtea inuita matre baptizatus, ac in fide perſeuerauit. & ita docent etiam Paſchalis *d. cap.* 7. *num.* 4. Ricciullus *dict. cap.* 32. *num.* 25. & Auguſtinus Barboſa *locis citatis.*

Quin imo altero ex parentib. infidelibus ad fidem conuerſo, & baptizato, etiā ſi vterq; parēs tam fidelis, quàm infidelis recuſarent filium communem baptizari adhuc poterit filius paruulus baptizari, quia ex eo, quod infans habet vnum ex parentibus fidelem,

Eccleſiæ eſt quæſitum ius, qood fidei faoore abſorbet ius iufidelis, ob qood poteſt cogere parentem fidelem ad baptizandũ filios infantes, qui propterea contra voluntatem infidelis, & fidelis parentis poſſuot baptizari, ſicut etiam filij patentum Chriſtianorum poſſunt, & debent baptizari, quantumuis pareotes recuſarent, cum ratione baptiſmi ſint omninò de poteſtate Eccleſiæ. ita Azorius *d. quæſt.3.* Riccullns *dict. cap. 32. numero* 22. Farinacius *frag. crimin. part. 2. verſic. Iudei. n. 631.* & Rebellus *loco ſuprà allegato.*

10 Si etiam vterque parens ſit gentilis, alter tamen eorum conſentiant infaotem commuoem baptizari ad finem liberandi eum à culpa origioali, & propter animæ ſalutem, id ſufficere, vt poſſit contra alterius voluntatem baptizari, docent Coninch, Layman, & Caſtrus Palaus *locu ſuprà nu. 7. initio relatu*; & probat ratio ibidem adducta. Aduertunt tamen caoendum eſſe periculum Apoſtaſiæ, & ſacrilegij, ac proindè non eſſe conferendum baptiſmum, niſi ſit ſpes, vt proles ſit Chriſtianè educanda. Quare ſi parens infidelis conſentiret in baptiſmum, non quia crederet animæ ſaluti prodeſſe, ſed quia putaret eo infantem liberandum eſſe à corporis ægritudine, vel dæmonis vexatione, non videretur ille conſenſus ſufficiens, vt baptiſmus filio concederetur, ſi filius parentibus reſtituendus eſſet; quia ea illo conſenſu non remouebitur periculum peruerſionis, & irriſionis fidei. ita Layman *d. cap. 6. n. 10 verſic. Quamobrem.* Palaus *loco citato, & alij apud eundem.*

11 Sed quid, quando alter parentum infidelium venit ad fidem, filij ex ipſis parentibus infidelibus nati ſunt iam doli capaces, an tunc poſſint, & ſint cogendi ad Chriſtianam religionem capeſſendam, baptiſmúmque illis ſufficienter propoſitum ſuſcipiendum. Paſchalis *d. cap. 7. nu. 10. fine.* dicit eos fore relinquendos propriæ libertati. & voluntati. Certum eſt Eccleſiam, cum non habeat in eos iuriſdictionem, non poſſe per ſe eos cogere ad baptiſmum ſuſcipieodum, vt conſtat ex traditis *n* 7. At ſi pater filiorum infidelium ſit Chriſtianus, & fidei cultor, poſſet, & deberet illos inducere etiam præcepto, vt propoſitam ritè fidem, & baptiſmum ſuſcipiant, vt notat Henriquez *d. lib. 2. cap. 25. n. 3.* & ratio eſt, inquit idem Henriquez, quia pater habet quoddam ius in filios, vt etiam dirigat circa fioem ſupernaturalem; ſicut in ſtatu legis naturæ Princeps, & Reſpublica, quæ ſua electione creabat Sacerdotes, dirigebat ciues in coltum Dei, & finem etiam ſuperoaturalem. Addit Henriquez *d. n. 3. litera* R in Gloſſa, quod etiam pater paganos poteſt, & præcepto diuino tenetur iurare, vt filij ſui baptizentur, quia cenſentur pars patris (vt ſuprà §. 1. dictum eſt) & lex ſupernaturalis, ac diuina Chriſti obligat parentem pro ſe, & ſuis; ſic in ſtatu legis naturæ Pater tenebator prouidere ſpiritualia ſuis filiis, qua quidem poteſtate oon eſt priuatus per legem Chriſti.

§. III.

De obligatione parentum erudiendi filios in fide Catholica, & ÿs, quæ ex neceſſitate ſalutis quilibet Chriſtianus credere, & ſcire tenetur.

12 Fides Catholica eſt prima ſemita, qoa tendimus ad poſſeſſionem primi, & ſummi boni; teſte Apoſtolo ad Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere; & ſine fide impoſſibile ſit placere Deo. Ideoque Clemens Alexaodrinus *lib. 2. ſtromatum n. 4.* dixit *Fidem eſſe inſtar elementorum, ſine quibus viuere nequimus, & eſſe magis neceſſariam ad vitam, quam reſpirationem.* Eſt enim fides initium, & fundamentum ex neceſſitate præmittendum, quo omnis ſpiritualis ſtructura innititur; *fundamentum enim aliud*, inqoit Apoſtolus 1. ad Cor. 3. *nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus IESVS, id eſt, fides in Chriſtum IESVM*, prout communiter expouunt Patres. Conſtat autem ædificij cuiuſque ſtabilitatem totam à fundamento eſſe; adeóque ſicut fundamentum ipſum ſimpliciter eſt neceſſarium, ita ſimpliciter oeceſſaria eſt fides ad ſpiritualis virtutis ædificium, & ad ſalutem. Quare in omni hominum ſtatu non ſolum credendum de Deo fuit, qood vnus eſt Deus omnium Creator ſuper omnia diligendus, adorandus, colendus, quod ſua ſapieotia, & prouidentia cuncta in ſingulari regit, & adminiſtrat, quod eſt Trinus in perſonis; vnus io ſubſtantia; quod eſt optimus, miſericors, & iuſtus, remunerator bonorum, ac ſperantium in ſe, ac puoitor malorum iuxta eorum demerita, licet minus, qoàm meruerunt; & quod propterea eius lex, & præcepta ſunt ſeruanda; ſed etiam adfuit præceptum diuinum de credendo Mediatore, & propitiatore Chriſto, ſecundum modum, ac menſuram reuelationis, aut prædicationis pro temporum, aut perſooarum varietate facta. Cum enim Chriſtus à Deo Patre conſtitutus ſit caput, dux, via, & medium ad vitam æternam; conueniens eſt, vt hoc caput, huoc Ducem, viam, & Mediatorem ſuum cognoſcant; & per hanc fidei cognitionem corpori eius myſtico, ſiue Eccleſiæ militanti vniantur. Non eadem autem in omni ſtatu fuit cognitio; ſed vt notauit Sanctus Thomas *2. 2. quæſt. 2. art. 7.* quantò homioes remotiores fueruot à tempore Chriſti, tantò difficiliùs, & obſcuriùs myſteria fidei Chriſtianæ communiter crediderunt, nempe, ſecundum modum reuelationis ipſis factæ. Dum enim myſteria Redemptionis humanæ ante Chriſti aduentum figurarum velamine occultata manebant, ſatis erat fidelibus genericè, & confusè credere futurum aliquem (ſiue Deum ſiue Angelum, ſiue purum hominem) qui humanum genus à peccati ſeruitute liberaret, & Deo reconciliaret, neque neceſſe erat in ſpecie credere fore hunc Dei filium, hominémque moriturum, reſurrecturum, &c. Exceptis iis, quibus Deus Incarnationis, ac Redemptionis myſterium explicitè, & diſtinctè reuelaſſe creditur, nempe, Adamo, Henoc, Iobo, & nonnullis aliis gentilibus, item Patriarchis, & Prophetis, ac cæteris Maioribus Eccleſiæ, qui explicitè, ac ſpeciatim Chriſtum Dei Filium pro humani generis ſalute moriturum; adeóque SS. Trinitatis, & Incarnationis Verbi myſteria crediderunt, ſacrificiis figurarunt, & populo ſub vmbris, & velaminibus Dei iuſſu annonciante, & exindè conſtans ſemper fama, & perſoaſio de futuro mundi Redemptore emanauit. De quo S. Thomas vbi ſuprà, & Theologi communiter agentes de fide.

At verò in lege noua, & poſt Chriſti aduentum omnes tam Maiores, quam Minores, ad quos Euangelicæ veritatis promolgatio ſufficienter peruenit, Chriſtianæ fidei myſteria explicitè credere obligati ſunt. De qua obligatiooe quorũcunq; fideliũ vulgariũ etiã, & rudium credendi explicitè tractant Scholaſtici *3. ſent. diſt. 25.* S. Tho. *2. 2. d. q. 2. art. 5 ibid. Scribentes.* Sanch *lib. 2. Sum. ca. 3.* Azorius *p. 1. lib. 8. c. 6 q. 2. & c. 7. q. 3.* Layman *lib. 2 tr. 1. c. 9. & alij apud eoſdem*, & cõmonitet ſeorſiũ vnũquemque fidelium neceſſitate præcepti teneri ad credendum actualiter, & explicitè articulos in ſymbolo contentos, quoſq; publico, ac ſolẽni ritu, vſúque, & prædicatione ſancta Eccleſia proponit, ſaltẽ ſecũdum ipſorum ſubſtantiã, vt vero conceptu, qoamuis imperfectè, & coofusè apprehendantur, & credantur. Status enim, & profeſſio Chriſtiani hominis exigit, vt ſumma, ac præcipua Chriſtianæ fidei 13

capita

capita, ſiue articulos cognoſcat, & credat; vt etiam conſtat ex perpetua Eccleſiæ praxi, quæ ad baptiſmum, in quo fidei profeſſio fit, neminem adultum admittit, niſi ſymboli articulis ſit inſtructus, illoſque credat. Quare communiter reprobatur opinio Roſellæ *v. fidei n.1. & quorundam Canoniſtarum*, quos Sylueſter *v. eodem q.3. &* Sanchez *d.cap.3. num. 3.* referunt; Aſſerentium fidelibus rudibus ſufficere, ſi fidei articulos, ſiue præcipua capita credant implicite, ſcilicet, credendo quidquid credit Sancta Mater Eccleſia. Si tamen aliqui Chriſtiani, vel ob inſtructorum penuriam, vel ob nimiam ruditatem fidei myſteria ignorent, à culpa excuſari, & ſaluari poſſe non videatur negandum. Rarò tamen videntur poſſe laborare inuincibili, & inculpabili ignorantia myſteriorum, quæ Eccleſia ſolemniter celebrat.

14 Quod autem dictum eſt de myſteriis fidei in ſymbolo contentis, idem iuxta Doctorum communem, vt apud Sanchez *d. cap.3.* & Laymann *d.cap.9. n. 3.* de Sacrificio Miſſæ, ſeptem Sacramentis, præceptis decalogi, & Eccleſiæ, atque de Oratione Dominica, ac Salutatione Angelica. Ad horum enim omnium ſicut & articulorum Symboli notitiam habendam obligati ſunt fideles, & conſequenter tenentur, & articulos Symboli, & prædicta omnia addiſcere, ſi non verbotenus, ſaltem ſecundum earum ſubſtantiam. Quod etiam oſtenditur, quia oportet, vt quiſque diſcat ea, quæ ſunt ſui muneris, ad quod præſertim ſe adſtrinxerit, vt Sanchez *d.cap.3.n.11.* & Laymann *d.cap.9.n.3.* In baptiſmi autem regeneratione ad tria nos obligamus, quæ & profeſſi ſumus, fidei confeſſionem, diuinorum mandatorum obſeruationem, & abrenunciationem Satanæ, pompiſque, & operibus illius. Ergo obligatus eſt quilibet Chriſtianus ea ſcire, quibus poſſit ſuas tam arctas in tanto ſacramẽto factas Deo promiſſiones implere, hæc autem ſunt fidei ſymbolum, preces, mandata, & peccata, quæ ſunt Satanæ opera, atque pompæ. Tenetur ergo quilibet fidelis ea ediſcere ſaltem quoad ſubſtantiam. Imò quod attinet ad Orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum eſſe Eccleſiaſticum præceptum, ſub veniali tamen tantum obligans longa conſuetudine introductum, vt ea memoriter addiſcantur, docent Paludanus 4. *diſt.15.q.1. ar.1.* Nauarrus *in man.cap.11.num.22.* & Laymann *dict. num.3.* & videtur colligi ex can. *vos ante omnia, de conſecr. d.4.*

15 Ex quibus infertur prædicta omnia, quæ quilibet fidelis pro ſalute obtinenda ex præcepto diuino credere, & ſcire tenetur, parentes teneri per ſe, vel per alios idoneos inſtructores edocere filios ſuos. Vt tradunt omnes Doctores *ſuprà num.6.* initio relati, Laymann *d.cap.9.n.3.fine* & ex aliis Doctoribus *ſuprà nu. 1. relatis* Marcus Anton. in Microcoſmia *p.2.* dialogo 8. Ægidius Romanus *d p.2.cap.5.* Iauellus *d.tr.3.q.12.* & Homobonus *d.cap.20.* Vnde D. Auguſtinus *ſerm. 216. de tempore. Ille bonus Chriſtianus* (ait) *qui Symbolum, & Orationem Dominicam memoriter tenet, & filios, vel filias ſuas, vt ipſi teneant, fideliter docet.*

16 Cum autem præcepto diuino prædicta credendi, & ſciendi obligentur fideles, cum primum rationis vſum aſſequuntur, vt aliis relatis docet Sanchez *d.c.3. n.12.* cum ex tunc præcepto diuino res fidei explicite credendi, ſeruandi mandata, recipiendi baptiſmum, & confitendi fidem adſtringantur; ideo in iiſdem myſteriis fidei, & aliis neceſſariò ab vnoquoque fideli ſciendis ab ipſa infantia filij per parentes, vel alios inſtructores ſunt erudiendi, maxime cum tunc ſint magis apti ad imbibenda fidei myſteria, vt locis citatis latè Ægidius, & Iauellus explicant, & probant triplici ratione. Prima, quia fidei Catholicæ myſteria tranſcendunt humanam rationem, vnde eis ſimpliciter credendum eſt, & acquieſcendum ex auctoritate diuina, & ex ſimplici credulitate, non ex perſpicacia rationis, & demonſtrationibus hominum. Quare expedit, vt in illa ætate proponantur, & addiſcantur, in qua non quæritur dictorum ratio, ſed ſimpliciter acquieſcitur dictis, & facile creditur. Hæc autem eſt prima, & infantilis ætas. Infantes enim non quærunt à patre, vel matre, aut Magiſtro rationem eorum, quæ eis addiſcenda proponuntur, cum vſum rationis non habeant, & facile acquieſcunt dictis; vnde Ariſtoteles in 11. *Rhet. c.* 12. dixit, quod iuuenes eruditi ſunt ſolum à lege; appellat autem ibi Philoſophus (vt obſeruat Ægidius *d.c.6.*) eruditionem à lege, monitiones maternas, & documenta illius fidei, quam parentes tenent. Secunda ratio eſt, quia in omni gente parentes ſtatim ſunt ſoliciti erudire proprios filios in iis, quæ ſunt fidei illorum, & in iis, quæ pertinent ad eorum leges, & cultum diuinum ab iiſdem legibus præſcriptum, vt conſtat ex Ariſtotele *d.c* 12. tanto ergo magis debent efficere parentes profitentes Chriſtianam fidem, quanto Chriſtiana religio, & lex ſuperat cæteras religiones, & leges; ſola enim religio, & lex Chriſtiana eſt immunis ab omni errorum cõtagio; in cæteris aliis religionibus, & legibus falſitates aliquæ ſunt admixtæ. Tertia ratio eſt, quia iis quæ ſunt fidei Chriſtianæ firmiter, & inſeparabiliter adhærendum eſt; Cum ergo ex vna parte conſuetudo ſit quaſi altera natura ex Ariſtotele *lib.2. de memoria, & reminiſcentia c 11. & ſequenti* § latius oſtenditur; ac proinde quanto aliquid eſt aſſuetum, tanto magis vertatur in naturam, & illi feruentius, & firmius adhæreamus; & ex alia parte magis ſimus aſſueti ad ea, circa quæ in ipſa infantia inſudamus, quam ad alia, & per conſequens magis adhæreamus illis; myſteria fidei filiis ab infantia proponenda, & explicanda ſunt, vt ab illa ætate illis aſſueti firmiter, & perſeueranter adhæreant.

17 Cæterum obligatio, qua tenentur parentes (& etiam tutores, & alij puerorum curam habentes, & Paſtores animarum, vt Nauarus *in man.c.11.n 22. Sà v. fidei n.2.* Laymann *d.n 3.* & Doctores cõmuniter) erudiendi ſuos liberos naturales de rebus ad ſalutem neceſſariis, adſtringit etiam Patrinos baptiſmi, de quibus D. Auguſtinus *ſerm. 163. de temp. 25.* (& refertur d. can. *vos ante omnia de conſecr. d.4.*) *Quicunque viri* (inquit) *quæcunque mulieres de ſacro fonte filios ſpirituales exceperint cognoſcant, ſe pro ipſis fideiuſſores apud Deum extitiſſe, & ideo ſemper illis Solicitudinem veræ charitatis impendant, & admoneant, vt caſtitatem cuſtodiant,* &c. & proſequitur inſtructionem obſeruantię pręceptorum, fugæ delictorum, & confeſſionis inconcuſſæ fidei. & *ſerm. 215. Neſcio* (ait) *qua fronte ſe Chriſtianam dicat, qui paucos verſus in Symbolo, vel in Oratione Dominica parare diſſimulat. Filius, quos in baptiſmo excipitis, ſcitote vos fideiuſſores prò ipſis apud Deum extitiſſe; & ideo tam illos, qui de vobis nati ſunt, quàm illos, quos de fonte excipitis, ſemper caſtigate, atque corrigite, vt caſte, iuſte, & ſobrie viuant,* & eandem Patrinorum obligationem docent Valentia *to.4. diſp. 4.q.2.p.3.* Suarez *to.3. in 3.p.q. 68. art. 8.* Homobonus *d.cap.10.n.2.* & Doctores communiter.

18 Quod ſi parentes, & alij, ad quos ſpectat pueros in ſupradictis inſtruere, fuerint notabiliter negligentes, ſciant ſe mortaliter peccaturos, vt tradunt Doctores *n.6. relati,* & patet ex grauitate negotij:

§. IV.

De obligatione parentum filios bonis moribus, & Chriſtiana diſciplina inſtituendi, curandique vt à vitiis abſtineant, & peccatis; Deum diligant; eius, & Eccleſiæ mandata obſeruent; & virtutum actibus aſſueſcant.

19 NOn ambigendum, neque in dubium verti poteſt, magnam eſſe vim educationis ad mores honeſtos, vel prauos imbibendos, ſeu inducendos; ac proinde toto cælo errarunt, qui educationem affirmarunt nil ad virtutem vel prodeſſe, vel nocere, ſed quemque iis moribus imbutum durare, qualis natura aut ad vitium, aut ad virtutem propenſus exſtat; *ſi præcepta* (inquit Seneca *epiſt. 94.*) *nihil adiuuarent, omnis inſtitutio tollenda eſt, ipſa natura contenti eſſe debemus.* Addit idem Seneca. *Erras, ſi exiſtimas nobiſcum vitia naſci, superuenerunt, ingeſta ſunt.* Et Plato *dialogo 4. de Repub. Educatio, & inſtitutio commoda bonas naturas inducit, & rurſum bonas naturas ſi talem inſtitutionem conſequantur, meliores adhuc, & præſtantiores euadere ſcimus.* Diligenti ergo inſtitutione, atque doctrina propenſionem ad vitia cohiberi, & in bonam verti naturam; ac ſemina virtutum innata vberiores virtutum fructus producere liquet, qua neglecta è contra neceſſe eſt vitia à teneris ſeoſim ſurripere, & poſtea continuato incremento tota ætate diffundi.

20 Hinc igitur concors omnium Doctorum ſententia, parentes, & qui loco parentum ſunt, arcta obligatione teneri ad bonam educationem filiorum, & pupillorum, illoſque informare bonis moribus, & curare, vt ab actibus prauis abſtineant, & præcepta Dei, & Eccleſiæ ſeruent, & virtutibus inſtituantur, ita Doctores *ſuprà num. 1.* Nauarrus, Graffius, Sayrus, Fagundez, Fillinccius Reginaldus, Bonacina, Homobonus *relati loco citato* Ægidius Romanus *d. p. 2. cap. 6.* Iauellus *d. tract. 3. q. 7.* Marcus Antonius di Cames *in d. ſua microcoſm. ap. 2. dialogo 8. & 9.* Henriquez *lib. 2. cap. 2. num. 1. litera A. in Gloſſa* alios referens & alij Doctores communiter agentes de obligatione parentum erga filios. Idem docuit S. Auguſtinus *poſteriori loco ſuprà num. 17. allegato.* Qui etiam *in pſal. 177.* grauiter monet parentes in hæc verba: *Magis cogita, quomodo nutries eos, qui nati ſunt quam vt naſcantur, nō enim iam felicitas eſt habere filios ſed bonos habere.* Idem colligitur ex illo Eccleſ. 7. *Filij tibi ſunt, erudi illos,* &c. & ex Apoſtolo *ad Epheſ. 6.* dicente; *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.* Non ergo parentes ſolum debent eſſe ſoliciti, vt pinguem eis relinquant hæreditatem, copioſas facultates temporales, ſed magis, vt ipſis ſuperſint virtutum ditiſſimi, quæ ſunt veræ diuitiæ; atque adeo amplum patrimoniū ſiliis relinquet Pater, dixit Tull. *l. 1. de officiis,* & efficaciore ſermone D. Chryſ. *in Epiſt. ad Epheſ. c. 6. hom. 21* Si eos virtutibus, & bonis moribus inſtituerit, odiſſe vitia docuerit, & erubeſcere de quocunque dicto, vel opere licet leuiter prauo, & rectæ rationi diſſono. Quare grauiter errant parentes curantes ſolum, vt filij ſint homines, hoc eſt, inter homines diuitiis, & honoribus eminentes. Huiuſmodi parentes tantopere cupientes filios in hoc ſæculo facultatibus abundare, & honoribus præfulgere, nec curantes quid in alio ſint paſturi, à nonnullis corporum, vel carnis, non animarum parentes vocantur; & non vrſorum, qui bonorum parentum ſunt ſymbola, eo quod editos fœtus imperfectos, lingua perficiunt; ſed imitatores Struthionum ſua oua non fouentium, ſed in terra derelinquentium. Improbi enim parentes imprudentium horum animalium dura viſcera induunt; ſi cum illos genuerint, in terrenis affectibus, & moribus, ac temporalium bonorum puluere manere permittunt, nullam rationem ducentes, quod ab infernalibus beſtiis, id eſt, dæmonibus in alio ſæculo miſere deuorentur, de quo Ludouicus de Ponte *p. 2. tract. 5. cap. 9.* Et nouerint parentes notabilem eorum in recta, & Chriſtiana filiorum educatione negligentiam eſſe lethaliter culpabilem, vt in terminis ex Doctor. *d. num. 1. relatis* Sayrus *d. cap. 7. num. 6.* alios allegans, Bonacina *d. p. 6. nu. 3.* Homobonus *d. c. 20.* & indicant Nauarrus, Graffius, Fagundez & alij *d. n. 1 relati.* & etiam D. Auguſtinus *loco ſuprà n. 17 fine citato.*

Porro, vt parentes plene huic obligationi ſatisfaciant, & vt filij in tota ætate à vitiis ſint immunes, bonis actibus vacent, & virtutibus, atque Chriſtiana diſciplina reſplendeant, illorum bona educatio, & inſtitutio à teneris, & ab ipſa infantia ſedulo inchoanda, nec prætermittenda, donec tales euadant, quales bonum ipſorum filiorum, parentum, & totius Reipublicæ exigit. Quemadmodum enim Nutrices tenera infantium corpuſcula diligenti ſtudio fouent, & ſolicita cura conſtringunt, ne membra habeant mutila, aut inflexa; ſic & à primis annis formandi ſunt, & dirigendi mores, *Altius præcepta deſcendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus,* Seneca *de conſolat. ad Heluidium cap. 16. Educatio* (inquit idem Seneca *lib. 2. de ira*) *maximam diligentiam, pluſimumque profuturam deſiderat; facile eſt enim teneros adhuc animos componere; difficulter reciduntur vitia, quæ nobiſcum creuerunt.* Idem ſcribens Lucillo *lib. 19. epiſt. 109. facile conciliantur ingenia tenera ad honeſti rationem.* Cum enim pueri habeant potentias interiores aliis imaginibus vacuas, humores molles, & voluntatem flexibilem, quicunque habitus non ſolum facillime, ſed & perfectiſſime in illis imprimuntur. *Nam & docilioraa* (ait Quintilianus *lib. 1. inſtitut. orat. cap. 12.*) *ſunt ingenia priuſquam obduruerunt.* Et Vegetius *de re milit. lib. 1. cap. 4. Non tantum celerius, ſed & perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur à pueris;* idque ita pro conſtanti habuit Lactantius *l. 7. de diuino præmio cap. 8.* vt hoc ſolo argumento Plato (vt idem aſſeuerat) *lib. 4. de virtute, & lib. 26. de pulchro* magis euidenter animarum immortalitatem probauerit. *Quia in pueris ingenia ſunt mobilia, & ad percipiendum facilia, nam quæ diſcunt, ita celeriter capiunt, at non tunc primum diſcere illa videantur, ſed recognoſcere, & reminiſci.* Pueritia (eſt metaphora D. Anſelmi *de ſimilit. l. 3.*) eſt velut cera mollis, quæ ſtatim, & facile recipit bonorum morum formas, & impreſſiones antequam creſcentibus annis obdureſcat; & quemadmodum ceræ quæ obduruit, difficilime forma ſigilli imprimitur; ita pueritia, quæ prouectiori ætate obduruit, formas bonorum habituum non admittit, vel difficillime recipit. Eadem metaphora ad id vtitur S. Baſilius *in regulis fuſioris diſput. interrog. 15. Animus* (inquit S. Doctor) *dum tener eſt, & ritu ceræ, quæ ipſas impreſſas formas quaſcunque facillime recipit, molliſſime cedit, confeſtim ab initio omni rerum bonarum imbui exercitatione debet, quo videlicet, vbi poſtea rationis vſus acceſſerit, & habitum illum rerum iudicandarum ætas attulerit, pietate iam ab ineunte ætate aſſuetus, nullo impedimento curſu vtatur faciliore; cum & ratio; quod expediat admoneat, & ad id aſſequendum facilitatem præbeat conſuetudo.* Non eſt etiam prætermittendum exemplum dolij odorem liquoris primi infuſi diu conſeruantis; de quo Philo Iudæus *libro quod omnis probus ſit liber, Sicut vaſa odorem, quo primum fuerint imbuta, referunt, ſic iuuenum animi, quas primum formas imaginatione concipiunt, nunquam aboleri ſinunt.* Et eodem exemplo Horatius *lib. 1. epiſt. ad ſolum* admonet à pueritia actibus virtutum vacandum. 21

Nunc

Nunc adhibe primo
Pectore verba puer, tunc te melioribus offer;
Quo ſemel eſt imbuta, recens ſeruabit odorem Teſta diu.

Ad id alludit ſententia illa Saluatoris Matth. cap. 9. quod vinum nouum in vtres nouos ſit mittendum, vt in eis nulla mala qualitate contracta conſeruetur; ſi quidem plurimum refert, vinum diuinæ dilectionis, quod legis nouæ eſt proprium, in nouos vtres paruolorum mitti, priuſquam prauorum aliorum liquorum ſaporem, aut odorem contrahant. *Quod enim ſemel imbibimus* (dixit D. Cyprianus lib. 2. epiſt. 1.) *difficulter deponimus, nec propoſitum noſtrum facile mutamus.* Quod Lycurgus duorum canum, quos diuerſimode educauerat, exemplo ſignificauit, vt Ribad. *de Principe Christiano lib. 2 cap. 39.* Metus, cum quo gallinarum pulli ab initio enutriuntur à matribus, in illis ſemper perſeuerat; ita quod (inquit Seneca *lib. 22. epiſt.* 121.) videntes miluum tranſeuntem ſtatim ſe recipiunt in locum tutum, quamuis ea ſint ætate, vt nihil debeant timere, & miluus de eorum rapina non cogitet. Vndè hoc? niſi ea aſſuetudine, quæ cum illorum pennis creuit. Experientia manifeſta compertum eſt, homines firmiorem retinere memoriam eorum, quæ in pueritia, & adoleſcentia illis contigerunt, quam illorum, quæ poſtea illis acciderunt; & intenſius, ac fortius ætate, vel odiſſe eos, quos in pueritia habuerunt amicos, vel inimicos; quàm eos, in quos in prouectiore ætate amorem, vel odium conceperunt. Quod Ælianus *de varia hiſtoria lib. 1.* obſeruauit in illis duobus ciuibus Athenienſibus Themiſtocle, & Ariſtide; Ambo enim fuerunt ſtrenui Duces, ambo non minus fortitudine, quàm conſilio præditi, ambo virtutibus præcellentes: Ambo iiſdem tutoribus vſi, ſimulque educati, & ab eodem præceptore. Verum à pueritia, & adoleſcentia ipſa cœperunt rixari, & contentiones habere, quando ſcholas frequentabant; in ſtudiis malè educati fuerunt; ideoque cum ætate creuit odium, & ad mortem vſque capitales inimici extitere; vt Plutarchus in vita Themiſtoclis; & Probus in vita Alcibiadis. Filia Herodiadis, quæ à pueritia à matre fuit edocta ſaltare, non diuinas laudes recitare, ſaltando è vita deceſſit, vt ſcribit Nicephorus *Eccleſ. Hiſt. lib. 1. cap. 20.* Senex ille venerabilis Eleazarus, quia à tenens edoctus fuit timorem Dei, & legem diuinam obſeruare, fortiter aduerſum amicorum perſuaſionem mori potius elegit, quàm carnem ſuinam tunc patria lege vetitam comedere. *At ille* (inquit textus *2. Machab. 6.*) *cogitare cœpit ætatis, ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem; atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſanctam, & à Deo conditam legis conſtituta.* Simile exemplum reliquit Tobias Senex. *Cum deuotionem* (ait D. Auguſtinus q. 119. *ex vtroque teſtamento*) *non captiuitas minuit, nec oculorum amiſſio, quominus Deum benediceret, perſuaſit; neque exhauſta ſubſtantia à via iuſtitiæ, & veritatis auertit.* Et huius inconcuſſæ virtutis, & conſtantiæ in tot malis, quæ illis Deus ad poſterorum patientiæ exemplum euenire permiſit; originem adducit diuina ſcriptura *Tob cap. 2. Nam cum ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mandata eius cuſtodierit, non eſt contriſtatus contra Deum, quod plaga cæcitatis euenerit ei.* Tantum igitur valet ad bonos, vel prauos habitus fere indelebiles inducendos, atque bene, vel turpiter vſque ad extremam ſenectutem agendos bonus, vel malus vſus ab ineunte ætate inchoatus. Totam præcedentem doctrinam confirmat S. Io. Chryſoſtomus *hom. 36. ad populum Antioch.* vbi ſic ait: *Conſuetudinis vis in bonis, & malis magna, ipſa nos trahente, laboris iam non indigebimus.* Dauid cum Gigante præliaturus armis Saulis indutus dixit eidem Sauli, *Non poſſum ſic incedere, quia vſum non habeo* 1. Reg. 17. Vſus & conſuetudo non minus potens; quam natura ipſa, ab ipſiſque non minus quam à natura, ſiue naturali propenſione ſpectandum, vel timendum. Quare D. Bernardus *de conſiderat. ad Eugen. lib. 1. cap. 2. Quid* (ait) *non inuertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? Quid non vſui cedat?*

22 Sed quid de hac re Sacræ tradiderint Literæ videamus. *Filij tibi ſunt* (dixit ſapiens *Eccleſ. 7.*) *erudi illos, & curua illos à pueritia ſua;* ſumpta ſimilitudine à plantis quæ dum tenellæ ſunt, in quamcunque partem facile flectuntur, & ſi curuæ, facile diriguntur; ſecus verò iactis iam profundè radicibus, & trunco obdurato. Idem *prouerb. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam.* Idem *Eccleſ. 30. Curua ceruicem eius* (ſcilicet bona inſtitutione, diſciplina, & correptione) *in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans eſt; ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.* Ex rationem adfert *Prouerb. 22.* vbi: *Adoleſcens, ait, iuxta viam ſuam* (ſemper iuxta mores imbibitos; & habitus in adoleſcentia contractos) *etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Ideo *Thren. 3.* dixit Hieremias; *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum* (ſcilicet Chriſtianæ diſciplinæ, timoris Dei, & obſeruantiæ mandatorum eius) *ab adoleſcentia.* Quam admonitionem ne contemnant adoleſcentes, ſed illi acquieſcant, ne poſtea ſerò tamen pœnitentes cogantur de ſeipſis conqueri. *Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentium me, & magiſtris non inclinaui aurem meam. Pene fui in omni malo in medio Eccleſiæ & Synagogæ, Prou. 5.*

23 Vtilitatem, & neceſſitatem, bonæ Inſtitutionis filiorum à pueritia ipſa demonſtrat locis citatis Ægidius Romanus, & Iauellus quadruplici via, ſeu ratione. Et prima ex hominis connaturalitate ad quærendam, & capiendam delectationem in parte ſenſitiua; pueri enim mox nati delectari incipiunt cum primum mammas incipiunt ſugere. Cum ergo concupiſcentia delectabilium ſecundum appetitum ſenſitiuum ſit naturalis, & ab infantia nobiſcum creſcat, niſi illa moderetur, eique reſiſtatur, ſtatim bona inſtructione, & ſanctis admonitionibus, ac bonorum morum impreſſione, adeo excreſcit, vt homo in delectabilibus ſenſibilium potentiarum ſectandis totus immergatur, nec aliter delectetur in cibo, potu, venereis, ludis, & geſtibus, quam irrationale brutum. Secundò ex rationis defectu, quo homo in pueritia laborat, variis obnoxius ærumnis: Quemadmodum enim dum infans nondum ſatis viribus corporis pollens incipit ambulare, facillime labitur ſibi relictus, imminetque periculum, ne fracto crure, aut diſtorto pede claudus perpetuò efficiatur, ideo mater, vel nutrix valde ſolicita eſt, & vigilat, ne per ſe ipſum, & ſolus ambulet, ſed continuo ſuſtentat, ac regit primos eius greſſus, donec robuſtior effectus, & aſſuetus pedem poſt pedem figere, & greſſum ordinatum facere poſſit per ſe ipſum abſque lapſus periculo ambulare; Eodem pacto quoniam infans non regitur ab intrinſeco rectæ rationis dictamine, ſed potius ducitur ſenſu, & imaginatione appetitum ſenſitiuum mouente; ſi ſibi relinquatur de facili prolabetur in actus prauos, ac præcipue inhoneſtos, cum ex Ariſtotele 2. *Eth. cap. 12.* in iuuenili ætate homines maxime incitentur ad laſciuiam, ſintque ſuarum paſſionum inſecutores; ac proinde tunc magis illis bona educatione ſubueniendum, vt admonitionibus debitis, & correctionibus ſuffulti prauæ concupiſcentiæ obſiſtant, ne in opera mala, & turpitudines labantur præcipites. Tertia ratio ſumitur ex pronitate, quam homo in natura lapſa habet ad malum, & illicitas delectationes, etſi enim *inſunt ingeniis noſtris* (dixit Tullius *lib. 2. Tuſcul.*) *ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa*

nos

nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem (ſubdit) *ſimulatque editi in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continua prauitate, & in opinionum peruerſitate verſamur, vt plane cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.* Diligenti ergo inſtitutione, atque doctrina vitia ſenſim ſuccreſcentia à teneris euellamus neceſſe eſt, ſi non poſtea nouis incrementis tota ætate diffundi velimus. Imò ſi vt virga tortuoſa ad rectitudinem reducatur, inflectitur in contrariam partem, etiam vltra medium: Ita nos multum debemus cauere delectationes ſenſibiles etiam licitas, vt facilius ab illicitis abſtinere poſſimus & ad pronitatem ad malum vitandam, atque tollendam oportet per diuturna tempora, & ab ipſa infantia ad contrarium, ſcilicet, ad bonum, & actus honeſtos aſſueſcere. Quarta denique ratio ſumitur ex euitatione praui, & vitioſi habitus; cum enim adoleſcentuli, & iuuenes ſint animo molles, & ductiles ſeu flexibiles (vt *ſuprà* dictum eſt) ad inſtar teneræ, & mollis ceræ, ſi relinquantur ſuo arbitrio, & ſine fræno diſciplinæ permittantur abire poſt ſuos appetitus ſenſitiui paſſiones, abſque modo ſectabuntur concupiſcibilia, & laſciuias, & ſic facile ex frequentatis actibus imprimentur habitus vitioſi, ſicut in cera molli, & ductili imprimitur ſtatim forma ſigilli, qui poſtquam confirmati fuerint, efficientur quaſi connaturales, & inſeparabiles. Ne igitur malos habitus contrahant pueri, & iuuenes, ſolicite per parentes, vel alios probos inſtructores ſunt imbuendi bonis moribus per opportunas admonitiones, & correptiones. Primi etenim mores tàm boni, quàm mali quaſi indelebiliter imprimuntur in animo, & perraro inuenimus hominem ab infantia male, & vitioſe eruditum in reliquo vitæ decurſu ad bonum conuerti. Contrahit enim immutabilem malitiam, ſicut Æthiops nigredinem, & Pardus varietatem iuxta illud Hierem. 13. *ſi mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut Pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum.* Quod etiam agnouit, & probauit ſapientiſſimus Plato, qui propterea *in ſua Republica* (*dialogo 4. de Republ.*) inter cætera hanc conſtituit legem. *Statim à teneris annis pueri honeſtis iocis aſſuefaciendi ſunt: ne ſi ludis minus decentibus aſſueſcant, nunquam probi viri euadere poterunt.*

Parentes cupientes habere filios morigeros debent illos ab initio educare iuxta D. Chryſoſtomum, & huiuſmodi eruditioni omnia poſtponere.

24 Audiant igitur parentes attente, quid illis dicat D. Io. Chryſoſtomus *præallegata homil. 12. in cap. 6. ad Epheſ. Vis filium tuum* (ait) *eſſe morigerum? Ab initio illum educa in eruditione, & correptione Domini.* In quo proponit Annam imitandam. Quæ (*1. Reg. 1.*) puerum Samuelem ſtatim ablactatum obtulit in templum Deo neſciens, an alios quos poſtea genuit, eſſet paritura. *Neque dicebat* (inquit Sanctus Doctor) *expectabo donec creſcat puer, vt rebus mundanis antea vtatur, aut paululum puerili ætate immoretur; ſed reiectis his omnibus mulier vnum duntaxat intendit. Quomodo ſtatim ab ipſis vitæ exordiis ſpiritualem imagunculam Deo fingendam offerret. Pudorem nobis viris incutiat mulieris huius philoſophia obtulit ipſum Deo, illique reliquit. Propterea & coniugium, illius factum eſt illuſtrius; quoniam primitias Deo obtulit; & huius gratia aluus eius facta eſt fœcunda, viditque puerum hunc in mundo celebrem eſſe; atque alios etiam fratres illi acquiſiuit.* Ita Chryſoſtomus. Et paulo poſt *omnia nobis* (addit) *prouidentia puerorum eruditionique & correptioni, quo in Domino educentur, poſtponantur; ſi didicerit filius tuus ab ipſis initiis Philoſophus* (ſcilicet amator ſapientiæ) *diuitias acquiret omnibus diuitiis maiores, gloriamque potentiorem. Tantum non lucraberis artem ipſam docens, & eruditionem externam, & per quam pecunias acquirat, quàm ſi artem doceas, per quam pecunias contemnat; ſi voles ipſum facere diuitem, ita facias, non enim diues eſt, qui multis pecuniis eget, & ſumptuosè veſtitur, ſed qui nulla re opus habet. Iſtuc inſtrue filium tuum, iſtuc doce. Hæ ſunt maximæ diuitiæ. Nè quæras quomodo celebrem eum in externis doctrinis, & glorioſum facias, ſed cura, quomodo doceas, eum gloriam in hac vita contemnere. Hinc fiet illuſtrior, & glorioſior. Iſta facta ſunt poſſibilia tàm pauperi, quàm diuiti; iſta neque ex præceptore quiſquam, neque per artem diſcat, ſed per diuinos ſermones. Nè quæras, quomodo vitam longam viuat, ſed quomodo viuat perpetuam, & fine carentem. Magna ipſi largire, non modica. Nè cures, vt Rhetorem ex ipſo facias, ſed ad Philoſophiam* (hoc eſt ad amorem ſapientiæ, & Dei) *erudi. Nihil enim damni erit, etiamſi non ſit Rhetor; ſine Philoſophia verò nihil proderit innumera etiam Rhetorica. Modeſtia opus eſt, non ſermonibus; bonis, & honeſtis moribus, non dicendi vi, & ſtrenuitate; operibus, non verbis. Iſta regnum conciliant, iſta etiam vera bona largiuntur. Non linguam acuas, ſed mentem expurges. Iſta dico, vt non prohibeam erudire pueros, ſed vt prohibeam, nè ſolis iſtis intendatur.* Hæc Diuus Chryſoſtomus. Et quia quis fortè poterat dicere prædicta ad ſolos religioſos ſpectare. *Nè putes* (ſubdit Sanctus) *ſolitario duntaxat eruditionibus iſtis, quæ ex ſcripturis ſunt, opus eſſe. Nam eis potiſſimum pueris neceſſaria ſunt, qui mundo iſto vſuri ſunt. Quemadmodum enim* (ſubdit) *apparatu nauium gubernatoreque, ac ſupplemento nautarum non ita opus habet qui ſemper in portu conſiſtit, atque qui ſemper in mari verſatur; ita habet mundanus, & ſolitarius; ille quidem in portu tranquillo eſt; quietam, & otioſam vitam, atque ab omni tempeſtate liberam viuens; iſte verò perpetuo in marinis negotiis eſt, fluctuátque in medio mari; cum multis, & magnis procellis pugnam habens; & ſi ipſe non habuerit opus, inſtructum tamen eſſe oportet, vt aliorum linguas obturet. Ita quantò celebrior fuerit filius tuus in hac vita, tantò magis opus habebit iſta eruditione. Habet enim, qui in hac mundana vita degit, maiorem delinquendi neceſſitatem, quam ſolitarius. Prædicta omnia Chryſoſtomus explicans illud Apoſtoli præallegatum Patres nè prouocate ad iram liberos veſtros, ſed educate eos in eruditione, & correptione Domini.* Quæ libuit adnotare, cum manifeſtè declarent vtilitatem, & neceſſitatem bonæ filiorum inſtitutionis; ab ineunte ætate, & contineant efficacem adhortationem ad patres, nè tale opus, & tam liberis ſuis neceſſarium, & ex lege naturali debitum vllo prætextu negligant.

Erudiendi ſunt adoleſcentes in timore, & amore Dei, in obſeruatione mandatorum Dei, in reuerentia locis & rebus ſacris debita; in recto ſacramentorum vſu, in reuerentia, & obſeruantia parentibus, & aliis maioribus exhibenda.

Ad huiuſmodi autem puerorum, & adoleſcentulorum inſtitutionem ſpectant ſequentia. & 25

Primò, vt ex tunc per patrem, vel præceptorem erudiantur in timore, & amore Dei. Qui ſunt primi duo lapides ædificij, *in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino*, inquit Apoſtolus *ad Eph. 2.* & Diuus Auguſtinus in *pſalm. 111.* Erit enim (ait) ædificij perfectio, ineffabilis pax illa ſapientiæ, cuius eſt initium timor Domini. Vndè prima laus Sancti Iob, à cuius narratione eius hiſtoria initium ſumit, eſt hæc, *quod erat vir ſimplex, & rectus, ac timens Dominum.* Et idem de venerabili ſene Simeone dicitur Luc. 2. *Homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus.* Et ille rectus, iſte iuſtus quia vterque Deum timebat, non timore imperfectorum, aut malorum, ſcilicet, proueniente ex metu pœnæ, & gehennæ; ſed timore filiorum, quo

iuſtus

iuſtus (inquit Beda in *cap.2. Luc.*) *Deum ſuum quantò ardentius diligit, tanto ſolertius offendere cauet; ſcilicet, amat Deum non tanquam ſeruum Dominum, ſed tanquam filius patrem. Timor Dei initium dilectionis eius, Eccleſ. 25.* & conſequenter omnium bonarum actionum, & virtutum radix, & origo. Nam *Timor Dei* (ait Thomas de Kempis *p.1. ſerm. ad nouit. cap.6.*) *facit à peccato recedere; periculo tentationum præcauere, de præteritis malis dolere, à præſentibus delectationibus abſtinere, de neceſſariis vitæ ſobriè ſumere, ac diſcretè actus ſuos regere, ſemper ad perfectionem tendere; & cuncta, quæ Deo magis placent, inquirere, ac ſtudioſè agere; & ad eius honorem omnia bona laudabiliter exhibere, & promouere.* Vnde Eccl.1. *Qui timent Dominum, inquirent, quæ beneplacita ſunt ei, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius.* Et pſal. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* Vbi enim timor, & amor Dei, ibi quoque mandatorum obſeruatio, ait D. Gregorius Nazianz. *de ſanctis luminibus*, & S. Proſper Aquitan. *lib.3. de vita contemplat. Illi perfectè*, inquit, *Deum diligunt, qui volendò, quod vult Deus, & nolendo, quod non vult, nec vllis peccatis acquieſcunt, & ſemper ſe ad virtutes, quas ipſe dignatur donare diligendas, & habendas, extendunt.* & S. Gregorius 19. *mor. in Iob.7. Ille veraciter vim diuini timoris intelligit, qui ſe à cunctis prauis operibus cuſtodit.* Propterea D. Chryſoſtomus cupiebat, vt pueri vna cum lacte ebiberent Sanctum Dei timorem; hortaturque parentes, vt in puerorum animis ſtatim poſt ablactationem imprimerent: *Obſecro* (aiebat) *receptos à nutricibus liberos non anilibus fabulis aſſuefaciamus, ſed ex primæua mox ætate diſcant eſſe iudicium Dei, infigatur animis eorum eſſe ſupplicium, hic metus ſi radices egerit, magna bona operabitur*: *hom. 2. in Epiſt. ad Theſſ.* ſicut etiam ea primæua ætate, & cum primum nacti ſunt vſum rationis, ſunt à parentibus, vel præceptoribus inſtruendi ad amorem Dei, admonendo illos cogitare à quo creati ſunt, & cur in hoc mundo poſiti ſint; nimirum, vt Deo rerum omnium auctori, ac Domino ſeruiant; ad ipſum, tanquam ad finem ſuas actiones referant, cui in perpetuum vniti eſſe debent vt tradunt Suarez *de charit. diſp. 5. ſect. 3.* & Laymann *l.2. tract.2. cap. 2.* ob illam rationem, quod iſte amor Dei eſt neceſſarium principium ad omnia alia mandata Dei obſeruandata, iuxta illud, *qui diligit me, mandata mea ſeruabit.* ac proinde actus diuini amoris, poſtquam affulſit vſus rationis, non ſit diu differendus.

16 Secundò parentes per ſe, vel præceptorem debent ab infantia filios admonere, & hortari vt omnia mandata Dei obſeruent, tum proponentes eis illud, *Diuerte à malo, & fac bonum*, pſal.33. quod complectitur omnem chriſtianam iuſtitiam, & perfectionem; Cuius duæ ſunt partes, vna; abſtinere à malo; altera, bona facere: tum ſuggerentes illis decalogi præcepta, illos adhortando, vt in illis ſemper meditentur, replicantes eis ſæpe illa verba Ioſue *cap.1. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt cuſtodias, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo.* Et quia omnis lex in vno ſermone impletur, *diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, ad Galat.5. admonendi erunt pueri, & adoleſcentes, vt proximum diligant, qua dilectione concepta, & bene in eis radicata facilis erit mandatorum obſeruatio. *Non difficile eſt docere* (inquit D. Hieronymus *to.9. lib.3. epiſt. ad Galat.5.*) *quomodo vniuerſa præcepta, non occides, non adulterabis, non falſum teſtimonium dices: & cætera his ſimilia vna charitatis obſeruatione teneantur.*

17 Cum vero primæ tabulæ præcepta Dei cultum reſpiciant, inſtruendi erunt tertio loco pueri, & adoleſcentuli in iis, quæ ad religionẽ ſpectant (eſt enim religio, per quam homines Deo cultum, & reuerentiam exhibent, vt S. Tho. 2.2 *q.81. art.1.*) & graui admonitione hortandi ad illorum obſeruantiam. Et quia virtutis religionis eſt, reuerentiam exhibere locis, ac rebus ſacris, admonendi erunt infantes, & iuuenes, quanta modeſtia, & reuerentia verſari debeant in Eccleſiis, dum ibi morantur cauſa orandi, conciones audiendi, vel ſacro, aut diuinis officiis intereſſendi, vel peccata confitendi, vel quacunque ea cauſa contingat, eos in eccleſia morari quod magis decet eos exactè obſeruare in Eccleſiis, in quibus Auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum aſſeruatur & multo magis ſi fuerit expoſitum. *Pietate enim aduerſus Deos* (dixit Tullius *lib. 1. de Deorum natura*) *ſublata, fides etiam, & ſocietas humani generis, & vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur, neceſſe eſt.* Et Camillus Romanos alloquens, referente Tito Liuio *decad.1. lib.5. Intuemini* (dixit) *vel ſecundas res, vel aduerſas, inuenietis omnia proſpere eueniſſe ſequentibus Deos, aduerſa ſpernentibus.* Irreuerentia erga loca ſacra, & cætera Deo dicata ipſi Deo grauiter eſt iniurioſa; & ſæpe illam etiam in hac vita ſeuere puniuit; de qua re plura exempla præter illud Antiochi 1.Machab.6. refert Ioannes Torres *lib.12. cap.6.*

Quemadmodum enim virtus religionis exigit, vt templis, locis, & aliis rebus materialibus, & inanimis Deo dicatis exhibeatur reuerentia debita, ita poſtulat, vt exhibeatur ſacerdotibus, qui ſpeciali conſecratione dicantur, & Chriſtum ipſum repræſentant; quorum dignitas omnem aliam humanam præcellit, vt docuit S. Ignatius. *Epiſt.10. ad Smyrnen*: *Vbi ſacerdotium* (inquit) *eſt omnium bonorum, quæ in hominibus conſiſtunt, apex, quod ſi quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Criſtum primogenitum totius creaturæ.* & etiam Plato *lib. 7. de legib.* ſtatuit miniſtros cultus diuini poſt Deum eſſe honorandos *Primò cauendum eſt* (inquit) *ne quid in Deum aut verbo, aut opere aliquando peccemus; deinde ne quid aduerſus diuinos homines. Deus quippe nimium indignatur, quoties quiſpiam illius ſimilem improbat. Dei vero ſimilis eſt vir bonus.* Quamquam etiam ea vi quarti præcepti iuxta omnes Doctores teneamur perſonas Eccleſiaſticas reuereri. 18

Ad religionem præterea ſpectat vſus ſacramentorum, quæ propterea pueris, & adoleſcentibus explicanda ſunt non ſolum quoad numerum, (quod ſint ſeptem) & quoad effectum inuiſibilis gratiæ, quam ex ſe producunt, in quo præcellunt veteris teſtamenti ſacramenta, quæ venturum Saluatorem promittebant, cum noſtram ſalutem per gratiæ communicationem tribuant. *Sacramenta noui Teſtamenti* (inquit D. Auguſtinus *in Pſal. 73.*) *dant ſalutem, ſacramenta veteris teſtamenti promiſerunt Saluatorem, mutata ſunt ſacramenta, ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, feliciora* Sed etiam quoad neceſſariam, & conuenientem diſpoſitionem, qua ſunt ſuſcipienda, quanta deuotione & reuerentia ad illa ſit accedendum, cum ea ſuſcipere, vel neceſſitas ſalutis, vel libera pia voluntas ſuadet. Quanto, & quàm intenſo affectu frequentanda pœnitentia, & Euchariſtia, illa cum omni, qua poſſit humilitate, & dolore culparum; hæc cum magna interiori reuerentia, & conſcientiæ candore; & ardenti amore erga Chriſtum Dominum in illa realiter præſentem, proponendo illis vberiores fructus, qui ex illorum ſacramentorum vſu benè diſpoſitis communicantur. De quibus Ludouicus Granatenſis *in ſuo mem. tr.2. c.1.* Huc etiam ſpectat auditio Miſſæ in diebus feſtis; cui omnes habentes vſum rationis tenentur intereſſe, non minus quam teneantur ſemel in anno confiteri, ſi aliquid mortale perpetrauerint. Propterea cum pueri ſeptennio completo incipiant vti ratione, & conſequenter ex tunc præcepto Eccleſiaſtico audiendi ſacrum in diebus feſti ligentur, vt cum aliis tradit Azorius *p.1. lib.7 cap.2. q.1.* parentes, & alij, qui eorum curam habent, curare debent, vt iiſdem diebus rem ſacram audiant. 19

Sicut

Sicut decet, item curent vt diebus feſtis aliis diuinis officiis, & ſacris concionibus interſint; preces aliquas quotidie recitent, & alia pia exercitia in cultum Dei, Beatæ Virginis, & alicuius ex ſanctis iuxta capacitatem, & ſtatum, ac conditionem cuiuſque habeant; & præſertim ceſſante vrgenti impedimento interſint miſſæ ſacrificio, ad cuius deuotionem eos excitent explicando illis excellentiam, & vberiores illius fructus, & quod eſt idemmet Sacrificium, quod Chriſtus Dominus in cruce Deo patri obtulit quoad rem ipſam, licet in modo oblationis differat; & conſequenter ſicut eſt omni alia oblatione præſtantius: ita maiori deuotione, & reuerentia excolendum; vt admonuit Sanctus Alexander Papa 1 *Epiſt.* 1. *ad omnes Orthod. cap* 4. vbi *Nulla oblatio* (ait) *hac potior eſt; ſed hæc omnes præcellit; & ſicut eſt potior cæteris, ita potius excoli & venerari debet.*

30 Adhæc admonendi ſunt adoleſcentes, vt reuerentiam, honorem, & obedientiam ſuis parentibus exhibeãt. *Beneficiorum enim maxima ſunt* (inquit Seneca *lib.* 6. *de benef. c.* 23.) *quæ à parentibus accepimus*; & ideo maior obligatio illis obſequendi; hoc eſt primum ſecundæ tabulæ præceptum, de quo Exod 20. *Honora patrem tuum quem dominus Deus tuus dedit tibi.* & Paulus *ad Epheſ cap.* 6. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione.* Et *ad Coloſſ* 3. *Filij obedite parentibus per omnia*; & addit rationem *Hoc enim placitum eſt in Domino.* Hoc eſt, id enim vult, & præcipit Deus. Etiam Plato *in ſuis legibus* (*dialogo* 4. *de legib.*) poſt cultum, & venerationem Diis debitam ſanxit venerationem parentibus exhibendam. *Poſt Deos patrios* (ait) *maxima cura haberi debet in cultu viuentium parentum, quibus fas eſt prima, & maxima debita perſoluere, omniumque antiquiſſima debitorum.* Ideo rectè Seneca *lib.* 3. *de benef. cap.* 1. *Parentes* (inquit) *non amare, impietas eſt; non agnoſcere, inſania* Et quemadmodum D. Ioannes. 1. *cap.* 4. Dixit enim, qui proximum non diligit, nec Deum diligere. *Ita fieri non poteſt* (inquit Philo Iudæus *lib. de Deo*) *vt pius ſit erga illum inuiſibilem Deum, qui erga conſpicuos parentes eſt impius*] Præter hæc, & alia huiuſmodi proponendæ ſunt filiis benedictiones, quibus à Deo filij parentibus honorem exhibentes, illiſque obſequentes cumulantur, & maledictiones, quibus erga parentes impij, & in obedientes afficiuntur, de quibus in Scriptura veteris Teſtamenti.

31 Quemadmodum verò parentibus, ita etiam omnibus, qui parentum vice funguntur, vt tutoribus, curatoribus, præceptoribus, & aliis, qui parentum priuilegio potiuntur, quales ſunt ſeniores, præſertim ſi illos vitæ probitas commendet, de quo D. Petrus 1. *cap.* 5. *Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus, omnibus enim inuicem humilitatem inſinuate, quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam* Et ſapiens *Eccleſ.* 4. *Presbytero humilia animam tuam; & magnati humilia caput tuum.* & Leuit. 19. præcipitur *coram cano capite conſurge & honora perſonam ſenis.* Hinc Orig. *hom.* 10. *in Luc.* in illa verba, *Et erat ſubditus illis*, loquẽs de obedientia à Chriſto Domino patri putatiuo Ioſepho exhibita dixit: *Diſcamus ergo & nos, & filij parentibus noſtris eſſe ſubiecti. Quod ſi patres non fuerint, ſubiciamur iis, qui patrum habent ætatem.* Et Plato *dialog.* 9. *de legib.* *Quilibet ſeniorem* (ait) *& re, & verbo colat; at ſi viginti annis ſum maior eſt, quaſi patrem, ſi vir fuerit, aut matrem, ſi mulier revereatur.* Hoc præceptum, ſeu documentum ſi obſeruaſſent pueri illi, qui, (vt 4. *Reg.* 2. ſcribitur) Prophetæ Heliſęo aſcendenti in Bethel de illa ciuitate egreſſi occurrentes illuſerunt, dicentes *Oſtende calue aſcende calue*, non eos dilaceraſſent vrſi. Quorum tamen culpam D. Auguſtinus *ſerm.* 104. de tempore imputat eorum patribus; qui videntes eoſdem pueros Eliſæo illudentes non reprehenderunt ſtatim, ſed imò potius illis arriſere de illuſione complacentiam oſtendentes, quod agnoſcentes pueri inſolentius Sanctum Prophetam; atque adeo in vindictam patrum, & eorundem puerorum voluit Deus, illos ab vrſis de ſaltu vicino egreſſis lacerari. Multò verò magis oportet reuereri ſuperiores omnes, Principes, Rectores, Magiſtratus, & perſonas publica authoritate fulgentes. Quod monuit D. Petrus 1. *c* 2. illis verbis. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue Ducibus tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Et Exod. 22. *Principem populi tui non maledicas.*

Parentum præcipua cura, vt filij adoleſcentes à peccatis abſtineant, & vitiis non contaminentur, & quod debent parentes obſeruare inclinationẽ; & affectiones filiorum prauas, vt poſſint admonitionibus ad oppoſitas virtutes flectere.

Cæterum cum virtutibus, quibus ſolis homo efficitur bonus, & morigerus, aduerſentur vitia, & peccata, vt proinde virtuti non pateat aditus in cuiuſque animum à vitiis, & peccatis præoccupatum, & coinquinatum; cura parentum, & præceptorum præcipua ſanè, & maximè ſolicita, ac vigilans ſit, vt filij vitiis, & prauis habitibus non contaminẽtur, frequenterque, ac enixè admoneant, & adhortentur, vt à peccatis pluſquàm à quacunque alia re lethali, & peccati occaſionibus abſtineant. Non deſinat pater replicare filio illud Salomonis *Eccleſ.* 21. *Fili quaſi à facie colubri fuge peccatum, & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te, dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum.* Circa quæ verba primò aduertendum non dici, vt caueamus, ne peccatum ad nos accedat; ſed ne nos ad peccata accedamus; Quod eſt idem ac dicere, quod fugiamus à peccatis, eaque non quæramus ad illa accedentes. Quod fuit dicere, vt peccandi occaſiones euitemus. Qui enim peccati occaſiones amat, & quærit, profectò ipſe ad peccatum accedit, non peccatum ad ipſum. Præterea & illud quoque animaduertendum, peccatum æquiparari morſui viperæ, & leonis, ad declarandam ſummam peccati malitiam, peſſimos illius effectus, & ingens damnum, quod animæ affert. Sicut enim ſerpentis, ſeu viperæ venenum ob ſuam frigiditatem eum, quem vipera momordit, quaſi inſenſibilem efficit, mox calefactum paulatim per venas permeat ad cor, & illicò mortẽ affert, ita vbi peccatum hominem per voluntatis complacentiam momordit, illum ferè inſẽſibilem reddit, mentem enim perturbat, voluntatem depravat, rationem excæcat, intellectum obſcurat, conſcientiæ tranquillitatem aufert, memoriam diſtrahit, & cæleſtium, & ſui ipſius obliuionem gignit, & tandem animæ mortem infert, illam ſeparans à Deo, qui eſt animæ anima, & expolians theſauro omnium virtutum charitatis, & reliquarum ſupernaturalium, ſine quibus vitam animæ nequit conſiſtere. ſicque adimpletur illud D. Iacobi *cap.* 1. *Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum autem cum conſummatum fuerit, generat mortem*, ſcilicet animæ, ab illa excludens Dei, & Chriſti præſentiam, quæ eſt ſecunda mors *Apocal.* 20. Dicit etiam Spiritus ſanctus in præallegato loco, quod peccatum habet dentes leonis; ſcribunt enim Naturales, dentes leonis eſſe venefica qualitate infectos, vt quidquid momorderit, inficiat, & continuò corrumpat, vt putreſcere faciat; ita peccatum animum corrumpit, & putreſcentem ad inſtar cancri efficit, prout de ſe ipſo poſt peccatum admiſſum Dauid conquerebatur dicens, *putruerunt, & corrupta ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* In cuius confirmationem Salomon

mon *Prou.* 10. dixit, quod etiam peccatorum nomen efficitur putridum; *Et nomen impiorum putreſcet.* Quod fuit dicere nedum ipſum peccatũ horrori eſſe, ſed etiam ipſius nomen ſolũ eſſe abominabile; & merito, quia & Deo ipſi abominabilis peccator; nec vlla res vere horrore, & abominatione digna ſit ac peccatum, quod ſolum eſt verum malum, & conſequenter ab omnibus odio habendum. Has igitur veritates enixe parentes filiis adoleſcentibus proponant, replicent ſæpius, & animo imprimere ſint ſoliciti.

33 Quia autem etſi natura hominis corrupta in omnibus prona eſt ad malum, iuxta tamen diuerſitatem complexionum, & temperamẽtorũ corporis alius in vnũ, alius in aliud vitiũ pronus eſt, valde expedit, parentes, & præceptores habere notam naturalem puerorũ, & adoleſcentiũ inclinationem, vt opportuna, & cuiuſq; prauis affectionibus accõmodata remedia, admonitiones, adhortationes, exercitia mature, & antequã morbus vitiorũ cõualeſcat, & ſuccreſcat, ſedulo applicent ad inſtar medicorũ qui contrariis morbis contraria adhibent medicamenta: *Calida enim frigidis, & frigida calidis curantur*, dixit D. Gregorius *hom.* 32. Quamuis enim ſolus Deus ſit cordis ſcrutator, & qui nouit omnium corda Hierem 17. & Act. 1. *Et perturbationum, & affectionum* (inquit Plutarchus *in mor. lib. de ſera numinis vindicta*) *præſcire ſimilitudines priuſquam aperte in nefanda erumpant ſcelera ac manifeſte cernantur non humanæ virtutis, ſed diuinæ potius ſapientiæ opus eſſe dignoſcitur.* Hoc tamen non obſtante affirmandum eſt, non deeſſe in ætate tenera aliquas veriſimiles externas cõiecturas interiorum affectuum & inclinationum. *Ex ſtudiis ſuis* (ait ſapiens *Prou.* 20.) *intelligitur puer, ſi munda, & recta ſunt opera eius.* Et Socrat. referẽte Tull. *Tuſc.* 5. dicebat. *Qualis quiſque animi affectus eſt, talis eſt homo; qualis autem homo eſt, talis eius oratio, orationi autem facta ſimilia ſunt; & factis vita:* Sicut enim ignis vix poteſt abſcondi, quin foras erumpat; ita etiam animi affectus, quantumuis homo curet illos habere ſecretos, & abſcondere, nihilominus inſenſibiliter, & ipſo homine non aduertente ſe ſe produnt.

Eminet indiciis prodita flamma ſuo.

Ouidius in *epiſt. Medeæ ad Iaſonem.* Affectiones igitur, & naturales animi inclinationes puerorũ, qui in illa ætate neſciunt fingere, & iuxta internas paſſiones, & affectiones vt plurimum loquuntur, operantur, ex ſermonibus, geſtibus, operibus, & ſtudiis eorũ bene obſeruatis dignoſci poterunt, & ad quæ vitia ſint proni: Ad quaſue virtutes à natura inclinentur. *Lingua ſapientum ornat ſcientiam, os fatuorum ebullit ſtultitiam.* Prou. 15. Et Quintilianus *lib.* 11. *inſtitut. orat cap.* 1. *Profert enim* (ait) *mores plerumque oratio, & animi ſecreta detegit.* Et Ariſtoteles *l.* 1. *Periherm. c.* 1. *Ea, quæ in voce verſantur, ſigna ſunt affectuum quæ in animo ſunt*, Et de operibus, & ſtudiis, ſapiens *præallegato loco, Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer ſi munda, & recta ſint opera eius.* Ex huiuſmodi cõiecturis Gregorius Nazianzenus *oratione in Iulianum* agnouit prauam diſpoſitionem, & peſſimos mores Iuliani Apoſtatæ, ſcilicet, eius ſermone, geſtis, & ſtudiis, quibus puer adhuc vacabat, vt merito de illo prædixerit, *ô quantum malum fouet Romanum Imperium.* Ex verbis ergo, & actibus exterioribus repeutinis affectus, & mores adoleſcentum facile queunt agnoſci, cũ etiã in homine perfectiori rationis vſu prædito idem contingat, interno ſq; eius affectus demonſtret. *In repentinis* (dixit D Thom 1. 2. q. 109. ar. 8.) *operatur ſecundum finem præconceptum, & ſecundum habitum præexiſtentem* Aliud etiam ſignũ bonæ, vel malæ indolis, ad malumuè, vel bonũ pronitatis adoleſcentuli eſt, ſi cum quid mali ſe egiſſe putat, vel deteguntur, erubeſcat, & verecũdetur, vel immutatos permaneat. *Bonum in adoleſcente* (inquit Seneca *l.* 1 *epiſt.* 11.) *ſignum eſt cũ illi ex alto rubor ſuffunditur.* Et Diogenes Cynicus cuidã adoleſcentulo ad eius repentinam, & inopinatã præſentiam erubeſcenti dixit, *Confide fili, huiuſmodi eſt virtutis color.* vt refert Diogenes Laërtius *in vita Diogenis Cynici l.* 6. & ex noſtris D. Bernardus *ſerm.* 86. *in Cantic. Quid amabilius* (ait) *verecundo adoleſcente? quam pulchra, & quam ſplendida gemma eſt morum verecundia in vita, & vultu adoleſcentis, quam verè, & minimè dubia bonæ ſpei nuncia.* E contra verò malæ indolis ſignum eſſe in adoleſcente non ſuffundi rubore ſcribit D Gregorius Nazianzenus *lib aduerſus mulieres* vbi: *At vero* (inquit) *malis ſanguinem condenſauit* (ſcilicet natura, ſeu naturæ author Deus) *immotumque intus tenuit, atque efficitur, vt ad nullam turpitudinem erubeſcant.* Vbi igitur ex ſupradictarum coniecturarum obſeruatione Pater, vel Præceptor agnouerit ad bonumne, vel ad malum, & ad quæ vitia puer, & adoleſcens habeat pronitatem, ſolicitus ſit inſtructionibus, admonitionibus, & correptionibus ad oppoſitas virtutes illũ flectere, omnemque auferat occaſionem (quantum fieri poterit) in qua ſiat iuueni commoditas iuxta malam inclinationem, & prauos affectus quaſi innatos operandi.

Adoleſcentes vt plurimum proni ad laſciuias; explicantur mala luxuriam conſequentia, quarum propoſitione parentes curent illos à venereis auertere.

Quoniam verò adoleſcentes, & iuuenes vt plurimũ proni ſunt ad laſciuias, & venereis delectationibus facillime capiuntur, & ineſcantur, vt ſi huic ſenſualitatis vitio citò non obſtetur, ſero poſtea paretur medicina; & vix à tali contagione contracta queant ſanari. Omni ſolicitudine curare debent Parentes, ne filij in venerea prolabantur, eiſuè aſſueſcant. Dicãt ais cũ D. Paulo 1. *ad Corinth.* 6. *Fugite fornicationem*; hortẽtur, & curẽt, vt ſemper procul ab omni fornicationis, & libidinis occaſione ſint, hoc enim eſt, fugere fornicationẽ, & optimũ illius præſeruatiuũ; multæ enim, & vrgentes in ea ætate exiſtunt in turpitudinẽ prolabẽdi occaſiones; non deſunt mulierũ inhoneſtarũ fraudes, nec laquei à dæmone ad animas iuuenũ capiendas præparati Ideo Sapiens admonuit iuuenẽ. *Prou.* 5. *Fili attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam. Ne attendas fallaciæ mulieris; fauus enim diſtillans labia meretricis; & nitidius oleo guttur eius; nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium; & acuta quaſi gladius biceps.* His verbis deſcribit Sapiens malæ mulieris fraudes ad decipiendum incautum iuuenem, illumque hortatur, ne præbeat aures eius fallacibus verbis, & blandis perſuaſionibus; quia etſi illius labia ad inſtar faui diſtillent melliflua verba, & illius perſuaſiones ſunt lenes ad inſtar olei (quod de ſe eſt vſque ad oſſa penetratiuum, vt dixit Dauid) nihilominus tandem amaritudinem abſynthij deguſtare faciunt; & eius lingua eſt veluti gladius vtraque parte acutus ad ſcindendum, ſcilicet, tendens ad corporis, & animæ ruinam, & necem. Et proſequitur Sapiens aduertendo iuuenem, quod ſi eius pedes, & greſſus ſequatur, illum ad mortem, & ad inferos ducent; ac proinde vt ſit tutus, procul ab ea perambulet, nec ad fores domus eius proxime accedat, ne forte, & temporis, & virium corporis iacturam faciat. *Pedes enim eius* (ſubdit Sapiens) *deſcendunt ad mortem, & ad inferos greſſus illius: Nunc ergo fili mi audi me & ne recedas à verbis meis Lõge fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius; ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena; & gemas in nouiſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum.* 34

Circa hanc igitur Sapientis admonitionem aduertẽdum duo remedia aduerſus peccatum luxurię proponi. Vnum, vt iuuenes occaſiones ad libidinẽ pertrahentes deuitent; id namque denotant. *Ne attendas fallaciæ mulieris*; & illa, *longe fac ab ea viam tuã; & ne appropinques foribus domus eius* Si quidem *qui amat periculum peribit in illo*, Eccleſ.7. Et hoc idem remedium propoſuit Apoſtolus præallegatis verbis, *fugite fornicationem.* Quas proinde occaſiones filiis præcludunt parentes, ſi cupiunt filios præſeruare à peccatis venereis. Alterum remedium luxuriæ, attente conſiderare ingentia damna, quæ luxuriæ vitium infert, quæ pariter parentes filiis præſertim ad libidinem pronis proponere, & ſæpius repetere debent. Et quatuor damna enumerat ſapiens; primum honoris detrimentum, & infamia; Vnde vir luxuriæ deditus aſſimilatur tum cani, tum porco, animalibus ad libidinem pronis. Hinc ſapiens Eccl.9. dixit. *Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.* *Qui meretricibus dat* (dixit D. Chryſoſtomus *homil.* 89. *in Ioan.*) *ridiculus, & inſanus eſt.* Et D. Ambroſius *ſerm.* 5. *in pſal.* 118. *de Salomone* loquens dixit, *Salomon, cuius ſapientia totis celebratur ſæculis, factus eſt inſipiens, quia nimium amauit.* Amiſſo autem apud Deum, & homines honore, quid boni ab homine ſperari poteſt? Secundum damnum luxuriæ ſapiens dicit eſſe temporis male conſumpti iacturam; quo nihil pretioſius, vt pote ad æternæ ſalutis negotium peragendum conceſſum, & ſemel oſcitanter amiſſum irrecuperabile. Propterea D. Paulus *ad Epheſ.* 5. nos admonet cautè viuere, & ne veluti ſtulti tempus infructuoſe ſinamus præterire, ſed potius veluti ſapientiores illud redimamus, agnoſcentes tempus velociter currere, & dies ſuperſtites malos eſſe. *Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis* (ait Apoſtolus) *non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Quo loquendi modo temporis valorem valde commendauit, dum vult illud nos emere, & redimere; ſicut res, quas magni æſtimamus, & cupimus habere, ad manus inimicorũ peruentas, omni via, & quocumque pretio oblato ſoliciti ſumus redimere. Quod ſi iuuenes perceperint, agnoſcent quàm ingens damnũ ſit, temporis, quod in laſciuiis, & aliis operibus malis conſumitur, amiſſio; & ſoliciti erunt illud in bene factis inſumere. Tertium damnum luxuriam, & libidinis cum mulieribus expletionem conſequens, eſt opum, & facultatum conſumptio, & extrema paupertas, id enim indicant illa verba, *Et labores tui ſint in domo aliena.* Vnde idem ſapiens *Eccleſ.* 9. *Ne des* (ait) *fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam.* Et D. Chryſoſtomus *hom.* 86. *in Ioan. Mulieris cupiditas tunc ceſſat* (inquit) *cum omnibus rebus amantem ſpoliauit.* Et Ouidius lib. 1. de arte amandi.

Inuenit artem
Fœmina, qua cupidi carpat amantis opes.

Et Pierius Valerius *in Hierogl. lib.* 27. *c. de Taranda* dixit, *Facultates omni cura, & diligentia congeſtas, citò, vbi amore capti fuerimus, prodigi, inutiliterue diſſipat.* Hac de cauſa libidinis vitium inferno æquiparetur, quia ſcilicet omnia bona citò conſumit. *Tria ſunt inſaturabilia, Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non ſatiatur aqua.* Ad huius veritatis confirmationem ſufficiat exemplum filij prodigi, quem diuina ſcriptura Luc. 15. teſtatur omnem ſubſtantiam cum meretricibus conſummaſſe, & ad extremum fuiſſe paupertatem redactum, vt non meliorem habens coactus ſit porcorum cibo veſci. Quartum damnum luxuriæ à Sapiente iuueni propoſitum ad illam euitandam eſt amiſſio virium, & roboris, ac ſanitatis corporis, ac tandem ipſius vitæ, *ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & gemas in nouiſſimis, quando conſumpſerit carnes tuas, & corpus tuum.* Id conſiderabat Boëtius. Quando libro 3 *de conſol. Philoſoph. proſa* 7. dixit. *Quantos voluptas corporũ morbos, quàm intolerabiles dolores, quaſi fructum nequitiæ fruentium ſolent referre corporibus.* Et Tullius *lib. de ſenect. Libidinoſa* (inquit) *& intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradet ſenectuti.* Subſcripſit inſignis ille Philoſophus, & Medicus Marſilius Ficinus *lib.* 2. *de vita producenda cap.* 15. vbi. *Quo maior* (ait) *delectatio in tangendo percipitur, atque guſtando, eo vitæ grauius frequenter accidit detrimentum.* Prædicta damna, & alia paucis complexus eſt Plautus in Truculento *act.* 1. *ſcena* 7 *vbi.*

meretrix meum herum
Miſerum ſua blanditia intulit in pauperiem,
Priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.

Et non minus eleganter & copioſè D. Baſilius *de vera virg.* vbi, *Fit ſæpe* (ait) *vt qui mortalem ardet, & corruptibilem ſpeciem, non modo pecunias, omnemque ſubſtantiam amoris gratia profundat, ſed cibum etiam & ſomnum, & veſtem, & omnem exiſtimationem, corpus denique ipſum, & corporis vitam contemnat.* Sed, quod maius detrimentum eſt, adoleſcens venereis deditus delectationibus prodigit animam ſuam (Quod ponderat D. Aug. *de bon. mul. c.* 3.) quam Dominus Ieſus Chriſtus proprio redemit ſanguine, cuius mors eſt vera mors lõge peior corporis morte. Quapropter Euſeb. Emyſſenus de initio Quadrageſimæ *Hom.* 1. *Agnoſcamus* (inquit) *quid incõmmodi nutriant oblectamenta carnalia; tunc planè vera mors eſt, quando homo anima præmoriente deteriore ſui parte hominis ſit ſuperſtes.*

Parentibus curandum, vt adoleſcentes ſui à teneris temperantiæ virtutem colant, & illius actibus aſſueſcant.

Præter remedia ſuperius explicata, quia & turpitu- 35
dinis, & aliorum omnium peccatorum fons, & origo ſunt praua concupiſcentia, & illicita deſideria, informandi ſunt adoleſcentes virtute temperantiæ, curandumque, vt à teneris illius actibus aſſueſcant; hæc enim virtus in iuuentute imbibita lapſum in peccata non permittet, vt potè, quæ (vt inquit D. Bernardus *in ſerm. paru. ſerm* 35.) *reprimit illicita deſideria, nec cedit promiſſionibus, nec emollitur blanditiis.* Et Tull. *lib.* 2. *de fin. bon. & mala Temperantia* (ait) *eſt moderatio cupiditatum rationi obediens* Et Seneca *lib.* 13. *epiſt.* 89. *Temperantia voluptatibus imperat, alias odit, atque abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum redigit, nec vnquam ad ipſas propter ipſas vadit; ſcit optimum eſſe modum cupitorum, non quantum velis, ſed quantum debeas ſumere.* D. quoque Ambroſius *lib.* 1. *Offic. c.* 24. Scripſit Temperantiam eſſe, *quæ modum, ordinemque ſeruat omnium, quæ vel agenda vel dicenda arbitramur.* Denique (pluribus aliorum Sanctorum Patrum teſtimoniis omiſſis) S. Proſper *lib.* 3. *de vita contempl. capite* 19 paucis colligit omnes temperantiæ optimos effectos. *Temperantia* (inquit) *temperantem facit abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, ſerium, verecundum. Hæc virtus libidinem frenat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confracta ordinat, ordinata corroborat, cogitationes prauas remouet, inſerit ſanctas, ignem libidinoſæ voluptatis extinguit, animi torporem deſiderio futuræ remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & totam ſemper ab omni vitiorum tempeſtate defendit.*

Intemperantia in cibo, & potu vini, quæ, & quanta damna afferat.

Soliciti igitur ſint parentes inſtructionibus, admo- 36
nitionibus, & ſuaſionibus, vt ſui filij à teneris temperantiam colant, curentq; inprimis, vt in cibo, & potu

ſumendo

ſumendo debitam moderationem obſeruent, abſtineantq; à nimis delicato victu, à ſuperfluis comeſſationibus, & potationibus, ne inter eos enumerentur. *Quorum finis interitus, quorum Deus venter* ad Philip. c.3. Proponant illis damna corporis, & animæ delicationem victum, nimietatem cibi, & potus conſequentia. *Audi fili mi* (admonet Sapiens *Prou.*23. in hoc genere) *& eſto ſapiens, & dirige in via animã tuam. Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt; quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur.* Et Eccleſ.37. *Propter crapulam* (inquit) *multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam.* Morbos enim inſanabiles gignit nimius cibus, & potus, atque nimis delicatus, vitamq; obtrũcat. *Incurabilibus* (ſcribit D. Chryſoſtomus *ſerm. contra luxũ, & crap.*) *& difficillimis implicantur morbis, qui perpetuo in voluptate viuunt* & Seneca *l.*16.*ep.*99. *multos morbos multa fercula faciunt.* Et rationem adducit D. Baſilius *hom* 1. *de laudib. Ieiunij: Siquidẽ habitudo corporis* (inquit) *externa bona ſenſim mutatur, & in diuerſum recidit, nimirum ſuccumbente natura, nec valente corpulentiæ põdus ſuſtinere.* Ideo ne corporis ſalutem perdamus, conſulit D. Hieronymus *l.*2. *in Iouia: Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comeſos magno partos, & perditos labore doleamus.* Quid dicam de damno, quod intemperãtia, & inordinatio victus, & potus ſumendi affert animæ. Mentẽ primum obtundit, & inhabilem ad agenda reddit, & hominem riſui, & contemptui aliorũ exponit. *Pueros impuberes compertum eſt* (inquit Aulus Gellius *l.*4.*c.*19.) *ſi plurimo cibo nimióue ſomno vtantur, hebetiores fieri, aduertimuſq; hinc eluci tarditatem; corpora fieri improcera, minuſq; adoleſcere.* S. Iſidorus *l.*1. *de ſum. bon. c.*31. *Qui nimiũ cibo vtantur* (ait) *quantò magis ventrem paſcunt, tantò amplius ſenſum mentis obtundunt.* & D. Chryſoſtomus *ſerm. cont. luxũ & crap. Qui talibus* (ſcilicet comeſſationibus, & potationibus) *vacat* (ait) *& ad præſentem vitam inutilis fit, ad nihilum accommodus, & vbiq; ridiculus eſt tam in publicis quam in priuatis rebus.* Idem Chryſoſtomus *eodem ſerm. ſicut nauis oneraria, quæ ſuprà ſuam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine grauata ſubmergitur. ita anima, & corporis noſtri natura. ſi plures acceperit cibos, quam ferat natura ſua, impletur, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos, qui in prora, & alios nauigantes, & ipſum onus cum hominibus perdit.* Et D. Leo *ſerm.*8. *de ieiun. decimi menſis. Quotidiano, Dilectiſſimi, experimento probatur, potus ſatietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari, ita vt delectatio edendi etiam corporis contraria ſit ſaluti, niſi ratio temperantiæ obſiſtat illecebræ, & quod futurum eſt oneri, ſubtrahat voluptati.* Deinde intemperantia huiuſmodi in anima prauas excitat affectiones, eam vitiis replet, & omnino impedit vacare actionibus virtutum. Sicut enim terra (cui D. Chryſoſtomus *hom.*89. *in Matth.* aſſimilat adoleſcentes) ſi nimis ſit pinguis, & humore abũdans, germinat ſpinas, tribulos, aut malas, & noxias herbas bonum ſemen ſuffocantes, ita homo ob intemperãtem victum obeſus, a e nimio humore in venis repletus noxias herbas prauorum affectuum, & vitiorum producit; quæ virtutum ſemina innata ſuffocant. *Quantum quis* (inquit S. Ephrem Syrus *to.*2. *Paren.*19.) *perperam ſuam fouet carnem, tantò amplius in ſe ipſo perturbationes, ac peſſimas anget, ipſaque deinde anima à praua conſuetudine corporis grauata inutilis, & infructuoſa redditur.* D. verò Gregorius *lib.*30. *mor c.*30. explicans illa verba diuinæ ſcripturæ, *Princeps cocorum deſtruxit Hieruſalem Quid enim* (inquit) *per muros Hieruſalem ſignificans ſcriptura exprimit, niſi virtutes animæ. Muros igitur Hieruſalem Princeps Cocorum deſtruxit, quia virtutes animæ, dum non reſtringitur venter, perdit. Sedit populus manducare, & bibere* (inquit diuina ſcriptura Exod. 32.) *& ſurrexerunt ludere,* ſcilicet, *luxuriari.* Et Dauid, *incraſſatus, impinguatus, dilatatus recalcitrauit.* Vtrũmque dãnum corporis,

& animæ complexus eſt S. Petrus Chryſologus *ſerm.* 41. *Nam quoties ciborum cruditas vitalia deiicit* (inquit) *infirmat ſtomachum, corrumpit ſanguinem, vitiat humores, ſuccendit choleram, extremum febris gignit incendium; toties æger mentem perdita, mittit ſenſum, fertur deſideriis, contrariis, vrgetur, ſalutaria reſpuit, quærit noxia, fugit curã.* Quos peſſimos effectus præſertim parit ebrietas, & intemperantia in vini potu. *Vini vſus* (ſcripſit ex ſententia Platonis Philo Iudæus *lib. de Temul.*) *voluptates, dolores, iras, amores, vehementiã concitat, ſenſus verò. opinionem, intelligentiam prorſus extinguit, ſi quis ebrietate fuerit occupatus.* Et D. Ambroſius *Exam. lib.*3. *cap.*17. *Noë* (ait) *per vinum patuit deformitati, qui per diluuium euenit ad gloriam.* Et Spiritus ſanctus *Eccl.*19. *Vinum, & mulieres apoſtatare faciũt ſapientes* Propterea D. Paulus enixe *Epheſ. cap.*5. hortatur vinum ſobrie ſumere *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria,* quæ eſt primogenita nimij potus vini. Et propterea *vini vſus* (ſcribit Valerius Maximus *lib.*2. *cap.*2.) *olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet, in aliquod dedecus prolaberentur; quia proximus à libero Patre intemperantia gradus ad inconceſſam venerem eſſe conſueuit.* Oppoſitos effectus è contra gignit ſobrietas, *Quæ* (inquit Philon Iudæus *lib ſuprà illud, reſipuit Noe. Nõ ſolum animabus, verum etiam corporibus omnium confeſſione vtiliſſima eſt, nam infirmitates arcet, nec ſinit corpora plus iuſto grauata corruere. Quid enim ſobria mente præſtantius eſt apud homines? Quæ gloria? Quæ diuitiæ? Quod robur? Quæ potentia? Denique quid aliud ex his, quæ mirantur homines?*

Nimis, & immoderate dormire valde noxium corpori, & animæ.

Præterea curent parentes, vt filij obſeruent tem- 37
perantiam in ſomno, illumque moderate capiant; de quo inſignis Medicus Menardus *lib.*6. *epiſt.*4. ſcribens Epiſcopo eius amico *Somnus inter diem, & noctem ſeptẽ horarum ſpatium non excedat, ſitque potius nocturnus, quam diurnus.* Vbi duo docet. Vnum, nocte, non die dormiendum, quia id noxium eſt; *In die quoq; dormire* (ſcribit Auicenna *lib.*1. *Fen.*3. *Doct.*2. *cap* 9.) *eſt malum generat enim ægritudines humectantes & reumatiſmos, & corrumpit colorem, & generat ſplen, & laxat neruos, & efficit pigritiam; & debilitat deſiderium, & generat apoſtemata, & febres frequenter.* Alterum, quod ſomnus in ſpatio 24. horarum non excedat ſeptem horas. Prolixior enim ſomnus ſignũ eſt corporis male affecti Vnde Plutarch. *in moral lib. de ſanit tuenda, Somnus inordinatus ſuſpicionem morbi fuentis adfert.* Et quantum ſomno tribuitur, tantum vitæ detrahitur. *Nihil temporis tam perit de vita noſtra* (dixit D. Bernardus ad fratres de monte Dei) *quàm quod ſomno deputatur.* Et Seneca *lib* 12 *epiſt.* 18. *Vitam nobiſcum* (inquit) *diuidit ſomnus, ex hoc tempore tam anguſto, & rapido & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere in vanum.* Qua de cauſa Tullius *Tuſc.*1. ſomnum mortis imaginem appellauit; ac proinde etiam, dum homo dormit, nulla eſt differentia inter bonum, & malum. *Bonus, & malus* (docuit Ariſtoteles *Eth.*1. *cap.*13.) *minime in ſomno diſcernitur; quapropter, inquiunt, à miſeris felices in dimidio vitæ differre* Nimium ſomnum etiam animæ eſſe noxium dixit Auicenna *part.* 2. *numero* 28. vbi, *Non prolongetur* (inquit) *ſomnus, quoniam obeſt animæ,* & compertum eſt, ſomnum ſicut, & otium eſſe libidinis fomentum, & incentiuum.

Erudiendi ſunt adoleſcentuli; vt temperanter, & honeſte ſe habeant in loquutione, & in vſu viſus, auditus, odoratus, & tactus, & in veſtitu, & ludis.

38 Poſthæc parentes, ſicut & præceptores ſoliciti ſint, vt adoleſcentes temperanter, & honeſte ſe habeant in ſermonibus, in iis, quæ ad viſum, auditum, odoratum, & tactum ſpectãt, & in veſtitu, & in ludis: Nè igitur permittant illos loqui inhoneſta, ad quæ illa ætas eſt procliuis; turpes enim ſermones accendũt concupiſcentiam veneream, ſicut ſuauis odor, & ſapor excitant guſtum; inhoneſta enim locutio turpem generat illicitorum concupiſcibilium memoriã, hæc concupiſcentiã veneream auget, & hæc ſic aucta impellit ad opus inhoneſtũ. Propterea ſi parẽs, vel præceptor audierit adoleſcẽtes turpia loqui, admonitionibus, increpationibus, minis, & aliis caſtigationibus auertat, & coërceat, & eodem modo, iiſdemque mediis curent, nè audiant, aut videant turpia, & laſciua, ex quorum aſpectu, & auditu fortius idem periculũ incontinentiæ imminet; atque adeo prohibendi ſunt adoleſcentes videre imagines mulierum nudas, & inhoneſtas, & intereſſe comœdiis, in quibus vt plurimum turpia, & laſciua repræſentantur, & narrantur. De quo late egi *in tom.* 3. *mor. var. tit.* 8. Caueant, nè iuuenes tam mares, quam fœminæ vtantur ſuauibus odoribus, qui etiam plerumque excitant ad venerem, ſuntque occaſio luxuriæ præſertim in fœminis, quæ odorabilibus non naturalibus, ſed artificioſis ſe reſpergunt, vt luxurientur. Non minor etiam diligentia à parentibus adhibenda, vt adoleſcentes honeſte ſe habeant in tactu, præſertim quoad partes pudendas, ex quarum contactu etiam inaduertenter ſequuto concitatur concupiſcentia voluntate repugnante. Vtque à ſimili contactu præſeruentur curandum, vt non ſimul cubent, ſeu dormiant adoleſcentuli, nec pueri cum puellis domeſticam, ſecretam, & aſſiduam conuerſationem habeant; amor enim concupiſcentiæ velut fur in abſcondito ſemper inſidiatur; & natura ipſa docet malitiam.

Doceant inſuper parentes, & curent filios veſtire modeſte, & abſtinere à veſtibus pompam, & mollitiem referentibus; nimis enim pomposis, & mollibus, ac delicatiſſimis veſtibus vti, omnino reprehenſibile, & ſignum animi muliebris, & ad laſciuiam proni; & ad intemperãtiam, & impudiciam trahit. Quare Saluator *Lucæ* 16. Diuitem illum, & epulonem reprobat, dicitque fuiſſe in inferno ſepultum, quia induebatur purpura, & epulabatur quotidie. Ludis itẽ tantum honeſtis, & corporis ſaluti accommodatis, vacare permittant, ab inhoneſtis autem, & à quibus honeſtas periculum poteſt pati, arceãt, quales, vt plurimum ſunt choreæ inter mares, & fœminas; de quibus late à me actum eſt *to.* 3. *mor. var. tit.* 7.

Præcauendum, nè adoleſcentes malorum, & improborum conſuetudine vtantur, & quàm moribus periculoſa amicitia, & conſortium flagitioſorum hominum.

39 Super omnia autem, vt adoleſcentes à peccatis, & vitiis præſeruentur, curare debent parentes, ne malorum, & improborum hominum cõſuetudine vtantur, ex qua omnium morum corruptela nata eſt conſequi. Propterea Plutarchus *in mor. lib. de educandis liberis*, tradit parentibus ſequens documentum. *Generatim autẽ* (ait) *liberos noſtros flagitioſorum hominum cõſortio ſegregare oportebit; quod Pythagoras obſcuris quibuſdam præcepit ſermonibus dicens, quæ nigrantes habent caudas, guſtari non oportere, hoc eſt, cum hominibus conſuetudinem non eſſe habendam, quos morum deprauatio ipſa denigrat.* Iuriſperitorum axioma eſt, *nos formari à conuictu.* Et Dauid, *Cum bono bonus eris, & cum peruerſo peruerteris*, ad quod illud diſtichon à Xenophonte ſub nomine alterius antiqui Philoſophi:

Iuſta docent iuſti, prauis conuixeris, ante.
Quæ fuerit protinus, protinus aufugiet.

Vir iniquus (ait ſapiens. *Prou. cap.* 16.) *lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam.* Non abſurda eſt prouerbij ſententia. *Si cum claudo habitas, ſubclaudicare diſces. Conuictor delicatus* (inquit Seneca *epiſt.* 9.) *paulatim eneruat, & emollit. Vicinus diues cupiditatem irritat: Malignus comes, quamuis candido, & ſimplici rubiginem ſuam affricuit.*

Ex bono, vel malo vitæ parentum exemplo præcipuè pendent filiorum boni, vel praui mores.

Hinc cum filij vtriuſque ſexus cum parentibus conuiuant, & continuam cũ ipſis habeant conſuetudinẽ, oportet, eos eſſe morum probitate, & recta viuendi ratione filiis præfulgere, & eiſdem omnino cauendũ eſt ne filiis malo ſint exemplo, nilque loquantur, aut faciant in præſentia filiis audientibus, vel videntibus, à recta ratione diſſonum; ſi enim parentes fuerint blaſphemiis, obtrectationibus, maledicẽtiis, turpiloquiis illicitis luſibus, turpitudinibus, & aliis vitiis dediti, & aſſueti; tales erunt & filij, ad eorum enim conſuetudinem, & mores deducentur, nam cum omnia adoleſcentes, quæ oculis excipiunt, ſimiarũ inſtar imitentur, fit ſanè, vt quæcunque à parentibus, quorum præſentior, & aſſiduior conuerſatio, fieri viderint, ad vnguem etiam facere nitantur, & ſe aſſueſcant. Hinc Plinius in *Panegyrico, non tam imperio* (ait) *illis opus eſt, quã exemplo*: Et Iuuenalis *ſatyra* 4. *ſic natura iubet, velocius, & citius nos corrũpant vitiorum exempla domeſtica*; & maxime materni mores in filias deriuantur. Vnde idẽ Iuuenalis *ſatyra* 6. *ſcilicet expectas, vt mater tradat honeſtos, aut alios mores, quam quos habet.* Et Velleius *lib.* 2. *recte facere mater filiam ſuam faciendo docet.* Propterea D. Hieronymus *Epiſt.* 15. *ad Iætam* ita conſuluit. *Non te videat filia, quod ſi fecerit, peccet; mementote vos parentes virginis tam magis exemplis doceri poſſe, quam voce. Cito flores pereunt, cito violas, & lilium, & crocum peſtilens aura corrumpit.*

40

Parentum mores in liberos deriuantur, & vt plurimum filij ſunt imitatores prauarum affectionum & incontinentiæ parentum.

Hac occaſione non prætereundum, multum intereſſe, vtrumque parentẽ eſſe pudicũ, & aliis honeſtis moribus præditũ, vt filios gignãt, & habeant probos; quia mores parentũ generatione ipſa quaſi transfunduntur in filios, Vt propterea viri (vt conſuluit Faber in tub. inſtit. de nupt. & notarunt Tiraquellus *ad l.* 7. *conn. n.* 1. *&* 2, & Author microcoſmiæ *cap.* 7.) debent ſibi deligere vxores, quæ probis, honeſtiſque parentibus natæ ſint, atque etiam ex patria, quæ fœminas humiles, & pudicas ferre ſolet; & è contra etiam fœminæ honeſtis, & probis viris ſint iungendæ; quia parentũ mores in liberos deriuãtur; *ſic enim* (inquit Marſilius Ficinus à Tiraquello, & Authore microcoſmię allegatus) *natura comparatum eſt, vt corpus, & anima proportione quadam harmoniaca congruant; motuſque corporis in animam, ſicut & animam in corpus faciliſſime, & vehementiſſime penetrent*, Quare quamuis vniuſcuiuſq; mens ſit 41

arbitrio

arbitrio prædita, & anima filij non educatur ex corpore, vel anima parentum, tamen tale corpus, & cum tali procliuitate à tali corpore parentis educitur, cui procliuitati facile mens obſequitur, ex quo fit, vt filij parentum morum ſint hæredes, & imitatores. Et huc tendit illud Hieremiæ 31. *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerũt.* Et Ezech. 16. clarius, vbi *ſicut mater* (ait) *ita, & filia eius.* Et multò clarius Sap. 3. de impiis, & iis, qui ſapientiam abiiciunt: *Nequiſſimi filii eorum, quaſi nequiſſimorum nequiſſimi ſint etiam filij.* Huic alludens dixit Eſdras *lib. 4. c. 9. qualis ager, talia & ſemina.* & ex puro fonte, puri lances, & ex impuro lutulentæ aquæ. Item teſtatur illud tritum:

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Facit, & illud Horatij

Fortes creantur fortibus, & bonis.
Eſt in iuuencis, & in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Et illud Euangelij *Matth. 7. & Luc. 6. Non poteſt arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere.* In eandem rem eſt textus in iure canonico *can. ſi gens Anglorum d. 56.* & iure ciuili eſt textus clarus in *l. quiſquis verbo C. ad l. Iul. Maieſt.* vbi, *in filiis* (dicitur) *paterni criminis exempla metuuntur.* Id etiam pluribus aliis confirmat Tiraquell. *ad d. l. conn. à n. 3. ad 14.* Vnde aliqui ſecundũ P. Greg. Toloſ. *ſyntag. lib. 18. c. 3. n. 4.* dixerunt filium pro effigie, & ſimilitudine interpretari; quia plerumque filij non ſolum corporis, ſed etiam animi, id eſt moris parẽtum referunt ſimilitudinem: Licet frequentius, & melius filium à Græc. *philo*, id eſt, amor, Doctores deriuari tradant, ſecundum Gloſſam *verbo appellantur in §. vlt. inſtit. qui tutores dare poſſunt* & Tiraquellum *in l. ſi vnquam in præfat. n. 11. verſ. ne quid. C. de reuoc. donat.*

42 Hinc fit, vt præſumantur filij eiuſdẽ voluntatis, & affectus cum patre, vt per textum *in l. ſi operarum iudicio ff. de operis libertorum* tradunt Baldus *in l. liberti Cod. eod.* & alios allegans Tiraquellus *ad d. l. 7. conn. n. 8.* & ita incontinentem præſumi illum, qui patrem incontinentem habuit, late tradit Mænochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 58. n. 6.* ex eo quod filij ſoleant eſſe paternæ incontinentiæ imitatores; & hanc eſſe cauſam quare filij præsbyterorum prohibeantur promoueri *can. 1. d. 56.* tradit *ibid.* Gloſſa *v. præsbyterorum.* Et eadem de cauſa ſpurios ſacris non initiari docuit Gloſſa *in c. 2. v. defectũ de filiis presbyterorum in 6.* Quare Albertus Gand. *in tr. de maleſ. tit. de præſumpt. & indic. dubit. verſic. præſumptio enim naturæ eſt* à Tiraquello *d. n. relatus* aduertit, vt parentum eius, qui accuſatur, mores conſpiciantur, vt proinde etiam agnoſcatur, quibus ſit ipſe accuſatus moribus. Qui enim bonos habuit parentes, bonus; qui malos, malus præſumitur.

§. V.

De parentum obligatione corripiendi ab ineunte ætate filios ad vitia inclinatos, & à recto virtutis tramite aberrantes.

43 DVplex eſt modus benè educandi filios, illos à vitiis retrahendi ad virtutes amplexandas. Vnus ſuauis, & abſque coactione, & vi, nempè inſtructionibus admonitionibus, & adhortationibus: Alter ſeuerior, & coactiuus, ſcilicet, correptione, minis, & caſtigationibus. Vtrumque modum docuit, & parentibus propoſuit Apoſtolus ad *Epheſ. 6.* verbis §. *præcedenti* adductis: *Educate illos* (ſcilicet filios) *in diſciplina*, ecce primus modus, *& in correptione Domini*, ecce ſecundus modus. De primo ſatis actum § *præcedenti.* De ſecundo *in præſenti.* Qui eſt neceſſarius, quando

D. Io. Angelus Boſſius, De effectib. contr. Matrim.

primus (à quo ſemper eſt inchoãda bona filiorum inſtitutio) caret effectu, & filij adoleſcentes paternã inſtructionem, & diſciplinã peruicaces contemnunt. Ad hanc correptionem teneri parentes, & mortaliter peccare, ſi in hoc genere fuerint notabiliter negligentes ex Doctoribus *ſup. n. 1. allegatis* in terminis tradunt Sayr. Homob. & Bonac. *loc. ſup. n. 20. fine relatis.* Graff. *p. 1. lib. 2. c. 58. n. 15.* Trull. *lib. 4. c. 1. dub. 3. n. 5.*

Igitur quod filij contumaces, & quibus parentum diſciplina, & admonitiones nõ ſufficiunt ad illos bonis moribus imbuendos, correptione, & caſtigatione maturè ſint ab iiſdẽ parentibus coërcendi, & cogendi ad virtuoſè viuendũ tradunt pluribus in locis diuinæ ſcripturæ. Sapiẽs *Eccl. 7. Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua* (ſcilicet correptione, & caſtigationibus) *illos à pueritia.* & *c. 30. curua ceruicem eius in iuuentute & tunde latera eius, dũ infans eſt, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.* Vtilitatẽ, & optimum correptionis effectũ ad auferẽdũ vitiũ, & virtutẽ inducendã demõſtrat Sap. Prou. 22. vbi, *ſtultitia* (ait) *colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam.* Parentes ergo in educatione filiorum prudenter, & fortiter ſe gerant, nè illis hilarẽ vultũ, ſed potius auſterũ oſtendant, nè cũ illis ludant; nè eiſdẽ aſſentientur, & multò minus nè ad eorum vitia, & malè geſta conniueãt, illóſve excuſent dicentes eos eſſe adhuc adoleſcentes, & aliquid pueritiæ, & iuuentuti eſſe condonãdũ; vel deniq; crudeli miſeratione parcant virgæ correctionis, qua tunc facilè poſſunt illorũ emendationẽ operari, ne poſtea eos pœniteat ſed ſerò; inde enim barathrum malorum quoad eoſdem filios, ipſos parentes, & totam familiam. Audiant patres huiuſmodi molles, & nimiũ indulgentes: *Nè corrideas* (admonet illos Spiritus ſãctus *Eccleſ. 30.*) *filio, ne doleas & nouiſſimè obſtupeſcant dentes tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus eius. Et eodem capite Equus indomitus euadit durus, filius remiſſus euadit præceps. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet, lude cum illo, & contriſtabit te.* Et paulò pòſt ſubduntur illa verba ſuperius adducta. *Curua, &c. tunde latera eius dum infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.* Ob nimiam etiam patris indulgentiam, & correctionem neglectam filius peruicax induratur in malitia, & malè agere aſſuetus (tanta eſt vis mali habitus à teneris contracti, & conſuetudinis) ita perpetuò vt primo imbutus fuit, perſeuerat; vt ampliùs non proſint nec admonitiones, nec correctiones, & caſtigationes paternæ ad vllam emendationem. Sed in eo habet locum illud Prou. 6. *Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat: huic extemplò veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* Ex quo ſæpè fit, vt multiplicatis ſceleribus manu hoſtis, vel carnificis pereant; vitãq; terminent; vel ad eos à nece cõmerita liberãdos oporteat patrẽ omnes conſumere facultates; & ita adimplentur illæ prædictiones, *Et nouiſſimo obſtupeſcẽt dentes tui; & cõtriſtabit te; & erit tibi dolor animæ.* Et illa Eccl. 10. *filius ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.* Si ergo parentes ſuos filios adoleſcentes vero, & ſincero amore diligunt, & benẽ illis eſſe cupiunt, illos inobedientes, & vitiis deditos corripiant, & caſtigẽt; hoc enim caſu corrigere, & etiã flagellis cædere, eſt amare, ſeu amoris paterni actus, & verè ſe ſe filiis declarant parentes, quando ſuo tempore, & cum debita moderatione corripiunt, & caſtigant; illos verò odiſſe, cum illis omnia indulgent, & illorum vitia diſſimulant, & impunita relinquunt. *Qui parcit virgæ* (ait Spiritus Sanctus Prouerb. 13.) *odit filium ſuum; qui autem diligit illum, inſtanter erudit.* Imitentur parentes omnium patrem Deum; de quo Apoſtolus *ad Hebræos 12. Quem enim diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Et ſub-

44 (margin, beside "Igitur quod filij contumaces")

Digitized by Google

dit idem Apoſtolus, *Quis enim filius, quem non corripiat pater.* Conſultius eſt, vt plorent filij, quàm parentes; & melius eſt, quo filij conquerantur de flagellis ad eorum correctionem, & emendationem à paterna manu inflictis, quam quod cædantur, & interficiantur inimicorum, vel miniſtri iuſtitiæ manu vel eorum animæ in æternum pereant, & in infernum detrudantur. Dixit enim patri Spiritus ſanctus Prou.23 *Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eum virga non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.* Quibus verbis clare innuitur paternam correptionem, & animaduerſionem liberare filium ab interitu corporis, & animæ. Quemadmodum è contra nimia indulgentia, diſſimulatio, & neglectus animaduerſionis eos corporis, & animæ manifeſtò exponit periculo. Quare cum res manifeſtiſſima ſit, parentes poſſe correptione, & caſtigationibus paternis filios auertere à vitiis, & impedire, nè malos imbuant mores, ob quæ illis animæ & corporis pernicies eueniat: Si in huiuſmodi correctionis officio negligentes, & remiſſos ſe exhibuerint, valde erunt reprehenſibiles, nec iuſtam, & comminatam pœnam euadent; ſæpe etiam in præſenti vita ſumente Deo vindictam non ſolum de filiis ſceleratis, & proteruis, verum etiam de parentibus ipſis qui eos ſuo tempore corrigere neglexerunt, quibus propterea & non tantum ipſis filiorum delicta qui adtribuntur. Agripina Neronis mater negligenter, & nimis indulgenter ſe geſſit in illius educatione, ſed pœna non fuit in alteram vitam dilata: ſiquidem Nero matris opera ad imperium euectus in huius officij remunerationem illam ſtatim interficit. Ita Ioſephus *de antiq. lib.* 1c. *cap.* 10. Euidentius eandem doctrinam confirmat vltio, & vindicta, quam Deus ob neglectam filiorum correptionem ſumpſit de Heli ſacerdote alioqui optimo viro. Vt enim 1. *Reg.* 1. & 4. narratur, iidem filij eadem die, eodemque in loco in bello gladio perempti ſunt, cuius nuncium audiens, & ipſe Heli de ſella repente corruens fractis ceruicibus expirauit, dignitate ſacerdotali, vita, & & omni ſucceſſione priuatus. Et vt agnoſceretur tanti mali cauſam fuiſſe correctionem filiorum ab eo neglectam, prædictorum rationem addit diuina ſcriptura; ſcilicet *eo quod nouerit indigne agere filios ſuos, & non corripuerit.* Nec aliud delictum (inquiunt D. Baſilius *de orat. ieiun.* & D. Chryſoſtomus *hom.* 17. *in c.* 5. 20) in ſacra Scriptura repetitur Heli attributum. Diuus etiam Gregorius *in ſuis dialogis* refert quendam puerum quinque tantum annorum ſolitum Dei nomen ſanctum iurare, & blaſphemare patre audiente, & non caſtigante, cæleſti flagello repente in eiuſdem patris ſinu, & amplexibus percuſſum ſtatim periiſſe. Boccius quoque ſcribit de filio Lucretij diſcipuli Zenonis, quod, quia pater non curauit eum corrigere, euaſit malus, & vitioſus, luſor, amoribus, & prauæ conſuetudini mulierum deditus, ita quod pluries, crucis patibulo periiſſet, niſi pater pecuniarum quantitate illius vitam redemiſſet; ſed tandem, cum iam eius causâ omnibus paternis facultatibus conſumptis, factus eſſet pater impotens ad eum ab vltimo ſupplicio liberandum, ob noua ſcelera morti adiudicatus, ad locum ſupplicij traheretur, videns à longè eundem patrem, rogauit illum, vt ad ſe accederet ad accipiendum vltimum oſculum; acceſſit ille, at filius loco oſculi dentibus eius nares abſcidit dicens, quia pater neglexiſti corrigere, & caſtigare me adhuc puerum, & adoleſcentem, dum tibi obedire contumaciter renuebam, ecce ergo nunc ob tantæ negligentiæ culpam caſtigo te, qui tua indulgentia ad hunc infelicem ſtatum deduxiſti. Et conſonat, quod Ianſenius *in c.* 23. *Prou.* ſuper præallegata verba. *Tam virga percutias eum*, &c. refert quendam adoleſcentem ob nimiam indulgentiam matris, quæ non curauerat eum corripere, moribus corruptum dumob grauiſſima crimina capitaliter damnatus duceretur ad ſupplicium, exclamaſſe. *Non Prætor, ſed mater mea me ducit ad ſupplicium.* Ex quibus ſatis manifeſtè agnoſcere poſſunt, & debent parentes neceſſitatem ſibi iniunctam benè educandi à teneris propitios filios non ſolum doctrina, inſtructionibus, admonitionibus, & minis, ſed & flagellis, moderatè tamen, & prudenter attentis ætate, genio, duritie, pernicacia puerorum, & conuenienti tempore, vbi admonitiones, increpationes, & minæ non proſunt. Certum eſt enim patrem, & matremfamilias intuitu diſciplinæ, & correctionis licitè poſſe verberare, & cædere filios moderate, putà, virga flexili, vel flagellis, quibus ſolent vti ludimagiſtri, aut alio ſimili inſtrumento pro quantitate delicti, & intra limites paternæ correctionis. Ita Molina *tract.* 2. *diſp.* 228. §. *Sextum effectum, & tract.* 3. *diſp.* 56. Ianſenius *loco citato.* Sylueſter *v. vxor q.* 3 *& v. percuſſio* Reginaldus *lib.* 10. *n.* 42. Surdus *de alimentis tit.* 7. *q.* 1. *num.* 14. Sanchez *in conſil. mor. lib.* 6. *cap* 4. *n.* 5. *fine.* Homobonus *de ſtatib. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 3 allegans, & Doctores agentes *de excommunicatione ob clerici percuſſionem*, quos refert, Auguſtinus Barboſa *tom.* 4. *collect. in ius canonicum ad canonem ſi quis ſuadente decimo ſeptimo quæſtione* 4. *numero* 64. *&* 66. Quod tamen limitatur quoad filios Clericos Sacerdotes ſecundum omnes, & iuxta Molinam *d.* §. *Sextum*, & alios, quos refert, & ſequitur Barb. *ad d. can. ſi quis ſuadente n* 68. de qua re *infrà* cum de poteſtate.

Quinimo ſi parentes non poſſent nec increpationibus, nec verberibus filios inobedientes emẽdare, & ad meliorẽ ſrugẽ reducere, poſſent, & tenerentur eos domo expellere, & alimenta eis denegare, ſi probabiliter crederent ſic poſſe corrigi, vt in terminis docent Sylueſter *v. familia* 2. 3. Nauarrus *in man. cap.* 14. *n.* 21. *verſic. trigeſimo ſecundo* Graffius *p.* 1. *lib.* 2. *deciſ. aur. c.* 8. *n.* 15. Surdus *vbi ſuprà n.* 15 Homobonus *d. c.* 10 *n.* 3. & Fagundez *in decal. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 2. Si verò probabiliter crederent, per hoc eos poſſe licentius peccare, per ſuã autem curam eos à multis, licet non ab omnibus peccatis, & malis ſe temperare, ſi faciunt, quantum poſſunt, erunt immunes ab omni culpa, & excuſabuntur, nec eis imputabitur filiorum peruerſitas, vt iidem Doctores tradunt, & conſtat ex can. *quamtamlibet, & ſeq d.* 47. 44

§. VII.

De parentum obligatione erudiendi filios in humanis ſcientiis, ſeu liberalibus diſciplinis & bonis artibus.

CErtum eſt, eruditionem in ſcientiis literariis, atq; liberalibus artibus, multa illas poſſidentibus afferre bona. Proſunt enim ad Deũ cognoſcendum, ad otiũ fugiendũ, ad illicita præcauenda; ad benè regẽdã domum, & familiam, ad comparanda ſibi, & ſuis alimenta, & neceſſaria vitæ decenter ducendæ, ad proprium honorem, & familiæ ſplendorem, & ad publicum commodum. Quare decet, & expedit omnes cuiuſcunque conditionis, & ſtatus, quibus eſt commoditas, & habilitas eas apprehendendi, illas addiſcere. 45

Hinc communis Doctorum concluſio eſt, patrẽ in 46 conſcientia teneri curare, vt filij addiſcant ſcientias, & liberales diſciplinas, quibus cæteri eiuſdem conditionis erudiri, & informari ſolent, & facere ſumptus & expenſas ad id neceſſarias, ſicut cæteri paris conditionis faciunt, niſi aliundè filius in ſtudio literarum ſe ſuſtentare poſſit. Ita Alciatus *in l. v. victus*

&

& l. ſeq. ff. de verb ſignif. Mathæus VVeſembecius *in pandect. lib. 37 tit. 7. n. 2.* Menoch. *præſumpt. lib. 4. præſ. 191. n 21. cum plurib ſeqq & de arbit. cent. 6. caſu 501 n. 7. ad 13.* Surdus *de alimentis tit. 4. q. 6. n. 1. 2 & 3.* Martha *de ſucceſſ. p. 4. q. 8 art. 8. n. 12.* & alij Iuriſp. *apud eoſd.* Et ex Theologis Ægid. Rom. *de regim. Principum lib. 2 p. 2. c. 7.* Iauellus *de œconomia christiana tr. 3. c. 13.* Azorius *p. 2. lib. 2. c. 4. q. 17.* Filliuc. *tr. 29. p. 2. c. 2. n. 24* Regin. *lib. 10. n 43.* Homob. *de ſtatibus p. 2. c. 10. n. 1.* Trul. *lib. 4. c 1. dub. 3 n. 3. & 4.* Rebell. *de oblig iuſt. p 2. lib. 1. q. 8. n 34* & Bonac. *de præcep. diſp. 6. q. vn. p. 6. initio n. 2.* & colligit Mænoch. *ex illo Eccl. 7. præced §. adducta: Filium habes, erudi illum.* & ex illo *Prou. 23.* pariter *§. præced* adducto. *Noli ſubtrahere à puero diſciplinam.* Hoc enim inquit Marta, *d. n. 12* eſt propium onus parentum, ita vt ſi pater nullam artem filio contulerit, filius poſtea non tenetur alere patrem, prout ſancitum fuiſſe in lege Solonis teſtatur Plutarchus in eius vita à Martha *d. n. 12.* relatus, quod tamen Surdo *d. q. 6. n. 6.* videtur nimis durum, & inhoneſtum, & grauiorem eſſe pœnam, quàm culpæ menſura ſit. Ratio iuxta eoſdem Doctores deſumitur tum ex eo, quod ſcientiæ humanæ conferunt ad benè moraliter viuendum; tum præcipuè ad honeſtum victum comparandum, ſi quidem ſtudio literarum, & aliis artibus homo ſe alere, & ſuſtentare poteſt. Vt Gloſſa *in l cum poteſt §. Gener. v. conſtaret ff. ſoluto matr.* & Mænochius *d. præſumpt. 191. n. 14.* Pater autem non ſolum tenetur alere filium de præſcripti *l. ſi quis à lib. ff. de lib. agnoſc.* Sed etiam ea facere, quibus in futurum ſe ipſum alere poſſit *l. Stichus de l. 3. ibi. Vnde ſe tueri poſſit.* & aliis iuribus à VVeſembeccio, & Surdo *relatis.* Confirmat Mænochius *n. 16. & 17.* Quod pater filiis præſtare debet ea, quæ ſunt pietatis paternæ, erudire autem filium in optimis diſciplinis, eſt pietatis paternæ officium, vt expreſsè habetur *l Macedoniani, C. ad ſent. C Maced.* Et licet Iaſon *in l. quidam cum filium n. 33. ff. de verb obl.* Barthol. *in l. de bonis. §. non ſolum ff. de carbon. edicto*, & alij à Mænoch. *d. ca. 501. n 11 relati.* dixerint patrem teneri eruditi facere filium ſolum in Grammatica, non verò in ſcientia legali, Medicinæ, vel ſimili; cum ſine hac (inquiunt) viuere poſſit commode Nihilominus idem Mænochius *ibid. n. 12.* aſſerit patrem nobilem habentem tantum reditus, vt poſſit impenſam ſtudiis iuris ciuilis, vel medicinæ, &c. præſtare filio cupienti ad ea incumbere, non debere recuſare, cum euenire facile poſſit, vt pro numero filiorum tot non ſuperſint bona, quibus inter ſe diuiſis poſſint ſinguli ſecundum eorum nobilitatem commodè viuere. De hac re videantur tradita *parte ſeq huius tr c. 1.* de alimentis *n. 62.* Vtrum verò expenſæ à patre factæ in ſtudiis eo mortuo ſint computandæ in legitima & in diuiſione hæreditatis communicandæ, traditur *ead. p. ſeq. c. 3.* vbi *de legitima, & diuiſione hæreditatis.*

47 Ex his autem infertur, ſi parentes ſint pauperes, & ob facultatum inopiam non poſſint filios in ſtudiis literarum alere, illis curandum eſſe, vt addiſcant illiberales, & mechanicas artes ſtatui, & conditioni cuiuſque accommodatas, vt ita neceſſaria victui pro ſe, & ſuis comparare poſſint, & nè deſtituto omni medio honeſto ſe ſuſtentandi propter inopiam ad furandum, vel ad alia crimina perpetranda inducantur, quod etiam in terminis tradunt Rebellus, & Trullench. Expediret etiam ſi aliquo modo ſuppetant paternæ facultates, ſeu pecuniæ, & filij ſint capaces, docere illos legere, & ſcribere, cum id multum proſit ad negotia peragenda, & rem temporalem benè, & vtiliter adminiſtrandam ſcriptis notare ea, quæ quotidie peraguntur, ne memoria effluant, vel quis cogatur ſecreta, & propria ſenſus aliis aperire, qui ſcriptis conſignent.

48 Cum verò non omnium ingenia ad omnes ſcientia, & artes naturaliter ſint diſpoſiti, curent parentes per ſe, vel per præceptores, & inſtructores idoneos agnoſcere genium, qualitatem, & aptitudinem ingenij filiorum, & naturalem inclinationem ad hanc, vel illam ſcientiam, vel artem; Et in ea, ad quam ipſos habiles deprehenderint, curent erudiri per ſe, vel per alium præceptorem; cum enim nil, vel niſi magna cum difficultate in hoc genere repugnante Minerua feliciter ſuccedat, cauendum omninò, ne adoleſcentes erudiantur in ea diſciplina, vel arte, ad quam nullam, vel ſaltem modicam habeant aptitudinem, & inclinationem; quia non proficient, & docens operam, parentes verò expenſas perdent. Hac enim de cauſa ea multis adoleſcentibus, qui ad Academias, & literarum, ac bonarum artium gymnaſia mittuntur, pauciſſimi proficiunt, & ad ſuos, vt ante Ignati, redeunt, quia aut ſunt hebetis ingenij, ita quod nulli ſcientiæ apti nati ſunt, aut illi vacare adſtringuntur, ad quam nullam habent aptitudinem, imò forte oppoſitam.

Præterea parentes committant filios erudiendos præceptori, ſeu magiſtro, qui non ſolum eruditione, & ſufficienti ſcientia præditus ſit, ſed etiam qui præſtet moribus, & vitæ probitate, ita vt eius vita adoleſcentibus ipſi concreditis ſit ſpeculum, & exemplum honeſtè viuendi, quos enim mores pueri, & adoleſcentes in magiſtro aſpiciunt, eos apprehendunt, & altè retinent. Et quæ *ſup. n. 40.* tradita ſunt de incōmodis, quæ ex malo vitæ parentum exemplo ſequuntur, huc quoque ſpectant Quibus addo Alexandrum (vt D. Hier. epiſt. ad Lætam *de inſtit. filiæ ex Græca Hiſtoria refert*) potentiſſimum Regem, orbiſque dominatorem & in moribus, & in inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus adhuc paruulus fuerat infectus. *Procliuis eſt enim* (ſubdit idem Hier. ibidem) *malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imiteris vitia.* Sed de qualitatibus præceptoris latè Ægid. Romanus *d p. 2. cap. 9.* & Iauellius *d. tr. 3. c 5.* vbi ſine acriter reprehendit ciues, & diuites, qui pro curandis poſſeſſionibus, agris, iumentis, & mercibus omni ſtudio laborant inuenire hominē in huiuſmodi peritum, vigilem, fidelem, & laborioſum; pro erudiendis vero filiis ſæpiſſimè recipiunt hominem imprudentem, incultū, obſcœnum, & omni turpitudine fœdū. 49

Tàm parentes autem, quàm pædagogi non permittant adoleſcentibus, & iuuenibus legere quoſcūque libros ſine delectu, ſed omninò caueant, ne legāt libros fidei Catholicę dogmatibus vel bonis moribus aduerſantes materias continentes, & præſertim etiā eos, qui de amoribus mulierum, deque turpibus, & venereis pertractāt; quorū lectione nil magis efficax *ad prauandos iuuenū animos*, vt notauit Plutarch. *in mor. apoph. Laconic* Si enim corrumpunt bonos mores colloquia praua, quæ citò tranſeunt, multò magis id efficit lectio prauorum librorum turpia repræſentantiū; quæ ob diuturnitatē, & attentionē magis intus penetrat, & firmius menti turpia phantaſmata imprimit. *Carmen enim compoſitum* (dixit Lact. *de vero cultu lib. 6. cap. 21.*) *& oratio cum ſuauitate decipiens capit mentes, & quò voluerit, impellit.* Vt ab omnibus commendetur Auguſtus Cæſar, eo, quod miſerit ab Vrbe Roma exſulatum Poëtam Ouidium, quando in lucem edidit tres illos peſtiferos libros de arte amandi. 50

E contra verò iidem parentes, & pædagogi adoleſcentes hortentur, & vrgeant, vt legant libros ſacros, & de rebus ad pietatem, & religionem ſpectantibus, quorum lectio aſſidua, & experientia ipſa teſte non ſolum ad ignorantiam depellendam, & ad eruditionem rerum neceſſariarum ad ſalutem, ſed etiam ad morum informationem, & ad diuitias virtutum comparandas, atque ad continuè in illis proficiendum. Vnde D. Gregorius *moral. lib 8. c. 12. Libri ſacri* (ait) *ad* 51

Digitized by Google

loquendum nobis quaſi quadam argenti vena ſunt. & Th. de Kemp. *lib. 5. de diſciplina clauſtrali c. 5. Lectio ſacra* (inquit) *ignorantiam noſtram erudit, dubia ſoluit, errores corrigit, bonos mores inſtruit, facit cognoſcere vitia, hortatur ad virtutes, excitat ad feruorem, incutit timorem, recolligit mentem, recreat faſtidioſum animum.* D. Hieron *epiſt. ad Damaſ. c. 3. Nulli dubium* (ſcribit) *quin in ſacris voluminibus ex eorum lectione vniuerſa vitia purgentur.* Quod diffuſius explicat S. Laurentius Iuſtinianus *lib. de inter. conflict. cap. 12.* vbi, *ſi quando* (ait) *blanditur caro, ſi ſæuit mundus, ſi circumſiſtant bella, ſi inſurgant aduerſa, ſi maledicant homines, ſi temporalia deſint, ſi elementa turbentur; ſi infirmetur corpus, ſi mortis atrocitas imemetur, praſtò ſunt in voluminibus ſanctis apta remedia, quibus imminentes ſoluantur languores animarum.*

52 Poſt lectionem ſacrorum, & ſpiritualium librorum eiſdem adoleſcentulis, & iuuenibus proponenda, & commendanda eſt lectio hiſtoriarum antiquorum tẽporis Xenophontis, Thucididis, Herodoti, Iuſtini, Laërtij, Suetonij, Plutarchi, Titi-Liuij, Iulij Cæſaris; tum poſteriorum, & etiam noſtrorum temporum Prodeſt enim plurimum ad eruditionem, ad prudentiam comparandam, reſque in pace, & bello benè agendas, & ad inſtruendos, & habendas in conuentibus, & conuerſationibus honeſtas colloquutiones. De hiſtoria enim dixit Tullius *lib. 1. de orat.* quod, *eſt temporum teſtis, lux veritatis, vita memoria, magiſt a vita nuncia vetuſtatis.* Et etiam Æneas Syluius in præfatione de vniuerſo, hiſtoriam appellauit magiſtram vitæ; *ſiquidem* (ait) *prudentia eſt, qua vitam ducit prudentiam verò multarum, & magnarum rerum cognitio parit, quã nemo inter ſcriptores melius hiſtoria tradit.*

§. VII.

Explicantur quadam ſpecialia à parentibus praſtanda pro bona puellarum, ſeu filiarum educatione, præſertim ad illorum pudicitiam præſeruandam.

53 PVeri, & adoleſcentes ſolicitè, & ſedulò ſunt à parentibus educandi, vt tradita in præcedentibus oſtendunt. Verum puellæ virgines ſumma cura, & ſedula diligentia pudicam educationem requirunt, *Quid enim ſalui eſſe poteſt mulieri amiſſa pudicitia,* dicebat apud Liuium *lib. 1.* Lucretia. Pudicitia eſt decor, ornamentum, ſplendor, & diuitiæ puellarũ: Vt quemadmodũ ſol ſua præſentia totũ mundũ illuſtrat & reddit formoſũ; ita caſtitas, & pudor ſuper omnes alias dotes mulierẽ exornat, & formoſã efficit. *Gratia ſuper gratiã mulier ſãcta, & pudorata, omnis autẽ ponderatio nõ eſt digna continentis anima,* Eccleſ. 26. Vt proindè olim (vt refert D. Gregorius *lib. 5. de virg.*) elegerint magis mori, quam procacium virorum violentia amittere pudicitiam. Ideo Eccleſ. 7. ſpecialiter admonentur parentes, vt vigiles, & ſoliciti ſint in cuſtodienda filiarum pudicitia, & integritate. *Filia tibi ſunt* (ait ſapiens) *ſerua corpus illarum, & non oſtendas faciem hilarem ad eas.* Et vt demonſtret operis difficultatem, & conſequenter neceſſitatem ſummæ in hoc genere diligentiæ à parentibus adhibẽdæ, ſubdit. *Trade filiã, & grande opus feceris,* hoc eſt, trade viro in matrimonium filiam, ſcilicet, caſtam, & grande opus feciſti; in hoc oſtendens difficultatem ſeruandæ pudicitiæ in puellis: Quare etiam parentibus maximè laborandum eſt, vt bona, & pudica educatione ſuas puellas illibatas, & à vitiis pudicitiæ oppoſitis alienas ex ipſa adoleſcentia cuſtodiant. Præſertim cum, ſi ſemel filiæ corpus violatum & corruptum fuerit non ſolum ipſa ſui omne ornamentum amittat, & infamiam contrahat, ſed & familiæ honor deperdatur, & inſuper abſque ſpe matrimonij ſæpe inſordeſcat, & ad meretriciam turpitudinem ſibi via paretur, dicente eodem ſapiente Eccl. 42. *Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis.* In hoc igitur munere cuſtodiendi filias ab omni labe peccati, & præſertim turpitudinis ſolicitè ſe gerant parentes, præſertim matres, ad quas præcipuè filiarum, cum ſemper cum ipſis morentur, cura ſpectat. *Si ſolicita prouides* (ſcribit D. Hieronymus in *Epiſt. ad Letam de inſtitutione filia*) *ne filia percutiatur à vipera. Cur non eadem cura prouidias, ne feriatur à malleo vniuerſa terra? ne bibat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina* (Geneſ. 34.) *& velit videre filias regionis aliena.*

Cum autem maſculus, & fœmina poſt innocentiæ ſtatum longè maiorem inclinationem (vt in præcedentibus notatum eſt) habeant ad malum, quam ad bonum; & vtrique ſicut cuilibet animali ſit naturale deſiderare ſenſus delectationes; ad haſque vehementius incipiant excitari, & inclinari, quando ad eã accedunt ætatem, in qua conſurgit concupiſcentia, quæ in fœminis vt plurimum incipit anno 12. in quo rationis vſus, & vigor eſt debilis; ex hoc tempore inchoatæ pubertatis, vel pubertati proximo, præſertim parentes per ſe, vel per honeſtas matronas debent inuigilare cuſtodiæ filiarum, ab iiſque amouere omnem peccandi occaſionem; & ſtudere, vt purè, & honeſtè occupentur, & nihil aliud diſcant audire, nihil loqui, niſi quod ad timorem Dei pertinet, inquit D. Hieron, *preallegata Epiſtola.* qui etiam poſt multa notat, quod licet quidam *putent maiorem eſſe virtutis praſentem contemnere voluptatem, tamen ego* (inquit) *arbitror ſecurioris ſententia eſſe neſcire, quod quaras,* quibus indicat puellæ quidẽ erudiendæ in iis, quæ bona ſunt, malorũ verò præſertim turpium vllam notitiam non eſſe tradendam etiam in ordine ad fugam, cum longè ſit melius puellas ea neſcire, neque nomen ipſum ad pudicitiã conſeruandam. Vnde etiam cauendum eſt, ne turpia proferant, etiamſi quid ſignificent, ignorent. 54

Imprimis igitur curandum, vt puellæ otio non torpeant, (cum otium perpetuò pudicitiæ aduerſetur) ſed ſemper alicui operi conuenienti incumbant: primum vt opportunis temporibus orationi, & ſacris precibus (in quibus ſunt ab ineunte ætate erudiendæ) vacent; Deinde ſemper aliquibus operibus mulierum propriis, qualia ſunt texere, ſuere, figurare, ex filo laneo, ſerico, argento, & auro, fuſum ducere, cibos præparare, & coquere, & alia ſimilia. *Diſcant* (inquit D. Hieronymus *in dicta Epiſtola ad Letam de inſtitutione filia*) *& lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum* (eſt corbis, in quem netrices penſum, & fuſos componunt) *rotare fuſum, ſtamina pollice ducere.* De Lucretia Romana ſummæ dignitatis, & præclariſſima muliere refertur, quod filij Tarquinij in medio ſuarum puellarum filantem inuenerunt, idque dum cæteræ mulieres nobiles Romanæ feneſtris recreationis gratia aſtabant. Cæſar quoque Auguſtus voluit, vt ſuæ filiæ, & nepotes diſcerent manibus ſuis opera præfata mulierum propria exercere ad otium euitandum. Et in diuina Scriptura aliundè non commendatur mulier vti bona, virtute, & probitate, ac fortitudine prædita, beataque prædicatur, niſi quia otium abhorrens, prædictis vacet operibus mulierum conditioni congruentibus. *Mulierem fortem* (Prouerb. 31.) *quis inueniet? &c.* & reddens rationem ſubdit. *Quaſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio* (hoc eſt, ingenioſo artificio) *manuum ſuarum, manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum; Conſiderauit ſemitas domus ſua & panem otioſa non comedit. Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt, & vir eius laudauit illam.* Vt igitur puellæ vitiis, & concupiſcentiis, quia malitia ipſa naturali impellente pronæ ſunt, 55

vacent,

vacent, euadant bonæ, & vtiles, & verè laudabiles, ſtudeant parentes, vt operib. mulierum proprijs iuxta earum inclinationẽ (vt ſuprà dictum eſt de maſculis) incumbant. Et aduertendũ, puellas in die feſto poſt ſuas deuotiones occupantes ſe in ſuis operib. excuſari à peccato, ſi id faciunt ad vitandum otium iuxta Sylueſtrum *v. Dominica q.5. verſ.4.* Emanuel Sà *v. feſtum n.6.* ſicut enim neceſſitas corporalis excuſat operi ſeruili vacantes in die feſto, ita & multò magis excuſare debet neceſſitas ſpiritualis; ac proindè cum otium puellis ſpiritualiter noxium ſit, illis licebit ad illud vitandum in die feſto laborare peractis iam ſuis deuotionibus.

56. Erudienda autem eſt filia, & in operib. congruentibus occupanda vnà cum puellis honeſtis eiuſdem ætatis, non autẽ permittendæ ſunt operari in ſocietate mulierum nuptarum, ſiue non nuptarum, quæ neſciunt niſi laſciua loqui, & iocos inhoneſtos habere; iſtæ enim vt peſtiferæ ſunt à pudicis puellis fugiendæ, quoniam corrumpunt bonos mores colloquia praua; & poſito quod non amittant caſtitatem corporis, amittunt illam mentis. Seruandum igitur conſilium D. Hieron. *illa Epiſtola ad Lætam*; ſcilicet, *vt puella filia turpia verba non audiat, nec etiã intelligat, cantica mũdi ignoret* & paulò pòſt inferiùs. *Placeat ei comes nõ compta, neque formoſa, neq; laſciua. quæ liquido gutture carmen dulce modulatur, ſed grauis, pallens, ſordidata, ſubtriſtis.* Non permittatur etiam filia habere peculiarẽ familiaritatẽ cum aliqua ex ancillis, quæ ſit illi veluti à ſecretis, ſecretóſve habeat ſermones, ſed quod loquitur, omnes audiant. *Nolo* (inquit D. Hieron. *d. epiſt. ad Lætam*) *de ancillis ſuis aliquam plus diligat, cuius crebrò auribus inſuſurret; quidquid vni loquitur, hoc omnes ſciant.* Huiuſmodi enim familiaritas cum aliqua ex ancillis, vel comitib. valdè ſuſpecta, & noxia eſt; ſæpe enim deferunt nuntia, & literas iuuenum amantium; ex quib. ad peiora deueniunt cum dedecore parentum, quib. præſertim matribus, vbi filiæ inſtar aquæ pereuntibus adnertere negligentibus culpa imputatur.

57 Verſetur ſemper puella coram matris (vel probæ fidei, ac morum, & pudicitiæ matronæ, vel Virginis veteranæ) oculis, vt *ne tranſuerſum quidem vnguem* (inquit D. Hieron.) *à matre diſcedat.* Si enim centum haberet oculos, tot ſunt neceſſarij pro bona cuſtodia vnius filiæ ſolius, ſunt enim puellæ ingenij verſatilis, ac leuioris, atq; viuaciores, quàm maſculi. Præſertim verò ſi edocenda ſit legere, vel ſcribere, aut canere (licet id munus longè conſultiùs foret, & ſi poſſibile ſit, curandum, vt per mulierem peritam, & honeſtæ vitæ exerceatur) per præceptorem virum, præterquam quod is debet eſſe maturæ ætatis, & morum, ac vitæ probitate inſigni præditus. Mater, vel matrona, cuius curæ puella ſit concredita, præſens ſemper adſtet, ne fidat ſenectuti, ac bonæ opinioni præceptoris; facilè enim eſt etiam ſenibus, & alioqui viris probis labi in concupiſcentiam carnalẽ data opportunitate. Et de hoc ego per certam notitiam in audiendis confeſſionibus puellarum, quas parentes nimia ſecuritate commendabant præceptoribus, teſtimoniũ perhibeo. Itẽ matres domo exeuntes non relinquant puellas ſolas, neque cum pueris maſculis licet modicæ ætatis, & multò minùs cum famulis; alioqui enim illis aperietur via ad turpidines. Propterea D. Hieron. ad Lætam, *Si quando ad ſuburbana* (inquit) *perga, domi filiam non relinquas; neſciat ſine te, nec poſſit viuere; & cum ſola fuerit, pertimeſcat.* Non etiam permittant eaſdem puellas ſaltem poſt ſeptennium, & maximè cum ſunt pubertati proximæ, noctu in eodem loco ſolas ſimul cubare; & multò minus cũ pueris maſculis eiuſdem ætatis, etſi fratribus, experientia enim docuit pudicitiam indè periclitari, & tam puellos, quàm pueros libidinibus aſſueſcere.

Caueant parentes, vt filiæ ſint temperantes in cibo ſumendo; & vilioribus cibis aſſueſcant, ſeruentq; regulam, quam puellæ præſcribit D. Hieron. *in d. epiſt. ad Lætam.* *Cibus eius* (ait) *oluſculũ ſit, & ſimilia, raròque piſciculi; & ſic comedat, vt ſemper eſuriat;* vt ſtatim poſt cibum poſſit *legere orare & pſallere;* docet etiam Sanctus; *vt nõ videat cibos, quos deſideret,* ac proindè non verſetur *in publico,* ſcilicet, *in parentum conuiuio.* Item doceant, & curent eſſe ſobrias in potu, & parcè vti vino, in quo, vt *ſuprà* diximus, eſt luxuria, Epheſ.5. ideo olim puellæ non permittebantur vinum bibere. Et ita D. Hieronymus dicta epiſtola. *Diſcat* (inquit) *iam nunc, & vinũ non bibere, in quo eſt luxuria; & ſi neceſſitas poſtulauerit, vino vtatur modico propter ſtomachum, & etiam carnium ſdulio ſuſtentetur.* Imo curandum eſt, vt etiam aſſueſcant moderatè bibere aquam, & non ad ſocietatem; ne poſtea nuptæ, & nactæ opportunitatem bibendi vinum, illud immoderatè bibant. Ad cuius rei confirmationẽ placet hic notare, quæ de ſua ſanctiſſima Matre Monica refert D. Auguſtin. *lib.9. confeſ. c.8.* vbi dicit, quod propter ſenectam, ac mores optimos ab alijs mulieribus nobilibus honorabatur, quæ propterea ei ſuas filias educandas committebant; & *ipſa* (ait D. Auguſt.) *curam filiarum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cum opus eſſet, ſancta ſeueritas, vehemens, atque in docendis ſobria prudentia. Nam eas præter illas horas, quib. ad menſam parentum moderatiſſimè alebantur, etiamſi exardeſcerent ſiti, nec aquam bibere ſinebat, præcauens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum; Modò aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis; cum autem ad maritos veneritis, factæ dominæ Apothecarum, & Cellariorum; aqua ſordebit, ſed mos bibendi prænalebit.* Addit idem D. Auguſt. eandem ſuam matrem adhuc adoleſcentulã ſæpiùs paucas tantũ illius guttulas ex cupa parẽtum eiſdem iubentibus depromendo paulatim aſſueuiſſe potui vini; ita vt poſtea in eam conſuetudinem lapſa prope iam plenos vino caliculos inhianter hauriret; quam prauam conſuetudinem ſubdit Sanctus matrẽ exuiſſe obijciente ſibi, dum quadam vice cum illa rixaretur ancilla, quod eſſet meribibula; *Quo illa ſtimulo percuſſa* (ait Sanctus) *reſpexit fœditatem ſuam, ſtatimque damnauit, & exuit.* Quare adiungit S. Auguſtinus dictum notatu dignum; nimirum, quod *ſicut amici adulantes potuerunt, ſic inimici litigantes plerumque corrigunt.* 58

Ad hæc curare debent parentes, vt puellæ loquacitatẽ euitẽt, ſintq; taciturnæ, & verecũdæ præſertim in conſpectu virorũ; & interrogatæ vix reſpondeant ad interrogationẽ non multiplicantes verba, quæ eſt doctrina Apoſtoli *1. ad Tim.2.* dicentis mulierẽ in ſilentio erudiendam, *mulier* (inquit) *in ſilẽtio diſcat cũ omni ſubiectione*; alioqui mulier imprudenter cũ ſui, & ſuorum dedecore proferet, cum enim ex abundantia cordis (ſcilicet ex paſſionũ interioriũ impulſu, & motione) os loquatur, & fœmina reſpectu viri deficiat ratione, & prudentia, & ducatur magis paſſionibus, quàm ratione, & reſpectu fœminarum adultarũ, & prouectæ ætatis adhuc magis deficiant puellæ ob teneriorẽ ætatẽ, & inexperientiã, naturaliter ſunt loquaces (defectus cõmunis fœminarũ, quas ad loquacitatẽ pronas, & prõptas eſſe notauit D. Io. Chryſoſt *in 1a homil.6.* & Prou.7. fœmina appellatur garrula) inordinatæ, & incautæ, dũ verba proferunt; atque adeo ad defectũ naturæ corrigendũ debent à parentibus ſuaſionibus & etiam correptionibus aſſuefieri ſilentio, & erudiri, vt non loquantur, niſi præmeditatè; ſic enim vitabunt ſermones vanos, incautos, & imprudentes, ac ſine ratione prolatos, & ſic clamores, & iurgia, atque rixas, in quæ mulier ad irã natura ſua procliuis facilè impellitur, quo moleſta, & odibilis omnibus efficitur, cum nihil moleſtius in domo quã mulier loquax, & litigioſa, dicente Spiritu ſancto Prou.21. *Melius eſt ſedere in angulo domus, quàm cum muliere litigioſa in domo communi:* 59

Me

ni: *Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda.* Mulierem nubilem, vel nuptam, luquacem,& audacem omnes cordati contemnunt, atque de ea malè coneipiunt, circumſpectam verò in loquendo, ac verecundam, & taciturnam omnes commendant,& de ea benè opinantur: ideóq; iuxta Ariſtotelem ſilentium in muliere eſt eius ornamentum, quo omnib. ſe reddit amabilem, gigniique bonam exiſtimationem, & pudicitiæ opinionem: propterea puellis conſulit D. Hier. *ad Demetriadem* in hæc verba: *Sit ſermo Virginis prudens, modeſtus, & rarus, non tã eloquentia pretioſus, quàm pudore. Mirentur omnes te tacente tuam verecundiam, te loquente tuam prudentiam.* Maximè autem cauendum eſt, ne ex ore puellarum verbũ turpe prodeat. Arcendæ inſuper à lectione librorum impudiciorum, & ad piorum lectionem inducendæ, prohibendæ, ne decantent, nec audiant cantilenas parum honeſtas, neque delectentur ſonis inſtrumentorum demulcentibus, & emollientibus. vt aduertit D. Hieron. *ad Latam. Surda ſit* (inquit) *ad organa, tibia, lyra, cithara, cur facta ſint, neſciat.* Et epiſtola *aduerſus Heluidium: Vbi tympana* (inquit) *ſonant, tibia clamitat, lyra gemit, cymbalum concrepat, quis ibi Dei timor.*

60 A ſuperfluo cultu, ornatu fucato, & veſtitu ſuperbo, vt puellæ abſtineant, ſedulò quoque curent iidẽ parentes, D. Hieron. in præallegata epiſt. ad Heluidium dicit, quod mulier expoliens faciem, naturæ bonum infuſcans, ad ſpeculũ ſe pingens, vt pulchrior appareat, quàm nata eſt, iniuriam,& contumeliam artifici, ſcilicet, Deo inferre. Huiuſmodi mulierem ſic expolitam vocat libidinum victimam, & iuuenum ſcandalum. Et certè iſta ſolicita cura expoliendi faciem, & corpus exterius ſuperfluè ornandi ſignum eſt obliuionis,& contemptus interioris cultus animę, & animi ad libidinem proni. Et non eſt dubium caſtitatem duos ſecretos, & occultos aduerſarios habere, qui illam impetere, & impugnare ſolent. Vnus eſt pulchritudo, & venuſtas, quæ viua fax, & libidinis incitamentum dicitur. Alter corporis exterior ornatus, præſertim quando in fœmina parum cauta, & prudenti, vt puellæ eſſe ſolent, apparuerit. Quare idem D. Hieron. præfata epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ, de veſtitu,& ornatu puellæ loquẽs; *ſpernat* (inquit) *bombycum telas, ſerum vellera, & aurum in fila lentſcens progemmis, & ſerico diuinos codices amet.* Et paulò ſuperiùs, *Caue ne aures eius perfores, ne ceruſſa, & purpuriſſo ora depingas; ne collum auro, & margaritis premas; nec caput gemmis ornes, nec capillum irruſes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auſpiceris.* Id quod longè ante conſuluit, ſeu potius præcepit D. Paulus 1. *ad Timoth* 2. *Similiter & mulieres* (ait) *in habitu ornato cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe, & non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.* Idem D. Petrus 1. c. 3. *Mulieres ſubdita ſint viris ſuis; quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.* Purpuriſſum virginis debet eſſe pudor, & verecundia, quæ eſt mulieris verum ornamentum; iuxta illud præallegatum, Gratia ſuper gratiam mulier caſta, & pudorata. Habeant igitur puellæ Virgines præ oculis exemplum Heſther, de qua Heſter 2. ſcriptum eſt, quod *non quæſiuit muliebrem cultum*, ſed *quæcunque voluit Egeus Eunuchus cuſtos virginum, hæc ei ad ornatum dedit.* Et ideo, quia non confidit in vanitate ornatus, ſicut reliquæ virgines, puſtpoſitis omnibus ſola eligitur ab Aſſuero Rege in veram vxorem, & coronatur Regina. Cum igitur virgo vanum,& nimium ornatum affectat, parẽtes illam coërceant,& acriter reprehendant, prout tenentur facere. Non omittam tamen aduertere, quod cum exceſſus in ornatu ex ſe non ſit peccatum mortale, ſed tãtum veniale, vt probaui cum aliis *to. 2. mor. var. tit. 1. num. 1123. & in tract. de ſcrup. n. 83.* ſi filia ſe ornat cultiùs, quàm ſuo ſtatui conueniat abſque malo fine, venialiter tãtum peccabũt parentes, ſi non acriter eam reprehendant, vt tradunt Syluester, *v. vxor. q. 3.* Nau. *in man. c. 14. n. 18. v. 22.* Graſſius *p. 1. lib. 2. c. 58. nu. 22.* & Fagundez *in decal. lib. 4. c. 1. n* 18. quia conſentiens in crimen alterius non grauius peccat communiter, quam actor illius *c. 1. de offic. deleg.* Quod ſi parentes ſcirent filiam vti ſtibio, purpuriſſo, ceruſſa,& aliis Veneris illecebris ad illaqueandos animos,& non acriter reprehenderent, mortiferè peccarent, vt Nauar. *d. n. 18.* Graſſius *d n. 22.* & Fagũd. *d n. 18.*

Non permittant quoque parentes puellam in domo à viris præſertim adoleſcentibus,& iuuenibus familiariter, & crebrò viſitari, cum iiſque ſermones habere præſertim prolixos. *Procul* (inquit D. Hieron. *ad Latam*) *ſit ætas laſciua puerorum, ipſa puellæ & pediſſequæ à ſecularibus conſortiis arceantur, ne quod malè didicerint, peius doceant.* Conformis enim ætas, mutuus aſpectus, dulce colloquium de facili reciprocum, & cõcupiſcibilem conciliant amorem, prærerquã quod fœmina naturaliter ad virum, vt ferrum ad magnetem ſe cõuertit; eadem de cauſa prohibeant illi, nec permittant illam ad feneſtras ſe exhibere cernendam à iuuenib. & ex feneſtris cum eiſdem loqui; & inſuper animaduertãt, ne puella per munuſcula, & literas amatorias ſollicitetur; dona enim,& literæ amatoriæ corda iuuenũ irretiunt, & ad libidinum amorem inflammant; & ſi adhuc periculoſiores ſunt internuntiæ, & nuncij lænocinantes, quia ſuaſionibus, promiſſis, laudib. adulationibus puellæ animum immutant,& transformãt veluti callidiſſimi incantatores,& deceptoriæ ſirenæ. Porrò contra pietatem naturalem lethaliter peccare parentes, qui patiũtur filias ſuas habere amatores impudicos, & ad malum finem, & etiam qui filias à ſuſpectis colloquiis fœminarũ non retrahunt; & multo magis, qui ſciunt filios, & filios turpem vitam ducere,& non acriter reprehẽdunt; tradũt Nauar. Graff. & Fagund. *locis ſuprà citat.* Sayrus *lib. 7. c. 7. n 4.* & Trullench *lib. 4. c. 1. n. 4.* & parentes, ac qui loco parentum ſunt non ſolum huiuſmodi filiorum delicta poſſunt, & tenẽtur corrigere, & paterna caſtigatione punire; ſed & ob eam cauſam eos contumaces poterunt in carcerem detrudere,& iudici tradere, vt ſeuerius puniantur iuxta *l. 3. C. de patria poteſtate.* Itẽ peccãt mortaliter parentes permittentes ſpõſos de futuro cum filiab. ſuis deſpõſatis vti tactib. impudicis, & enormib. & per partes inhoneſtas, vel per alias partes diuturnis, & cum notabili mora, quia ſunt proximæ diſpoſitiones ad copulam,& pollutionem. Ita Nauarrus *d. c. 14. d. n. 18. fine.* Sayrus *d. n. 4.* Trullench *d. n. 4.* & Fagundez *d. cap. 1. num.* 19. Ex quo etiam ſequitur, vt grauiter peccent parentes permittentes filias ſuas deſponſatas eſſe ſolas cum ſponſis tum propter periculum tactuum enormium per pudendas partes; tum etiam propter periculum copulæ; vel conſenſus in eam, vel in pollutionem. Ita Nauarr. Sayr. & Fagund. *loc. cit.* & alios allegans Sanch. *de matr. lib. 9. diſp.* 46. *n. 53.* Amplexus verò, & oſcula,& alij tactus honeſtiores, non diuturni habiti in ſignum beneuolentiæ,& ad conſiliandum,& fouendum mutuum amorem, non animo luxuriandi, inter ſponſos ſunt liciti. Vt Nauarr.& Sayr, Fagundez *loc. cit.* Sanch. *d. diſp.* 46. *n. 51.* Henriquez *de matr. lib. 11. c. 19. num.* 4.& alij à Sanchez,& Henriq. *citati*, & communiter DD. & notaui etiam *in to. 2. mor. var. tit. 1. §. 59. n. 1197. & in tr. de ſcrup. n. 158.* Sunt enim actus magis remoti à copula,& pollutione, ſicut matrimonium cohoneſtat copulam, ita ſponſalia cohoneſtant oſcula, quando cum illis fouetur amor in ordine ad matrimonium.

Sciant rurſus parentes ad pudicitiam filiorum conſeruandam, non eſſe illis permittendum domo (niſi oculis demiſſis pergat ad templum ſacri, vel aliorum 62

diui

diuinorum cauſa audiendi, cum iiſdem parentibus ſuis, & non ſine illis comitibus redeat) exire, & vagari; ſed domi manere cogant ſemper ſub eorum oculis, & cuſtodia, vt ſuprà dictum eſt. Vix enim aliud eſt, quod magis filiorum pudicitiæ obſter. *Numquam exeat foras* (ſcribit D. Hiero. *ad Lætam*) *ne inueniant eam, qui circumeunt ciuitatem, ne percutiant, & vulnerent, & auferant theriſtrum pudicitiæ, & nudam in ſanguine derelinquant*, vt contigit Dinæ filiæ Iacob, quæ (vt narratur Geneſ. 34.) quoniam egreſſa eſt tabernaculo Iacob patris, vt videret filias regionis illius, rapta, & ſtuprata eſt; Imitétur Virgines puellæ Mariam (vt hortatur *loc. cit.* D. Hiero.) quam Archangelus Gabriel non in vicis, non in plateis, neque ad feneſtras domus, ſed intus in cubiculo ſuo orantem reperit. *Quæ etiam* (ait idem Hieron.) *ideo forſitan timore perterrita eſt, quia virũ, quẽ non ſolebat, aſpexit. Æmulentur* (ſubdit idem Hier.) *eam de qua dicitur Pſalm. 45. omnis gloria eius filiæ Regis ab intus.* Pariter D. Ambroſ. *in 1. Luc.* B. Mariæ Virginis exẽplum in hoc genere imitandum puellis virginibus proponit. *Diſcite* (inquit) *Virgines non circumcurſare per alienas ædes. non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones.* Apud antiquos teſtudo, quæ ſemper domum ſuam ſecum defert, erat ſimulacrum caſtæ mulieris. Et Virgilius 2. Georg.

Caſta pudicitiam ſeruat domus.

D. Thomas *de regim. Princip. lib. 4. cap 6.* Ægid. Roman. *eod. tract. lib. 2. p. 2. c. 19.* & Iauellus *de œconomica Chriſt. tr. 4. c. 2.* docét, naturam mulieri multa frena prouidiſſe, ne quid turpe committat, & in laſciuiam prolabatur; inter quæ præcipuum eſſe verecũdiam, & pudorem; at quis neſciat pudori, & verecundiæ aduerſari vagationem, diſcurſum, & circuitum extra domum, eámq; de medio tollere; ſicut enim non aſſueti conuerſari cum hominibus ſunt verecundi. & rubore, & pudore afficiuntur, ſi cum eis loquuntur, vel quid pertractãt; vt videre eſt in ruſticis curias principum ingredientibus; iam verò aſſueti verecundiam exuunt, ita quod audacter ingrediuntur, mutata facie loquuntur, & pertractant, quæ volunt omni inhonorationis timore depoſito. Eodem prorſus modo, ſi puella extra domũ non diſcurrat, nõ aſſueſcet afferre ſe libera fronte hominibus, nõ audacter, & liberè loquetur, ſed ſemper ſuam laudabilem ſeruabit verecundiam; è contra verò ſi cœperit vagari, & extra domũ diſcurrere, paulatim euadet audax, & inuerecunda, atque intrepido aſpectu, libero ſermone, & immodeſtis geſtibus corã viris verſabitur, apertum ſibi pudicitiæ diſcrimen parans. Quibus omnibus, & aliis in præcedentib. explicatis, rectè in hoc genere ſcripſit Caſſiodorus ſuper Matthæum; vbi: *Sex* (ait) *ſunt quæ incorruptam ſeruãt caſtitatem, ſcilicet ſobrietas, operatio, aſperitas cultus, inhibitio ſenſuum, veritas ſermonis cum honeſtate, euitatio opportunitatis perſonæ, & loci, & temporis.* Præcipuè caueant parentes, ne puellas ducant ad choreas, ſeminarium, & gymnaſium libidinum, vt alibi ſcilicet, *tom. 3. mor. var. tit. 7.* probaui. & Ricchardus *4. d. 37. art. 2. q. 4. ad 3.* damnat peccati mortalis ducere filias ad choreas, vt cum iuuenibus ſaltent, in hac tamẽ re non immoror, quia de hoc latiſſimè egi *d. tit. 7. Et certè ſi puella* (vt admonet D. Hiero. ad Lætam) *non debet habere colloquia ſæcularium, non intereſſe nuptiis ſeruulorum, neque familiæ perſtrepentis luſibus miſceri, multò magis à choreis debet abſtinere.*

63 Ad vltimum parentes, præſertim matres non ſolum verbis, & admonitionibus, ſed & exemplo filias doceant ex probitate, & honeſtate vitæ propriæ virtutis, & honeſtatis ſemitas, per quas ambulẽt, demõſtrent. Plura ad id ſuperius a. 40. & 41. ſunt adducta. Præter quæ D. Hieron. ad Lætam. *Te habeat* (inquit) *magiſtram, te rudis miretur infantia. Nihil in te, & in patre ſuo videat, quod ſi fecerit, peccet.* Quare Patres, & Matres præſertim coram filiis, & videntibus filiabus honeſtè ſe gerant in cibo, potu, veſtitu, locutionib. conuerſatione, & aliis, nam illorum actiones honeſtæ, vel malæ filiabus ſunt lectio, qua docentur, quod & ipſæ debeant agere, illáſque omnino imitabuntur; vnde D. Ambroſius *lib. 1. de Virg. Quid poterit* (inquit) *filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris.* Et Iuuenalis Satyra 6.

Scilicet expectas, vt tradat mater honeſtos
Aut alios mores, quàm quos habet.
Et ſequitur leuiter filia matris iter.

Plura de filiarum bona educatione videãtur apud D. Hier. *citata epiſt. ad Lætã.* Ægidium Romanũ *de regimine Principũ lib. 2. p. 2. c. 19.* & Iauell. *de œcon. Chriſt. tr. 4.*

§. VIII.

Traduntur nonnulla alia ad materiam bonæ filiorum educationis directè, vel indirectè ſpectãtia.

PRimò parentes poſſunt licitè filiis donare, putà, pecunias, veſtes, ſi opera virtutis exequantur, ſacramenta frequẽtent, & à vitiis deſiſtant. Ita Sanch. *de matr. lib. 1. diſp. 39. n. 4.* ſicut pariter Domini poſſunt dona ſeruis promittere, vt opera bona præſtent, & à malis deſiſtant, vt idẽ Sanch. ibid. licitũ enim eſt offerre munera eo pacto, vt is, cui offeruntur aliqua efficiat opera ſpiritualia, ingrediatur religionẽ, baptiſmũ ſuſcipiat, ſacramenta frequẽtet, & vel à peccatis recedat; ſi non dentur in pretium rei ſpiritualis, ſed tantum ad inductionem, vt ibidem Sanch. Videmus enim in ſacris literis à Deo promitti bona temporalia ſeruantibus præcepta, etiam per modũ pacti. Geneſ. 12. & 17. Et ſi licitum eſt, parentibus, & dominis minis, & verberib. cogere filios, & ſeruos à vitiis deſiſtere, miſſam audire, & ſuo tẽpore confiteri, vt *ſuprà* a. 43. fine notatum eſt; & tradunt DD. ibidem citati, cur non licebit etiam muneribus promiſſis, & datis, ea conditione? 64

Secundò non peccat paterfamilias legens literas filiorum (quas ipſi ad alios, & alij ad ipſos ſcribunt) ſicut nec quicunque ſuperioritatem habet in alium perlegendo literas ſubditorum, quas vel ad ipſos alij, vel ad alios ipſi mittunt; vt Prælatos legens literas Monachorum, Abbatiſſa Monialium, & viri vxorũ. Et ratio eſt, quia ij omnes viuunt iure ſuo, dum præcauent, ne aliquid mali his ſubſequatur, quorum regimen habent. ita Nauar. *in Summ. c. 18. n. 53.* Syluester, Angelus, Tabiena *v. falſarius.* Armilla, & Caiet. *v. litera*, & alios allegans Sanch. *in conſil. mor. lib. 6. c. 6. dub. 3. n. 2.* 65

Tertiò peccant grauiter parentes, qui filios, vel filias ab obſeruatione præceptorum diuinorum, vel Eccleſiæ, & ab operibus bonis reuocant, & nulla exiſtente legitima cauſa, ea exequi impediunt. ita Nauar. *in man. c. 14. n. 17.* Toletus *lib. 5. c. 1. n. 1.* Sayrus *lib. 7. c. 7. n. 1. & 2.* Reginaldus. *lib. 20. n. 41.* Fagund *in decal. lib. 4. c. 1. n. 14.* Trullench *lib. 4. c. 1. dub. 3. n. 2.* communiter DD. quos refert Sayrus. Quare peccant mortiferè parentes arcentes, & coërcentes, à confeſſionibus, à communione, ab auditione ſacri, & etiam à concionibus, & obſeruatione ſimilium rerum ſacrarum, quibus & Dei, & Eccleſiæ præceptis ſatisfaciant; & ſpirituale pabulum animis ſuis prudenter, ac religiosè præſtent, ita iidem DD. Itẽ peccant parentes, qui ſine rationabili cauſa reuocant vota filiorum, quæ bona eorum venia fecerunt, & quidem mortaliter iuxta Nauar. Sayrum, Trullench *loc. cit.* & alios DD. *ſuprà c. 8. n. 87.* allegatos, venialiter verò iuxta DD. *eod. c. 8. n. 85. relatos.* 66

Item peccant mortiferè parentes ſine rationabili cauſa, vi, vel dolo retrahentes filios, vel filias ab ingreſſu in religionem; vel poſt ingreſſum à religione extrahentes, & ne profeſſionem emittant, impedientes. Ita iidem DD. Suarez *de cenſur. diſp. 23. ſect. 7. n. 10.* Sanch. *in Summ. ca. 4. n. 15.* Filliuccius *t. 1. tr. 14. c. 6. n. 90.* 67

Bona

Bonacina *de cenſuris in particulari diſp.2.q.2 p.3.num.1.* Et Caſtrus Palaus *p.6.de cenſur.diſp.3.p.36.n.9.* Et Trident. *ſeſſ.25 de reg.iur.c.18.fine* fert excommunicationem ipſo facto contra eos, *qui ſanctarũ Virginum, vel aliarum mulierum voluntate veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo ſine iuſta cauſa impedierint.* Vbi nomine veli accipiendi, vel voti emittendi intelligi profeſſionem, vel cum veli ſuſceptione, vel abſque ſuſceptione veli cum tribus votis tradunt iidem Doctores. Diſcrepant autem, an in eandem excommunicationem incurrant ſolum impedientes, ſine cauſa iuſta profeſſionem, an verò etiam impedientes ingreſſum, & habitus ſuſceptionem docent Suarez, Filliuccius *loc. cit.* quia etſi Concilij decretum loquatur de ſolis impedientibus profeſſionem, quia tamen nemo poteſt profiteri, niſi habitu ſuſcepto, qui hanc ſuſceptionem impedit, etiam profeſſionem impedit, & ita conſequenter præfatam cenſuram incurrit. At Sanch. & Palaus, probabilius putant comprehẽdi tantum impedientes profeſſionem, non verò impedientes habitus ſuſceptionem; eo quod decretum de impediente profeſſionem loquatur, ſupponens iam fœminam eſſe Nouitiam, & ſit pœnale, atque adeo non ſit extendendũ ad impedientes habitus ſuſceptionem, & tantum remotè profeſſionem; ſi enim voluiſſet comprehendere etiam impedientes ingreſſum, expreſſiſſet, ſicut in eodem decreto expreſsè excommunicat cogentes ad habitus religioſi ſuſceptionem. Iuxta omnes autem non comprehenduntur impediẽtes emiſſionem voti priuati, & non ſolemnis de profeſſione emittenda, vel de habitu ſuſcipiendo; quia ſine tali voto & habitus ſuſcipi, & profeſſio emitti poteſt. Ad incurrendam etiam talem excommunicationem impeditio debet eſſe iniuſta, vt conſtat ex illis verbis, abſque iuſta cauſa; & etiam debet inuoluntarium cauſare, alioqui non impediret voluntatem veli ſuſcipiendi; & ita cum vis, metus, & dolus inuoluntarium efficiant, hæc inducunt excommunicationem. ita Sanch. *d. c 4.n.10.* Bonacina, & Palaus *locis cit.* vt autem agnoſcant parentes, quantum Deo diſpliceat reuocare filios, vel filias à propoſito religionis ſeu religioſi ſtatus aſſumendi, libet notare exemplum, quod D Hieron. *epiſtola ad Latam de inſtit filiæ* refert de Prætextata, quæ cultiori habitu, & ornatu illi adhibito conabatur virginem Euſtochium auertere à ſancto propoſito cælibatus, verba D. Hieronymi ſunt. *Prætextata nobiliſſima quadam fœmina iubente viro Hymettio, qui patruus Euſtochij Virginis fuit, habitum eius, cultúmque mutauit, & neglectum crinem mũdano more texuit ſibi, vincere cupiens, & virginis propoſitum, & matris deſiderium; & ecce tibi eadem nocte cernit in ſomnis veniſſe ad ſe Angelum terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba frangentem. Tune auſa es viri imperium præferre Chriſto? Tu caput Virginis Dei tuis ſacrilegis attrectare manibus? quæ iam nunc areſcent, vt ſentias excruciata quid feceris, & finito quinto menſe ad inferna duceris, ſin autem perſeueraueris in ſcelere, & marito ſimul orbaberis, & filiis: omnia per ordinem expleta ſunt; & ſeram miſera pœnitentiam velox ſignauit interitus. Sic vlciſcitur Chriſtus violatores Templi ſui, ſic gemmas, & pretioſiſſima ornamenta defendit.* hæc Hieronymus.

68 Dixi autem, *abſque rationabili cauſa*, nam ex rationabili poterunt parentes impedire ingreſſum in religionem. Rationabilis autem cauſa reuocandi, & retrahendi filios ab ingreſſu religionis, & à nouitiatu, ſi iam ingreſſi ſunt, erit, ſi parentes timeant infamiam eiectionis, propter infirmitatem corporis, aut peruerſæ indolis, aut ingenij filiorum, ſi non habeant ætatem competentem, ſi illorum ope indigeant ad corporis ſuſtentationem, ſi filij ſorores habeant; quarum vitæ remediũ ab illis pendeat; & aliæ his ſimiles, de quibus Nauar. *in man. c.12.n.45.* & Reginald. *lib. 18.n.475.* & ego *in ſequenti parte cap.1.§.20.*

69 Hic etiam aduertendum duxi, non leui reprehenſione dignos eſſe parentes, qui filias deformiores, vel defectu aliquo corporali notabili laborantes curant ſedulò fieri moniales; pulchras nuptui tradunt. Hos enim parentes, qui deformes filios Deo conſecrant, arguit D. Hieron. ſcribens ad Demetriadem Virginẽ, *Solent* (inquit) *miſeri parentes, & non plena fidei Chriſtiani deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere.* Aduerſus quos vrget illod eiuſdem Diui Hieronymi *ad Latam* ſumptum ex Leuit. 21. *Qui claudam, & mutilam, & qualibet ſorde maculatam obtulerit hoſtiam, ſacrilegij reus eſt.* Extat etiam Leuit. 2. & Deuter. 15. alia lex, qua deformia, & maculoſa vetebantur offerri, vel immolari Deo. His conſonat vetuſtus mos Romanorum, apud quos Virginem veſtalem capi fas non erit, quæ aliqua corporis labe inſignita eſſet; vt ex Antiſtius Labeonis authoritate ſcripſit Gellius *lib. noct. 1. cap.12.* & Feneſtella *de Magiſtratibus Romanis c.7.* Vitia enim corporum, vt D. Gregorius *in paſtorali* (& refertur latè can. hinc etenim) luculenter probat, habent ſymbolum vitiorum animi. Quod idem approbat D. Hieronymus *ad Fabiolum de veſte ſacerdotali. Præcipitur* (inquit) *ſacerdotibus, vt nulla debilitate inſignes ſint, vt truncis auribus, læſo oculo, ſimis naribus, claudo pede, cutis colore mutato, quæ omnia referuntur ad animæ vitia.* Hæc D. Hieronym. Hoc idem pluribus confirmat Tiraq. *ad l. con n.59 & 60.*

70 Item lethaliter peccant parentes, ſi filios, vel filias poſt emiſſa vota continentiæ, aut religionis in ætate deliberandi vi, vel dolo ab eorum impletione retrahant, vel conſulant, aut cogant ad matrimonium cõtrahendum, ita Nauarr. Sayrus, Toletus, Fagundez, Trullench *locis ſuprà n.66. relatis*, & alij omnes.

71 An verò filio habenti votum caſtitatis, & in concubinatu exiſtenti, & propter vehementia, & continua carnis incentiua ſuccumbenti, nec ſe continere valenti licitè ſuadere poſſit pater, vt matrimonium contrahat, eique id præcipere, vt ſic minus peccet, explicatum eſt *ſuprà cap.1.n.16.* & pro ſolutione videnda etiam ſunt tradita *cap.9.n.217.*

72 An etiam parentes peccent participantes, ſeu communicantes cum filia Deo per votum ſolemne dicata, quæ nupſit, videtur affirmandum, quia can. *de filia 27.q.1.* qui eſt ex Concilio Martini Bracbarenſis. prohibentur eſſe cum tali filia Deo dicata, quæ maritum duxit, dicitur enim, *Si eam pater, vel mater in affectum receperit, à communione habeantur alieni.* Verum Gloſſa *ibi v. receperit, fine*, quam ſequitur Sanchez *de matr. lib.9. diſp.14.n.17.* dicit textum intelligi, cum pater fouet filiam in errore, ſeu crimine, propter quod excommunicata eſt, hoc enim ait Gloſſa ſignificare illa verba *In affectum receperit*; ſcilicet adeo dilexerit, quod in errore eam foueat; & ideo non eſt contrarius textui in can. *quoniam multos 11.q.3.* vbi conceditur participatio inter parentes, & filias, non obſtante excommunicatione; ſcilicet, quando participatione filius excommunicatus non fouetur in crimine. Quare ſi parentes participando cum tali filia eſſent cauſa, vel occaſio, vt illa non rediret ad monaſterium, in quo eſt profeſſa, peccarent cum illa participando.

73 Quartò peccant mortiferè, qui dolis, aut aliis mediis filios, vel filias contra eorum voluntatem cogunt extra caſus à iure permiſſos, ad ingreſſum monaſterij, vel habitus religioſi ſuſceptionem, vel profeſſionẽ faciendam. ita Nauar. Sayrus, Toletus, Trullench *locis ſuprà num.66. relatis.* Graffius *p.1. deciſ. aur. lib.2, c.58.n.21.* Fagundez *in decal lib.4.c.1.n.20.* & alij qui infrà citantur, & communiter omnes In electione enim ſtatus filij ſunt liberi, nec à voluntate parentum dependent, eiſve ſubiiciuntur; vt latè probaui *in tract. de contractu matr. cap.11. §.1. & 6.*

74 Quin imò allegato *c.18. Trident. ſeſſ.25. de regul.* ipſo

facto

facto excommunicantur quicumque (niſi in caſibus in iure promiſſis) ad egrediendum Monaſterium, vel ad ſuſpiciendum habitum cuiuſcumque religionis, vel ad emittendam profeſſionem virginem, vel viduam, vel quamcumque aliam mulierem inuitam quomodocumque cogentes, cuiuſcunq; qualitatis, vel conditionis fuerint, non ſolum parentes, ſed & non parentes, tam Clerici, quam Laici, ſeculares, vel regulares, atque etiam quacumque dignitate fulgentes; & etiam quicumque conſilium, auxilium, vel fauorem dederint; quique ſcientes eam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem interpoſuerint; quæ excommunicatio, ſicut & ea, de qua *ſuprà n.67. eodem cap.18.* lata, nulli eſt reſeruata. Et de ea agunt Nauarrus *in man d cap.14.n.17.* Suarez *de cenſur.diſp.21.ſect.7.num.8.& 9.* Sanchez in *ſum.lib.4.cap.4.* Azorius *p.1.lib.13.cap.9.q 2. verſus finem.& 2 p lib.2.c.21.q.15.* Reginaldus *lib.18 n.373.* Bonacina *de cenſur.in partic. diſp.2 q 2.p.2.* Filliuccius *tract.14 c.6 n 88 & 89.* Fagundez *in decal. lib 4.ca...nu.20.* Caſtrus Palaus *p.6.de cenſur.diſp.3.p.36.n.8.* Portel.*in addit.ad dub.reg.v Monialis n.5.ſeqq.* Hieronymus Rodericus in *comp.qq.reg.reſolut.101.num.31.79.& 80.* Aſcanius Tamb.*de iure Abbatiſſ.diſp.1.q.4 & diſp.2.q.1.* Auguſtinus Barboſa *de pot.Epiſc. alleg.104. & collectan ad d ca 18.* Trid. Diana *p.2.tract.15. reſol.56.* & alij à Barboſa *d.collect relati.*

Igitur dicta excommunicatio afficit ſolum cogentes fœminam, non verò cogentes virum aliquem. Ita Nauar. Sanch. Fagundez, & alij. Conſtat ex textu, loquente tantum in virgine, &c.

85 Non comprehendit etiam Regem, vel Reginam, aut Imperatorem, cũ de ipſis non fiat expreſſa mentio iuxta ipſum Triden.*c.11 ſeſſ 22.* ita Sanch. Bonacina, Palaus Portel, & Barboſa *dict.collect.* contra Suar. affirmantem omnes, & vniuerſos cogentes comprehendi, quia cenſura ſit generaliſſima etiam contra perſonas quacunque dignitate fulgentes.

86 Quidquid verò nonnulli ab Azorio *d c.21.q.relati* dixerint, ſcilicet veriſimile eſſe ex excommunicatione non comprehendi parentes, quib. filiorũ cura cõmiſſa eſt, quiq; iure naturali illarũ incolumitati ſolent conſulere; cæteri docẽt parentes, fratres, & ſorores cogentes in d.decreto comprehendi, quod in libertatem religionis latum eſt, quæ potius à parentibus, quàm ab alijs poteſt lædi. ita expreſsè Sayrus, Nauar. Graffius, Truliẽch, Portel, Tamburinus, Barboſa vtrobique, Caſtrus Palaus; & indicant alij.

87 Intelligitur decretum de cogentibus vi coactiua, ſcilicet, metu pœnæ, minis, vel alio modo de ſe coactiuo; non verò de inducentibus, & allicientibus ad ingreſſum ſpe præmij, & oblatione, vel ſubtractione lucri. ita Sanch. *d.c.4 n 6.7.& 11.* Azor.*d.c.11.q 2.verſus finem*, Bonacina, *n.5.* Barboſa alios allegans *d alleg 104. n.5. & d collect.n.5.* & cõmuniter Iuriſperiti, quos allego, & ſequor *tract de matr.c 11.n.640.* docentes valere legatum alicui relictum ſi religionẽ ingrediatur. Vnde non incurrent ſuadentes religionem minãdo priuationem alicuius boni, ad quod ius non habet fœmina, putà, quod auferent eleemoſynam conſuetam ſibi, vel Monaſterio elargiri ſolitã, vel quod eam non meliorarent in ea parte in qua parentes poſſunt.

88 Non etiam comprehendũtur dicto decreto inducentes ad ingreſſum, vel ab illo reuocãtes blanditijs, & precib. ſolis, non armatis minis actualibus, vel virtualibus, neq; coniunctis cum aliquo metu graui, vel leui, vel reuerentiali. Ita Sanch *d.c.4.n.8.* Hieron. Roder. & Barboſa *d collect.n.4.fine* & conſtat ex traditis à me *d.tract.de contr.matr.c.11.n.314.* Quod ſi blanditiæ, & preces eſſent nimiæ, & importunæ coniunctæ cum metu reuerẽtiali, ſeu prouenientes à perſona, cui debetur reuerentia, tunc continerent metum iuſtum, & inducerent nullitatem profeſſionis, & parentes præfatam excommunicationem, iuxta Sanch. Roder. & Barboſã *loc.cit.* & alios DD. quos refero *in d c.12.n.117.* quãuis probabile ſit contrarium per DD. *d.c.11.n.115.* & tradita à me *eod.c.11.n.118.* quæ ibi videantur, & ita ſentit Portel.*d.v.Monialis n.12.fine* Neque præterea incurrerent iuxta Sanch.*d.c. 4.n 9.* qui dolo, ſeu doloſè inducerent ad religionis ingreſſum, licet dolus dans cauſã actioni non ſolum minuat voluntariũ, vt facit metus, ſed omninò voluntarium auferat; nihilominus cum decretũ ſit pœnale, & de ſola coactione loquatur, non videtur extendendum ad dolum, qui non dicitur verè coactio, quamuis voluntarium auferat.

An ſolus metus purè reuerentialis ſufficiat ad inducendum dictam excõmunicationẽ, negãt Riccius *in praxi for.eccle.deciſ.708* Portel *d.v.Monialis n.12.* Hier. Roder.*d.reſol.101.n.80.* Auguſt. Barboſa *d collect.n 4.* & Diana *d.reſol.56.* Villalob *p.1.tract.17.dub.31.n.n.* Colligitur ex traditis à me *in tract. de contr matr.c.12.nn.107.* Quare iidem DD. ſi parentes, vel cõſanguinei ſolum manifeſtando puellæ ſtatum Monachalem illi cõuenire ob iuſtas cauſas v.g. non ſufficientis dotis pro matrimonio, & ſimilium inducant ad Monachatum, aiunt non incurrere hãc excommunicationẽ. Præter à me *d.n.107.* tradita; Probat Portel metũ purum reuerentialem à parentibus vel conſanguineis tali manifeſtatione non inducere excõmunicationem, quia in illo timore incutiendo non ſe habent actiue, ſed ipſa puella metũ concipit ob patris reuerentiã. Addit idem Portel hãc eſſe praxim, iuxta quam nemo iudicat parentes, vel conſanguineos tale ſuadentes, & facientes dictam excommunicationem incurrere. 89

Ad eandem excommunicationem requiri metum grauem reſpectu puellæ, nõ verò ſufficere leuẽ habito reſpectu mulieris, & puellæ, eo quod metus leuis pro nihilo reputetur iure *l. nec timorem ff.quod metus cauſa*, tradunt Sanch.*d.c 4.n.4.* Portel *vbi ſuprà n 8.* Bonacina *d.p.2.n.5.&* Palaus *d p.36.n.6 verſ.non eſt dubium.* Et huius ſentẽtiæ oportet ſint alij DD. quos *d.tract de matr. c.12 n.295.& duobus ſeqq.* refero, tenentes profeſſionẽ, & etiam votum ſimplex metu tantum leui extortum non eſſe ipſo iure naturæ irrita. Si etiã parentes puellæ minatẽtur maledictionẽ, niſi ingrederetur, Sanch. *n 11.* ait, nõ incurrere eandem excommunicationem, niſi quando attenta ignorantia, & fragilitate fœminę id reputaretur graue malum, & grauem metum incutiens Non incurreretur etiam ſi quis puellæ minetur iuſtam accuſationem, niſi ingrediatur, &c. cũ per hunc metum, vtpote iuſtum, & licitum nõ irritetur profeſſio, nec matrimonium, vt probaui *in tra.de contr.matr. c.12 n.188.& 189.* & in his terminis ita ſentiunt Sanch. *d c.4.n.5.* & Portel *n 9.* 90

Non incurritur hæc excommunicatio, & alia eodẽ *c.18.* lata contra impedẽtes ingreſſum, vel profeſſionem, niſi ſequuto effectu; quia Trident. non conãtes cogere, vel impedire, ſed cogẽtes, & impediẽtes, &c. ita Sãch.*n.18.& 19* Bonac *n.12* Palaus *d.n.8.v.a.* Barb. alios allegãs *d collect n 8.* & Portel *d.v. Monialis n.17.* 91

Quamuis autem Nauar. *conſil.56.de ſentent.ex comm. in 1.edit. & conſil.6. de regul in 2.editione* Suarez *d.diſp 23. ſect.7.n.9.* Filliuccius *d.cap 6 n 89.* & Diana *d reſol.56. verſic. quid ego ſentiam*, aſſerant incurrere præfatam excommunicationem etiam cogentes ſolum ad ingreſſum in Monaſterium retento habitu ſæculari cauſa ſolius educationis puellæ, donec matrimonio collocetur, & non animo, vt habitum religioſum ſuſcipiat, & profiteatur, eo quod Concilium illic tria diſtinctè numeret, ſub disiunctione, ſcilicet, *ad ingrediendum, vel ad habitum ſuſcipiendum, vel ad profeſſionem faciendam*, in alternatiuis verò ſufficit vnam partem earum eſſe veram *cap. in alternatiuis, de regul. iur. in 6.* 92

& verba ſunt propriè intelligenda, vbi non conſtat de contraria mente loquentis. Et quia Concilium voluit conſulere libertati puellarum, ſolus autem ingreſſus cauſa educationis præbet facile occaſionem, vt poſtea ob verecũdiam fœmineam, vel blanditias, & preces Monialium puella ingreſſa inuita habitum ſuſcipiat; & ita cogens ad ingreſſum puellam, indirectè cogit ad habitum ſuſcipiendum, & ad profeſſionem faciendam.

93 Nihilominus probabilius videtur eam excommunicationem non incurri à cogentibus fœminam ad monaſterij ingreſſum abſque animo, vt poſtea habitum religioſum ſuſcipiat ſiue ſuaſionibus Monialium, ſiue ratione, ſed ſolum, vt ibi educetur in habitu ſæculari, donec ætatis idoneæ matrimonio ſit, & animus parentum ſit, eam matrimonio iungere, ſi puellæ placuerit; quia Conciliũ conſuluiſſe videtur libertati ſtatus religioſi. Iſte autẽ ingreſſus ſolũ cauſa educationis abſque animo, vt aliqua ratione ab extrinſeco inducatur puella ad habitum religionis ſuſcipiendum, non videtur libertatis ſtatus religioſi obeſſe. Ita Rodriq. *in ſum to.2 c.8.n.10.* & ex Doctoribus *ſuprà n.83 relatis* Sanchez *d.c.4 n.12.* Pottel.*n.14.& 15.* Hieronymus Rodericus *n.79.* Bonacina *d p.2.n.6.* Auguſtinus Barboſa *d.collect num.9* & Caſtrus Palaus *d.p.36. n 8.verſic.Hanc ſententiam.* Incurrent verò iuxta Pottel, Sanchez, & alios Doctores mox citatos dictam excommunicationem cogentes ad ingreſſum animo principali, vt poſtea ſuaſionibus Monialium; vel alia ratione puella habitum ſuſciperet, vel poſt ingreſſũ cogentes ad habitum ſuſcipiendum, vel ſi ſponte habitum ſuſceperit cogentes ad profeſſionem faciendam; quo pacto trium illarum partium diſiunctiuarum illius diſiunctiuæ Tridentini proprietas ſaluatur. Addit Palaus, quod incurret dictam excommunicationem cogens ad ingreſſum, ſi habeat animum, vt poſtea ſtatum religionis, vel matrimonij eligat, qui ſibi aptior viſus fuerit. Quia (inquit) ſaltem in genere eſt intentio cogendi ad religioſum habitum, taliſque ingreſſus ſit expoſitus periculo alicuius nimiæ ſuaſionis à Monialibus factæ, vel coactionis à parentibus; ſed cum in hoc caſu intentio cogentis ſit indifferens ad electionem ſtatus religioſi, vel matrimonialis, nec adſit intentio actualis, vel virtualis determinata, vt ſuſcipiat habitum, non videtur ſic cogens comprehendi dicto decreto Tridentini.

94 Aduertendum etiam priorem ſententiam Nauarri, & aliorum procedere ſolùm in parentibus cogentib. puellam puberem ad ingreſſum cauſa ſolius educationis, nõ autem cogentib. ad talem ingreſſum cauſa ſolius educationis puellam impuberem, vt expreſſè ſe declarat Diana *d.reſol. 56.* Eo quod parentes filios, & filios impuberes iure naturæ poſſint religioni offerre, vt ibi educentur, donec perueniant ad pubertatem, & ipſi teneantur in hoc parentibus obedire: de qua re latiſſimè Sanch. *lib.4.ſum.c. 18.* Suar. *to 3.de relig lib.5.c.9.* Pottel *v. clauſura Monialium,* & alij à Sanch. *relati.* De qua re *infrà, parte 3.huius tractatus,* vbi *de patria poteſtate.*

95 Prædicta quoque excommunicatio non comprehendit cogentes ad ingrediendum in Monaſterium Cõuertitarum, illatúmue habitum ſuſcipiendũ, quia religioſæ non ſunt, vt *d.c.18.* ad finem Tridentin. ait, & ita etiam Fagundez *d.c.1.n.20.fine.*

96 Dantes etiam auxilium, conſilium, & fauorem, non incurrunt, niſi quando ipſæ agentes incurrunt, vt Doctores *n. 91 citati.*

97 Nec incurrent, qui ingreſſui, vel habitus ſuſceptioni, vel profeſſioni puellæ coactæ præſentes fuerint non animo auxiliandi, & fauendi violentiæ illi, ſed alio animo, nempè ſi aſſiſterent gratia Domini ſui quem comitantur, vel vt audiant miſſam tempore profeſſionis celebratam, vel vt audiant illam profeſſionem, vel à fortiori, vt illam impediant, vel teſtificent eſſe irritam. ita Sanchez *d.c.4.n.21.* Pottel *n.17.* Bonacina *n.10.* Et cum Concilium loquatur de ſcientibus, &c. quælibet ignorantia etiam craſſa excuſaret actui intereſſentes, vt Sanchez *n.20.* Bonacina *d.n.10.* & conſtat ex traditis *ſuprà c.5. n.160.*

Denique iuxta idem Concilium id expreſsè declarans non incurrunt præfatam excommunicationem cogentes fœminam ingredi Monaſterium in caſibus à iure permiſſis, veluti primò in pœnam alicuius delicti: Secundò ad cautionem pudicitiæ; tertiò quando coniux ſciens ius diſponens coniugem conſentientẽ, vt alter ingrediatur religionem, & profiteatur, teneri & ipſum ad ingreſſum, ſi manens in ſæculo maneat expoſitus periculo incontinentiæ, conſenſerit, vt alter profiteatur; iſte enim coniux, qui conſentit, ſi manens in ſæculo ſit ſuſpectus, quod non ſeruabit votum continentiæ, cui ſe adſtrinxerit, ad hoc, vt alter poſſet ingredi in religionem, compelli poteſt ad pariter intrandum iuxta cap. ſignificante, de conuerſat. coniug. de quo Reginaldus loco mox citando. 98

Quartò, ſi quis ſpontè vouit religionem, is enim compelli poteſt ad tale votum implendum; ſicut qui ſponſalia cõtraxit, cogi poteſt ad matrimonium contrahendum. Demum ex quacunque alia cauſa iuſta à iure permiſſa; ita Suarez *d ſect.7 n.9.* Filliuccius *d ca.6. n.89* Bonacina *d.p.2.n.14.* Barboſa *d.collect.n ...* & Reginaldus *d.lib.18 n.373.* Notant autem Suarez, & Reginaldus, quod in tribus primis caſibus fœmina coacta ingredi Monaſterium non poteſt cogi ad habitum, aut ad profeſſionem, quæ requirit libertatem, ſicut & matrimonium; quilibet in ſtatu deligendo liber eſt. Prædicta circa præfatum Tridentini decretũ.

Quintò mortiferè peccant parentes abſq; vrgenti cauſa cogentes filios, vel filias ad matrimonium contrahendum, vel impedientes, ne abſolutè contrahãt, vel ne contrahant cum hoc, vel illa. ita DD. ſuperius *n.83.* de qua re latè egi *in tract. de contr. matrimonij ca.11.* (quod eſt de libertate matrimonij in vniuerſum §.1. 3.6 *&* 8.) & quidem *d c.11.n.23.& 68.* probatur grauiter peccare parentes cogentes graui coactione filios ad contrahendum matrimonium abſolutè, vel ad contrahendum tale matrimonium, licet non incurrãt excommunicationem Concil. Trident. *c.9.ſeſſ 14.de reform.* latam contra cogentes, quominus matrimoniũ liberè contrahatur. *n. verò 69.* probatur peccare grauiter parentes ſine rationabili cauſa impedientes filiorum matrimonium. *n.70.71. & 72.* oſtenditur eos poſſe licita, moderata, & leui coactione cogere, vel impedire ex iuſta cauſa, ſuppoſito, quod filij velint eligere ſtatum coniugalem, & non ſtatũ religionis; ſi verò deſit iuſta cauſa, nec leuiter poſſe cogere, aut impedire; & quæ ſit iuſta cauſa declaratur, eodem *n.70.* 99

Numero verò 93. probatur parentes habere ius impediendi ex iuſta cauſa, nuptias filiorum, ita vt poſſint etiam ſponſalia eorum iurata ex ſimili cauſa irritare; faciendo illos abſoluere ab iiſdem ſponſalibus. Prædicta, & alia de libertate matrimonij videantur *d c.11.* 100

An verò, & quando Patres familias peccent in die ieiunij de præcepto miniſtrantes carnem filiis, & famulis nolentibus ſine cauſa iuſta ieiunare, teneantúrque illos ad ieiunandum; & an teneantur in eodem die ieiunij illis præbere ſufficiens alimentum ad ieiunium, explicaui latiſſimè *to.3.var.mor tit.9 à nn.220 ad 226.* ad ibidem tradita recurrat lector. 101

Sextò obligationi rectè educandi prolẽ non videtur dubium repugnare expoſitionẽ infantiũ, etiamſi exponantur in Xenodochio, ſi ſine iuſta cauſa exponantur, quia apud parentes ſẽper melius bonis morib. & artib. imbui poſſũt; de huiuſmodi verò expoſitione latius *parte ſequenti huius tractatus cap. 1. de alimentis.* 102

SVMM

SVMMARIVM

§. IX.

Doctores pertractantes vbi, ſeu apud quos educari debeant filij præſertim impuberes. n.103. & 104.

Iure communi iudicis arbitrio relinquitur, penes quem pupilli educari debeant. n.105.

Filij regulariter penes patrem viuentem elapſo primo triennio educandi. n.106 & 107.

Limitatur, vbi apud patrem non poſſent educari ſine periculo animæ, ſi pater ſit infidelis, vel hæreticus, mater vero Chriſtiana, & Catholica n.108.109. & 110.

Limitatur etiam, ſi apud patrem vita filij periclitaretur, vel filio ſuperinduxiſſet nouercam, ex cuius odio erga priuignum, illius vitæ metui poſſet. numero 112. & 113.

Facto inter virum, & vxorem diuortio ex iuſta cauſa, apud quem ex parentibus educari, & ali debeant, iure antiquo Codicis eſt in arbitrio iudicis, & quale debeat eſſe huiuſmodi arbitrium. n.114.

Iure nouiori Authenticorum facto diuortio filij ſunt educandi, & nutriendi apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem expenſis patris, ſi is cauſam diuortij dederit: ſi verò contra, tunc apud patrem, niſi pater minus idoneus ſit ob paupertatem, vel aliam cauſam. n.115.

Si parens innocens in diuortio celebrando ſit infidelis, is autem qui in culpa fuit, fidelis, proles eſt educanda apud parentem fidelem. ibidem.

Quando culpa viri factum eſt diuortium, & vxor tranſit ad ſecundas nuptias, apud virum educantur filij. ibidem.

An quando culpa matris diuortium ſit, ſoboles ſit educanda apud patrem expenſis matris diuitis, ſi etiam pater ſit diues. Affirmatiua. numero 116. Negatiua, numero 117. & 118.

Pœna præfata quoad educationem filiorum contra coniugem, qui ſuo delicto dedit cauſam diuortij, non habent locum niſi poſt iudicis ſententiam. n.119.

Quando alter coniux de facto, & non de iure diuertit ab altero an proles ſit educanda apud innocentem expenſis alterius. Affirmatiua. n.120. Negatiua. & vera ibidem.

Quid quando neutrius coniugis culpa diuortium celebratur, vt ſi mutuo conſenſu, vel aliàs iuſtè æquali culpa ſeparentur. n.121.

Quid etiam quando matrimonium bona fide contractum, poſtea reperitur inualidum, & ſuſcepta eſt proles, & quid, ſi alter coniugum ab initio fuit in mala fide. n.122.

Pupilli mortuo patre ſunt educandi vbi, & apud quem idem pater ſua vltima voluntate ordinauerit; à qua tamen voluntate iudex ex cauſa recedere poteſt. n.123.

Pater melius cæteris præſumitur proſpicere vtilitati filiorum, ibidem.

Mortuo patre ſine ordinatione, vbi pupilli ſint educandi, debent educari apud matrem viduam ad ſecundas nuptias non tranſeuntem. n.124.

Limitatur, ſi ſit turpis, & vilis, vel ſuſpecta ob immaturum matrimonium filiis procuratum. ibidem.

Et quid ſi eſſet pupillo ſucceſſura ibidem.

Poſt matrem auia, & proauia materna præ cæteris admittitur ad pupillorum educationem, excluditur ob cauſas matrem excludentes. n.125.

Mater, auia & proauia materna in educatione pupillorum regulariter præfertur fratri pupilli adulto. n.126.

Matri, &c. præfertur frater, & poſt eum auunculus, ſi apud eos pupillus magis commodè & vtilius educari poſſit, vel ſi ipſa tranſierint ad ſecundas nuptias, vel conſtet patrem voluiſſe pupillum eſſe educandum apud fratrem. ibidem.

Pupillus iuxta iuris deciſionem non eſt educandus apud matrem ſecundò nuptam, quæque pupillo ſuperinduxit vitricum, vel eſſet ſuſpicio etiam conuolaturam ad ſecundas nuptias. numero 127.

Ius ciuile præcisè, & abſolutè excludere matrem ſecundò nubentem ab educatione filiorum impuberum affirmant nonnulli. n.128.

Sed Doctores magis communiter ſentiunt non excludi abſolutè, ſed ſolum reddi ſuſpectam; vt in dubio ſit excludenda; ſecus verò ſi hæc ſuſpicio ex coniecturis honeſtæ vitæ, & bona opinione matris, & vitrici infirmetur. numero 129.

Iudex poteſt rectè arbitrari pupillum eſſe educandum apud matrem ſecundò nuptam, quæ pupillo morienti non eſt ſucceſſura, & bonis moribus, ac honeſtate vitæ præditam eſſe conſtet; nec adſint filij ſecundi matrimonij, qui eidem pupillo eſſent ſucceſſuri n.130.

Item licet eſſet ſucceſſura pupillo in re modica. ibidem.

Et quid ſi foret ſucceſſura tantum in tertia parte hæreditatis pupilli ibidem.

Etiam ſi ſucceſſura eſſet in tota hæreditate, ſi iudici conſtet matrem, & vitricum eſſe bonæ conditionis & qualitatis, bonæ opinionis, & famæ, poteſt decernere apud ipſos pupillum educari. ibidem. Et præſertim ſi omnibus circumſtantiis ſpectatis poſſet melius educari apud matrem, & Vitricum, tunc deberet iubere apud eos alendum. ibidem.

Pupillus poteſt educandus committi coniunctò Vitrici. ibidem.

Concurrentibus paribus qualitatibus honeſtæ vitæ &c. In matre ſecundò nupta, & in aliis cognatis, vel tutoribus, an in educatione pupillorum iudex præferre debeat matrem. n.131.

Filius, vel filia adulta volentes apud matrem ſecundò nuptam, vel aliam perſonam morari, & ali, an, & quando ſint apud eum, ipſi voluerint n.132.

Auo pupilli paterno, qui ad ſecunda vota tranſiuit, & matre, quæ pariter ſecundo nupſit contendentibus ſuper educatione pupilli, auóne, an matri committi debeat educatio. numero 133.

Quando mortuo patre nec mater, nec aui pupilli ſunt ſuperſtites, apud quem pupillus educetur eſt in arbitrio iudicis, quæ in hoc negotio conſiderare, & attendere debeat iudex. n.134.

Pupillus ex iuris deciſione, & Doctorum communi regulariter loquendo non debet educari apud illum qui eidem mortuo eſt ſucceſſurus vel ex ſubſtitutione, vel ex proximitatis qualitate; vel ſi factum illi fuiſſet à patre pupilli legatum poſt mortem pupilli præſtandum n.135.

Limitatur, ſi hæreditas pupilli eſſet tenuis, & ſucceſſurus diues. ibidem.

Quid ſi ſucceſſurus pupillo non eſſet extraneus, ſed frater, vel auunculus; an ad excludendum eum ab educatione attendenda ſit conſideratio ſpei ſucceſſionis. Negatiua ibidem Affirmatiua ibid.

Conſideratio ſpei ſucceſſionis non procedit in matre, auia, & aliis aſcendentibus pupilli. n.135.

Si tàm extraneus, quàm frater, vel auunculus pupillo ſucceſſurus eſſent talis conditionis, quæ excluderet ſuſpicionem mali pupillo euenturi ex ſpe ſucceſſionis, poſſet illis à iudice committi pupilli educatio. ibidem.

Pupillus educari poteſt apud tutorem, & quid ſi tutor ſit pupillo ſucceſſurus. ibidem.

Pupillus ſiue mas, ſiue fœmina non debet educari apud eos, vbi eius pudicitiæ ſit periculum, numero centeſimo trigeſimo ſexto.

Sponſa, an. & quando educari, & ali poſſit apud ſponſum, vel ſponſi patrem, aut matrem, & quando neque etiam apud eiuſdem ſponſæ matrem, & conſanguineos debeat pupilli ſponſa educari. numero centeſimo trigeſimo ſeptimo.

Filiæ illegitimæ an, & quando poſſint educari apud matrem, & an potius apud ipſam matrem illegitimam educari debeant, quàm apud hæredem patris grauatum illas alere & dotare. numero centeſimo trigeſimo octauo.

Iudex in deſignando apud quos educari debeant pupilli debet facere id, quod veriſimiliter faceret pater, ſi viueret; & quod faceret de proprijs n. 129.

Ex officio poteſt iudex decernere vbi pupillus educetur, vel deponere pupillum ad contrahenda ſponſalia inductum in monaſterio, vel alio loco honeſto, & tuto pro ſecuritate pudicitiæ, & libertate matrimonij ibidem.

Iudex poteſt ſupplere pro pupillis. ibidem.

Poteſt iudex ex officio remouere tutorem ſuſpectum. ibidem.

§. IX.

Apud quos filij vtriuſque ſexus præſertim pupilli; & adoleſcentes educari debeant viuentibus patre, & matre, aut defuncto patre ſuperſtite matre, vel è contra, aut vtroque parente defuncto.

103 DE huiuſmodi materia Doctores præſertim Iuris conſulti varijs in locis agunt, nempe agentes de tutela, de alimentis, quæ à parentibus debentur filijs, & de diuortio. Placuit hoc capite de bona filiorum educatione, de hac re pertractare, quia licet leges ciuiles, & Doctores conſiderent varias rationes, ob quas aliquibus perſonis, etiam parentibus non ſit demandanda filiorum præſertim impuberum educatio, illa tamen præcipua, vt non educentur apud perſonam, apud quam poſſit morum honeſtas, & pudicitia periculo exponi; vt ex ſequentibus conſtabit. De hac autem materia extant in iure ciuili *tit. vbi pupillus educari, & morari debeat. & tit. Cod. eodem, & ibidem ſcribentes*, Mænochius *de arbitr. caſu* 168. Surdus *de alim. tit.* 1. 44t. *& tit.* 4. *q.* 13. Corduba à *Lara in d. ſiquis à liberis §. ſi mater. num.* 11. 12. *&* 13. *ff. de lib. agnoſ.* Vincentius de Franchis *deciſ.* 150. Valaſius *conſultat.* 92. *num.* 10. *&* 11. Seraphinus *deciſ.* 1194. *&* 1217. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. Gloſſa 8. *parte* 11. *à num.* 1. *ad* 19. Molfeſius *ad conſuet. Neap. p.* 3. *q.* 11. *à num.* 6. *& p.* 5. *q* 8. *& q.* 11. *num.* 8. *&* 39. Auguſtinus Barboſa *collect. ad l.* 1. *&* 2. *Cod. vbi pupilli educari debeant.* Annæus Robertus *rer. iudicatarum lib.* 1 *cap.* 8. *&* 9. & alij Iuriſperiti à Mænochio *dict. caſu* 168. Surdo *dict. q.* 13. Auguſtino Barboſa, & à me *in tract. de contr. matr. capite* 11. *num.* 317. *relati* Et ex Theologis Molina *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 224. & Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſput.* 88. *num* 16. *&* 17 *& lib.* 10. *diſput. vlt.* & etiam ego ipſe *loco citato.*

104 In præallegatis autem titulis, vbi pupilli educari debeant agitur de pupillo, qui iam patre orbatus ſit, ſicut & ibi ſcribentes. Mænochius *d. caſu* 168. Surdus *dict. q.* 13. *& in alijs quæſtionibus allegatis*, Seraphinus Molfeſius, Robertus, Molina *locis citatis*, & Sanchez *dict. diſput.* 88.

105 Imprimis conueniunt omnes, & certum eſt, apud quem, ſeu quos pupilli educatio habenda ſit iure communi arbitrio iudicis ex rerum, perſonarum, & temporis circumſtantijs, & quid magis pupillo expediat, & an eſſet ſuſpicio non ſolum vitæ, ſed etiam pudicitiæ, & ſic ſtatuendum apud quem habendaturius, & ſecutius educatio, diiudicandum relinquitur. Conſtat ex *l.* 1. *in principio ff. vbi pupill. educ. debeat* (ibi: *Et ſolet ex perſona, ex conditione, & ex tempore ſtatuere, vbi potiùs alendus ſit, & nonnunquam à voluntate patris recedit Prætor*) ex *l. penult. ff. eod.* (vbi: *ſi diſceptetur*, inquit Vlpianus, *vbi morari, vel educari pupillum oporteat, cauſa cognita id præſidem ſtatuere oportebit*) ex *lib.* 1. *ibi: quando autem inter eam, & cognatos*, &c. & ex *l.* 2. *per tot. Cod.* vbi *pupilli educari debeant.* & tradunt præallegati Doctores. Mænochius *d. caſu* 168. *initio*, Surdus *dict. quæſt.* 13 *initio.* Seraphinus *dict. deciſ* 1357. Molfeſius *locis citatis.* Molina *dict. diſput.* 224. *verſic. quando teſtator.* & *verſic. quando neque mater.* Fontanella *dict. part.* 11. *n.* 17. Annæus Robertus *d. cap.* 8. Sanchez *d. diſp.* 88. *n.* 17. & iuriſperiti communiter *relati* à Menochio *d. caſu* 168. *n.* 1. & Surdo *d. q.* 13 *n.* 1. & Auguſtino Barboſa *ad d. tit. Cod. vbi pupilli educ. debeant in initio.* Vt autem poſt Baldum, Crauetam, & Caualanum rectè aduertit Surdus *num.* 1. hoc iudicis arbitrium debet eſſe à iure, vel ſecundum ius regulatum, non autem abſolutum, & irrationabile; non enim ſub colore arbitrij debet iudex pro libito voluntatis iuris regulas ſubuertere; & id faciens grauiter peccaret. Quod aduertere debent iudices, vt præallegati DD. admonent. Quid autem iura in hac materia præſcripſerint, ex eiſue iuncta præſertim Doctorum communi, aut magis communi interpretatione, ſeu intellectu explicatur ſequentibus inquiſitionibus

Patre viuente extra caſum diuortij regulariter filij ſunt apud patrem educandi, & quando ei non permittenda educatio.

Inquiſitio prima. Patre viuente an, & quando filij præſertim impuberes extra caſum diuortij, & diſſolutionis matrimonij, quod detectum ſit fuiſſe nulliter contractum, penes eundem patrem ſint educandi. Procedit inquiſitio de tempore vltra primum triennium; & tempus ablactationis; primo enim triennio mater regulariter etiam inuito patre poteſt penes ſe infantem nutrire, & educare. De qua re in ſequenti ſecunda parte huius tractatus de effectibus matrimonij *cap.* 1. quod eſt de alimentis *n.* 317. 106

Communis, & certa concluſio eſt, regulariter eſſe educandos apud patrem. Quæ concluſio nititur ratione naturali, & ciuili. Naturalis eſt illa, quæ ex S. Thoma *ſuprà hoc cap. numero* 3. adducta eſt, ſcilicet, quia cum parentes ſint filiorum cauſa, & principium, per ſe illis incumbit, vt eorundem filiorum tam quoad corporalia, quam quoad ſpiritualia, curam gerant, & pater eſt præcipua cauſa, vt pote principium actiuum proli, & cum regulariter amor paternus vincat omnem alterius amorem, nullibi commodius educari poſſe videntur filij quàm apud patrem. Ciuilis ratio eſt, quia filij naturales, & legitimi de iure ciuili exiſtunt ſub poteſtate patris, ratione cuius etiam ad ipſum eorundem filiorum cura ſpectat; & apud eundem educandi, vt Seraphinus *dict. deciſ.* 1194. & Doctores communiter, qui à me in dict. ſequenti parte huius tractatus de effectibus contractus matrimonij *dict. cap.* 1. de alimentis *num.* 678. *&* 682. referuntur. Et conſtat etiam ex iure ipſo, præſertim ex *l. deinde §. etiamſi maxime. ff. de liberis exhibendis.* 107

Dixi regulariter, quia in nonnullis caſibus filij non apud patrem, ſed potius apud matrem, ſi ſit ſuperſtes, & ſeorſim ex iuſta cauſa à marito viuit; vel apud aliam perſonam iudici bene viſam, debebunt educari.

Et primus caſus eſt, ſi apud patrem filij educari, & commorari non poſſent abſque morali periculo peccandi, & impudicitiæ ac inhoneſte viuendi. Hæc enim eſſet iuſta cauſa, ob quam filij apud patrem non forent educandi, ſed vel apud matrem, vel alibi iudicis arbitrio. Hanc cauſam iudici in decernendo, apud quem pupillus debeat educari, præcipue conſiderandam propoſuit Vulpianus in *dict. leg. penultima ff. vbi pupillus educari debeat*; vbi verbis ſupra adductis

addit

addit idem Vlpianus, *In cauſæ cognitione euitandi ſunt, qui pudicitiæ impuberis poſſunt inſidiari*, Allegata etiam *l. Deinde, citato §. etiamſi maximè Digeſt. de lib. exhibendis* dicitur ob nequitiam patris in educatione filiorum impuberum eidem patri præferri aliquando matrem, vt apud eam morentur, & educentur ſine diminutione patriæ poteſtatis. Quod etiam notatur in *dict. deciſ. Seraphini* 1194. vbi additur, deciſionem dictæ legis habere locum ratione pueritiæ, & teneræ ætatis impuberis. Ad hoc idem facit *l. finalis §. minores, Cod. de ſententiam paſſis*; vbi Imperator Conſtantinus, quod non obſtante patria poteſtate filiis impuberibus tutor dari debet, ſi vel libidini, & vitiis addictus, vel aliqua prauitate ipſe pater corruptus ſit. Ex quo rectè infertur, neque eoſdem pupillus educari debere apud talem patrem nequam, cum magna ſit vis educationis ad bonos, vel malos mores inducendos, vt ſuprà hoc capite dictum eſt, & tradit Ricciullus *de iure perſonarum libro* 2 *capite* 31. *numero* 19. *argumento cap. Iudæi* 2. *de Iudæ.* Hanc etiam ob cauſam, ſcilicet, ſi filius non poſſit morari apud patrem, & in eius domo abſque morali periculo peccandi, & contrahendi prauos mores, poſſe filiumfamilias habitare ſeorſim à patre, & extra illius domum debere ab eodem patre illi ſubminiſtrari neceſſaria alimenta tradunt communiter Doctores à me in *allegata ſequenti parte citata cap.* 1. *de alimentis n.* 691.

109 Hinc filius infans parentum infidelium Iudæorum, aut Paganorum, matre ad fidem conuerſa conſentiente, & volente baptizatus, non apud patrem infidelem, ſed apud matrem fidelem (vt *ſuprà hoc capite, numero octauo.*) eſt educandus. Quia remanens apud patrem infidelem eſſet expoſitus periculo ſubuerſionis, facilè enim poſſet pater illum adducere ad infidelitatem; & idem ſi poſt matris conuerſionem filius iam adultus, & vſus rationis capax ſponte, & volens baptiſmum ſuſciperet, quemadmodum è contra, ſi mater ſit infidelis, & pater filius, filius communis baptizatus poſt primum triennium apud patrem debet educari. Conſtant prædicta omnia ex *capite fin. de conuerſ. infidelium.* & tradunt Sanchez *de matrim. libro* 10. *dict. diſput vlt. numero* 3. Doctores *ſuprà dict. numero* 8. *allegati*, & alij à Sanchez, *relati*. Quod ſi impubes filius vſu rationis pollens vtroque parente remanente in infidelitate, & etiam inuito, voluntarie fidem per baptiſmum, ſuſceperit, tunc apud fideles, prout iudex eccleſiaſticus arbitrabitur, educandus erit, nullo modo apud parentes ob illam rationem periculi peruerſionis ex educatione, & cohabitatione cum parentibus infidelibus; de qua re plura Nauarrus *conſil.* 4. *de conuerſ. infidelium.* Et ſi omnibus Chriſtianis prohibitum eſt cum Iudæis habitare præcipue ob eam rationem, quod ex huiuſmodi habitatione, & aſſidua conuerſatione poteſt oriri periculum ſubuerſionis, vt notat Antonius Riciullus *de iure perſonarum d. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 1. & 2. multo magis filij impuberes baptizati ſimili periculo erunt expoſiti, ſi permittentur educari, & morari penes parentem infidelem.

110 Quod dictum de filiis impuberibus infidelium, idem etiam procedit in filiis hæreticorum volentibus inuito vtroque, vel altero parente hæretico viuere catholice; ad euitandum enim ſubuerſionis periculum educandi non erunt apud patrem hæreticum, contra cuius voluntatem fidem Catholicam ſit amplexus, ſed apud matrem, ſi ſit Catholica, vel ſi & ipſa hæretica ſit, apud alios Catholicos. Dixi, *inuito*, &c, Quia ſi parentes hæretici nati permitterent filios amplecti, quam maluerint ſectam etiam catholicam, eo caſu, qui abeſſet illud periculum peruerſionis, filij Catholici notari poſſent apud parentes hæreticos; & ſi tutius foret ſeorſim à parentibus educari, & habitare cum fidelibus.

111 Quid autem, ſi mater vidua infidelis relicta ſit à viro cum infante, & ſuperſtes ſit auus paternus ad fidem conuerſus, an infans debeat educari apud auum fidelem, vel apud matrem infidelem explicatum eſt hoc capite *ſuprà numero* 9. & reſolutum contra Nauarrum debere educari apud auum fidelem.

112 Secundus caſus eſt; ſi vita impuberis periclitaretur ob nimiam patris ſæuitiam, & crudelitatem, tunc enim apud matrem ſeorſim à patre ex iuſta cauſa degentem, vel apud aliam perſonam debebit educari. Ob huiuſmodi enim cauſam etiam patrem teneri præſtare alimenta filio ſeorſim, & extra illius domum habitanti, tradunt DD. communiter, quos in ſequenti parte huius tractatus de effectibus contractus matrimonij *d. capite primo de alimentis numero* 688. *refero.*

113 Tertius caſus eſt. Si pater impuberis ſecundam vxorem duxerit, & ex nouercæ odiu erga priuignum merito metui poſſit eiuſdem priuigni vitæ. Hæc cauſa Nouercæ ſuperinductæ fuit conſiderata in *d. deciſ* 1194. *Seraphini*; & ob odium, quod ſolet intercedere inter Nouercam, & priuignum, poſſe eundem priuignum eo inuito habitare ſeorſum à patre extra eius domum, & nihilominus teneri patrem eum alere, eſt communis ſententia Doctorum, quos *dict. cap.* 1. de alimentis proximè *citato num.* 688. refero. Non enim impubes educari debet in domo, ſi ſuſpicio probabilis ſit, vt ibi vitæ illius inſidietur. Vt colligitur ex *l.* 1. *Cod. vbi pupilli educ. deb.* & tradunt Baldus *conſil.* 487. *vol.* 1. & Surdus *tit.* 4. *dict. quæſt.* 13 *numero* 30. & tunc præcipue metui poſſet, nouercam vitæ priuigni machinaturam, ſi eo mortuo pater ſucceſſurus eſſet in bonis eiuſdem priuigni propriis notabilis, & magnæ quantitatis, in quibus poſt patris mortem eſſent ſucceſſuri filij nouercæ *arg d. l.* 2. *Cod. vbi pupilli educ. debeant.* Iudicis prudentis tamen partes erunt ex circumſtantiis perſonarum, & rerum inueſtigare, & cognoſcere an præfatæ ſuſpicioni ſit locus.

Attento iure communi tam antiquo Codicis, quàm nouiori Authenticorum apud quem ex coniugibus educandi ſint filij facto inter eos diuortio.

Inquiſitio ſecunda: facto ex iuſta cauſa diuortio inter coniuges, apud quem eorum educari, & morari debeant filij.

114 Iure Codicis *l. vnica Cod. diuortio facto*; in arbitrio iudicis eſt, apud quem educari, & ali debeant liberi; *Licet neque noſtra* (inquit textus) *neque diuorum parentum noſtrorum vlla conſtitutione caueatur, vt per ſexum liberorum inter parentes diuiſio celebretur: Competens tamen iudex æſtimabit vtrum apud patrem, an apud matrem matrimonio ſeparato filij morari, ac nutriri debeant.* Et hoc idem notarunt ibi ſcribentes Bartholus, Baldus, Cynus, & alij, quos Auguſtinus Barboſa *collect. ad dict. l. vnicam numero* 1. refert. & per eundem textum tradidere Goffredus, & ex Summiſtis, Aſtenſis, Angelus, & Syluester *relati* à Sanchez *dict. lib.* 10. *citata diſput. vlt. num.* 1. Idem Sanchez *ibidem*, & Barboſa *d. collect. num.* 2. aduertentes huiuſmodi arbitrium debere eſſe, vt per primum triennium proles apud matrem educetur, vltra hoc triennium apud patrem, prout ius in *leg. non filiam Cod. de*

patria poteſt. decreuit circa prolis educationem, & etiam probant tradita *num.* 107. Quod tamen iuxta Goffredum, Aſtenſem, & eoſdem Sanchez, & Barboſam intelligitur, niſi iudex inſpectis particularibus circumſtantiis aliud expedire arbitretur, nam tunc ipſius eſſe dicunt arbitrari, vter coniux apud ſe educaturus ſit prolem, vt *in d. l. vnica deciditur.*

115 At verò hodie iure nouiſſimo Authenticæ *ſi pater, C. de eod.* ſcilicet, *diuortio facto*, deſumptæ ex Authentico, *vt liceat matri, & auiæ §. illud collatione* 8. *tit.* 18. *aliàs* 13. *Nouella* 117. *cap.* 7. ſi pater cauſam diuortij præſtiterit, apud matrem manentem in viduitate liberi educari debent, ſi verò mater cauſam diuortij dederit, apud patrem, niſi minus idoneus ſit; quo caſu ſi mater ſit locuples apud ipſam manebunt, & ab ea enutriri debent. Verba dictæ Authenticæ ſi pater, ſunt, *ſi pater cauſam diuortij præſtiterit, apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi nutriantur, patris expenſis; ſi verò contra, tunc apud patrem matris locupletis expenſis, niſi pater minus idoneus ſit.* Verba autem Authentici, *vt liceat. d. §. illud* ſunt. *Etſi quidem pater occaſionem ſeparationis præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias, apud matrem nutriantur expenſas patre præbente; ſi verò per cauſam matris oſtendatur ſolutum matrimonium, tunc apud patrem maneant filij, & alantur: Si autem contigerit patrem minus idoneum eſſe, matrem verò locupletem, apud eam pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus.* Ex quibus patet Authenticam cum Authentico concordare in principali diſpoſitione; & ſolùm diſcordare quoad illa verba *matris locupletis expenſis*, quæ *in d. §. illud*, non reperiuntur; & *in d.* Authentica *ſi pater*, fuerunt addita ab Irnerio Iuriſconſulto, vt tradunt Gloſſa *in d. §. illud. verbo alantur*, & *in d. authentica, ſi pater* verbo *matris*; & Doctores, qui infrà citantur, & alij communiter. Quod autem *in d. §. illud*, & *d. auth. ſi pater*, deciditur de educatione filiorum apud matrem, ſi pater diuortij cauſam præſtiterit; & apud patrem, ſi mater occaſionem diuortio dederit: affirmant etiam communiter ibi ſcribentes Auguſtinus Barboſa *collect. add. auth. licet n.* 1. *&* 2. Sanchez *d. diſp. vltim. num* 2. ex Doctoribus *ſuprà num.* 103. Corduba à Lara *d. §. ſi mater à num.* 11. & Valaſcus *d. conſult.* 92. *num* 11. & alij Iuriſperiti communiter, quos Corduba, Valaſcus, Auguſtinus Barboſa *locis citatis*, & Sanchez *d. diſp. vltim. num.* 5 *&* 6. referunt. Vt propterea meritò nullo modo audiendus ſit Henriquez *lib.* 11. *ſum. cap.* 18. *fine*, contra præfatos textus ita expreſsè loquentes, quos non allegat, dicens poſt diuortium prolis educationem præcipuè pertinere ad patrem, nec Authores ab eo relati id dicunt. Neque etiam rectè locutus eſt Molfeſius *d. p.* 5. *quæſt.* 8. *n* 4. dum dixit poſt diuortium inter virum, & vxorem regulariter filios potius apud matrem, quàm apud patrem, educari debere ad id allegans *dict. leg. vnicam. & dict. authent. ſi pater*, cum hoc eius dictum expreſsè aduerſetur iiſdem textibus propterea malè ab eo allegatis. nam *dict. l. vnica*, educatio penes quam haberi debeat relinquitur iudicis arbitrio; *dicta authentica ſi pater, & d. §. illud*, deciditur prolem educandam penes coniugem innocentem cum certis limitationibus, ſeu exceptionibus ibidem poſitis. Quarum prima eſt, vt id non procedat, ſi poſt diuortium culpa viri factum mulier tranſit ad ſecundas nuptias. Secunda, ſi vxor, ſeu mater noxia, quæ dedit diuortij cauſam ſit locuples, & vir pauper; quo caſu in dictis textibus deciditur prolem apud matrem alendam, & educandam fore. Ex quo Sanchez *dict. diſput. vltim. num.* 3. infert (licet in dictis textibus non exprimatur) etiam quando pater, qui præbuit diuortij cauſam eſt diues, & mater pauper prolem alendam apud patrem, cum militet (inquit) eadem ratio, & pater, ac mater ſint correlatiua, & ſic diſpoſitum in vno cenſeatur [illegible]-poſitum in reliquo. Quam tamen illationem non admitto, cum matri innocenti pater nocens citra omne dubium debeat præbere expenſas alimentorum, & educationis, vt expreſsè in eodem textu dicitur, non eſt autem ita certum matrem noxiam debere patri innocenti præſtare expenſas alimentorum prolis apud eundem patrem educandæ, prout in ſequentibus numeris explicatur. Prædictis duabus exceptionibus additur tertia, ſcilicet, ſi parens innocens in celebrando diuortio ſit infidelis, & qui in culpa, ſit fidelis; tunc enim fauore fidei, nè proles in infidelitate educetur, pro educatione tradenda eſt coniugi fideli iuxta *prællegatum cap. finale de conuerſatione infidelium.* & tradita *ſuprà numero* 109. & ita etiam poſt Angelum *v. filius*, Syluestrum *v. eodem* & Gutierez *quæſtionibus can. libro* 1. *capite* 24. *numero* 19. tradunt Sanchez *dicto numero tertio*, Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad dict. authen. ſi pater, numero tertio.*

Quando culpa matris diuortium ſit, an ſoboles ſit educanda apud patrem expenſis matris locupletis, ſi etiam pater ſit diues.

Ex præfatis igitur textibus, & Doctoribus communiter conſtat facto diuortio inter virum, & vxorem filios eſſe educandos apud matrem, ſi pater fuerit in culpa, & è contra educandos apud patrem, ſi mater fuit culpabilis. Item conſtat in primo caſu expenſas alimentorum filiorum à patre, ſi diues ſit, præſtandas eſſe matri, apud quam filij ſunt educandi, ſi verò idem pater ſit inops; eoſdem filios alendos eſſe à matre; Item in ſecondo caſu, ſcilicet, quando mater præbuit cauſam diuortij, ſi ipſa ſit inops, conſtat filios apud patrem ali debere ab ipſo patre ſumptibus ſuis. Sed non leuis controuerſia eſt, an in hoc caſu diuortij ex culpa matris ſequuti; ſi vterque, ſcilicet, tàm pater, quàm mater ſit diues, & poſſit alere, an filij apud patrem alendi ſint expenſis eiuſdem matris culpabilis locupletis, an verò ſumptibus eiuſdem patris innocentis pariter locupletis, & idoneæ ad alendum. 116

Et prima ſententia aſſerit, filios debere ali apud patrem ſumptibus matris locupletis. ita Gloſſa *in dict. authentic. ſi pater, fine.* & *in dict. authen. vt liceat matri citata §. illud verbo Alantur*; & *in l. alimenta verbo materna Cod. de negot. geſt. ibidem* Bartholus *numero* 1. Paulus Caſtrenſis *num* 3. Alexander *num.* 6. Boërius *conſil.* 17. *numero* 11. Corduba à Lara *in d. §. ſi mater. num.* 12. Gutierez *qq. canon. cap.* 24. *numero* 19. Petrus Barboſa *in rubric. ſoluto matrimonio part.* 2. *num.* 53. Auguſtinus Barboſa *dict. collect. ad dict. authentic. ſi pater numero ſeptimo*, & communem Iuriſperitorum ſententiam eſſe dicunt Alexander, Boërius, Petrus Barboſa, & Cordoba *locis citatis.* Hanc eandem ſententiam tenent Angelus *v filius numero* 22. Sylueſter *v. eodem numero* 24. & Sanchez *dict. diſput. vltima, numero ſeptimo & octauo*, qui ait hanc ſententiam tenere Gloſſam in *cap. fin. de conuerſatione infidelium v. inſidientur*, & ibidem Hoſtienſem, Buttium Cardinalem, & Henricum; etſi Gloſſa ſolum dicit apud patrem ali debere ſobolem, quando mater præſtat cauſam diuortij, & non addit, quod expenſis ipſius matris. Hanc ſententiam probauit ius regium Caſtellæ *l.* 3. *titul.* 19. *parte* 4. vbi expreſsè habetur matris præſtantis cauſam culpabilem diuortio expenſis prolem apud patrem alendam fore. Etſi enim *in dicta authentica vt* 117

liceat

liceat matri, & auia d. § illud, id expreſſe non habeatur. Et in *d. authentica ſi pater, Cod. diuortio facto*, verba illa *matris locupletis expenſis* fuerint addita ab Irnerio Doctore priuato, & carente authoritate legis condendæ, nihilominus recte fuiſſe addita, & implicite contineri in præallegato authentico, vnde illa authentica deſumpta eſt, ſentiunt iidem Doctores, etſi in fundamento additionis, & huius ſententiæ non conueniant. Et quidem Cordubæ à Lara probat hanc ſententiam. Quia ſi diuortio facto, vxor, quæ cauſam culpabilem diuortio dedit non teneretur ſuis expenſis alere filios apud maritum manētes, ſequeretur, quod inculpatus maritus ſuſtineret onus alendi liberos ſine fructibus dotis, nam diuortio facto dos vxori reſtituitur vt in *l. diuortio ff. ſoluto matr.* id autem manifeſte abſurdum eſſet, & æquitati naturali repugnans, cum dos detur ad ſuſtinenda onera matrimonij, filioſque alendos, vxorque ſic ex ſuo delicto reportaret commodum. Hanc tamen rationem reprobant Sanchez, & Barboſa locis citatis. Nam facto diuortio ob culpam vxoris, puta, ab eius adulterium, aut dos illi non reſtituitur, ſed retinetur à marito ſine obligatione illam alendi; ſi propter eius hæreſim, fiſcus eam acquirit; de quo late idem Sanchez *dict. lib. 10. d. ſput. 4.* & Pet. Barboſa *ad l. 2. in principio ff. ſoluto matrimonio.* Quare iidem Sanchez, & Barboſa probant, quia cum pater, & mater; vir, & vxor ſint correlatiua, diſpoſitum in vno cenſeint in reliquo diſpoſitum, etiam in lege correctoria, & pœnali. Quare cum in *d. authentico, vt liceat matri, & auia §. illud*, diſponatur patre præſtante cauſam diuortio fore ſobolem alendam apud matrem expenſis patris, iure optimo Irnerius inde deſumens textum *d. auth. ſi pater*, addidit ea verba; *matris locupletis expenſis* quando mater eſt delinquens, quaſi in illa diſpoſitione *d. § illud*, parte delinquente tamquam in correlatiuo idem diſpoſitum cenſeatur. Quare Sanchez ait non obſtare, quod, cum in d. §. *illud* non dicatur, filios eſſe aducandos apud patrem innocentem expenſis matris; ſicut dicitur eſſe educandos apud matrem innocentem expenſis patris; & verba illa *dict. auth. ſi pater. expenſis matris locupletis* addita ſint à Doctore priuato, caſus ſit decidendus iuxta regulas iuris, quæ habent onus alendi filios pauperes vltra primum triennium ſpectare ad patrem, non ad matrem, licet ſit & ipſa diues, niſi in caſibus expreſſis in *l. Neſſenius. ff. de negot. geſt.* quorum nullus eſt iſte; & onus alendi filios eſſe paternum conſtat ex *l. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſc.* & late explicatur in ſequenti parte huius tractatus de effectibus contractus *matr. d. cap. 1.* de alimentis; Illud quod eſt diſpoſitum in d. §. *illud* in caſu patris delinquentis, non poſſit extendi, & cenſeri diſpoſitum in caſu matris delinquentis, vt & ipſa teneatur ſuis expenſis alere filios apud patrem. Nam pater etiam non delinquens tenetur ad præfata alimenta filiis pauperibus præſtanda; non ſic mater; & conſequenter ſit diſpar ratio patris, & matris; diſpoſitum autem in vno correlatiuo non cenſeatur diſpoſitum in reliquo, vbi diuerſa militat ratio ex Euerardo loco à correlatiuis *n.* 8. Non obſtare id (inquam) probat Sanchez, quia (ait) cum diſpoſitio *d. auth. ſi pater* procedat etiam ſi proles non excedat triennium (quo primo triennij tempore onus alendi filium ſpectat ad matrem) cum lex illa indiſtincte, & generaliter loquatur; & ita pater dans cauſam diuortio culpabilem iuxta dictam diſpoſitionem ad expēſas educationis prolis primi triénij teneatur, ad quas ſecluſo delicto non tenetur; ita etiam mater delinquens; tenetur ad expenſas educationis filij pro tēpore vltra primū trienium, ad quas, ſi ſua culpa diuortiū non eſſet ſequutum, non teneretur. Quare textus ille (concludit idem Sanchez) non attendit ad obligationem, quam ante delictum coniuges habebant, circa expenſas educationis prolis miniſtrandas; ſed in pœnam delicti, ob quod diuortium fit, ſtatuit, vt eo ſequuto auferatur proles coniuge delinquente, & apud innocentem educetur expenſis delinquentis, ſiue ad eas alioqui teneretur, ſiue nō. Ita Sanchez. 117

Altera ſententia præcedenti oppoſita negat, filios apud patrem innocentem ali debere expenſis matris cuius culpa factum eſt diuortium, licet ipſa ſit diues. Ita *Salicetus in d. l. alimenta Cod. de neg. geſt.* & poſt eum Valaſcus *d. conſultat. 92. n. 11.* vbi acriter reprehendit Irnerium, dicens fuiſſe nimiam eius licentiam adiicere authenticæ illa verba *matris locupletis expenſis* contra iuris regulas patri tantum imponentes onus alendi filios. Quare probatur hæc ſententia, quia iure alibi non cauetur matrem vltra primum triennium ablactationis eſſe obligatā ſuis ſumptibus educare filios; præterquam in nonnullis caſibus præſertim expreſſis in *d. l. Neſſenius* (de quibus late *in d. ſequenti parte huius tractus cap. 1. de alim. § ſeptimo. à num. 330.*) inter quos iſte caſus non cōtinetur; ſed regula iuris communis patri ſolum imponit onus alendi filios pauperes aliunde non habentes *d. l. ſi quis à liberis, & alibi* (proue latiſſime in ſequenti parte huius tractatus *d. cap. 1.* de alimentis traditur) à qua regula non niſi iure aperto eſt deuiandum. Et *illa authentica ſi pater*, in Codicem traducta ab Irnerio non poteſt, nec debet habere plus authoritatis, quam authentica conſtitutio in *§. illud*; à qua fuit tranſlata, cum ab illa authoritatem ſumat, non à ſe; in qua conſtitutione nec reperitur, nec dicitur, quod filij apud patrem innocentē ali debeant expenſis matris culpabilis locupletis; ſicut è contrà dicitur debere ali apud matrem innocentem expenſis patris culpabilis, ſi enim lex voluiſſet, idem eſſe etiam quoad matrem culpabilem, cum id ſit contra regulam iuris, expreſſiſſet. Addit etiam Valaſcus verba illa: *Matris locupletis expenſis*, non conuenire illi rubricæ Codicis, quæ ita inſcribitur, *Diuortio facto apud quem liberi morari, vel educari debent*, non enim agit (ait Valaſcus) niſi apud quem habitatio, & educatio filiorum etiā in caſu diuortij coniugum. non autem quorum expenſis; & eſt diuerſa illa rubrica ab alia Codicis, & *ff. vbi pupilli educari debeant*, quæ agit de educatione extra cauſam diuortij. Ad rationem autem illam pro priori ſententia ex Corduba adductam, nempe; quod diuortio facto maritus dotem reſtituit (id enim videtur admittere idem Valaſcus, & putat hac ratione fuiſſe motum Irnerium ad addendum illa verba) vnde iniquum eſt, quod ſine dote filios alat: Reſpondet; quod licet doté reſtituat, adhuc tamen pater eſt, cui incumbit onus alēdi filios *d. l. ſi quis à liberis* & cap. *cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium*, & adhuc ma[illegible] patria poteſtas, à qua multi effectus prodeunt de quibus Pinellus *in rubr. Cod. de bon. mater. in 2. p. per totam.* Et Clem. Aſcanius, & Paſchalis *in tract. de patria poteſt.* quibus vtilitatibus patriæ poteſtatis mater non vtitur; nec vſum fructū bonorum filiorum habet, quo fruitur pater. Ac proinde non mirum ſi alere teneatur filios etiam diuortio ſequuto ob culpam vxoris, licet iam dotem non habeat. Verum huic ſententiæ non obſtat illa ratio Cordubæ, cum diuortio facto ex culpa vxoris maritus dotem non reſtituat, vt *num. præcedenti* dictum eſt.

Hanc ſententiam de rigore iuris communis exiſtimo veriorem, etſi fortaſſe iudices fori externi in praxi à priori, vt pote communi non recedent; in foro tamen conſcientiæ iuxta hanc poſteriorem non vereret iudicare, cum vere ſit conformis dictæ regulæ iuris communis patri tantum iniungenti onus alendi filios, & non matri. & ita ex d. authentica in [illegible] non poſſit ſumi argumentum à correlatiuo ob diuerſitatem rationis in patre, & matre. Et dato etiam, quod diſ-

poſitio dictæ anthenticæ procedat etiam in ſobole triennium ablactationis non excedente; etiam pater iuxta ius commune excepto lacte(quod mater,ſi poteſt,nullaque iuſta cauſa excuſetur, tenetur proptiis vberibus miniſtrare infanti)tenetur ad expenſas pro educatione filij lactantis neceſſarias,nempe ,ad prouidendum de veſtibus lineis,& laneis, ſubnculis,lecto,& ſimilibus,& medicinis,ſi infirmetur,vt probatur in allegata *ſequenti parte huius tractatus cap.1 de alim. n.324.*& tradunt Doctores communiter *ibidem allegati*; & Valaſcus *d. conſult.91.n 6.* Neque etiam mater tenetur ad expenſas lactationis filij,niſi quando abſque cauſa recuſat propriis vberibus lactare. Vt *d.cap. 1.de alim.à n.318. ad 323.* explicatur, ac proinde facto diuortio ob matris culpam;& ex iudicis ſententia tradita prole patri;cum iam per ipſam non ſtet,quo minus lac ſuum eidem proli præbeat, & alioqui ſit parata præbere,quandò vlla alia cauſa ex à me enumeratis *à d.n.318. ad 323.* non excuſetur, ad expenſam lactationis non tenetur, nec cogi poteſt.

119 Cæterum quauis ſententia recepta,vt locus ſit pœnæ in d. authentica contra patrem, vel matrem præbentem diuortio cauſam ſtatutæ priuationis educationis prolis,& expenſarum pro educatione,ad quas alioqui non teneretur, prærequiritur iudicis ſententia iuxta doctrinam communem,quod ad pœnam legalem delicto iniunctam perſoluendam nemo obligatur niſi poſt iudicis ſententiam; de qua re late egi *in 2.& 3.t moralium variorum*; & etiam ſupra in hac parte *cap 5.* & hoc idem in præſenti tradit Sanchez *d. diſp vlt num.* 8.

110 Aduertendũ etiam,quod etſi Innocentius,Butrius, Ioannes Panormitanus,& Cardinalis *in d.cap.fin.de conuerſ. infid.* diſpoſitionem *d.auth.ſi pater*, contra coniugem dantem cauſam culpabilem diuortio extendunt, vt habeat locum, non ſolum ſi fiat diuortium de iure,vt propter adulterium,ſed etiam ſi fiat de facto,vt quia abſq; iuſto titulo coniux recedit,ita quod expenſis coniugis culpabiliter recedentis apud alterum proles debeat educari. Nihilominus huiuſmodi extenſio non videtur admittenda,& illam improbãt Sanchez vbi *ſuprà n. 9.* & Auguſtinus Barboſa *d. collect.ad d.auth ſi pater,n.8.*quia,cum quis coniugum de facto recedit, non dicitur diuortium facere, nec eſt vere diuortium,nec lex huiuſmodi pœnalis loquens in diuortio vero,ibi: *Si pater cauſam diuortij præſtiterit*, poteſt extendi ad receſſum de facto.

121 Quid vero,quando diuortium neutrius coniugis culpa celebratur,vt ſi mutuo conſenſu vterq; ſeparatur,vt vitam cœlibẽ ducat voto emiſſo,vel abſq; illo, vel quia vterq; eſt damnatus de crimine hæreſis, vel alter de hæreſi dãnatus, alter adulter,in quibus caſibus vterq; eſt in culpa diuortij,& poteſt iuſte diuertere non compenſatis delictis iuxta tradita à Sanchez *d.l.10.diſp* 16. In hiſce caſibus Sanchez *d.diſp.vlt. n.10.* & Auguſtinus Barboſa *collect.ad d.auth.ſi pater n.8.* reſpondent ſeruari poſſe diſpoſitionem *d l.vnica Cod diuortio facto*, iuxta explicationem *ſuprà n.114.* traditam, nẽpe,vt infans minor triennio à matre educetur; maior vero à patre,niſi iudex aliud arbitretur; quia in huiuſmodi caſibus nil immutatũ reperitur *in d.auth. ſi pater* & *d.§.illud*, ſed tantum quando alterius coniugis culpa diuortium fit, & idem ſeruandum, quoties non conſtiterit vtrius ex coniugibus culpa diuortium factum ſit, tradit ibidem Sanchez ex Henrico *in d cap.fin e n.7.de conuerſ infidelium:*

122 Quando verò matrimonium bona fide contractũ eſt,& poſtea reperitur inualidũ,& filius interim conceptus,iidem Sanchez *n.10.*& Auguſtinus Barboſa *d. n.8.* reſoluunt filium eſſe communibus vtriuſque parentis expenſis alendum,quamuis ſit minor triennio, cum ob bonam fidem vtriuſq; onus debeat eſſe commune, ſecus vero ſi alter parens fuerit in mala fidè conſtitutus,altero exiſtente in bona;tunc enim aiunt filium alendum eſſe ab eo, qui in mala fide fuit,niſi pauper ſit,alius vero locuples.Sed de hoc latè agitur *in ſequenti parte huius tractatus d.cap.1. de alimentis n.325. & duobus ſequentibus.*

Patre defuncto pupilli educandi ſunt apud quem idem pater iuſſerit fore educandos,ſi de hac eius voluntate conſtet,à qua tamen voluntate iudex aliquando recedere poteſt.

Inquiſitio tertia, mortuo patre apud quem filij, præſertim pupilli, & impuberes educari debeant, ſi non ſit ſuperſtes auus paternus habens pupillos ſub poteſtate, & loco patris in cura filiorum ſuccedens.

Imprimis certum eſt iudicem debere ſpectare, & regulariter ſequi voluntatem patris, ſi de ea conſtet, decernendo filium educari apud perſonam ab eodẽ patre electam. eſt textus clarus *in l.1. § ſi omnes. verſic. apud eam educetur ff. de inſpiciendo ventre.* & *in lib.1.ff.vbi pupilli educ.debeãt* & ex Doctoribus *ſuprà n.103.relatis* tradunt Seraphinus *d decis.1357.n.5.* (vbi etiam Additionator alios *allegans*) Mænochius *d caſu* 168. & cõſil.61 *n.12.* Surdus *tit.4 d q.13.n.2.* Molina *d.diſput. 224. initio verſic. quando teſtator*, & alij à Surdo *relati.* Ratio eſt,quia pater præſumitur ſemper melius cęteris proſpexiſſe vtilitati filiorum *l.nec intra ff.de adult.* Poteſt tamen,& debet iudex à voluntate patris recedere, & alium locum,aliamue perſonam deſignare, ſi id magis filiis expedire iudicauerit; puta,ſi electus à patre eſſet talis,qui vitę,vel religioni,vel moribus,vel bonis filij inſidiari facile poſſe præſumeretur. ita expreſſe habetur *d.l.1.ff vbi pupill.educ.deb.ibi: Et ſolet ex perſona, ex conditione,& ex tempore ſtatuere,vbi potius pupillus alendus ſit, & nonnunquam à voluntate patris recedit Prætor.* Idẽ dicitur *l. Quintus Mutius,verſic itaque hæc.ff de annuis legatis.* Et hoc idem tradunt Seraphinus *d. deciſ.1352. n.4.* Menochius *d.caſu 168.n.5.* Surdus *alios allegans d. q.13.n.4.* Fõtanella *d.p.11.n.17.*& Molina *d.verſic. Quando teſtator* Ratio redditur in *d.l. Quintus Mutius* (vt notauit Molina)ſcilicet,quia hoc ad authoritatem ſolũ teſtatoris pertinet,in diſpoſitionibus autem ad ſolam authoritatem pertinentibus iudex ſtatuere poteſt contrarium,ſi perſpexerit id magis expedire,vt latè *d. l.Quintus Mutius* explicatur. 123

Defuncto patre, qui non diſpoſuit penes quem filij forent educandi,mater regulariter cæteris præferenda,ſi in ſtatu viduali viuat,exceptis nonnullis caſibus.

Secundò,vbi pater nihil diſpoſuit;& mater ſuperſtes eſt, nec ad ſecundas nuptias tranſierit, nec adſit ſuſpicio quod tranſeat, apud matrem potius, quàm apud alium educari debent filij impuberes; cum regulariter nullibi commodius iudicandum ſit educari poſſe minorem,quam apud matrem.Ita expreſſe *l. 1.Cod.vbi pupilli educari debeant. Educatio* (inquit Imperator) *pupillorum tuorum,nulli magis,quam matri, ſi non vitricum eis induxerit,committenda eſt.* Et idem tradunt Mænochius *d.caſu 168.n.2.* Surdus *d. q.13.n.10.& ſeqq.* Seraphinus *d.deciſ.1357.n.1.* Fontanella *d.p.11.n 16.* Auguſtinus Barboſa *collectan.ad d.l.1.Cod.pupilli educari debeant*, Molina *d diſp.224.verſic.ſi mater.* Et DD.omnes *in d.l.1.*& alij,quos Surdus,Seraphinus,& Auguſtinus Barboſa late referunt. Parentum enim amor ſuperat omnes.Et §. eiuſdem quoque principia *auth de nuptiis* dicitur, *quod mater omnium fide digna eligi debet ad filiorũ educationem.* Vnde pro matre ſemper præſumitur prę ſertim in alenda fœmina. vt Baldus *conſil.487.& Surdus d.q.13.n.12.* Limitatur tamen hæc communis tradi- 124

tio

tio in matre vidua, quæ ſit vilis, turpis, & impudica, improba, & imprudens; tunc enim ei non debet cõmitti filiorum pupillorum, & maxime fœminarum educatio, ſed alteri perſonæ idoneæ. ita Mænochius *d. caſu* 168. *n.* 5. Surdus *d q.* 13. *n.* 21. Auguſtinus Barboſa *d. collect. n.* 8. Baldus *d. conſil.* 487. Gutierez *de tutela p.* 2. *c.* 8. *n.* 9. *&* 10 Et alij communiter; & aiunt Baldus, Menochius, & Gutierez, quod iudex non arbitrabitur pupillum eſſe educandum penes matrem vilem, ac turpem, vel penes alterum, qui vitæ, religioni, moribus, vel bonis pupilli inſidiari præſumeretur. Limitatur præterea in matre vidua ex alia cauſa ſuſpecta puta, quæ filio, vel filiæ immaturum, & impar matrimonium procurauerit. ita Craueta *conſil.* 18. Mænochius alios allegans *d. caſu* 168. *n.* 6. Surdus *d. q.* 13. *n.* 23. Barboſa *vbi ſupra*; qui aiunt eandem cauſam eſſe conſiderãdam in aliis perſonis, & addit Surdus ex Craueta cõſilio citato, quod ob hanc cauſam liceret tutori pupillũ authoritate propria eripere de manibus matris. An verò limitari debeat etiam in matre, quæ eſſet filio, vel filiæ ſucceſſura? Pro affirmatiua videtur ſtare textus in *l.* 1. *Cod. vbi pupill. educ. deb.* vbi ab educatione pupilli excluditur ille, qui eidem ab inteſtato ſucceſſurus eſt, vel ex ſubſtitutione, vel ex proximitatis qualitate. Nihilominus contrarium, & præfatam traditionem *d. l.* 1. & Doctorũ procedere etiam in matre, quæ filio, vel filię eſſet ab inteſtato ſucceſſura tradunt cõmuniter DD. Mænochius *d. caſu* 168. *n* 18. Surdus *d. q.* 13. *n.* 12. Barbatia, Socinus, Curtius ab iiſdẽ relati, Trentacinq. *reſolut. var. lib.* 2. *tit. de minor. reſolut.* 7. *n.* 14. & Auguſtinus Barboſa *collectan. ad d. l.* 2. *n.* 3. *fine. Cod. vbi pup. educ.* & colligitur ex *d. l.* 1. *Cod eodem*. Confidit enim lex de matre propter innatum eius amorem erga filios; quare ſuſpicionem illam, quæ ex ſucceſſione oritur iuxta *d. l.* 2. non conſiderari etiam in auia, proauia & cæteris aſcendentibus propter immenſum amorem, quem ſuis deſcendentibus portant, tradunt Trentacinq, Barboſa *locis citatis*, & Surdus *d q.* 13. *n.* 25. poſt Caualcanum *de tutore, & curatore n.* 301.

Poſt matrem auia, & proauia materna præfertur cæteris quoad pupillorum educationem; Excluditur ob cauſas ſimiles excludentes matrem.

115 Tertiò; poſt matrem, auia materna vidua, & cuius non eſt ſuſpicio, vt tranſeat ad ſecundas nuptias aliis pręferri debet in educatione filiorũ, vt ipſi committi debeant. Colligitur ex *d l* 1. *Cod. vbi pup. educ. debeant.* Et ex *d.* §. *eim quoque auth. de nuptiis.* & tradunt poſt alios Seraphinus 5. *deciſ.* 1357. *n.* 1. *&* 2. Mænochius *d caſu* 168. *n.* 4. Surdus *d. tit.* 4. *titat q.* 13. *n.* 24. *& ſeqq.* Gutierez *d. cap.* 8. *n.* 11. & Auguſtinus Barboſa *dict. collect. ad l.* 1 *n.* 14. *Cod. vbi pupilli educ. debeant.* Ratio ſumitur ex affectione auiæ erga pupillos, cum non minus, quàm mater illos diligat; imò plus amat, cum ardentius deſcendat amor in nepotes, quàm vigeat erga filios *l. liberorum in fine, ff. de verb. ſignif* Addit Seraphinus, idem ius eſſe in proauia materna, vt poſt auiam aliis, quoad educationem nepotum, & nepotum impuberum præferri debeat, ſi vidua ſit; tum ob eandem rationẽ affectionis, tum quia tam auia, quam proauia, ſuccedit loco matris, & continetur ſub nomine parentum; tum etiam quia proauia venit appellatione auiæ in fauorabilibus. vt Bartholus *in l.* 3. §. *affinitatis n.* 3. Baldus *ibidem ff. de poſtul.* & alij ab eodem Seraphino *d. n* 2 *relati*, & prædicta multo magis procederent, ſi tàm auia, quàm proauia nullũ intereſſe haberent in ſucceſſione, vt ex *l.* 2. *Cod. vbi pupilli.* notauit Rota *d. deciſ.* 1357. 3. apud Seraphinum. Excluditur autem ab educatione eiſdem de cauſis, quibus numero præcedenti dictum eſt excludi matrem; nempe, ſi luxurioſè viueret, vel aliter in moribus peccaret, vel eſſet imprudens, vel ſuſpecta, puta, quia nuptias intempeſtiuas procuravit, vel etiam, quia cæpit bona pupilli dilapidare. ita iidem Doctores.

Ex traditis duobus præcedentibus numeris con- 126
ſtat matrem, auiam, & proauiam in educatione pupillorum præferri debere fratri ipſius pupilli adulto, & etiam auunculo, vt etiam in terminis tradunt Mænochius *d. caſu* 168. *n.* 7. Surdus *d. q.* 13. *n.* 10. *iunctis num.* 29. *&* 13. Gutierez *d. cap.* 8. *n.* 15. *&* Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad l.* 1. *n* 12. *Cod. vbi pup. educ. deb.* Qui tamen frater adultus, & poſt eum auunculus matri, & auiæ præferũtur, quãdo ex rationibus, ſeu cauſis præcedentibus duobus numeris explicatis excluduntur ab educatione. Et etiam quãdo pupillus magis commodè, magiſque vtiliter apud fratrem, vel auunculum educari poſſet. ita Caualcanus *de tutore num.* 307. Gutierez *d. cap. n.* 16. Surdus *d. q.* 13 *n.* 29. *&* 33. Auguſtinus Barboſa vbi *ſuprà n.* 13. *&* alios allegans Menochius *d caſu* 168. *n.* 9. *& duobus ſequentibus*, vbi dicit in educatione ſororis matri præferri fratrem tribus in caſibus, ſcilicet, quando pro fratre ſtat diſpoſitio, ſeu voluntas patris, quando mater tranſiuit ad ſecunda vota. & quãdo pupillus magis commudè apud fratem educari poſſet; & vtilius foret ipſi pupillò. Quare *d. n* 9. *poſt* Baldum *conſil* 487 *fine*, & Iaſonem *conſil.* 237 *fine lib* 2. addit, quod ne vtiliter faciat iudex, moueri non debet lachrymis maternis, ſed omnino facere debet, quæ magis vtilia pupillo ſunt. Et idem ex ſer. Franciſco Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 350. vbi ait, quod iudex in aſſignatione perſonæ apud quam educari debeat pupillus, debet eſſe ſeuerus, & rigoroſus non gratioſus, nec moueri debet lachrymis matris, nec tutorum blanditiis, ſed ſolum vitæ meritis.

Pupilli an, & quando educari poſſint apud matrem ſecundò nuptam.

Huc vſque de matre, auia, & proauia vidua, & carente ſuſpicione tranſeundi ad ſecundas nuptias, reſtat videndum, an ſi mater defuncto viro patre filiorum tranſiuit ad alia vota, filiiſque ſuis induxerit vitricum, illi præ cæteris committenda ſit, vel committi poſſit filiorum præſertim pupillorum, & minorum educatio; & quod de matre, idem de auia, vel proauia, quæ ad ſecunda vota tranſiiſſet.

Et circa hoc, (de quo etiam in tract. præcedenti de 127
contr. matrim. cap. 11. n. 269. & 317.) constat iuxta iuris deciſionem matrem binubam excludi ab educatione filiorum impuberum primi matrimonij eoſque apud aliam perſonam eſſe educandos. ita expreſsè habetur *d. l. Cod. vbi pup. educ. deb.* (cuius verba *ſuprà n.* 124. reſcripta ſunt) & *d.* § *eiuſdem quoque principis auth. de nuptiis*. Verba textus ſunt, *quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur; dat ei etiam hoc hac lex, niſi ad ſecundas acceſſerit nuptias.* & idem habetur in *authenticis ſuprà n.* 113. *adductis*. ex quibus textibus Doctores deduxerunt generalem concluſionẽ, quod pupillus regulariter educari non debet penes matrem, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, & vitricum ſuperinduxit, ſed apud aliam perſonam idoneam, ita Cynus, & alij ſcribentes *in d. l.* 1. Gloſſa *in cap fin. de conuerſ. infidelium*, Gutierez *præallegato cap.* 8. *n.* 21. Spino, *in ſpeculo*, Gloſſa 29. *n* 13. & Doctoribus *ſuprà n* 103. *relatis*, Menochius *d. caſu* 168. *n.* 10. Surdus *tit.* 4. *d. q* 13. *n.* 15. *tit.* 1. *d. q.* 41. Seraphinus *d. deciſ* 1194. Anuæus Robertus *d. cap* 9. Molfeſius *d. p.* 3. *q.* 11. *n.* 16. *& d. p.* 5. *q.* 8. *n* 5. *& q.* 11. *n.* 38. Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 350. *n.* 3. Fontanella *d. p.* 11. *n.* 14. Auguſtinus barboſa *d. collectaneo ad d. l.* 1. *n.* 15. *Cod vbi pup. educ. deb.* Sanchez *d. diſp.* 88. *num.* 16. *&* 17. Ego ipſe *d. cap.* 11. *citatis n.* 160. *&* 317. & alij communiter à Surdo, Barboſa, Sanchez & à me

re ait

relati: Qui omnes aiunt ius in citatis textibus ita ſtatuiſſe propter ſuſpicionem, & periculum, nè vitricus filiorum vitæ inſidietur, vt vxor ſuccedat, vel etiam vt ſuccedant illius filij. Addunt Mænochius *d. n.* 10. & Surdus *d. q.* 13. *n.* 16. idem eſſe ſi mater adhuc eſſet vidua, ſubeſſet tamen ſuſpicio illam eſſe conuolaturam ad ſecundas nuptias; tunc enim etiam aiunt procedere diſpoſitionem iuris, & matrem non admittendam ad educandum filium in domo ſua. Neque prædictis obſtat, quod vitricus poſſit eſſe tutor priuigni *l. vltima Cod. de contrario iudicio tutelæ* & tradunt Mænochius *caſu* 151. *n.* 5. & Doctores, qui mox citantur & alij ab Auguſtino Barboſa collectan. citato *n.* 18. relati, & conſequenter non debet eſſe ſuſpectus in priuigni educatione. Nam in tutela non adeſt illud periculum, quod in educatione in domo propria, ac proinde eſt diuerſa ratio inter tutelam, & educationem pupilli, vt Gloſſa *in d. l.* 1. *v. vitricum vbi pup. educ. deb.* Crauetta *conſil.* 190. *n.* 7. & alios allegans Surdus *d. q.* 13. *num.* 17.

Verū difficultas eſt, an ius ciuile in prædictis duobus textibus abſolutè excludat ab educatione pupillorū matrem ad ſecundas nuptias tranſeuntem, ita vt iudici nunquam liceat contrariū arbitrari; an verò ſolum ob id reddatur, ſeu præſumatur ſuſpecta, & ſolū in dubio permitti nō debeat pupillos apud eam, & vitricū educari; ac proinde iudicis arbitrio relinquantur, locuſuè ſit, num eæ circunſtantiæ concurrant in matre, & in vitrico, quæ ſuſpicioni huic præponderent, & ideo non ſit ei prolis pupillæ educatio deneganda, De qua difficultate latiſſime Sanchez *locis citatis.*

118 Et *n.* 16. refert primam ſententiam aſſerentem abſolute excludi, & priuari, eamque tenuiſſe Gloſſam *in d. auth. vt liceat matri, & auiæ* § *illud v. non venerit*, Crauetam *conſil.* 18. *n.* 3. Guido Papam *deciſ.* 539. *n.* 1. Mænochium, & Spinum *locis n. præcedenti citatis*, & plures alios. Et quidem Guido Papa ibi dicit, quod iudex in hoc caſu non habet ſequi voluntatem patris defuncti, qui iuſſiſſet pupillum educari debere ſemper apud matrem etiam ſecundò nubentem. Nititur hæc ſententia præcipue (vt notat idem Sanchez *d. n.* 16.) textu *d. l.* 1. *Cod. vbi pup. educ. deb.* illis verbis: *Educatio pupillorum tuorum &c. ſi non vitricum*, &c. Quamuis enim poſtea textus ſubdat iudicis eſſe, orta lite inter matrem & cognatos circa pupilli educationem, arbitrari inſpecta perſonarum conditione, vtri præferendi ſint; & ita videatur decidere, id eſſe arbitrarium; tamen ea verba arbitrium indicantia videntur ſerenda ad ipſam matrem, dum vidua permanet, cui incumbere educationem lex illa decideratur; cum poſſit eſſe talis, vt merito educatione pupillorum priuanda ſit. Quare iuxta Doctores huius ſententiæ ſenſus dicti textus eſt; lite orta circa educationem, iudex arbitretur, cum ij mores deſiderentur in matre, vt merito ſint illi in hac educatione præferendi cognati; quod vel inde aiunt iidem Doctores, conſtare, nam priuatio, qua mater per legem priuatur educatione, eo quod ſecundò nubat, ſupponit terminos habiles, nempe matrem talem fuiſſe, cum eſſet vidua, vt niſi ſecundò nuberet, tutela minime priuaretur, iuxta illud vulgare, Priuatio præſupponit habitum, & potentiam. Hanc ſententiam confirmat Sanchez pluribus alijs, præſertim quod in matre binuba ceſſat ratio, ob quam confidit de matre, & ſubintrat diffidentia, ſuſpicio, & præſumptio contra ipſam, quod non affectu materno, ſed potius nouercali ſit pupillos proſequutura, ob quam præſumptionem lex illam priuat educatione, ſcilicet timens fore, vt mariti amore obcæcata non ſolum filiorum curam negligeret, ſed etiam odio quaſi nouercali proſequeretur, eorum vitæ inſidias pararet, vt vitrico morem gereret.

Alteram ſententiam oppoſitam affirmantem matrem ad ſecundas nuptias tranſeuntem non excludi abſolute à filiorum impuberum educatione, ſed ſolum præſumptionem iuris eſſe contra illam, quod ſuſpecta ſit; ac proinde in dubio ſtandum eſſe huic præſumptioni; & excludendam illam ab educatione; poſſe tamen ex coniecturis honeſtæ vitæ matris ac vitrici præſumptionem huiuſmodi infirmari, vt educatio matri binubæ deneganda non ſit; ideoque arbitrio iudicis committi, an mater binuba in hac educatione præferenda alijs ſit, refert idem Sanchez *d. diſp.* 88. *num.* 17. quam præter Gloſſam *in d. l.* 1. *v. quando autem Cod. vbi pupilli*, & plures alios ab eodem Sanchez *dict. num.* 17. *fine allegatos*, & ipſum ſancium *ibidem* ſuſtinent plures alij, & recentiores communiter. ita Faber in *Cod. fabr. lib.* 5. *tit.* 3. & ex Doctoribus *ſuprà num.* 103. *relatis* Surdus *dict. q.* 3. *num.* 9. & 10. Vincennus de Franchis *dict. deciſ.* 3,0. *num.* 3. Gutierez *dict. cap.* 8. *num.* 22. Pontanella *dict. part.* 5 *q* 11. *num.* 18. & *dict. part.* 5. *quæſt.* 11. *numero* 38. Annæus Robertus *dict. capite* 8. Auguſtinus Barboſa *collect. ad dict. l.* 1. *numero* 15. & 17. *Cod. vbi pupill.* Molina *de iuſtit. dict. diſput* 224. *verſic. quando mater*; ego ipſe in *præcedenti tract. de contractu matrim. dict. capite* 11. *numero* 317. & recentiores Iuriſperiti communiter. Et ita etiam ſentit Mænochius *dict. caſu* 168. *numero* 10. vbi ideo refert Platonem ab educatione filiorum non omnino eiicere matrem ab ſecunda vota tranſeuntem; & ita ſeruatur in praxi, cum ſæpe à Parlamentis, ſenatibus, & iudicibus pupillorum educatio fuerit adiudicata matri, quæ ad ſecunda vota tranſierat, vt teſtantur locis citatis Vincentius de Franchis, Fontanella, Molfeſius, & Sanchez. Qui *dicto numero* 17. probat hanc ſententiam dicens contra Doctores prioris ſententiæ, verba illa textus *dict. leg.* 1. *Cod. vbi pupilli. Quando autem in eam, & cognatos*, &c. indicantia iudicis arbitrium, referri ad matrem ſecundò iam nuptam, ita vt, quod idem textus proxime dixerat, nimirum matrem ſecundò nuptam priuandam eſſe educatione, limitetur per eam clauſulam, niſi iudex attenta matris, & vitrici conditione aliud arbitratus fuerit; quod latius comprobare nititur, & licet interpretatio patiatur difficultatem: tamen ab hac ſententia nullo modo recedendum eſt in praxi, cum iam ſit in Tribunalibus recepta, & ex textibus *ſuprà numero* 117. adductis non colligatur clarè matrem ſecundò nuptam abſolute, & præciſe excludi ab educatione pupillorum, ſed rectè poſſint intelligi regulariter, vel in dubio, & vbi non conſtet pupillos abſque periculo iacturæ vitæ, & bonorum, & melius, vel ſaltem æque bene apud ipſam pupillos educari poſſe.

Igitur etſi iuxta prædictos textus, & iuris diſpoſitionem in dubio iudex non debet arbitrari alendos eſſe filios penes matrem ſecundo nuptam, niſi appareat de circumſpectione, & bonis moribus matris, & vitrici (quod etiam notat Vincentius de Franchis ex Baldo, Bartholo, & Ripa) nihilominus quando mater non eſſet ab inteſtato ſucceſſura filio, vel filiæ impuberi, puta, quia haberet pupillus ſubſtitutum, vel à ſucceſſione impuberis, eadem mater ſecundo nupta ſtatuto excluderetur, & ipſa & vitricus eſſent honeſtæ vitæ, & bonis moribus dotati, poſſe iudicem arbitrari quod filij educentur penes matrem ſecundò nuptam tradunt in terminis Albericus *in d. l.* 1. *fin. Cod. vbi pupilli.* Curtius Iunior *conſil.* 94. *n.* 9. Surdus, Gutierez, Vincentius de Franchis, Fontanella, Annæus Robertus, Molfeſius, Molina *locis num. præcedenti citatis*, & Auguſtinus Barboſa *dict. collect. numero* 15. 130

& alij

& alij à Vincentio de Franchis, Molfeſio, & Molina *relati*, quia tunc ceſſat ſuſpicio iuris in dictis textibus & ita fuiſſe iudicatum in facti contingentia, & ſæpius teſtantur Fontanella, Vincentius de Franchis, & Robertus, Limitat Fontanella *n.* 16. vbi adeſſent filij ſecundi matrimonij, qui pupillo fratri vterino eſſent ſucceſſuri; quia tunc, inquit, militaret idem timor inſidiarum, & ideo educatio non eſſet committenda matri, pro vt ſæpius ſuum declaraſſe ſenatum idem Fontanella teſtatur. Idem *n.* 15. addit, matrem ſecundò nuptam poſſe etiam habere pupillorum educationem, ſi ipſa pupillo eſſet ſucceſſura in re parui momenti, puta, tantum in vſu fructu aliquorū mobilium, vel tota hæreditas pupillorum non eſſet notabilis, quia in hoc caſu propter leuitatem ſucceſſionis non poteſt eſſe ſuſpicio mali, vel inſidiarum in damnum filiorum, id quod ſentit etiam Curtius *dict. n.* 9. quid amplius dicens, nempe iudicem poſſe apud matrem ad ſecunda vota tranſeuntem collocare alendum filium, etiam ſi ſucceſſura ſit ab inteſtato ſolum in tertia parte hæreditatis; cuius dictum Surdus *dict. q.* 13. *num.* 19. reprobat, quia ea pars hæreditatis (inquit) ſuſpectam quoque reddit matrem, licet non in totum. Hoc tamen procederet ſolum ſi illa tertia pars eſſet notabilis quantitas bonorum. Quinimò, etiam matri ſecundo nuptæ ab inteſtato in tota hæreditate filiorum etiam notabili poſſe iudicem committere eorundem filiorum educationem, ſi eidem iudici conſtet eam, & vitricū eſſe perſonas bonæ conditionis, & qualitatis, bonæ opinionis, & famæ, poſſe eundem iudicem arbitrari apud ipſam, & vitricum educandos pupillos poſt Paolum de Caſtro *in l. ſi paterno num.* 2. *Cod. de negot. geſt. & conſil.* 156. *lib.* 1. Socinum *conſil.* 19. *num.* 2. *vol.* 1. De Ponte *de tſ.* 20. *num.* 25. tradit Molfeſius *part.* 3. *dict. quæſt.* 11. *num.* 8. *& part.* 5. *dict. quæſt.* 11. *num.* 30. & indicat Surdus ipſe *num.* 20. *fine.* Quia prædictæ omnes bonæ conditiones matris, & vitrici præualent ſuſpicioni ſucceſſionis, & nocendi priuignis, & hoc idem tenet Sanchez *d. diſp.* 88. *num.* 19. Et in vniuerſum quando mater binuba, & vitricus eſſent talis conditionis vt excluderetur penitus ab vtroque ſuſpicio nocendi illis, iudicem poſſe eiſdem matri, & vitrico committere educationem pupillorum tradunt non ſolum Doctores mox citati, ſed etiam alios allegans Molina *loco num. præcedenti citato.* Et ſi ſpectatis circunſtantiis concurrentibus, nullibi iudicetur pupillos poſſe melius educari, quàm apud matrem ſecundò nuptam & vitricum, ceſſetque ſuſpicio mali, poſſe iudicem matri, & vitrico eandem filiorum educationem committere, præter Caſtrum, Socinum, De Ponte, Molfeſium, Molinā & Sanchez locis citatis tradunt Baldus *in l. omnem Cod. ad Tertull.* Curtius Iunior *dict. conſil.* 94. *num.* 9. *verſic. propterea*, & Surdus *dict. quæſt.* 13. *num.* 20. Declarantes tamen dummodo vitricus non ſit creditor pupilli. Addunt ibidem Curtius, & Surdus, quod in caſibus, quibus vitrico non eſt permiſſa educatio priuigni, poteſt tamen iudex præhabita cognitione illum committere educandum coniuncto vitrici; quia in eo ceſſat ſuſpicio, quæ militat in vitrico. Prædictorum autem ratio (vt notant Molina *loco citato*, Fontanella *dict. part.* 1. *numero* 17. & Molfeſius *dict. part.* 3. *quæſt.* 11. *numero* 9.) eſt, quia cum hæc educationis pupillorum materia ſit arbitraria iudici, eſt in eius poteſtate attentis prædictis circunſtantiis perſonarum matris, & vitrici, & aliarum perſonarum tutoris, agnatorum, vel cognatorum iudicare, num pupillis expediens ſit potius educari penes matrem, & vitricum, quam penes alias honeſtas perſonas, & quod eſt magis illis expediens, & vtile, id facere debet, vt *ſuprà numero* 126. dictum eſt, idque exequi, quod faceret de propriis filiis, & debent iudices ſemper cauere, ne arbitrium in hac educationis materia ſit irrationabile (vt *ſuprà n.* 105. notatum eſt) & quod ſibi nolunt, aliis ne faciant. vt Caueta *d. conſil.* 190 *n.* 5.

Quid verò concurrentibus paribus qualitatibus honeſtæ vitæ, bonæ opinionis, & famæ, ac commoditatis, ſeu vtilitatis filiorum in matre, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, & aliis cognatis, vel tutoribus educationem pupillorum, ſeu pupilli prætendentibus, an præferenda ſit mater? Affirmat Sanchez *d. diſp.* 88. *num* 18. Quia dicta *lex* 1. *Cod. vbi pupil. educ. debeant* ait qualitatem, & coniunctionem perſonarum prætendentium à iudice eſſe ſpectandam ibi: *Inſpecta perſonarum qualitate, & coniunctione perpendet, vbi puer educari debeat.* Cæteris autem qualitatibus paribus in matre, & aliis prætendentibus mater ſuperat in coniunctione, erit ergo præferenda. Nam quando duo contendunt circa idem, præualet, qui potentius ius habet *leg. contra pupillam § fin. ff. de re iudicata*, & poſt Romanum, & P. Barboſam idem Sanchez *ibidem.* At mater potentiore iure gaudet. Quæ probatio concludit ſuppoſito quod in d. textu agatur de matre ſecundo nupta contendente cum cognatis iuxta ſententiam eiuſdem Sanchez, non verò ſi ageretur de matre vidua, non ſecundo nupta iuxta ſententiam *n.* 128. relatam. 131

Quid etiam ſi filius, & filia ſint adulti, & in ætate, in qua poſſunt deliberare, & velint habitare cum matre ſecundo nupta, & vitrico? Albericus in *leg. fin. Cod. arbitrium tutelæ* relatus à Surdo *dict. quæſt.* 13. *num.* 5. & idem Surdus ibidem aiunt, filium adultum idoneum deliberare, debere educari, vbi ipſe voluerit & etiam apud Vitricum, ſi illum elegerit. Addit tamen Surdus ex Alciato *in tr. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 22. *n.* 2. iudicem non debere ſequi voluntatem pupilli, ſi arbitretur, illum moueri per imprudentiam ex iudicij imbecillitate *arg. l.* 1. *in fin. ff. de minoribus.* In dubio etiam ſuſpicionis de matre, vel vitrico, aut alia perſona debere filium, vel filiam potius ali, vbi pater iuſſerit, quam vbi ipſa voluerit poſt Neapod. tradit Vincentius de Franchis *d. deciſ.* 350. *n.* 3. 132

Si auus pupilli paternus, qui ad ſecunda vota tranſiuit, & mater, quæ pariter ſecundo nupſit, contendant ſuper educatione, quis præferendus?

Quid etiam, ſi auus pupilli, vel pupillæ paternus, qui ſecundam duxit vxorem, & mater, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, contendant ſuper educatione eiuſdem pupilli, vterque prætendens penes ſe debere educari? Iſte eſt caſus, de quo agitur *in prææallegata deciſione* 1194. Seraphini ſuper educatione puellæ impuberis. Et pro auo allegabatur patria poteſtas, & etiam quod ſecluſa patria poteſtate ad eum ſpectaret educatio; & quod non tenebatur extra domum præſtare alimenta pupillo; & quod apud matrem nō poſſet ali pupillus, cum ad ſecunda vota tranſiiſſet. Contra tamen auum paternum allegabat mater, quod ex ſecunda vxore ſuſcepiſſet liberos maſculos; & eos præcipue diligeret, neptis verò à Nouerca magna male tractaretur; & præterea, quod lis eſſet inter eundem auum, & neptem pupillam tam ſuper legitima patris, quam ſuper bonis auiæ paternæ; cuius ad eandem matrem ſucceſſio ſpectabat; ac proinde quod his omnibus perpenſis ſatius eſſet apud ſe filiam educari, non apud auum paternum. Rota fundata in ſupradictis, quod iſta materia ſit arbitraria iudicauit filiam neque apud auum, neque apud matrem, ſed in aliquo Monaſterio aui expen- 133

ſis

ſis alendam, donec nuptui collocaretur. Et quod apud auum ob præſumptionem odij nouercæ magnæ erga neptem non deberet pupilla educari confirmant tradita *ſuprà num.* 112. de patre, qui filiis nouercam ſuperinduxit.

Quando mortuo patre non ſunt ſuperſtites mater, vel aui, pupilli apud quemnam apud cognatos, vel apud tutorem, vel apud quem ex cognatis educari debent relictum eſt, iudicis arbitrio, & quæ in huiuſmodi arbitrio attendere debeat iudex.

134 Inquiſitio quinta, quando mortuo patre, qui nil de hac re diſpoſuit, neque mater, neq; aui pupilli, ſeu minoris ſunt ſuperſtites, apud quem educari pupillus debeat, apud tutoremne, an apud fratres, patruũ, vel auunculum, vel apud quam aliam perſonam? Cum hæc materia educationis relicta ſit arbitrio iudicis, vt ſupra dictum eſt, certum eſt ſpectare ad iudicem eligere vbi, & apud quem pupillus patre, matre, & auis orbatus educari debeat ſpectatis qualitatibus omnium quoad propinquitatem, ſeu coniunctionem cum pupillo, affectum ad illum, mores, & reliqua omnia, quæ excludere poſſunt ſuſpicionem mali, vel damni pupilli tam corporalis, ſeu temporalis, quam ſpiritualis, conſtat ex *l.* 1. *§.* 1 *ff. vbi pup. ed. deb. & ex l.* 1 *&* 2. *Cod. eodem & d. l.* 1. *citato* §. 1. & *d. l.* 2. *dicitur*, quod iudex in hoc negotio eligendi perſonam, apud quam pupillus educetur, peculiariter attendere debet, ne ex eo, quod pupillo quis ab inteſtato eſt ſucceſſurus, periculum eidem immineat, ſuſpicióne talis periculi ſit. Dicta enim *l.* 1. *§.* 1. *verſic denique ff. vbi pupilli* loquens in ſubſtituto mandat iudici, quod inquirat, ſi ex ſucceſſione oriri poteſt aliqua ſuſpicio, & licet ibi adeſſet etiam iuſſus patris defuncti, nihilominus iudex debet iuxta eundem textum diligenter examinare negotium cum conſanguineis. Præfata autem lex. 2 Cod. eodem generaliter loquitur de eo, cuius proxima ſit ſucceſſionis ſpes. *Verum nepos tuus* (ait textus) *ex filia apud te, an apud patruum ſuum morari debeat; ex ſingulorum affectione, & qui magis ad ſuſpicionem ex ſpe ſucceſſionis propior ſit, æſtimabitur.*

135 Ex quibus textibus præſertim ex *d. l.* 2. Doctores communiter aſſerunt pupillum non debere educari apud illum, qui eidem ſucceſſurus eſt, vel ex ſubſtitutione, vel ex proximitatis qualitate; iudicemque aduertere debere, ne ſtatuat apud talem ſore pupillum educandum. ita Baldus *ſuprà allegato conſilio* 487. Iaſon *conſil.* 33. *num.* 33. *vol* 3. Berous *conſil.* 189. *numero* 1. *& ſeqq.* Aretinus *in* §. *actionum numero* 56. *verſic. vnum tamen tene cordi. inſtit de action.* Crauetta *allegato conſil.* 18. *num* 3. Pariſius, & Grammaticus *allegati à* Mænochio *d. caſu* 168 *num.* 15. alij allegati ab eodem *conſil.* 62. *num* 12. *verſic verò.* Gutierez *de tutela part.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *& p.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. Trentacinq. *var. reſolut lib.* 2. *tit. de minor. reſolut.* 7. *num.* 14. alij relati ab Auguſtino Barboſa *collect ad d. l.* 2. *num.* 1. *Cod. vbi pupilli.* Ex Doctoribus *ſuprà numero* 130. *& ſeq. relatu.* Surdus *tit.* 4. *dict. quæſt.* 13. *num.* 30. *& duobus ſequentibus.* Auguſtinus Barboſa *loco citato.* Molina *dict. diſput.* 224. *verſic. quando mater.* & alij *ſuprà numero* 130. *relati.* Et confirmat Aretinus vbi ſupra, ne committendo educationem filij ei, cuius eſt proximior ſpes ſuccedendi, detur materia delinquendi. Extendit aſſertionem Berous *loco citato*, & poſt eum Surdus *numero* 31. ſiue quis ſit ab inteſtato, ſiue ex teſtamento ſucceſſurus pupillo in totum, vel pro parte, etiamſi illi factum à patre fuiſſet legatum præſtandum poſt mortem pupilli, eo quia ſubſtitutionis appellatio includat nedum vniuerſalem, ſed etiam particularem, Limitatur vero aſſertio ſi hæreditas pupilli eſſet parui momenti, & tenuis, & ſucceſſurus foret diues; nam ſtante tenuitate patrimonij, pupillaris, & diuitiis ſubſtituti, ſeu ſucceſſuri præſertim iunctis eius bona fama, & moribus, facile poſſe iudicem arbitrari illam ſuſpicionem orientem ex ſpe ſucceſſionis non conſiderari in perſona maxime pupillo coniuncta, puta, in fratre, vel patruo, vel auunculo tradunt Mænochius *locis citatis*, Surdus *dict. quæſt.* 13. *numero* 32. Gutierez *dict. capite* 8. *numero* 7. *verſic. hac tamen declara*, nonnullos alios allegans Auguſtinus Barboſa *citato collectaneo numero* 3. Fontanella & Curtius Senior *loco ſuprà numero* 130. *verſic. idem numero* 15. Quin imo Mænochius *dict. caſu* 168 *numero* 16. *&* 17. *& dict.* 62. *num.* 18. (quem ſequitur Trentacinque *loco citato*) conſiderationem illam ſpei ſucceſſionis, de qua in *dicto textu leg.* 2. *Cod. vbi pupilli*, ob quam lex vult aliquem excludi ab educatione pupilli, ait locum habere ſolum in extraneo ſubſtituto, non autem in fratre, quaſi coniunctio ſanguinis, & affectio fraterna excludat ſuſpicionem inſidiandi vitæ pupilli ex cauſa ſuccedendi illi. Quod tamen reprobant alij affirmantes procedere etiam in fratre. Cum in *dicto textu leg.* 2. *indiſtincte* contra patruum, & auunculum, quoſcunque ſucceſſores præter aſcendentes pupilli conſideratur ſuſpicio proueniens à ſpe ſucceſſionis, atque etiam indiſtincte, & generaliter prohibeatur educari pupillum apud eum, qui ſeidem pupillo morienti ſucceſſurus eſt, & non excipit perſonam fratris, aut auunculi, & conſequenter illos comprehendit. ita Surdus *dicto quæſt.* 13. *dicto numero* 32. Gutierez, Auguſtinus Barboſa *locis citatis*, Caualcanus *de tutore numero* 301. *verſic. tertio debet iſta*, & alij à Surdo, & Barboſa *relati.* Quare Caualcanus, & poſt eum Surdus iis *locis* aiunt collocandum fore pupillum potius penes auunculos non ſucceſſuros, quam apud patruos, qui ſunt ad ſucceſſionem vocati. Dixi, præter aſcendentes, nam illa conſideratio, & deciſio præfati textus non procedit in matre, auia, & cæteris aſcendentibus propter immenſum amorem, quo filios, nepotes, & neptes diligunt, vt *ſuprà numero* 125 *fine* notatum eſt, & tradunt Doctores ibidem citati. Amplius addendum quod ſi tam extraneus, quam coniunctus ad ſucceſſionem pupilli poſt illius mortem vocatus, vel ex qualitate proximitatis ſucceſſurus, eſſet perſona tantæ honeſtatis vitæ, bonæ opinionis, & famæ, taliſque conditionis, vt merito excluderetur ſuſpicio nocendi pupillo ob ſpem ſucceſſionis; tunc non procederet communis aſſertio, & illa prohibitio *dicta leg.* 2. quia tunc ceſſaret illa præſumptio, & ſuſpicio, ob quam pupillo ſucceſſurus arcetur ab illius educatione; & ſtantibus illis bonis qualitatibus ſucceſſuri iudex poterit illi committere educationem pupilli. & ita docet Socinus *conſil.* 193. *numero* 17. *vol.* 2. à Mænochio *dict. caſu* 168. *numero* 17. *relatus* idem Mænochius *ibidem.* Surdus *dicta quæſt.* 13. *num. fine*, indicat Molina loco *ſuprà citato* & faciunt Doctores *ſuprà num.* 130. *verſic. quin imo relati.* Et confirmat ratio adducta *eodem num.* 130. *verſic. Prædictorum autem.* Quare iudex poterit non ſolum decernere (vbi deſint alij, quibus potius id committendum ſit iuxta regulas iuris) quod pupillus alatur apud tutorem pupillo non ſucceſſurum. vt tradit Surdus *dicta quæſt.* 13. *numero* 9. cum ei commiſſa ſit cura non ſolum rerum, ſed & perſonæ pupilli *leg.* 1. *ff. de tutel.* idem Surdus ibidem. Et poſt alios Corduba *in leg. ſi quis liberis.* §. *ſi mater. numero* 85. *ff. de agnoſc. liberis* (vbi etiam agit an tutor prætetur decima, ſi recuſat alere pupillum in domo propria, & concludit ne-

ganue

gatiuè, ſi extra demum congruentia alimenta pupillo exhibeat) ſed etiam poterit decernere, vt alatur pupillus apud tutorem pupillo ab inteſtato ſucceſſurum talibus præditum qualitatibus, quæ ſuſpicionem nocendi pupillo excludunt.

Pupillus non debet educari apud eos, vbi eius pudicitiæ ſit periculum.

136 Vltra prædicta in hoc negotio educationis filiorum iudex attendere præcipuè debet, quod *l. penultima ff. vbi pupilli educ. deb.* peculiariter admonetur, nempè vitandam eſſe educationem apud eos, vbi pudicitiæ minorum, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ, inſidiabitur; quod eſſet, ſiue ipſi exemplo, vel facto ipſo, & ſolicitatione ad impudicã vitã inducerent; ſiue periculũ foret vt ab aliis de domo, aut familia educantis, vel cum educatore conſuetudinem habentibus ad impudica ſolicitarentur, & pertraherentur. De qua re latè Craueta allegato conſil. 190. ferè per totum.

Sponſa an, & quando educari, & ali poſſit apud ſponſum, vel ſponſi patrem, aut matrem, vel conſanguineos.

137 Hinc etſi inter iuriſperitos valdè ſit controuerſum, an ſponſa aliquando educari, ſeu ali poſſit aut debeat apud ſponſum, ſeu ſponſi patrem, aut matrem in illorum domo commorans, de qua controuerſia Bartholus *q. 16. incipiente quæritur vtrum iudex. & in l. 1. ff. vbi pupill.* Craueta *d. conſil.* 190. Mænochius *d. caſu* 168 *n. 18.* & poſt plures alios Surdus *tit. 4 d q. 13. n. 34.* & reſoluunt id decernendum arbitrio iudicis qui circunſtantiis omnibus perſonarum ſponſæ, ſponſi, eius patris, & etiam matris, & cognatorum ſponſæ bene perſpectis deliberet, quid ſponſæ pupillæ vtilius ſit; tamen præ cæteris omnibus attendere debet iudex, an puellæ pudicitia in domo ſponſi eiuſuè patris, aut matris expoſita eſſe poſſit periculo; Et DD. aſſerentes poſſe dimitti apud ſponſi patrem, quando ſponſalia ſunt cõuenientia, & vtilia, vt Baldus, Alexander, Iaſon, & Corneus *locis* à Craueta, & Surdo *relatis*, intelligendi ſunt, ſi nulla ſit ſuſpicio periculi pudicitiæ, quod tamen periculum, vt plurimum debet timeri ob opportunitatem mutuæ conuerſationis, ſeu conſuetudinis ſponſi cum ſponſa, & experientia conſtat, in domo ſponſi, & vbi ſponſus ad ſponſam habet liberum accessum, non eſſe tutam puellæ pudicitiam propter frequentes ſponſi amplexus, oſcula, & etiam ſolicitationes ad copulam carnalem, ad idque faciunt tradita ſupra hoc capite *n. 61.* Et quidem ſi ſponſalia fuerint inualida, quia contracta à puella minore ſeptennio, vel non intelligente, quid ageret, non debere tunc educari apud ſponſum, eiuſue patrem, aut matrem, ne puellæ auferatur libertas recedendi à ſponſalibus, ſi voluerit, tradunt Bartholus *in d. l. 1. ff vbi pupilli. educ. deb.* Craueta *d. conſil.* 190. *n. 4.* Alexander *conſil.* 161. *n. 9. vol. 5.* Iaſon *conſil.* 207 *n. 10. vol. 2.* Surdus *d. q. 13 n 34.* Et ſimiliter ſi puella maior ſeptennio ſubornata à conſanguineis etiam à patre, vel matre, vel ſuaſionibus extraneorum ſeducta ſponſalia contraxerit præſertim non conuenientia ob diſparitatem mariti tam in honeſtate familiæ, quam in modo diuitiarum, etiã tunc non debere educari apud ſponſum, vel eius patrem, aut matrem, tum vt non priuetur libertate recedendi à talibus ſponſalibus illegitimis, & ſibi indecentibus, tum etiam ad euitandum pudicitiæ periculum (forte enim ſponſus conabitur habere com ea copulam, etiam permittentibus eius parẽtibus, vt ſic cogatur ſtare ſponſalibus) tradunt iidem DD. modo citati iiſdẽ locis. Et hoc caſu nec apud matrẽ, aut cõſanguineos, qui pupillam induxerint ad talia ſponſalia illegitima vel non conuenientia foret educanda, ſed alibi, vel in monaſterio, vel, apud aliam perſonam honeſtam, & idoneam arbitrio iudicis; etenim etiam ipſa mater, quæ ad talia ſponſalia impatia filiam induxit, eſt *ſuſpecta.* ita Bartholus *d. q. 16.* Craueta *d. conſil.* 190. *n. 6.* (explicans Corneum *conſil.* 175. dicentem non videri ſuſpectam ea eo, quod promiſerit filiam in ſponſam alicui, intelligendum quoad hoc, ne remoueatur à tutela tamquam ſuſpecta, nõ reſpectu educationis, per quam de facili poſſent contrahi nuptiæ filiæ in poſterum odio, aut moleſtiæ futuræ; nec eadem eſt ratio tutelæ, & educationis, vt *ſuprà n.* 127. notatum eſt (& Surdus *d n. 34. fine.* Qui etiam ibidem ea Corneo ait, quod ſi mater, & tutrix contradicat, & aduerſetur ſponſalibus condecentibus, & legitimis, neque tunc filiam eius pupillam ſponſam fore deponendam penes eas. Quo caſu ſi iudex omnibus penſatis iudicet neque tuto poſſe educari apud ſponſi patrẽ, aut matrem (apud quos rectè poſſe educari ſponſam, quãdo ſponſalia ſunt conuenientia, & vtilia pupillę voluere Baldus, Bartholus Iaſon, Corneus, Mænochius *locis citatis*, & videntur ſentire Craueta, & Surdus ſecluſa periculi pudicitiæ ſuſpicione) poterit iubere ali apud aliquod monaſterium locum tutiſſimum ad hãc rem, in quo degunt matronæ inſigni honeſtate, & pudicitia ornatæ (vt inquit Craueta *d. conſil.* 194. *n. 7. fine*) vel aliquam matronam ſæcularem honeſtam.

Filiæ illegitimæ an, & quando poſſint educari apud matrem; & an potius apud ipſam, quàm apud hæredem patris grauatum illas alere, & dotare.

Ex traditis reſoluenda quoq; alia difficultas, nempe, an filiæ impuberes ex illegitimo coitu natæ debeant, vel rectè poſſint educari apud matrem, idque quando iudex decernere poſſit, aut debeat. De qua difficultate in vtramque partem (in controuerſia inter hæredem patris pupillæ illegitimæ grauati ſoluere certam ſummam pro eis alimentis, & matrem pupillæ orta ſuper eiuſdem pupillæ educatione, vtroque prætendente apud ſe alendam eſſe; hærede, quia alimenta ſint recipienda in domo hæredis grauati, de quo in ſequenti parte huius tractatus *c. 1.* de alimentis; matre, quia lex in *d. l. 1. Cod vbi pupilli educ. deb.* defuncto patre matrem cæteris in educatione filiorum præfert) Annæus Robertus *rerum iudicatarum lib. 1. cap 9. per totum.*

Et quidem ſi mater adhuc ſit impudica, & turpis, & in opinione vitæ inhoneſtæ, vel ob aliam cauſam apud ipſam morari nequeat filia abſq; periculo impudicitiæ, nullo modo penes ipſam alenda eſt, ſicut nec ſi eſſet mater, quæ ex legitimo coitu illam procreaſſet, vt *ſuprà n. 124.* dictum eſt. Periculoſum enim eſt nõ ſolum fœminis virginibus, ſed etiam filiis maſculis mulieri impudicæ committere educãdos, vt Annæus Robertus erudite proſequitur *d. c. 9 in adductis pro partes heredu.* Quod ſi poſt lapſum alteri nupta, ſiue ſoluta caſte, & pudice vitam duxerit, & ducat, ſitque in opinione honeſtæ vitæ, & bonæ famæ. Impudicitia præterita per pœnitentiam deleta non obſtabit, quin filiam pudice inſtituere, & educare queat; Et præſumẽdum ita educaturam ob affectum maternum cæteros omnes affectus vincentem; quia non minor eſt in filios naturales, quam erga legitimos, vt idem Annæus Robertus probat in adductis pro parte matris, & cõſequenter iudex attenta qualitate vitæ ipſius matris illegitimæ poterit iuxta præællegatam legem 1. *Cod. vbi pupilli.* dicentem nulli magis, quam matri liberorum educationem conuenire, illi committere filiam pupillam pro educatione; imo cæteris paribus potius eidem matri, quàm hæredibus defuncti grauati eidem 138

filiæ illegitimæ alimenta, & dotem præſtare, in quos cadere poteſt ſuſpicio nocendi pupillæ ad eximendum ſe ab obligatione illa annua alimentorum, & dotis perſoluendæ. Et ita in facti contingentia Aodoris perſoluendæ. Et ita in facti contingentia Aonæus Robertus *d. cap. 9. initio*, teſtatur iudicem Turonenſem contra hæredem educationem puellæ illegitimæ matri adiudicaſſe, donec decennis eſſet; iubens eo ætatis decimo anno lapſo propinquos, & affines puellæ fore conuocandos, & ex eorum arbitrio de puellæ educatione ſtatui. Et in fine capitis addit idem Robertus eandem ſententiam fuiſſe à Senatu confirmatam.

Iudici proponuntur nonnulla aduertenda circa aſſignationem, vbi pupilli educandi ſint.

139 Poſtremo loco in hac materia educationis filiorũ, præſertim puellarum iudicibus rememorot, tum quod Baldus *præallegato conſil.* 487. & poſt eum Surdus *d. q. 13. n. 35. & 36.* aduertunt, nempe, quod in decernendo apud quos pupilli debeant educari, debet iudex facere id, quod veriſimiliter faceret pater, ſi viueret, cum iudex ſit loco patris *l. tam dementis Cod. de Epiſc. aud.* Tum quod *ſuprà n. 130. fine* indicatum eſt, & admonet etiam idem Baldus *d. conſil.* 487. Crauetta *d. conſil.* 190. Surdus *d. q. 13. n. 37.* Mulſeſius *locis d. n. 130 citatis*, & alij, ſcilicet, quod iudex facere debet de alienis filiis, id, quod faceret de propriis, capiendo melius conſilium pro eis, illudque vitæ corporali, & ſaluti animæ vtilius. Tum demum illud, quod Crauetta *d. conſil.* 190. *n.* 8. reſpondit, nimirum iudicem in hoc negotio bonæ, & tutæ educationis pupillorum etiam ab ipſis non interpellatus ex officio poſſe, & debere ſupplere pro pupillis, & cognoſcere in hac cauſa illorum educationis, remouendo educationem ab vno, penes quem illi alantur, & committendo alteri, ſi ita neceſſarium, aut notabiliter expedire ipſis pupillis iudicauerit. Vel lite mota inter prætendentes ad ſe ſpectare educationem, præſertim puellæ, quæ in tenera ætate contraxit ſponſalia cum aliquo forte ſolicitata à tutore, vel ab alio, apud quem educatur, & contra eoſdem prætendentes ſit ſuſpicio, ne impediant pupillæ matrimonij libertatem, ſed cogitur ad ſuggeſtionem nubere licet impari; deponendo puellam non id petentem in Monaſterio, vel apud aliam perſonam honeſtam, donec maturiori iudicio prędita, & fruens libertate deliberet de matrimonio, & definiatur, cui ſit copulanda. Et quod iudex ſic poſſit ſupplere pro pupillis ex officio probatur ex eo, quod iudex adeo ſupplet pro pupillis, quod ſi pater iuſſiſſet pupillum apud aliquem educari, non tenetur iudex talem patris voluntatem ſequi, ſi videat pupillo non expedire; Vt habetur prǽallegata *l. 1. initio ff. vbi pupilli.* & notatum eſt *ſuprà nu.* 113. Confirmat inſuper Crauetta pluribus exemplis ex iure depromptis; & præſertim quia iudex poſſet ex officio remouere tutorem ſuſpectum *l. tutor quoque. §. præterea ff. de ſuſpect. tut.* Quare ſi in totum poteſt auferre adminiſtrationem ex officio, à fortiore pendente lite, cui ſit tradenda puella, vel vter tutor futurus ſit, poterit ex officio puellam id non petentem deponere pro ſecuritate illius pudicitiæ, & libertatis matrimonij contrahendi. Plura alia videantur apud eundem Crauettam. Tradita ſufficiant pro huius materiæ educationis filiorum, præſertim impuberum, & minorum explicatione, & abſolutione, ſeu complemento huius primæ partis propoſiti tractatus de effectibus contractus Matrimonij.

Ad Laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, Beatiſſimæ Virginis MARIAE, Sanctorum Apoſtolorum Pauli, & Barnabæ, & omnium Sanctorum.

FINIS.

REPERTORIVM

REPERTORIVM RERVM NOTABILIVM,

Quæ in capitibus operis comprehenduntur.

Prior numerus paginam notat; Poſterior eſt marginalis.

A

Abbreuiatio vitæ.

Vide, *Vita, Vita abbreuiatio.*

Abortiens, ſeu *Abortum procurans.*

Vide, *Abortus, Prægnans, Puella fornicaria.*

Abortus.

AD euitandum periculum incontinentiæ non licet congreſſus coniugalis cum periculo abortus. pag.40.num.217

Abortus quot modis fieri poſſit. 293.67.& 297.78. Fœtus animati anima rationali voluntariè procuratus grauiſſimum peccatum. ibid. Punitur pœna mortis, & comprehenditur ſtatutis decernentibus pœnam contra homicidas. 293.69. A patre, vel matre patratus eſt parricidium. 294.70. Ab vno ex coniugibus effectus altero non conſentiente eſt contra iuſtitiam. ibid.71

Abactio ſeminis ex vtero, & abortio fœtus inanimati voluntariè procurata reprehenditur à Philoſophis, Sanctis Patribus, & Doctoribus. 295.73. & 74. Grauitas huius flagitij. 295.75. Non eſt verè homicidium. num.76. Cur dicatur homicidij feſtinatio. ibid. Non punitur regulariter pœna homicidij, ſed alia arbitraria. ibid. Excipitur caſus, de quo in *l. Cicero. ff. de pœnis.* ibidem. illicita etiamſi parientes ſint pauperes, careantque facultatibus ad alendam multiplicem prolem. 296.77

Abortus nomine quid comprehendatur. 297.78

Abortus fœtus inanimati, & ſeminis abactio an à fœmina, quæ ex coitu fornicario concepit, licitè procurari poſſit ad euitandum infamiam, vel imminens mortis periculum, ſi ſcelus per ventris tumorem prodatur. 301.91.ad 96

Abortus fœtus inanimati, ſi eſſet licitus in periculo matris ab extrinſeco, an etiam foret licitus in periculo honoris. 393.97

Ad euitandum periculum morale mortis à difficultate partus proueniens an liceat procurare abortum fœtus inanimati. 300.89.90

Diſparitas inter abortionem fœtus inanimati, & pollutionem voluntariè procuratam ob finem ſanitatis, cur hæc numquam licita ſit, illa liceat, 299.84

Vide, *Prægnans.*

Abſtinentia.

Vide, *Aſperitates corporea.*

Actio, Actus.

Actiones humanæ bonitatem, & malitiam moralem, ac ſpeciem in genere moris ſumunt ex obiecto ſuo, & ex fine, ſeu ex eo, quod eſt per ſe in intentione operantis; non ex eo, quod ſequitur per accidens. 297.80.& 305.103.& 307.111.& 308.113

Vt actus ſit moraliter bonus, non ſufficit, quod operans iure ſuo vtatur; & iuſtitiam non lædat, ſi aliis virtutibus opponatur. 317.138

Ex duabus coniecturis in eodē actu concurrentibus illa eſt præferenda, quæ facit valere actum. 262.82

Actio Ciuilis.

Iure canonico in libello non eſt neceſſe exprimere actionem, ſed ſufficit narrare ita factum eſſe. 188.77. Actionum formulæ de iure canonico ſunt ſublatæ. ibid.78

Actus coniugalis.

Actus coniugalis tam petendo, quam reddendo eſt illicitus in loco publico, vel vbi eo inchoato eſſe periculum aliquos eſſe superuenturos; & coniux exactus tunc non tenetur reddere. 20.110. ad 112. Idem de amplexibus. ibid.111

Actus coniugalis petendo, & reddendo an licitus, meritoriuſque ſit, ac gratiam ex opere operato conferat. 190.1.ad 13. Culpa vacat, ſi cauſa prolis habeatur, & proles referatur in obſequium Dei; & an opus ſit referre actu, vel habitu. 192.16. & 17.

Vt ſit licitus ſufficit ſi virtualiter referatur ad prolem. 193.18. Licitus ob bonum fidei. ibid.19. Et ad conciliandum mutuum amorem inter coniuges. ibid.20. Illicitus & peccatum mortale, ſi habeatur ob finem malum moraliter, & inſit vna tantum malitia moralis, vel multiplex. ibid.21. Eſt peccatum veniale, ſi finis ſit venialiter malus, & duplex culpa committitur. ibid 22. Numquam ex parte finis eſt mortalis, niſi finis ſit mortalis. ibid. 23. Bono fine cœptus fit mortalis, ſi in continuatione referatur ad finem mortalem. ibid. 24. Et quid ſi ob bonum ſacramenti, ſeu ad repræſentandam vnionem Verbi cum carne. ibid.25. & duobus ſeqq.

Licitus eſt petenti ob vitandum in altero coniuge periculum incontinentiæ. 194.28. Et non ad euitandum in ſe tale periculum tamquam ob finem actus principalem, etiamſi proles ſit poſſibilis & ſpes illius; & petens debitum careat tunc moleſtiis carnis. ibid.29.ad 43. Et an in eodem actu deſiderare, vt proles non concipiatur ſit peccatum, & quale. 197.44. Vbi an contrahere matrimonium cum tali deſiderio ſit mortale. ibid.45

Actum coniugalem exercere ob finem extraneum, ſcilicet, ſanitatis vel alterius commodi temporalis an & quando ſit peccatum, & quale. 197.46.ad 57

Actus coniugalis non caret culpa mortali, vbi voluptas carnalis excedit limites matrimonij, &

quomodo hoc contingat. ann. num.6n. Si delectatio ſenſitiua ſit tantum finis actus impulſiuus, ſeu applicatiuus, vel ſecundarius non eſt culpabilis. Et voluptatem eidem actui annexam, dum exercetur, acceptare nullo modo eſt peccatum. ibid. 61

Copulam coniugalem exercere ob ſolam delectationem carnalem non excluſis poſitiue finibus matrimonij intrinſecis an & quale peccatum ſit. ibid.62. ad 69.

Coniugi actum coniugalem petenti ob voluptatem carnalem, & in petitione peccanti reddere debitum eſt licitum, & obligatorium. 202.70

Ad actum, ſeu copulam legitimè poſtea habendā reſuſcitare membrum virile ſuperficie tenus vas præpoſterum vxoris, vel illius os, aut illud in os immittere an ſit peccatum, & quale. 231.175

Ad actum, ſeu copulam coniugalem, vt ſeſe magis excitent, an coniugibus licitum ſit vti cibis calidis & ſimilibus irritamentis 232. 180. Et an eiſdem licitum ſit ſe ad copulam coniugalem excitare cogitatione, eſt delectatione ſolius pulchritudinis alterius viri, aut fœminæ. ibid.

Ab actu coniugali cum vxore amenti, vel furioſa, aut menſtruum naturale habente, vel prægnante, vel leproſa an vir ad euitandum prolis damnum teneatur abſtinere. Vide verbo, *Amentes, Lactans, Leproſus coniux, Menſtruum, Pregnans, Puerperium.*

Vide, *Adulterium.*

Actus impudici.

Vide. *Tactus impudici.*

Adultera, Adulter, Adulterium.

Adulterio non obſtante licitus eſt actus coniugalis inter coniuges. 65.306

Adulterij ratione coniux innocens liberatur ab obligatione reddendi debitum, & cohabitandi. ib. & 307. Nec vlla conſuetudine poteſt ab vxore innocente tolli ius negandi debitum viro adultero, & diuertendi ab eo; neque dictum ius præſcribitur ſilentio quinquennij; nec impeditur ob non factam monitionem viro adultero. 66.308

Coniux innocens certus moraliter de adulterio alterius licet occulto an propria auctoritate abſque iudicis licentia poſſit licitè ei negare debitum, & ab eo ſeparari toro. ib. 309. & 310. Quid ſi à iudice ſub excommunicatione præcipiatur habitare, & reddere, ibid. 311. Coactus à iudice reddens ad vitandum ſcandalum non amittit ius diuortij. ib. Idem innocens certus de alterius adulterio, lite diuortij pendente non tenetur reddere, ſecus ſi dubius. ibid.312

Coniux innocens certus moraliter de alterius adulterio occulto an ab eo propria auctoritate foro conſcientiæ inſpecto poſſit licitè diuertere quoad habitationem ſecluſo ſcandalo. ibid. 313. & 314. Et an etiam in foro exteriori ſi adulterium ſit notorium. ibid.315

Coniux adulter non eſt ipſo facto priuatus iure petendi, ſed poteſt exigere; & per iudicem cogere innocentem ad reddendum; donec ab eodem, innocente priuetur negatione debiti per exceptionem adulterij. ibid.316. Quam pœnam non poteſt coniux innocens inferre ex leuibus indicijs; nec tenetur adulterà iudice ſub iuramento rogatus fateri adulterium occultum. 67.317. Animaduertens tamen coniugem innocentem certò ſcire ſuum adulterium occultum non poteſt illum cogere ad reddendum. ibid.318

Vide. *V. Bimeſtre, Dubium, Debitum quoad redditionem, quando petitio eſt illicita, Votum caſtitatis.*

Æger.

Vide. *Infirmus, Pregnans, Sectio.*

Ætas.

Vide, *Natiuitas, Natus.*

Affinitas.

Alter coniux cū alterius coniugis conſanguinea, vel conſanguineo carnalē copulā habens contrahit cū eo affinitatē, ſi copula ſit perfecta; & an ſufficiat ſola ſeminatio viri. 119.2. Quoto cōſāguinitatis gradu debeat conſanguinea, vel conſanguineus alterius coniugis eſſe coniuncta, vel coniunctus, vt affinitas præfata contrahatur. 123.21. & tribus ſeq.

Affinitas inter coniuges poſt matrimonium orta qualiter impediat debiti petitionem; & omnia ad hoc ſpectantia.

Vide, *Bimeſtre, Debitum quoad redditionem, quando petitio eſt illicita. Inceſtuoſus, Matrimonij conſummatio.*

Alere, Alimenta.

Vide, *Diuortium, Educare, Educatio.*

Amentes coniuges.

Coniugi omnino deſtituto vſu rationis ob amentiam, ſeu furorem, aut ebrietatem petenti debitum, an & quando alter coniux ſanæ mentis teneatur reddere. 64. 293. 294. 295. & 296. Coniugi amenti in vna, vel altera re ſpeciali, non in alijs reddi debet debitum. ibid. 197. Idem ſi ſit tantum ſimplex ad inſtar pueri. 65.298. Idem ſi habeat lucida interualla, & eo tempore petat, & abſit prolis periculum. ibid.299

Coniux ſanæ mentis ſecluſo periculo prolis, vel damni notabilis proprij poteſt licitè concumbere cum altero inſano, & furioſo, etiamſi adſit periculum, ne legitimè ſeminet. ibid.300. & 301. Viro autem mentis compoti regulariter non licet accedere ad vxorem furioſam, & omninò amentem; liceret, ſi non eſſet nimis furioſa; ſed mitis, vel tantum fatua. ibid.302

Si ambo coniuges ſint amentes, aut furioſi; eis non permittendus actus coniugalis; & lethale peccatum eſſet eos incitare ad copulam, etiamſi haberent lucida interualla, ſed rata. ibidem 303. & 305

Lethale etiam eſſet incitare ad copulam amentes non coniugatos; & in confeſſione aperienda eſſet circumſtantia, quæ fatenda eſſet ſi mentis compotes eſſent. ibid. 304. Quare habentes cuſtodiam amentium tenentur eos impedire, ne ſimul coëant. ibid.

Amplexus.

Vide, *Tactus impudici.*

Anima, Animatio fœtus.

Vide, *Fœtus.*

Arcta fœmina

Valet matrimonium contractum cum arcta fœmina, cui remedio, ſeu inciſione ſubueniri poteſt abſque vitæ vel morbi grauis periculo; licet ipſa renuat remedium. 25. 143. 144. & 145. Idem ſi ſigillum virginale obſtet copulæ, ſi remedio, vel inciſione obſtaculum tolli poſſit abſque periculo, &c. ibid.146

Reſeratio

Digitized by Google

Reſeratio arctitudinis, vel clauſtri virginalis carens periculo vt mulier reddatur apta viro eſt licita, neque aduerſatur boneſtati. 27.150.151.& 28.156.& 158. Fœmina arcta nupta an teneatur pati talẽ inciſionẽ, qua abſque periculo poteſt reddi apta viro. 29. 159. 160.161. An virgo nupta teneatur pati inciſionem ſigilli virginalis carentem periculo, vt viro coaptetur. ibid.162.163.164. Qua cautela ſit ad talem inciſionem deueniendum. 30. 165. An fœminam fauore matrimonij patientem inciſionem & læſam manentem teneatur vir alere, ſi matrimonium iudicetur irritum. ibid. 166

Arcta tenuente inciſionem, qua abſque periculo poteſt reddi apta viro, eiſdem non licet vſus coniugij, licent tamen tactus abſque periculo pollutionis. ibid.165.fine.

Artes, Diſcipline, Scientiæ

Vide. *Educatio.*

Aſpectus.

Vide. *Tactus impudici.*

Aſperitates Corporeæ.

Vti ieiuniis, abſtinentiis, pœnitentiis, & aliis corporis aſperitatibus abſque intentione breuiter moriendi diſcretis, & iuxta regulas prudentiæ, idque ob bonum virtutis licitum eſt, etſi præuideat, vitam fore inde abbreuiandam; & quæ ſint pœnitentiæ diſcretæ. 333.183. Graue peccatum ea natura ſua eſt, vti abſtinentiis indiſcretis, & contra rationem. 334.184. Id committitur, quando quis ita abſtinet à cibis communibus, vt non ſumat quantitatem præciſè neceſſariam ad alimentum, & ſuſtentationem, ac valetudinem indiuidui ſecundum vniuſcuiuſque diuerſam complexionem. ib. Quid ſi non aduertatur exceſſus, vel bona fide excedatur. ibid.

Abſtinentia, & corporis caſtigatio eſt grauiter culpabilis, ſi ægritudinem notabilem inferat, vel ſenſibiliter vitam abbreuiet. ibid. 185. Idem ſi illis quis reddatur inhabilis ad opera & officia debita, vel læditur integritas ſenſuum, & mentis. 335.186

Nullum eſt peccatum abſtinere à communibus cibis quoad pluralitatem commeſtionum, & quoad quantitatem, dummodo ſumatur cibus neceſſarius ad indiuidui ſuſtentationem, quamuis ſic ieiunans, ſeu abſtinens clarè, & ſenſibiliter aduertat ex tali abſtinentia diminui vitam, dummodo non præuideat breuiter, & de proximo terminandam. ibid.187.& 336.188

Vide. *Vita, Vita abbreuiatio.*

Aſſertio.

Vide. *Impedimentum.*

B

Baptiſmus.

Infans nondum perfectè natus, ſi ex vtero exerat caput, vel aliam corporis partem, in qua poſſit ablui aqua, baptizari validè poteſt; & in extrema neceſſitate debet. 338. 202. Item totus in vtero exiſtens validè poteſt baptizari, ſi ad corpus eius aqua poſſit pertingere. ibid. An de facto aqua poſſit attingere corpus in vtero clauſum prout requiritur ad verum baptiſmum. 339. 204. & 205. Ad id an ſufficit ablutio ſecundinarum, quibus infans in vtero inuoluitur. ibid.

In extrema tantum neceſſitate baptizatur puer mundum ex vtero egreſſus, vel cum materia dubia, etſi ablutio fiat ſolius ſecundinæ, vel partis, quæ non ſit caput, aut ſcapulæ, fœtus ſuperuiuens eſt rebaptizandus ſub conditione. ibid.206

An detur aliquod ſupplementum baptiſmi quoad infantes morientes, quibus non poteſt adhiberi baptiſmus, vel applicatus fuit irritus, & nullus. 340.208

Media ſalutis ſufficientia quomodo paruulis in vtero matris morientibus, vel aliis decedentibus ante vſum rationis ſine baptiſmo fuerit prouidentia Dei prouiſa. ibid.109

Si puer mox moriturus deficiente alia aqua proiiciatur in flumen, vel in puteum à miniſtro proferente formam baptiſmi cum intentione baptizandi, puer verè baptizatur. 342.114. Illicita tamen talis proiectio. ibid.

Illicite, licet validè baptizaretur puer alioqui ſine baptiſmo moriturus aqua venenata, & de ſui natura pueri interfectiua. ibid.

An foret illicitum baptizare puerum alioqui ex morbo breui moriturum, ſi ablutio aquæ eſſet illi mortem allatura. ibid.214

Si aqua ad prolem in vtero matris clauſam immitti quoquomodo poſſit, an eſſet baptizanda, etiamſi ex immiſſione aquæ modicæ præuideatur ſequutura certa mors matris ægræ & alioqui morituræ 343.218

Parentes tenentur curare, vt filij baptizentur & quamprimum à natiuitate; & an, & quando ſit peccatum illis diutius differre baptiſmum; & quæ ſit cenſenda diuturna dilatio. 352.6

Extra caſum neceſſitatis baptiſmus non debet conferri abſque conſuetis Eccleſiæ cæremoniis. ibid.

Adulti ſufficienter inſtructi in fide tenentur quamprimum recipere baptiſmum; & quid de vſu antiquo, quo diù baptiſmus differebatur. 353.2

Eccleſia etſi non poteſt catechumenis determinare tempus recipiendi baptiſmum, poteſt tamen declarare obligationem iuris diuini de ſuſcipiendo baptiſmo. ibid.

Infantes nati ex vno parente infidele, & altero fideli, vel nati ex vtroque parente infideli, altero ad fidem conuerſo ſunt baptizandi volente parente fideli. ibid. 7. Et ſufficit, quod parens fidelis ſit mediatus, vt auus paternus mortuo patre. ibid.8

Altero ex parentibus infidelibus ad fidem conuerſo, & baptizato filius infans ipſis inuitis poteſt baptizari, & multò magis ſi vterque parens ſit fidelis. ibid.9

Si vterque parens ſit infidelis altero conſentiente ob bonum animæ pueri, poterit paruulus baptizari ſecluſo periculo Apoſtaſiæ, & ſacrilegij. 354.10

Si quando alter parentum infidelium venit ad fidem, & filij iam ſint adulti an poſſint, & debeant cogi ad Chriſtianam religionem. ibid.11

Pater filiorum infidelium Chriſtianus poteſt, & debet ſuo præcepto filios infideles adultos cogere ad baptiſmum ſuſcipiendum. ibid. Et etiam Pater paganus tenetur ſuo præcepto curare, vt filij ſui baptizentur. ibid.

Beneficiarius, Beneficium, Beneficij priuatio.

Vide. *Fructus, Inhabilitas, Homicidium, Pœna legalis.*

Bimeſtre ſponſis conceſſum, &c.

Sponſis de præſenti à iure conceſſum eſt bimeſtre ad deliberandum de religionis ingreſſu ante matrimonij conſumationem. 10. 50 In hoc bimeſtri ante conſummationem neuter coniux tenetur reddere debitum. ibid.51

A quo tempore currere incipiat bimeſtre hoc. ibid.52.& 11.54. Et quot diebus conſtat, an currat de momento ad momentum, & ei acceſcat biſſextilis. 19.109

Id Bimeſtre non eſt præciſum, ſed iudex ex iuſta cauſa poteſt illud prorogare, vel coarctare. num.11.56. & 58. An ſit conceſſum ad profitendum, an vero ad deliberandum de religionis ingreſſu, ita vt quoad profitendum ſit expectandus annus integer nouitiatus. ibid.59. ad 74. ſi ſponſa ingrediens religionē ſit duodennis, an ſponſus debeat expectare quiennium 14.75. Quid ſi ſponſus, vel ſponſa ingrediatur religionem, in qua profeſſio iuxta eius ſtatuta non ſit ante annum 18. an profeſſio licitè, & valide fieri poſſit completo anno decimo ſexto. ibid.76

Per copulam violentam intra bimeſtre hoc habitam conſeruatur perfectè matrimonium, & contrahitur affinitas. ibid.77.78.& 79. An ſponſa intra bimeſtre per vim cognita poſſit altero inuito ingredi religionem; 15.80.82.89.90. Quid ſi proles ex tali copula ſit naſcitura.n.82. eadem ſponſa per vim cognita profitente ſponſus non poteſt illa viuente aliam ſumere, licet non poſſit cogi ad religionem.num 83.84. Peccat mortaliter ſponſus vi comprimens ſponſam intra bimeſtre etiam non tractantem de ingreſſu religionis; & pœna puniendus.16 91.92.93. Non poteſt ſponſus violator inuita ſponſa tranſire ad religionem. ibid.94

Intra id Bimeſtre an coniugibus de religionis ingreſſu non cogitantibus liceat non reddere debitum.18.106.107. Eo tranſacto; & matrimonio nondum conſummato poteſt coniux tranſire ad religionem altero repugnante. ibid.108. etſi ſit ligatus voto religionis tenetur tranſire. ibid.

Coniux voto caſtitatis, vel impedimento affinitatis, aut cognationis ſpiritualis poſt matrimonium contractæ obſtrictus an poſſit reconciliari alteri coniugi adultero, vel reddere priori bimeſtri. 58.273.ad 276. Facta remiſſione iniuriæ adulterij, aut eo adulterante tenetur alteri adultero reddere. ibid.275

Emittens votum caſtitatis ante matrimonium, & poſtea contrahens, an peccet reddendo prima vice intra primum bimeſtre. ibid.

Interdictus copula coniugali ratione affinitatis, vel cognationis ſpiritualis poteſt priori bimeſtre, vel poſt adulterium alterius coniugis reddere ob matrimonij pacem tuendam. ibid.276

Coniux ligatus ſolum voto non petendi debitum emiſſo ante, vel poſt matrimonium poteſt licitè reddere coniugi adultero, & priori bimeſtre. 59.277

Coniux dubius de valore matrimonij bona fide contracti an teneatur alteri reddere debitum in priori bimeſtri, matrimonio nondum conſummato. 82.24.& 25

Vide. *Sponſa, Sponſus, Votum caſtitatis, &c.*

Bonum commune.

Coniuges tenentur vacare generationi cum vitæ periculo, ſi id bonum commune deſideret. 38.202

C

Captiuitas.

Vide. *V. Cohabitare.*

Carnes, Carnes humana.

Sine eſu carnium poteſt homo viuere & infirmus reparari. 336.190

Votum de abſtinentia à carnibus præcisè in extrema neceſſitate non eſt licitum. 337.194. Licitum eſt de abſtinendo perpetuò à carnibus; & qui ſic vouit poteſt abſtinere etiam in extrema neceſſitate ob bonum virtutis. ibidem 194. Et quid ſi tantum propoſuiſſet abſtinere perpetuò à carnibus. ibid.

Vide. *Carthuſienſis. Neceſsitas extrema.*

Carthuſienſes.

Monachi Carthuſienſes non habent votum de abſtinentia à carnibus in extremo vitæ periculo; ſed primo ex conſuetudine, poſtea ex regula inducta eſt talis abſtinentia. 336.189. Vbi nullus adeſſet alius cibus præter carnes Carthuſienſis tenetur illas edere ad vitam conſeruandam. ibid.190. In graui ægritudine ſine eſu carniom iudicio medicorum non ſanabili, an Carthuſienſis teneat illas edere, vel poſſit licitè reſpuere ob bonum virtutis. ibid.192

Conſtitutio de abſtinendo perpetuo à carnibus etiam in graui ægritudine ob bonum virtutis commune, & religionis, eſt honeſta, & valet. ibidem 193

Si Carthuſienſes haberent votum abſtinendi perpetuò à carnibus, an in graui ægritudine ad vitam tuendam poſſent licitè illas edere. 337.195

Priuata perſona, quæ feciſſet tale votum, licitè poſſet in extrema neceſſitate edere carnes. ibid. Item qui abſolutè vouiſſet non edere carnes, vel non edere in tali die, poſſet edere in caſu morbi. ibid.

Cenſura Eccleſiaſtica.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ omnes ipſo iure impoſitæ, & latæ ſententiæ à delinquente incurruntur ſtatim, & ante criminis declarationem. num.119. Huius ratio quæ ſit. ibid.

A cenſuris facilè excuſantur perſonæ ſimplices, idiotæ, ruſtici, mulieres. 169.178

Vide. *Ignorantia.*

Certitudo.

Quando dicitur certò moraliter conſtare matrimonium eſſe nullum. 84.36.fine

Charitas.

Cur ex obligatione Charitatis teneamur magis impedire malum corporale proximi, quàm animæ. 48.239

Charitatis obligatio cedit obligationi iuſtitiæ. ibid. 240

Charitatis præcepto tenemur plus diligere animam proximi, eiuſque ſalutem æternam, quam propriam vitam corporalem; hancque exponere ad ſuccurrendum proximo laboranti extrema neceſſitate ſpirituali, & ſalutem æternam alioqui amiſſuro.314.131. Et ſic ad baptizandum cum propriæ vitæ periculo infantem filium hominis Chriſtiani in articulo mortis conſtitutum, & alioqui moriturum abſque baptiſmo, tametſi illa pueri neceſſitas ſpecialis extrema proueniret à cauſa extrinſeca, v.g. Tyranno baptiſmum impediente

diente. 315.132

Iniuſte inuaſus equo fugiens per viam anguſtam eadem lege Charitatis tenetur non proſequi curſum cum periculo propriæ vitæ, ne continuando curſum proterat, & occidat puerum non baptizatum in via exiſtentem. ibid.133

Vide. *Prægnans, Sectio.*

Chirurgus.

Vide. *Medicus, Sectio.*

Circumſtantia.

Vide. *Sodomia.*

Clericus.

Clerici concubinarij, de quibus *in Concilio Trident. ſeſſ.25.c.14.de refor.* an ipſo facto in foro conſcientiæ incurrant priuationem fructuum beneficiorum ſuorum ante ſententiam. 142.87

Pœna depoſitionis, & priuationis priuilegij Clericalis in foro conſcientiæ non incurritur ante criminis declarationem. 157.142

Cognatio ſpiritualis. Vide *Cohabitare.*

Cohabitare, Cohabitatio.

Coniuges ex natura contractus matrimonij tenentur habitare in eadem domo, vti eadem menſa, eodem lecto.173.1. & ſeqq. Neuter poteſt ad longum tempus abeſſe ab altero abſque eius conſenſu ceſſante iuſta cauſa.num.3. Non valet conſuetudo, aut ſtatutum, vt viri diurius ſine vxore ſint. 174.4. Ex iuſta cauſa vir inuita vxore poteſt diutius abeſſe, & quæ ſit iuſta cauſa.ibid.6. vxor vero ſine viri conſenſu non poteſt abeſſe.ibid.7. Ad breue tempus vir poteſt abeſſe inuita vxore. ibid. 8. Abſque tamen vxoris conſenſu non poteſt longam peregrinationem vouere, & ſuſcipere. 175.9. Quid de mariti voto, & ſuſceptione peregrinationis in ſubſidium terræ ſanctæ, vel cauſa deuotionis, & an vxor tunc teneatur ſequi maritum. ibid. 10. Quid de vxore in ſimili voto, an illi liceat abſque viri conſenſu. ibid 11, 12

Maritus in caſibus, in quibus poteſt abeſſe, an teneatur vxorem ſecum proficiſci volentem deſerere. 176.13

Ab habitatione cum viro excuſat vxorem probabile periculum grauis detrimenti corporalis, vel alterius grauis damni; & multò magis periculum peccandi, vel amittendi fidem. 176.& ſeq.

Coniuges mutuo conſenſu qua ratione cohabitatione, & toro ſeparati poſſint. Et quando ex lege charitatis teneantur recedere à pacto ſeparationis. ibid.

Vir an lege charitatis teneatur quærere vxorem temerè abſentem. ibid.19

Alter coniux an abſque alterius conſenſu poſſit licitè ſe vendere in mancipium, vel ancillam. ibid. 20. ad 25.

Vir ſponsè factus ſeruus an poſſit vendi à domino mittendo illum in partes longinquas, & vxor eum ſequi teneatur. 177.22

Vxor conſentiens eruditioni ob id non redigitur in ſeruitutem, nec ſibi præiudicat. ibid.

Altero coniuge in captiuitatem deducto derelictus non tenetur eum ſequi. ibid.25. & 47

Vxor regulariter tenetur ſequi virum mutantem domicilium. 180.38. & 39. Nec poteſt contrarium conſuetudine induci. 181.40. Non tenetur cum detrimento graui corporali, vel periculo animæ. ibid.41. An tantum vbi mutatio domicilij à viro fiat ex iuſta cauſa, & non pro libito. ibid.42

Vir tenetur ſequi vxorem ex neceſſitate, & iuſta cauſa domicilium mutantem vel aliò proficiſcentem; & quæ differentia ſit inter virum, & vxorem. 70.372. & 181.43

Si maritus nolit mutare domicilium neque vagare, ſed tantum aliquò ſe transferre ad tempus, an vxor debeat illum ſequi ibid.44. An teneatur illum ſequi, quando ob delictum fugit, vel exulat, vel in carcere detinetur. ibid.45. & 46

Vxor an & quando teneatur ſequi virum per orbem, & hinc inde vagabundum. 182.48 ad 53

Vxor ſortitur domicilium, & forum mariti. 183.55

Vide. *V. Leproſus. Reſtitutio, Seruus, Vxor.*

Cognatio ſpiritualis.

Cognatio ſpiritualis quid ſit, quotuplex iure antiquo, & nouo; & inter quas perſonas impediat, & dirimat matrimonium.113.2. & 3. Oritur tantum ex Baptiſmo, & Confirmatione, & non ex Catechiſmo. ibid. 4. Contrahitur inter coniuges baptizantes, vel vt patrinos leuantes filium communem, vel alterius tantum; & quid ſi coniux leuet abſque animo exercendi cæremoniam ab Eccleſia inſtitutam. ibid. 4. & 6. fine. Coniux in extrema neceſſitate baptizans filium communem, vel alterius tantum coniugis contrahit cognationem ſpiritualem; ſed non priuatur iure exigendi debitum; & quando intelligatur adeſſe neceſſitatem. ibid. 5. Quid ſi in neceſſitate vt patrinus leuet in baptiſmo aut confirmatione; an tunc priuetur iure petendi. 114.6. Quid ſi baptizet, vel leuet, & ignorantis facti, vel iuris, vel huius pœnæ priuationis debiti. ibid.7

Coniux ſciens, & extra neceſſitatem baptizans, vel leuans filium communem, vel alterius coniugie peccat mortaliter. ibid. 8. Tenetur tamen alteri coniugi exigenti reddere debitum ibid.9. An priuetur iure petendi debitum.115.10. ad 13. Videatur ad id notata latè, & diſtincte in ſummaris capitis quarti.

Suppoſita ſentẽtia communi, quod priuetur iure petendi; an huiuſmodi priuatio incurratur ipſo facto.118.22. Locum habet etiam in coniuge iuuene incontinentiæ periculo expoſito; ſed id eſt cauſa ſufficiens diſpenſationis ad liberum votum coniugij. num. 24. Et quis poſſit ſuper dicta cognatione ſpirituali quoad liberum vſum matrimonij diſpenſare.117.20.

Vide. *Ignorantia. Pœna legalis.*

Collegium.

Priuatio collegij, & priuilegiorum ac bonorum eiuſdem collegij per collegij ſtatutum ipſo facto impoſita collegæ tale delictum committenti an in foro conſcientiæ incurratur ante declaratoriam delicti. 185. & 186

Communio

Vide. *Coniuges, Debitum coniugale, Euchariſtia.*

Confiſcatio.

Vide. *Pœna legalis.*

Congreſſus Coniugalis.

Vide. *Actus coniugalis.*

Coniectura.

Vide. *Actio, Actus.*

Coniuges, Coniux.

Coniuges per ipſum matrimonij contractum ad inuicem, ſui corporis, & voluntatis poteſtatem & dominium transferunt. 2.2.&4. Vterque coniux habet ius petendi debitum coniugale, & tenetur reddere, ſi debitè petatur, & abſit cauſa excuſans. 3.10. Quæ ius & obligatio proueniūt ex ipſius contractus matrimonialis natura. ibidem. Obligatio reddendi oritur ex præcepto affirmatiuo obligans ſemper non pro ſemper. ibid.11. Et iniuſtè negans reddere debitum poteſt per iudicem Eccleſiaſticum, vt ſæcularem ad id compelli. ibid.12

Quoad ius exigendi, & obligationem reddendi coiuges ſunt pares; & etiam quoad obligationem abſtinendi ab alieno toro; & ſeruandi perpetuam ſocietatem. ibid.14. Neuter per ſe tenetur petere debitum; per accidens ad euitandum in altero periculum incontinentiæ vterque ad petendum obligatur, & an ex lege charitatis, vel etiam iuſtitiæ. ibid. 25. ad 25. An etiam ad euitandum in ſe incontinentiam teneatur coniux debitum petere. 5. 26. Quocumque tempore, ſeu die etiam ſolemni, & ſacro debitum exigituro, tenetur coniux reddere debitum, vt etiamſi eſſet ſumpturus Euchariſtiam. 9.48

Ante matrimonij conſummationem vterque coniux altero etiam inuito poteſt tranſire ad religionem; & profeſſionem emittere. ibid.49

Ingreſſus religionis an poſſit excludi pacto expreſſo, & an cenſeatur excluſus, ſi quis promittat ſe conſummaturum matrimonium, vel perpetuam cum vxore vitam ducturum, 0.51. Poſt ſponſalia iurata licet tranſitus ad religionem. ibid.
Vide. *Bimeſtre, Cohabitatio, Debitum coniugale, Dubium, Fœmina, Impedimentum, Impotentia.*

Coniuges quoad obligationem non obſiſtendi prolis generationi.

Coniuges ex vi coniugij ſub mortali tenentur non obſiſtere prolis generationi. 276.1. Vnde voluntaria ſeminis effuſio extra vas vxoris eſt peccatum mortale. ibid.2. Et ſimiliter ex modo coëundi ex natura facti ſequitur ſeminatio extra vas. ibid.

Effuſio ſeminis extra vas vxoris contingens præter intentionem, & ſine aduertentia non eſt culpabilis. ibid. Quid ſi non contingat ex induſtria, ſed cum aduertentia ſine repreſſione. ibid. Et quid ſi paruæ quantitatis. ibid.

Vxor ſtatim à coitu ſe erigens, vel quid aliud faciens, vt ſemen receptum expellat, peccat læthaliter. 277.3

Spontè ſumere, vel viro aut fœminæ propinare venena, ſeu potionem ad ſterilitatem inducendam eſt peccatum mortale. 278.7. Nec etiam ad euitandum mortis periculum in partu imminens licitum eſt fœminæ ſumere potionem ſterilitatis, vt ſecurè reddat debitum. ibid.8

Procurans ſterilitatem viro, vel fœminæ etiam ſequuto effectu non incurrit irregularitatem. 279.9

Coniuges in actu coniugali an teneantur curare, vt ſimul ſemen effundant. 286.46.47.48. Quid ſi vir, vel vxor ſe prouocet ad prius ſeminandum an peccet. 287.48

Dum vir ante vxorem ſeminauit, poteſt licite continuare copulam, donec & ipſa vxor ſeminet. ibid.49. An teneatur ad dictam continuationem. ibid.50. ad 52. Si non continuet ſe retrahens, an licitum ſit vxori incontinenti ſe tactibus prouocare, quo ſeminet. 288.54.55

A copula coniugali inchoata ante ſeminationē mariti, & vxoris ex mutuo conſenſu ſeclnſo in vtroq; que pollutionis periculo deſiſtere, an ſit peccatum mortale, vel veniale, vel nullum peccatum. ibid.57.&58

Si vxor in ipſo actu ſuum ſemen effudit; aut in ſeminandi periculo ſit conſtituta, ſi maritus data opera abſque iuſta cauſa deſiſtat à copula ante ſuam ſeminationem an peccet mortaliter ibid. 52. ad 59. excuſantur à peccato ex cauſa vrgenti ſe retrahens, & quæ ſit iuſta cauſa. 289.60
Vide. *Abortus.*

Coniugij vſus, Coniugium.

Vide. *Actus coniugalis, Debitum.*

Conſenſus.

Quando duo ſunt inſeparabilia ſecundùm rem, ſeparabilia vero ſecundum voluntatem, poteſt præſtari conſenſus vni altero excluſo. 60.178

Conſilium, Conſulens,

Vide. *Malum.*

Corporis caſtigatio.

Vide. *Aſperitates corporea.*

Correctio.

Pueri, & adoleſcentes inobedientes à parentibus etiam correptionibus, increpationibus, minis, & verberibus ſunt cogendi, vt à vitiis abſtineant; & virtuoſe viuant. 365. 43. Paterfamilias, & materfamilias intuitu diſciplinæ, & correctionis licitè poſſunt moderatè verberare, & cædere filios. ibid. Vt illos ad meliorem frugem reducant, poſſunt etiam, & debent eos expellere domo; & eis alimenta denegare; ſi probabiliter putent ſic poſſe corrigi, ſecus ſi timeant eos euaſuros peiores ibid. 44.
Vide. *Educatio.*

D

Damnatus ad mortem.

DAmnatus iuſtè ad moriendum inedia, cibos oblatos an poſſit reſpuere, licet poſſit edere. 333.182

Debitum coniugale.

Actus coniugalis cur vocetur debitum. 2. 3. Læthalis culpa eſt illud coniugi petenti vt debitum ſiue petat expreſsè, ſiue tacitè, & interpretatiuè. 7. 31. 32. 33. Sine cauſa rationabili coniugi negare, vel auertere, vt non petat, eſt mortale peccatum. 8.34. Coniugi petenti, non eſt debitum ex iuſtitia, neque inſtanter, ſed amicè, & beneuolè, aut remiſsè

Digitized by Google

remiſsè nun reddere, nun eſt mortale; & ſæpè nec veniele. ibidem 35. Item non eſt mortale, petentem precibus auertere; illique cedenti facile iure ſuo negare; licet non debeat petens ſine iuſta cauſa aut multa inſtantia auerti. ibid.36
Differre debiti redditionem ad modicum tempus quando ſit, vel non ſit peccatum; & dicatur tempus modicum. ibid.37
Coniugi intempatato, & nimis frequenter petenti negare debitum quandu ſit, vel non ſit peccatum. ibid.38 39.fine.
An ſit paruitas materiæ excuſans à mortali negare vna, vel altera vice petenti rarò, & moderatè. 9. 41.& 42. Expedit coniuges eſſe faciles in reddendo. ibid.
Modeaatè ac feriò, & inſtanter petenti abſque iuſta cauſa negare debitum, vel rariſſimè, & cum magna difficultate reddere eſt peccatum mortale, & multu magis ſi inde oriantur diſcordiæ, vel imminneat periculum incontinentiæ. ibidem 43. ad 46. Et quoties in petente probabile periculum incontinentiæ aduertitur ſtatim reddendum debitum, tametſi minus ſit in petendo. ibid.47
Vxor poteſt licitè, & tenetur reddere debitum marito, qui ea non conſentiente ſolet in fine copulæ effundere ſemen extra vas. 48.239.fine.
Ob dotem nun ſolutam ſuo tempore non licet marito negare debitum coniugale. 58.275
Vide. *Arcta, Coniuges, Debitum, Excommunicatus, Fœmina, Impedimentum, Impotentia.*

Debitum coniugale quoad obligationem non ſe reddendi impotentem ad illud reddendum.

Coniux tenetur conſeruare vires ad reddendum debitū neceſſarias. 21.114. Vir pollutiunibus, aut fornicationibus frequentibus ſe reddens impotentem ad reddendum debitum peccat mortaliter & contra iuſtitiam. ibid. 15
Coniux etiam mediis aliàs illicitis, v. g. graui pœnitentia, ieiuniis nimiis, diuturnis vigiliis, & orationibus ſe reddens impotentem peccat mortaliter. ibid.116. Vigiliæ impediunt ſpermatis generationem. ibid.
Vxor tenetur abſtinere ab abſtinentiis, & ieiuniis voluntariis & excuſatur à ieiuniis de præcepto, ſi illis reddatur pallida & deformis, cum periculo, vt fiat odioſa marito. ibid. 117.& 120. Vt ſi coniux reddatur impotens ad reddendum debitum moderatè poſtulatum, excuſatur à ieiunio de præcepto. ibid.118. Quid ſi vir facile auertere poteſt vxorem à petitione ceſſante periculo incontinentiæ. ibid.119
A ieiuniis, & pœnitentiis moderatis nun tenetur coniux abſtinere, nec à ieiunio Eccleſiaſtico excuſatur; ſi inde fiat tantum minus potens ad debitum perſoluendum; niſi ad euitandum in altero coniuge periculum incontinentiæ neceſſaria ſit frequentior copula. 22.128. Quæ abſtinentiæ & pœnitentiæ minuant notabiliter potentiam coëundi. ibid.
Coniuges an poſſint vouere abſtinentias cum præiudicio alterius, vel aſſumere, habitum tertij Ordinis S. Franciſci. 23.129.130
Teneaturne vir vti cibis calidis, & aliis irritamentis ad venerem, quibus potens, vel potentior reddatur ad copulam coniugalem. ibidem 131. 132. & 133

Debitum coniugale, quoad cauſas ab illius redditione excuſantes.

Iuſta cauſa negandi debitum excuſat à culpa. 9.42. Eſt iuſta cauſa ſi eſſet reddendum in publico. 20. 110. Et ſi coniux factus eſſet impotens ſiue ex cauſa licita, ſiue illicita. 21.113. Item ſi non poſſet reddere niſi cum graui detrimento corporis, & propriæ incolumitatis; ſecus cum leui, & modico. 31.167. & 32. 168. Imò mortale eſſet reddere in graui detrimento propriæ ſalutis, niſi inaduertentia, aut alia vrgens neceſſitas excuſat. ibidem 169
Excuſatur à redditione coniux vulneratus, vel laborans ecthica, aut alia febri, vel graui morbo, aut dolore; vel ſtatim à balneis, vel poſt hauſtum ſanguinem ex vena, vel immediatè poſt prandium, aut librum ſumptum. ibid. 170. 171. Vbi an fœmina ſtatim à partu teneatur reddere. Item ea cuſetur coniux, ſi alter immoderatè, & nimis frequenter petat. ibid. 172
Coniux ſanus non teneatur reddere debitum coniugi laboranti peſte, vel phthiſi, aut morbo Gallico. 34. 179. An teneatur reddere coniugi leproſo. Vide. *Leproſus coniux.*
Cum periculo notabilis detrimenti ſalutis exigentis alter coniux non tenetur reddere, nec poteſt. 390. 209. Lactatio infantis an excuſat. 40 212. ad 217. Vide. *Lactans.*
Iuſta cauſa negandi debitum, vt euitemus magnum detrimentum in bonis, fortunæ, vel infamia, aut vt comparetur magna in illis vtilitas. 42.224
Vide. *Verbum ſequens, Fœmina, Leproſus.*

Debitum coniugale quoad illius redditionem quando petitio eſt illicita.

Neuter coniux tenetur reddere, cum nun poteſt ſine proprio peccato. 41.226
Quoties actus coniugalis eſt illicitus, ex aliqua circumſtantia ſe tenente ex parte actus neuter coniux tenetur reddere, aut poteſt licitè. ibid. 217. & 44.228. Limitatur quoad redditionem in nonnullis caſibus. n.228. Petenti illicitè ratione modi an alter poſſit licitè reddere & teneatur. 45.231. & 46.234. An & quando actus coniugalis non ſeruato modo, ſeu ſitu naturali ſit illicitus, vel licitus. 44. 219.& 45.231
Quando exigens peccat tantum venialiter petendo non peccat reddens, & reddere tenetur. ibid. 230. ad 234. An ante redditionem præmittenda ſit admonitio, vt petens deſiſtat à petitione. 46. 233
Si petitio debiti ſit mortalis ſolum ob circumſtantiam petentis, à qua ſe liberare poteſt, non peccat reddens, & tenetur reddere. 47. 236.
Vbi petitio debiti eſt mortalis ob circumſtantiam exigentis, non priuantem iure exigendi, puta, quia ſit ligatus voto caſtitatis, vel non petendi debitum, an alter coniux poſſit licitè, & teneatur reddere. 48.240.& 49.241
Non habere ius petendi, vel iniuſtè petere dupliciter contingit. 51.246
Coniugi ex errore exiſtimanti matrimonium eſſe irritum alter ſciens certò eſſe validum poteſt licitè reddere, & tenetur. ibid.247
Quoties coniux exigens peccat mortaliter petendo an exactus teneatur præcepto correctionis fraternæ illum auertere, vel eius illicitam exactionem præuenire petendo. ibidem 248. 54. 256. & 58 275

Digitized by Google

Si coniux ob vitium perſonale amittat ius exigendi,& ob adulterium,affinitatem,aut cognationem ſpiritualem , non tenetur alteri reddere.52.250. An Coniux liber poſſit licitè reddere debitum coniugi peccanti mortaliter exigendo , quando et non tenetur reddere ratione affinitatis , aut cognationis ſpiritualis , aut adulterij , aut primo bimeſtri, aut dubij de valore matrimonij. 53. 252.254.& ſeqq. In prædictis caſibus coniux liber tenetur petere , vel reddere ad euitandum in impedito periculum incontinentiæ. ibidem 253. & 54.257

Coniux dubius de valore matrimonij ante præmiſſam diligentiam ad tollendum dubium non poteſt reddere debitum alteri coniugi adultero. 53. 252.& 54.255

Coniux , cui debiti petitio eſt interdicta,non tamen redditio an poſſit aliquando licitè petere , & ad id teneatur ad euitandum in altero incontinentiæ periculum.ibid.258. ad 269. Quid ſi ambo ſine mutuo conſenſu, vel ex mutuo conſenſu voniſſent non petere, vel feciſſent votum caſtitatis, vel per modum pacti vouiſſent caſtitatem, ibid. 268

Impeditus petere ratione affinitatis, aut voti poteſt alteri ſignificare ſuum impedimentum , ſed non tenetur ; & non poteſt manifeſtare , ſi alter liber foret deterrendus à petitione. 57.170

Qui exigitur , ſi certò ſciret matrimonium eſſe validum , licet alter ignoret , & illicitè petat , tenetur reddere. 86.47

Vide. *Bimeſtre*, *Coniuges*, *Inceſtuoſus*.

Delectatio.

Coniugi dubio de valore matrimonij qua ratione non liceant delectatio partis ſenſitiuæ, aut tactus venerei. 86. 52. An liceant coniugi habenti votum caſtitatis , & quid de delectatione voluntatis. 95.39

Delectatio à natura , ſeu Deo operi adiuncta eſt vt condimentum ad promptius operandum ; & quare & ad quem finem delectatio ſenſibilis ſit à natura indita cibis , & actui coniugali. 199. 58. Non eſt à natura per ſe , & principaliter intenta, ſed vt condimentum operi adiunctum, vt acceſſorium. ibid.59

Delectatio moroſa ſolius voluntatis de copula maritali cogitata ſecluſo pollutionis periculo non eſt peccatum mortale in coniugibus , viduis , & ſponſis de futuro. 239. 214. Appoſitus ſenſitiui de copula maritali habita , vel habenda in coniugato ſecluſo periculo pollutionis an ſit peccatum mortale 240.215.216.217. Quid in viduis,& ſponſis de futuro. ibid.218

Depoſitarius.

Depoſitarius tenetur reſtituere rem Domino volenti illa vti in prauos vſus ; dummodo non in detrimentum corporale proprium , vel alienum.47. 237.Etiam Domino , qui vouit , ſeu ſoli Deo promiſit non petiturum rem depoſitam , tenetur illam reſtituere,ſi exigat. 50.245

Dignitas.

Vide. *Pœna legalis*.

Diſpenſatio , Diſpenſandi facultas.

Vide. *Inceſtuoſus* , *Inceſtus* , *Votum caſtitatis*.

Diuortium.

Facto diuortio inter virum , & vxorem ex iuſta cauſa , apud quem ex parentibus , & cuius expenſis educari, & ali debeant filij late, & diſtinctè.378. 114.ad 120. Videatur ſummarium collocatum poſt num.101. capitis decimi , paulò pòſt initium, vbi diſtinctè notantur ſommariè, quæ hic poſſunt deſiderari.

Quid quando neutrius culpa diuortium celebratur, vt ſi mutuo conſenſu ; vel aliàs iuſtè æquali culpa coniuges ſeparantur. 380.121

Quid etiam , quando matrimonium bona fide contractum eſt , & poſtea reperitur inualidum , & ſuſcepta eſt proles ; & quid ſi alter coniugum ab initio fuit in mala fide , apud quem , & cuius expenſis debeant filij educari , & nutriri. ibidem 122

Doctrina Chriſtiana.

Vide. *Fides diuina*.

Domicilium.

Vide. *Cohabitare* , *Cohabitatio*.

Dominium.

Vide. *Poſſeſſio* , *Traditio rei*.

Dominus.

Vide. *Irritatio votorum* , *Seruus*.

Dos.

Vide. *V. Debitum coniugale*, *Vxor*. -

Dubium.

In dubio de ipſo matrimonij contractu , ſcil. vtrum interuenerint verba denotantia contractum dubitans non poteſt petere debitum. 79. 2

In dubio de matrimonij valore poſt matrimonium bona vel mala fide contractum ſuperueniente , an & quando dubitans poſſit licitè petere , & reddere debitum , & ei petenti alter reddere ibid. 2. ad 12. & n. 25. ad 34. Notata diſtinctè in ſummario collocato ante idem c. 2.

Quid in dubio de valore matrimonij ob impedimentum impotentiæ , & frigiditatis. 81.13

Quid in dubio valoris matrimonij ob dubium ſeruitutis alterius. 90.14.ad 19

Quid in dubio de valore matrimonij lite mota ad illud diſſoluendum , vel lata duplici ſententia quæ non tranſierit in iudicatam an coniux dubius teneatur alteri non dubio reddere debitum. 91.19.20.21

Lite mota ob cauſam diuortij quoad torum,& habitationem coniux innocens non tenetur reddere. ibid.20

Coniux probabiliter opinans matrimonium eſſe nullum ſine opinione oppoſiti , vel eſſe nullum, & eſſe validum ob diuerſas coniecturas , ſiue bona , ſiue mala fide contraxerit , an & quando poſſit licitè petere , & reddere debitum.84.37.ad 41. Vide præfatum ſummarium ante caput 2. collocatum.

Duellum.

Vide , *Sepultura*.

Ebrius.

E

Ebrius.

Vide. *Amens*, *Inuaſus.*

Eccleſia.

Eccleſia ex iuſta cauſa poteſt priuare Reges regno & abſoluere ſubditos à neceſſitate parendi.5.28
Vide. *Excommunicatus*, *Seruus.*

Eccleſia, vt eſt locus ſacer.

Delinquens in Eeeleſia non gaudet illius immunitate.61.286.

Eccleſia, & locos ſacer polluuntor per homicidium, effuſionem ſanguinis iniurioſam, & ſeminis humani volontariam. 217.131

Omnes actiones, quibos polluitnr Eccleſia, ſeu locus ſacer an ſui natura ſint ſacrilegium, vel ea ſolo Eeeleſiaſtico ſtatuto prohohibente, &c. 218. 133. ad 155. Videatoi ſummariom poſitum ante numerum 131. capitis ſeptimi.

An actus coniugalis polluat Eeeleſiam; an aliquando, & quando liceat intra Eccleſiã, & illam non polluat, quãdo eſt licitus; & an ſolo iure Eeeleſiaſtico. An ſtatutum ſit, vt effuſio ſanguinis, aut ſeminis polluat Eccleſiam. 219.134. ad 154. videatur dictum ſummatium ante nom. 131. capitis ſeptimi collocatum, vbi magis diſtincte notantur hoc ſpectantia.

Copnla coniugalis eatta caſum neceſſitatis in loco ſacro habita oeculte an ſit ſacrilegium. An verò vt ſit ſacrilega debeat eſſe poblica, & notoria 225.156. & 157.

Locus ſacer actu nõ polluitur vt egeat recõciliatione, niſi occiſio & ſanguinis vel ſemiois peecaminoſa in ea facta ſit publica. Et quæ publicitas requiratot, aoqne reqniratnt ſententia iudicis declaratoria criminis. 227. 159

Crimina, quibus polluitnr Eccleſia, vt etiam polluant debent committi intra Eccleſiam; ſecus ſi eatra, vel in loeo, qui non ſit pars Eccleſiæ, & quæ loca ſint, vel non ſint pars Eccleſiæ, ibid. 160. & a18.161.162.

Eccleſiæ nomine teſpectu pollutionis huiuſmodi intelligitur conſecrata, vel benedicta, ſecus ſi non ſit ſaltem benedicta. ibid. 163.

Ao cogitationes, deſideria, nutus confabulationes, aſpectus, tactus inhoneſti in loco ſacro ſint ſacrilegia, ac loci circumſtantia ſit in confeſſione aperienda. 229.164.165. & 166

Educare, Educatio pia filiorum.

Edocandi piè, & bene inſtiruendi filios proprios obligatio parentum vnde oriatur. 351.2. & ſeq. Ex bona adoleſceotum educatione pendet Reipublicæ bonum. ibid.4. Educatio bona, vel mala filiorum eſt decus, vel dedecus parentum. 352.5. Bona eſt ingentis meriti apud Denm. ibid.

Parentes tenentur prouidere filiis neceſſaria non ſolum ſaluti corporali, ſed etiam ſpirituali, & quæ 16.6. & ſeqq. Teneotur inſtruere in rebos fidei, & aliis à fidelibus neceſſario ſciendis pro ſalute animæ. Sicut etiam ad idem tenentur tutor, curator, Patrini, Paſtores animarum. 355. 16.17. Et notabiliter id munus negligentes mortiferè peccant. ibid.18.

Parentes, & loeo parentom filiorum curam habentes tenentur illos informare bonis moribus ab infantia; curare, vt à vitiis abſtineant, virtutem ſectentur. 356.20. ad 23. Erudire illos in timore, & amore Dei. 358.25. In ſpectãtibus ad religionem, in reuerentia erga loco ſacra, res, & perſonas ſacras, erga parentes, & alios maiores 359, 27. ad 31. Curare, vt à venereis abſtineant, temperantiæ virturem in cibo, potu, ſomno colant; honeſtè ſe habeant in locutione. & in vſo omnium ſenſuum; improborum coonſuetudinem abhorreant; eos exemplo bonæ vitæ ad virtutem prouocate. 360. 32. ad 42. videatur ſummarium ante caput 10. collocatum.

Parentes bonæ filiorum educationi debeot omnia poſtponere. 358. 24. obſeruare, & agnoſcere illorum inclinatiooes, affectiones, & verecundiam. Quæ cognitio multum prodeſt ad rectam educationem. 363. 33.

Parentes filiis præſentibus, aut audieotibus, ne quid malom faciant, aut loquantur. 371.63.

Ea bono, vel malo vitæ exemplo præcipuè pendent filiorũ boni, vel praui mores. 364.40. & in liberos deriuantur parentum mores; filiique, vt plorimum ſunt imitatores prauarum affectiooum, & incorrectioeotiæ parentum. ibid. 41.

Quæ parentum obligatio corrigendi, & caſtigandi filios inobedientes, & vitia ſectantes. 365.42. ad 44. vide V. *correctio.*

Quæ parentum obligatio curandi, vt filij addiſcant bonas artes, diſciplinas, & ſcientias, & quas artes, aut ſcientias. 366. 45. ad 48. cui præceptori committeodi 367. 49. Quorum librorum lectio ſuadenda, vel prohibenda. ibid. 50.51.52.

Puellarum educatio qualis eſſe debeat; in quib. erudiendæ, quæ illis vitanda domi, & eatra, quomodo non impediendæ, ſeu reuocandæ ab operibus bonis, & præcepti, non retrahendæ à ſtatu religioſo. 369. 53. ad 67. videatur ſummarium ante caput decimum poſitum.

Vide, *Correctio.*

Educatio filiorum quoad eos, apud quos educari & ali debent.

Iodicis arbitrio relinquitur, penes quē pupilli educari debeant, & quale debet eſſe arbitrium. 376.105. Regulariter peoes patrem viuantem elapſo primo triennio ſunt edocandi. ibid. 106. & 107. limitatur, ſi pater ſit infidelis, vel hæreticus, mater verò fidelis, & catholica, 377.108. ad 110. item limitatur, ſi Pater filiis ſuperinduxiſſet nouercam, vel aliàs apud Patrem vita filiorum periclitaretur. 378. 114.

Quid facto diuortio. Vide, V. *Diuortium.* Et in ſummario collecto poſt oumerum 102. capitis decimi.

Pupilli mortuo patre ſunt educandi vbi Pater iuſſit, ſeu expreſſe, vel tacitè voluit educari. 380. A volũtate patris poteſt iudex ex iuſta cauſa recedere. ibi.

Mortuo patre an, & quando pupilli debeant vel poſſint educari apod matrem non tranſeuntem ad ſecundas nuptias. 381.124. An & quando apud auiam, vel per aoiam maternam. ibid. 125. & 126. Matri, & auiæ quando præferatur frater pupilli adultus, aut auunculus. ibidem. An & quando pupilli educari poſſint apud matrem ſecundò nuptam, & vitricũ. & quid quando ipſa, vel filij ſecundi matrimonij eſſent pupillo ſucceſſuri. 382.127. ad 131. videatur ſũmarium poſt n. 102. capitis decimi collocatum. Vbi diſtinctim, &c. Auo pupilli paterno, qui tranſiuit ad ſecũda vota in educatione pupilli ao matri ſecundo nupta præferri poſſit. 334.133. Filius, vel Filij adulti volentes apnd matrem ſecuodo ouptam, vel aliam perſonam morari; an & quando educandi ſint apud quem ipſi voluerint. ibid. 132. Coniuncto vitrico pupillus committi poteſt educandus. 383. 130.

Quando mortuo patre nec mater, nec aui pupilli ſunt ſuperſtites; apud quem popillus educari debeat, eſt in arbitrio iudicis, & quæ io hoc negotio iudex debeat attendere. 384.134.

An, & quando pupillus educari poſſit, apud eum, qui eidem mortuo eſſet ſucceſſurus ex ſubſtitutione, vel proximitate, vel habitiuus legatum, ſiue ſit extraneus, ſiue frater, vel auunculus, & ſiue tutor, & ſiue etiam aſcendens pupilli. ibid. 135. Vide latius 10 ſummario poſt num. 102. capitis 10. collocatum.

Pupillus ſiue mas, ſiue fœmina non debet educari apud eos, vbi eius pudicitiæ ſit periculum. 358.136

Sponſa an & quando educari poſſit apud ſponſum, ſponſi ue patrem, aut matrem; & quando non debeat educari apud ſponſæ matrem, vel conſanguineos. ibid.137

Filiæ illegitimæ an & quando educari poſſint, aut debeant apud matrem, vel hæredem patris. 386.138.

Iudex in deſignando apud quos educari debeant pupilli debet facere, quod verſimiliter faceret pater, ſi viueret; & quod faceret de filiis ſuis. ibid.139

Iudex ex officio poteſt decernere, vbi pupillus educetur, vel pupillam ad contrahenda ſponſalia inductā deponere in monaſterio, aut alio loco tuto pro ſecuritate pudicitiæ, & libertate matrimonij ibid. Poteſt ſupplere pro pupillis; & etiam ex officio remouere tutorem ſuſpectum.

Vide, *Leproſus*.

Electio, Eligendi ius.

Electio ſpectat ad ſingulares canonicos, & ad ſingulos de capitulo vel vniuerſitate ratione priuati iuris. 154.132. Reiicitur diſtinctio Sygiſmundi de poteſtate eligendi inchoatiuè & completiuè, vt ille ſit priuati ioris, hæc officij publici. 155.153

Vide, *Inhabilitas, Vox actiua & paſſiua.*

Epiſcopus.

Epiſcopi, & alij Prælati à ſede Apoſtolica ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimen promoti abſque literis Apoſtolicis Eccleſiarum adminiſtrationem accipientes, vel fidelitatis iuramentum non præſtantes; vel accepto pallio à Sum. Pontifice ſine literis traditionis diſcendentes an amittant fructus beneficiorum, & Eccleſiis ſint ipſo facto priuati ante iudicis ſententiam. 143.93. & 144.94

Adepti Epiſcopatum intra tres, vel ſex menſes negligentes ſuſcipere conſecrationem an ante iudicis ſententiam amittant fructus, & ſint Epiſcopatu priuati. ibid.95.& 96

Euchariſtia.

Non eſt peccatum mortale ſumere Euchariſtiam poſt actum coniugalem eo die, ſeu nocte præcedente habitam. 205.88. An ſit ſaltem veniale peccatum latè examinatur relatis variis ſententiis; & quæ cauſæ à veniali excuſent, &c. 206.92. ad 103

Coniux eo die, quo ſumpturus eſt Euchariſtiam non eximitur ob id ab obligatione reddendi debitum. 208.102

Vxor communicatura, à qua vir debitum coniugale exigit, an & quando de congruentia poſſit, & debeat blandè illum admonere, & hortari, vt deſiſtat, ibid. Poſt redditionem poteſt abſque vlla culpa eo die communicare: Et quid ſi ſentiat ſe diſtractam, & non poſſe facile auertere mentem à cogitatione de præſata voluptate. ibid.

Poſt pollutionem inuoluntariam nocte præcedente habitam an ſit veniale communicare, vel ſaltem de conſilio ſit abſtinendum eo die à communione. 207.94. & 208.103. verſic. Ad ſecundum. Irreuerentia venialis eſt accedere ad Euchariſtiam cum mente diſtracta ad carnalia. 209.104

Ad receptionem Euchariſtiæ an de præcepto requiratur non ſactum reuerentia externa, ſed etiam interna animæ, & quæ ad hanc internam reuerentiam internam ſpectant, vbi an ad euitandum veniale communicando ſufficiat carentia culpæ mortalis, an verò ſit ſacrilegium veniale recipere Euchariſtiam cum actuali voluntatis diſtractione mentis ad inutilia, & vana, vel cum actuali affectu obiecti illiciti venialiter; & quid cum aliquo peccato veniali habituali. 210.106. ad 111

Duplex dignitas, & indignitas, qua quis poteſt accedere ad Euchariſtiam; & quæ ſit vtraque. 212.111

Verba D. Pauli de diſpoſitione ad S. Euchariſtiam ſcilicet, probet ſeipſum homo, &c. Patres intelligunt etiam de purgatione à venialibus præſertim grauibus. ibid.

Coniugibus communicaturis iuxta omnes conſulendum, vt ob reuerentiam Euchariſtiæ ſaltem nocte antecedente abſtineant à copula. 192.12. Si ea nocte copulam habuerint, an ſit laudabile, & conſulendum, vt eo die abſtineant à communione, vel potius conſulendum, vt communicent, & quid poſt pollutionem voluntariam, vel fornicationem nocte antecedente, commiſſam ſacramentali confeſſione poſtea purgatam. ibid. 115. ad 122. Videatur Summarium poſt num. 70. capitis 7. collectum.

Votum coniugis de non communicando in die habitæ copulæ an regulariter obliget. 213.116. & 215.122

In vſu, ſeu receptione ſacramentorum non ſolum attendi debet vtilitas propria, & priuata, ſed etiam reuerentia illis debita, vt inde dignoſcatur an laudabilis ſit vſus, & conſulendus. Et explicatur exemplis. 214.119

Qui fructus, gratiæ correſpondeant actui reuerentiæ, quæ Deo exhibetur abſtinendo à cōmunione, ne minus decenter, & cum defectu debiti decoris, & congruæ honeſtatis Euchariſtia ſumatur. ibid. Vbi quod locopletior fructus percipi poteſt ex vnica communione facta cum congruenti, & exacta præparatione, quam ex duobus minus decenter factis.

Aliquando poteſt eſſe laudabile, & conſulendum, vt coniux eo die habitæ copulæ coniugalis communicet. 215.121

Maior cauſa, & ratio indecentiæ requiritur ad abſtinendum ſæpius poſt copulam coniugalem, vel pollutionem inuoluntariam, & quod ad ſemel, vel iterum relinquendam communionem, aut Miſſæ celebrationem. ibid.122

Caſu, quo culpa eſt accidere ad S. Euchariſtiam poſt copulam, vel pollutionem, quanta, ſeu quæ mora temporis requiratur, & ſufficiat, vt ceſſet indecentia. ibid.123

Quo die, vel in cuius antecedenti nocte quis pollutionem voluntariā, vel fornicationem commiſit, ſaltem ex decentia debet abſtinere à communione, ſecluſa alia cauſa communicandi. ibid. 124. Eo die communicare etiam poſt confeſſionem dixerunt eſſe mortale, alij eſſe veniale. 216.126

Poſt pollutionem inuoluntariam regulariter neque de conſilio eſt abſtinendum à communione. ibid.127

Poſt ſumptam Euchariſtiam in eodem die an ſit licitum, vel ſaltem veniale exigere debitum. 216.128. & 129

Digitized by Google

Eunuchi.

Si vir poſt matrimonium effectus ſit eunuchus per abciſſione vtriuſque teſticuli; an licita ſit copula. 234.187.& 188.

Examinatores.

Examinatores ſynodales aliquid accipientes occaſione examinis,& ipſi dantes an ante iudicis ſententiam incurrant in foro conſcientiæ inhabilitatem ad beneficia,& teneantur obtenta dimittere. 144.98.& 99.

Excommunicatio, excommunicatus.

Quando alter, vel vterque coniux eſt excommunicatus,an liceat petere,& reddere debitum coniugale, cohabitare, & participare in reliquis humanis inter ipſos. Quid quando alter coniux contraxit ſcienter cum altero excommunicato;an Eccleſia poſſit coniuges excommunicatos ob præciſam rationem cenſuræ priuare communicatione in debito. 60. 278. ad 188
Videatur ſummarium poſt n. 277. capitis primi collocatum.
Communicatio quoad habitationem,debiti petitionem, & redditionem, & alia obſequia non licet, vbi vterque coniux eſt excommunicatus propter matrimonium illicitè contractum, & de cuius valore lis eſt.63.291.Neque licet,ſi coniuges excommunicati eſſent diuortio ſeparati; qui tamen non obſtante excommunicatione poſſent reconciliari; & poſtea communicare licitè poſſunt, & teneantur quoad obſequia coniugalia. ibid.291.
Excommunicato non datur actio iudicialis ad petendum debitum, competit tamen priuata. 61. n.283. intellectus ad *cap. quoniam multos 11. quæſt.1. & cap. inter alia. de ſent. excom.* 60. 281. & 61.286.& 62.288.& 63.289.
Famuli mercenarij, & ruſtici, qui cum peccato ſe ſubiecerunt Domino excommunicato nominatim denunciato an poſſint ei communicare. cap. t.n.289.
De excõmunicatione lata in Tridẽt.contra impediẽtes fœminæ volũtatẽ velũ accipiẽdi, vel voti emittendi,371.67.68.& ſeqq.& alia excommunicatione in eodem Tridentino lata contra cogentes fœminam ad ingrediendum Monaſterium, vel habitum religionis ſuſcipiendum, vel ad profeſſionem emittendam; & dantes ad id conſilium auxilium fauorem,&c. latiſſimè. 373.84.ad 98.
Quãdonam permittatur cogere aliquem virum, vel aliquam fœminam ad ingrediendum in Monaſterium. 374.94.98.
Vide, *Metus, Parentes, Sacramenta.*

Expoſitio fœtus.

Exponentes proprium filium ad Xenodochium eum necare cenſentur. 40.216
Expoſitio filiorum repugnat obligationi illos rectè educandi. 374.101

Expulſio ſeminis.

Vide, *Abortus, Semen.*

F.

Feriarum tempora.

Vide, *Verbum ſequens.*

Feſtum.

IN diebus quibuſcunque feſtis,Rogationum,& ieiuniorum reddere debitum coniugale eſt licitum, & obligatorium. 204.80. neque vt eſt mortale exigere. n.82
An vero ſit veniale;& an ſaltem conuenientiſſimum ſit non exigere,& quid ſi exigatur in contemptum diei feſti. ibid. 82. ad 87.
Ad quid obliget præceptum de feſtis colendis. 205. 87.

Fides diuina.

Fides Catholica eſt prima ſemita, qua tendimus ad poſſeſſionem ſummi boni, & fundamentum ſpiritualis ſtructuræ; & ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem in omni ſtatu ſecundum modum reuelationis, aut prædicationis pro temporum, aut perſonarum varietate factæ. 354.12.
In lege noua omnes tam maiores, quam minores, ad quos Euangelicæ veritatis promulgatio ſufficienter peruenit, obligati ſunt credere explicitè fidei Chriſtianæ myſteria in ſymbolo contenta. ibidem. 13.
Etiam ad notitiam ſacrificij miſſæ, ſacramentorum, præceptorum Dei, & Eccleſiæ, orationis Dominicæ, & ſalutationis Angelicæ tenentur fideles. 355.14.
Vide, *Educatio filiorum, Parentes.*

Filiorum educatio, & Inſtitutio.

Vide; *Educatio.*

Finis.

Vide, *Actus coniugalis.*

Fiſcus.

Vide, *Pœna.*

Fœmina.

Fœmina nupta, quæ non poteſt parere ſine vitæ periculo, vel niſi fœtum mortuum validè contrahit matrimonium. 33.175.
An teneatur reddere debitum.. ibid.175
An poſſit licitè reddere, & petere debitum; & vir eſt teneatur reddere. ibid.174.&34.177. Sciens ſuum defectum peccat contrahendo matrimonium. ibid.178.

Fœtus.

Fœtus animatus anima rationali adhuc exiſtẽs in vtero materno ſitne verus homo.293.68.& 69. ſi ſit mas quadrageſimo,ſi fœmina octuageſimo à conceptionis die animatur.294.72. in dubio præſumitur maſculus quoad irregularitatem incurrendam,& quoad pœnam. ibid.
Fœtus animatus matre prægnante mortua an poſſit pro aliquo tempore, & pro quanto, vt per ſectio-

nem matris poſſit viuus educi an poſſit ſuperuiuere; an vero neceſſario cum illa moriatur. 321. 145.146.147

Fœtus in vtero matris exiſtens ante ſeptimeſtre non eſt ſufficienter maturus, nec vitalis. 345. 227. Octimeſtris in aliquibus regionibus eſt vitalis; vt plurimum non eſt vitalis; & quæ cauſæ, cur non ſit vitalis. 346.228

Vide, *Prægnans*, *Sectio*.

Fornicans, Fornicaria copula, Fornicatio.

Fornicans non aptus effundere ſemen generationi aptum, vt eunuchus committit duplex peccatum. 290.62. in coitu fornicario ſi fœmina iam ſeminauit, vel ſit periculum ſeminationis teneatúrne vir continuare coitum, donec ſeminet, vel deſiſtere à coitu etiam cum periculo ſeminandi extra vas. ibid. 63. & 64. Qui ſe præparauit ad copulam fornicariam tenetur ab ea abſtinere etiam cum periculo effuſionis ſeminis extra. ibid. 65. Mulier fornicans pœnitens criminis licitè poteſt, & tenetur ſe abſtrahere, ne ſemen viri recipiat. ibid. 66

Fructus.

Vide, *Epiſcopus*, *Pœna*.

G.

Gemelli.

GEmelli, ſi ex vtero matris ſecto ſimul educantur, quis eorum habeat ius ſuccedendi in primogenitura, aut regno. 347.235

H.

Habitare.

Vide, *Cohabitare*, *Pactum*, *Vxor*.

Homicidium, Occiſio.

HOmicidium inter & fornicationem, ac pollutionem diſcrimen. 305.104. & 306.106

Occidentes alios per aſſaſſinos an ipſo facto, & ante ſententiam amittant beneficia. 146.106

Vide, *Innocentes*, *inuiſus*.

Homo.

Vide, *Fœtus*.

Honor.

Honor, & fauor ſunt minus bonũ quàm vita. 303.97

Ad tuendum nudum honorem, & famam non licet exponere ſe certæ morti; vel mortis morali periculo. ibid. illud, *Pro honore moriendum*, quomodo intelligendum. ibid.

I.

Ieiunium.

à IEiunio de præcepto excuſatur vxor, ne deformis reddatur, & inde exoſa ſit marito. 22.110

Item excuſatur, ſi vir ei præcipiat, vt ieiunet, & ex inobedientia orituta eſſent ſcandala, rixæ, aut diſcordiæ. ibid. 112

Tunc an debeat requiri ſuperioris diſpenſatio. ibid. 123.124. Peccaret grauiter vir faciens tale præceptum ſine rationabili cauſa. ibid. 125. & ſi præciperet in contemptum ieiunij & præcepti Eccleſiaſtici, vxor non excuſaretur à ieiunio. ibid. 126

Fœmina, quæ nubere optat, excuſaretur à ieiunio, quo deformis redditur ad nuptias difficilius contrahendas. ibid. 121.

Parentes & Patresfamilias in diebus ieiuniorum filiis, & aliis de familia cœnam miniſtrantes an peccent. n. 100.374

An, & quando liceat adminiſtrare carnes in die Veneris, vel cœnam in die ieiunij. 51.245

Vide, *Debitum Coniugale quoad obligationem*, &c. *Prægnans*.

Ignorantia.

Ignorantia triplex, iuris, facti, & pœnæ. 161.153

Ignorantia inuincibilis facti, ſcilicet, conſanguinitatis, vel gradus excuſat coniugem inceſtuoſam à pœna priuationis iuris petendi debitum. ibid. 154

Ab huiuſmodi pœna an excuſet ignorantia inuincibilis iuris Eccleſiaſtici talem pœnam imponentis. 162.156. & 157. An etiam vincibilis, & culpabilis iuris, & facti etiam craſſa. 164.160. Quid ſi ignorantia fuerit ita craſſa, vt ſit ingens temeritas. ibid. 161. Quid ſi fuerit affectata. 165.163.164. Et quid ſi coniux inceſtuoſus ſciat ius Eccleſiaſticum, ignoret vero pœnam ipſam priuationis iuris petendi. 169.79

Ignorantia inuincibilis facti, vel qualitatis facti, pro quo à lege humana impoſita eſt pœna excuſat à pœna, etiam vbi datur opera rei illicitæ, vel etiam eſſet ignorantia concomitans. 161.155.

Ignorantia facti concomitans inuincibilis non poteſt inducere reſtituendi obligationem, excommunicationem, aut irregularitatem; & qualiter necexcuſet à peccato, nec accuſet. ibid.

Volens percutere Titium laicum ex errore inuincibili percutientis Caium clericum excuſatur à cenſura. ibid.

Sciens actum eſſe prohibitum iure naturali, aut diuino; aut antiquiori humano ignorans inuincibiliter nouam humanam prohibitionem ſub cenſura, vel alia pœna latæ ſententiæ an excuſetur ab illa pœna, licet non à peccato. 162.156. & 163.158.

Regula, quod ignorantia facti non iuris excuſat, intelligitur quoad forum externum, in quo ignorantia iuris communis, & publici regulariter non præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda. ibidem. 59

Ignorantia vincibilis etiam craſſa excuſat à pœna impoſita facienti ſcienter actum prohibitum, vel ei, qui præſumpſerit, vel auſus fuerit facere. 164.160. & quid ſi fuerit ita craſſa vt ſit ingens temeritas, vel fuerit affectata. ibidem. 162. & 165 163.164

Ignorantia craſſiſſima importat latiſſimam culpam, & in iure æquiparatur dolo. 164.162

Ignorantia affectata in iure æquiparatur ſcientiæ. 165.163

Ignorantia ſolius pœnæ cum ſcientia legis, ſeu iuris poſitiui delictum prohibentis, & punientis, ſi ſit inuincibilis an excuſet ab eadem pœna, referuntur quinque ſententiæ. 165.ibid.ad 175

Ignorans reſeruationem peccati, conſcius tamen malitiæ an poſſit abſolui à non habente facultatem in reſeruata; & quando reſeruatio ſit pœna. 168.176

Ignorantia iuris, & facti triplex, inuincibilis, vincibilis indirectè volita, & vincibilis directe volita, quæ dicitur affectata. 169. 181. Vincibilis culpabilis mortaliter an alia ſit non craſſa, alia craſſa & ſupina. ibid. & 170.182. Craſſa, & ſupina quæ ſit. ibid.

Ignurantia vincibilis etiam mortaliter culpabilis excuſat ab incurrendis cenſuris. ibid. 183. Non excuſat affectata, ſi pœna ſit abſolutè impoſita facientibus; ſecus ſi ſcienter facientibus. ibid. 184. Neque etiam craſſa, & ſupina excuſat. ibid. 185. & 186

Ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis non craſſa, aut ſupina an excuſet à cenſuris, & irregularitate ex delicto, & à cæteris pœnis abſolutè per legem, vel ſtatum impoſitis, 171.187.ad 190

Ad incurrendam irregularitatem homicidij non ſufficit leuiſſima, vel leuis culpa, ſed exigitur lata. 172.191

Obliuio, ſeu inaduertentia, aut inconſiderantia, in quo diſtinguitur ab ignorantia propriè. ibid. 192. Obliuio, ſeu inaduertentia actualis iuris, vel facti, vel pœnæ admittit diuiſiones ignorantiæ, & excuſat eodem modo, & in iiſdem caſibus, in quibus ignorantia ipſa excuſat à culpa, vel à pœna. ibid.

Illegitima filia.

Vide, *Educatio filiorum.*

Impedimentum.

Quando alter coniugum ſcit matrimonium eſſe nullum ob impedimentum quodcunque, quod ſit occultum, & improbabile in foro externo, nullo modo poteſt petere, aut reddere debitum coniugale, etiamſi ad id per excommunicationem cogeretur. 85.43

Si vnus coniux aſſeneret alteri ſe non conſenſiſſe, vel ſubeſſe impedimentum dirimens occultum, iſte non tenetur credere, niſi adducantur coniecturæ conuincentes ad credendum. 86.44. An poſſit eidem aſſerenti negare debitum, ſi de nouo non conſentiat, vel non tollat impedimentum. ibid.45.& 46. Quid ſi alter ſe retractet, an tunc illi reddendum ſit debitum. num.48. Quid ſi aſſerenti nullitatem matrimonij alter credat; an tunc iſte poſſit petere, & reddere. ibid.49.50.51

Vide, *V. Sequens.*

Impotens, Impotentia coëundi.

Naturalis impotentia coëundi temporalis non eſt impedimentum dirimens matrimonium. 24.134. Cenſetur talis ſeu temporalis tam ex parte viri, quam ex parte fœminæ, cuius impedimentum poteſt humana induſtria tolli abſque mortis, aut grauis morbi periculo, & abſque peccato, & poſtea habilitas ad coëundum ſit diuturna. ibid. 135. ad 140. Cur talis impotentia non impediat valorem matrimonij, & mutuam obligationem ad copulam. 25.141. Impotentia temporalis etſi ignota alteri contrahenti; non dirimit matrimonium. 24.140

Impotentia perpetua quæ ſit. ibid.

Si vir ſit impotens reſpectu virginis, potens autem reſpectu corruptæ, an cenſendus ſit ſimpliciter potens etiam ad virginem; & valeat matrimonium cum virgine contractum. 26.147

Quando mulier nupta nullatenus poteſt probare impotentiam in foro externo; & cum illo experta eſt triennio, non poteſt petere, & reddere. 85.43

Quando poſt matrimonium contractum ratum, aut conſummatum factus eſt impotens ad penetrandum vas vxoris; & ad ſeminandum intra illud, vel vxor effecta eſt ita arcta, vt nequeat ſemen recipere, & deſperatum eſt, vt poſſint perfectam copulam habere, non eſt licita copula, nec conatus ad illam. 231.181

An eo caſu liceant coniugibus tactus turpes, & oſcula, & amplexus. num.182

Si non conſtet de perpetua impotentia, ſed ſit aliqua ſpes habendi copulam perfectam, & ſeminandi intra vas, illis licitum eſt conari ad copulam. 233. 187. Quantum temporis ſpatium requiratur, & ſufficiat ad faciendam huiuſmodi experientiam. 234.184. Quid ſi vir ſibi perſuadeat fore, vt illa vice non poſſit penetrare vas, & permaneat dubium de perpetuitate impotentiæ. ibid.185

Si vxor ſolum non poſſit ſemen intra vas receptum retinere, nec ſit ſpes retinendi, an tunc ſit illicita copula. ibid.186

Vide, *Arcta.*

Inaduertentia.

Vide. *Ignorantia.*

Inceſtuoſus, inceſtus.

Si ab inceſtuoſo alter innocens ſemel debitum petierit vel ei reddiderit, an teneatur poſtea eidem exigenti reddere. 52.251

Coniugi, qui ſuper inceſtu ſeu impedimento affinitatis, vel cognationis obtinuit diſpenſationem altero renuente eſt reddendum debitum. ibidem fine.

Vir cum conſanguinea vxoris in gradu, de quo infra, habens copulam carnalem inceſtuoſam ſufficientem ad inducendam affinitatem priuatur iure exigendi debitum, nec poteſt illud petere; & idem de vxore habente ſimilem copulam cum conſanguineo viri: etiamſi ſit iuuenis, & expoſitam incontinentiæ periculo; & copula ſit occulta; & coniux innocens ſciens inceſtum debitum reddidiſſet. 120.3.ad 6

Coniux conſentiens Inceſtui alterius an priuetur iure petendi. 121.7

An coniux qui inceſtum cum propriis conſanguineis commiſit. ibid.8. Quid ſi habeat copulam cum affine ſui coniugis. ibid.9. Quid ſi cum eo, vel cum ea, cum qua habet publicæ honeſtatis iuſtæ impedimentum. ibid.10

Si vterque coniux poſt contractum matrimonium ſcienter contraxit affinitatem ſiue animo defraudandi debitum coniugale, ſi abſque tali animo, an vterque maneat priuatus iure petendi. ibid. 11.12

Coniux poſt contractam ſcienter cum altero affinitatem petens debitum an peccet ſolum venialiter, an vero mortaliter, ſi petat abſque præuia diſpenſatione. ibid.13

Qui cum coniuge inceſtuoſo ad petendum debitum coniugale poſſint diſpenſare. 122.14. Hæc diſpenſatio poteſt obtineri altero coniuge inuito, qua obtenta alter tenetur reddere. ibid.15.& 16

Abſque diſpenſatione an poſſit coniux inceſtuoſus aliquando petere licitè. ibid.17

Coniux inceſtuoſus iure exigẽdi priuatus alteri coniugi innocenti petenti tenetur reddere. num.18. non poſſet autem licite reddere alteri pariter inceſtuoſo. ibid.19

D. Io. Angelus Boſſius, De effectib. contr. Matr.

Coniux, qui ob inceſtum contraxit affinitatem cum altero ante conſummationem, an teneatur ingredi religionem; an verò elapſo bimeſtri poſſit licite reddere, & teneatur. 122.20. An primo bimeſtri. 123.21

Quoto conſanguinitatis gradu debeat eſſe alteri coniugi coniuncta perſona carnaliter cognita ab altero coniuge, vt iſte priuetur iure petendi. ibid.21. 22.23.24.

Prædicta priuatio iuris petendi debitum orta poſt matrimonium ex inceſtu an incurratur ante iudicis ſententiam, & an ſit pœna propria, & vera. 124. 25.& 26

Vxor vi abſoluta cognita à conſanguineo viri non priuatur iure petendi debitum. 159. 148. Quid ſi metu leui cõmittit iniuſtum. num 149. & 150. Quid ſi ex conſenſu vel præcepto mariti conſenſit in copulam inceſtuoſam, an poſſit, & teneatur non reddere eidẽ marito. 160.151. Quid ſi metu graui conſenſit in copulam inceſtuoſam, an tunc priuetur iure exigendi debitum. ibid. 151. & 152

Vide, *Affinitas, Cognatio ſpiritualis, Ignorantia.*

Incontinentia.

Vide, *Debitum coniugale.*

Infamia.

Infamiæ definitio, vt quis dicatur infamis. 156. 137. Infamia facti abolentur per contrarium factum, & emendationem abſque ſuperioris diſpenſatione. 157. 139. Quibus delictis incurratur infamis iuris. ibid.140

Infamia iuris de iure canonico non incurritur ipſo facto ex omni crimine enormi depoſitione digno, ſed tantum in caſibus à iure expreſſis. ibid.141

Infans.

Vide, *Baptiſmus.*

Infidelis.

Vide, *Baptiſmus, Educatio filiorum.*

Infirmus.

Infirmus ad vitam ſuam conſeruandam regulariter non tenetur vti remedio difficili, & valdè dolorifero; puta, pati membri v.g. pedis, vel manus abſciſſionem. 326.160. Secus ſi eſſet perſona communitati, ſeu Reipub. valdè vtilis, aut neceſſaria; quo caſu etiam poſſet cogi ad remedium aſperum adhibendum. 327.161. Conſiderata ſalute infirmi ſola non poteſt ab vllo cogi ad vſum remedij aſperi. ibid.162

Secus ſi remedium ſit facile, tunc enim à Prælato, vel patre cogi poſſet, &c. ibid.163

Fœmina grauiſſimo morbo in pudendis laborans etſi poteſt, non tamen tenetur admittere curationem à Chirurgo faciendam. ibid.164.

Infirmus etiam periclitans nõ tenetur procurare medicinam magnis valoris, ſed ſufficit ei, ſi vtatur remediis ordinariis & communibus. 318.165

Æger moribundus, ſeu quaſi deſperatus non tenetur ſumere cibum, aut medicinam, ſi non poteſt niſi cum ſummo labore, vel horrore deglutire. ibid.166

Horror medij vxori ad vitam conſeruandam excuſat à peccato repudiationem talis medij. ibid. 167

Si dolores in abſciſſione membri non ſint magni, ſed faciles, an infirmus ad vitam tuendam teneatur illam pati. 319.169

Infirmus etſi periculoſus an poſſit licitè reſpuere omnia remedia committẽs ſe diuinæ prouidentiæ. An teneatur vocare medicum; an medicus teneatur talem infirmum reluctantem curare; & poſtea an tam ipſe, quam alij qui infirmo miniſterium exhibuerunt eo inuito, poſſint expoſcere impenſas curationis, medicamentorum, & ſeruitutis, etiamſi infirmus moriatur. ibid.170.ad178

Infirmus tenetur abſtinere à cibis nociuis, & à nimia inedia; & quid ſi cibus creditur allaturus leue tantum nocumentum. 321.179

Inhabilitas.

Inhabilitatis pœna ad aliquid agendum, vel recipiendum ipſo iure impoſita delicto à delinquente incurritur ſtatim ante criminis declaratoriam, quando alioqui lex, & pœna eſſet inutilis, ſi deberet expectari ſententia iudicis. 151. 120. Explicatur exemplis. ibid. 121. Inhabilitatis pœna ad obtinenda in poſterum beneficia, officia, &c. ipſo facto à lege irrogata an in foro conſcientiæ à Reo incurratur ante declaratoriam criminis. ibid.122.123.& 152.124. Quid de inhabilitare ad teſtandum num.127. Quid ſi lex dicat: Ipſo facto, & abſque declaratione ſint inhabiles. 153. 125.126

Vide. *Pœna legalis, Vox actiua, & paſſiua.*

Innocens, Innocentis occiſio.

In bello iuſto licita eſt occiſio innocentium, vbi nocentes non poſſunt occidi, niſi etiam concomitanter innocentes occidantur. 306.106. & 307. 111

Qui ab iniuſto aggreſſore inuaſus equo currens per anguſtam viam aliter non poteſt euadere, & vitam propriam tueri, quam curſu conterendo puerum, vel dormientem in via, aut ambulantem in flumen impellendo, an licite poſſit ſuum curſum proſequi cum illo periculo obtritionis, & impulſionis, &c. 306.106.& 307.112

Iniuſtè inuaſus cum aliter nequit ſe tueri, poteſt licitè vibrare enſem diſtrictum contra aggreſſorem ſe puero protegentem, vt illum feriat, licet etiam puerum concomitanter ferire neceſſe ſit. 308.113. Non poſſet vero licitè prius vno ictu occidere, ſeu ferire puerum, vt poſtea facilius aggreſſorem impetere poſſit. ibid.114

Inuaſus ab ebrio, vel inſano, ſi nequit aliter ſe ab illo defendere, poteſt illum licitè occidere. 309. 115. Quid ſi ebrius inuaſor eſſet moriturus in peccato. 316.136

Vide, *Charitas.*

Inſtitutio filiorum.

Vide, *Educatio filiorum.*

Inuaſus.

Iniuſtè inuaſus poteſt licitè occidere inuaſorem moriturum in peccato mortali, ſi aliter non poteſt ſe ab eo defendere. 38.205. & 39.207.209. & 316.135

Si tamen ſibi nullius culpæ ſit conſcius, licitè, & laudabiliter poteſt iuri ſuo cedere, & ſinere ſe occidi, ne inuaſor in ſtatu peccati mortalis decedat. 39.207.& 316.135

Virnobilis, vel militans ab aliquo inuaſus non tenetur cum graui nota infamiæ, & dedecoris fugere, ſed poteſt inuaſorem confodere. 303.97. Secus clericus, aut religioſus. ibid.

Iniuſtè inuaſus ad ſuæ vitæ defenſionem ſiue ſit laicus, ſiue clericus, aut regularis poteſt licite occidere iniuſtum inuaſorem, ſi aliter non poteſt ſe tueri. 311.124. Etiam directè intendendo illius mortem vt medium neceſſarium ad propriam vitam conſeruandam. 312.126

Vide, *Charitas*, *Innocens*.

Irregularitas.

Irregularitas contrahitur abſque culpa. 15.81

Prægnans.

Vide, *Coniuges*, *Ignorantia*, *Pœna legalis*.

Irritatio votorum, Irritandi poteſtas.

Irritatio voti quid ſit. 243.2. Duplex irritatio, vna propria, & directa altera indirecta, & impropria, quæ propriè ſuſpenſio. 244. 4. Qua ratione differant quoad tollendam obligationem voti. ibid. 5. Directa eſt actus ſolius dominatiuæ poteſtatis; indirecta poteſt eſſe actus dominatiuæ poteſtatis, & iuriſdictionis temporalis, vel ſpiritualis. ibid. 6. Directa & indirecta à poteſtate dominatiua procedens non eget vlla cauſa, vt validè fiat. ibid. 7. An etiam licitè & abſque vlla culpa etiam veniali. 249.8. & 9. Vtraque irritatio poteſt fieri vonente inuito. ibid. 10

Poteſtas irritandi vota in eos, quibus competit, an deriuet ex iure naturali, vel poſitiuo humano. ibid. 11. & 250.12. & 13

Vxor in votis an ſubiiciatur marito quoad materiam promiſſam, & quoad voluntatem, an vero tantum quoad materiam promiſſam; anque poſſit maritus omnia & quæcumque vota vxoris conſtante matrimonio abſque eius licentia emiſſa irritare directè, & perfectè, licet ſibi nullo modo præiudicent. 247.15. ad 19. An vxoris vota faciendi eleemoſynas de bonis paraphernalibus, vel de communibus, recitandi aliquas preces, & moderatæ abſtinentiæ; peregrinandi in ſubſidium Terræ Sanctæ, aſſumendi habitum tertij Ordinis S. Franciſci, non petendi debitum, perfectæ caſtitatis contracto matrimonio abſque eiuſdem viri licentia emiſſa. 281.18. ad 24

Maritus an poſſit perfectè irritare omnia vota etiam caſtitatis ab vxore abſque eius licentia ante matrimonij contracti conſummationem pro tempore matrimonij implenda. 250.25.26. & 27. An votum Religionis pariter ante conſummationem abſque eiuſdem mariti licentia emiſſum; & quid ſi eo neglecto vxor ſponſa conſummet matrimonium ibid. 38. An vota abſque eius licentia ab vxore emiſſa implenda tempore ſoluti matrimonij. 251 29. ad 33

Superior an poſſit irritare vota inferioris relata in tempus libertatis, & non ſubiectionis. 251. 32. In dubio an vxor, vel ſubditus diſtulerit executionem voti in tempus libertatis an maritus, & ſuperior poſſit illud irritare. 252.33

Vota vxoris conſtante matrimonio emiſſa abſque eius licentia an maritus adulter poſſit irritare, & an vxor adultera vota viri. ibid. 35. ad 37

Facto legitimè diuortio an vterque coniux poſſit vota alterius irritare, quæ poterat ante diuortiũ, & quid ſi ſequatur reconciliatio; vel ſi poſt diuortium votum caſtitatis, vel religionis ante diuortium factum confirmetur, vel emittatur, & poſtea ſequatur reconciliatio. 253.38. ad 41

An peccet mulier contrahens matrimonium, vel poſt diuortium legitimè factum reconcilians ſibi maritum adulterum, ſciens ſe impediendum ad exequendum votum, quod non ſit caſtitatis, vel religionis. 253.40

Vota vxoris emiſſa ante matrimonium dum erat ſui iuris; & cuiuſcunque ſubditi ante ſubiectionem, & tempore libertatis emiſſa non poſſunt directè irritari, vt amplius non teneant. ibid. 43. 44. Poteſt maritus ea vota irritare imperfectè, ſeu ſuſpendere, quatenus eorum executio ſibi aut domeſticæ gubernationi eſt præiudicialis. 254.45. Vota de rebus neceſſariis, caſtitatis, aut religionis ante matrimonium ab vxore emiſſa non poteſt maritus nec imperfectè irritare. ibid. 46 & 48. Quid ſi ſint vota realia, vel de eleemoſyna facienda. num. 49. 50. Omnia alia vota vxoris ante matrimonium emiſſa præter prædicta an poſſit vir impedire quoad executionem. 255.52. In dubio an votum ſit emiſſum ante vel poſt matrimonium, aut ſubiectionem quoad poteſtatem irritandi, præſumendum fuiſſe emiſſum poſt ſubiectionem. ibid. 53

Obligationem vxoris homini factam ante matrimonium vir nullo modo irritare poteſt. ibid. 50

Vota vxoris perſonalia, vel realia ante matrimonium facta tempore prioris mariti, vel dum erat patri vel curatori ſubiecta; vel dum erat pupilla, aut minor, ſi nondum fuerint irritata, an maritus poſſit perfectè irritare, vel ſolum eorum executionem ſuſpendere. 256.56. ad 71. vide ſummarium cap. 8.

Duplex poteſtas dominatiua ſubſequens, vna moraliter eadem cum priori; altera moraliter diuerſa. ibid. 57

Maritus, & quilibet ſuperior æqualis ſuccedens an poſſit validè, & licitè irritare vota vxoris, & ſubditi de licentia prioris mariti: vel ſuperioris emiſſa. 257.61.62.63

Prælatus regularis, Dominus, Herus, Magiſter an poſſint irritare vota impuberum, qui ante illorum ſubiectionem illa emiſerunt carentes patre, & tutore. 258.67.70. & 71

Maritus, & quilibet ſuperior, qui conceſſit vxori. & ſubdito licentiam vouendi, re integra poteſt illam reuocare. 259.72

Vota vxoris præter caſtitatis, & materiæ neceſſariæ, & aliorum ſubditorum etiam non impuberum emiſſa de licentia mariti, vel ſuperioris an poſſit maritus, & ſuperior validè irritare. ibid. 73.74. Quid ſi vota fuerint realia. num. 75. Quid ſi emiſſa in tempus non ſubiectionis implenda. 260. 76. Quid ſi maritus vel ſuperior dixerit ſe concedere facultatem vouendi irreuocabilem. ibid. 77. Quid ſi res voto promiſſa ſit iam tradita. 261. 78

Votum, vel iuramentum vxoris in fauorem tertij de materia viri diſpoſitioni ſubiecta, & de bonis dotalibus abſque eius licentia emiſſum poteſt vir irritare. ibid. 80

Taciturnitas ſuperioris ſcientis votum ſubditi non inducit voti approbationem. ibid. 81. Quid ſi habeat internum conſenſum, vel fictè exterius conſentiat in votum. 262.82

Licentia donandi, vel faciendi aliquid ſubdito conceſſa non includit facultatem emittendi votum donandi, vel faciendi. ibid. 83. Et ſi conceſſa licentia donandi homini cenſetur etiam data licentia promittendi. ibid.

Votum maritus, & quiuis ſuperior, qui vxori, & ſubdito dedit licentiam vouendi, vel votum emiſ-

ſum approbauit, peccet illud irritādo, an venialiter vel mortaliter; & quando excuſetur à culpa; ſi abſque cauſa irritet ipſe tenetur implere; an & qualiter peccet vxor, & ſubditus abſque cauſa petens irritationem; & quid ſi ſit dubius de ſufficientia cauſæ. 263.84.ad 91

Maritus an poſſit validè irritare votum caſtitatis, vel de rebus neceſſariis ab vxore de eius licentia emiſſum. 264. 92. & 93. Quid ſi vterque coniux mutuo conſenſu vouit caſtitatem abſolutam. 265. 94.& 95. Quid ſi poſtea reſcindant mutuum pactum. n. 96. Quid ſi vterque mutuo conſenſu vouit religionem, vel maritus ordinis ſuſceptionem, aut religionem, vxor caſtitatem. 266.97. Quid ſi mutuo conſenſu ambo emiſerunt votum non contrahendi aliud matrimonium, vel dandi calicem Eccleſiæ. ibid.98.

Votum vxoris caſtitatis, aut religionis mutuo conſenſu tempore prioris matrimonij emiſſum, an poſterior maritus poſſit irritare validè, & licitè. ibid.99

Vota ſemel irritata ab habente poteſtatem dominatiuam irritandi ratione dominij voluntaris voueutis & materiæ promiſſæ non reuiuiſcunt ceſſante ſubiectione.374.100. Quid ſi ſolum ratione dominij in materiam promiſſam. ibid.101

Vota filiorum impuberum, & puberum, religioſorum, vxorum & ſeruorum an verè irritentur, aut tantum ſuſpendantur. ibid.101.ad 105

Vota vxoris, & aliorum ſubditorum conceſſa tempore ſui iuris ſuſpenduntur tantum quatenus præſenti ſubiectioni nocent. 376.106

Quando, & quibus verbis, ſignis, aut factis irritatio, vel ſuſpenſio cēſeatur facta à marito, vel ſuperiore habente cognitionem voti, & quid in dubio an ſit irritatio, vel ſuſpenſio. 381.125. Propoſita ſuperiori ſola ſubſtantia voti in genere an valeat irritatio. ibid.126.127

Superior omninò voti inſcius poteſt illud irritare ſub conditione, ſi illud ſit emiſſum. ibid.126

Poteſtas dominatiua irritandi extenditur etiam ad vota merè interna nullo modo exterius expreſſa. ibid. Implere votum irritatum an, & quando ſit peccatum. 382.128

Vxor an & quæ mariti vota irritare poſſit. 273.118. ad 147. Videatur Summarium ante caput octauum collocatum circa finem. Vbi diſtinctè notantur, quæ hic poſſunt deſiderari.

Vide, *Votum*, *Votum caſtitatis*, *&c.*

Iudex.

Vide, *Educatio quoad eos, apud quos filij educari debeant.*

L

Lactans, Lactationis tempus.

VXor an eo tempore, quo lactat filium teneatur reddere debitum, & an maritus licite exigere poſſit præſertim ad euitandam incontinentiam. 40.212.ad 217.&285.37

Nutrices, quæ alienos filios nobilium lactant, qualiter peccent exercendo actum coniugalem. 41. 218

Leproſus coniux.

Coniugi Leproſo alter ſanus cum periculo grauis infectionis non tenetur reddere debitum, & an & quando reddere teneatur & poſſit licitè, & quando ex copula coniugali; vel cohabitatione cum coniuge leproſo immineat ſaoo periculum infectionis.35.181.ad 200. Huc ſpectaotia videantur diſtinctè notata in ſummario ante.num 167.31. capitis primi collocatum; inutiliter enim hic iterum notarentur.

Proles ſana gignitur ex leproſis. 37.197

Lepra hodierna non eſt ita contagioſa ſicut antiqua Iudæorum. ibid.

Filij debent educari apud coniugem ſanum. 38.201

Lex.

Lex generalis prior limitatur per poſteriorem ſpecialem, & lex poſterior generalis limitatur per priorem ſpecialem.12.63. Lex generaliter loquens non ſolum limitatur per legem ſpecialem, ſed etiam per rationem alterius legis. ibid.fine.

Lex generalis negatiua generaliter intelligenda eſt, licet maior ratio in vno caſu militet quàm in alio. 13.68

Lex humana debet eſſe humanæ fragilitati accommodata, poſſibilis, nec valdè difficilis. 126.32

Vide, *Pœnalis lex.*

Lis.

Iure canonico an poſſit eſſe lis inter patrem, & filium. 177.14

Vide, *Dubium Reſtitutio.*

Locus ſacer.

Vide, *Eccleſia vt locus ſacer.*

Luxuria.

Immoderatus coitus vires corporis debilitat, multiplices morbos gignit, & ſenectutem accelerat. 8. 39. Mala alia luxuriam conſequentia explicantur.363.34. Adoleſcentes vtriuſque ſexus proni ad laſciuias, & venereas delectationes. ibidem 369.54

M

MAlum morale tametſi veniale non poteſt fieri, vt eueniat bonum etiam matrimonium. 341.215

Illud Theologorum; *licere minus malum alteri ſuadere, ſeu conſulere ad euitandum maius*, quomodo intelligendum. 342. 217. Quamuis liceat conſulere alteri minus malum morale ad euitandum maius peccatum, minimè tamen licet ſibi tali conſilio vti. ibid.

Mancipia.

Vide, *Seruus.*

Maritus.

Maritus eſt caput mulieris, illique præeſt quoad regimen, & quoad officia domeſtica. 3.13

Vide, *Cohabitatio*, *Coniux*, *Debitum*, *Irritatio votorum*, *Votum.*

Mater.

Vide, *Pregnans*, *Sectio.*

Matrimonium

Matrimonium, Matrimonij conſummatio.

Matrimonium de præſenti prius contractum præfertur ſecundo, etiam copula carnali conſummatum. 2.3

Quis aliquando, vt ad mllendas ſeditiones, vel magnas lites, & diſcordias, aut ad euitanda bella, & cædes in Republica tenetur matrimonium contrahere, & eo vti. 4.27

In principio mundi, & in principio reparationis illius poſt diluuiom ſinguli homines in particulari ex præcepto iuris naturalis, & diuini obligabantur ad matrimonium contrahendum, & vacandum generationi. ibid.28

Si modn peſte, aut bello deficerent omnes homines præter religioſos, an hi ex eodem præcepto tenereotur matrimoniom contrahete, & eo vti? 5.29

Per copulam violentam conſummatur perfectè matrimonium, & contrahitur affinitas. 14.77.78.79. Conſummatur per illam copulam, ad quam ſequi poteſt generatin prolis quacumque arte ſemen viri penertet vas muliebre. 16.95. Non cnnſummatur per oſcula, tactus, & ſeminationem extra vas. ibid. 6. Neque etiam in foro conſcientiæ, & coram Deo cnnſummatur per ſolam vaſis penetratinnem ſine ſeminatione, licet quoad forum exterius probata penetratione præſumeretur ſeminatio, & conſummatio. 16.97.98. Item in foro externo ex cohabitatiooe præſumeretur copula, & conſummatio intar matrimonium non fuiſſe conſummatum clare probaretur, puta ex aſpectn. 21.144

Si quis duxit ſponſam non virginem, & inter non conſummaſſe, ei creditur ante traductionem ſeu cobabitationem, ſecus poſt. ibid.

Ius homiois ad matrimnnium eſt à natura, oec poteſt tolli per legem humanam. 66.323.& 70.325

Quando dicerut certo conſtare, matrimonium eſſe nullum. 84.36.fine.

Matrmonij bona quæ ſint. 192.14. Qui fines intrinſeci, ad quos per ſe ordinator matrimonium, & qui extranei, ad quos ordinatur à contrabentibus. ibid.15

Vide, *Arcta*, *Certitudo*, *Fœmina*, *Impotentia*, *Mors*, *Seruus*, *Votum caſtitatis*, *&c.*

Medicamentum, Medicina.

Vide, *Infirmus*, *Pollutio*, *Pregnans*, *Sectio.*

Medicus, chirurgus.

Vide, *Infirmus*, *Pregnans*, *Sectio.*

Membrum.

Vide, *Infirmus*, *Vita*, *Vita abbreuiatio.*

Menſtruum, Menſtrui tempus.

Menſtrui præternaturalis tempore licita eſt copula coniugalis. 208. 13. Etiam tempore menſtrui naturalis & ordinarij ad euitandum incononentiæ periculum in alterutro coninge; vel ad vitandum diſſidium, & odium coniugis. ibid. 14. 15. Extra prædictos caſus tempore menſtrui ordinarij licitū ſit necne petere, & reddere debitum cnniugale. ibid. 16. ad 29. Si vir en tempore petens debitum præuideat ſibi imminere periculum notabilis detrimenti propriæ ſalotis, peccat mortaliter. 281.24

Præceptum Leuitici de noo accedendo ad vxorem menſtrnatam an eſſet morale, & qua ratione cæremoniale, iudiciale, & morale. 28n. 16. & 282.25

Ex congreſſu com meoſtruoſa an ſeqoitur proles infecta, & monſtruoſa. 281.17.& 22

Tempore menſtrui naturalis, & ordinarij an mulier ſit inepta cooceptiooi. ibid.18.21

Meretrix.

Meretrix infecta morbo venereo, aot alio ſimili contaginſo non maniſeſtans talem mnibum volenti coire cum ea, & non reſiſtens an vltra peccatum luxuriæ peccer contra charitatem, & etiam teneaint ad expeoſas & damna peccanti ſubſequnta. 35.180

Metus.

Metus grauis noo excuſat à culpa in iis, quæ ſunt intrinſecè mala. 160.152. An excuſet a b excommunicatione, vbi actio, cui eſt annexa excommnnicatio latæ ſenteotiæ, ſit intrinſecè mala. ibid. 151. & 152

Chriſtiani captiui remigantes in triremibos Turcarum contra fideles ad id coacti metu graui mortis & ſimili an incurrant excommonicationem in Bulla Cœnæ latam cnntra ferentes opem infidelibus aduerſus Chriſtianos. ibid.

Modus coëundi.

Peruerſio, ſen variatio modi naturalis coëundi inter coniuges ſecluſo periculo pollurionis extra vas vxnris naturale, & ſecluſo ſcandaln nnn eſt peccatum mortale. 230.168. An, & quandn ſit, vel non ſit culpabilis venialiter. ibid. 169. & 170. Si experimento conſtet ex tali modo coëundi ſemen effundi extra vas fœmineum, vel iam receptum non retineri, eſſet mortale ſic coire. ibid. 171. Quid ſi non ex tali modo, ſed ex morbo temporali illa expulſio, vel non retentio ſeminis procederet, & alio modo, ſeo ſitu præſertim naturali retineretur. ibid. Quid ſi tantum pars aliqua elabatur extra vas naturale alia retenta. ibid. 172. Quid ſi cnniuges crederent eo modo coëundi nnn ita certo futuram prolis generationem. 231. 173

Monachus

Vide, *Carthuſienſes.*

Morbus.

Vide, *Debitum coniugale quoad cauſas excuſantes ab illo reddendo*, *Meretrix.*

Moribundus.

Vide, *Infirmus.*

Mors.

Vt liceat tranſitus ad ſecundas nuptias ſufficiatne prnbabilitas mortis prioris coniugis; an vero requiratur certitudo phyſica, & moralis. 85.42

Indicia ad cognnſcendum matrem prægnaotem & quemcumque ægrum obiiſſe. 322.147

Mulier.

Mulier præſertim teneriotis adhuc ætatis ſunt naturaliter loquaces. uum.59
Vide, *Arcta, Fœmina, Pregnans, Puella, Sectio.*

N

Natiuitas, Natus.

Filius ex ſecto matris vtero eductus an ſit habendus vti natus, & iuribus oatorum quoad ſucceſſiones, hæreditates, & legata, quæ filiis natis, & naſcituris competuot, potiatur. 347.232.233
Ætas filij ex ſecto ventre extracti, à die, ſeu tempore extractionis computatur. ibid.234

Neceſſitas extrema.

Cum duobus extremè laborantibus, & alioqui pe-rituris alteri ſiue alterius læſione non poteſt ſubueniri, licitum eſt vni ſubuenire cum læſione alterius non iniurioſa, & culpabili. 311.122
Vide, *Carnes, Carthuſienſes, Vita.*

Nullitas.

Nullitas actus pœna ipſofacto ſtatuta in odium delicti non habet effectum niſi poſt criminis declaratiouem. 158.145.& 169.177. Limitatur primo vbi actus ſemel valide factus non eſt capax irritationis. 158.146. Secundo, vbi ex legis tenore conſtat de contraria mente legiſlatoris. ibid.147

O

Obligatio

POſſitne obligari quis ad factū præcisè præſtandū, ita quod non ſufficiat ſoluere intereſſe. 185.61
Vide, *Coniuges, Debitum, Infirmus.*

Obliuio.

Vide, *Ignorantia.*

Octimeſtris partus.

Vide, *Fœtus.*

Opinio.

Vide, *Dubium.*

Ordo ſacer.

Vide, *Votum.*

Oza.

Oza qua de cauſa ob tactum Arcæ ſit à Deo percuſſus, & occiſus. 205.89

P

Pactum.

MVtuum pactum abſtinendi à petitione, & redditione debiti abſque voto caſtitatis à coniugibus initum eſt validum, & licitum: Qua ratione remitti poſſit; & alter alteri debeat debitum reddere: Et quid ſi illi mutuo pacto accedat iuramentum, vel votum caſtitatis. 111. 105.ad 109
Pactum de commorando in aliquo certo loco in perpetuum an, & quando valeat. 184.56. ad 60. Non continet ſeruitutem. ibid.60.& 186.66
Valet pactum quod vir perpetuò habitet in ciuitate, ſeu domicilio vxoris. 185.62. Non intelligitur ſuperueniente noua & graui cauſa recedendi, & mutandi domicilium, & quæ ſit iſta cauſa. ibid. Si maritus ſine iuſta cauſa pactum non obſeruat, non tenetur vxor eum ſequi. ibid. 63. Et ſi pœna pœna aliqua fuit pacto adiecta, poteſt cogi illam ſoluere. ibid. Et ope iudicis compelli, vt in loco promiſſo commoretur. ibid.64
Conditio maioratibus adiecta, vt ſucceſſor teneatur in certo oppido habitare, valet. 186.65
Valeatne pactum, quo quis locat ſuas operas in perpetuum, vel ſe obligat careeri. 184. 56.& 186. 66. Quid de pacto habitandi in certo loco à curatore adiecto legato. 184.56.& 186.67.68
Pactum in remiſſionibus iniuriarum appoſitum, ne offenſor, vel occiſor ingrediatur aliquam ciuitatem valet. 186.69. Illa priuatio ciuitatis non eſt propriè pœna criminalis, ſeu corporalis, ſed tantum ciuilis. ibid. Pactum illud non ingrediendi in ciuitatem an apponi poſſit à Procuratore habente mandatum ad conſtituendam pacem cum offenſo, etiamſi non fuerit expreſſum in mandato. 187.70

Parentes, Pater.

Parentes communicantes cum filia Deo dicata, quæ nupſit, an peccent. 372.82
Parentes promiſſione donorum inducentes filios ad opera virtutis an peccent. 371.64
Parentes, & ſuperiores legentes literas filiorum, & ſubditorum, quas vel ad ipſos alij, vel ad alios ipſi mittunt, non peccant. ibid.65
Pater melius cæteris præſumitur proſpicere vtilitati filiorum. 380.123
Parentes filio habenti votum caſtitatis & in concubinatu exiſtenti an poſſint licitè ſuadere matrimonium. 372.81. Dolo vel minis cogentes extra caſus in iure permiſſos filios, vel filias ad ſtatum religioſum aſſumendum mortifere peccant. ibidem 83
Patres cogentes filios, vel filias ad matrimonium, vel eos impedientes ne matrimonium contrahant; an & quando, & quàm grauiter peccent. 374.99
Vide, *Baptiſmus, Educatio, Excommunicatio, Fides diuina, Ieiunium.*

Parochus, Paſtor.

Parochiale beneficium obtinentes culpabiliter non ſuſcipientes ſacerdotium intra annum, an in foro conſcientiæ ſint priuari beneficio ante criminis declarationem. 145.101.& 102. Quid de Parocho non reſidente in Parochia iuxta ius antiquum, & nouum Tridentini. 147.107. An verò non reſidens in foro conſcientiæ amittat fructus beneficij ante ſententiam. 142.90
Prouiſi de beneficiis cum cura animarū ob omiſſam fidei poſſeſſionem publicam, an ad beneficiorum fructus reſtituendos in conſcientia teneantur ante iudicis ſententiam. 143.91.92
Vide, *Baptiſmus, Educatio, Fides Diuina.*

Parricidium.

Parricidium quid ſit?
Vide, *Abortus.*

Partus.

Vide, *Fœtus*, *Prægnans*, *Sectio.*

Patrinus.

vide, *Educatio*, *Fides diuina.*

Paupertas coniugum.

Vide, *Proles.*

Peccatum originale.

Peccatum originale omnes contrahunt in vtero matris; Gratia autem Chriſti non omnibus communicatur, & redditur ratio diſparitatis. 340.210

Penſio.

Vide, *Pœna legalis.*

Pœna conuentionalis, Teſtamentaria.

Pœna conuentionalis à contrahentibus impoſita iniuſtè reſilienti à contractu, vel non ſoluenti debitum tali tempore an in foro conſcientiæ debeatur ante iudicis ſententiam. 148.113. ad 117. Debitor huius pœnæ an poſſit illam præſcribere. 149.117

Cum quis cadit in commiſſum ſciente Domino, & non petente, videtur commiſſum remitti. 148.115

Pœna à teſtatore impoſita contrauenientibus ſuæ voluntati per contrauentionem incurritur in foro conſcientiæ ante iudicis ſententiam. ibid.

Pœna legalis, Pœnalis.

Pœnæ legales aliæ poſitiuæ, aliæ priuatiuæ. 125.28. Lex ciuilis, & Eccleſiaſtica poteſt obligare in conſcientia ad vtramque pœnam ante omnem iudicis ſententiam. ibid. 20. & 30

Poſitiua ipſo facto in lege iniuncta delinquenti an in foro conſcientiæ à Reo incurratur & ſoluenda ſit ante omnem iudicis ſententiam. 126.31. ad 33

In pœnis ipſo facto impoſitis declaratoria criminis retrotrahitur ad diem criminis commiſſi, ſecus in pœnis ferendis per iudicem. ibid. 32

Pœnæ ſunt potius temperandæ, quàm augendæ & extendendæ. ibid.

Quem effectum habeant illa verba, *ipſo facto*, & ſimilia, quibus importatur pœna latæ ſententiæ. ibid.

Pœna confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum, vel certæ pecuniæ ſoluendæ ipſo iure certis criminibus ſtatuta an à delinquente in foro conſcientiæ ſtatim incurratur ante iudicis ſententiam criminis declaratoriam, latiſſimè. 127.34. ad 42

Differentia inter pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure impoſitam tantum per iudicis ſententiam ferendam. 130.45

Fiſcus ante ſententiam iudicis declaratoriam criminis capiens bona hæretici etiam notorij iniuſtè capit, & fructum non tenet. 131.46

Vbi crimen eſt notorium ad incurrendam in foro conſcientiæ pœnam confiſcationis, ſeu amiſſionis bonorum, vel certæ pecuniæ ſoluendæ ipſo facto iniunctam an requiratur ſententia criminis declaratoria; & quid ſi delinquens fuerit confeſſus crimen in iudicio. 131.47. & 48. Ad præfatam pœnam in foro conſcientiæ incurrendam ſufficit ſententia declaratoria criminis, licet regulariter cum declaratoria addant iudices etiam condemnationem. 132.49

Si lex vel ſtatutum imponat bonorum confiſcationem, vel pœnam pecuniariam ipſo facto, addendo, *abſque alia declaratione*, vel *ante ſententiam*, an tunc pœna in foro conſcientiæ incurratur ante criminis declaratoriam. ibid. 51. & 52. Poſt ſequutam ſententiam condemnatoriam aut criminis declaratoriam an reus teneatur bona tradere, vel manifeſtare fiſco, vel poſſit expoſcere executionem. 133.53. & 54. An bona confiſcata à Reo tam ante, quam poſt ſententiam poſſint licitè occultari. ibid. 55. Quid de his, qui Reo iam condemnato ſuccedunt, quoad bona tradenda vel non tradenda fiſco; & an poſſint bona contra fiſcum præſcribere ſpatio 40. annorum, ſi fiſcus non petat per edicta. 134.56. Et quando prædicti ſucceſſores tam vniuerſales, quam particulares teneantur bona fiſco reſtituere. ibid.

Si iudex in ſententia præcipiat Reum exequi pœnam ad corporalem læſionem non pertinentem, v.g. ad ſoluendam pecuniam vel bona tradenda, an teneatur exequi nulla expectata alia iudicis exequutione. ibid. 57. Quid ſi iudex præcipiat Reũ exequi ea ſe pœnam corporis afflictiuã. ib. 58

Reus, qui ob crimen venit per iudicem condemnandus, vel per legem ipſo facto eſt condemnatus ad pœnam boni fortunæ à iudice legitimè interrogatus ſi neget veritatem, & falsò ſe defendat, & ideo non condemnetur, an teneatur ad reſtitutionem dictæ pœnæ. ibid. 59. & 60. An fiſcus eo caſu poſſit licitè vti compenſatione. 135. 63. Quid ſi ageretur ad alicuius contractus reſciſſionem legibus conceſſam, & Reus falſis defenſionibus impediret. ibid. 64

Reo criminis habentis annexam priuationem bonorum an, & qua ratione ante ſententiam iudicis liceat bona confiſcata alienare titulo gratuito, vel oneroſo, & quod robur habeat alienatio. ibid. 65. & 136 66. 67

Pœna priuationis beneficij, officij, vel dignitatis, aut adminiſtrationis ipſo iure delinquenti impoſita, an in foro conſcientiæ ſtatim incurratur à delinquente ante omnem iudicis ſententiam. 137.68. 69.70. Beneficium, vel officium an ſit dimittendum ſtatim ante ſententiam, ſi delictum ſit notorium. 138.72.73. Quid ſi lex priuationi beneficij, vel officij addat illa verba, *abſque declaratione aut monitione*, an tunc delinquens teneatur dimittere ante ſententiam. 139.75. & 76

Lata ſententia criminis declaratoria delinquens poteſt retinere beneficium, donec iudex exequatur; & etiamſi ob falſam defenſionem à iudice fuerit abſolutus. 140.77

Reus criminis irrogantis priuationem beneficij an faciat fructus ſuos, & quos reſtituere debeat poſt ſententiam iudicis præcipientis reſtituere. ibid. 79. 80. Si veniat priuandus beneficio per ſententiam iudicis, quos fructus præceptos poſt ſententiam teneatur reſtituere. ibid. Lata ſententia an poſſit retinere aliquid pro compenſatione ſeruitutis & laborum Eccleſiæ exhibitorum ante ſententiam. ibid. 8

Beneficiarius reus criminis habentis ipſo iure annexam beneficij priuationem an poſſit ante declarationem reſignare validè beneficium. 141.82. Illud beneficium an poſſit ante declarationem validè impetrari delinquente non vocato. ibid 83

Reus criminis habentis ipſo iure annexam priuationem penſionis Eccleſiaſticæ an ante declarationem criminis in foro conſcientiæ illam incurrat. ibid. 84

Pœna

Pœna priuationis fructuum percipiendorum ex beneficiis, vel penſionibus Eccleſiaſticis ipſo facto impoſita delinquenti an in foro conſcientiæ incurratur ante declarationem criminis. 142.87
Quandonam pœna priuationis bonorum, beneficiorum, officiorum, vel fructuum beneficij in foro conſcientiæ incurratur ante iudicis ſententiam, & ex quibus verbis legis id colligatur. ibidem 88. ad 111
Videatur ſummarium poſt num. 67. capitis quinti collocatum.
Pœna priuationis fructuum in cap. generali de elect. in 6. ſtatuta contra clericos non ſe opponentes præſumentibus Eccleſiarum, ſeu piorum locorum vacantium bona occupare non incurritur ante iudicis ſententiam. 144.94
Accipientes, & dantes pro iuſtitia, vel gratia obtinenda in Curia Romana an ad dati, & accepti reſtitutionem teneantur in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam. 145.100
Accipiens poſſeſſionem ſecundi beneficij incompatibilis cum primo, an ipſo iure priuetur beneficiis in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſententiam. 147.107. Quid de committente ſimoniam confidentialem. 148.110.111
Pœnæ corporales ſolum per iudicem imponuntur, ciuiles autem, & pecuniariæ ex priuatorum conuentione imponi poſſunt. 186.69
Vide, *Inhabilitas*, *Vox actiua*, *& paſſiua*.

Pollutio.

Ad ſanitatem inſtaurandam licitè poteſt ſumi medicina de ſui natura ſanatiua, etſi inde ſequatur per accidens pollutio. 309.116. Non autem medicina de ſui natura tendens ad effuſionem ſeminis. ibid. 117
Semen corruptum & venenoſum an poſſit expelli medicamentis directè, & per ſe tendentibus ad illius expulſionem; & præſertim confricationibus partium occultarum muliebrium, ſi fœmina ob tale ſemen corruptum patiatur ſymptomata, & accidentia venenoſa. 310.119
Fœmina patiens dolores, & ſymptomata ex ſeminis abundantia ſi certo ſitu iaceat, ex quo ſequitur ſeminis effuſio; & ex conſequenti dolores ceſſant vel mitigantur, an peccet. 309.118. Et quid ſi talis ſitus de ſe aliquantiſper conducat ad leuamen, ibid.
Vide, *Abortus*, *Euchariſtia*.

Poſſeſſio.

An & quando poſſit eſſe iuſta poſſeſſio rei abſque illius dominio. 118.37.& 43

Prægnans, Prægnationis tempus.

Prægnanti infirmæ remedia duplicis generis adhiberi poſſunt, alia de ſui natura & directè ordinata ad efficiendam ſanitatem; alia de ſui natura, & directè effectiua abortus. 297.79
Illi (cum nulla alia ſuppetunt) ad vitam tuendam ſanitatemque inſtaurandam licet vti remediis, & pharmachis de ſui natura & directè effectiuis ſanitatis, quamuis per accidens ſequatur abortus fœtus nondum animati etiam præuiſus. ibidem 80
An aliis non ſuppetentibus illi ſit licitum vti remediis directè, & de ſui natura tendentibus ad abortum, ſeu expulſionem eiuſdem fœtus inanimati. 298.81. ad 85
Ea remedia, quæ prægnans ad vitam tuendam poteſt per ſe ſumere cum abortione fœtus inde ſequutura, etiam medicus, & alij, qui curant prægnantem, poſſunt adhibere ad illius curationem. 299.86
Et ipſa volente expreſsè, vel virtualiter tenentur ei applicare. ibid. Si ipſa nolit talia remedia in bonum prolis, an medicus poſſit licitè, & teneatur applicare. 300.87.& 88
Matri prægnanti ægræ ad tuendam vitam an ordine naturæ ſolum conſiderato, & iuſtitiæ obligatione attenta licitum ſit vti medicamentis de ſui natura, & directè tendentibus ad ſanitatem inſtaurandam cum morali periculo abortus fœtus iam animati ſequuturi. 304.100. ad 109
An vti medicamentis de ſui natura directè tendentibus ad abortionem, & necem fœtus; medicoque liceat eidem illa applicare. 311.123. ad 128
Mater prægnans fugiens feram cum vitæ fœtus periculo non peccat. 306.107
Si ſit ſpes bona fore, vt fœtus animatus prodeat in lucem, ſicque baptizari poſſit, non adhibitis prægnanti infirmæ vllis medicamentis, & eadem matre pereunte, an tam mater ab vſu, quam medicus ab applicatione medicamentorum, etiam tantum curatiuorum ex obligatione charitatis abſtinere teneantur. 310.120. & 314.130
Si vna cum matre prægnante infirma pereunte certus ſit interitus prolis abſque baptiſmo, mater ipſa non tenetur neque ex charitate abſtinere à medicamentis de ſe curatiuis. 319.139
Quando actum eſt de vita matris, & fœtus, niſi aliquod remedium adhibeatur, & nullum aliud ſuppetat, an etiam lege charitatis inſpecta liceat vſurpare medicamenta dubia an futura ſint ſalutifera, vel noxia. 317.140.141
Et quid ſi medicamentum ſit inſolitum; de quo nondum ſit factum aliquod experimentum 318.142
Prægnans tenetur omittere, vel præſtare omnes actiones, quas omittere, vel præſtare fœtus conſeruatio, & promotio poſcit. 347.236
Tenentur ſub mortali vxor prægnans, & maritus abſtinere à congreſſu coniugali cum periculo fœtus iam formati & animati. 40.213. & 283.26. & 348.237
Quando cenſeatur imminere tale periculum. 283.17. & 30
An etiam cum periculo fœtus nondum formati, & animati actus coniugalis ſit mortalis ex parte petentis, & reddentis. ibid. 28.29
Quid ſi ex modo concubitus ſit periculum oppreſſionis fœtus animati. 284.31
Quid ſi non ex modo inordinato, ſed ex morbo fœminæ. ibid.
Extra periculum abortus, vel incontinentiæ alterutrius coniugis, congreſſus cum vxore grauida an ob indecentiam, aliamue cauſam ſit mortalis, vel venialis, vel licitus. ibid. 32. ad 36
Prægnans debet abſtinere à ieiuniis, & abſtinentiis, quæ fœtui detrimentum afferere poſſunt. 348. 238
Excuſatur à ieiuniis de præcepto Eccleſiaſtico. ibid. Neque etiam ad euitandum incontinentiæ periculum poteſt licitè ieiunare cum damno notabili fœtus. ibid. & 40.213
Debet abſtinere à ferendo graui onere, ab operibus laborioſis, tripudiis, choreis, ſaltationibus, non ſe nimis ſtrictè cingere, ſtrictiorue veſtitu vti; ab affectibus animi inordinatis, & vehementibus ac violentis paſſionibus. 348.239.240.241.242
Qui prægnantem impellunt, & inducunt ad ſal-

randum, vel cum ea ſaltant præuidentes inde ſequututom abortum fœtus animati, incidunt in irregolaritatem, ſi abortus ſequatur. ibid.240
Prægnantibus non præbendæ cauſæ inordinatarum paſſionum. & affectuum turbidorum. ibid.243
Qui incutiendo prægnanti terrorem indebitum, ant grauem metum ſunt cauſa abortus peccant, & ſunt homicidæ, ſi fœtus eſt animatus, & an ſint homicidæ voluntarij vel caſuales. ibid.
Vide, *Sectio.*

Prægnans damnata ad vltimum ſupplicium.

Prægnantis iuſtè ad vltimum ſupplicium damnatæ ſectio ante partum naturalem ad educendum fœtum an, & qoando ſit licita tum ob bonum fœtos, tum ob commune bonum. 344.215.ad 218

Preces parentum.

Vide, *Baptiſmus.*

Præſcriptio.

Hæres poteſt legatum præſcribere triginta aoous. 149.115

Probabilitas.

Vide, *Mors.*

Profeſſio.

Commendatarios monaſterij non profeſſus debet intra ſex menſes profiteri, vel renunciare commendæ. 11.64
Concilij Trid. diſpenſatione attenta in nullo caſu valet profeſſio facta ante annum completum probationis, etiamſi fiat de conſenſu nouitij, & religionis, vel à profeſſo vnius religionis non mendicantis, qui ad aliam non mendicaotem tranſierit. 13.70.& 71. Iure antiquo profeſſio nec fieri nec recipi debet infra probationis annum, facta tamen nondum nouitiatus tempore elapſo ex conſenſu Nouitij, & Religionis tenet. ibid. Excipiuntur Religiones medicantium, in quibus ad valorem profeſſionis etiam de iure commoni requiritur integer annus nouitiatos, etſi profeſſio ante annum admiſſa obligaret religioni in genere. ibid. 72.73
Profeſſio in religione à ſeruo facta ſine Domini licentia eſt irrita. 68,310

Proles.

Parentes ſpeciali obligatione iuſtitiæ, ſeu pietatis tenentur ad cooſeruandam prolem ſiue conceptam, ſiue natam. 39.210
An poſſit licitè negari debitom coniugale, ne naſcantur plures liberi, quos parentes ſuſtentare non poſſint. 41. 219.220. Negare debitum præcisè ad euitandam prolis multiplicitatem vel ne proles naſcatur ex maculato ſanguine eſt mortale, peccatum. 41. 221. & 223
Coniuges ex mutuo conſenſu, aut pacto poſſunt licitè ſeruare caſtitatem ne plures naſcantur filij, ſecluſo tamen incontinentiæ periculo. ibid. 222
Vide, *Coniux, debitum quoad obligationem non obſtandi prolis generationi; & quoad cauſas excuſantes, à reddendo debito, Prægnans, Puella, Fornicaria, Sectio.*

Pudicitia.

Pudicitiæ laodes. 836.53

Puella fornicaria.

Puella per actum fornicariom ao ad tuendam vitam periclitantem, vel famam, tectis vitio virginitatis amiſſæ, & conceptione fœtus ſequuta poſſit nubere viro ignoranti, cum periculo, vt vir exiſtimet prolem eſſe ſuam. 304. 98. & 99

Puella, Puellæ educatio.

Puellæ ſolicitiori cora ſunt à parentibus educandæ ad illarum pudicitiam conſeruandam. 368.53
Puellæ diebus feſtis poſt peracta ſua exercitia deuotionis laborantes ad euitandum otium excuſantur à peccato. ibid.55
Soot matris actiooum imitatricés. 371.63
Vide, *Educatio, Parentes.*

Pueri.

Vide, *Educare, Educatio filiorum, Luxuria.*

Puerperium, Puerperij tempus.

Statim à partu, & toto tempore immunditiei corporalis vxoris puerperæ ad euitandum damnum prolis, vel indecentiam ao ſit abſtinendum ab actu coniugali petendo, & reddendo. 285.38. ad 44

Pupillus.

Vide, *Educare, Educatio quoad eos, apud quos filij educari debeant.*

R.

Religio.

ad Religionem poteſt tranſire vterque coniux altero inuito ante matrimonij conſummationem. 9.49
Vide, *Bimeſtre, Parentes, Sponſus.*

Remedia.

Vide, *Infirmus, Prægnans.*

Remiges.

Vide, *Metus.*

Reſeruatio caſuum.

Vide, Igooraotia.

Reſtitutio.

Cooiux ante conſummationem matrimonij tranſiens ad religionem ad nulla damna indè alteri manenti in ſæculo ſubſequuta reſtituenda tenetur. 18.108
Marito ſpoliato nondum matrimonio conſummato quomodo concedatur reſtitutio. 82.23
Lite mota de matrimonij valore an, & quando ſit reſtituendus coniux agens litem. ibid.22
Quando quis coniugum abſque iuſta cauſa diuertit ab altero, is poteſt reſtitutionem petere iudicio petitorio, & poſſeſſorio. 174.7

Diuet

Diuertens altero petente poteſt, & debet à iudice Eccleſiaſtico per cenſuras etiam inuocato ſeculari auxilio cogi ad cohabitandum & reddendum debitum. 187.72. imò etiam à iudice laico, vbi conſtet de valore matrimonij. ibid.73.

Detentor alieni coniugis poteſt cenſuris compelli ad illum reſtituendum alteri coniugi. 187.74. Poteſt filius agere contra patrem detinentem illius vxorem. ibid.

An maritus vxorem, & vxor maritum poſſit vindicare, ſeu repetere rei vindicatione adiecta cauſa iuris diuini, & canonici. 188.76.77.

Pro reſtitutione coniugis ſeparati datur actio ex matrimonio. ibid.76.

Vbi vir ab vxore, & vxor à viro diuertit, dantur remedia poſſeſſoria, ſeu recuperandæ poſſeſſionis. ibid. 78.

S.

Sacramenta, Sacramentorum miniſter.

SAcramenta ex iuſta cauſa licet petere à Sacerdote adminiſtraturo in mortali. 47.257.

An poſt extrauagantem Martini V. *ad euitanda.* liceat inducere Sacerdotes excommunicatos toleratos ad Sacramenta adminiſtranda. 51.245.

In vſu, ſeu receptione Sacramentorum non ſolum attendi debet vtilitas propria, & priuata; ſed etiam reuerentia illis debita; vt dignoſcatur an laudabilis ſit vſus, & colendus, & explicatur exemplis. 214.119.

Vide, *Euchariſtia.*

Sacrilegium.

Vide, *Eccleſia, vt locus ſacer.*

Saltationes.

Vide, *Pragnans.*

Scienda ab omnibus fidelibus.

Vide, *Fides diuina.*

Sectio Pragnantis ad extrahendum fœtum, ſector.

Sectio vteri matris quadruplex. 320.143.

Quando vnà cum matre mortua, etiam fœtus in eius vtero exiſtens mortuus eſt, ſectio matris licitè fieri poteſt, præſertim ad comparandam ſcientiam anatomicam. ibid.

Matre prægnante præmortua, ſi fœtus creditur viuere, vel de eius morte non conſtet; ſectio licita eſt, & fieri debet, vt fœtus educatur, & baptizetur. 321. 144. Ob periculum in mora ſectio confeſtim poſt mortem matris facienda eſt; ad idque habendus paratus chirurgus. n.147.

Extra extremam neceſſitatem conſeruandæ vitæ matris prægnantis, vel fœtus, vel boni publici remedium ſectionis vteri prægnantis viuentis ad educendum fœtum non poteſt licitè adhiberi. 322. 148. In deſperatione partus naturalis, ſi ſit probabilis & rationabilis ſpes boni euentus, & eo modo extrahendi fœtum viuum ſalua matris vita, an ſit licita ſectio prægnantis viuæ. 323.149.& 150.

Licèt in ſectione vteri prægnantis ſit periculum vitæ, ſi tamen ea non adhibita certa ſit mors fœtus, & matris, & ea adhibita affulgeat ſpes probabilis conſeruandæ vitæ vtriuſque, mater licitè poteſt ſe exponere tali periculo, & admittere ſectionē. ibi.151

Multis exemplis, & experimentis ſectionem vteri prægnantis viuæ, & ſectionū, ac inciſionum aliarū partium corporis periculoſarum oſtēditur ſectionem vteri prægnantis viuæ poſſe fieri abſque cæde matris, & fœtus, & licitè. 324.152.153.& 154

Iudicium de probabilitate boni euentus ſectionis prægnantis ſpectat ad medicum peritum; & quæ debeat conſiderare 325.155

Qui primus fecit experimentum ſectionis vteri prægnantis viuæ, ipſa, & fœtu ſuperſtitibus, an peccauerit mortaliter ibid.156.

Sectio prægnantis viuentis an illam reddat ineptam ad nouam conceptionem, & ad partum naturalem. 326.157

Sectio vteri prægnantis viuæ ad extrahendum fœtum mortuum, qui vel ſolus, vel cum alio gemello viuo intra vterum maternum exiſtat, an ſit licita. ibid.158.159

Prægnans, vbi ſectio vteri iudicatur neceſſaria ad eius vitam conſeruandam, an teneatur illam pati attenta ſola ratione propriæ vitæ cuſtodiendæ. ibid.160.& ſeqq. An ex charitate cum vitæ corporalis propriæ periculo teneatur illam pati ob bonum animæ prolis, quando probabiliter creditur prolem ſectioni futuram ſuperſtitem, & recepturā baptiſmum; & nullum aliud remedium eſt conſulendi æternę ſaluti eiuſdem prolis. 337.196.& 340 207. An in hoc caſu teneatur etiam procurare. n. 207. An etiam chirurgus, ſeu artifex ſecandi peritus requiſitus teneatur ſecare; & vbi non ſit requiſitus, ſe offerre ad ſecandum, quando ſperat bonum euentum ſectionis 338.201.

Matri prægnanti alioqui ex morbo certò morituræ, ſi ex vi ſectionis ſit inferenda mors, an ſectio ſit licita, vbi eſt ſpes probabilis futuram vtilem proli ad vtramque vitam corporalem & ſpiritualem. 341. 211. & 212. Si ex vi ſectionis inferenda ſit mors proli, ſectio eſt illicita, licet foret vtilis matri. 343.219

In probabili dubio an ſectio ſit profutura matri, & proli; vel vtrique mortem allatura, & ſit deſperata ſalus vtriuſq; niſi ſectio iuuet, licita eſt ſectio. ibi. Item attenta ſola iuſtitiæ obligatione eſſet licita, quādo iudicaretur eam æque profuturam matri, & periculoſam proli; vel certa putaretur ſalus matris ex ſectione; & dubitaretur de exitio prolis; vel præuideretur mors illius. 344.220. & 221. Ex lege vero charitatis mater prægnans cum diſcrimine propriæ vitæ tenetur abſtinere à ſectione, ſi ea non adhibita, probabiliter ſperatur prolem alioqui morituram abſque baptiſmo proditoram in lucem, & baptiſmum recepturam. ibid.222.

De prægnantis ad mortem damnatæ ſectione.
Vide, v. *Pragnans damnata ad vltimum ſupplicium.*

Ex graui neceſſitate extrinſeca vrgentiſſima, obque bonum publicum in deſperatione partus naturalis, an, & quando mater prægnans innocans viua licitè ſecari poſſit ad educendum fœtum, quem viuere maximè interſit communis boni. 346.229. ad 231

Vide, *Natiuitas, Natus, Pragnans damnata ad vltimum ſupplicium.*

Secundina.

Vide, *Baptiſmus.*

Semen humanum, Seminis abactio.

Vide, *Abortus, Coniuges quoad obligationem non obſiſtendi prolis, generationis modus coeundi, Pollutio.*

Semen

Senes, Senex.

Senes inepti ad generationem valide contrahunt matrimonium; & eiſdem licita eſt copula. 234. 189

Si ſint debiles, vt omnino deficiat potentia ad perfectam copulam, illicitum eſt eis copulari. ibidem 190

Separabilia.

Vide, *Conſenſus.*

Septimeſtris partus.

Vide, *Fœtus.*

Sepultura.

Pœna priuationis ſepulturæ requirit criminis declarationem, niſi delinquens decedat in ſtatu peccati mortalis. 158.143.144

Serua, Seruus.

Serui validè, & licitè matrimonium contrahunt inſciis, & inuitis dominis. 68.320

Si ſeruus contraheret ex conditione, vt non teneretur, cohabitare, vel reddere debitum, niſi quando ſuus Dominus conſenſum præberet, irritum eſſet matrimonium. ibid. Seruorũ coniugia inuitis dominis contracta nunquam in Eccleſia fuerunt irrita. num. 322. Leges ciuiles vetantes, & irritantes matrimonia ſeruorum ſemper fuerunt nullæ, & inualidæ. Nec poteſt Reſpublica paganorum irritare matrimonia ſeruorum infidelium. 70.326.

Conſuetudine induci poteſt, vt libera nubens ſeruo fiat ſerua; & quid requiratur, vt dicta conſuetudo locum habeat. ibid.

Dominus non tenetur conſentire matrimonio ſerui. num. 327.

Non tamen abſque mortali minis mali inferendi impedire, ne nubat, nec poteſt ob tale matrimonium ſeruum punire. ibid. 328. ad 330

Poteſt vero ad impediendam ſerui matrimonium minari beneficij ſubtractionem; & præſcribere ſeruo, ne contrahat in loco diſtanti; vel ne ineat hoc, vel illud matrimonium ſibi damnoſum. 71. 331

Seruus antequam contrahat matrimonium, an teneatur ſaltem petere Domini conſenſum. ibid. 332

Si ſeruus contrahat ſponſalia de conſenſu Domini; iſnon poteſt indirectè matrimonium ſerui impedire, illum vendendo ad locum remotum. ibid. 333

Quid ſi ſeruus inſcio Domino iniit tractationem matrimonij, vel ſponſalia an tunc poſſit illum licitè vendere ad remotas regiones, & ſic impedire matrimonium. ibid. 334. 335. 336

Eccleſia quomodo teneatur defendere ſeruos, quibus Domini conantur impedire matrimonium. ibid. 335

Ius ſerui ad matrimonium contrahendum eſt antiquius iure Domini ad illum diſtrahendum cum matrimonij præiudicio. 71. 336

Si matrimonio ſuperuenerit ſeruitus; tenetur ſeruus magis obſequi coniugi debitum petenti, quam Domino aliquid præcipienti, ſi vtrumque præſtare non poteſt. ibid. 337

Quid ſi ſeruus ſine Domini conſenſu contraxerit matrimonium. An & quando magis coniugi exigenti debitum, quam Domino præcipienti parere debeat. ibid. 339. ad 349

Ius ſeruorum coniugatorum ad matrimonium, & eius vſum eſt potius, & antiquius, quam ius ſeruituris ad ſeruitia Domini. 74. 346. 347

Dominus conſentiendo matrimonio ſerui non amittit obſequia ſibi debita; & ſerui ſic coniugati opera vti poteſt quoad conſueta, & neceſſaria obſequia; etiamſi requirant abſentiam ab altero coniuge, & vſum matrimonij per aliquod tempus impediant. 74. 350. & 75. 351

Quomodo ſe gerere debeat dominus erga ſeruos coniugatos quoad vſum matrimonij illis permittendum. ibid. 351

Poteſt licitè vendere mancipium coniugatum ad remotiſſimas partes, ſi inde non impediatur matrimonij vſus; vt ſi alter coniux ſit liber, & poteſt venditum ſine graui detrimento ſequi, quo caſu tenetur ſequi. ibid. 352

Ex graui etiam neceſſitate, aut ad euitandum notabile damnum licitè vendere poteſt ſeruus ad locum remotum, licet inde ſit impediendus matrimonij vſus. ibid. 352. 353

Extra hos caſus ſi matrimonium præceſſit ſeruitutem, vel ipſe Dominus in matrimonium conſenſit, non poteſt ita vendere ſeruum coniugatum, vt matrimonij vſus impediatur. ibid. 354. & 76. 355

Quid ſi ſine eius ſcientia, aut conſenſu nupſerit. ibid. 356. 357

Ad quid teneatur Dominus, qui in neceſſitate, vel extra neceſſitatem vendidit ſeruum ad locum remotum cum impedimento vſus matrimonij. ibid. 358. & 359

Quid ſ nuiendum quoad venditionem; quidque obſeruandum quando ſerui coniuges ad diuerſos dominos pertinent. 77. 361

Seruus non poteſt ignorante Domino promoueri ad ordines; & pœna Epiſcopi ſic promouentis. 68. 320

Vide, *Cohabitatio*, *Irritatio votorum.*

Sigillum virginale.

Vide, *Arcta*, *Stuprum.*

Simonia.

Committens ſimoniam confidentialem an ante ſententiam criminis declaratoriam in foro conſcientiæ incurrat priuationem beneficij; illudque teneatur dimittere. 148. 110. & 112

Societas malorum.

Amicitia, & conſuetudo improborum moribus periculoſa. 364. 39

Sodomia.

Peccatum mortale eſt ex parte vtriuſque habere copulam ſodomiticam cum vxore, etiam ipſa conſentiente. 231. 174. Item ſe præparare ad copulam coniugalem immittendo membrum virile in vas præpoſterum vxoris. ibidem. Hoc Sodomiæ cum vxore peccatum habet etiam malitiam iniuſtitiæ, ſi fiat contra vxoris voluntatem; & eſt iuſta cauſa diuortij. ibid. & 232. 179

Abuſus vxoris contra naturam ſiue ſodomiæ, ſiue mollitiei habet ſpecialem malitiam adulterij ex parte vtriuſque coniugis, ſi etiam vxor conſentiat. 231. 176

Et peccatum grauius abuſu ſimili inter ſolutos. ibid. 177. Vterque tenetur in confeſſione explicare, ſe habuiſſe coitum contra naturam cum propria, vel proprio coniuge. 232 178 Talis abuſus vxoris contra eius voluntatem habet etiam malitiam iniuſtitiæ in confeſſione explicandam. ibid. 179

Spolium.

Vide, *Reſtitutio.*

Sponſa, Sponſus.

Sponſus de futuro ſub ſpe matrimonij deflorans virginem, aut viduam honeſtam non poteſt ea inuita ingredi religionem; neque etiamſi inter eos interceſſerit ea familiaritas, ex qua apta ſit ſequi notabilis ſponſæ infamia. 17.99.102.& 103

Sponſus poſt matrimonium ratum ſponſam ſiue inuitam, ſiue conſentientem deflorans ſine ſeminatione non poteſt ea inuita ingredi licitè religionem: & quid ſi inter eos interceſſerit ea familiaritas, ob quam communiter eaſtimetur copulam interceſſiſſe. ibid. 99.100.101.& 103. fine.

Sponſus contrahens matrimonium animo ingrediendi religionem intra bimeſtre, an peccet, & teneatur ſtare matrimonio. ibid. 105

Sponſa per verba de futuro non tenetur ſequi ſponſum ſuum, quocumque vadat. Et ſi mutat domicilium, eſt ſufficiens cauſa diſſoluendi ſponſalia. 183.54

Inter ſponſos de futuro qui tactus permittantur. 371.62

Sponſa an, & quando educari, & ali poſſit apud ſponſum, vel ſponſi patrem, aut matrem; & quando neque etiam apud eiuſdem ſponſæ matrem, & conſanguineos. 385.137

Vide, *Bimeſtre.*

Steriles, Sterilitas.

Steriles validè contrahunt matrimonium; & illo licitè vtuntur. 235.191

Vide, *Coniuges quoad obligationem non obſiſtendi prolis generationi.*

Stuprum.

Fractio clauſtri virginalis extra coniugij vſum habet ſpecialem malitiam contra quintum præceptum decalogi; & ita ſtuprum fornicationi ſpeciem nouam contra quintum præceptum addit. 327.163

Subditus.

Vide, *Irritatio votorum, Votum.*

Succeſſio.

Vide, *Gemelli, Natiuitas, Natus.*

Superfœtatio.

Mulier poſt conceptam prolem an ex nouo congreſſu poſſit concipere aliam, daríque poſſit ſuperfœtatio. 195.93

Superior.

Superiori, qui commiſit delictum habens annexam priuationem officij ipſo iure, an poſſit à ſubditis ante iudicis ſententiam negari obedientia, præſertim ſi delictum ſit notorium. 138.72.& 139.74

Quando ſuperiori illicitè præcipienti ſit obediendum. 251.79

Promiſſionem factam homini conſenſu ſuperioris etiam ante rei traditionem non poteſt ſuperior validè reuocare. 260.80

Vide, *Irritatio votorum.*

T

Taciturnitas.

Vide, *Irritatio votorum, Votum.*

Tactus impudici.

Tactus, oſcula, & amplexus inter coniuges facta publicè apta ad prouocandum ad libidinem ſunt peccatum læthale. 211.111

Tactus turpes, & alij actus impudici, ſecluſo pollutionis periculo, licent coniugatis in ordine ad copulam coniugalem habendam. 235.192

Declaratur de quibus tactibus; & qui tactus poſt copulam ſint reprehendendi. ibid. 193

Iidem tactus turpes, &c. inter coniuges cauſa ſolius voluptatis venereæ, ſecluſo pollutionis periculo, ſunt culpa venialis. ibid. 194

Item quando referuntur ad maiorem voluptatem in ipſa copula coniugali. ibid. 195

Si habeantur cauſa ſolius voluptatis abſque ordine ad copulam, etſi abſit pollutionis periculum, an ſint peccatum mortale. ibid. 196. ad 198

Tactus turpes, &c. qua ratione ſint liciti, vel illiciti inter coniuges, quibus ob aliquam circumſtantiam extrinſecam, ſeu impedimentum morale, vel phyſicum, vel præceptum Eccleſiaſticum non licet habere copulam coniugalem. 236. 199. & 200

Coniugibus ligatis voto caſtitatis non licent. n. 201. Liceantne coniugi dubio de valore matrimonij 237.203

Coniugatus erga ſeipſum exercens tales tactus turpes ob ſolam voluptatem veneream in abſentia alterius coniugis, vel abſque animo habendi copulam cum præſente an peccet mortaliter. ibid. 204. ad 207

Tactus turpes inter coniuges, in quibus præuidetur tantum commotio carnis, & ſpirituum generationi deſeruientium, & diſtillatio humoris, qui non eſt verum ſemen, abſque periculo pollutionis, non ſunt mortales, & carent omni culpa, ſi ob finem honeſtum exercentur. 238.208

Si habeantur cum periculo pollutionis regulariter ſunt mortalis culpa. ibid. 209

Cum tali periculo in alterutro habiti ex iuſta cauſa, v.g. ad inſtaurandum, vel fouendum mutuum amorem an & quando excuſentur à mortali in petente, & in reddente ſint ſẽper liciti. ib. 210. ad 213

Aſpectus, & verba turpia cum delectatione venerea ſufficiente ad peccatum mortale inter ſolutos, etiam inter coniuges non excuſantur à culpa mortali exiſtente morali periculo pollutionis in alterutro. ibid. 210. fine.

Vide, *Delectatio, Impotentia.*

Temperantia, Intemperantia.

Intemperantia in cibo, & potu vini quæ & quanta damna afferat corpori, & animæ. 363. 36. & 37

Vide, *Educatio filiorum.*

Tempus

Tempus.

Tempus à lege præſcriptum, Iudex an & quando poſſit reſtringere, vel prorogare. 11.53.& ſeq.

Timor Dei.

Vide, *Educatio filiorum.*

Traditio rei.

Iuxta *l.quoties Cod. de rei vindicat.* in dominio ille eſt poſterior, cui prius res traditur, licet alius in titulo præuenerit, & res duobus vendita fit illius, cui prius traditur. 2.5

Ex *l.traditionibus Cod.de pactis*, ſine rei traditione ſolo titulo, v.g. ſola venditione, aut donatione dominium nequit transferri. ibid.

Diſpoſitio dictatum legum ceſſat in matrimonio, in quo ſolus titulus ſufficit ad transferendum dominium corporum. ibid.6

Turpia.

Vide, *Tactus impudici.*

Tutor.

Vide, *Educatio filiorum*, *Irritatio votorum.*

V

Venditio.

Vide, *Cohabitatio.*

Verba.

VErba generalia reſtringuntur ad terminos habiles. 61.186

Verba turpia.

Vide, *Tactus impudici.*

Vindicatio rei.

Vindicatio non eſt propriè actio; & quid ſit actio propria. 14.76

Vide, *Reſtitutio.*

Vir.

Vide, *Cohabitatio*, *Pactum.*

Virgo.

Vide, *Puella fornicaria*, *Stuprum.*

Vita, *Vita abbreuiatio*, *Prolongatio.*

Paſtor cum vitæ periculo non tenetur alicuius priuati peccatum impedire. 38.204

Homo habet à Deo aliquale dominium, adminiſtrationem, & cuſtodiam ſuæ vitæ, & ſuorum membrorum. ibid.206.& 39.208

Iuſſus ſibi ipſi obtruncare membrum à Tyranno alioqui ſtatim mortem illaturo ad ſaluandam vitam, ſi velit, poteſt licitè ſibi ipſi manum abſcindere. ibid.

Vita eſt bonum longè pretioſius, & maius, quam honor, & fama, & quoduis aliud bonum temporale. 30.97

Ad ſaluandam vitam alterius corporalem an quis licitè poſſit, & aliquando teneatur omittere propriam defenſionem; & exponere periculo, vel certæ morti propriam vitam corporalem. 316.137

Nemo tenetur ſe facere miſerum, vt vitam corporalem propriam, vel proximi conſeruet. 328.165

In extrema neceſſitate an quis licitè poteſt, & tenetur edere carnes humanas, vt vitam conſeruet. ibid.167

Nullus tenetur vitam prolongare vtendo cibis optimis, vino; vel abſtinendo à vino, vel mutando locum habitationis, vel quotannis ſumendo pharmaca; aut exquirendo exquiſitiora medicamenta. 332.180

Abſtinere ab omni cibo neceſſario intentione breuiter moriendi eſt peccatum mortale. 333.181

Iuſtè damnatus ad moriendum inedia cibos oblatos an poſſit reſpuere, licet poſſit edere. ibidem 182

Actio, per quam vita abbreuiatur etiam modicè, ſi ſtatim auferat vitam, eſt illicita. 342.115

Vide, *Aſperitates corporea*, *Infirmus*, *Inuaſus*, *Prægnans*, *Sectio.*

Voluntarium.

Ad voluntarium inductiuum culpæ requiritur, vt homo teneatur aliquid agere, vel omittere. 308.113

Votum.

Vota alia abſoluta, & firma à ſola vouentis voluntate dependentia; alia infirma, & conditionata dependentia quoad firmitatem ab alterius perſona. 243.2

Dependentia voti à voluntate alterius alia quoad perſonam, & voluntatem vouentis; alia tantum quoad materiam promiſſam, & explicatur exemplis. ibid.3

Quotuplicia ſunt opera ſubditorum, quæ poſſunt vouere; & an & quando valeant vota vxorum & aliorum ſubditorum de rebus tum permiſſis, tum vetitis per regulam, aut ſuperiorem; & quando habeant imbibitam conditionem negatiuam, *ſi maritus vel ſuperior non contradixerit*; vel affirmatiuam, ſi maritus, vel ſuperior conſenſerit. 268.107.ad 111

An ſufficiat taciturnitas, aut ratihabitio ſuperioris, vt vota de rebus prohibitis cenſeantur approbata, & à ſubdito poſſint impleri. 269.112

An peccent ſubditi emittentes vota de rebus prohibitis fieri abſque licentia, non impetrata prius licentia à ſuperiore. ibid.113

Quid ſi animus ſubditorum eſſet ad implenda inconſulto ſuperiore ſe obligare. ibid.114

Præfata vota ſubditorum de rebus prohibitis an ſint dicenda omnino irrita ante ſuperioris conſenſum vel ſi ſint de rebus permiſſis ante ſuperioris contradictionem. 170.115.& 105.86

Vxor, & quiuis ſubditus, quæ vel qui vouit rem à marito, vel ſuperiore, vel à regula interdictam ex vi voti tenetur petere licentiam exequendi rem promiſſam. 170.116

Limitatur in nonnullis caſibus. ibid.

Quando ſuperior voti ignarus denegat voti implendi licentiam, non eſt irritatio voti. ibid.117

An quando vxor, vel ſubditus vouens tenetur petere

tere licentiam voti implendi à ſuperiore, ſi petitam licentiam ſuperior neget, vel vouentem velit occupare in opere incompatibili cum executione voti teneatur illi manifeſtare votum. ibid. 118. ad 124

Negata ſemel licentia petita tacito voto tenetur ſubditus vouens opportuno tempore iterum petere eandem licentiam, & quid ſi ſuperior abſolutè negaſſet licentiam dicens ſe nolle, vt vnquam impleat. 271.122

Quid ſit promiſſio operis ſit diei, vel certo tempori alligata. ibid.

Vide, *Carnes, Euchariſtia.*

Votum Caſtitatis, Religionis, aſſumendi ordines ſacros, non nubendi, non petendi debitum coniugale.

Coniuges ordinariè imprudenter emittunt votum caſtitatis, aut non petendi debitum coniugale; & quandonam talis voti irritationem, vel diſpenſationem obtinere teneantur. 41.221.222

Simplex votum caſtitatis perpetuæ, aut religionis, aut aſſumendi ordines ſacros, aut non nubendi impedit matrimonium; ſed ex natura ſua illud non dirimit. 88.2

Quid de ſimplici voto caſtitatis in Societate Ieſu poſt biennium. ibid.3

Poſt præfata vota abſque legitima diſpenſatione contrahere eſt peccatum mortale. ibid.4

Tametſi votum eſſet conditionale. n.7

Et etiamſi matrimonium medicorum iudicio ad corporalem ſalutem tuendam putetur neceſſarium. n.8

Quid ſi voto ligatus vrgeatur ſtimulis carnis, & ſæpè labatur. ibid.9.& 10

Scienter contrahens matrimonium cum aſtricto voto caſtitatis, &c. an, & quando mortaliter peccet. 89.12. 13. & 14.

Habenti aliquod ex præfatis votis caſtitatis, &c. interroganti an valeat matrimonium abſque diſpenſatione cum tali voto celebratum, quomodo reſpondendum 90.15

Illi, ſi ſæpius labatur in venerea, an liceat ſuadere matrimonium. ibid.16

Aliquo ex prædictis votis aſtrictus abſque diſpenſatione contrahens matrimonium animo impediendi religionem; aut non conſumendi an, & quando peccet mortaliter. 91.17. ad 29

Si erat ligatus voto caſtitatis non eximitur ab obligatione voti, & non poteſt abſque mortali petere neque prima vice, neque deinceps. 93.30. ad 33

Procedit hoc etiam in infideli poſt votum caſtitatis vxorem ducenti; & etiamſi vterque coniux ante matrimonium erat ligatus voto caſtitatis. 95. 34.35

An in aliquibus caſibus poſſit petere in gratiam alterius non adſtricti voto. ibid.37

Hunc coniugem tali voto ligatum ignarum obligationis non petendi an confeſſarius teneatur admonere obligationis. ibid.

Et quid de eo, qui habens votum virginitatis ſecundæ abſque diſpenſatione contraxit matrimonium. ibid.38

Coniux ligatus voto caſtitatis emiſſo ante matrimonium fornicatus cum alio, vel alia peccato adulterij, & ſacrilegij, & diſſoluto præſenti matrimonio non poteſt abſque diſpenſatione aliud contrahere, & tenetur ſeruare caſtitatem. ibid.40

Quid de habente votum caſtitatis, qui ex metu graui incuſſo ad contrahendum, & conſummandum matrimonium contraxit, & conſummauit. ibid.

Coniux, qui poſt votum caſtitatis contraxit matrimonium, eo ſemel conſummato tenetur debitum reddere alteri coniugi petenti non ligato voto, & etiam voti conſcio. ibid.41.& 42

An teneatur ingredi religionem; an vero poſſit etiam prima vice licite conſummare matrimonium reddendo debitum, tametſi contraxerit animo ingrediendi religionem. 96.43.& 44

Qui poſt contractum matrimonium ante conſummationem fecit votum ſimplex caſtitatis; an & quando teneatur ingredi religionem. 97.45

An & quando ante conſummationem teneatur ingredi religionem, qui poſt votum non aſſumendi ordines, vel non nubendi contraxit matrimonium. ibid.46.& 47

Coniux habens votum caſtitatis emiſſum ante, vel poſt matrimonij rati contractum an poſſet reddere priori bimeſtri; & quando alter eſt adulter. ib.49

Illo bimeſtri primo & altero adulterante licite poteſt petere, & reddere coniux aſtrictus voto aſſumendi ordines ſacros. ibid.50

Qui poſt votum ſimplex religionis abſque diſpenſatione contraxit matrimonium ante conſummationem tenetur ingredi religionem. 98.52

Conſummato matrimonio poteſt licitè reddere, & petere. ibid.53

Diſſoluto matrimonio morte alterius, vel altero volente ingredi religionem, vel adulterante tenetur religionem ingredi. ibid.54.55.56

Qui poſt indutum habitum monachalem animo perſeuerandi in religione contrahit matrimonium non peccat, & poteſt licitè petere, & reddere. 99.57

Coniux, qui poſt votum aſſumendi Ord. vel non nubēdi duxit vxorem; an & quando poſſit licitè petere, & reddere; & an mortua vxore, vel illa adulterante, teneatur votum implere. ibid.58.ad 64

Votum non contrahendi matrimonium, aut aſſumendi ſacros ordines, aut religionis ab vno coniuge poſt matrimonium contractum, ante vel poſt conſummationem abſque licentia, vel cum licentia alterius an valeat, ad quid obliget, & qua ratione impediat vſum matrimonij. 100.65.66.67

Votum religionis ab vtroque coniuge ante, vel poſt matrimonij conſummationem communi conſenſu emiſſum ad quid eos obliget, & qua ratione impediat actum coniugalem. 101.69.ad 76

Quando cenſeatur, vel non cenſeatur mutuus conſenſus & ſtatim obliget, vt neuter poſſit conſummare petendo, & reddendo. 102.73

Si vterque vouit religionem mutuo conſenſu, & cum intentione, vt votum ſit dependens ab ingreſſu, ſi vterque nolit ingredi; aut communi conſenſu aliquid faciant, ex quo impediatur ingreſſus an peccent contra illud votum. ibid.74.& ſeqq.

Quid ſi communi conſenſu vir voueat ordines ſacros ſuſcipiendos, & vxor caſtitatem; ad quid teneantur hi coniuges. 102.77. Etſi communi conſenſu alter emiſit votum caſtitatis, alter religionis, an votum valeat; & ad quid obliget vtrumque coniugem, ſiue fuerit ante, ſiue poſt conſummationem emiſſum, & ſiue vouens caſtitatem habeat conditiones, vt alter poſſit ingredi religionem, ſiue non. 103.78

Votum ſimplex caſtitatis ab vno coniuge ſine licentia alterius emiſſum ante matrimonij conſummationem valet; & obligat ad omnimodam caſtitatem. 104.79

Si poſt conſummatum matrimonium, an valeat in præiudicium vouentis, & obliget ad non petendum, & ad abſtinendum ab altero matrimonio. ibid.80.ad 84. Poſt conſummationem emiſſum an ſit omnino nullū quoad non redditionem debiti,

etiam

etiam quando redditio eſt voluotaria. 105. 85. ad 89

Dato quoad obliget ad non redditionem voluntariam, vt altero adolterante, an vooeos inooceos poſſit remittere iotutiam alteri. 107.89

Votum caſtitatis ab vno cooioge poſt matrimonium ratum, vel conſummatum de alterius licentia emiſſum ad quid obliget; & an dans licentiam poſſit ab eo qoi vouit, petere debitum, & ille teneatur reddere. ibid.91.& 92

Quid ſi vterqoe de conſenſu alterius ſeorſim, & ooo motua voluntate, & ſine expreſſione vouendi omnimodam caſtitatem voueiit. ibidem 93. Si alter coniux præboit alieri eapreſsè liceotiam vouendi omoimodam caſtitatem quoad petioonem & tedditionem, ao, & quando daos liceotiam poſſit exigere, & alter vouens teneatur reddere. ibid.94.ad 97

Coniux dans licentiam poteſt tale votum valide irritare, & poſt irritationem licitè petere, & poteſt irritatio eſſe eapreſſa, vel tacita, & quæ differeotia inter vtramque. 180.95

Secluſa dicta irritatione, ſi is, qui dedit licentiam petat debitum, alier tenetur reddere. ibid.96

Quid ſi coniux dando liceotiam renonciauerit iuri ſoo petendi; & qoid ſi poſt deounciationem ab altero acceptatam, iſte cedat renunciationi; & & iterum concedat ius exigendi. ibid.& 97

Quaodo vterqoe coniux communi conſenſo vouit caſtitatem, vterque, noo poteſt licitè petere, nec tenetur reddere; & peccat mortaliter reddendo. 109.98.99

Eorum altero fornicante non poteſt iudex Eccleſiaſticus eós cogere ad cohabitandum; ſed periculo incootioentiæ conſuleodum diſpeoſationi ibid.100

Et per foroicationem neoter liberatur ab obligatione proprij voti.ibidem; Ante diſpeoſationem non liberantur à mutua babitatione, & aliis obſequiis, licet non teneantur, nec poſſiot licitè cubare in eodem lecto. 110.10

Præterea votum caſtitatis mutuum eſt licitum; & quando io eo poſſit cootingere culpa venialis. ibid.102

Si præfati coniuges carnaliter copoleotur, ao ſit grauius peccatum, quam ſi alter eorum copularetur cum ſoluto, vel ſoluta. ibid.103

Si ſibi inuicem remittant renunciationem ions peteodi, an teneat hæc ſacrilega remiſſio, & obligentor inuicem reddere. ibid.104

Quis prædicta vota caſtitatis ab vno, vel ab vtroque cooiuge aote vel poſt matrimonium emiſſa poſſit relaxare, vel commotare, vel diſpenſare quoad petitionem debiti. 111.110
Vide, *Pactum.*

Votorum irritatio.

Vide, *Irritatio votorum.*

Vox actiua, & Paſſiua.

Pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & iohabilitatis ad illam io perpetuum, vel pro vna vice ſi ſit latæ ſententiæ an incurratur à delioquente ſtatim ante criminis declaratiooem. 153.num.128. ad 134.

Pœna prioationis poteſtatis, eligeudi, de qoa *in cap. cum inter de elect. in c.1. de poſtul. in cap. cum in cunctis, de elect. in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. prab. in c. fin. de exceſſ. Prælat. in Bulla Clem. VIII. de largit. mun. in Bulla Pij V. contra admittentes mulieres intra clauſuram, in decreto S. Cong. quod regulares non alloquantur moniales; & in alus decretis S. Congr.* noo incurruntur aote criminis declaratoriam. 154.131

Electio facta à Capitulo, in qua tulit ſuffragium vnus elector inhabilis adfereodum ſuffragium ſi electio nitatur tali ſuffragio ao ſit valida. 153 128.129

Quæ à perſona io pœoam inhabili fiont ratione priuati iuris, & officij, licet delictum ſit occultum, non valent. 154.132

Si inhabilis ferat ſuffragium io electiooe ante ſcrotinium poteſt obiici exceptio inhabilitatis, & repelli ab electiooe. ibid.& 155.134

Canonicus, vel ſcholaris alicuius collegij ob crimeo priuatus iure fereodi ſuffragium, ſi iuridicè interrogatus oeget veritatem; & ſuo ſoffragio impediat, oe alicui detur beneficium, ſeu Prælatora, aut Cathedra, an teneatur reſtitoere. ibid.135
Vide, *Electio, Inhabilitas.*

Vterus

Vide, *Sectio vteri.*

Vxor.

Ob dotem promiſſam oon ſolotam an maritus poſſit vxorem repellere à cohabitatione; vel non traducere ad domum; & negare illi alimenta. 177.26.ad 36

Vide diſtinctios in ſummario poſito in principio capitis ſeati, verſus finem.

An vxor poſſit ab habitarione & domo expelli; quando ipſi coniuges impediti ſunt ad debitum peteodum, & reddendum. 180.37

FINIS. h. 52.

ANT 1[illegible]